
IHS

METAPHY.

Tomus octauus operum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

vniuersam illam scientiam complectens, quam Metaphysicam vocant vel sapientiam, quatuordecim digestam libris.


CVM AVERROIS CORDVBENSIS DVPLICI Expositione, media scilicet hactenus haudquaquam excusa usq; ad septimum librum Nec non, antiqua eius commentatione eiusq; textu non mediocri cura, atque diligentia castigata multis quoque immarginibus ad studiosorum vtilitatem illustrata. Vt quisque facile intuebitur.

PARTITI FVIMVS SVAE VNICVIQVE PARTIculę, siue testui, mediam expositionem, vt primo ipsam, post modum vero eam sequentem, studiosus priscam legat commentationem.

APPOSITA SVNT AVREA ILLA EPITHOMATA METAPHYSICAE quatuor secta tractatibus & ipsius Theoprasti librum Metaphysicorum.

QVIBVS OMNIBVS SVA COLLEGIMVS SVMMARIA, ALIO QVI faciliora, vberioraq;, adeo vt nihil quod ad vtilitatem atq; facilitatem conducere videbatur, pretermissum sit: Vt vix aliquid amplius huius diuinę philosophię cultores, desiderare possint.

Quæ hic continentur sequens ostendet pagina.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS M D L X.

IN HOC OCTAVO TOMO HAEC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS Methaphisicorum libri Quatuordecim, denuo castigati, ac in summas & capita diuisi. char.5.
Auerrois in septem libros media expositio, ab Hælia Cretensi in latinum conuersa, Ante hac nunquã excusa, summis vigiliis elaborata. char.5.
Auerrois in xii. eosdem libros antiqua commentaria, cum duplici textu ex antiquissimis Exemplaribus castigata. char.20.
Proemium in duodecimũ librum, quod Paulus Israelita primo, postea vero Iacobus Mantinus in Romanam conuertit linguam. char.311.& 313.
Epitome In eosdem Metaphisicorum libros, Mantino interprete cum Arist. testibus, vt eis respondent, in margine citatis. char.370.
Theophrasti Methaphisicorum liber. char.400.
Summarum ac Capitum index. in Tomi initio.

IVLIVS MANARDVS
MEDICVS ET PHILOSOPHVS
LECTORI CANDIDO
S. P. D.



ERAT INTER MONImenta Petri Manardi, patris mei, cuius in philosophia, Medicinaq́; floruit industria, media Auerrhois in Aristotelis libros de prima philosophia explanatio, quam ex Arabico sermone in latinum Hælias cretensis philosophus præstãtissimus cõuerterat. Ego uero, utrũ eam in apertum proferrem, in manusq́; studiosorum hominũ darem, diu, multumq́; dubitaui. itaq; cum uererer, ne tardarem studia multorũ, amiciq́; mei id a me efflagitarent, eis morem esse gerendũ, cogitaui: quamuis enim ea interpretatio manca, atq; inchoata sit, tamen quoquo modo se

habeat, eandem eruditio, industrioq; uiro Zacaria Ianuario excudendã tradidi: præsertim cũ scirem summo amico meo Marco oddo, Medico, philosophoq; clarissimo, qui à me sæpenumero hoc enixe contenderat, fore gratissimum. Exibit ergo hæc ipsa cõmentatio una cum alijs Auerrhoi commentarijs, quorum editionẽ summo studio, ac diligentia idem Ianuarius parat: quam optamus omnibus ijs, qui animum eleganti, politaq; doctrina cupiunt excolere, utilem esse, ac fructuosam. illud quidem sine dubio, me affirmare posse, uideor, tantã curam esse tum in describendo libro, tum corrigendo adhibitam, ut tibi cumulate satisfactum putem. qua ex re siquid utilitatis capies, totũ uiro pluribus, liberalibusq; artibus ornatissimo Oddo acceptum tibi erit referrendum. quare fruere iam, ac me ama. Vale.

SVMMAE AC CAPITA LIBRORVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summæ ac Capita Primi libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. De natura & perfectione huius diuinæ scientiæ, quæ sapiẽtia dicitur. char. 5
Caput Primum. Quæ cognitionum perfectior, quæue imperfectior esse dicatur: pariter & cognoscentes. char. 5
Caput Secundum. Quæ sit sapientiæ natura: & quæ sint in hac methodo intentio. char. 5
Summa Secunda. Antiquorum opiniones de rerum causis, ac principiis. char. 11
Caput Primum. Causarum in modos diuisio: veterumque opiniones de causa materiali. char. 11
Caput Secundũ. Veterũ opiniones de causa efficiẽte. char. 14
Caput Tertium. Pythagoricorum opinio de rerum principiis. char. 17
Caput Quartum. Opiniones ponentium vniuersum esse vnum: nonnullaque de his, quæ antea recitatæ sunt, opinionibus. char. 19
Caput Quintum. De Platonis Philosophia: omniumque recitatarum opinionum epilogus. char. 20
Summa Tertia. Antiquorum de rerum causis, ac principiis opiniones confutantur. char. 26
Caput Primum. Aduersus eos, qui principium omniũ, idque corporeum statuebant: aduersusque etiã eos, qui plura principia, & corporea ponebant. char. 26
Caput Secundũ. Examinatio opinionis Anaxagoræ. c. 29.
Caput Tertiũ. Discutiuntur opiniones eorũ, qui entia aliqua præter sensibilia ponebãt: primũq; reprehẽdũtur Pythagorici, principiis alieniori modo, quã Naturales vtẽtes. c. 31
Caput Quartum. Redargutiones aduersus Idearum assertores: quomodoque cuncti naturalium causas inquirere vlsi sint. char. 34

Summæ ac Capita Secundi libri Metaphysicorum.

SVmma Vnica. De Veritatis speculatione agitur. c.47
Caput Primum. Veritatis speculationem tum facilem, tum vero difficilem esse. Quoque pacto Philosophia veritatis scientia recte appelletur. char.47
Caput Secundum. In nullo causarum genere dari processum in infinitũ, neq; sursum versus neq; deorsum. c.50.& 390
Caput Tertiũ. Quales debent esse veritatis auditores, quæq; veritatis cognitionem impedire soleant. char.55

Summæ ac Capita Tertij libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. Dubitationes multæ proponuntur. c.57
Caput Primum. Dubitationis causa exponitur. ch.57
Caput Secundum. Dubitationes variæ ad hanc scientiã pertinentes proponuntur. char.59
Summa Secunda. Examinantur propositæ difficultates. c.61
Caput Primum. Disputantur difficultates de causarum, principiorum, ac substantiarum cognitione. char.61
Caput Secundũ. Examinantur q̃stiones de Generibus. c.69
Caput Tertium. Quæstiones de Vniuersalibus. char.73
Caput Quartum. Vtrum principia sint eadem numero, vel specie. Et an corruptibilium & incorruptibilium eadem sint principia, vel ne. char.75
Caput Quintum. An ens & vnum sint rerũ substantiæ. c.79
Caput Sextum. An numerus, & magnitudo substanriæ sint, vel ne. char.83
Caput Septimum. Dubitationes de Ideis. char.85
Caput Octauum. Vtrum principia potentia sint, vel alio modo. Et vtrum vniuersalia, an singularia. char.86

Summæ ac Capita Quarti libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. Agitur de quibus habeat prima Philosophia pertractare. char.88
Caput Primum. Ens prout est ens, & primas causas a primo Philosopho consyderari. char.88

Caput Secundum. Quo pacto ens multipliciter dicatur. Ens & vnum idem esse. Item de ente, vt ens est, & de eius speciebus, ac cõsequẽtibus hanc cõsyderare sciẽtiã. c.89. et 299
Summa Secunda. De Principiorum cognitione. char.97
Caput Primum. Ad Philosophum consyderationem de principijs omnibus communibus pertinere. char.97
Caput Secundum. Disputatio contra eos, qui contingere idẽ esse, & non esse dicunt, & ita arbirari. char.99
Caput Tertium. Contra Protagoram, asserentẽ omne quod opinamur, & nobis apparet, verum esse. char.113
Caput Quartum. Contra eos, qui vel contradicenti studio, vel alia quapiam de causa in dictam opinionem deuenerunt. Item contraria simul eidem inesse non posse. char.121
Caput Quintum. Inter contradictionẽ non dari mediũ. c.123
Caput Sextum. Contra eos, qui omnia falsa, aut qui omnia vera esse dicebant. Et contra eos etiam, qui omnia quiescere aut moueri dicebant. char.125

Summa ac Capita Quinti libri Metaphysicorum.

SVmma vnica. Nonnullorum nominum multipliciter dictorum significationes distinguuntur. char.129
Caput Primum. De Principio. char.129. & 375
Caput Secundum. De Causa. char.130. & 375
Caput Tertium. De Elemento. char.134. & 375
Caput Quartum. De Natura. char.136. & 375
Caput Quintum. De Necessario. char.138. & 375
Caput Sextum. De Vno. char.140. & 375
Caput Septimum. De Ente. char.146. & 372
Caput Octauum. De substantia. char.148. & 371
Caput Nonum. De Eodem, Diuerso, Differenti, Simili, & Dissimili. char.149. & 371
Caput Decimnm. De Oppositis, Contrariis, Diuersis, et eisdẽ specie. char.150. & 374
Caput Vndecimum. De Priori & Posteriori. char.151. et 374
Caput Duodecimũ. De Potentia & Impotentia. c.153. et 375
Caput Decimumtertium. De Quanto. char.166. & 374
Caput Decimumquartum. De Quali. char.158. & 372
Caput Decimum quintum. De Ad aliquid. char.159. & 372

Caput Decimum ſextum. De Perfectio. char.172.& 372
Caput Decimum ſeptimum. De Termino. char.163.& 374
Caput Decimũ octauũ. De Secũdũ quod. char.164.& 371
Caput Decimum nonum. De Diſpoſitione. char.165
Caput Vigeſimum. de Habitu. char.165
Caput Vigeſimum primum. De Paſsione. char.166
Caput Vigeſimũ ſecũdũ. De Priuatione. char.166.& 374
Caput Vigeſimum tertium. De Habere. char.167
Caput Vigeſimum quartum. De Ex aliquo. char.168
Caput Vigeſimum quintum. De Parte. char.169.& 375
Caput Vigeſimum ſextum. De Toto. char.170.& 374
Caput Vigeſimũ ſeptimum. De Mutilo. char.171.& 375
Caput Vigeſimum octauum. De Genere. char.173
Caput Vigeſimum nonum. De Falſo. char.174
Caput Trigeſimum. De Accidente. char.177.& 372

Summæ ac Capita Sexti libri Metaphyſicorum.

SVmma Prima. Declaratur de quo ente prima Philoſophia conſyderet, ex diſtinctione cõſyderationis, & modi definiendi aliarũ ſcientiarũ, quarũ hic fit diuiſio. c.176
Summa Secunda. Declarantur quædã entis ſpecies, quæ ab hac ſcientia ſecluduntur. char.180
Caput Primũ. Dari ens per accidens, quidque illud ſit. c.180
Caput Secundum. De Ente vero, & falſo, omittendũque eſſe ens per accidens, verumque ac falſum, ac de ente vt ens eſt conſiderandas eſſe cauſas, ac principia. char.185

Summæ ac Capita Septimi libri Metaphyſicorum.

SVmma Prima. Proponit de Subſtantia agendum eſſe, cum ſit primum entium. char.187
Caput Primum. Subſtantiam multis modis entiũ omnium primum eſſe. char.187. & 371
Caput Secundum. Quæ manifeſtiſsime videntur eſſe ſubſtantiæ, & an ea ſola ſubſtantiæ ſint, vel alia etiam, multorum opiniones. char.190.& 371
Summa Secunda. De ipſa ſubſtantia. char.192
Caput Primum. Subſtantia quot modis dicatur, & quæ pro-

prie substantia sit. char.192
Caput Secundũ. De ipso quid est agendum esse: Et quid ipsum sit. char.196.& 371
Caput Tertiũ. Quomodo substantiarũ, accidentium, ac copulatorum sit ipsum quid est, & definitio. char.198
Caput Quartum. Dubitationes quædam circa copulatorum definitiones, & eorũ, quæ ex additione dicuntur: substãtiarumque primo & simpliciter, aliorum vero quodãmodo esse definitionem. char.202
Caput Quintum. Quo pacto ipsum quod quid est, & vnum quodque in primis, & iis, quæ per se dicuntur, idem sit, in aliis vero quæ per accidens quodammodo. Sophisticarum item redargutionum solutio. char.205
Caput Sextũ. Entiũ alia natura, alia arte, alia casu: omnia vero ab aliquo, ex aliquo, & aliquid fieri. char.208
Caput Septimum. Formam non fieri, sed compositum ex materia & forma. char.213.& 379
Caput Octauum. Non dari aliquam formam a singularibus separatam. char.215
Caput Nonum. Cur quædam ab arte, & a casu fiant, quædã vero minime. char.216
Caput Decimum. Omnia ex vniuoco generari. char.217
Caput Vndecimũ. Formam non generari nõ tantum in substantiæ, sed & in cæteris prædicamentis verum esse. c.219
Caput Duodecimum. Dubitationum solutio. An partium rationes in totius ratione ponantur. Et an partes toto sint priores. char.220.& 382
Caput Decimum tertium. Quæ nam formæ, quæue compositi partes sint in ipsa definitione. char.227
Caput Decimũ quartum. Quo pacto ex definitionis partibus vnum fiat, vbi de definitionibns secundum diuisionem multa. char.232
Caput Decimũ quintũ. Vniuersalia substãtias nõ esse. Ad hoc aũt dubitationẽ sequi, nullius rei esse definitionem. c.236
Caput Decimum sextum. Quæ sequuntur incõmoda aduersus asserẽtes ideas substantias esse, & separatas, & ipsas ex genere & differentiis constare. char.238
Caput Decimumseptimum. Singularium non esse definitiones, & propterea nec etiam Idearum. char.239
Caput Decimum octauum. Plura, quæ videntur substantiæ,

potentias & partes esse. char.242
Caput Decimum nonum. Ens & vnum, siue ipsum ens, & ipsum vnum non esse rerum substantias. char.242
Caput Vigesimum. Quid proprie substantiam dicere oporteat. eamque non elementum, non compositum, sed principium esse. Vbi de quæstione propter quid multus fit sermo. char.243. & 380

Summæ ac Capita Octaui libri Metaphysicorum.

SVmma vnica. Agitur de sensibilium substantiarum principiis, Materia scilicet, & Forma. char.246
Caput Primum. Dictorum recollectio. char.246
Caput Secundũ. Substantiæ diuisio. Materiamque substantiã esse. char.247. & 381.
Caput Tertiũ. De substantia, quæ forma & actus est. Itẽ definitiones formam & materiam complectẽtes, potiores esse quam quæ alteram tantum. char.248. & 382
Caput Quartum. Dubium, vtrum nomina compositorum, formarumve signa sint. Compositũ non formam generari. Antisthenicæ item dubitationis solutio, definitionem nõ dari astruentis. char.251. & 382
Caput Quintum. Quo pacto substantiæ numeri dici possunt. char.252
Caput Sextum. De Materiali rerum principio, eodem ac diuerso: agenteque etiã. & quo pacto ad quærentem causam per omnia causarum genera sit respondendũ. c.253. & 382
Caput Septimũ. Non omnia contraria vicissim fieri, nec omnium esse materiam, & quo pacto materia cuiusque ad cõtraria se habeat. char.256
Caput Octauum. Dubitationis solutio, quæ causa est, vt definitiones, & numeri vnum sint in rebus omnibus, & vnionis materię ac formæ. char.257. & 382

Summæ ac Capita Noni libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. Agitur de Potentia. char.260
Caput Primũ. Dicenda proponuntur. char.260
Caput Secundum. Diuiditur Potentia in sua signifi-

cata. char.260.& 384
Caput Tertium. Distinguuntur potentiæ per earũ subiecta. char.261.& 384.
Caput Quartum. Contra negantes potentiam, nisi cum res sit in actu. char.263.& 385
Caput Quintum. Contra ponentes omnia possibilia. c.265
Caput Sextum. Quæ potentiæ præcedente opere in re significantur, quæ vero non: & quo pacto potentiæ ad actũ deducantur. char.266
Summa Secunda. De actu. char.268.& 385
Caput Primũ. Quid et quale sit id, qđ actu dicit. c.268.et 385
Caput Secundum. Quando aliquid dicendum est potentia esse, & quando non. char.269.& 385
Caput Tertium. Actum priorem esse potentia, generatione, & tempore. char.271.& 386
Caput Quartũ. Actũ substãtia priorẽ eẽ potẽtia. c.272.& 386
Caput Quintũ. Actũ priorẽ eẽ studiosa potẽtia. c.275.et 386
Caput Sextũ. Quo pacto designationes Geometricæ actu inueniuntur. char.276
Caput Septimum. Quo pacto ex veritate, & falsitate, actus potentia sit præstantior. char.277. & 386

Summæ ac Capita Decimi libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. Agitur de vno secundum se considerato. char.179
Caput Primũ. Quot modis vnũ dicat: & aliud esse q̃rere, quo vnũ dicĩtur, et vni esse, ac eius rationẽ. c.179. et 387
Caput Secundum. Vnius esse ac naturã maxime in hoc cõsistere, ꝙ prima omnium mensura sit: propriissime vero ipsius quanti, & ab ipso in aliis mensuram dici. c.179.& 387
Caput Tertium Mensuram vnam esse & indiuisibilem quo pacto sit intelligendũ. Eamque semper eiusdẽ generis esse. Et quo pacto scientia ac tempus mensura rerum esse dicantur. char.282.& 388
Caput Quartum. Dubitationis solutio, an vnũ sit rei substãtia: ipsiusque ad ipsum ens comparatio. char.284.& 388
Summa Secunda. De vno respectu multitudinis consyderato: vbi de contrarietatibus quamplura. char.286.& 389

Caput Primum. De vno, & Multitudine, ac iis, quæ ad ipsa consequantur. char. 286. & 389
Caput Secundũ. Cõtrarietatẽ differentiam esse perfectam: & quomodo differant ipsa contraria. char. 288. & 389
Caput Tertiũ. Primum contrariorum esse priuationem & habitum: omnemque contrarietatem priuationem esse, & non econtra. char. 290. & 389
Caput Quartum. quo pacto Aequale magno & paruo opponatur. char. 291. & 389
Caput Quintum. Quo pacto vnum, & multa opponantur. char. 293. & 390.
Caput Sextum. Media contrariorum in eodẽm genere cũ ipsis contrariis esse, ac ex ipsis componi. char. 296
Caput Septimum. Differentiam secundum speciem contrarietatem esse. char. 298. & 389
Caput Octauum. Dubitationis solutio cur quędam cõtrarietas diuersa specie faciat, quædam vero non. Et an materia diuersa specie faciat, vel ne. char. 299. & 390
Caput Nonum. Quæ sint contraria, quæ genericam faciant differentiam. char. 301

Summæ ac Capita Vndecimi libri Metaphysicorum.

PRima summa. Re assumuntur dubitationes, de quibus in Tertio libro habitus est sermo. char. 302
Caput Primum. Mouentur dubitationes circa Sapientiæ considerationem. char. 302
Caput Secundum. Proponuntur dubitationes de rebus iis, quæ ab hac scientia considerari dicuntur. char. 303
Summa Secunda. Narrantur ea, quæ ad huius scientiæ considerationem pertinent, de quibus in Quarto libro Ex iis autem non nullarum quæstionum supradictarum solutiones eliciuntur. char. 304
Caput Primũ. Primã Phylosophiam de ente, prout est ens, speculari: quod vt ea, quæ ab vno, vel ad vnũ dicit. c. 304
Caput Secundum. Primũ. Philosophum versari circa cõmunia principia in vniuersum. char. 304
Caput Tertiũ. Quod circa primũ principiũ nõ cõtingat falsum dicere: redarguunturque illi, qui aliter senserint. c. 305

Caput Quartum. Redarguitur Protagoræ opinio falsa, asserentis omne, quod opinamur, verum esse: assignaturque deceptionis ipsius causa. char. 305
Caput Quintum. Quibus supradicta opinantibus cum difficultate, facileve sit occurrere. Item locutiones omnes nec veras, nec falsas esse possibile esse. char. 306
Summa Tertia. Annotatur Primę Philosophiæ ad alias scientias differentia. Item ens per accidens a scientiarum consyderatione abiicitur: de quibus oībus supra in Sexto. c. 306
Caput Primum. Primam Philosophiam ab aliis differre sciētiis, quarum hic fit diuisio ex consyderandi ratione, ac definiēdi modo. char. 306
Caput Secundum. Ens per accidens a nulla consyderari scientia: ipsumque non habere causas, nec principia. Nec etiam de ente vero quærenda esse principia. Item de fortuna causa per accidens existente. char. 307
Summa Quarta. De Motu, de Infinito, de diuisionibus motus, & nōnullorum terminorum definitionibus: de quibus in Tertio, & Quinto Physicorum. char. 308
Caput Primum. De Motu. char. 308
Caput Secundum. De Infinito. char. 308
Caput Tertium. Distinguitur motus per se a motu per accidens, & secundum partem. Quot modis aliquid in aliud mutari dicatur. In quot, & quibus prædicamentis sit motus. Immobile item quot dicatur modis. char. 309
Caput Quartum. Nonnullorum terminorum assignantur definitiones. char. 310

AVerrois Procemium in Duodecimum Metaphysicorum Paulo Israelita, & Iacob Mantino interpretibus. char. 311. & 313

Summa ac Capita Duodecimi libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. Agitur de substantia Sensibili. char. 315
Caput Primum. De substantia speculationem esse oportere, ex Antiquorum etiam opinionibus. char. 315
Caput Secundum. Diuiditur substantia in sensibilem & immobilem, illaque in sempiternam & corruptibilem. Item ostenditur in sensibilibus substantiis materiam necessariā

esse: triaq; ipsarum esse principia. char.316
Caput Tertium. Nec materiam, nec formam generari. Item quo pacto formas dari non male dixerit Plato: & cur etiã non cogamur nos ea ponere. char.320
Caput Quartum. Quot quibusq; modis sensibiliũ rerũ principia eadem dici possint, & quibus minime. char.327
Summa Secunda. De substantia Immobili. char.332
Caput Primum. Necessarium esse dari substantiam aliquam immobilem, perpetuam, semperq; actu existentem. Item actum potentia esse priorem. char.332. & 332
Caput Secundum. Quo pacto dicta substantia, quæ primũ est principium, immobilis moueat. char.337. & 394
Caput Tertium. De Vita, essentia, perfectioneq; primi principii. & contra nonnullos dicentes in ipso non esse optimũ ac pulcherrimum. char.339. & 396
Caput Quartum. Quot sint numero substantiæ immobiles, ac sphæræ, quæ ab eis mouentur, opiniones tum aliorum, tum propria: ac peradmodũ Antiquos de ipsis loquentes confirmatio. char.342. & 393
Caput Quintum. Examinantur nonnullæ dubitationes circa primi intellectus intellectionem. char.349
Summa Tertia. Quo pacto vniuersi natura ipsum bonum, ipsumq; optimum habeat, opinio propria, aliarumq; impugnatio. char.352. & 397

Summa ac Capita Tertijdecimi libri Metaphysicorum.

SVmma Prima. De Mathematicarum rerum essentia pertractatur. char.355
Caput Primum. De quibus agendum sit in subsequentibus libris. char.355
Caput Secundum. Mathematica substantias non esse magis, quam corpora, nec eis priora nisi ratione, nec ab eis separa esse posse. char.355
Caput Tertiũ. Mathematica, & entia esse, & quo pacto: & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de abstractione multa. char.356
Summa Secunda. Disceptatio contra Ideas. char.357
Caput Primum. Quæ mouerint Idearum assertores ad eas ponendas. char.357

Caput Tertium. Ideas ipsas neq; rebus, neq; scientiis prodesse. char.358
Summa Tertia. Opinionum, numeros substantias separatas ponentium, destructio. char.358
Caput Primũ. Quot modis posibile sit dicere numeros substantias esse separatas, & qui modis illis vsi sint. ch.358.
Caput Secundum. Disputatio contra ponentes Ideas numeros esse. char.359
Caput Tertium. Destruuntur opiniones: Et ea, quę numeros mathematicos rerum principia ponit: Et ea, quæ eundẽ esse numerum, & mathematicum & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum est, dicentium numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurq; earũ erroris causa. char.361
Caput Quartum. Consyderandum esse quid, & quomodo dicitur, ideas, numerosue esse rerum principia. Ostenditur antem quod Ideæ principia esse non possunt. char.363
Caput Quintum. Difficultatis determinatio, quo pacto vniuersalis dicatur ẽẽ scĩa, si substãtiæ separatæ nõ sunt. c.363

Summa ac Capita Quartidecimi libri Metaphysicorum.

SVmma libri. In hoc libro disputat contra eos, qui mathematica, vel ideales numeros entium principia ponebant. char.364
Caput Primum. Circą immobiles substantias nõ posse principia contraria existere. char.364
Caput Secundum. Narrantur opiniones multæ Antiquorum de principiis. char.364
Capuc Trrtium. Narratæ opiniones confutantur. char.365
Caput Quartum. Multis de causis Antiquos in has causas lapsos fuisse: pręcipue vero ob Parmenidem dicentẽ ipsum ens vnum esse: quod ab Aristotele redarguitur. char.366
Caput Quintum. Examinantur opiniones variæ ponentium numeros rerum principia: eædemq; improbantur. c.366
Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto bonum in ipsis principiis insit: de qua re diuersæ Antiquorum redarguuntur opiniones. char.367
Caput Septimum. Contra ponẽtes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt ex ele-

mentis, entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non diuidentibus. char. 368
Caput Octauum. Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum. char. 369
Caput Nonum. Contra ponẽtes bonum, quod est hic, omne a numeris prouenire. Cõtra etiam nonnullos Homeri expositores, fatua quędam in numeris dicentes. Et quo pacto in numeris ponendum est ipsum bonum. char. 369

EPitomes Auerrois dicta Aristotelis textibus vtrisque in margine inuicem citatis, sunt accommodata.

Capita libri Metaphysicorum Theophrasti.

CAput Primum. Dubitationes, quo pacto se habeant intelligibilia cum naturalibus, & quæ sint ipsa intelligibilia. char. 400
Caput Secundum. Dubitbtiones de desyderio superiorũ ac inferiorum rerum. & an inferiora sint cœli partes, & quo pacto. & an circularis latio sit de cœli substantia. char. 400
Caput Tertium. Narrantur opiniones multæ circa rerũ principia. char. 401
Caput Quartum. Dubitatio, an principia informia sint, vel formam adepta. char. 401
Caput Quintum. Dubitatio circa prncipiorum motum, & quietem. char. 401
Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto entium diuisio in materiam, & formam fiat. char. 402
Caput Septimum. Dubitatio, quo pacto vniuersi natura in contrariis existat. char. 402
Caput Octauum. De variis sciendi modis: quibusq; vnumquodq; persequi deceat. Quo item pacto circa principia speculari debeamus. char. 402
Caput Nonum. De causa Cuius gratia in inferioribus a superioribus dependentibus: vbi & nonnullæ Antiquorum opiniones adducuntur. char. 403

F I N I S.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, METAPHYSICORVM LIBER PRIMVS.

Cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

Liber Primus Metaphysicę diuiditur in quatuor summas.

In prima, quę est procemium, trahit auditorem ad beneuolentiam, & amorem sciẽtię metaphysices, cũ dicit, Oẽs hoĩes natura scire desiderãt. & hoc in. 1. c.

In secunda parte narrat opinionem philosophorum circa causas, & principia. & hoc a 2. c. vsq; ad 10. tex.

In tertia parte arguit contra illos, qui ponebant principia rerum naturalium esse corpora, & contra illos, qui ponebant principia rerum naturalium esse incorporea. & hoc a 10. tex. vsq; ad 49.

In quarta parte recapitulat dicta, dicẽs ꝙ philosophi posuerunt oẽs causas, licet obscure & balbutiẽdo, et cõtinuat dicta dicẽdis: & hoc a 50. tex. vsq; in finẽ.

Summæ Primæ Caput Primum. Quæ cognitionum perfectior, quæuè imperfectior esse dicatur: pariter & cognóscentes.

A OMNES homines natura scire * desyderant. Signum autem est sensuum dilectio. nam & absque vsu propter seipsos amantur. præ cæteris autẽ, qui per oculos fit. non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre præ omnibus aliis, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quòd sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam facit, multasq; * differentias manifestat.

Vide principium Epitomes Auer.
*cognoscere.
* a.c. addit rerum.

Omnes homines natura scire desyderãt. Signum aũt est sensuum dilectio: præter.n. vtilitatem propter seipsos diliguntur: & maxime
B aliorum, qui est per ipsos oculos. non.n. solum vt agamus, sed & nihil agere debẽtes, ipsum videre præ omnibus, vt dicam, aliis, eligimus: causa autem est, quia hic maxime sensuum cognoscere nos facit, & multas rerum differentias demonstrat.

INtẽtio Arist. in hoc libro fuit scrutari de sciẽtia diuinarũ rerũ, q̃, & qualis sit: cũ.n. dictũ sit in posterioribus Analyticis. ꝙ doctrinarũ ordo est triplex: cõpositiuus, diuisiuus, & resolutiuus: quare necesse est, vt sciẽti diuina sit, aut cõpositiua, aut diuisiua aut resolutiua. Cũ intellectus humanus aliũ doctrinarũ ordinẽ aprehẽdere nequit:

1
Expo. med.
Doctrinarũ ordo triplex

Motiuū Ari. ad inuestigādam hāc doctrinam.
Intētio Ari. ī hoc tractatu.
Propōnes, q̄bus hic utitur Ari. sunt ut plurimum acceptæ a Naturali.
Appetitus ad scire ē naturalis. 1. poste. t. 7.
Sylogismus literę.
Homo delectatur in sensibus pp duo.
Visus plures nobis dr̄ias rerū ostēdit.

causa autem, qua iste homo motns fuit ad huiusmodi doctrinę inuestigationem, D est appetitus hominis naturalis ad scire, qui est hominis vltima perfectio, finisq; postremus, qui mouit etiam nos ad ipsius verborum explanationem, in hac nostra abbreuiata summa: & ideo dicimus ꝙ intentio sua hic in primis fuit indagare causas, quibus motus fuit perficere sapientiam hanc, cum iam scientias naturales compleuerat tali perfectionę, quam nullus antiquorum attingere potuit, quod est, quia sapientia hęc est posterior naturalibus: neque potuisset Aristotel. adipsam peruenire, nisi perfectus in eis: Vnde omnes propositiones, quibus vsus est in hoc dogmate, sunt (vt plurimum) acceptę a scientia naturali, quantum ad secundum modum acceptionis, quoniam quantum ad primum acceptę sunt a modo sciendi, qui est ipsa Logica: & si quis bene cogitat verba Aristot. in hac positione, Cum dicit (omnes homines naturaliter scire appetunt) memorabitur verborum eius in primo Posteriorum Analyticorum, in quo probauerat, apperitum ad scire inesse hominibus per naturam: propter ꝙ ibi dicit sophistas cum sapientibus conuenire in credere se scire, quod non esset, si hoc non inesset eis per naturam: & dedit signum similitudinis in hoc, quoniam sicut se habent animalia quęq; in sentire, ita se habent omnes homines in scire, sed animalia quęq; (natura) sentire appetunt, ergo oēs homines (natura) scire appetūt: Maior huius est manifesta, per hoc quoniam, sentire est animalis perfectio vltima: & minorem verificat signo accepto in vnoquoq; sensuum in nobis per delectationē: qm̄ quilibet homo (inquantum animal) delectatur in sensibus propter E duo: Vnum quidem pp vitę vtilitatē, aliud ,ppter ipsosmet sensus, inter quos maxime propter visum: & reddit rationem (quia non solum dilligimus oculos ad aliquid agendum, sed ēt diligimus eos, ut nihil agamus: quod non fieret nisi visus prę oībus sensibus dilectus esset: et tāgit causam suę dilectionis: quia inter alios sensus est maxime cognitiuus, nanq; multarū rerum differentias nobis demonstrat: et sermo eius sic cōponitur: illud magis diligimus, cuius vtilitas ad plura se extendit, sed vtilitas visus (respectu cæterorum sensuum) ad plura se extendit, ergo præ cæteris sensibus visum magis diligimus: & cum conuertitur maior huius syllogismi per accidens, tunc sermo erit primę figurę.

Vide cōtradict. Zim.
Apes auditu carent.

Natura itaq; animalia sensum habentia fiunt. a sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur. & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarū capaciora sunt, quā illa, quæ memorare non possunt Prudentia quidem absque eo quòd discant, quæcunq; scilicet audire sonos non possunt, vt apes, & si quod aliud animalium genus simile est. Discunt autem quæcunq; vna cum memoria hunc quoque sensum habent. F

Animalia igitur sensum habentia natura fiunt: ex sensibus autē quibusdam ipsorum memoria nō fit, quibusdam vero fit: & propter hoc alia quidem prudentia sunt, alia vero disciplinabiliora non potentibus memorari: Prudentia quidem sunt absque eo, ꝙ discęnt, quæcunque sonos audire non potentia sunt, vt apes, & si quod aliud genus animalium huiusmodi est. addiscunt autem quæcunq; vnā cum memoria hunc habent sensum.

In sensu tāctu cōicant quoque aīalia.

2 Quoniam duplici vtilitatę in sensibus homo, delectatur: vna quidem, quę communis sibi est, & cęteris animalibus: alia vero propria: qua propter a cōmuni vtilitatę declarare incœpit. quoniam animalia sensum habentia, naturaliter sunt mobilia propter illum: & per sensum hic intellexit tactum, in quo omnia animalia communicant: sed de numero animalium, aliqua vno solo sensu mouentur, sicut spongia, & hæc caret memoria: & aliqua sunt, quę mouētur pluribus vno, sicut progressiua animalia, & ex hijs vero sensibus, quibus animal mouetur progressiuę, quidam sunt, qui faciunt ad prudentiam, sicut sensus visus: & aliqui

A sunt, qui faciunt ad disciplinam, sicut auditus: Vnde aliqua animalia sunt magis disciplinabilia, quam prudentia, & aliqua e conuerso, quia omne disciplinabile est prudens (sed non omne prudens est disciplinabile: quod est, quia prudentia est sine addiscere. D. dicit & animalia quidem sonos audire non potentia sunt, vt apes, vel simile huiusmodi: sed animalia, quę addiscunt, sunt illa, quæ cum habent memoriam, habent etiam auditum, & ideo dicitur disciplinę sensus. Quare hij sunt omnes gradus cognitionis, quibus omnia animalia communicant cum hominibus: propter ꝙ indiuidua hominis mutuo diuersificantur per differentias accidentales, sicut species animalis per differentias essentiales: quoniam, vt supra dictum est, aliqua animalia sunt alijs prudentiora secundum speciem, & minus disciplinabilia, vt serpens: & aliqua magis disciplinabilia, & minus prudentia, sicut patet in boue, & æquo: & hęc comparatio contingit in hominibus particularibus, quia non omnis homo est dispositus ad omnem naturalem disciplinam, aut doctrinam, & multo minus erit dispositus ad cognitionē substantiarum separatorum.

Visus ad prudētiā, auditus vero ad disciplinā fecit.

Auditus cur disciplinę sēsus dicatur.

Sicut aīalia nō sunt ęqualiter disposita scđm speciem, ita neque hoīes secundū indiuiduum.

Cætera igitur imaginationibus, ac memoriis viuunt. experientia vero parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac

B ratiocinationibus.

Alia igitur imaginationibus, & memoriis viuunt, experientia autē parum participant. Hominum autem genus arte, & rationibus.

Hic tangit causam finalem gradus sensitiui, qui est mouens, & forma in animalibus, & est in triplici differentia: primus nanque est sensus, tactus, quo aliquod genus animalis viuit. sicut spongia, ac genus aliquorum vermium in plantis degentium, & in aliquibus lapidibus, qui solo tactu mouentur ad nutrimentum suscipiendum, & forte in hoc gradu primo, est infans recens natus, & multa alia animalia, ex putredine genita (adminus) in recenti sui ortus: secundus gradus huic adiunctus est, sensus qui non potest esse absque imaginatione, vt visus & auditus, ac (forte) olfatus; gustus autem quidam tactus est, qui non completur nisi per tactum, vel est quasi suum antecedens, quia valet, gustus est, ergo tactus est, sed non conuertitur, vt alibi probatum est: & iste gradus cognitionis non potest esse absq; prudentia quoquo modo dicta: quia fantasiari, & memorari facit animal aliquo modo prudēs: & forte aliquis gradus huiusmodi prudentię non separatur a primo gradu sentiendi, vt patet in spongia, quę discretione vtitur in suo nutrimento, suscipiendo proprium, & alienum relinquendo; &

C cum hoc verum sit, apparet, ꝙ in spongia sit aliqua prudentia: quoniam discretio non caret prudentia, quia in brutis (Prudentia est rerum nutribilium recta cognitio) quę non fit absque discretione: & hoc contingit in animalibus imperfectis (vt dictum est) tertius gradus cognitionis animalium, in quo etiam homo communicat cum eis, est includens disciplinam, quæ vllo modo potest esse sine auditu, vt supra manifestum est: Quare animalium genus imaginationibus, & memorijs vt plurimum viuit, arte autem parum participat, solūm vero hominū genus, arte, ac rationibus viuit: & in hoc homo bruta in summum excedit, ideo perfectissimum animal est, non per sensus particulares, sed per aliud, vt alibi probatum est.

3 Triplex sēsitiuorū gradu.

Primus gradus.

Secundus gradus.

Gustus est tactus quidā

Spōgia quomō prudēs dicatur.

Prudētia in Brutis q̄ sit.

Tertius gradus.

Fit autem ex memoria experientia hominibus. multæ etenim eiusdem rei memoriæ vnius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia penè simile quid scientiæ. ac arti esse videtur.

Fit autem ex memoria hominibus experimentum. Eiusdem nanq; rei multæ memoriæ vnius experientiæ potentiam faciunt: & fere videntur scientiæ, & arti simile experimentum esse.

Postquam comparauit sensus perfectiouis in brutis, consequenter, comparat sensus rationis in homine, vt differentias cognoscatur esse inter Artes insitas a 4

Ars duplex, ſita, & acquiſita. Ars in Brutis eſt p naturam, in hoie vix per acquiſitionem. Syllogiſm' textus. Cur hõ ſine opere prioris hoīs ad ſummũ ſciētię, vel artis puenire nequit. Differt Ars ab experimento.

natura in brutis, & acquiſitas in homine: quoniam Ars generatur in homine D per memoriam multorum experimentorum vnius rei, quia non fit in homine memoria alicuius rei niſi per experimentum, & ex multis experimentis in homine generatur Ars (quod non fit in brutis) ſed Ars ineſt eis per naturam, vt Aranea facere retia, & Aues nidos: & cum ita ſit, vt ſenſus aprehendit, manifeſtum eſt quod generatio ſcientię, vel Artis in nobis erit per multa experimēta, ſicut per experimentum ex multis vnius rei memorijs in nobis gignitur ſciētia vel Ars. & iſte ſermo componitur ſic, ita ſe habet experimentum ad memoriam, ſicut ſe habet ſcientia vel Ars ad experimentum. ſed manifeſtum eſt, quod ex multis memorijs generatur in nobis experimentum: igitur ex multis experimentis in nobis generatur ſcientia vel Ars: et ideo vnus homo per ſe nō potuit aliquam ſcientiam vel Artem inuenire ſecundum ſuam vltimam perfectionem, niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem: quod eſt, quoniam ad vnā ſcientiam, vel Artem certi faciendam in ſummum ſuę perfectionis, multę experiētię requiruntur, ad quas multum tempus requiritur, ad cuius finem vita vnius hominis attingere nequit: differt tamen Ars ab experimento in hoc, quia Ars eſt vniuerſalium, & experimentum eſt particularium, vnde in eticis dictum eſt, quod ars eſt recta ratio factibilium.

Per experientiam autem ars, & ſcientia hominibus efficitur. experientia enim, vt recte ait Polus, artem effecit, in experientia vero fortunam. Fit autem ars, cum e multis experimentalibus conceptibus vna de ſimilibus vniuerſalis opinio fiat. opinari etenim quòd Galliæ hoc morbo laboranti hoc conduxit, ſimiliter Socrati, ac ſigillatim aliis multis, experientię: quòd autem omnibus huiuſcemodi ſecundum vnam ſpeciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, vtpote pituitoſis, aut bilioſis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis proprium eſt. Ad agendum itaq; nil videtur experientiam differre ab arte. quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, conſequi quam illos, qui rationem abſque experientia tenent. Cauſa vero eſt, quòd experientia ſingularium, ars autem vniuerſalium cognitio eſt. actiones autem, ac generationes omnes circa ſingulare ſunt. non enim hominem, niſi per accidens ſanat qui medetur, ſed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui ſic dicuntur, cui accidit hominem eſſe. Siquis itaque rationem abſq; experientia teneat, & vniuerſale quidem cognoſcat, quod autē ſub eo particulare eſt ignoret, ſæpenumero errabit a ſanando. id enim magis ſanabile eſt, quod ſingulare eſt.

E (margin, beside "Per experientiam")

Actiones, ac gñationes oēs circa ſingulare ſunt.

F (margin, beside "ſic dicuntur")

Experiētia artem fecit, ſed in experiētia caſũ.

Hominibus autem ſcientia, & ars per experimentum euenit. Experientia enim artem fecit, vt Polus recte dixit ſed in experientia caſum. Fit autem ars, cum ex multis experimentalibus conceptibus vna fit vniuerſalis, velut de ſimilibus acceptio, acceptionē enim habere quod callię, & ſocrati hac egritudine laborantibus hoc contulit, & ita multis aliis ſingularium, experimenti eſt. Quod autē omnibus huiuſmodi ſecundum vnam ſpeciem determinatis hac egritudine laborantibus contulit, vtpote phlegmaticis aut cholericis, aut æſtu febricitantibus, artis eſt proprium. Ad agendum igitur experiētia nihil ab arte differre videtur quinimo expertos magis proficere videmus ſine experientia rationem habētibus. cauſa autem eſt, quia

A experientia quidem singularium est cognitio, ars vero vniuersaliũ. Actus aũt,& oẽs generationes circa singulare sunt: non.n.hominẽ medicus sanat,nisi secundum accidens,sed aut calliam, aut socratẽ, aut aliquem sic dictorum,cui esse hominem accidit. Si igitur sine experimento quis rationem habeat,& vniuersale quidẽ cognoscat sub hoc autem singulare ignoret,multotiens quidem in curatione peccabit,singulare namque magis curabile est.

Actus,et oẽs gñatiões circa singulare sunt.

5 Iam diximus,quod scientia nostra deforis venit,scilicet a rebus exemplificatis mediantibus speciebus transeuntibus ex ipsis per sensus nostros ad fantasiam,quarum specierum latorem dicimus esse spiritum, qui per potentiam in eo existentem extrahit tales species ab illis rebus in sensibus presentatis, alias in sensus agentes particulares, ad instrumenta sensuum particularium (& est rectius dictum) & eas ad virtutem cogitatiuam deducunt, in qua sunt intelligibiles in potentia: & ꝙ hę species non mouentur ad esse intellectus in actu nisi per aliquod existens tale in actu: & tale oportet. ꝙ sit intellectus agens: & vltra diximus ꝙ est necesse,quod ibi sit aliquod recipiens, quia nihil dat, & recipit vno,& eodem modo: & tale recipiens non est passiuum apud Aristotelem B nisi in eo ꝙ recipit. & ꝙ tale recipiens oportet ꝙ sit nudum ab omni eo quod recipit,antequam intelligat.& ꝙ in hoc materiæ assimilatur, & differt ab ipsa, in eo ꝙ est potentia cognoscitiua eorum, quę recipit: & quod in hoc assimilatur,& differt a sensu in hoc ꝙ recipit vniuersale nudum a materia, & ab omni eius accidente, quod facere non potest sensitiua virtus, & vltra hoc cognoscit etiam se recipere, & quod talis dispositio non inest sensibus, & ideo bene dixit. quod scientia & Ars eueniunt hominibus per experimenta: quoniam experientia Artem facit, vt Polus recte dixit: Sed in experientia casum, & tacuit scientiam: quia ipsa potest hominibus euenire, via diuinitus reuelata, vt alibi probaturi sumus. s. in tractatu de applicatione intellectus, & intelligibilis per proprias propositiones, experientia visum est in prophetis: & non tantum ex vna experientia, sed ex plurimis conceptibus experimentalibus simul fit vna conceptio vniuersalis, vt si quis concipiat quod Callię Socrati, ac multis alijs laborantibus morbo aliquo contulit pharmacum. tunc talis conceptio experimenti, in multis verificata, est Ars, quę dirigit pharmacum humoribus flegmaticis, ac biliosis, vel febricitantibus: & experientia quantum ad actum suum, ab Arte non differt: sed potius expertus magis perficere videtur, habentibus rationẽ absq; experientia: quia experientia est singularium cognitio, Ars vero est vni- C uersalium cognitio: quoniam actus & operationes omnes circa singularia sunt: nõ enim Medicus sanat hominem in communi, sed Calliam, & Socratem, cum Socrates & Callias sint sanabiles per se, homo vero per accidens sanabilis est: quoniam si quis habeat rõnem absq; experimento, & optime vniuersale cognoscat, singulare vero ignoret, multotiẽs quidem in curatione peccabit, quia singulare curabile est magis, & in hoc apparet excellentia experimenti super Artẽ.

Quomodo ĩ nobis gñeretur sciã.

Documentũ. Intellectus agens.

Intellectus possis non dr̃ passiuus,nisi quia recipit. Vide 3. de ani. te.c.17. 18. 19.& 20

Intellectus assimilatur materię & sensibus, & differt ab vtrisq;.

Vide 3. de an. cõ. 5. & 14.

Fatet Auer. scientiã diuinitus reuelatam.

Conceptio experimẽti in multis verificata est ars.

Nihilominus scire,& cognoscere magis arti,quam experientię arbitramur inesse: ac eos,qui artem tenẽt,quam eos,qui experientiam habent,sapientiores esse putamus: eo ꝙ sapientia propter sciẽtiã magis omnes sequitur. hoc autem,quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quòd est, propter quid autem nesciunt: illi vero propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos,qui in quaque re Architecti sunt,honorabiliores & doctiores, ac eis,qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt,illi vero,sicut & quædam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt,

vt ignis comburit.ſed inanimata natura quadam horum ſingula faciunt:manibus laboranres,propter conſuetudinem. tanquam ſapientiores ſint,non prout actiui ſunt,ſed prout rationẽ habent, cauſaſq; cognoſcunt. Et prorſus ſignum ſcientis eſt poſſe docere. quamobrem magis artem quam experientiam ſcientiam eſſe putamus.illi enim poſſunt hi vero minime poſſunt docere Præterea ſenſum nullum putamus ſapientiam eſſe.tametſi ſingularium hæ maxime propriæ cognitiones ſunt,de nullo tamen dicunt propter quid, vt propter quid, calidus ignis,ſed ſolum ꝙ calidus. D

Signũ ſcientis eſt poſſe docere.

Sed tamen ſcire,& obuiare magis arti,quã experimento in eſſe arbitramur:& artifices expertis ſapiẽtiores eſſe opinamur, quoniã magis ꝑꝑ ſcire ſapiẽtia oĩa ſequiť.hoc aũt eſt,qa hi quidẽ cauſam ſciũt, illi vero nõ:experti n.ſciunt ipſum quia, ſed ꝑpter quid neſciũt, illi vero ꝑꝑ quid,& cauſam cognoſcũt:vnde & architectores,circa quod libet tale honorabiliores,& magis ſcientes,manu operantibus putamus,& ſapiẽtiores:quia factorũ cauſas ſciunt,illi vero ſicut & quædã inanimata faciunt quidẽ,ſed nõ ſciẽtia faciũt ea,quæ faciũt: vt ignis qđ exurit:ſed inanimata quidẽ natura quadã vnumquodque horum faciunt:ſed manu artifices,ꝑꝑ cõſuetudinẽ tanquã ſapientiores ſint: non prout actiui ſunt ſed ſecundum qđ rationem habent cauſasque cognoſcũt.Et omnino ſcientis ſignũ eſt poſſe docere:& ob hoc artem magisquã experimentũ ſcientiã eſſe exiſtimamus illi enim poſſunt, hi aũt docere nõ poſſunt amplius ſenſuum neq; vllum ſapientiã eſſe ponimus,hi ſingulę cognitiones maxime proprium ſint,ſed ꝑꝑ quid de nullo dicũt,vt ꝑpter quid ignis calidus,ſed quia calidus ſolum ſit. E

Oĩno ſcientis ſignũ eſt poſſe docere.

6 Cum tetigit excellentiam experimenti ſuper, artem in operatione,conſequẽter oſtendit excellentiam Artis ſupra experimentum in cognitione,& dicit,qđ Artifex expertus in cognitione habita,& acquiſita per ſcire, & intelligere eſt certior in experto artifice,& ad ipſum conuenit hoc nomen dignitatis ſapiẽtię magis,quam ad illos artifices non expertos : & ratione oſtendit : Quicunque cognoſcit propter quid,eſt certior cognoſcente quia, ſed Artifex expertus cognoſcit propter quid eſt, & non expertus quia eſt cognoſcitt ergo Artifex expertus eſt certior non experto Artifice: Maior huius ſyllogiſmi probata eſt in poſterioribus Analyticis:& minorem exemplificat in Architetoribus, qui ſunt honorabiliores manufactoribus, ac ſapientiores. quod non eſſet, ſi cauſas factorum non ſcirent:non experti vero Artifices operantur ſicut quidam in animatorum,qui abſque ratione operantur, vt ignis comburens, qui neſcit quid facit:quare ſcientes propter quid ſunt magis ſcientes, & magis accedunt ad nomẽ dignitatis,quam illi,qui ſciunt ſolum quia eſt:& reddit rationem ſuper hoc,quoniam illi ſciunt per cauſam,iſti vero cauſam ignorant:conſequenter tangit ſecũdam rationem,ſecundum quam probat,quod ſcientes propter quid ſunt certiores,& magis merentes hoc nomen dignitatis ſapientię. cęteris Artificibus:quoniam vnumquodque dicitur perfectum in actu ſuo, ſiue arte, quando ſimilem, facere poteſt ſed omnes ſcientes propter quid ſibi ſimiles facere poſſunt, quia poſſunt per cauſas docere, & per ſyllogiſmum demonſtrare,quod ſcientes quia eſt facere non poſſunt: vnde ſignum ſapientis eſt poſſe docere, & non eſt ſic in his,qui procedunt per ſenſus,quoniam nullorum ſenſuum ſapientiam eſſe dicimus, quare ſingularium cognitiones ſunt ſenſibus proprię, quia non dicuntur F

Expertus in experto certior.

Syllogiſmus textus.

Architectores manufactoribus ſapientiores.

In experti, veluti inanimata,operãtur.

Artifex perfectus quis.

Signũ ſapiẽtis eſt poſſe docere.

A propter quid de aliquo: vt tactus, qui non dicit propter quid est calidum, vel frigidum, licet apprehendat aliquid calidum esse vel frigidum, proinde experimentum, quod est singularium cognitio, nullo modo sapientia est. Experimentũ nullo modo est sapiẽtia.

Primum itaque cuiuscunque artis supra communis sensus inuentorem, non solum quoniam vtile esset, quod inuentum erat, verum etiam vt sapientem, & cæteris præstantem (vt verisimile est) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad necessaria, aliæ ad degendum essent, semper tales sapientiores illis esse putamus, ꝙ eorum scientiæ non ad vtilitatem essent. Quò fit, vt huiusmodi iam omnibus institutis, illę sapientiarũ, quæ neque ad degendum voluptarie, neque ad necessaria cõducunt, inuentæ sint: & in illis locis primo, vbi vacabant. quare circa Aegyptum Mathematicæ artes constitutæ sunt. illic enim gens sacerdotum vacare permissa est. 6. Ethi. ca. 4. Dictum autem in Moralibus est, quænam sit artis & scientiæ differentia, ac cæterorum, quæ eiusdem generis B sunt. Cuius autem gratia nunc sermonẽ facimus, illud est, quod appellatam Sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidem sensum quencunque habentibus sapientior esse videtur: artifex vero expertis. architectus etiam manibus laborante: speculatiui autem factiuis. Quòd igĩ sapientia circa aliquas cãs, & principia scientia sit, patet.

Primum igitur cõueniẽs est, cuiuslibet artis inuentorẽ vltra oẽs sensus ab hominibus mirari, nõ solũ ꝓꝑ aliquam inuentorum vtilitatẽ, sed sicut sapientẽ, & aliis præstantẽ: pluribus aũt repertis artibus, & aliis quidem ad necessaria, aliis vero ad introductionem existentibus, tales semper illis sapientiores esse arbitrandũ est, quod illorum scientię ad vtilitatẽ non sunt. Vnde, iã omnibus talibus institutis, illę, quæ nõ ad voluptatem, neq; ad necesſitatem scientiarũ, repertæ sunt: & primũ in his locis, vbi vacabãt. vnde circa egyptũ mathema C ticæ artes primũ cõstiterunt: ibi nãq; gẽs sacerdotũ vacare dimissa est. Dictum est in moralibus, ꝗ̃ sit artis, & sciẽtiæ differẽtia, & similiũ 6. Eth. ca. 4. generum cuius aũt gratia nũc sermonem facimus hoc est, quia nominatam sapientiã circa primas causas, & principia existimãt omnes versari. Quare, vt dictũ est prius, expertus quidem quencunque sensum habentibus sapientior esse videtur artifex vero expertis: architector autem manu artifice: speculatiui autem actiuis. Quod igitur sapientia circa quasdã cãs, & principia sit sciẽtia, manifestũ est.

Hucusque comparauit experimentum ad Artem, & econuerso secũdũ om e modũ cõparationis posſibilẽ in hac doctrina, modo vult cõparare sciẽtias practicas ad speculatiuas, & dicit similẽ processum iam dicto, in comparatione experimenti ad Artem, qm̃ se habet scientia Actiua ad speculatiuã, sicut experimentũ ad ipsam Artẽ, sed experimentũ in comparatione Artis certius est, atq; vtilius ipsa Arte, ergo sciẽtia Actiua est vtilior speculatiua ĩ ordine, et vtilitate humanę vitę in bene viuere moraliter, qm̃ Actiua scientia est valde necessaria ad bene & moraliter viuẽdũ (vt dicit in ethicis) qd melius est ditari quã philosophari, respectu vitę hominis, inquãtum est animal Politicũ, ac ciuile: sed inquã.

7 Ex comparatione experimẽti ad artẽ venit in cõparationẽ practicę ad speculatiuã.

Scīa speculatiua est delectabilior actiua homini, in eo ꝙ homo.

tum est homo, sibi proprium est speculari, atq; phylosophari, quia eius perfectio D
vltima est ipsa scientia speculatiua, quæ est finis eius vltimus: & ideo delectabilior cæteris hominis perfectionibus: propter quod dicimus sapientiam habere delectationes firmiores, cum puritate sibi annexa, quoniam delectationi speculabilium nulla est tristitia admixta, ac eius obiecta mutabilia non sunt, sicut Practicæ ac Actiuę obiecta, & reddit rationem, quoniam Bonum honestum est illud, quod quęritur propter se ipsum, sed scientia speculatiua, est bona & honesta simpliciter, ergo per se ipsam quęritur: & omne bonum tale, est honorabilius ac dignius cæteris, sequitur quod scientia speculatiua est honorabilior, & simpliciter melior pratica, & magis digna nomine sapientię cæteris: & hoc est manifestum in omnibus scientijs, & Artibus siue inuentis, siue propter necessitatem viuendi Ciuiliter, vt genus Mechanicę Artis, siue inuentis ad delectationem, sicut genus Musicę Artis, siue pro introductione aliarum scientiarum, vt sunt Artes sermocionales. quoniam nos videmus in eis esse Aliquid, propter quod homines honorantur, & aliquid, ob quod minus, vt in Arte Militari, & in scientia Medicinę, in qua phisicus magis honoratur chyrurgo, & Miles quam pedonius: & cum ita sit, sequitur quod scientiæ speculatiuæ sunt magis honorabiliores, ac veneratione dignę practicis: & signum super hoc habetur inter homines, qui solent magis honorari prę alijs, per eleuationem eorum intellectus supra sensus in causas eorum cognoscendos, & in destructione earum ad inuicem, & hoc totum declarauit in genere causę finalis sapientię: Vnde in Aegipto Mathematicę Artes, primum in his locis inuentæ sunt a sacerdotibus, Cum sint maxime speculatiuę, qui sacerdotes habebant expensas a publico, propter quod tenebantur vacare studio scientiarum, & inde scientię ibi initium habuerunt, vbi homines studuerunt circa talia: & quoniam scientię, & Artes sunt conuenientes in genere, & in fine differentes: ideo differentię ipsarum, vult vt sumantur in vj. ethicorum, in quo tangit differentiam inter habitus animæ: & contentus est hic inferre solum ex antedictis desfinitionem sapientiæ huius, dicens, quod sapientia est scientia Altissimarum causarum, & simpliciter delectabilis propter se ipsam, & non gratia alterius, & ideo dicit scientiam, vt differat ab Arte: & dicit Altissimarum causarum, vt differat a scientia considerante causas determinatas: mobilium rerum vt sunt mathematicę, & Naturales. Vnde subiectum huius sapientiæ est ens maxime verum, siue ens Diuinũ, sub ratione maximæ veritatis cõsideratũ.

In scientijs practicis una est altera honorabilior.

Mathematica artes ubi, & a quibus primũ inuẽtę.

6.eth.cap.4. & 6.

Sapientia quid sit.

Subiectum Metaphisicę quid sit et subqua rõne

E

Caput Secundum. Quæ sit Sapientiæ natura: & quæ sit in hac methodo intentio. F

QVONIAM autem hanc scientiam quærimus, hoc vtique fuerit considerandum circa quales causas, & qualia principia scientia sapientia est. Si itaque repetat quisquam quas de sapiente opiniones * habemus, fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinamur sapientem maxime omnia, vt possibile est scire, non habentem singulariter eorum scientiam. Deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini cognoscere possit, sapientem existimamus. sentire enim omnibus cõmune est. quamobrem facile, & neutiquã sapiẽs est. Item illum, qui certior, ac magis docere valens causas reddat, sapientem in omni sciẽtia esse. Scientiarum quoque illam, quæ gratia sumptius, & ꝑpter ipsum scire, quã illam, quæ aliorũ gratia eligẽda sit, magis sapientiã esse. Et principaliorem, quã et subministrantem,

** habuimus Cõditiones requisitę ad sapientem.*

potius

A potius ſapientiam eſſe.non enim vt ſapienti præcipiatur, ſed vt ille præcipiat:nec vt ille ab altero,ſed vt ab eo minus ſapienti ſuadeatur, decet.Opiniones itaq; tales,ac tot de ſapientia,& ſapientibus habemus.Horum autem hoc quidem,omnia inquam ſcire,illi,qui maxime vniuerſalem ſcientiam habeat, neceſſe eſt ineſſe.hic enim quodã modo omnia ſubiecta ſcit.Fere autem & difficillima hominibus cognitu ſunt ea,quæ maxime vniuerſalia ſunt, ſiquidem remotiſsima ſunt a ſenſibus.ſcientiarum autem illæ certiores ſunt, quæ maxime primorum ſunt.nam quæ ſunt ex paucioribus,certiores iis ſunt,quæ ex additione dicuntur:vt Arithmetica quàm Geometria.

Vl'ia maxime difficillima cognitu. Vide cõtra. Zim.

Quoniam autem ſcientiam hanc quęrimus,circa quales cauſas,& circa qualia principia ſcientia ſapientia ſit,hoc vtiq; erit conſideran dum.Si itaq; repetat aliquis exiſtimationes, quas de ſapiente habemus,fortaſsis ex his manifeſtius fiet:primum igitur exiſtimamus ſa-
B pientem omnia maxime ſcire,vt contingit, ſcire enim accipimus nõ ſingulariter ſcientiam eorum habentem. Poſtea difficiliora cognoſcere potentẽ,nec ſcitu leuia hoĩ hunc noſcere poſſe, dicimus ſapien tem. Sentire enim omnibus eſt commune,quare facile, & non ſapiẽs vtique. Adhuc certiorem,& magis cauſam docentem, ſapientem circa omnem ſcientiam eſſe.Scientiarum quoque illa,quæ ſuipſius cauſa,& ſciendi gratia eligibilis eſt,magis eſt ſapientia,quam q̃ euenien tium gratia. Et principaliorem ſubſeruiente potius eſſe ſapientiam: non enim ordinari, ſed ordinare oportet ſapientem, neque huic ab altero,ſed ab hoc minus ſapienti perſuaderi decet.tales igitur exiſtimationes,& tot de ſapientia,& ſapientibus habemus.Iſtorum autẽ, hæc quidem omnia ſcire, vniuerſalem ſcientiam maxime habenti, ineſſe neceſſe eſt: hic enim quodammodo nouit omnia ſubiecta.Fere autem & difficillima ſunt hominibus ea ad cognoſcendum,quæ maxime ſunt vniuerſalia,nam a ſenſibus ſunt remotiſsima:ſcientiarum
C vero certiſsimæ ſunt illæ,quæ maximæ primorũ ſunt: nam quæ ſunt ex paucioribus certiores ſunt his,quæ ex additione dicũtur,vt arithmeticaq; geometria.

8

POſtquam Ariſto.narrauit, quod omnes homines natura ſcire appetunt propter intelligere, ſicut cętera animalia naturaliter appetunt ſentire propter cognoſcere, & hoc exemplificauit per oẽs ſenſus particulares, & maxime per viſum;& q̃uo in nobis Ars generatur,& ſciẽtia, eamq; ad experientiam in cognitione,& experientiam ad Artem in operatione,comparauit: & concluſit ſcientiam diuinam eſſe habitum animę altiſsimarũ cauſarum cognitiuum.Modo in hoc loco vult oſtendere quę,& quales ſunt hę cauſę,circa quas ſapientia hęc verſatur:& hoc propalauit poſſe cognoſci ab extimationibus,quas homines putant eſſe de ſapientia,& enumerat eas dicens.& primum, quod exiſtimamus de ſapiente,id eſt prima dignitas,ſiue conditio ſapientis eſt maxime ſcire omnia,et non ſecundum ſingularem ſcientiam, ſed ſecundum vl'em, extra quam non eſt dare vniuerſaliorem:Secunda dignitas ſapientis eſt ſcire difficilia: quia nos non dicimus ſapientẽ illum,qui facilia hmõi ſcit,& perpendit, quia ſentire oibus hominibus cõe eſt,ſed non ſpeculari altiora,& difficilia: Tertia ſapientis dignitas, eſt certiores reddere cauſas in oibus ſcientijs,quia hęc ſcientia procedit demon-

Epilogat dicta vt continuet ea dicẽdis.

Intentio huius cap.

Prima ſapiẽtis dignitas.

Secunda dignitas.

Tertia dignitas.

Quarta dignitas. Quinta dignitas. Sexta dignitas. Sapientia quõo in ſapiẽte ſit. Metaphyſicę deſcriptio Sapientia ſecundũ Pla.ẽ reminiſcẽtia.

ſtrando propter quid: Quarta dignitas eſt, vt ſciat alias ſcientias docere: Quinta D dignitas ſapientis eſt vt ſciat gratia ſui ipſius, & non alterius: Sexta dignitas ſapientis, eſt alios regere, & non regi: & cũ tot dignitates, ſiue exiſtimationes non inſunt ſapienti niſi propter ſapientiam, ſequitur quod inſunt ſapientię per ſe, & primo, & in ſapiente participatione, qm̃ ſapientia eſt in ſapiẽte, vt forma, & perfectio in ſuo perfectibili: qua de re hęc ſapientia eſt cauſarum primarum vniuerſalium, ac primorum principiorum, ſupra quę non ſunt dare alia: Et notandum eſt, quod ſecundum Platonem, ſapientia animę pręcedit eius vnionẽ, id eſt vnio ſapientię cum ipſa Anima eſt prius eius vnione cum corpore: & ex conſequenti ſcire noſtrum non eſt acquiſitum, ſed potius reminiſcentia: & vtrum hoc ſit uerum, diſputabimus in ſequentibus: & vltra hoc dicunt, quod ſcientiæ naturales ſunt diſponentes nos ad reminiſcentiam huius ſapientię. Sicut experimenta diſponunt nos ad reminiſcentiam naturalium ſcientiarum t & hoc fit per modum argumentationis, qui eſt a magis noto apud nos ad magis notum naturę, quod eſt minus notum nobis: & talis modus argumentationis cõceditur eſſe per naturam in nobis, quod non eſſet, ſi mens noſtra eſſet ſicut tabula, in qua nihil eſt depictũ:

Plat. motiua

& ſermo iſtorum ſtat in nonnullis propoſitionibus: prima quarum eſt, quod omne perfectibile optime diſpoſitum, ſtatim, & ſine interuallo perficitur a ſuo perficiente: Secunda Anima humana ante eius vnionem cum corpore eſt perfecte, B & optime diſpoſita perfici a ſapientia, quia perfectio animę humanę eſt ipſa ſapientia: & hij ſic dicunt, quia tenebant Animam humanam venire deforis: & ſecundum etiam Auic. iſte ſermo ſequeretur. igitur, &c.

At vero illa magis docet, q̃ cauſas ſpeculat̃. ii enim docent, qui cãs ſingulorũ dicũt. Intelligere aũt, & ſcire eorũ ipſorũ gratia, illi p̃cipue ſcientię ineſt, q̃ eius eſt, qđ maxime ſcibile eſt. qui. n. ſcire eius ipſius gratia eligit, eã, q̃ maxime ſcĩa eſt, pręcipue eliget. talis aũt eſt eius, qđ maxime ſcibile. maxime aũt ſcibilia ſunt ipſa prima & cauſę: pp hęc. n. & ex iis cętera cognoſcunt̃, ſed nõ hęc p ſubiecta. Principaliſſima aũt ſcĩarum, & principalior ſubminiſtrãte eſt, q̃ cognoſcat id, ob qđ quodq; agendũ ſit. hoc aũt eſt bonũ cuiuſq;, & vniuerſaliter qđ in omni natura optimũ eſt. Ex oĩbus itaq; dictis, in eandẽ ſcĩam cadit, qđ quęrit̃, nomen. oportet etenim primorũ principiorum, & cauſarũ eam ſpeculatiuã eſſe. nã & bonum, & cuius gratia vna de cauſis eſt.

At vero & doctrina magis, q̃ cãrũ ẽ ſpeculatrix magis. nã hi docẽt, qui cauſas de ſingulis dicũt. Intelligere aũt & ſcire ſui ipſius gratia, F ei maxime ineſt ſcientiæ, q̃ de maxime ſcibili. nã qui ſcire pp ſe deſiderat, eã maxime ſcĩam deſiderabit: talis aũt eſt eius, quod maxime ſcibile. maxime aũt ſcibilia principia & cauſæ: nã propter hæc, & ex his alia dignoſcuntur, ſed non hæc per ſubiecta. Maxime vero principalis ſcientiarum, & magis principali ſubſeruiente, quæ cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula: hoc autem eſt bonum vniuſcuiuſq;: & vniuerſaliter optimum in natura omni. Ex omnibus ergo, quæ dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiam quæſitum nomen: oportet enim hanc primorum principiorum, & cauſarum eſſe ſpeculatiuam. etenim bonum, & cuius gratia vna cauſarum eſt.

9 Enumeratis dignitatibus ſapientis, conſequenter eas probat ſingulariter, dicens, quod vl'e maxime dr̃ omne illud, vltra quod non eſt dare aliud: ſed ſapientia diuina, eſt illa, vltra quam non eſt dare aliam, ſequitur quod ſit ſcientia maxime vl'is, et ex conſequenti non procedit niſi per cauſas maxime vl'es, ac primas: & ſic ſequitur neceſſario ut ſit maxime cognoſcitiua omnium rerum difficilium:

Meta. ſapĩa eſt, ultra quã nõ datur alia

A & probat hoc Arist. quia omnia sunt sibi subiecta, & maxime illa, q̃ sunt a sensibus remotissima: & omne, quod est tale, omnia sunt sibi facilia ad cognoscendū: cum igitur hęc sapientia sit talis dispositionis, sequitur, quod sit maxime certa absq; vlla dubitatione, & per consequens scientia reddens causas certas omniū entium, & eas docens: igitur Amabilis, ac maxime appetibilis, igitur scĩẽtia per se, & non gratia alterius, ordinans alias & non ordinata ab alia: ex quibus omnibus concludit Arist. quod hęc sapientia non est nisi Bonum, & totaliter optimum in omni natura, vltra quod non est dare aliud, in quo tota fœlicitas primarie, & principaliter consistat: & vniuscuiusq; alterius intelligere, & omnium aliorum entium secundarie, licet non adęquate.

naturaliter acquisita.

Metaph. dignitates.

Fœlicitas in Metaph. ex Auer. & cōsidera, quia dispositiue tantum.

Quòd aũt nõ factiua, ẽt ex primis philosophantibus patet. pp admirationẽ .n. & nũc, & primo cępert hoĩes philosophari. a principio quidẽ, admirãdo ea, q̃ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedẽtes, ẽt de maioribus dubitãdo, vt de passionibus Lunę, & eorũ, q̃ circa Solẽ, & stellas fiũt, ac de gñatione vniuersi. Qui uero dubitat & admirat̃, putat se ignorare quare Phs amator fabularũ
B quodã modo est, eo ꝙ fabula ex mirandis cõstat. Quare, si pp fugam ignorãtię philosophati sũt, patet ꝙ cã cognoscẽdi, & nulli⁹ vsus grã ipsũ scire ꝓsequebant̃. Testat̃ aũt id ipsum, q̃d contingit. fere .n. oĩbus inuẽtis, q̃ ad necessaria, & facilitatẽ, ac ad degẽdũ cõducãt, hmõi prudentia q̃ri cœpta est, patet itaq;, ꝙ ob aliã nullã vtilitatẽ quęrimus.

Propter admirari hoĩes & nunc & primo cœperunt philosophari.

Philosophus amator fabularum.

Quare vero non actiua, palã ex primũ philosophantibus: nam pp admirari hoĩes & nunc, & primũ incępert philosophari. a principio quidẽ per faciliora dubitabiliũ mirantes, deinde paulatim procedentes, & de maioribus dubitantes, vt de lunę passionibus, & de his, quę circa solem, & astra: & de vniuersi generatione. Qui vero dubitat, & admiratur se ignorare videtur: quare & Phylomites aliqualiter philosophus est, fabula nãq; ex mirãdis constituit̃: quare, si ad ignorantiã fugiendã philosophati sunt, palam, quod pp scire studere prosecuti sunt, & non vsus alicuius causa. Testatur aũt ipsum, quod accidit: nã cunctis fere inuentis, quæ sunt necessaria ad voluptatem, & eruditio
C nem, talis prudentia inquiri cœpit. palam igitur quod propter nullã aliam necessitatem ipsam quærimus.

14 Cum declarauit dignitates sapientię huius, hic modo incipit ostendere, quod hęc sapientia non est actiua, sicut nonnulli crediderunt, cõsequitur ex antedictis pars negatiua, & dicit in quo quęritur ipsum scire per seipsum, est habitus scientificus (vt Alibi probatũ est) sed hęc sapientia est, in qua quęritur ipsum scire per seipsum, & non gratia alterius, vt supra ostensum est per vnam dignitatem sapientiæ: sequitur, quod hæc sapientia non sit actiua: cum quis posset dubitare ex hoc, quod dictum est de certitudine, quę uidetur magis Actiuę appropriari q̃ speculatiuæ: Minorem huius sermonis probat inductiue per hoc assumptum: & primo, quia propter admirari incæperunt homines philosophari, non propter aliud, nisi, vt ignorantiam euitarẽt, & maxime priores homines, qui per pauciora rerum dubitabilium admirabãtur: Posteriores vero de maioribus dubitantes propter ipsum scire fatigati sunt, & non gratia alterius: vt de lunę passionibus, nec non de hijs, quę circa solẽ fiunt; vt de tribus solibus, & cętera astra cõsiderabãt, ac de totius vniuersi generatione, an sit nouus, vel Antiquus: q̃m hęc omnia non sunt nisi propter ipsum scire, & non gratia alterius, quia est terminus certæ perfectionis, ad quam omnes homines naturaliter inclinantur, vt ignorantiam

Metaph. nõ est scientia actiua.

Quare priores homines philosophari cęperint.

Oẽs hoĩes

naturalr̃ ĩcli nãtur ad uitã dã ignorantiam.

Artificialia ſunt pp vtilitatẽ, quia vitam faciunt quietam.

a Sciẽ ſũt pp eruditionẽ, q̃ vitã reddũt felicẽ & pręclaram.

euitarent: vnde dr̃, qui dubitat, & admiratur ignorare vr̃: & ideo phylomites aliqualiter eſt philoſophus propter eius admirari circa Poętarũ fabulas, quę ex rebus mirandis ſunt conſtitutę: quare palam eſt, quod non propter aliud homines inſecuti ſunt ſcire, niſi vt ignorantiam euitarent, & nõ vſu alicuius alterius finis: & hoc ſigno oſtendit, & dicit, teſtatur aũt ipſum idem, quod accidit hominibus cunctis exiſtentibus ad voluptatem & eruditionem, ad voluptatem quidẽ, vt omnia artificialia, quę ad eruditionem non ſunt propter ſe ipſas, ſed propter vitę utilitatem: ad eruditionem a vero, vt ſunt ſcientię ſermocionales, quæ faciunt vitam quietam habere bene eſſe, nam uita ab Arte efficitur quieta, & a ſcientijs pręclara, & fœlix ſiue beata: Vnde animalia Bruta propter aliqua Artificiata inſita eis per naturam ſunt quietę vitę, ſed non beatę: quare palam eſt, quod neutrum iſtorum eſt propter ſe ipſum, ſed gratia alterius: vnde manifeſtum eſt, quod ſola ſapientia, nõ quęritur niſi propter ſe ipſam b quia eſt ultimũ Bonum in tota Natura, & finis poſtremus. D

b Sola ſapiẽtia pp ſeipsã quæritur.

Hominũ natura multipliciter ſerua ẽ.

Poetę multa mentiuntur.

Sed, quemadmodum dicimus, liber homo de eo, qui ſuiipſius, & non alterius gratia eſt, ita & hæc ſola ſcientiarum libera eſt: ſiquidem ſola hęc ſuiipſius gratia eſt. Quare, merito non humana eius poſſeſsio putabitur. natura etenim hominũ in pleriſq; ſerua eſt. Quapropter, ſecundum Simonidem, Deus vtiq; ſolus hanc habet dignitatem. Hominem vero indignum non quærere illam, quæ ſibi conuenit, ſcientiam. Quod ſiquid Poetæ dicunt, & natura comparatum eſt, vt diuinitas inuidiat, in hoc maxime id veriſimile eſt contingere, & infelices omnes eſſe, qui altiora ſe quęrunt. Sed nec diuinam naturam inuidã eſſe conuenit. Poetæq;, ſecundũ prouerbium, multa mentiuntur. Nec aliam, quàm huiuſcemodi decet honorabiliorem putare. quæ enim diuiniſsima, eadem etiam honorabiliſsima eſt. Talis vero bifariam duntaxat vtiq; fuerit. nam & illa, quam maxime Deus habeat, diuina ſcientiarum eſt, & ſiqua eſt quæ diuinorũ ſit. hæc aũt ſola vtrunq; conſecuta eſt Deus etenim tum cauſa oĩbus eſſe videtur, tum quoddam principium: & talem aut ſolus, aut præcipue Deus habet. Cæterę itaq; oẽs magis ea neceſſarię ſunt, nulla vero melior. Oportet autem quodam modo eius ordinẽ in contrarium nobis inquiſitionum, quæ a principio fiebant, conſtitui. incipiunt etenim oẽs, vt diximus, ab admiratione, an ſic ſe habeat, ſicut de præſtigioſis, quæ per ſe ipſa mouẽtur, illi, qui nondũ ſpeculati ſunt cauſam. aut de ſolſtitijs, aut diametri incõmenſurabilitate. admirabile enim omnibus vr̃, ſiquid, cũ non ſit minimũ, nõ menſuretur. decet aũt in contrariũ, & in melius, ſecundum prouerbiũ, conſumare. quemadmodum in his fit, cum diſcãt. nil enim magis vir Geometricus admiraret̃, q̃ ſi diameter cõmenſurabilis fieret. Quænam igit̃ natura eius ſcientiæ, quæ quæritur, & quæ intentio, quam debet quæſitio, & * totus tractatus cõſequi, dictũ eſt.

(E and F section letters in right margin)

* tota methodus.

Sed, vt dicimus homo liber, qui ſuimet, & nõ alterius cauſa eſt, ſic & hæc, ſola libera eſt ſcientiarũ, ſola nanq; hæc ſui cauſa eſt: propter quod & iuſte non humana putetur eius poſſeſsio. Multipliciter enim hominũ natura ſerua eſt: quare, ſecundũ Simonidem, ſolus vtique deus hunc habet honorẽ: virum vero non dignum non quærere, quæ ſecundũ ſe eſt, ſcientiam. Si aũt dicunt poetæ, quia diuinũ natum eſt

A inuidere, in hoc cõtingere maxime verisimile, & infortunatos oẽs cu
riosos esse. sed nec diuinũ inuidum esse conuenit: sed secundũ prouer
bia multa mentiuntur poetæ. nec tali aliam honorabiliorem oportet
existimare: nam quæ maxime diuina & maxime est honoranda. Ta-
lis aũt quæ dicitur, vtiq; erit solũ, & illa, quam maxime deus habet,
dea scientiarum est, & vtiq; si sit diuinorum aliqua: sola aũt ista ambo
hæc sortita est: deus & enim vr̃ oĩbus causa esse, & principiũ quoddã:
& talem aut solus, aut maxime deus habet necessario: res igitur oẽs
ea necessariæ sunt: ipsa vero dignior nulla. Oportet autẽ aliqualiter
constituere ordinem ipsius ad contrariũ nobis, quæ a principio, quę-
stionum: incipiunt enim, vt diximus, oẽs ab admirari, si ita se habent,
quemadmodum anthonomata nondum speculãtibus causam, at cir-
ca solis conuersiones, aut diametri commensurationem: mirum enim
videtur esse omnibus, siquid numerorum nunc mensuratur: oportet
B autem in contrarium, & ad dignius, iuxta prouerbium, confirmare,
quemadmodum & in his fit, cum discat: nihil enim ita mirabitur vir
geometricus, quam si diameter commensurabilis fiat. Quæ igitur sit
natura scientiæ quæsitæ dictum est, & quæ sit intentio, qua oportet
adipisci quæstionem, & totam methodũm.

Hęc est alia ratio, in qua probat sapientiam maxime liberam esse: quia omne, 11
quod est causa suimet, & non alterius, est maxime liberum: & exemplificat de
homine: sed hęc sapientia est causa suimet, & non alterius: igitur est maxime li-
bera. quare iuste dr̃ quod natura humana multipliciter serua est, soli Deo conue
nit: Symonides poetice loquendo dicit, Deum solum voluisse hunc honorem, &
in hoc inuidum esse voluit. & sermo iste omnino falsus est, quia in Deo nulla re
peritur imperfectio, vnde nec inuidia, qa fabulosus sermo ex mentientibus fluit:
quare solemus dicere multa mentiuntur Poetę: Cum igitur palam sit, quod hæc
sapientia nõ est possesio humana, oportet ergo vt sit Diuina, & maxime hono-
rabilis, eo quia est de subiecto honorabiliori ĩ tota natura, vt manifestũ est apud
omnes [a] nationes, qđ Deus precęteris maxime honorabilis est: quare & sapien
tia eius, Vnde, si aliquis sapientię huius aliquid pãrticipat, inter cęteros homines
maxime honorandus est, quod nõ esset, si priuatus fuisset tali habitu: & ratio est.
C quia, excellentius [b] sanctiusve est parum scire de rebus diuinis, quam multũ de
his, quę sunt materię sensibili immersa, vt posterius probabimus: & ordo huius
sapientię est ad alias humanas sciẽtias [c] sicut ordo in generationibus, quę fiũt se-
cundum naturam: quia ad perfectionem hominis per hãc[d] sapientiam quinq; re
quiruntur, s. duo termini a quo, & ad quem, tempus, perficiens, & perfectibile: ter
minus a quo est nostra ignorantia: terminus ad quem est sapientia ipsa: tempus
est quod requiritur in acquirendo ipsam: perfectibile est natura humana: perfi-
ciens vero est Amor atq; dilectio summi boni, & est primum mouens homines
ab ignorantia ad sapientiam. signum cuius est ipsa veritatis indagatio: ea pro-
pter priores mirantes de hijs, quę fiebant anthonomata minime causam specula-
bantur, vt si a casu contigissent, vt circa solis, ac lunę conuersiones, ac diametri
incommensurationem cum lateribus sui quadrati, quia mirum omnibus videba-
tar esse, causam nondum tunc speculantibus. Demum in processu temporis in re-
rum causarum cognitione deuenerunt: ut Geometrę, qui nihil ita mirabantur, sed
vltimo & posteriores in hac sapientia peruenerunt, licet secundum modum eo-
rum. ea propter hęc sapientia est terminus, ad quem humana cognitio est termi-
natura: Vnde in scientijs duo extrema reperiuntur, quorum vnũ se habet vt ter-
minus a quo, & est sciẽtia physica, & aliud extremum est sicut terminus ad quẽ
& est sapientia, inter quæ duo extrema, est sciẽtia media, quę mathematica nun-

Vñ sapiẽtia libera dicat.

Natura humana multipliciter serua.

Poetę mendaces.

Metaph. superioribus mẽtibus attribuitur.

a Apud oẽs natiões deus honorabilis est.

b Excellẽti' est parũ scire de rebus diuinis, q̃ multũ de sensibilibus.

c Ordo huius sapientię ad cęteras hoĩs sciãs est sicut in gñatione.

d Quo hęc sapiẽtia hoĩem perficiat req rũtur qnq;.

Mathematica est scia media. Ari. adeptus est hāc sapiētiā scdm oēm humanā possibilitatē. idē prol. phy. in calce.

cupatur. Et Arist. fuit de illis, qui appropinquati sunt huic termino sapientiæ secundum modum hominibus possibilem, & nos quoq; in hac nostra media expositione ipsum prosequi (Deo fauente) decreuimus: quę igitur sit natura huius sapientię, & qualis sit eius intentio, dictum est, quam oportet, quomodove adipisci in tota hac scientiarum methodo. D

Summa Secunda. Antiquorum opiniones de rerum causis, ac principiis.

Caput Primum. Causarum in modos diuisio: Veterumq; opiniones de causa materiali.

CVM autem manifestum sit, quòd primarum causarū oportet scientiam accipere (tum enim scire vnūquodque dicimus, cum primam causam nos nosse arbitramur) causæ vero quadrifariam dicantur, quarū Vnam quidem causam dicimus esse substantiam, & ipsum quid erat esse: nam ipsum quare primum refertur ad rationem vltimam, causa autem & principium, ipsum quare primum: Vnam vero materiam, & subiectum: Tertiam autem, vnde principium motus: Quartam vero oppositam ei causam, & cuius gratia, & bonum. hoc enim finis totius motus, & generationis est. E

Quoniam autem manifestum quòd earum, quæ a principio, causarum oportet sumere scientiā (tunc enim scire dicimus vnūquodq;, quando primam causam cognoscere putamus.) Causæ vero quadrupliciter dicuntur, quarum vnam quidem causam dicimus esse substantiam, & quod quid erat esse: reducitur enim quare primum ad rationem vltimam, causa autem, & principium ipsum quare primum. Vnam vero materiam, & subiectum: tertiam autem, vnde principiū motus: quartam uero ei causam oppositam, & cuius causa, & bonum, finis: hoc enim generationis, & motus omnis est.

1. post. te. 7. et 1. ph. t. c. 1

2. ph. t. c. 31.

Finis efficiēti opponitur.

Fines duo: Deus, & terra.

12 HIc tangit causam, propter quam opus fuit enumerare causas rerum: & primo secundum opinionem Antiquorum philosophantium, quamuis non recte de eis dixerint propter corruptas propositiones, quas pro primis ponebant secundum proprias opiniones: & ratio super hoc est, quia cognitis causis, omnia causata facillime cognoscuntur, vt alibi probatum est, quia tunc scire dicimus, cum causas primas cognoscere putamus, vt in posterioribus dictum est, quatuor esse genera causarum in Secundo Physicorum: vna quarum est materia, ex qua res est, secunda forma est, & est illa, propter quam res habent esse: tertia est causa mouens, quę semper est in termino, a quo res mouetur ad esse, & dicitur causa efficiens: quarta causa, siue quartum genus causarum est illud, quod semper est in termino, ad quem res mouetur, & ideo dicitur vltimum rei perfectissimum, & opponitur causę efficienti, quæ semper est in termino, a quo est motus: est enim causa finalis signum sagittę, ad quod sagittantes omnes dirigunt sagittas, quoniam bonum, & optimum, & illud omnia naturaliter appetunt, sicut sufficienter dictum est in his, quæ pręterierunt de natura: propter quod palam est, quod in tota omnium entium natura, fines sunt duo, vnus quidem nobilissimus & in abstractis, & est ipse Deus, ad quem omnia spiritualia naturaliter tendunt, & inclinantur, vel in quem, vltimo fœlicitantur: Alius autem finis est omnium generabilium & corruptibilium rerum, & est ipsa terra, ad quam, vel circa F

A quam omnia mouentur corporalia: & ideo quanto magis homo erit spiritualior, tanto magis erit eleuatus ad appetendum finem nobilissimum, & econuerso, erit terrena appetens: & propter hoc Natura hominem rectę staturę produxit, cuius modi cętera aĩalia minime procreare voluit, quę terrã omnia respiciunt, cũ vultus, ac eorum facies ad terram inuersę sint, Hominum vero facies sursum eleuari est contenta. ea propter fratres leuate Animum vestrum in finem nobilissimum, vt sua sapientia perficiamini, secundum ꝙ possibile est perfici in hac vita. Quare hõ rectę conditus sit staturę.

De his autem omnibus & si satis inde Naturalibus speculatum sit, nihilominus tamen illos quoque, qui ante nos ad entium perscrutationem venerunt, & de veritate philosophati sunt, asciscamus. patet enim, quòd illi etiam principia aliqua, & causas dicunt. Proderit itaq; profecto huic * tractatui nunc, si illa breuiter repetemus. aut enim aliud causæ genus inueniemus, aut certe magis illis credemus, quæ nunc dictæ sunt. Plurimi igitur eorum, qui primo philosophati sunt, solas illas existimarunt omnium esse principia, quæ in materiæ specie sunt. ex quo enim omnia entia sunt, & ex quo primo fiunt, & ad B quod vltimum corrumpuntur, substantia quidem permanente, mutata vero passionibus, hoc elementum, & hoc omnium entium esse principium aiunt. & ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiuscemodi natura semper conseruata. quemadmodum neq; Socratem, quando formosus, aut musicus efficitur, simpliciter fieri dicimus, neq;, cum istos habitus amittat, corrumpi: eo quòd subiectũ ipsum Socrates permanet. ita & cæterorũ nihil, oportet enim aliq̃ naturã aut vnã, aut plures esse, è q̀bus cętera fiunt, illa cõseruata.

* Methodo.

Sufficienter enim de his speculatum est in his, quæ sunt de natura, accipiamus tamen priores, qui ante nos ad entium perscrutationẽ venientes, & de veritate philosophantes: palam enim quia & illi dicunt principia quædam, & causas. Si igitur illorum scientias in medium attulerimus, aliquid euenerit sane, quod ad propositum doctrinæ huius accommodabitur. Aut enim aliud aliquod commune genus C inueniemus, aut certe magis eorum dictis credemus. Primo igit̃ philosophantium plurimi solas eas, quæ in materiæ specie, putauerunt omnium esse principia: nam ex quo sunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quid corrumpetur vltimo, substantia quidẽ manente, in passionibus vero mutata, hoc elementum, & hoc principium dicunt esse eorum, quæ sunt: & propter hoc non generari quicquam putat, neq; corrũpi, quasi tali natura semper conseruata: sicut neq; dicimus Socratẽ generari simpliciter, quando fit bonus, aut musicus, neq; corrumpi quando deponit habitus istos: ꝑpea quod subiectum maneat sortes ipse, sicut & aliorũ nihil. Oportet igitur esse aliquam naturam, aut vnam, aut plures, ex quibus fiunt alia illa conseruata.

15

Et via enumerandi causas, secundum quod dictum est a primis vetustissimis philosophis de ueritate, est scd̃m hunc modum: qm̃ illi, qui ante nos fuerunt, dixerunt principia & causas esse: sicut & nos confiteri cogimur, cum de veritate loqui in hac methodo intendimus: multi enim de primis philosophantium dixerũt materiam omnium esse principium, accipientes conditiones eius, quę ad rationẽ

Quatuor sũt primi principij cõdõnes. Prima cõdõ 1. ph. t. c. 52.

1.Ph.t.c.82.

Secunda cõditio.

Tertia conditio.

Quarta conditio.

Vñ mouebãtur ponere materiã oĩm entium principium.

principij pertinere videntur: prima quarum est. Materia est ex qua res est, vt habetur Primo Physic. sed omne, quod est tale, videtur esse principiũ rei. igitur Materia est omnium rerum principium: nam ex materia dicimus materiatum esse, sicut ex ferro ferreum esse, & ex cera cęreum: Secunda conditio primi principij est vt sit, ex quo res fit, vt statua, quę fit ex cupro: sed omne, quod est tale, videtur esse causa generationis, quia res procedit in esse per generationem; sed materia est illa, ex qua entia fiunt primo: igitur materia est causa generationis: ergo primum omnium rerum principium est: Tertia Cõditio primi principij est, vt in ipso omnia resoluantur, quando corrumpuntur, & est substantia manens in omni transmutatione, & nõ mutatur nisi de passionibus ad passiones, & per passiones intellexit formas: Quarta Conditio primi principij est, vt nõ fiat ex alio, sed omnia fiant ex eo, sed est manens in omni genere: & ideo dixerunt hoc elementum esse omnium entium principiũ, & ideo nec generari, nec corrumpi, sed in natura propria semper conseruatur. vt Socrates, qui non generatur, quando fit musicus, aut albus, neq; corrumpitur, quando deponit hos habitus: quod est, quia subiectum istorum manet, & est ipse Socrates: ex quibus omnibus * cõcludebat nihil generari, neque corrumpi nisi secundum quid. D

* Antiqui negabãt simpliceẽ gñationẽ.

a Thaletis opinio, ponentis aquã principium.

Pluralitatem, & speciem huius principii non eandem omnes dicunt. Sed [a]Thales quidem huiusmodi Philosophiæ princeps aquam ait esse. quare terram quoque super aquam asserebat esse. Fortassis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum ex eo factum, eoque animal viuere: ex quo autem fit, id esse principium omnium. propter hoc igitur hanc habuit opinionem. & quoniam cunctorum semina naturam humidam sortita sunt: aqua vero naturæ principium humidis est. E

Pluralitatem tamen, & speciem talis principii non eandem omnes dicunt: sed Thales quidem talis philosophiæ princeps aquam ait esse, vnde & terram esse super aquam asserebat: forsan opinionem hanc accæpit, quia cunctorum nutrimentum humidum videbat esse, & ipsum calidum ex hoc factum, eoque animal viuere: ex quo fit vero, hoc est principium omnium: propter hoc igitur eam est accipiens existimationem: & quia cunctorum spermata materiam habent humidam, aquæ vero natura principium est humidis. F

14

Thales Milesius primus posuit materiale principiũ, & illud esse aquam.

Motiuũ Thaletis ad ponẽdũ aquã principiũ entiũ.

Ex calido & humido aĩalis vita.

Vita permanet ĩ calido, & augmẽtũ in humido.

Et fuit differentia inter hos philosophos: quoniam aliqui volebant vnum tantum esse principium omnium entium, siue materiam: & aliqui, alij plura vno: asserentes tantum vnum dicebant ipsum esse vnum secundum speciem: quod nonnulli volebant esse ignem: Aliqui Aquam dicebant omnium rerum esse principium: & Aliqui vaporem: & primus ex his, qui ponebant principium hoc materiale, fuit Thales Milesius, qui fuit princeps huius opinionis: nam ipse asserebat aquam esse omnium rerum primũ materiale principiũ, & terrã esse situatã super aquã: & fundamentum huius Viri erat hoc. quia videbat cunctorũ nutrimentum esse humidũ, & qm̃ materia nutrimenti est essentia in parte, et materia generationis est essentia in totũ, sequitur ꝙ materia nutrimẽti, & generationis est vna: sed materia hęc non est nisi aqua. igitur principiũ oĩum entium est ipsa aqua: prætereà ex humido fit ipsum calidũ. & ex calido & humido fit animalis vita, quare esse animalis consistit per calidũ, et eius augmentũ per humidũ, quod nõ fieret, si humidũ nõ esset oĩum rerũ principiũ: Nos videmus ignẽ tandiu manere, quãdiu stat humor, & vitam terminari in siccum, quod non fieret, si humor ipse nõ esset oĩum viuentiũ principium, qm̃ tandiu aĩal uiuit, quãdiu ab ipso humido nutritur, unde vita permanet in calido, & augmentũ eius in humido: et cõfirmabat hoc in

A ſeminibus cunctorum, quia ſperma corpus habet humidum fluxibile: quod non haberet, ſi aqua non eſſet omnium humidorum principium: quare, cum aqua ſit huiuſmodi, ſequitur quod omnium nutrimentorum ſit primum principium. Et cũ nutrimentum ſit idem in ſpecie cum materia nutriti, ſequitur, ſecundum ſuas poſitiones, & ſecundum ordinem prioris ad poſterius, quod Aqua ſit omnium rerũ primum principium.

Sunt autem quidam, qui etiam Antiquiſsimos illos, & nimis a pręſenti generatione remotos, & primos theologizantes ſic arbitrantur de natura ſenſiſſe. Oceanum nanque, & Tethyn generationis parentes cecinerunt Iuſiurãdum quoque deorum aquam eſſe, ſtygem ab ipſis Poetis appellatam. honorabiliſsimum enim, quod antiquiſsimũ eſt, iuſiurandum autem honorabiliſsimum eſt. Si igitur antiqua iſta & vetuſta de natura opinio eſt, fortaſſe non eſt manifeſtum. Thales tamen hunc in modum de prima cauſa dicitur aſſeruiſſe. Hipponem etenim nemo dignabitur cum iſtis connumerare, propter intellectus

B eius* ſimplicitatem.

Hippo.

* vilitatem.

Sunt autem aliqui antiquiores, & multum ante eam, quæ eſt nunc, generationem, & primos theologizantes ſic putant de natura exiſtimaſſe. Oceanum enim, & Tethym generationis parentes fecerunt, ſacramentum quoque deorum aquã eſſe ſtygem ab ipſis poetis vocatã: honorabilius enim quoniã antiquius: ſacramentum autem quod honorabilius. Si igitur antiquorum iſta, & ſenior fuit de natura opinio, forſan vtique incertum erit. Thales quidem ſecundum hunc modum pronunciaſſe dicitur de prima cauſa. Hipponem enim non vtique aliquis dignificabit ponere cum his propter ſui intellectus paruitatem.

Et huius opinionis fuerunt Antiquiſsimi ſapiẽtes, more Poetico loquentes in quibuſdam carminibus, inter quos fuerunt Orpheus, & Muſeus, & alij, quorum famoſior fuit Orpheus, qui theologizans dixit Oceanum, vbi maxima eſt aquarum congregatio, & Thetym parentes generationis eſſe: & per Thetym intellexit Deum Aquarum, & ſub fictione fabuloſa dabat intelligere aquam omnium rerum principium eſſe. ſ. generationis: & hanc ſententiam ſub alia, fictione fabuloſa confirmabat dicens, Iuramentum Deorum per Aquam fieri, quam Poetæ Stygem, ſiue infernalem Paludem vocant, & cum tale iuramentum non ſit niſi ſuper re nobiliſſima, & cum nec nobilius principio primo: concludebat Thales Mileſius Aquam eſſe omnium rerum primum principium: Et licet Hyppon philoſophus aſſeritur hanc habuiſſe opinionem, tamen quia ſolus fuit, qui dixit animam eſſe aquam, non eſt dignus vocari princeps huius phyloſophię, ſicut Thales Mileſius. 15

F

15 Orpheus.

Thetys generatiõis parens qũo.

Iuramentũ Deorum.

Thales.

Hippon.

Anaximenes autem, & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime ſimplicium corporum principium ſtatuunt. Hippaſus autem Metapõtinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

Anaximenis, & Diogenis opin.

Anaximenes autem, & Diogenes aerem priorẽ aqua, & maxime principium ſimplicium corporum ponunt. Hippaſus autem metapõtinus, & Heraclitus: epheſius ignem.

Completa ſententia Antiquorum dicentium Aquam eſſe primum omniũ rerũ principium, reuerſus eſt ad narrandum opinionem illorum, qui dicebant Aerem eſſe omnium rerum principium: & dixit Anaximenẽ & Diogenẽ dixiſſe Aerẽ priorẽ eſſe aqua, & ex conſequẽti primũ eſſe omnium corporũ ſimpliciũ. ſ. Qua- 16

Motiua asserentiũ aerẽ esse rerũ prĩcipium.

tuor elementorũ,& per cõsequens omniũ aliorũ.quia omne,quod est principiũ, D siue causa causæ,necessario est causa causati:& huius opinionis fundamẽtũ erat, quia omnia in Aerẽ cõseruari videbant,& cũ nihil cõseruatur nisi a suo simili, sequitur secundum opinionẽ istorum phylosophorũ,quod Aer sit omniũ rerũ primũ principium:Nã isti videbant Aquam conseruari in Aere,& ignem similiter, vt in lampade manifeste apparet:similiter ꝙ omnia animalia conseruantur ex inspiratione,& respiratione:& cum nihil cõseruatur in esse suo magis quã a suo primo principio.Concludebant Aerem esse omniũ rerũ primum principiũ: Discrepabant tamen inter se,quoniam Anaximenes posuit Aerem esse omniũ rerum principium simpliciter,Diogenes vero non simpliciter,sed inquantum erat compositus mente diuina:Hyppasus metapontinus,& Heraclitus ephesius dicebant ignem esse omniũ rerũ principium:& fundamentũ istorũ fuit. qm̃ videbant omnia elementa cõseruari in ipsum ignẽ,& illa nõ generari nisi per ipsum ignẽ, nutriri,atque augeri,& omnia ab eo perfici,& compleri:qđ nõ esset,si ignis omniũ rerum principiũ non fuisset,& hæc est sentẽtia ipsorũ.vnde oẽs hij hucusque recitati,sunt phylosophi cõcordãtes se in vnũ materiale principiũ omniũ rerum.

Ponẽtes Aerẽ rerũ prĩcipiũ discrepabãt in modo ponẽdi.

Motiuũ ponẽtiũ ignẽ rerũ prĩcipiũ.

Empedoclis

Empedocles autem quatuor,vna cum prædictis superaddens etiã terram quartum.hæc enim semper permanere,nec fieri nisi pluralitate,& paucitate coniuncta,& disiuncta in vnum,& ex vno. E

Empedocles vero quatuor vna cum dictis addens terram quartũ, hæc nãque dixit semper manere,& nunquam fieri,nisi pluralitate, & paucitate congregata,& disgregata in vnum & ex vno.

17 Hic tangit opiniones,& sententias illorum, qui ponebãt principia materialia esse plura vno,quorũ primus fuit Empedocles,qui hijs iam dictis principijs, Terrã posuit pro quarto materiali principio:& fundamentum huius viri fuit,qm̃ ipse videbat terrã semper manentẽ esse,ideo dicebat omnia generari per cõgregationẽ istorũ quatuor,& per segregationẽ eorũ omnia corrũpi secundũ multitudinẽ, ac paucitatẽ,ideo vocata sunt elemẽta rerũ omniũ, qm̃ in corruptione omniũ fit resolutio in ipsa quatuor,& ipsa quatuor in aliud nõ resoluũtur, sed omne, quod est tale,est principium primum omniũ rerum,quia ratio primi principij talis est, scilicet in vnum ex vno.

Empedocles

Motiuũ empedoclis.

Anaxagoræ.

Anaxagoras aũt Clazomenius,ætate quidem illo superior,operibus vero inferior,infinita dicit esse principia.fere.n.omnia, quæ cõsimilium partium sunt,vt aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait *coniunctione & disiunctione solum. aliter vero nec fieri neq; corrumpi,sed perpetua permanere.Ex his itaque solam quis causam illã,quæ in materiæ specie dicitur,putabit. F

* Cõgregatione, & disgregatione.

Anaxagoras vero clazomenius illo quidem etate prior,factis vero posterior,infinita dicit esse principia:nam fere omnia corpora partiũ consimilium,vt ignem,aut aquam ita generari,aut corrumpi ait cõgregatione,& disgregatione solum:aliter autem nec generari,nec corrumpi,sed manere sempiterna.Ex his igitur solam quis causam intelliget eam,quæ in materiæ specie dicitur.

18 Et,cum enumerauit sententias ponentium principia esse determinati numeri, consequenter enumerat opiniones illorum , qui posuerant principia esse numeri infiniti, quorũ primus fuit Anaxagoras,qui fuit discipulus Anaximenis: & Anaximenes fuit discipulus Anaximandri:& Anaximãder fuit auditor,& discipulus Thales's Milesij:& hic Anaxagoras fuit Diogenis cõdiscipulus, & Patria Clazomenius,ac etate prior Empedocle,sed in phylosophãdo posterior:iste.n.posuit infinita rerũ esse principia,& in hoc differt ab Empedocle:& dicebat ipse,quod

Anaxagoras.

Empedocles quõ Anaxagora posterior.

A dignius erat ponere infinita eſſe principia quã finita, ac pauciora, vt Empedocles ponebat: & ratio Anaxagorę erat, quia infinita nec gñari, nec corrũpi poſſunt, finita vero poſſunt. cũ diuerſarum ſint rationũ, illa aũt ſunt partiũ conſimilium, vt ignis, Aer, Aqua, & Terra, os, caro, neruus, ac ſimilia, quorũ partes infinitas poſſunt eſſe rerũ principia: conueniebat tñ iſte cum Empedocle, quia omnia per cõgregationẽ generari dicebat, & corrũpi p ſegregationẽ iſtorũ principiorũ: vltra hoc ponebat cõſecutionẽ, dicẽs ĩ vnoquoq; infinitas partes ĩ eſſe horũ ſingulorũ, pp illud, qđ videbat ĩ his inferioribus, vt aperte dictũ eſt ĩ phyſicis, q̃re ex antedictis oĩbus antiquorũ opiniõibus neq̃t Ariſ. elicere niſi materiale rerũ pricipiũ.

Motiuũ Anaxagoræ. Cõuenit cũ Empedocle Anaxagoras.

Caput Secundum. Veterum opiniones de cauſa efficiente.

HOC autem modo procedentibus, ipſa res eos duxit, & coegit vlterius quærere. Nam, & ſi quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus ſit, cur hoc accidit, & quæ cauſa eſt? Non enim ipſum ſubiectum ſeſe mutari facit, vtputa, dico quòd
B neque lignum, neque æs cauſa eſt, vt vtrunque eorum mutetur, neque lignum quidem lectum, æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quippiam mutationis cauſa eſt. hoc aũt quærere, aliud principium quærere eſt, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus. Qui igitur omnino a principio iſtam viam attigerunt, vnumq; eſſe ſubiectum aſſeruerunt, nil difficultatis ſibiipſis reliquerunt. Verũ quidam eorum, qui vnum conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtione, ipſum vnum immobile dicunt eſſe, naturamque totam non ſolum ſecundum generationem & corruptionem (hoc enim vetus eſt, & cui omnes conſenſerunt) ſed etiam ſecundũ reliquam ompem tranſmutationem. & hoc eorum eſt proprium. Illorũ igitur, qui vnũ ſolũ eſſe dixerunt ipſum vniuerſum, nulli contingit talem inſpicere cauſam, niſi fortaſsis Parmenidi. & huic eatenus, quatenus non ſolum vnam, verum ẽt duas quodãmodo ponit cauſas eſſe. Illis vero, qui plura faciunt, magis accidit dicere. vtputa illis, qui calidum, aut frigidũ, aut
C ignem, & terram. vtuntur enim igne, tanquam motiuã habente naturam: aqua vero & terra, & huiuſcemodi, econtrario.

Procedẽtibus aũt ſic ipſa res viã verbi fecit, & coegit vlterius quęrere: ſi. n. quã maxime oĩs corruptio, & generatio ex aliquo vno, aut pluribus eſt, quare hoc accidit, & quę cauſa? nõ. n. facit ipſum ſubiectũ trãſmutare ſeipſum, dico aũt veluti neq; lignũ, neq; ęs, alterutrũ horum permutandi eſt cauſa: neque enim lignum facit lectũ, neq; ęs ſtatuã, ſed aliud quippiã mutationis cauſa eſt: hoc aũt quærere eſt aliud principiũ quęrere, vt ſi nos dicamus, vnde principium motus. Qui igitur omnino talem a principio viam tetigerunt, & vnum eſſe ſubiectum aſſeruerunt nihil difficultatis ſibimet reliquerũt: verũ quidam vnũ omne dicentiũ, quaſi ab hac queſtione deuicti, ipſum vnũ immobile dicũt eſſe, & naturã totã non ſolũ ſecundũ generationem, & corruptionẽ (hoc. n. antiquum eſt, & quod oẽs eſſe confeſsi ſunt) verum

& ſecundũ reliquã mutationem omnem,& hoc eorum eſt proprium. D
Vnum ergo ſolum dicentiũ eſſe,nulli talem intelligere cauſam conuenit,niſi forte Parmenidi,& huic in tantum,quia non ſolum vnã cauſam,ſed & duas aliqualiter ponit eſſe cauſas:plura vero facientibus magis conuenit dicere,vt ipſum calidum,& frigidũ,aut ignem, aut terrã:vtuntur enim quaſi motiuã habente naturam igne, aqua vero, & terra,& huiuſmodi econuerſo.

Antiqui de materiali prĩcipio loquẽtes fuerũt triplicis ſectæ.

19 Quoniam quidem nihil ſe ipſum mouet,nec ſe ipſum tranſmutat, vt in naturali philoſophia probatum eſt,ideo fuit oportunum apud antiquos quæſtionari de cauſa motus, ſicut de cauſa materiali motus,ſiue de ſubiecto motus: & ideo Antiqui hoc perſcrutantes proceſſerunt triplici via: Aliqui vero contenti ſunt in ſola cauſa materiali.nihil tamen de motu cogitantes,cuius opinionis fuerunt Thales mileſius,& Orpheus,ac Muſeus, Poætæ: Alij vero fuerunt dicentes omnia eſſe vnum,quare deuicti ipſum vnũ immobile aſſeruerunt eſſe,& totam naturam ſecundum generationem,& corruptionem,& volentes peruenire ad cauſam motus aſsignandam,negauerunt motum pœnitus eſſe,vnde dicebant totum vniuerſum eſſe vnum ens immobile:& iſti diſsimiles erant a primis in hoc: quia primi dicebant vnam cauſam omniũ rerum eſſe ſubſtantiam materialem, quæ mouet E
per rarefactionem,ac condẽſationem:& huius ſecundę opinionis fuerunt Anaximenes,Diogenes,atque alij nonnulli: & ſic per rarefactionem vnius plura fiebant & per condenſationẽ.non tñ ſecundũ generationẽ & corruptionẽ ſimpliciter hoc fiebat:& hęc opinio fuit antiquiſsima,& ab omnibus eo tẽpore cõceſſa: & ſecundum propriũ huius ſecundę opinionis non eſt intelligere cauſam motus, quia ipſum negabant omnino,niſi forte Parmenidi, & rationẽ oſtẽdit,quia ipſe poſuit vnam cauſam ſecundũ rationẽ,& plures ſecundũ ſenſum,ſ.duas, quarum vna eſſet mouens,& alia mota:qđ eſt,quia ab vno nõ fluit multitudo niſi per modum motus,vt alibi probatũ eſt:deinde tangit opinionẽ tertię ſectę,ac illorũ, qui plura principia materialia poſuerunt,& conuenit magis dicere cauſam motus eſſe,vt ipſum calidũ,& frigidum,quæ ſunt agentia,ſiccũq; ac humidum paſsiua, vt probatũ eſt in naturali philoſophia.qm̃ iſti vtuntur igne quaſi Actiuã materiã habente,Aqua vero,& terra habentibus,econuerſo.ſ.paſsiuam materiam.

Antiqſsima, & ab oĩbus conceſſa opinio,quæ.

Poſt hos aũt,& hmõi principia tanq̃ nõ ſufficientia,vt entium naturã generarẽt,rurſus ab ipſa veritate,vt diximus,coacti, illud,qđ ſequitur,quęſiuerunt principiũ.vt.n.entia bene ſe partim habeãt, partim fiant,nec ignẽ fortaſsis,nec terrã,nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſam eſſe:nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui,& fortunæ tantam attribuere rem probe ſe habet. F

Poſt hos aũt,& talia principia tanquã nõ ſufficiẽtia vt exiſtẽtiũ generarẽt materiã,iterũ ab ipſa veritate,velut aiebamus coacti, habitũ quęſierunt principiũ:vt.n.& bene ſe partim ea,quę ſunt,habeãt, partim fiant,forſan neq; ignẽ,neque terrã,neq; aliud quicquã veriſimile eſt cauſam eſſe:nec illos conueniens eſt exiſtimare,neque iterum ipſi antomatho,& fortunæ tantã committere rem bene ſe habere.

Loquẽtes de cã mouente.

20 Propterea,quia intẽtio cuiuſcũq; artis,vel ſciẽtię non perficitur niſi per iuuamentum prioris ad ſequens,& ideo poſt q̃ poſuit opinionẽ tangentium aliquid de cauſa efficiente motus,cõſequenter tangit opiniones illorũ, qui multũ de mouente loquuti ſunt,& dicit quod,poſt hos philoſophos,qui ponebant talia principia,vt diximus,ſunt ẽt Alij,qui ab ipſa veritate coacti dicũt nihil ſe ipſum trãſmutare qui ſciuerũt principiũ ipſum eſſe boni:quod eſt,quia aliqua bene ſe habere videbãt,& aliqua male ſe habere,& aliqua ſcđm diſpoſitionẽ bonã, aliquaq;

A secũdũ dispositionẽ malã: quæ oĩa, non possunt fieri, in eo qđ ignea sunt, neq; ter-
rea, neq; aliquid aliud taliũ, qm̃ vnumquodq; istorũ agit secundũ suę naturę ne-
cessitatẽ, vt ignis, qui a medio mouetur, & calefacit. & Aqua ad mediũ, & frige-
facit. quare non erit verisimile aliquid horum causam esse bonæ dispositionis
omniũ animãtiũ, & passionis mẽbrorum ipsorũ: nec ẽt est cõueniẽs ipsos philo-
sophos sic existimare, qđ ignis, aut Aqua, vel aliqđ taliũ sit causa huius, neq; qđ
bona dispositio in animalibus, ac generatorũ omniũ a casu, & a fortuna sit, quia
talia raro fiunt, & extra semper, & frequenter: quare expedit necessario quod il-
li philosophi, pręter elementa, quatuor, ponerent causam productiuã omniũ rerũ.

Motiuũ ponentiũ cãm productiuã, pręter elemẽta.

Quare, qui vt animalibus, ita in natura intellectum inesse causam
mundi; totiusq; ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Anti-
quiores vana dicẽtes, apparuit. Istas autem rationes, qui palã attigit,
Anaxagorã fuisse scimus. attamen Hermotimus Clazomenius dici-
tur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt, principiũ entiũ
posuerunt simul, tam causam ipsius bene, quã illam, vnde motus enti-
bus inest. Suspicaretur aũt aliquis Hesiodum primum hoc quęsiuisse,
& siquis alius amorem, aut desiderium in entibus, vt principium po-
B suit, sicuti Parmenides. etenim is vniuersi generationẽ mõstrando,

Hesiodi opinio.

Primum quidẽ inter oẽs Deos amorem ait, produxit.
Hesiodus vero, ante omnia fuisse chaos,
Deinde terram spatiosam, atque amorem,
Qui inter omnes immortales elucet.

Tanquã opportunum sit, vt in entibus aliqua causa insit, quę res ip-
sas moueat, atq; coniungat. Hos autem quomodo ordinare oportet,
quis scilicet eorum primus sit, liceat posterius iudicare.

Quare dicẽs aliquis intellectũ inesse, quẽadmodũ in animalibus,
ita in natura cãm mũdi, & ordinis totius, vt excitãs apparuit ad prio-
res oĩa pręter cõueniẽtia dicẽtes. Palã igiť Anaxagorã scimus hos ser-
mones tetigisse: attamen habet prius Hermotimus clazomenius cãm
dicẽdi. Sic igiť opinãtes simul ipsius bene cãm principiũ existẽtiũ es
se posuerũt, & tale vnde motus entibus inest. Suspicabiť aũt aliqs He-
siodũ primũ hoc quęsiuisse, & si quis alius amorẽ, aut desideriũ in enti
C bus, quasi principiũ posuit, sicuti Parmenides: etenim hic tẽtans mõ-
strare vniuersi generationẽ: primũ quidẽ ait deorsum amorẽ fore pro
uidẽtẽ omnibus. Hesiodus vero omnium primum chaos fuisse, dein-
de terrã latã, & amorem, qui omnia condocet immortalia: quasi ne-
cessariũ sit vt in entibus causam, quæ res ipsas moueat, vt congreget.
Hos igitur quomodo oporteat ordinare, quis s. eorum primus sit, li-
ceat iudicare posterius.

Cũ compleuit sermones cõsiderantium principia ordinis, ac motus implicite, 21
reuersus est ad dicendũ opiniones illorũ, qui ea explicite dixerunt, & dicit, &
Aliqui manifeste posuerunt principium ordinis, ac motus naturæ esse. dicentes ta
le principium esse intellectum vnum, sicut nos in homine videmus, quia homo
minor Mundus est, vt alibi probatum est, qui quidem intellectus oportet vt sit
cã totius naturę, ac ordinis vniuersi, q ordo est, in quo bonũ vltimũ totius aggre-
gati cõsistit. i. tota operatio huius naturę cõsistit in ordine totius vniuersi, cuius
causa est iste intellectus vnicus: & hic sermo tanq̃ excitans aperuit priores phi
losophos, pręter incõuenientia, dicere hãc veritatẽ, & scimus Anaxagoram hos

Hõ minor mundus.

Motiuũ ponentiũ intellectũ esse rerum principium.

Anaxagoras

Hermotimus Clazomenius.
Hesiodus.

Parmenides posuit Dei amorē rebus cūctis prouidentem.

sermones palam tetigisse, scilicet inconuenientia, quando dicit infinita principia D esse: & hanc veritatem quando posuit intellectum mouentem, licet Hermotimus Clazomenius, prior Anaxagora, dixerit hanc veritatem: & illi, qui sic sunt opinati, posuerunt similiter idem principium omnium rerum existentium esse: & quod tale inest eis vnde motus fit: deinde dicit suspicabitur vtique aliquis Hesiodū quæsiuisse principium huius, idest vnde motus, & si vtique aliquis alius suspicatur hoc principium vnde motus, est talis, videtur amorem aut desiderium in rebus existentibus, quasi, principium posuisse, sicut Parmenides, qui volens, generationem vniuersi monstrare, dixit Deorum Amorem omnibus esse prouidentem: & tangit differentiam, & conuenientiam inter Hesiodum, & Parmenidem, dicens: Hesiodus vero primum omnium dixit fuisse chaos, demum terram latam, & Amorem]: qui Amor omnia ponit immortalia, & quod est quasi necessarium in existentibus rebus causam esse, quæ mouet, & congregat: quomodo igitur hijs distribuere oportet de hoc principio, & quis horum sit potior in sententia, an ille, qui posuit Amorem principium esse vnde motus, An ille, qui posuit intellectum principium esse? Sed hæc omnia videbuntur postea.

Cum autem contraria quoque bonis inesse naturæ apparerēt, nec solum ordo, & pulchrum, verum etiam inordinatio, & turpe, pluraq; E mala quam bona, & turpia quā pulchra, ideo alius quidam amicitiam introduxit, & cōtentionem, vtrunque vtriusq; horū causam. siquis enim sequatur, & secundum sententiam accipiat, non secundum ea, quę balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorū causam esse, contentionem vero malorū. Quare, si quis dicat quodam modo dicere, & primū Empedoclem dicere malum, & bonum esse principia, fortasse bene inquiet: siquidem bonorū omnium causa ipsum bonum, ac malorū ipsum malum est. Hi quidem, vt diximus, & hucusq; duas causas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus. obscure tamen, & non clare, sed quemadmodū inexercitati in prælio faciunt. etenim illi circumeuntes, egregias plerunq; plagas infligunt. sed nec illi ex scientia, nec isti videntur scire quid dicant. Fere etenim nullo modo vidētur his vti, nisi paulum quiddam. nam & Anaxagoras, tanquam machina vtitur F intellectu ad mundi generationem. &, cū dubitat propter quam causam necessario est, tunc eum attrahit. in cæteris vero magis cætera omnia, quā intellectum causam eorum, quæ fiunt, ponit. Et Empedocles plus quidē isto causis vtitur: neque sufficienter tamē, neq; in his reperit, quod sequitur. multis enim in locis apud eum amicitia quidē disiungit, contentio vero coniungit. cum enim in elementa per contentionem vniuersum dissoluitur, tunc ignis in vnū coalescit, & cæterorū elementorum vnūquodq;: cum autem rursus per amicitiam in vnum conueniant, necesse est iterū particulas vniuscuiusq; separari. Empedocles itaq;, præter alios Antiquiores, primus hanc causam diuidens, introduxit. nec vnū motus principium, sed diuersa fecit, & contraria. & adhæc elementa, quæ in materiæ specie dicūtur, quatuor esse primus asseruit. non tamen eis vt quatuor vtitur, sed tanquā duo essent sola, igne quidē per seipsum, oppositis vero terra, aere, & aqua tanquam vna natura. comprehendat autem quispiam idipsum, ex

A eius carminibus contemplans. Is igitur, vt diximus, ita, & tot principia asseruit.

Quoniam autem contraria bonis in esse videbantur in natura, & non solum ordinatio, & bonum, sed inordinatio, & turpe, & plura mala melioribus, & praua bonis, sic alius quidam amorem introduxit & litem, singula singulorum causam: siquis enim sequatur, & accipiat ad intellectum, & non ad quæ balbutit dicens Empedo. inuenit amorem quidem causam esse bonorum, litem vero malorum: quare siquis dixerit quodãmodo dicere Empedoclem bonum, & malũ principia, forsan bene dicet, si bonorum omnium bonũ est causa, & malorũ malum: isti quidem, sicut diximus, & hucusque duas causas tetigerunt, quas in physicis determinauimus, materiam, & id, vnde motus principium: obscure tamen, & non manifeste, sed qualiter in bellis ineruditi faciunt: etenim illi circunducti sæpe bonas plagas faciunt: at nec illi ex scientia, nec isti videntur scire quod dicunt: his enim
B fere vsi videntur nihil, nisi parum. Anaxagoras aũt artificialiter vtitur ad mundi generationem intellectu: nam quando dubitat quæ causa ex necessitate inest, tunc trahit ipsum: in aliis vero magis omnia causam eorũ, quæ fiunt, quã intellectũ ponit. Empe. plus quidẽ isto vtitur causis, sed tamen nec sufficienter, nec in his inuenitur, ꝙ concessum est: multis .n. in locis apud ipsum amor disgregat, lis autem cõgregat, nam cum in elementa ipsum esse a lite distrahitur, tunc ignis, in vnum, & elementorum aliorum singula, concernuntur: cum autẽ iterum in vnum ab amore conueniunt, necesse est rursum vt ex singulis particulæ secernantur. Empedocles igitur, præter priores, primus hanc causam diuidens, introduxit: non vnũ faciens motus principium, sed diuersa, & contraria. Amplius autem, quæ in materię specie dicuntur elementa, quatuor primus dixit, non tamen ipsis vtitur vt quatuor sed vt duobus existentibus solum, igne quidem secundũ
C se, oppositis vero, quasi vna natura, terra, & aere, & aqua: sumet autẽ vtique aliquis id speculans ex versibus: hic igitur, sicut diximus, sic & tot dixit principia.

Et tangit hic opinionem ponentium contraria esse principia, & rationes eos mouẽtes, quę fundãtur super hijs, quæ manifeste videntur: quoniam in tota rerum natura videtur aliqua esse bonis contraria: quod est, quia nõ solũ videmus ordinationem, ac bonum esse, sed etiam inordinationem, ac turpe, & plura mala melioribus, & plura praua bonis contraria esse videmus: cum igitur mala plura sint, oportet vt causam habeant, si non fiunt a casu, & similiter quoque oportet, vt bona causam habeant, si similiter a casu non fiant: cum igitur contrariorum contrariæ sint causæ, necesse est igitur vt bonorum causa sit Amor, & Amicitia, & malorũ causa odium sit, ac lis: & Hęc fuit opinio Empedoclis, vt alibi probatũ est, & nõ est dicẽdũ qđ mala fiãt a casu, quia fiunt semper & frequẽter, nec ẽt est dicendũ quod bona sint a casu, qm̃ talis sermo naturam rerũ vituperaret, & siquis cõsiderat ad intellectũ verborũ Empedoclis, & nõ secundũ ea, quę balbutiendo protulit, dicet ipsum fuisse primũ, qui posuit amorem, et amicitiã esse causam congregationis, odiumq; ac inimicitiam causam esse segregationis & ma-

22 Motiuũ ponẽtiũ contraria esse principia.

Mala plura sunt.

Contrariorũ cõtrarię sunt causæ.

Mala non fiunt a casu,

Empedocles, & Anaxagoras inconfulio locuti funt de principiis rerũ.

lorũ, & fic bene dixit: fi aũt nõ, & bonorũ omnium bonum effe caufam, & ma- D
lorum malum, tunc Amor effet confufionis, & chaos, caufa, & ex confequẽti inordinationis caufa, & odiũ, econtra, vt dictũ eft in phyficis: confequenter oftẽdit defectũ Empedoclis: & Anaxagoræ: qm̃ ifti philofophi, hucufq; duas tetigerũt caufas, videlicet materialẽ caufam, & illã vnde motus, ficut in phificis diximus: fed obfcure, & nõ manifefte dixerunt, eo modo, quo in bellis agunt inerudti. qđ eft, quia fepe circũducti, & ab Aduerfario coacti bonos infequũtur fines, nõ per fcientiã, vel artẽ, fed potius a cafu, & tangit diminutionẽ iftorũ in fpeciali, & primo Anaxagorç, qui vtitur intellectu artificialiter ad mũdi generationẽ. quia, cũ ipfe difputat de Mũdi generatione, tũc dicit quod caufa huius eft de necefsitate intellectus feparatus, qui ipfum ꝓducit: in alijs aũt particularibus dicebat omnia caufari ex hijs, quæ fiunt per congregationem, ac fegregationẽ, quã per intellectũ: & licet Empedocles plus vtatur caufis in terminando de naturis rerũ particularibus, tñ infufficienter dixit, quia in multis locis inuenitur ꝙ cõfeffus eft: Nam apud Empedoclem Amicitia, & Amor difgregat. Lis aũt, & odiũ congregat ac vnit, vt ipfe afferit: qm̃ ipfe fupponebat ꝙ lis in certo, ac determinato tempore, dominium habet, & tunc difgregat æterogenea, ac homogenea vnit, & quod in alio tempore determinato Amor dominatur, & in eo tempore eterogenea concernit, homogeneaque difcernit. vult dicere, ꝙ Empedocles dicebat odium fegregare eterogenea a fe inuicem, & Amorem homogenea aggregare, ac vnire, B
& econtrario videlicet quando Amor eterogenea fegregabat, tunc odium aggregabat homogenea. & quando Lis eft caufa generationis Mundi, tunc Amicitia eft caufa corruptionis, & quandoque, econuerfo: & in hoc Empedocles peccauit manifefte: tamen inter priores fuit primus qui pofuit fex principia rerum naturalium, videlicet quatuor elementa, litem, & Amicitiam: quamuis de elemẽtis quatuor non pofuit, nifi tria retinentia naturam pafsiuam, vt Aerem, aquam, & terram, & vnum retinens naturam actiuam videlicet ignem. Vnde fecundum hunc philofophum, principia rerum funt contraria, ac diuerfa, vt in phyficis probatum eft.

Defectus Anaxagoræ.

Empedoclis defectus.

Empedocles pofuit fex pricipia, tria pafsiua. f. aerẽ, aquam & terrã, et ignẽ actiuũ. & pofuit ea cõtraria.

Leucippi, et Democriti.

* focius.

Leucippus vero, ac eius *familiaris Democritus elemẽta quidem plenum, & vacuum effe aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc vero nõ ens: & rurfus, ens quidem plenum & folidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipfum ens, quã ipfum non ens effe aiũt, quia neque vacuum quam corpus. hæc autem caufas entium, vt materiam effe. Et quemadmodum qui vnum faciunt fubiectam fubftantiam, cætera pafsionibus eius generant, rarum, & denfum pafsionum ftatuentes principia, fimili modo hi quoque differentias caufas F
cæterorum aiunt effe. Has autem tres effe dicunt, figuram, ordinem & fitum. differre etenim ens aiunt duntaxat rhyfmo, diathige, & trope. quorum rhyfmus quidem figura, diathige vero ordo, trope autem fitus eft. differt autem A ab N, figura: A N vero a N A, ordine. Z autẽ ab N, fitu. De motu vero vnde, vel quomodo exiftentibus infit, & hi, perinde atque alii, per negligentiam omiferunt. Hactenus itaque de duabus caufis, vt dicebamus, videtur quæfitum a prioribus fuiffe.

Leucippus vero, & collega eius Democritus elemẽta quidẽ plenũ, & inane dicunt effe, dicentes hoc quidem ens, illud vero non ens: & rurfus, plenum quidem, & folidum ens, inane autem non ens: propter quod nihilo magis ens quã non enfe effe dicunt, quia nec inane quã corpus: cãs aũt entiũ hęc, vt materiã effe. Et quẽadmodũ q vnũ faciunt fubiectam fubftantiam, alia pafsionibus eius generant rarũ,

& fpiffum

A & spissum principia passionum ponentes, eodem modo & hi differentias causas aliorum dicunt esse: has vero tres dicunt esse, figuram, ordinem, & positionem. Differre enim aiunt ens, rythmo, dyathige, & trope solum. Horum autem rithmus figura est, dyathige est ordo, & trope positio. Differt enim, a, à b figura, an autem a, na, ordine, z, autem ab. n. positione. De motu vero Vnde, & quomodo inest existẽtibus, & hi, & alii similiter negligenter dimiserunt De duabus igitur causis, Vt diximus, intantum videtur quæsitum esse ptius.

In hac parte tangit opinionem Democriti, & Leucippi tenentium aliam opinionem de principiis rerum. quoniam Democritus & Leucippus collegę conuenerunt in hoc, quia dicebant elementa constare ex Pleno, & vacuo, quorum alterum vocabant ens, & aliud non ens: ens apud phylosophos est plenum, & nõ ens est vacuum & inane: propter quod ipsi dicebant corpus non esse plenũ qđ est ens, neque vacuum quod est non ens, sed cõstare ex pleno, & vacuo, sed hęc, vt materia, sunt causę entium: tangit modo conuenientiam horum duorum phylosophorum cum primis, quoniam sicut primi phylosophantes ponebant vnã substantiam materialem, ex qua generabatur alia, & ex ista secunda, & ex secunda tertia generabatur secundum raritatem, & densitatem, quę raritas, & densitas sunt aliarum passionum principia in materia existentium, & ex consequenti, omnes rerum differentię causabantur ex eis: & similiter sic dicebant Democritus, & Leucippus ꝙ secundum diuersitatem pleni, & vacui, in situ uel positione, ordine, ac figura corporum athomorum erant rerum differentię, diuersęq; generabantur: & cõstituebantur: ita quod isti propter hoc dicebant, hęc tria videlicet rythmi, dyathige & tropi sunt causę differentiarũ omniũ entium: est autẽ rithmus figura, Dyathige ordo, & trope positio. quoniam nos manifeste videmus characteres alphabeti differre a se inuicem figura, propter quod uariantur nomine: quod non esset, si figura non esset causa talis uarietatis in nomine: differunt etiam syllabę positione, quia cum, A, prępon itur, N, facit vnum exempli gratia AN, quod non facit, si postponeretur, verbi gratia, NA, Et causa huius uarietatis in nomine, est ipsa positio, et quod in alphabeto vnus character ponitur post alium. quod non esset, si ordo non fuisset, & ista est in entibus per corpora indiuisibilia, quæ sic se habent positione, ordine, ac figura: figura nanq; aliqua entia sunt monangulata, & aliqua biangulata, ac aliqua triãgulata, & aliqua sphærica: in situ, ac positione, quia aliqua sunt porosa, & aliqua minus porosa, aspera, ac lenia. ex quibus omnibus sumuntur differentię rerum: conueniunt quoque hii duo phylosophi cum antiquis, quoniam Democritus, & Leucippus negligebant motus unde, & quomodo inest habentibus, licet ponerent corpora indiuisibilia per se mobilia, et sic hucusque de duabus causis ab Antiquis dictum est, de materiali ab omnibus videlicet, & ab aliquibus de mouente.

23 Conuenientia Dymocriti & Leucippi.

B Differentię rerum vade secundũ Democritum, et Leucippus.

Rithmus Dyathige Trope.

Motiuũ Democriti, & Leucippi.

C Conueniunt cum Antiquis Democritus, et Leucippus.

Caput Tertium. Pythagoricorum opinio de rerum principiis.

INter hos vero, & ante istos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant, & in eis nutriti, eorum principia, entium puoque cuuctorum esse putarũt principia. Cum autem numeri priores his natura sint, in numeris etiam plures similitudines tum ad existentia, tum ad ea, quæ fiunt, magis quam in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur. talis etenim, vt puta numerorum passio iustitia, talis vero anima, & intellectus, alia vero tempus, cætera rũ quoq;,

vt ita dicam, vnaquęque similiter. Item, cum harmoniarum in nume D
ris inspicerent passiones, ac rationes, quoniam cętera quidem vide-
rentur in omnibus numeris assimilari, numeri vero totius naturæ pri-
mi, numerorum elementa, entium quoque cunctorum elementa esse
putarunt, totumque cœlum harmoniam, & numerum esse: & illa qui
dem, quæ de numeris, & harmoniis consentanea passionibus, & parti
bus cœli, ac vniuersi dispositioni monstrare poterant, colligentes ap-
plicabant. Quòd si quid alicubi deerat, supplebant, vt totus eius tra-
ctatus consentaneus esset. dico autem Veluti, quoniam denarius perfe
ctus esse videatur, totamque numerorum naturam comprehendere,
ideo & ea, quæ in cœlo feruntur, decem esse aiunt. cum vero nouem
solummodo sint, quæ manifeste apparēt. Decimam oppositam terrā
faciunt, determinatum autem est a nobis alibi de his magis exquisite.

In his autem, & ante hos vocati pythagorici, mathematica tangē-
tes primi, hæc produxerunt, & in eis nutriti, horū principia, omnium
quoq; entiū esse putauerūt. horū aūt, q̄m numeri natura sunt priores,
& in numeris videbantur multas speculari similitudines, & existenti
bus, & factis, magis quā in igne, & aqua, & terra: quia talis numerorū E
passio iustitia, talis autem anima, & intellectus, alia vero tempus, &
aliorum, vt est dicere, vnumquodque similiter. amplius autem, & har-
moniarum in numeris speculantes passiones, & rationes, quoniam &
alia quidem numeris secundum naturam videbantur assimilata esse.
numeri autem totius naturæ primi, elementa numerorum, entiū quo
que elementa cunctorū esse existimauerāt, & totum cœlum harmoniā
esse, & numerum: & quæcunque habebantur confessa monstrare, & in
numeris, & harmoniis, ad cœli passiones, & ad partes, & ad ornatum,
totum hoc colligentes adaptabant: & si quid alicubi deficiebat anne-
ctebant, vt ipsis totum negocium esset connexum. dico autem puta,
quoniam denarius perfectus esse videtur, & omnem comprehendere
naturam numerorum, & ideo quę in cœlo feruntur, decem esse dicūt. F
solis aūt nouem existētibus manifestis, ideo decimā oppositam terrā
faciunt. De his autem certius est a nobis in aliis determinatum.

De ponentibus abstracta rerū principium. *Pythagorici bipartiti.* *Platonici pythagoricorū sequaces.* *Motiuum Platonicorū*

24 Cum compleuit sermones dicentium principia rerū esse res concretas, ac sensibiles, reuersus est ad propalandū opiniones dicentium principia rerū esse res abstractas, ac intelligibiles: & hij phylosophi sunt bipartiti, nam aliqui dicebant principia rerū esse magnitudines, & isti fuerunt primares Pythagorici, non solū hi, qui cum Arist. coętanei fuerunt, sed etiam Alij, qui ante hos fuerunt de secta Pythagoricorū famosi: sunt etiam Alii Pythagorici dicentes omnium rerum principiū esse numeros, & omnes in hoc conueniebant, determinando quod Mathematica erant principia omnium rerum sensibilium, q̄m in hac opinione fuerūt nutriti, semperq; vixerunt, sic dicendo ea, quę ab ore Pythagorę audiuerant, in tantū, q̄ Platonici ēt hanc met opinionem sequuti sunt: & fundamentum istorum erat hoc: nihil est sensibile, nisi prius intelligibile sit, & cum intelligibile non potest esse nisi mathematicum ad minus: sequitur, quod principia rerum sensibilium sint mathematica: quod est, quia processus prioristicus non pōt saluari recte, secundum phylosophos, nisi secundum hunc modum, quoniam, si intellectus discurrere debet a prima substantia, quę intellectualis per se est, ac simpliciter abstra-

A. cta ab omni materia, & eius accidente: & ab illa ad substantiam sensibilem, & materialem, oportet necessario transire per media: sed hęc media non sunt nisi mathematica: igitur, &c. Et hic processus incipit ab ipsa substantia abstracta, terminaturq; in substantiam materialem & concretam, sed posterioristicus e cōuerso, quia processus posterioristicus incipit a concreto, terminaturq; in substantiam abstractam, ac omnino immaterialem, & liberatam ab omni eius accidente: quare apparet quod Mathematicę sint inter duas certitudines, videlicet inter certitudinem omnino abstractorum, quorum scientia infallibilis est, & certitudinem cōcretorum: & ideo per ipsa mathematica sumus nos in primo gradu certitudinis: qui aūt dicebant principia omnium rerū esse numeros, hi speculabantur omnes res tam ad esse, quam ad operari, & omnes alias passiones consistere magis in nnmeris, quam in rebus sensatis, quę sunt Ignis, & terra: quod est, quia aliqua passio numerorum, secundum eos, est iustitia, & aliqua alia est substantia, vt anima, & intellectus, & aliqua alia numerorum passio est tempus, & aliorum, &c. & existimo quod primum fundamentum, ac principale omnium horum phylosophantium sit hoc scilicet, quia omnia videbant resolui in numerum ternarium per intellectum: quod est, quia materia prima non separatur a trina dimensione, licet interminate, vt alibi probauimus, & similiter forma oportet vt soluatur in suum numerum, quoniam forma corporeitatis constat ex tribus dimensionibus terminantibus interminatas dimensiones: compositum quoque ex materia & forma oportet necessario vt constet ex tribus entitatibus. Videlicet entitate materię, entitate formę, ac compositi entitate. nam in composito est

Platonicorū doctrinę via

Mathematica in primo grada certitudinis. Idē 2. met. c. 16.

Fundamētū platonicorū numerus ponentiū rerū principium.

B entitas suę proprię materię, & entitas suę proprię formę, ac entitas vnionis amborum, vnde sermo istorum sic componitur. illa sunt prima principia, inquę omnia resoluuntur, & ipsa in nullum aliud, sed omnia resoluuntur in numeros: ergo numeri sunt principia prima rerum sensibilium: maior est in se manifesta, minor patet ex inductione superius enarrata: secunda ratio Pythagoricorum est, quoniam videbant omnia ex harmoniis constare, & Harmonię ex Numeris cōstant: sequitur ergo secundum hos, quod numeri sint principia omnium rerum sensibilium: maior huius syllogismi Autoritate speculantium numeros, & in tota natura passiones, ac rationes Armoniarum consonantium, patet. ita ꝙ cœlum est quędam Armonia ex motu Animę, & ornatu: & similiter omnia elementa, et vnumquodq; aliud constitutum generabile, vt ab omnibus conceditur. & similiter, minor patet: Quoniam Harmonia constat ex consonantiis duorum ad minus, quę sunt proportiones naturales: & hę omnes sunt numerorum passiones, sexquialtera proportio, & sexquitertia. quare concludebant isti quod principia prima omnium rerum sensibilium essent numeri: & dicebant totum

Sylls platonicorum primus.

Secundus.

Cuncta constant Armonia.

C cœlum esse Armonicum numero, motu, & ornatu: in numero quidem, quia dicebant quod numerus denarius erat cœlum, ꝙ non esset, si talis numerus non comprehenderet perfectionem numerorum. quoniam cœli sunt corpora perfectiora cęteris corporibus: & ratio istorum est, quoniam in tali numero continentur ter tria cum aliqua parte aliquota, propter quod complentur omnes numeri, vt decies decem, centum, & decies centum, mille, & sic in infinitum proceditur. quia concludebant denarium continere omnes naturas numerorum: in motu etiam manifestum est cœlum esse quoddam Armonicum: quoniam in motibus suorum corporum est tarditas, & velocitas, quarum vna cōrespondet sono graui, & est tarditas in motu, vt saturni motus, & alia cōrespondet sono acuto, & est velocitas in motu, vt motus lunę: & cum sonus non sit nisi Armonia quędam, sequitur, quod corpora Cœlestia, quo ad motus ipsorum, sunt Armonia, simili quoque ratione in elementis mouebantur. quia videbant aliquod elementum esse leue, vt ignis, & ideo velocissimi motus, & maioris actiuitatis cęteris elementis, & aliquod esse graue, vt terra, & duo medium tenere. quare propter hoc dicebant Armoniam esse consonantiam quandam quatuor vocum, quarum vna est acuta, & alia grauis, & tertia tonās, ac quarta semi tonās; pp qd oīa p ipsam Armoniā adaptabant; De ornatu aūt corporū superiorū, manifeste apparet, qd hic non pōt esse nisi per numerū stellarū fixarum, ac errantiū, & eodē

Denarius continet oēs numerorum naturas secundum pithagoricos.

Armonia Cœli.

Armonia elementorum

Ornatus Cœli.

modo infiguris ipſarum oportet vt ſit proportio vnius ſtellę cum alia, vt actio ipſarum cõformetur in vnum, vt Alibi notũ eſt, & a nobis de hiis Certius in ſequentibus licet determinare. A

Sed cuius gratia hæc repetimus, hoc eſt, vt & ab his, etiam accipiamus, quæ ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cauſas incidũt. Apparent etenim etiam iſti numerum exiſtimare principium eſſe, vt materiam entibus, & vt paſsiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar. quorum alterum finitum, alterum infinitum. vnum vero ex ambobus his eſſe. par etenim & impar eſſe. numerum autem ex vno. numeros vero, vt dictum eſt, totum cœlum. Horum autem alii decem aiunt, inter ſe coordinata eſſe principia. finitum, infinitum: impar, par: vnum, plura: dextrum, ſiniſtrum: maſculinum, fęmininum: quieſcens, motum: rectum, curuum: lumen, tenebras: bonum, malum: quadratum, longius altero latere. Quemadmodum etiam Alcmæo Crotoniates putaſſe videtur. & aut iſte ab illis, aut illi ab iſto hanc mutuati ſunt opinionem. fuit etenim ætate Alcmæo Pythagoræ iam ſenioris. Aſſeruit autem iſtis ſimiliter. in duo nanque plerunq; humanas res ait diſtingui, cõtrarietates dicens. non tamen, vt illi, diſtinctas, ſed quaſcunq;. vtputa album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. itaque indiſtinctum de reliquis effudit ſermonem. Pythagorici vero quot etiam, & quæ ſunt contrarietates, aſſeruerũt. Ex ambobus igitur his tantum accipere eſt, quòd contraria principia entium ſunt. quot autem, & quæ illa ſint, ex ceteris ſolum. verum quomodo illa ad dictas cauſas applicentur, clare quidem ab eis non eſt determinatum: videntur tamen, vt in materiæ ſpecie ponere elementa. Ex his enim tanquam intrinſecis conſtare, ac fingi ſubſtantiam aiunt. Veterum itaque ac plura elementa naturæ dicentium mentem ex his ſatis ſpeculari licet.

Alcmęo. B

Sed cuius gratia hæc repetimus, hoc eſt, vt accipiamus & ab his, quæ ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cadunt cauſas: videtur & hi numerum putare principium eſſe, & quaſi materiam entibus & quaſi paſsiones, & habitus. Numeri vero elementa par, & impar: & horum hoc quidem finitum, illud vero infinitum. Vnum autem ex his vtriſque eſſe: etenim par & impar: numerum autem ex vno, numeros, ſicut dictum eſt, totum cœlum. Eorundem autem alii decem dicunt eſſe principia ſecundum correlationem dicta, finitum & infinitum: par, & impar: vnum, plura: dextrum, ſiniſtrum: maſculinum, fœmininũ: quieſcens, motum: rectum, curuum: lucem, tenebras: bonum, malum: longius altera parte, quadrangulare: quemadmodum Alcmeon crotoniates ſuſcipere exiſtimatur, aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc ſermonem acceperunt: etenim fuit etate Alcmeon ſene exiſtẽte Pythagora, cũ his vero ſimiliter enumerauit. nam diſtixit in duo multas humanorum dicens cõtrarietates: non ſicut hi determinatas, ſed quaſcunque: vt album nigrum, dulce amarum, bonum malum, F

A magnum paruum, hic quidem indeterminate proiecit de cæteris. Pythagorici vero, & quot, & quæ contrarietates, enunciarunt. ab his ergo ambobus tantum est accipere, quia contraria sunt existentium principia: quot vero ab aliis, & quę hæc sint: qualiter autem ad dictas causas conuenit adducere, plane quidem non est dearticulatũ ab illis. videntur tamen vt in materiæ specie elementa ordinare: ex his enim vt ex eis, quæ insunt, constitui, & plasmari dicunt substantiam. Antiquorum igitur elementa naturæ plura dicentium, ex his sufficiens est intellectum speculari.

Cum compleuit sermones pythagoricorum dicentium numeros, & magnitudines esse rerum sensibilium principia. Consequenter reuersus est ad propalandum opiniones pythagoricorum dicentium numeros esse principia rerum intelligibilium, aliis rationibus, & dicit quod talis opinio, gratia exempli, est vt accipiamus superuenientes nos, & de hiis, quę possunt esse principia, perscrutemur, & quomodo in dictas cadunt numeri causas. quoniam hi Pythagorici videntur putare numerum principium esse, quasi materiam omnibus existentibus, & quasi passiones, & habitus, & elementa numerorum esse par, & impar; quorum alterum est causa finitatis rerum, & est par: & Aliud infinitatis. & est im- 25
B par. & ex vtrisque his vnum esse dicebant. quoniam par est materia, & impar est forma. Dicebant etiam, parem fœminam esse, & imparem Marem: vnde ex fœmina, & Mare fit vnum numero, & ex vnitate par, & impar. quod est, quia vnitas addita vnitati facit numerum Parem, & additam dualitati facit numerum imparem: vnde ternarius numerus est triangularis numerus, & numerus binarius linearis numerus est, & numerus quaternarius quadrangularis numerus est, qui est par: & vnitas vna in virtute est par, & impar, & forte est sicut forma, quia semper variat figuram, vt dictum est: & sicut dicebant vnum constare ex pare & impare, ita numerus ex vnitatibus, & cœlum, & omnes res sensibiles ex numeris: ex quibus omnibus constituuntur decem principia rerum, sicut nonnulli alii pythagorici dixerunt. Quia secundum hos finitum & infinitum est vnum rerum principium. Par & impar aliud. Vnum & plura tertium. Destrum & sinistrum quartum. Mas, & fœmina quintum Quies, & Motus sextum. Rectum & Curuum septimum. Lux, & tenebrę octauum. Bonum, & malum nonum. Quadrangulare, & altera parte longius Decimum. Sic dicere videtur Alcmeon crotoniates, quum, aut
C iste ab illis, aut isti ab illo talem sermonem sumpserunt: fuit enim ipse contemporaneus cum illis, licet sene existente pythagora phylosophari incęperit: & similiter iste Alcmeon enuntiauit posterioribus quod multitudo rerum sensibilium consistit in quadam dualitate: & per dualitatem duo intendebat contraria, videlicet Album, & nigrum. Dulce, & Amarum, Magnum, & Paruum, & sic de aliis non determinate, sicut Pythagorici dicebant, sed in ordinate, ponens quascunque contrarietates, quę a fortuna deueniebant in mentem suam: Conueniebant in hoc tamen, quia Alcmeon. & Pythagorici, dicebant, quod entium principia sunt contraria, quod numquam fuit ab aliis dictum in causis materialibus, quoniam circa efficientem Empedocles contrarietatem posuit vt Amor, & odium, & Antiqui Naturales, rerum ac densum, assignantes contrarietatem ex parte formę: & quamuis Empedocles posuerit principia materialia esse quatuor elementa, non tamen ponit prima ratione contrarietatis, sed propter eorum substantiam. & illi contrarietatem posuerunt ex parte materię. sed quomodo prędicta principia cõtraria ab istis posita, possunt redduci ad prędictas species causarum, non est expresse declaratum, tamen apparet quod huiusmodi principia sint ordinata secundum speciem causę materialis. quare dicunt quod substantię rerum constituuntur, & plasmantur ab istis principiis, sicut ex his, quę sunt, ꝙ est ratio causę materialis, sicut patet intellectui speculatiuo.

Secta pythagoricorũ ponentiũ Nũm naturam rerum.

Par fœmina.

Impar Mas

Cœlum, & sensibilia ex Numeris.

Rerũm principia secundum pythagoricos.

Alcmeon Crotomates Pythagoricis contemporaneus.

Alcmeonis dualitas quę

Conuenit Alcmeõ cũ Pythagoricis.

 D

Caput Quartum. Opiniones ponentium vniuerſum eſſe vnum: nonnullaq; de iis, quæ antea recitatæ ſunt, opinionibus.

SVnt autem qui de vniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet, ita aſſeruerunt: non tamen modo eodem omnes neque eius, quod bene, neque eius, quod ſecundum naturam eſt. In præſenti itaque cauſarum conſyderatione nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, vt quidam Phyſicorũ, vnum ſupponentes ipſum ens, nihilonimus ex vno tanquam ex materia generant, ſed alio modo hi dicunt. illi enim, cũ generent vniuerſum, addunt tamen motum. hi vero immobile eſſe aiunt. Attamen aliquatenus præſenti perſcrutationi proprium eſt. Parmenides etenim vnum ſecundum rationem attigiſſe videtur: Meliſſus vero ſecundum materiam. Quare & id ille quidem finitum, hic vero infinitum ait eſſe. Xenophanes aũt, quanquam prior iſtis, E vnum poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigiſſe videtur. ſed ad totum cœlum reſpiciens, ipſum vnum ait eſſe Deum. Hi igitur, vt diximus, in præſenti quæſtione omittendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum agreſtiores, Xenophanes, atq; Meliſſus. Parmenides vero magis inſpiciens, dicere, quoquo modo videtur. quod enim eſt præter ipſum ens ipſum non ens nihil iudicans eſſe, neceſſario vnum putat ipſum ens eſſe, & nihil aliud. de quo clarius in de naturalibus diximus. Coactus vero illa, quæ apparent, ſequi, & vnum ratione, plura vero ſecundũ ſenſum putans eſſe, duas cauſas rurſum, ac duo principia ponit calidũ & frigidum, velut ignem & terram dicens. Horum autem alterum, calidum ſcilicet cum ente, alterum vero cum non ente collocat. Ex dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerunt, ſapientibus, iſta accepimus.

Sunt aũt qui de omni, quaſi vna exiſtente natura, enũciauerũt: mo F do vero non eodem omnes, neque ipſius quod bene, neque quod ẽ ſecundum naturam: ad præſentem igitur cauſarum perſcrutationem nullatenus congruit de ipſis ſermo: non enim vt phyloſophorum quidam, qui vnum poſuerunt ipſum ens, tamen generant ex materia quaſi ex vno, ſed alio dicunt hi modo: illi nanq; motum apponunt, generantes, hi vero immobile dicunt eſſe: attamen tantum conueniens eſt præſenti ſpeculationi. Parmenides enim videtur vnum ſecũdum rationem tangere. Meliſſus vero ipſum ſecundum materiam: quare & id hic quidem finitum: ille vero infinitum ait eſſe. Xenophanes vero primus horum vnum dixit: Parmenides (qui huius dicitur diſcipulus) nihil explanauit, neq; de natura horum neuter viſus eſt tangere, ſed ad totum cœlum reſpiciens ipſum vnum dicit eſſe Deũ. Hi quidem, ſicut diximus, prætermittendi ſunt ad pręſentem inqui-

A ſitionem, duo quidem, & penitus tanquam exiſtentes paululum agreſtiores, Xenophanes, & Meliſſus. Parmenides autem magis videns viſus eſt dicere: nam præter ens nihil iudicat eſſe, ex neceſsitate ens opinatur eſſe vnum, & aliud nihil, de quo manifeſtius in phyſicis diximus: coactus vero apparentia ſequi: & vnum ſecundum rationem, plura vero ſecundum ſenſum opinās eſſe: duas cauſas rurſus & duo principia ponit calidum, & frigidum, vt ignem, & terram dicens. horum autē alterum calidum. ſ. cum ente ordinat, alterum vero cū nō ente.

In hac parte nititur narrare opinionem quorundam aliorum antiquorum de toto Vniuerſo tanquā de vno ente ſecundum duplicem modum conſiderationis, 26
quia, ſecundum quod ſunt naturaliter locuti, bene ad hanc methodum ſpectat & ſuam poſitionem conſiderare: ſed ſecundum quod innaturaliter ſunt locuti nihil huic methodo pertinet conſiderare, & ideo ſunt alii antiqui qui, de vniuerſo enunciauerunt dicentes totum eſſe vnam naturam: non tamen ſecundum eundem modum omnes dicebant hoc. quoniam aliqui negabant naturam, & aliqui eam fatebantur. qui vero negabant naturam ad præſentem cauſarum perſcrutationem
B ſermo illorum nullo modo erat congruus: in eo autem, in quo poſuerunt generationes ex vno multas eſſe, bene eorum ſermo haberi debet, quia oſtendunt cauſam, & cauſatum, & ideo conueniens eſt ſermo huic præſenti ſpeculationi: & iſti antiqui fuerūt tres famoſi. videlicet Parmenides, Meliſſus, et Xenophanes, qui in hoc conueniebant, omnia eſſe vnum, ideſt totum. differunt vero. quia Parmenides dicebat vnum ſecundum rationem, ſed plura ſecundum ſenſum: Meliſſus vero ponebat vnum ſecundum materiam: qua propter Parmenides ipſum poſuit finitum. Meliſſus vero infinitum. licet Xenophanes, qui fuit primus eorum, totū vnā eſſe naturam. Parmenides vero, qui fuit ſuus diſcipulus, nihil explanauit de ſermonibus eius: neque de natura horum, neuter viſus eſt loqui: ſed reſpiciens in cœlum, dicebat hoc vnum Deum eſſe: quapropter Meliſſus, & Xenophanes penitus ſunt prętermittendi, cum agreſtiores fuerint. Parmenides vero aliqualiter, laudandus eſt ſicut illis ſapientior, & tali ratione vtebatur: Quicquid eſt pręter ens eſt non ens; ſed quicquid eſt non ens, eſt nihil, vt in phyſicis dictum eſt: vnde ex neceſsitate putabat ſequi. quod ens ſit vnum: & quicquid eſt aliud ab ente ſit nihil. ſed coactus ſequi apparentiam, dicit in ſua poſitione omnia eſſe vnū ſecundum rationem, & plura ſecundum ſenſum: vnde opinatus eſt duas fore cās, duoq; principia, ideo calidum ac frigidum poſuit eſſe ens, & non ens. Calidum
C ens dicebat eſſe. frigidum vero non ens.

Antiqui bipartiti, aliq; naturaliter, aliqui vero innaturaliter ſunt locuti.

Antiqui tres famoſi.

Parmenides Meliſſus, & Xenophanes in quo conueniunt, & ī quo differunt.

Parmenides collegis ſapientior.

Duo Parmenidis principia.

Explicit prooemium Ariſt. cum Med. expo. Auer.

Summa Tertia. Recitatas veterum opiniones refellit.

Pythagoræ, & Plat. phyloſoph. opiniones. Cap. V.

A Primis quidem & corporeum principium. aqua nanq;, & ignis, & ſimilia corpora ſunt. & horum, a quibuſdam vnum, a quibuſdā plura corporea principia. vtriuſq; tamen iſta vt in materiæ ſpecie ponētibus. A cęteris vero et hanc cauſam, & cum iſta etiam eam vnde motus ſtatuentibus, & hanc a quibuſdam vnam, a quibuſdam duas.

Poſuerunt principium cuiuslibet ſpeciei corporum vnū, quaſi ſpecies materię. Quidam autem poſuerunt iſtā cauſam, & coniunxerūt illud, ex quo fit motus. & quidam poſuerunt iſta duo, & quidā vnum.

Expositio Media.

1 Vide 1. ph. tex. c. 6.

Idem 1. ph. com. 7.

[illegible] ... etiam differentia, quia aliqui posuerunt vnū agens solum, & aliqui duo agentia.

Commentum.

Oēs antiqui posuerūt aliquod elemētū ꝓ principio excepta terra, prçter ponentes leges. Idem infra. tex. c. 12 & 14. Idē 1. de Anima. tex. cō. 32.

Quia Antiqui primi Naturales conueniunt in hoc, ꝙ principiū omniū generabiliū est vnum quatuor elementorum, & quidam ponunt ipsum ignem, & quidam aerem, & quidam aquam, prçter terram nisi ponentes leges, d. de ipsis narrando, Posuerunt principium, &c. i. Antiqui vero posuerunt principium vnum ex qualibet specierum corporum simplicium, s. quia quidam posuerunt ignem, quidam aquam, quidam aerem. Et dixit quasi species materię, quia materia est in potentia. ista autem in actu. * & quia materia in rei veritate non generatur neq; corrūpitur, ista autem sunt generabilia & corruptibilia, & isti non perceperunt de causis nisi materialem. Deinde d. Quidam autem posuerunt, &c. i. quidam autem dixerunt causam materialem esse, & addiderunt causam mouentem & agentem, & istorum quidam ponunt istam causam esse vnam, & quidam duas. B

* Materia ī rei veritate neq; gñatur neque corrūpitur. Idē 1. Phy. 82. sed vide oppositum. 1. Phy.

Vsq; ad Italicos igitur, & absq; illis *mediocrius cæteri de eis dixerunt. nisi ꝙ, vt diximus, duabus causis vsi sunt. & harum alteram vnde motus quidam vnam, quidam duas faciunt.

Vsque ad tempus Italorum, & locuti fuerunt de ista alii modicum. sed, sicut dixi, qui ponunt causas duas diuersantur in alia cā, quidā enim dicunt ipsam eē vnā, & quidā duas, s. illud, ex quo fit motus.

2 cō. 60. Vide cont. Zim. *al. mollius al. stultius. Discrimen inter Empedoclem, & Anaxagorā

Et hęc opinio perseuerauit vsq; ad tēpus italorū philosophorū, s. de causa materiali & mouēte, de formali vero parū locuti sunt. & Aris. diffusius hoc de Empedocle in alio tractatu narrauit, qui volebat demonstrare, quid est os, & quid caro est. Sed non dixit qđ forma rei debet esse aliud principiū a sex principiis iam narratis, videlicet quatuor elemētis, Amore, & odio, q̄ ipse posuerat in sua philosophia: Et tangit differentiā inter ipsum, & Anaxagoram, qm̄ Anaxagoras ponebat intellectum esse mouentem tantum & Empedocles litem, & Amicitiam. F

Potest intelligi per hoc, quod d. vsque ad tempus Italorum, ꝙ hi sciuerunt has duas causas tm̄, s. materialē, & agentē. D. d. & locuti fuerūt de ista alii modicū, s. de causa formali. narrauit enim hoc in alio tractatu de Empe. s. ꝙ volebat demonstrare quid est os, & quid est caro: sed non propalauit ꝙ forma rei debet esse principium aliud a sex principiis, s. quatuor elementis, & lite, & amicitia, quę ipse ponebat. D. d. sed sicut dixi, &c. & innuit Anaxa. qui ponebat intellectum esse motorem tantum, & Empe. qui ponebat duos motores, scilicet amicitiam, & litem.

Pythagorici vero duo quidem eodem modo dixerunt principia. tantum autem addiderunt, quod & proprium eorum est, quòd finitum, & infinitum, & vnum non putarunt vllas alias esse naturas, vtputa ignem, aut terram, aut aliud simile, sed ipsum infinitum, & ipsum vnum substantiam horum esse, de quibus prædicantur. quare & numerum substantiam omnium esse.

Pythagorici autem dixerunt duo principia esse secundū hunc modum. & est illud, quod declaratum fuit eis, & est proprium eis dicere

A [illegible] & [illegible] aliud naturā, verbi gratia ignem, & terrā, & similia, sed ipsum infinitū, & vnū esse [illegible] ea, quæ ponunt, & [illegible]. In Græco aliā.

[illegible] pythagorici cum [illegible] naturalibus in duobus principiis [illegible] [illegible] naturales posue- 3 Pythagorici [illegible]
runt, & [illegible] phylosophorum [illegible] & [illegible] & differunt,
[illegible], sed differunt, quoniam proprium pythagoricorum est ponere hęc duo Prin & in quibus
cipia [illegible] & [illegible] principiū apud eos si a ceteris.
gnificat [illegible] formā, et infinitum [illegible] materiā, & non sedm [illegible], Infinitū Ma
sicut erat apud antiquos naturales. & [illegible] hoc quod ponunt hęc duo prin- teriam, finitum formā
cipia omnibus naturalibus communia, non ponunt principium naturale rebus na significat a-
turalibus, sicut fecerunt naturales phylosophi, qui ponunt principium naturale pud Pytha.
rerum naturalium: quoniam naturalium rerum principium debet esse natu- Defectus
rale; vt ignis, aut terra. Cum igne isti pythagorici hęc duo principia posue- Pythagor.
runt esse rerum naturalium, non vt fecerunt naturales phylosophi, qui ponebāt
principium rerum naturalium esse naturale, vt illi, qui dicebant tale principium
esse ignem, aut terram, vel aliquod taliū. Cum vnūmquodque istorum sit natura
B le, & per hoc innuit diminutionem pythagoricorum, cum non dixerunt princi-
pium rerum naturalium esse naturale, quoniam posuerunt hęc duo principia se-
cundum ꝙ opinabantur illa esse principia rerum, & quod numerus est substan- Principium
tia rerum naturalium, & quod principia substantię sunt substantię, & non po- substātię est
suerunt ipsum infinitum vnum principium entium, nisi secundum quod sunt sub substantia.
stantię; & Hęc duo Principia sunt etiam substantiæ, quoniam sunt principia nu- Idē 1. ph. t. c.
meri, qui numerus est substantia entium, quoniam principium substantię, debet es 52.
se substantia: & cum existimauerunt entia esse Numerum, & quod Numeri prin
cipia sunt vnum, & multa, dixerunt quod hæc duo principia sunt entia, & per
vnum intellexit principium finitum, quod est principium formale, & p multa
principium materiale.

Pythagorici autem conueniunt cum Naturalibus in hoc, ꝙ dicunt ꝙ princi-
pia sunt duo: sed sedm modū, qui apparuit eis, nō sedm modū, q apparuit Natu-
ralibus. Et, cum d. hoc, in quo conueniunt hę duę sectę, d. ꝙ est proprium Py-
thagoricis, & d. & est proprium eis dicere, &c. i. Pythagorici ponunt hæc duo
principia, vnum autem eorum finem, & vnum, quæ significant eandem intentio-
nem apud eos. secundum autem principium ponūt infinitū. Et hęc duo sedm istos
sunt sedm materiam & formam, non sedm materiā & agens, sicut erant apud
Antiquos Naturales. D. d. & non sunt afflecti appellare, &c. i. & isti homines cū
hoc, ꝙ ponūt hæc duo principia communia omnibus naturalibus, nō ponūt prin
C cipium naturale rebus naturalibus, sicut fecerūt Naturales de hoc, ꝙ ponūt prin
cipium naturale rerum naturalium. v.g. ignem & terram. & innuit p hoc dimi-
nutionem eorum, cum non posuerunt rerum naturalium principium naturale.
Nō.n. posuerunt hęc duo principia, nisi sedm ꝙ opinabantur illa esse principia
rerū: & ꝙ numerus est substantia rerū naturaliū: & ꝙ principia substantię sunt
substantię. & hoc intendebat, cum d. sed ipsum infinitū, & vnū est substantia, i.
sed non posuerunt ipsum infinitum, et ipsum vnum principium entium, nisi sedm
ꝙ est substantia. & sedm hęc duo principia sunt etiam substantię, quia sunt prin-
cipium numeri, qui est substantia entiū. principium.n. substantię debet esse sub-
stantia. D. d. sed ex istis, &c. i. ex istis duobus principiis posuerunt entia, quæ
dicunt esse numerum, i. cū existimauerunt entia esse numerum, & ꝙ principia
numeri sunt vnum & multum, dixerunt ꝙ hæc duo principia sunt entium.

In hunc itaque modum & de his asseruerunt. & de ipso quid est in
cœperunt quidem dicere, & definire, sed valde simpliciter tractarūt.
definiebant nanque * perfunctorie & cui primo dicta definitio inesset,
hoc esse substantiam rei putarūt: perinde ac si quis putaret idē esse

duplum, et dualitatem, quoniam primum dualitati duplum ineft. D fed non eft idem fortafsis duplo,& dualitati effe.quod fi non, ipfum vnum erit multa. quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur,& cæteris tot licet accipere.

Et vfi funt confyderatione valde fimplici in definiendo manifeftum,& primum ens per definitionem, quam dixerunt,& hoc eft, qd' exiftimabant effe fubftantiam rei. ficut homo exiftimat ꝙ duplum,& dualitas eft idem, quia duplum prius eft dualitate. fed non fecundũ modũ,fecundum quem aliquid eft duplum, eft duo. fi igitur non fuerit fic, erit vnum multum. & hoc eft, quod accidit illis. & inueniuntur depriori & pofteriori alia talia.

4 In quo Pythagorici excelluerunt antiquos,

Cum tetigit diminutionem fermonis pythagoricorum, per quam fumitur inter eos, ac naturales philofophos differentia. Vult modo propalare aliam differẽtiam, quę fumitur ab eo, in quo fuperarunt illos. quoniam pythagorici volentes confiderare de entibus, pofuerũt fuam confiderationem in eo, quod eft valde fimplex, Cum primum ens deffinierunt,& pofuerunt quiditates rerũ valde fubtiliter,ꝙ non fecerunt naturales, vt Empedocles & alii: & illud primum ens,quod deffinierãt eft ilud,quod magis eft manifeftum,ac dignius in efse & cognitione fubftantię per deffinitionem,fcilicet qua dicunt ipfum effe infinitum,& vnum,& numerum, eo quia exiftimabant quod idem fit entium natura,ac numeri: quoniam numeri prędicantur de entibus: & hęc opinio eft ficut illorum, qui putabant duplum ac dualitatem idem efse, ac eiufdem naturę, quia duplum dualitate vniuerfalius eft,ac prius ea naturaliter.qđ prius fic defcribitur. Prius eft quod eo perempto, pofterius perimitur, & non, econuerfo.quia cum eft pofterius, oportet vt de necefsitate fit prius, qm̃ cum dualitas eft, duplum eft. non fecundum modum,fecundum quem aliquid eft duplum,& duo,quoniam cum de aliquo vno aliqua plura prędicantur, non eft neceffe, vt eodem modo prędicentur de eo, neq; prędicatum demonftret fubiectum illius; & exemplificat, vt fi natura pofterioris,non fuerit alia a natura prioris,tunc natura vnius, & natura plurium erunt eadem. & intendebat per hoc,quod fi entia effent numeri,quia numerus eft prior entibus,tunc plura effent vnum,& vnum plura: & hoc impoffibile Pythagoricis contingit dicentibus, entia effe numerum, ficut impoffibile accidit illis, qui opinati funt contraria effe vnum, quia funt in vno; & multa alia huiufcemodi naturę,funt priora fenfibilibus hoc modo prioritatis,ficut eft numerus, quare igitur fecerunt numerum effe fubftantiam fine illis aliis prioribus naturalibus, & omnia ifta reducuntur ad hoc, quod prius fecundum deffinitionem non debet effe prius natura fecundum effe, ficut magis declarabitur in quinto tractatu de fubftantia cap.proprio. E F

Prius qd fit. idem in poft pd, de priori

Impoſſe cõtingens Pythagoricis.

Ideft,& cum ifti homines, f. Pythagorici voluerunt confyderare de entibus, pofuerunt fuam confyderationem in eis in eo,quod eft valde fimplex,cum definierunt primum ens illud, quod eft magis manifeftum * & eft magis dignum in effe,& cognitione, f. fubftantia per definitionem, quam dixernnt, f.quia dicunt ipfum effe infinitũ,& vnum,& numerum. D.d.& hoc eft, quod exiftimabant, &c.i.& hoc, quod exiftimabant, ꝙ natura entium eft natura numeri, quia numeri prędicantur de entibss,eft ficut exiftimatio eorum, qui exiftimant duplũ & dualitatem effe idem, i.eiufdẽ naturę;quia duplum eft vniuerfalius dualitate, & prius ea naturaliter.quod defcribitur fic,quod cum auferrur,aufertur aliud,& non econuerfo:& ,cum aliud eft,erit illud. D.d.fed non fecundum modum,i. fed non fecundum modum, fecundum quem aliquid eft duplũ,et eft duo,i.ꝙ cum de aliquo aliqua plura vno prędicantur, non eft neceffe vt eodem modo prędicentur de eo,neq; vt predicatum demõftret fubftantiam illius, D.d.fi igitur non fuerit fic,erit vnum multum,ideft fi igitur natura pofterioris non fuerit alia a natu-

* a.l.ideft Prius naturaliter defcribitur fic, quod cũ aufertur, auferetur aliud, & non econtra. Idem.5. Met. cap.de priori. & 8. Ph. c.35. & quę ibi.

A ra prioris, tunc natura vnius & natura pluris erunt eadem. & intendebat per hoc ꝙ, si entia essent numeri, quia numerus est prior entibus, tunc plus esset vnum, & vnum plus. Deinde dicit & hoc est, quod accidit illis. idest & impossibile accidens dicentibus entia esse numerum, est, sicut impossibile accidens opinantibus esse vnum plus, idest ꝙ contraria sunt vnum, quia sunt in vno. Deinde dicit, & inueniuntur de priori & posteriori alia talia. idest & multa alia talia sunt priora sensibilibus hoc modo prioritatis, sicut est numerus. Quia igitur fecerunt numerum esse substantiam sine illis alijs prioribus naturalibus: & omnia ista reducuntur ad hoc, quod prius secũdum definitionem bono debet esse prius natura secundum esse, & hoc magis declarabitur in tractatibus substantię.

Post dictas vero philosophias disciplinia Platonis superuenit, in plerisque quidem istos secuta, quædam autem etiam propria, vltra Italicorum habens philosophiam. Cũ Cratillo nanque ex * recenti conuersatus, & Heracliti opinionibus assuetus, tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus, & de eis non existente scientia, hæc quidem etiam postea ita arbitratus est. Cum vero Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota vero natura nihil.

*adolescentia.

Socrates circa moralia negociat' ẽ, & circa naturalia nihil

B Et post hoc, quod dictum fuit de modis philosophiæ, inuenta fuit philosophia Platonis, & sequebatur illos in multitudine, in vnitatibus auem erat secundum opinionem Italorum. Et primum, quod cõtingit post Demo. fuit opinio Herculeorum, scilicet quòd omnia entia sunt semper in fluxu & quòd nulla est in eis scientia. istas igitur opiniones secundum hoc accepimus in postremo. Socrates autem locutus fuit in moralibus, & nihil dixit de natura.

Cum compleuit notificare sententias antiquorum de causa materiali & efficiente, modo vult dare nobis opinionem ponentium causam formalem explicite; quorum primus, qui eam manifeste posuit, fuit Plato: & dicit, & postquam inuentę fuerunt istę pythagoricorum opiniones in phylosophia, & vniuersaliter eorum, qui ponebant Mathematica principia entium & naturalium, scilicet Anaxagorę, Empedoclis, & Democriti, inuenta fuit philosophia Platonis, in qua ipse sequebatur in maiori parte eos, qui ponebant Mathematica esse causas rerum sensibilium, vt pythagorici, raro vero opinionibus Italorum assentiebat. quorum primi in Italia fuerunt Anaxagoras, Empedocles, & Democritus, qui asserebant Mathematica esse principia entium naturalium, & ideo Plato dicebat primo formas idest, ideas esse, & deinde opinabatur numerorũ, & idearũ eandẽ esse naturã, vt octauo huius erit manifestum, asserebatque elementa quatuor composita esse ex superficiebus ęquilateris, quę sunt quinque dicta corpora vltimo libro Euclidis: & naturales philosophi ipsum sequebantur, ponentes primam materiam esse, esseque quatuor elementa: & tempore Platonis vigebat quoque opinio Herculeorum, qui faciebant dubitare omnes, qui se dabant studiis philosophię illo tempore, propterea quia dicebant nullam esse scientiam, nihilque sciri posse, & ideo Socrates propter eorum opinionem fuit primus, qui locutus fuit de Phylosophia Morali, & nihil de his mentionem fecit, quę dicta fuerũt ab antiquis in Phylosophia Speculatrice; fundamentũ Herculeorũ erat hoc, scientia uariabilis nõ est scientia. oĩs scientia est variabilis, igitur nulla scientia est scientia. Maior patet, qm̃ scientia est necessaria et semper: minor probatur, qm̃, cum scitum est in transmutatione, sciẽtia est in transmutatione: sed scibilia sunt in transmutatione, igitur scientia. Quod scibilia sint in transmutatione, patet, quia sensibilia sunt in transmutatione: & sic secundũ opinionem istorum, nulla erit horum interiorum scientia: & omnes istę opiniones Antiquorũ, qua

5

Plato primus manifestauit formam.

Phylosohia Plat. quãdo cępit.

C

Itali Philosophi q fuerint.

Herculei tẽpore Plat.

Herculei asferebãt scẽtiam.

Socrates primus de morali hylosophatus est.

hucusq; locuti sunt in phylosophia, sunt per nos recitatę, & innuit hoc, quia sua D intentio est eas reprobare, vt infra patebit.

Et postquam inuenti fuerunt isti modi philosophię, scilicet Pythagoricorum, & vniuersaliter qui ponebant mathematica principia entium, & naturaliū scilicet Anaxagorę, & Empedoclis, & Democriti, inuenta fuit philosophia Platonis. & dicit ꝙ consequebatur illam in multitudine, idest ꝙ Plato consequebatur in pluribus suis opinionibus opinionem Pythagoricorum, & in paucioribus opinionem Italorum, & fuerunt primi Naturales in Italia, scilicet Anaxagorę, & Empedoclis, & Democriti. Et dicit ꝙ Plato sequebatur in maiori parte Philosophię suæ eos, qui ponebant mathematicas causas rerum sensibilium. quia Plato dicebat formas esse, & opinabatur naturam formarum, et numeri naturam esse eandem: vt declaratum erit in tractatibus substantię. & opinabatur q̃d quatuor elementa sunt composita ex superficiebus ęqualium laterum, & angulorū: & sunt quinque dicta corpora in vltimo Euclidis, & consequebatur naturales in dicendo materiam esse, & quatuor elementa esse. Deinde dicit & primum, q̃d contingit post Democritum, fuit opinio Herculeorum, qui faciebant dubitare omnes dantes se ad Philosophiam in illo tempore, & dicebant ꝙ nulla est scientia. Scientia enim est necessaria & semper. & nihil est hoc, de quo pendeat sciē tia, nisi sensibilia, quę sunt semper in transmutatione. &, cum scitum est semper in transmutatione, igitur & scientia semper est in transmutatione. & sciētia trāsmutata non est scientia: ergo nulla est scientia. Deinde dicit. istas igitur opiniones, &c. i. istę igitur opiniones prędictę peruenerunt ad nos de consyderantibus in Philosophia vsque nunc. Socrates vero fuit primus eorum, qui locuti fuerunt de Philosophia Morali, & nihil addidit eis, quę dicta fuerunt ab Antiquis in Philosophia speculatiua. B

Primi Naturales ĩ Italia fuerūt Ana. Emp. & Democritus.

Plato opinabat nām formarū, & numeri eādem eē. vide pro hoc. 8. Met. tex. cō. 10.

Rō. negātiū sciā; de quo latius in. 4. huius.

In his tamen vniuersale quæreret, & primus mentem ad definitiones applicaret, illum ob hoc laudans, putauit de aliis, & nō de aliquo sensibiliū hoc fieri. impossibile enim definitionem cōmunem cuiuspiam sensibilium esse, quæ semper mutantur. & sic talia entium ideas appellauit: sensibilia vero præter hæc, & secundum hæc, omnia dici. secundum participationem nanque hæc multa vniuocorum esse speciebus æquiuoca. participationem vero secundū nomen solum mutauit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia esse: Plato vero, nomen mutādo, participatione. participationem vero, aut imitationem formarum, quænam sit, communiter quærere omiserūt. Item præter sensibilia, & formas mathematicas res ait medias F esse, a sensibilibus quidem differentes, eo ꝙ perpetuę & immobiles sunt: à formis vero, eo ꝙ illæ quidem multæ quædam similes sunt, forma vero ipsa quæq; vna sola. & quoniam formæ causæ cæteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. & vt materiā quidem magnum, & paruum esse principia, tanquam vero substantiam ipsum vnum.

Et hoc fuit dictum, quia accepit ꝙ esse istius fuit ad modū esse aliarum rerum, & in sensibilibus non est aliquid fixum. neque etiam est possibile vt sensibilia habeant aliquem terminum communem, cum semper sint in trāsmutatione. & vocauit illa, quæ sunt entiū, eadem formis. omnia autem sensibilia dicuntur per ista. & propterea multa vniuoca sunt cōia in specie: sed ipse addidit æquiuocationem. Pythagorici vero scđm similitudinem dixerunt ꝙ entia sunt vnum. Plato

A verro addidit æquiuocationem . communicatio autem , & ſimilitudo, quæ eſt inter ſpecies, dimiſerunt perſcrutationem vniuerſalem de eis, ſed non contradixerunt niſi in ſenſibilibus, & in ſpeciebus mathematicis, quæ dicunt eſſe media inter ſenſibilia . ſenſibilia autem quędam ſunt ſemper non mobilia . ſpecies autem ſunt illa , quæ inueniuntur ad multa , & ſpecies eſt illud, quod inuenitur cuilibet . & ſpecies etiam eſt cauſa aliarum rerum .

Tangit cauſas, quibus motus fuit Plato ad ponendum ideas ; quarũ prima eſt, 6
quia inuenit indiuidua in vnoquoque genere ſe habere ſimili modo ; & quia omnia ſunt ſimili modo in ſuo genere : igitur eſt impoſsibile, vt ſint accidentaliter : & cum non ſint per accidens, generabuntur a cauſis ſimilibus : tales ſunt ideę ; igitur pro generatione tuenda poſuit ideas : ſecunda cauſa, quia Plato opinatus eſt nihil in ſenſibilibus eſſe fixum, atque immutabile, igitur ſi de eis erit ſcientia, non poteſt ſcientia pendere ab ipſis, nec ſcientia, quę dicitur definitio , cũ ſemper ſint in transmutatione, nec ſcientia quę habetur per demonſtrationẽ, cum demonſtratio non ſit niſi neceſſariorum, & per neceſſaria . His rationibus Plato opinatus eſt ꝙ intentiones, ideſt vniuerſalia, q̃ inueniuntur in indiuiduis vniuſcuiuſque B ſpeciei, eadem ſint, ideſt ſemper maneant, & ꝙ definitiones ſint rerũ, quę ſunt neceſſarię extra animam, quas res extra animam vocauit formas , & exemplaria. Formas quidem .i. ideas rerum ſenſibilium : exemplaria vero, quę aſpicit rerum conditor, ſicut artifex reſpicit formas rerum artificialium pro ſtructura rerũ artificialium ; Quoniã aliter quodlibet eſſet a quolibet, & non eſſet ex ſemine hominis homo ſemper, neque ſemper ex ſemine equi equus, & per conſequens opinatus eſt ꝙ ſenſibilia omnia deſiniantur per hanc naturã i. per ideas, & inueniãtur, ſintq; in eſſe per illam naturam, ſcilicet idearum, ſicut res, quę fiunt, fiunt ab opifice per ſuum exemplar : Deinde dicit, ꝙ nomina vniuoca ſignificant de multis rebus ſcd̃m vnam & eandẽ, ac cõem intentionẽ. Differentia tamẽ eſt inter Platonẽ & Pythagoricos: qm̃ Pythagorici dicebant entia, per ſimilitudinẽ fore numeros, quia entibus eos aſsimilabant, putantes ipſos entia eſſe, ideo non contingit vt habeant nomen cõe, entibus, & numeris, vt non ſint coacti ponere nomẽ equiuocum in Arabico vocatum, quod ſpeciebus ſit cõe, vt Plato poſuit . & forte dixit hoc, vt oſtẽderet opinionẽ antiquorũ dicentiũ, quod cauſę entiũ ſunt vniuerſalia genera, ſcilicet vnũ, & ens, ac oẽ tranſcendẽs, quia iſti antiqui non credebãt hoc nomẽ equiuocum eſſe, vt Parmenides, & in hoc errauit quia non poſuit diſtinctionem inter hoc nomen ens, quod vnũ in numero, & vnũ in genere ſignificat , quia credebat ipſe quod oẽ ens eſſet vnũ numero : & cũ Plato perſcrutatus fuerit de cõicatione C indiuiduorũ , debebat quoque perſcrutari de ſpecierũ cõicatione & ideo contingit ei inconueniens, dicẽdo formas eſſe in vltimis ſpeciebus , & dicere hoc in aliis ſpeciebus, ſequeretur quod formę formas haberent, & ſic in infinitũ, aut diceret quod oẽs ſpecies intellectę ſunt res exiſtentes in anima , & non habent eſſe extra animã : & cauſa cõſiderationis ipſorũ in natura ſpecierum, & non generis, fuit, vt contradiceret Herculeorum quęſtioni, qui a rebus ſenſibilibus ſcientiam deſtruebant ; ideo dixerũt formas eſſe naturam mediã inter eas & ſenſibilia , vt quęſtio in vtroque diſſoluatur. Quoniã, ſi conſideraſſent Res ſcd̃m naturã earum, tunc reſponſio in ſenſibilibus, & Mathematicis eſſet eadem. Sed quia iſta contradictio eſt corrupta, ponit modo veram contradictionem , & dicit quod ſenſibilia quędam ſunt in continuo fluxu , & tranſmutatione vt materia , & quędam ſunt non tranſmutabilia ſed permanentia , vt forma . Manifeſtum eſt ergo quod formę abſtractę impoſſibile eſt vt ſint in ſenſibilibus, ita quod ſint eędem nedum vt demonſtrent eſſentiam eorum ſenſibilium ; & ſimiliter videtur ex illa diffinitione ſpeciei quod illa multa, de quibus prędicatur ſpecies, communicant in eadem intentione, ſed non in eadem dictione : et ſic ſpecies eſt cauſa ſcientie indiuiduorũ & non cauſa indiuiduorum. quia indiuidua ſunt ſubſtantię primę.

Quia dubitatio Herculeorum mouit Platonem ad dicendum formas eſſe, incœ.

Motiua Plato. ad ponendum ideas.

Idea quare qñq; forma, & qñq; exẽplar nuncupatur.

Sẽſibilia eẽ & deffiniri p ideas opinatus eſt Plato.

Diſcrimen inter Plat. & Pythag.

Error, & erroris cauſa Parmenidis.

Error Platonis.

Sẽſibilia in duplici differentia.

Species eſt cauſa ſcientię non indiuiduorum.

pit hic declarare quomodo illud mouit eũ ad credendũ hoc, & d. quia accepit, D
&c.i. mouit Platonem ad dicendum formas eſſe, quia inuenit in vnoque genere,
& in vnaquaque ſpecie ꝙ eſſe iſtius indiuidui in illo eſt ſecundũ modum eſſendi
aliorum indiuiduorum in illo genere. & hoc eſt impoſſibile vt eſſet accidentali-
ter. Et opinatus fuit ꝙ nihil in ſenſibilibus eſt fixum: & ꝙ impoſſibile eſſet etiã
vt ſenſibilia haberent definitionem, in qua communicarent, cum ſemper ſint in
tranſmutatione. ideo opinatus eſt ꝙ intentiones, quę inueniuntur in indiuiduis
vniuſcuiuſque ſpeciei, eędem ſunt, & definitiones rerum ſunt res neceſſarię ex-
tra animam. & vocauit eas formas, & exemplaria, ſ. formas rerum ſenſibilium,
& exemplaria naturę, quę conſpicit, ſicut artifex inſpicit formas artificiati. &,
ſi nõ, tunc quodlibet eſſet a quolibet: & nõ eſſet ex ſpermate hominis homo ſem
per, neque a ſpermate equi equus ſemper. D. d, omnia autem ſenſibilia, &c.i. &
opinati ſunt propter hoc ꝙ omnia ſenſibilia definiuntur per iſtam naturã, & in-
ueniuntur per illam ſicut res a ſuo exemplari. D. d, & propterea multa vniuo-
ca, &c. ideſt ſed nomina vniuoca ſignificant de multis rebus eandem communẽ
intentionem eis. & ſecundum ſermonem in formis non erit hęc intentio eadem
communis multis: & ſic fient nomina ſpecierum communia, & non erit intẽtio
vniuerſalis niſi tantum nomen. & ideo d. ꝙ addidit ęquiuocationem. D. d. Pytha
gorici vero, &c. ideſt Pythagorici inducti ad dicendum entia eſſe numeros per
ſimilitudinem, quia aſsimilauerunt numeros entibus, & crediderunt eos eſſe en- E
tia. & ideo non contingit eis habere nomen commune inter numeros & entia,
neq; fuerunt coacti ad dicendum nomen in Arabico, vocatum nomen ęquiuocũ,
commune in ſpeciebus. Plato autem addidit nomen commune. Et forte innuit
per hoc Antiquos opinantes ꝙ cauſę entium ſunt genera vniuerſalia, ſic ut vnũ,
& ens. iſti.n. non credebant nomen hoc ęquiuocum eſſe. Et ex hoc errauit Par-
menides, cũ nõ diſtinxit inter hoc nomen ens, quod ſignificat vnum in numero,
aut vnum in genere; & credidit omne ens eſſe vnum in numero. Deinde dicit
communicatio autem, & ſimilitudo, &c. & innuit per hoc Platonẽ. quoniam, cũ
fuerit perſcrutatus de communicatione inter indiuidua, debeat perſcrutari de cõ
iunctione inter ſpecies. & dicit hoc, quia contingit ei, cum dixit in vltimis ſpecie
bus eſſe formas, dicere hoc in alijs ſpeciebus. & ſic formę haberent formas: &
ſic in infinitum. aut diceret ꝙ omnes ſpecies ſunt res intellectę exiſtentes in ani-
ma, & non habent eſſe extra animam. Deinde dicit, ſed non contradixerunt niſi
in ſenſibilibus, &c. ideſt & cauſa in hoc, quod conſyderauerunt de natura ſpe-
cierum, & non de natura generum, eſt, quia perſcrutatio eorum fuit ſecundum
contradictionẽ non ſecũ perſcrutationẽ, ideo cum quidã contradixerunt Heracli
leorũ quęſtioni in ablatione ſciẽtię a ſenſibilibus, dixerũt formas eſſe, & naturã
mediã inter formas & ſenſibilia, vt diſſoluatur ab eis ꝑ hũc ſermonem quęſtio in
vtroq;. &, ſi cõſyderaſſent in re ſecũdum naturã eius, tunc reſpõſio eſſet eadem in F
ſenſibilibus, & mathematicis. Et, quia iſta contradictio fuit corrupta, incępit dice
re cõtradictionẽ veram contra iſtos, & d. ſenſibilia aũt quędam ſunt, &c.i. dicere
autem ꝙ ſenſibilia ſemper ſunt in tranſmutatione, contradicitur ſic. quoniam en-
tia ſenſibilia quædam ſunt non tranſmutabilia eſſentialiter, ſed permanentia, ſ.
forma: & quędam ſunt tranſmutabilia ſemper, ſ. materia. Et hoc, ꝙ d. ſpecies
autem ſunt illa, quę inueniuntur, &c. contradicit opponendo ſermoni de formis,
& opponendo dicentibus quod nulla eſt res, in qua, communicant indiuidua, niſi
nomen tantum. & iſti ſunt illi, qui deſtruunt ſcientiam. quoniam, cum manifeſtũ
eſt de definitione ſpeciei ꝙ eſt intentio exiſtens in pluribus ſecundum numerũ,
ſecundum ꝙ vnumquodq; eorum eſt ens, manifeſtum eſt ꝙ formę abſtractę im-
poſſibile eſt vt ſint in ſenſibilibus, ita ꝙ ſint eędem, nedum vt demonſtrent eſſen
tiam eorum. & ſimiliter apparet ex iſta definitione ꝙ illa multa, de quibus prę-
dicantur ſpecies, communicant in eadem intentione, non in eadem dictione. De-
inde d. & ſpecies etiam eſt cauſa aliarũ rerum, ideſt cauſa ſcientię indiuiduo-
rum, non cauſa indiuiduorum.

Pro deductione iſtius conſequẽtię Platonis vt de cõ. 31. ſeptimi huius.

Ex illis enim participatione ipſius vnius formas numeros eſſe.

A Ipsum tamen vnũ, vt substantiam esse, & non aliquid aliud dici vnũ esse, quemadmodum Pythagorici. dicebat quoque numeros causas cæteris substantiæ esse, similiter atque illi.

Et quę sunt ex illis secundum communicationem in vno sunt species. Qui autem dixit ꝙ vnum est substantia, & nihil aliud est ens, ꝙ dicatur esse vnum, dixit sermonem propinquum sermoni Pythagoricorum, s. ꝙ numeri sunt causæ substantiæ aliarum rerum. ista enim est opinio illorum.

Et intentio vna, quę est in istis rebus indiuidualibus, & assignatis, secundum ꝙ non communicant in ea, sed appropriatur vnicuique eorum, est vnum indiuiduale, quod dicitur penes aliquos, indiuiduum vagum: sed intentio vna, in qua communicãt, dicitur species: illi uero, qui dicunt quod vnum in numero est substantia, & nihil aliud est ens, de quo dicitur esse vnum, alio modo ab vno in numero, dicunt secundum pythagoricorum opinionem, qui dicebant partem indiuisibilem esse, quã apud istos non est substantia, & vnum nisi ista pars. quapropter contingũt eis multa impossibilia, quę contingunt dicentibus substantias rerũ esse vnum; vtraque enim secta non potest dicere quomodo ex istis fit communi- B nicatio, neq; quomodo istud vnum indiuisibile est causa passionis, & actionis, atq; alterationis: ꝙ est, quia si transmutationem reciperet, esset Compositum ex materia et forma, & omne cõpositũ ex materia & forma ẽ indiuisibile: igit', &c.

7 Indiuiduum vagũ quid. Species qd.

Pythagoricis impossibilia contingentia.

Forte intendit facere differentiam inter indiuiduum, & speciem. Et cum dixit. Et quę sunt ex illis, innuit indiuidua, & quasi dicat intentio autem vna, quę est in istis rebus indiuidualibus, secundum ꝙ non communicãt in ea, sed appropriatur vnicuique eorum, est vnum indiuiduale, intentio vero vna, in qua communicant, dicitur species. Deinde dicit. Qui autem dixit ꝙ vnum est substantia, & nihil aliud, &c. i. qui autem dixit ꝙ vnũ in numero est substantia, & nihil aliud est ens, de quo dicitur esse vnum alio modo ab vno in numero, dixit propinquũ sermoni Pythagoricorum. Et dicit propinquum: quia isti sunt dicẽtes partem esse indiuisibilem: quia apud istos non est substantia et vnum nisi ista pars. & ideo cõtingunt eis impossibilia, quę contingunt dicentibus ꝙ substantię rerum sunt vnũ. vtraque enim secta non potest dicere quomodo ex istis fit cõmunicatio: neque quomodo istud vnum indiuisibile est causa passionis & actionis & alterationis. quoniam, si recipere transmutationem, esset compositum ex materia & forma: & omne compositum ex materia & forma est diuisibile.

Sed pro infinito tanquam vno, dualitatem facere, infinitum vero C ex magno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros, præter sensibilia, illi vero numero ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant. Ipsum igitur vnum, & numeros pter res facere, & non vt Pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in rationibus fit perscrutationem, euenit. Priores enim Dialecticæ expertes erant. Dualitatem vero fecisse alteram naturã, propterea quòd numeri, præter primos, ex ea aptissime velut ex * quadam effigie generantur. Atqui accidit econtra. non enim verisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt, formas vero semen generat solum. apparet autem ex vna materia vna mensa.

Priores Dialecticam nõ participabant.

* quodam sigillo.

Et quidam posuerunt loco infiniti duo, sicut vnitatem. Et quidam posuerunt causam infiniti magnum & paruũ, & hoc est proprium. Et quidam posuerunt numerum ex sensibilibus. & quidam dixerunt ꝙ istæ res sunt vnum, & non ponunt mathematica inter ista. Qui autẽ

poſuerunt vnum, & numeros alia a rebus, & non ſicut fecerunt Pythagorici, venerũt ad ſpecies per perſcrutationes de definitionibus: & non habuerunt primi Antiqui artem definitionis. Qui autem poſuit aliam naturam dualem, quia numeri ſunt alii a principiis, generantur ex eis generatione naturali, ſicut res generatur a ſuo exemplari. Quæ autem accidunt ei ſunt e contrario. dicere igitur quia iſta ſunt ex materia, currit recte. In Græco album. D

Platonici ex dualitate finitũ generãt

Hic ponit differentiam inter platonicos & pythagoricos, quoniã platonici poſuerunt finitum generari ex dualitate, & illam contrariam non poſuerunt ſicut illi, qui poſuerunt eam ex Magno, & Paruo: & Aliqui poſuerunt cauſam infiniti dualitatem, quę eſt Magnum, & Paruum, quę in magnitudinibus procedit in infinitum, & iſti poſuerunt principia tria, vt Antiqui, contraria ſcilicet Magnũ, & Paruum, & ſubiectum recipiens, quod eſt vnum, qui autem poſuerunt principia vnum & infinitum generari ex dualitate, non poſuerunt contraria ſcilicet vnum, & infinitum, aliquod ſubiectum: Eorum vero, qui dicebant principia eſſe numeros, quidam poſuerunt numeros ex ſenſibilibus, ideſt formas ſenſibilium: & iſti dicentes formas. & numeros ſunt Platonici. illi autem, qui dicunt quod ſenſibilia ſunt ipſi numeri, fuerunt Pythagorici: & eſt differentia inter hos phylo- E ſophos, quoniam illi, qui formas ponunt, dicunt numeros, & vniuerſaliter ſubiectum mathematicorum naturas medias inter formas & ſenſibilia, Pythagorici vero neutrum horum dicunt, ſed dicunt quod entia ex numeris componũtur: & iſtę duę ſunt philoſophantium ſectę, quarum vna dicit formas, & numeros eſſe eiuſdem naturę. Alia vero numerorum ipſam naturam eſſe aliam a natura idearum, mathematicaque eſſe media inter ſenſibilia & ideas, vt habetur in tertio huius libri: Plato enim voluit vnum & numeros eſſe partes rerum ſenſibilium, & non, vt dixerunt Pythagorici, quia ipſe voluit vnum, & numerum eſſe partes formales rerum ſenſibilium, ideo venit tã ad ideas, q̃ ad Mathematica, ex peritia, quã habebat in arte definiendi. Quoniam res extra animam, ſingulares, & ſenſibiles ſunt transmutabiles, quarum non poſſunt eſſe definitiones, cum definitiones ſint rerum ſempiternarum. Et quia formę apud nos. i. rerũ ſenſibilium, quę ſunt apud nos, ſunt coniunctę cum materijs, indicauerunt ꝙ natura earum. i. idearum nõ ſit alia a natura numeri: Cur autem Plato vocet dualitatẽ eſſe alteram naturam, eſt, quia dualitas eſt ex natura materię & nõ ex natura formę; & cauſa eſt iſta, quia ex ea generantur numeri pares, ſicut res generantur a ſuo exemplari non generatione naturali: Dualitas quoq; eſt cauſa infiniti, quia parem numerum efficit, quem Pythagorici infinitum vocant: Hęc autem duo dualitati ineſſe videntur, F videlicet ꝙ ſit altera natura. i. Materia, & quod ſit cauſa infiniti, non ſicut accidens: quia, ſi hoc eſſet accidens dualitati, non ſemper inueniretur in dualitate; quoniam id, quod inuenitur in aliqua re accidentaliter, ideſt vt accidens per accidens, eſt e contrario; quoniam raro inuenitur, quia poteſt plerunque non ineſſe; vt ſecundo phy. declarauimus.

Plat. & Pytha. duę phylosophorum ſectę.

Vnũ & nũs ſunt ſenſibiliũ rerũ partes formales ſecũdũ Plat.

Deffinitio rerũ ſempiternarum.

Dualitas eſt natura materię.

Dualitas eſt cauſa infiniti ſecundum Plat.

Dixit ꝙ illi, qui poſuerunt duo principia, vnum. ſ. & infinitum, quidam poſuerunt finitum generari a dualitate, & non poſuerunt dualitatem contrariam, ſicut illi, qui poſuerunt eam ex magno, & paruo. & hoc intendebat cũ d. ſicut vnitatẽ. Deinde dicit. Et quidam poſuerunt cauſam infiniti magnum & paruum, & hoc eſt proprium. ideſt & quidam poſuerunt cauſam infiniti dualitatem, quę eſt magnum & paruum, quę procedunt in magnitudinibus in infinitum. & d. & hoc eſt proprium, quia iſti poſuerunt principia tria, vt Antiqui, contraria. ſ. magnum & paruum, & ſubiectum recipiens, quod eſt vnum. Qui autem poſuerunt principia vnum, & infinitum, generant ex dualitate, non poſuerunt cõtrarijs, ſ. vnum & infinitum aliquod ſubiectum. Deinde dicit. Et quidam poſuerunt, &c. i. & iſtorum dicentium, ſ. ꝙ principia ſunt numeri, quidam etiam poſuerunt numeros ex ſenſibilibus, i. formas ſenſibilium. & iſti ſunt dicentes formas & numeros. & quidã etiã dicunt ꝙ ſenſibilia ſunt ipſi numeri, & ſunt Pythagorici. Et quia quidam dicentium

tium

A tium formas eſſe, ponunt numeros, & vniuerſaliter ſubiectum mathematicorũ naturas medias inter formas & ſenſibilia, & Pythagorici neutrum dicunt, ſed dicunt ꝙ ex numeris componuntur entia, d. & non ponunt mathematica inter iſta. Et forte innuit dicentes numeros eſſe formas. Iſtę enim ſunt duę ſectę. quidam enim dicunt ꝙ numeri, & formę ſunt eiuſdem naturę: & quidam dicunt ꝙ natura numerorum eſt alia a natura formarum, et ꝙ eſt natura media inter formas & ſenſibilia, vt habetur in Tertio iſtius libri. Deinde dicit. Qui autem poſuerũt vnum, & numeros, & cę. ideſt qui autem poſuerunt vnum, & numeros eſſe partes rerum ſenſibilium, & non dixerunt ꝙ numerus eſt ipſa entia, ſicut dixerunt Pythagorici, ſ. partem formalem, venerunt ad dicendum formas, & ad dicẽdum eas eſſe numeros, perſcrutationem de natura definitionum, i. vnde venerunt formę in eis. & res definitę extra animam ſunt transmutabiles: quapropter neceſſe fuit apud eos ponere ſubiectum definitionum, aut ipſas definitiones formas eſſe. & propter hoc, quia formę ſunt apud eos coniunctę cum materiis, iudicauerunt ꝙ natura earum non eſt alia a natura numeri. formę enim, ſi ſint, impoſsibile eſt vt natura earum ſit alia a natura numeri. Deinde dicit. Qui autem poſuit aliam naturam dualem. i. qui autem poſuit dualitatem, quę eſt ex natura materię, non ex natura formę, quia ex ea generantur numeri pares, non generatione naturali, ſicut res generantur a ſuo exemplari, & ꝙ eſt cauſa infiniti, recte dixerunt. quo-
B niam, ſi hoc eſſet accidens dualitati, non ſemper inueniretur ei iſta actio. Quod enim inuenitur in aliqua re accidentaliter eſt econtrario, ſ. ꝙ raro inuenitur. & hoc intendebat cum dixit. Quę autem accidunt ei, ſunt econtrario.

Quod accidentaliter inuenitur alicui, raro inuenitur. Vide. 2. Phy. cõ. 48.

Qui vero formam inducit, quæ vna eſt, multas facit. Similiter aũt & maſculus ad fœminam ſe habet. hæc etenim ex vno congreſſu impletur, maſculus vero multas implet. at iſta imitationes illorum principiorum ſunt. Plato igitur de propoſitis quæſtionibus ita determinauit. Patet autem ex dictis, quòd duabus cauſis vtitur ſolum, ea, quæ ipſius quid eſt, & ea quæ ſecundum materiam. formæ enim cæteris ipſius quid ſint cauſæ ſunt, formis vero ipſum vnum. & quæ ſubiecta materia, de qua formæ, illæ quidem in ſenſibilibus, ipſum vero vnum in formis dicitur: quia dualitas hæc eſt, magnum & paruum. Item ipſius bene, ipſiuſque male cauſam elementis attribuit, vtriſq; vtrãque. quod etiam primorum quoſdam Philoſophorum Empedoclem, et Anaxagoram magis dicimus quæſiuiſſe.

C Et ſpecies diuerſantur in hoc, quod eſt vnum & facit multitudinem. Et ſimiliter maſculus ex quo fit multitudo. iſta igitur ſunt exempla, & ſimilia principiorum, quæ illi dicebant. Plato autem definiuit ea ſecundum hunc modum in ſuo libro de quæſtionibus. Et manifeſtum eſt ex illo, quod dixit, ꝙ ipſe non vtebatur niſi duabus cauſis, ſ. quiditate rei, & ea, quæ eſt ſecundum materiam. ſpecies enim ſunt cauſæ quiditatis aliarum rerum, ſpecies vero ſunt vnũ. & illud, quod eſt materia ſubiecta, in qua ſunt ſpecies, & quædam dicuntur eſſe in ſpeciebus: quiditas enim dualitatis eſt magnũ & paruum. Et etiam dedit quòd cauſa in bono & laudabili ſunt elementa, vnũquodq; eorũ cæteris, & ſunt ea, de quibus ꝙ perſcrutatio cecidit in principiis.

Et mouebatur Plato ad ſuam opinionem ex hoc. qm̃ vnũquodque non recipitur niſi ſcdm menſurã recipientis, & non rei receptę, vt manifeſtũ eſt, & propter hoc ſpecies diuerſificantur, quia Agens vnũ eſt, nihilominus multas res facit differentes ſpecie, qm̃ natura rerũ, quam Plato dixit in Dualitatę conſiſtere, ſe ha-

Agens vnũ multas res

tm̄ spē differentes efficit.

Ideę sunt principia secūdum formam & secundum agens.

Differt a q̄ditate speciei.

het sicut natura viri & Mulieris: qm̄ natura viri est vna, tamen facit multitudinem ex diuisione seminis. Potest nāq; Masculus multas impręgnare fœminas, tamen vna fœmina non impręgnatur nisi ab vno viro; & quia istas similitudines inuenerunt inter spēs, & principia vera, existimauerūt quod species sunt principia scdm formā & secundum agens. Vnde Plato non vsus est nisi duobus generibus causarum, scilicet causa formali, a qua rei quiditas constituitur, & causa materiali, in qua est forma: formę enim apud Platonem sunt quiditates aliarum rerum, quę non sunt formę; sed dr̄ia est inter speciem, & quiditatem: qm̄ spēs est aggregatum ex materia & forma (vt ipse dicebat) qm̄ species hominis non est forma eius tm̄, sed cōpositū ex materia & forma. formę. n. non sunt spēs, quia quiditas rei, quę est forma, est in specie, scdm q̄ est pars eius, sicut dualitas: qm̄ apud eos, qui dicebāt eam esse principiū, quiditas eius est magnū, & paruū, q̄ sunt alia a dualitate; conditio vero quęstioni requisita, quę fit de principiis, est, vt quęrenda sint principia, quę conueniant oībus apparētibus, quę insunt in re, qm̄ tūc videntur esse vera. Cum. n. posteriora, quę sunt effectus, significāt priora, q̄ sunt principia, tunc verū erit priora esse principia posteriorū: verū de his, libro octauo physicę auscultationis, dictū est, & secundo libro huius iterū dicemus.

Plō definit spēs, q̄ sunt principia secundum formam, & secundū agēs vide. 2. de Generatione cō. 52.

Spēs hoīs non est forma eius tm̄, vt intendebat Pla. sed congregatū ex materia & forma. sed vide opositum. 7. Met. cō. 21. vide cōtra. Zim.

Cōditio requisita apud qōnem principiorum.

Dixit. Et species diuersantur, &c. ita cecidit abscissum de libro Grȩco. et est vna significationum, quam dicebant dicentes formas esse faciētes indiuidua: quia natura rerum assimilatur naturę masculi, qui facit multitudinem. Et, quia ista significatio etiam fuit vna multarum, quę ciderunt a libro, d. igitur ista sunt exēpla, & similia principiorum. idest istę igitur consimilitudines sunt, quas inuenerunt inter species, & vera principia, ex quibus existimauerunt q̄ spēs sunt principia. Plato vero definiuit spēs q̄ sunt principia scdm formā & scdm agens. Et est manifestū q̄ posuit quiditates rerū, & definitiones earū formas rerum, & posuit materiam res, in quibus sunt formę. D. dicit species enim sunt, scilicet formę sunt apud ipsum quiditas aliarum rerum, quę non sunt formę. Deinde d. species vero sunt vnum, &c. i. species autem, quę vere dicuntur, sunt illud, quod congregatur ex forma vniuersali & materia. verbi gratia q̄ spēs hominis non est forma eius tm̄, scdm q̄ intendebat Plato, sed congregatum ex materia & forma. D. dicit. Et quędam dicuntur esse in speciebus, &c. i. & signū q̄ formę nō sunt spēs est, q̄ quiditas rei, quę est forma, est in specie, scdm q̄ est pars eius sicut dualitas: qm̄ quiditas eius apud dicentes eā esse principiū, est magnū & paruū: et magnū & paruū sunt alia a dualitate. D. d. Et etiam dedit, &c. i. & signum, q̄ ipse dicit materiā & formā, est, quia dedit causam boni & laudabilis, & etiam suorum oppositorū. & hoc non est nisi materia & forma. D. d. vnumquodq; eorū cęteris. i. q̄ ipse dedit causam rerū cęterarū apparentiū in entibus de laudabili, & bono scdm vtrunq; elementorum, quę posuit, s. materiā & formā. D. exposuit quę sunt illa alia cętera, & d. & sunt ea, de quibus diximus, &c. idest & ista sunt res posteriores, quę apparent in entibus: & sunt ea, quorum causę sunt dandę per principia, & vt principia verificentur propter hoc. Et d. hoc, quia apud quęstionem principiorum quęrēdum est vt sint conuenientia omnibus apparentibus inexistētibus; quoniam tunc videntur esse vera. & hoc non demōstrat necessario ea esse principia, donec res manifeste significent ea, scilicet q̄, quando posteriora significant priora, tunc verificabitur q̄ sunt principia eorum.

Hęc p̄s vsq̄ ibi, Q. d igitur, non est in textu Auer.

Breuiter igitur, & summatim percurrimus, qui nam, & quomodo locuti sunt de principiis, & ipsa veritate. Tm̄ tamē ex eis habemus, q̄ eorum, qui de principio & causa dixerunt, nemo quicquam prȩter ea, quę in de naturalibus determinata sunt, dixerit. sed omnes obscure quidem, illa tamen aliquatenus vsi sunt attingere. Quidā enim vt materiam principium ponunt, siue vnam, siue plures supponant. & siue corpus, siue incorpoream ponant, vt Plato magnum, & paruum dicens, Italici infinitum, Empedocles ignem, terram, aquam,

A & aerem, Anaxagoras vero infinitatem similium partium. Hi igitur omnes talem causam perstrinxerunt. & ad hæc quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidem densius, aere vero tenuius. etenim tale quidam dixerunt primum elementum esse. hi igitur hanc attigerunt causam solam. Alii vero quidam vnde principium motus, quicunque scilicet amicitiam & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt. Ipsum vero quid erat esse, & substantiã clare quidem nullus assignauit. Maxime vero dicunt, qui formas ponunt. nec enim vt materiam sensibilibus formis, & ea, quæ in formis sunt, neq; tanquam illinc principium motus fieret, putant. immobilitatis enim causa, & quietis magis eis esse aiunt. sed ipsum quid erat esse vnicuique cæterorum formas attribuunt, formis autem ipsum vnum. Ipsum vero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodã modo quidem dicunt causam, non autem ita dicunt, vt aptum esse natum est. Qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bo-
B num quoddam hæc ponunt. non tamen tanquam horum causa quicquam entium, aut sit, aut fiet, sed tanquam ex his motus eorum essent, ita dicunt. Similiter & qui vnum, vel ens esse hanc naturam aiunt, substantiæ quidem causam esse dicunt, non tamen huius causa, aut esse, aut fieri. Quare contingit eius quodammodo dicere, & negare bonum esse tale. non enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt. Quòd igitur de causis, & quot, & quales sint recte determinatum sit, testari nobis etiam isti omnes videntur, cum nõ possint aliã attingere causam. & ad hæc quòd principia, aut ita omnia, aut horũ aliquo modo quærenda sint, patet.

Et videtur ꝙ omnes isti testantur nobis, quia non possunt addere aliam causam. & cum hoc manifestum est quòd perscrutatio cadit de principiis, aut secundum omnes istos modos, aut secundum quosdam.

C Et si antiqui non potuerunt addere aliud principium supra ea, quę nos scđo Physicę Auscultationis diximus, sequitur vt pręsens perscrutatio aut cadit sup omnia illa principia, quę diximus, aut super aliqua eorũ in vnoquoque entium.

D. Et videtur ꝙ sermo istorum de numero causarum testatur nobis, cum nõ possunt addere quintam causam causis, quas diximus. & cum hoc manifestũ est, cum declaratum est ꝙ Antiqui non potuerũt addere aliud principium, per quod perscrutatio aut cadet super omnia illa principia, quę diximus, aut super quędam in vnoquoque entium.

Aduersus eos, qui principium vnum omniũ, idq; corporeũ statuebant: Aduersusq; et eos, qui plura principia, & corporea ponebant. Cap. II.

QVo vero pacto horũ quisq; dixerit, & quõ de principiis se res habet, dubitationes, quæ cõtingere possunt de his ipsis deinceps percurramus. quicunque igitur vniuersum vnũ, & vnã quandã esse naturã, vt materiã ponũt, & hanc cor-

poream,& magnitudinem habentem,patet quòd multipliciter errāt. D Corporum enim elementa solum ponunt, incorporeorum vero minime,cum etiam incorporea sint. Cumque de generatione & corruptione causas dicere conarentur,& de natura omnium rationes reddere,motus causam perimunt. Item substantiam nullius causam ponendo,nec ipsum quid est.

Quomodo autem locutus fuit vnusquisque eorum in eis, & quomodo dubitandum est per dubitationes possibiles in principiis,intendendum est post. Et omnes ponentes toti eandem naturam quasi materiam,& ponentes eam corporalem habentem magnitudinem,manifestum est quòd errant modis erroris. Quia non posuerunt nisi elementa corporum tantum,non corporum autem non. Et voluerunt lo qui de causis generationis & corruptionis,& locuti fuerunt etiam de aliis rebus naturalibus,sed abstulerunt causam motus. Et etiam non posuerunt substantiæ causam omnino, neque fuerunt locuti de quiditate illius. E

11 Et omnes istę antiquorum opiniones,hucusque enumerate, sunt de principiis rerum,scd͞m ꝙ vnicuiq; eorū videbatur: nunc modo quęstiones eis contingentes dicendū est,& incipit enumerare ens, qm̄ aliqui Antiquorū toti vniuerso eandē naturā pòsueruut,quasi materiā, cumq; corporalem fecerunt videlicet aut ignē, aut aerem,aut aquā,& recte dixerūt,qm̄ vnumquodq; eleͤntum est corporeū, & magnitudinē habet terminatā, nihilominus errauerunt, qm̄ posuerunt primum eleͤntum corpus,& nō posuerunt ipsum substantiā incorpoream:& ratio est ista; qm̄,si primū eleͤntum sit corpus,tūc videtur esse cōpositū ex materia & forma: & sic erit genitū,& corruptibile:omne.n.cōpositū est gn̄abile, & corruptibile: at primū eleͤntum non debet generari neq; corrūpi. cōtingunt.n.eleͤntum habere elementū,& sic in infinitū,& iste est primus eorum error. qm̄ ignorabant qd in rebus aliqua essent corporea,& aliqua īcorporea.vt alibi probatū est:scd͞s error eis cōtingēs,est,qm̄ dicētes mā͞m esse corpus,voluerūt loqui de causis gn̄onis, & corruptionis,& non potuerūt:qa vera gn̄atio & corruptio nō inuenitur nisi incorruptibilibus Dicētes aūt materiā esse corpus,nō potuerūt dicere aliqd esse vere corruptibile,aut vere gn̄bile,vt superius deductū:est,igitur nō potuerūt loqui de causis gn̄ationis,& corruptionis: & licet nō potuerint loqui de causis gn̄ationis & corruptionis tn̄ potuerūt loqui de aliis, s.de causis alterationis, & motus localis,& augmētationis:de quibus non potuerūt loqui Pythagorici qui posuerūt mathematica esse rerū principia:& licet posuerint causam materialē, & motū,dimiserunt tn̄ cā͞m mouentē materiā,quod videtur absurdū. Cum materia non moueatur a se ipsa:fuerunt autem antiqui phylosophi Simillter diminuti in narratione causę formalis,perquam res sunt substantię in actu,& habent princicipiū quiditatiuū,& hęc fuit alia eorū imperfectio,& similiter fuerūnt diminuti in narratione causę essendi, & cognoscendi. F

Primus error Antiquorū de rerum principiis.

Impugnat Antiquos.

Antiquorū Ignorantia.

Secundus error.

Forma, est per quā res sunt in actu, & saltem prīcipiū qd ditatiuum.

Errāt Antiqui, qui posuerunt primum elemētum corpus, & non posuerunt ipsū substantiam non corpoream. vide idē. 2. de Generatione. t. cō. 3. & . 12.

Opiniones autem istorum de principiis iam dictę sunt. quomodo autem vnusquisq; eorum principium illud,quod posuit,& ratio,quę induxit illum ad illud, & quęstiones contingentes eis,& dicendū est post. D. incœpit dicere quęstiones contingentes eis,& post eas, quas primo dixit,& d. Et omnes dicentes, & cę.i. & manifestū est ꝙ antiqui,posuerunt toti eandem naturam,quasi materiam,& fecerunt eā corporalē aut ignē,aut aerē,aut aquā,errant modis erroris. Errant.n. primo,quia posuerunt primū eleͤntū corpus,& non posuerunt ipsum substantiam non corporeā. corpus vero videtur esse cōpositū:& ideo contingit ei gn̄atio & corruptio,& primū eleͤntum non debet gn̄ari, neq; corrumpi. contingeret enim eleͤntum habere elementum,& sic in infinitū. D. dedit diminutionem contingen-

A tem eis, ex hoc, ꝙ posuerunt primum principium corpus, & d. Et voluerunt loqui,&c.i.& voluerunt loqui ex hac positione de causis generationis & corruptionis,& non potuerunt: quia vera generatio & corruptio non inueniuntur nisi in coruptibilibus. sed cum hoc potuerunt loqui in aliis preter generationem. & quasi laudat eos ex hoc modo, quod non possunt facere illi, qui posuerunt principium rerum naturalium mathematica. Deinde dicit. sed abstulerunt causam motus. i. sed cum hoc ꝙ qui posuerunt causam materialem, & concesserunt motum, dimiserunt causam mouentem materiam, cum materia non moueatur per se. & cum hoc ꝙ dimiserunt causam agentem, dimiserunt ēt causam substantiarũ singularium, per quã sunt substantię in actu, & existentes per se: & est causa formalis.

Met.cõ.14. et hic ĩfra t. com.17.

Materia nõ mouetur p se. vi.3. Physico.8.

Et ad hæc facile simplicium corporum quodcunque principium esse, terra excepta: non consyderantes mutuam inter ea generationem quonam modo ponunt. dico autem ignem, terram, aquam, & aerem. quædam enim congregatione, quædam vero disgregatione inuicem fiunt. hoc vero vt prius & posterius sit, multum differt.

Et cum hoc dicunt facile quòd corpora simplicia sunt principium: B quia non fuerunt sustentati apud perscrutationem eorum de generatione eorum ex inuicem, præter terram, scilicet ignis, & aqua, & aer, nisi super hoc, quòd quædam generantur a quibusdam secundum cõgregationem, aut secundum segregationem. & ista fuit dispositio eorum in principio, in postremo autem diuersantur magna diuersitate.

Hic speciatim descendit ad reprobandũ opiniones illorũ, qui aliquod triũ elementorũ esse materiale principiũ posuerunt, hoc est excepta terra, ignem, vel aerem, vel aquam, & in hoc errauerunt, in excipienda terra, qm̃ procedunt per viã cõem ad ponendũ aliquod triũ elẽtorũ esse rerũ principiũ, quę cõis via est, ꝙ ex illis fit oẽ, qđ fit: modo hęc ratio non magis tribus illis elẽtis inest quã terrę: igitur nullũ eorum magis ꝗ̃ terra ponẽdum est rerũ principiũ. Quoniã elẽta ad inuicẽ fiunt, aut scđm congregationẽ, aut scđm segregationẽ, idest, aut scđm condensationẽ, aut rarefactionẽ, ergo licet generentur inuicẽ, tñ nõ eadẽ ratione. Nã qui oĩum rerũ principiũ esse ignẽ asseruit, voluit ex illo fieri cętera elẽta condensatione, qui vero posuerit aerem, asseruit aliqua elẽta ex eo fieri rarefactione, vt ignẽ, aliqua condensatione, vt cętera: simili ratione de aqua dicendum est. Nullus tñ dixit, qđ terra sit elẽtum: & ratio suę opinionis erat ista: qm̃ videntur corpora ista inuicẽ generari per condensationẽ, & segregationem, aut per vtrum C que modũ: quia illud est elẽtum, ex quo alia fiunt: & quia ponebãt isti modum diuersũ inter elẽtũ, & elẽtũ, in cõdensatione, & segregatione, vult cõtradicere eis. qm̃, si concensum fuerit hoc in quatuor primis corporibus, forte erit modus, qui poterit dici; sed cum quęsitũ sit ab istis phylosophis, quenã sit hęc diuersitas, ꝗ inter entia, & hęc simplicia sit corpora, nullus eorũ cãm assignare poterit ex condensatione, & segregatione: qm̃ res, quę ex elẽtis quatuor generari vidẽtur, differunt ab elẽtis, ac inter se, ita qđ nullus eorũ poterit dicere, hoc ex raritate ac dẽsitate cõtingit: cũ oĩa hęc essentia, q̃ditate, & diffinitione ad inuicẽ differãt, vt caro, ab osse. qm̃ alia est ossis diffinitio, a diffinitione carnis, & alia est diffinitio amborũ a diffinitione quatuor elẽtorũ, & eorũ quiditatibus: & qm̃ diuersitas eorũ est parua: forte sermo iste erit exclusus a quęstione ei contingente, cum ad inuicẽ nõ diuersantur nisi per raritatem simplicem & densitatẽ, sed nõ duplicẽ. Sed cum entia post modũ generantur ex quatuor elẽtis, raritas. & densitas multiplicatur, tunc ipsa magis diuersantur: ideo illi, qui dicebant qđ elẽtũ omnium rerum est ignis, credebant quoq; ꝙ quiditates & essentia oĩum rerum est ignis, & in ignem reuerterentur, similiter quoq; dicendũ erat de aere, & aqua. 13

Via cõis oĩbus antiquis ĩ ponẽdo prĩcipia.

Elẽnta fiunt ad inuicẽ & quõ scđm antiquos.

Nullus dixit terrã eẽ rerũ elẽntũ Elẽntũ ẽ, ex quo alia fiũt

Caro ab osse quiditate differt.

Et omnes Antiqui dicunt ꝙ facile esset ꝙ elẽntũ sit vnũ istorũ triũ, s. aeris, & ignis, & aquę, preter terrã, cum per hoc ꝙ sustentati sunt in hoc, quod diximus,

vnuſquiſq; eorum dicat eſſe el'entum ſuper vnã viam. Et cauſa in hoc eſt, quia D iuerunt per viam communem, quę non ſignificat hoc eſſe elementum magis q̃ hoc. & vnuſquiſq; eorum dicit hoc eſſe elementum; quia alia generantur ex eo aut ſecundum congregationem aut ſecundum ſegregationem, ſ. denſitatem, & raritatem, quę accidunt eis propter partes, ex quibus cõponuntur. Qui. n. dixit ꝙ el'entũ eſt ignis, intendebat ꝙ cętera generantur ex eo ſcdm ſpiſsitudinẽ, fingebat. n. ꝙ qñ ignis inſpiſſatur, fit aer: & cum aer inſpiſſatur, fit aqua. Qui autẽ poſuit aerẽ eſſe elementum, intendebat duos modos, ſ. cũ aer rarefit, fit ignis: & cũ inſpiſſatur, fit aqua. Qui autem dixit ꝙ el'entũ eſt aqua, intendebat ꝙ cum inſpiſſatur, fit terra: & cum rarefit, fit aer. & nullus dixit ꝙ terra eſt elementum. Et bene potuit dicere ſecundum hunc modũ. & intendebat ꝙ ponere generationem eſſe ſecundum hunc modum facit vnumquodque eorum eſſe elementũ aliorum. Et per hoc, quod dixit. in poſtremo autem diuerſantur, intendit contradicere eis, vt videtur, in hoc, ꝙ ponunt modum diuerſitatis inter elementum & elementatum ſecundum ſpiſsitudinem, & raritatem. quoniam, ſi conceſſum fuerit hoc in quatuor primis corporibus, forte erit modus, qui poterit dici. ſed, cum quęſitũ fuerit ab eis de diuerſitate, quę fit in poſtremo inter entia, & iſta corpora ſimplicia, non poterit aliquis dare cãm eius per denſitatẽ & raritatẽ. Res enim, quę videntur generari ex quatuor elementis, differunt maxime ab elementis, & differunt inter ſe adinuicem maxime, adeo ꝙ nullus poteſt dicere ꝙ hoc accidit E propter raritatem & denſitatem: quia omnia iſta differunt ab inuicem in quiditate & definitione v.g. caro ab oſſe, & iſta a quatuor elementis. Et forte iſte ſermo eſt excuſatio a quęſtione contingente eis in hoc, quod dixit, in poſtremo aũt diuerſantur multum. & quaſi dicat diuerſitas eorum inter ſe eſt parua: quia non diuerſantur niſi ſecundum denſitatem, & raritatem ſimplicem non duplicem: in poſtremo autem, quando entia generantur ex eis, & mutatur raritas & denſitas, tunc diuerſantur entia magis, ſed tamen proportio cuiuslibet iſtorũ entiũ ad naturã, quã vnuſquiſq; iſtorum opinabatur eſſe elementum, demonſtrat ꝙ non excuſarent ſe tali excuſatione, ſ. ꝙ qui dicebat ꝙ elementum eſt ignis, dicebat ꝙ quiditas omnium entium eſt ignis, & in poſtremo fuerint ignis oĩa, & ſimiliter **qui dicebat ꝙ elementum eſt aer, aut aqua.**

Res, q̃ uidẽ ẽ gñari ex q̃tuor el'ntis differũt abĩ uicẽ in q di. tate & definitione, et a quatuor elementis. Idẽ 1. de Anĩa co. 77. & 7 Met. co. 60 & 1. de Generatio. 84. & 2. de Generatiõe & corruptiõe te. c. 48. & ĩ 4. Meteorum. ca. ult. Sed tũc vr̃ oppoſi. 1. ca. de ſubſtãtia orbis: vbi dr̃ ꝙ vnum compoſitũ non habet niſi vnã formã ſubſtantialem. Vide con. Zim.

Id etenim apparere poſsit maxime oĩum elemẽtale, ex quo primo cõgregatione fiunt. tale vero illud fuerit profecto, quod partiũ minutiſsimarũ, ſubtiliſsimũq; corporũ ſit. Quapp quicunq; ignem principiũ ſtatuunt, maxime conuenienter huic rationi dicẽt. tale autem cæterorum quoq; quiſq; fatetur elementum corporum eſſe.

Opinio verò, quæ magis conſequitur ordinem, eſt ꝙ fuerint ex F prima mixtione. & hoc de minimis corporibus. Et ideo omnes dicentes ꝙ principium eſt ignis, concedunt hoc. & ſecundum hunc modũ concedit vnuſquiſq; eorum quòd definitio elementi eſt iſta, ſ. ꝙ eſt illud de corporibus, cuius ordo eſt vltimus.

13 Melior Antiquorum opinio quę.

Et oĩum horũ antiquorũ opinionibus, melior eſt illa, quę dicit qđ hęc, quatuor elementa ſunt compoſita ex prima mixtione, quę fit ex corporibus indiuiſibilibus: vnde illi, qui dicebant qđ ignis erat principiũ oĩum rerũ, concedebant ſimiliter elementũ eſſe corpus indiuiſibile, & cũ ignis habeat partes omnibus aliis ſubtiliores: contingit qđ partes paruę ſunt principiũ, & ſic deffinitio elemẽti eſt illa, cuius ordo eſt vltimus in eſſe, & primus in tempore, & generatione.

Opinio vero, quę eſt melior de elementis, & magis conueniẽs apparẽtibus, eſt dicere ꝙ iſta elemẽta ſunt cõpoſita ex prima mixtione, quę fit in corporibus indiuiſibilibus. D. d. Et ideo oẽs dicentes ꝙ principiũ, &c. i. & oẽs dicentes ꝙ principiũ eſt ignis, contingit eis concedere ꝙ elemẽta ſunt corpora indiuiſibilia. qm̃ apud eos ignis eſt principium, quia eſt ſubtilius, & eſt ſubtilius propter paruita

A tem partiũ: ex quo contingit ꝙ partes parue ſunt principiũ. D.d.& ſcđm hunc modum concedit, &c.ideſt & ſcđm ſermonẽ dicentem partes eſſe indiuiſibiles, concedit vnuſquiſq; dicentium hoc,ꝙ definitio elementi eſt illud, cuius ordo eſt vltimus in eſſe,& primus in tempore & generatione:non qui dixit ꝙ elementũ eſt vnum corporum ſimplicium, quia non eſt ordo alicuius iſtorum corporum vltimus in eſſe. Et intendit ꝙ qui non dicit partes eſſe indiuiſibiles, non poteſt dicere definitionem elementi. Definitio elementi.

Quare nemo poſteriorum,qui vnum ponebant, terram elementũ exiſtimauerat,ſcilicet propter partium magnitudinem. Trium vero quodcunq; elementorum habuit authorem aliquem. quidam enim ignem,quidam aquam,quidam aerem hoc aiunt eſſe.At cur non dicunt & terram,vt multi hominum? omnia etenim terram eſſe dicũt. Heſiodus quoque primam corporum terram ait eſſe, tam vulgarem & publicam accidit hanc opinionem eſſe. Secundum hanc itaque rationem,ſiquis aut quicquam horum,excepto igne, dicat aut aere quidem denſius,aqua vero tenuius hoc ponat,nõ recte profecto inquiet.
B Quòd ſi id generatione poſterius,natura prius ſit,quod vero digeſtũ & congregatum generatione poſterius ſit,contrarium his eſſet vtiq;. aqua quidem aere prior,terra vero hac ipſa aqua. * cõcoctum

Dicentes aũt elementum eſſe vnũ,& ꝙ eſt terra,vidẽtur dicere hoc propter magnitudinẽ partiũ.Elementa autem tria vnuſquiſq; eorum dicit.quidã igitur dicit ignem,& quidam aquam,& quidam, aerem. & non dicũt quòd ex terra ſit aliquid,ſicut dicebant multi homines, quòd omnia ſunt terra. Et Heſiodus dixit quòd terra eſt primũ principium corporum, & opinabatur ꝙ hoc eſſet famoſum. Et ſecundum hunc ſermonem nullus eorum,qui dixerunt ignem tantum, & eorũ, qui poſuerunt quòd aer eſt denſior igne, & ſubtilior aqua, dixit recte. Si igitur illud,cuius eſſe eſt primum,eſt poſtremum in eſſe naturaliter, & coctum,& diſtinctum,generatio eius eſt poſtrema,tunc dicens quòd aqua eſt ante aerem,& terra ante aquam,dixit ecõuerſo.

C Cum dixit opinionẽ illorũ,qui dicebant ignem,vel alterũ duorũ eſſe elẽtum primũ oĩum entiũ, & ꝙ opus erat fateri quiditatẽ oĩum entiũ eſſe ignem, vel aerem,aut aquã,modo reuerſus eſt ad propalandũ inconuenientia contingentia dicentibus terrã eſſe oĩum rerum principium:qm̃ propter magnitudinẽ partiũ eius dicebant ipſam eſſe oĩum entiũ elẽtum,cum ſubtilitas ſit ex paruitate partium, & craſsities ex magnitudine ipſarũ,qm̃ oppoſitorũ,oppoſiti sũt effectus,& iſti dixerunt in elẽto contrariũ ei,qđ debet eſſe, nã illud, cuius ordo eſt vltimus, nãliter ẽ minus; ſed nullus ex nãlibus philoſophis dixit terrã eſſe elẽtũ.qm̃ cauendũ ẽ a poſitione alicuius elẽti nõ cõuenĩẽtis diffinitioni elẽti.Et hoc,pp duo cõtingere potuit,& primo quia hęc opinio erat famoſiſsima apud ponẽtes leges. ſcđo,quia terra eſt craſſarũ partiũ,quę non conueniunt rationi elẽti,cũ elẽtum debeat eſſe ſimpliciſsimũ,& p cõſequẽs tenuiſsimarũ partiũ:& ideo illi,q poſuerunt ignẽ eſſe oĩum elẽtũ,rectius dixerunt, cũ deffinitioni elẽti ſit magis propinquũ,quã illi,qui poſuerunt aerẽ, vel aquã:ille autẽ, qui dicebat terram eſſe oĩum elementum, fuit vir famoſus in ponendo leges apud eos, & ſcđm hãc opinionẽ,videtur hoc eſſe verum,terra ſit elementum magnarum partiũ: ſed contra dicit hęc opinio opinioni illorũ,qui dicebãt ignem eſſe oĩum rerum principium, vt ſupra diximus.alii vero,qui dicebant hoc eſſe alterũ duorũ elẽtorũ,nõ dicebãt veritatẽ,quia ex paruo ſit magnũ, & ex magno Paruũ,& ſic ſibi ipſis ſunt 14 Illud, cuius ordo eſt vltimus, naturaliter eſt minus. Elemẽtum debet eſſe ſimpliciſsimum.

Ratio ponẽtium terram eſſe elementum omniũ

cõtrarii:& ratio illorũ,qui dicebãt terrã eſſe oĩum rerum principium, erat iſta: D illud,cuius eſſe eſt primum in tempore, ſed in natura poſterius, eſt elementum: terra eſt huiuſmodi:igitur eſt omniũ rerũ ſenſibiliũ elementum. Minorẽ probat per hoc,quia denſum magis eſt compoſitum,.& quanto magis eſt compoſitum, tanto poſtremum eſt in generatione,& diſtinctum ex elemento,aut decoctum ex eo:ita ꝙ velit dicere,quod aer eſt elementũ ignis,& aqua aeris:& vniuerſaliter craſsum elementum tenuioris dicit, econuerſo deffinitioni elementi.qđ eſt, quia aqua eſt ante aerem in generatione,cum ſit craſſarũ partium, quam aer, quoniam Maius eſt ante minus in generatione,cum maius diſſoluitur in minus.

Maius ĩ minus diſſoluitur.

Dicentes autem ꝙ terra eſt elementum, videntur dicere hoc propter magnitudinem partium. qm̃ ſubtilitas fit ſecundum paruitatem partium: ergo & groſsities ſcdm magnitudinem partium.& iſti dixerunt in elemento econtrario ei, qđ debet eſſe.illud enim,cuius ordo eſt vltimus,naturaliter eſt minus. Deinde dicit. Elementa autem tria vnuſquiſque eorum, &c.i.quia fugiendum eſt a poſitione elementi alicuius non conuenientis definitioni elementi, ideo nullus naturaliũ dixit ꝙ terra eſt elementum, ſed dixerunt tria tantũ. Quidam igitur dixerunt ipſum eſſe ignem:& hoc eſt magis propinquum definitioni elementi.& quidã dixerunt aerem & aquam.& ille vir,qui dixit terram, eſt vir famoſus in ponendo leges apud eos. Deinde dicit. Et ſecundum hunc ſermonem,&c.i.& ſcdm ſermonẽ dicentis ꝙ terra eſt elementum,quia eſt magnarũ partium,non erit ſermo dicentis ꝙ elementũ eſt ignis,aut aer,aut aqua,ſermo rectus. Sermo enim dicentis ipſum eſſe ignem,contrarius eſt huic ſermoni.ſermo autem dicentis ꝙ ipſum eſt alterum duorum elementorum reſiduorum nõ eſt verum: quia ex paruo fit magnũ, & ex magno fit paruum.& eſt ſermo contradicens ſibi. Deinde dicit. Si igitur illud,cuius eſſe eſt primum,&c. ideſt,ſi igitur illud, cuius eſſe eſt primũ in tẽpore, & poſtremum in natura,eſt elementum:& illud,cuius eſſe eſt poſtremum in tempore,eſt gñatum, & diſtinctum ex elemento,aut decoctum ex eo, aut quomodo voluerit dicere:tunc dicens ꝙ aer eſt elementum ignis, aut aqua elementum aeris,& vniuerſaliter ſpiſsius elementum ſubtilioris, dicit ecõuerſo definitioni elementi.quia cum aqua eſt ante aerem in generatione,& aqua eſt in maioribus partibus ꝗ̃ aer,ſicut poſuit maius ante minus in gñatione,& elementum ei.& eſt manifeſtum,quia minus eſt ante maius in gñatione,cum maius diſſoluatur in minus. E

De his igitur,qui unam,qualem diximus,cauſam ponunt,hæc dicta ſint. Idipſum aũt et ſiquis hæc plura ponit, vt Empedocles quatuor corpora ait eſſe materiam. et enim huic partim eadem, partim propria neceſſe eſt accidere. Nam,et quòd inuicem fiunt, videmus,tã quam non ſemper igne.et terra manente eodem corpore. dictum aũt de eis in de Naturalibus eſt. Deque cauſa mouentium,vtrũ vnum, an duo ponenda ſint,neque recte,neque irrationabiliter omnino arbitrãdum eſt dictum fuiſſe. Et ſimpliciter alterationem auferãt neceſſe eſt, qui ita dicunt. non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quid enim ipſa contraria patiuntur, et quænam vna natura ſit, quæ ignis & aqua fiat? quod ille minime inquit. F

Sint igitur ea, quæ dicentur ponentibus eandem cauſam, quę fit ante,iſti ſermones dicti. Et per iſtam viam eamus cum ponẽtibus eam plures vna, ſicut Emped. dicit enim ꝙ corpora materialia ſunt quatuor.contingunt enim ei iſta eadem, & alia propria contingentia neceſſario. Et iam locuti fuimus de rebus. quæ videntur alterari adinuicem,cum non remaneant in eadem diſpoſitione ſemper,ſicut ignis,& terra: & ipſum corpus,etiam locuti fuimus in eis in Naturalibus. Et in cauſa mobilium de ponente vnam cauſam, aut duas non recte di-

A xit. Et non bene dixit etiam, qui abstulit alterationem vniuersaliter. contingit enim dicentibus hoc vt ex calido non fiat frigidum, neque ex frigido calidũ. idem. n. non recipit cõtraria. Quapropter natura generata vniuersalis debet esse vna, aut ignis, aut aqua. qđ nullus dixit.

Hucusque locutus est inconuenientia sequentia opiniones ponentium vnum 15
esse principium materiale, nunc modo ponit rationes opponentes his, qui ponunt plura principia materialia, & dicitur contradicamus modo opinioni illorũ, qui dicebant, quod causa materialis est vnũ corporum istorum quatuor, quia contingit illis hoc inconueniens, quemadmodum contingebat illis, qui dicebãt vnũ istorum Quatuor corporum esse elementũ alterius, (vt dictum est) & hoc etiam Empedocli contingebat, qui dicebat causam materialẽ omnium rerum esse quatuor corpora, & ratio inconuenientis est, quia ambo faciebant generationem ex congregatione partiũ, & corruptionem ex segregatione earum, & propter hoc contingit eis vt aliquid sit prius elemento; causa autem erroris istorum fuit, quia nullus ipsorum posuit alterationem esse. & multa quoq; alia impossibilia, preter ista, contingunt Empedocli, vt declaratum fuit a nobis in scientia naturali. qm̃, cum ista quatuor corpora ad inuicem alterari videntur in accidentibus, & formis substantialibus in hac corporeitate singulari in illis remanẽtibus, declaratur quod generatio ipsorum non est per cõgregationem, & segregationẽ, scilicet per densitatem & raritatem. cum densitas, & raritas non faciant transmutationẽ
B in substantia, neque in qualitate, cum sint causa situs: & idem inconueniens contingit illis, qui dicebant elementa esse corpora aphomatia, quia alterationem in substantia & qualitate negant, similiter quoque transmutationem in eodem corpore ex magno in paruũ, vel e conuerso. s. in quantitate continua, secundum ꝙ contrarium est, neque ex forma in aliam, & hęc omnia inconuenientia oriuntur ex eorũ, ac Empedoclis positionibus. qm̃ ista quatuor corpora sunt (secũdũ eos) prima elementa, quia generatio, & corruptio fit per segregationem & condensationem, unde diffusius locutus fuit in scientia naturali, qm̃ in hac scientia tantũ inducit ea, quę sunt declarata in naturali philosophia de causis, & principiis, cõmemorãdo ea et ipsa considerando, ut sunt entia, & ut sunt principia substantię, non autem vt sunt principia corporis naturalis. At philosophus naturalis cõsiderat ea, vt causę, vel principia corporis naturalis, & hoc non est inconuiens, quia quędam consideratur hic, & quid sint, & qualia sint, sed suponũtur esse a scientia naturali. Hic enim declarantur quid primum principium sit, quidue prima substantia, sed sint ne primum principium, atque prima substantia vel nõ, petendum est a naturali philosopho: & isti non recte dixerunt, cum alterationem in qualitate & substantia abstulerunt, qm̃ cum posuerunt vnumquodque elementũ esse simplex. s. non compositum ex materia & forma, vt ponit Empedocles, sequitur, ut neque calidum fiat frigidum neque, e, conuerso. quoniam idẽ im
C impossibile est, vt simplex elemẽtũ recipiat passionem. i. qualitatem possibilem, & vt mutetur de contrario in contrariũ; silr etiam, si elementa est simplex corpus, impossibile est vt mutetur de magno in paruam, &, e, conuerso. Hęc parẽt, qm̃, cũ elementum sit simplex, non potest recipere, quia caret materia, ui cuius reddit receptiuum: & Cum non possit recipere, non poterit transmutari de contrario in contrarium, cum omnis mutatio supponat subiectum, in quo recipiuntur contraria successiue. quapropter, cum in elementis, vel elemento non fuerit generatio simpliciter, necesse est vt natura cuiuslibet mixti, quod fit ex elementis, sit natura eius elementi, quod est principium rerum. Verbi gratia, si elementum, at que principium rerum sit ignis, natura cuiuslibet rei, quę fit ex igne, erit ignis, & si erit aqua, natura cuiuslibet rei erit aqua, & sic de alijs, quod nullus dixit: Nullus enim ait mixta ex elementis conuenire cum elemento nomine & diffinitione. i. esse ipsa elemẽta, uel ipsum elemẽtũ, ex quo fit, noĩe, et diffinitione.

Cum istis igitur contradictionibus contradicamus alijs dicentibus ꝙ causa materialis est vnum corpus istorum quatuor, & sicut contingit dicentibus vnũ elementum, & illud elementum sit compositum ex alio, sicut contingit Empedocli:

Incommodũ contingẽs dicentibus causam materialem esse unũ ex quatuor corporibus.

Causa erroris antiquorum.

Ea, quę in naturali philosophia declarantur, ut corporis Naturalis principia, hic entis, & substãtię principia rememorantur.

Omnis mutatio supponit subiectũ contrariorum receptiuum.

Mistum differt nomine, et ratione ab elemento.

quoniam vterq; eorum facit generationem per congregationem partium, & cor D
ruptionem per ſegregationem earum: & ſic contingit eis vt aliquid ſit prius elemēto. & cauſa in hoc eſt, quia nullus eorum dicit alterationem eſſe. Deinde d. cōtingunt.n.ei, &c.i. contingunt enim Empedocli impoſsibilia iſta, q̄ contingūt dicentibus ꝙ elementum eſt vnum quatuor, & etiam alia propria. Deinde dicit. Et iam locuti fuimus, &c.i. et iam declaratū eſt in ſcientia Naturali. quia, cum iſta quatuor corpora videntur alterari adinuicem in accidentibus, & formis ſubſtantialibus, remanētibus illis in hac corporeitate ſingulari, declaratur ꝙ generatio eorū non eſt p congregationē & ſegregationē, i.p denſitatē & raritatē. Denſitas.n. & raritas non faciūt transmutationē in ſubſtātia, neq; in qualitate, cum ſint de ſitu. Et ſimiliter dicētibus ꝙ elementa ſunt corpora indiuiſibilia, cōtingit nō eſſe alterationem in ſubſtantia, neque in qualitate: neq; transmutationē in eodē corpore ex paruo in magnum, ſcilicet in quantitate continua ſcd̄m ꝙ continuū eſt; neq; ex vna forma in aliam. & iſta contradictio eſt cōmunis Empedocli, & dicentibus ꝙ iſta quatuor corpora ſunt prima elementa: & ꝙ generatio fit p congregationē & ſegregationē. D. d. & iam locuti fuimus etiā in naturalibus, &c.i. ꝙ locutus fuit in ſcientia Naturali in iſtis rebus. qm̄ † in hac ſcientia inducit illud, qđ declaratū fuit illic ſcd̄m rememorationē. Deinde conſyderat de eis in hac ſcientia, ſcd̄m ꝙ ſunt entia. & illud eſt, ſcd̄m ꝙ ſunt principia ſubſtantię, non ſcd̄m ꝙ ſunt principia naturalis corporis. Sunt.n. in hac ſcientia aliqua, B
de quibus perſcrutatur hic, & demonſtratio erit de ſcientia Naturali. verbi gratia, quia in hac ſcientia quęritur vtrū eſt ſubſtantia prima prior ſubſtantiis ſenſibilibus. deinde ponit hoc, quod declaratum fuit ex Naturali ſcientia, ſ. primum motorem eſſe non motum omnino: & ꝙ eſt principium corporis, quod circulariter mouetur. Deinde dicit. Et non bene dixit, &c.i. & iſti non recte dixerunt, cum abſtulerunt rationem in qualitate, & ſubſtantia ab elementis. quia, cum poſuerunt ꝙ elementa, aut elementum ſunt ſimplicia, fuit impoſsibile vt calidum ex his in frigidum mutaretur, neque frigidum in calidum. * Idem .n. impoſsibile eſt vt recipiat paſsionem, & vt transmutetur de contrario in contrarium. & hoc eſt contrarium ei, quod comprehenditur viſu. Et ſimiliter impoſſibile eſt in elemento, ſi fuerit corpus, & ſimplex, vt transmutetur de magno in paruum, aut de paruo in magnū. D.d. Quapropter natura, &c. idest quapropter, cum ilic nō eſt alteratio in ſubſtantia, ſ. in elemento, aut in elementis, neceſſe eſt vt natura rerū compoſitarum ex eis ſit natura elementi: ita ꝙ ſi elementum fuerit ignis, erit natura omnium rerum ignis: & ſi aqua, aqua. & nullus eorum dixit hoc, ſcilicet ꝙ compoſita ex elementis conueniunt cum elemento nomine, & definitione.

Dēſitas, et raritas ſunt de p̄dicamento ſit'. vide op poſ.7. Phy. cō.15. &.4. Phyſi.84. Vide cōtra. Zim.

Diuerſitas modorū conſyderationis in hac ſcīa, & in Naturali phyloſophia. pro quo vid ēt infra c.18. &. 7. Metaph. 5.et. 9. &. 39.& cō.1. &.5. &.6. 12.Me.et ī 8.me. cō.4. et in.4.Me. com.1.&.6. Me.com. 1. &.2.Phyſi. cō 4. &.21,

† Ari. ī hac ſcīa īducit illud, quod declaratū fuit in ſcīa Naturali ſcd̄m rememorationem.

* Idē enim impoſsibile eſt vt recipiat paſſionē, & vt trāſmutetur de contrario in cōtrariū: ſed conſydera inſtantiā de materia prima.

Examinatio opinionis Anaxagoræ. Cap. III.

ANaxagoram vero ſiquis putauerit duo dicere elemēta, E
maxime ſcd̄m rationē arbitrabitur: quā ille quidē ipſe nō digeſsit, neceſſario tamē ſecutus fuiſſet eos, qui eam inferrent. Quandoquidē & aliter cum abſurdum ſit dicere a principio omnia miſta eſſe, tum quoniam accidit immiſta oportere antea eſſe, tum quoniā nō eſt natura aptum quodcunque cuicunq; miſceri, & ad hæc, quoniam paſsiones, & accidentia ſepararētur a ſubſtantiis: eorundem .n. eſt miſtio, & ſeparatio, ſiquis tamen ſequatur, digerens vna cum eo quæ dicere vult, fortaſſis videbitur quædam noua decentius dicere.

Anaxagoras vero, qui dicebat elementa eſſe duo, opinabatur hoc proprie de ſermone, quem ipſe non intellexit, & cōſequebatur quaſdam ſophiſticationes, quæ induxerunt eum ad hoc. Et turpe eſt vt

A faciat ens in alia dispositione, & sermo de eo fiat econuerso. omnia enim admixta sunt cum principio. contingit igitur vt primo sint nõ admixta. & admixtio rerum non est propter paruitatem. & cum hoc passiones & accidentia separantur a substantiis: admixtio.n.& separatio sunt simul. & qui diligit consequi verum in eo ꝙ sit dicens, verum apparet in suis sermonibus.

Cum contradixit illis phylosophis, qui ponebant elemẽta materialia esse prin 16
cipia rerum omniũ. vult modo cõtradicere opinioni Anaxagorę, qui dicebat principia rerum esse corpora partium consimiliũ, preter quę etiam posuit intellectũ agẽtem simplicem, & immixtum: opinatus est Anaxagoras duas fore actu causas. s. agentem, & corpora partium consimilium, quę sunt in mixtione, non secundum ordinem in illo. i. non declarauit qualitatem corporum consimilium existentem in mixtione per argumentum sufficiens, sed per fallacias ducentes eum in hanc opinionem, vt dictum est. qm̃ inconueniens est dicere, quod in primo principio entium est aliquid in dispositione diuersa ab eo, qđ dictũ fuit de principiis eius: qm̃ per principium intelligit mistionẽ, & per mistionẽ, corpora partiũ consimiliũ: qm̃, si res in principio sunt ad mistę, sequitur vt ante nõ sint ad mistę: ergo mistio nõ est principium, cum ipsa nõ intelligitur nisi post segregationem:
B contingit quoq; suę opinioni aliud inconueniens. dicebat ipse, qđ partes consimiles admistę sunt valde minimę, & in hoc sibi contradicit, cum vera mistio non fit per paruitatem partiũ. qm̃ vera mixtio est, vt miscibilia alterentur ad inuicem, donec fiat ex eis forma media: vt forma oximelis fit per admistionẽ mellis & aceti. & cum accidentia hęc separantur a substantiis, cum adinuicẽ admiscentur, ita ꝙ mistio substantiarũ, & separatio accidentiũ sint insimul, sequitur hoc incõueniens, qđ substantię cum sint, erunt extra passiones, & accidentia. tñ si aliquis bene cõsiderabit sermones eius, apparebit manifeste, ipsum pp laudẽ locutũ esse, cũ nullus antiquorũ, preter Anaxa. tetigit naturã materię primę.

Anaxagoras duas ponebat in actu causas.

Mistio est, vt miscibilia alterẽt ad inuicem.

Nullus, preter Anaxagoram, tetigit naturam Materię primę.

Anaxagoras vero, qui opinabatur ꝙ causę sunt duę in actu, scilicet cã agens, & corpora consimilium partium, quę sunt in mistione, non secundum ordinem iuit, s. quia non declarauit qualitatem existentem corporum consimilium in mistione: neque etiam dixit illud per argmentum sufficiens, sed per sophisticationes inducentes eum ad illud. Deinde dicit. Et turpe est, &c. idest turpe est dicere aliquid in principio entium, quãdo apparet ꝙ entia sunt in dispositione diuersa ab eo, qđ dictũ fuit de suis principijs. D. d. omnia. n. admista sunt cũ principio. & narrat sermonem Anaxagorę. & intendit per principium, illud, qđ vocat admistionem; & per admista, corpora consimilium partium. D. d. contingit igitur vt
C primo sint nõ admista. i. contingit igitur Anaxagorę, cum dixit ꝙ res in principio sunt admistę, vt ante nõ sint admistę. quapropter mistio non erit prĩcipiũ. mistio. n. non intelligitur nisi post segregationem. D. d. aliud impossibile cõtingens Anaxagorę in hoc, ꝙ dicit consimiles partes admistę sunt valde minimę, & dicit contra ipsum ꝙ mistio vera non fit per paruitatem partiũ. Illa. n. mistio non est nisi apud sensum. mistio autem vera est vt mista alterentur abinuicem, donec fiat ex eis forma media. verbi gratia forma oxymellis: quę fit ex mistione mellis & aceti. Deinde dicit aliud impossibile, & d. Et cum hoc, passiones, & accidentia, &c. i. & cum hoc accidentia separantur a substantijs, quãdo substantię admiscẽtur, ita ꝙ mistio substantiarum & separatio accidentium fit insimul. & substantię cum sint, erunt extra passiones, & accidentia. D. d. & qui diligit consequi verum, &c. i. innuit ꝙ Anaxagoras volebat per istos sermones facere fimbrias sibi, aut defendere aliquam opinionem famosam. sed melius est dicere ꝙ hoc faciebat pp laudẽ, quia in suo tpe non erat lex, quam defenderet.

Mixtio vera, ẽ vt mixta alterẽtur ad inuicẽ, donec fiat ex eis forma media. vide. 1. de Generatio. 86. & 89 & 90. & 2. de Generatio. 48.

Quando. n. nil erat separatum, patet quod nil erat vere de illa substantia dicendum. dico aũt qđ neq; albũ, neq; nigrum, aut fuscũ, aut alium colorem, sed quod colore vacans necessario esset. alioqui nau-

que aliquem horum colorum haberet. ſimiliter etiam ſine ſapore eadem ratione, nec aliud quicquam ſimiliū. nec enim quale quid poſſibile eſt illud eſſe, neque quantum, neque quid. formarū enim, quę in parte dicuntur, aliquæ ei ſane ineſſent. hoc vero impoſsibile, ſi miſta ſint omnia. eſſent enim iam ſeparata. D

Quoniam autem in fundamēto naturę non eſt aliquid diſtinctum, manifeſtum eſt, qđ nō vere dicitur in illa ſubſtantia quod eſt alicuius diſpoſitionis. dico neque albę neque nigrę, neque alterius coloris, ſed ſine colore neceſſario, & in eo eſt negatio iſtorum omnium colorum. & ſimiliter eſt ſine aliqua mixtione, & ſimiliter non erit in eo aliqd conſimilium partium. & non exiſtimatur habere qualitatem, aut quātitatem, aut aliud omnino. quoniam illud, qđ dicitur de aliquo particularium, illa ſunt ſpecies illius: quod eſt impoſſibile.

17 Et ſimiliter naturam agentem, qm̄ manifeſtum eſt (vt ipſe dixit) qđ in principio. ex quo fit generatio, non eſt aliquod eorum in eo in actu, quę generantur, ex quo etiam ſequitur ꝙ oportet quod illud tale principium non ſit in aliqua diſpoſitione eorum, quę fiunt ex eo, quod eſt: quia, ſi omnes diſpoſitiones tranſubſtantiales, & accidentales fiunt ex eo: & omnis generatio non eſt ex eo quod eſt ens, ſed ex eo, quod eſt non ens, manifeſtum eſt quod hoc principium non debet eſſe in aliqua diſpoſitione alicuius decem prędicamentorum; quoniam, ſi eſſet in aliquod iſtorum, tunc eſſet antequam generaretur ex eo. ideo in primo principio oportet vt ſit negatio omnium formarum tam ſubſtantialium, quam accidētalium, quia cum eo non admiſcetur aliqua natura: ideo nō erit in ipſo corpus aliquod partium conſimilium: vnde non eſt poſſibile exiſtimare materiam poſſe p̄dicari de aliquo ente ex decem entibus realibus. quoniam, ſi ita eſſet, tunc eſſet genus entium, reſque, de quibus prędicatur, eſſent ſpecies, ipſamque illarū genus. & dixit hoc, vt declararet genus eſſe aliud a materia prima, cum genus ſit forma vniuerſalis. materia vero non eſt forma vniuerſalis. quia non habet in ſe actu aliquod omnino: quia ex his, quę recipit, nullam habet formā omnino nec vniuerſalis, nec particularis, ſed primo recipit formam vniuerſalem, deinum mediante illa recipit formas alias vſque ad indiuiduales. & eſt vna numero, ſecundum quod eſt ſubiectum formarum indiuidualium, ſed multa ſecundum formas, quia diuiditur per ens: & in hoc ſimilis eſt generi, quia diuiditur per formas, ſicut genus per differentias diuiditur. Diſsimilis vero, quoniam materia eſt vna numero in multis, quatenus eius eſſe conſiſtit in potentia receptiua. At genus eſt vnum in forma media inter actum, & potentia in multis, & ſic eſt ens in potentia contrahibilitatis. quoniam per plures differentias contrahi poteſt ad plures ſpecies Propterea predicatur de pluribus differentibus ſpecie, & de indiuiduis ſuarum ſpecierum: Materia vero nequaquam, niſi denominatiue, vt dictum eſt. E

Materia de aliquo ente ex decem p̄dicamentis.

Materia recipit primo formas vniuerſales.

Materia denominatiuę prędicatur.

Quoniam autem manifeſtum eſt ꝙ in principo, ex quo eſt generatio, ſ. principium ſecundum naturā non debet eſſe aliquid eorū, quę generātur ex eo in actu, manifeſtum eſt ꝙ illud principium non debet eſſe in aliqua diſpoſitione eorum, quę fiunt ex eo. quoniam, ſi ex eo fiunt omnes diſpoſitiones ſubſtantiales & accidentales, & generatio non eſt ex eo quod eſt ens, ſed ex eo ꝙ eſt non ens, manifeſtum eſt ꝙ illud principium non debet eſſe in aliqua diſpoſitione, neque ſecūdum qualitatem accidētalem, neque ſubſtantialem, neq; ſcđm quantitatem. Quoniam, ſi diceretur de eo aliquod iſtorum, tunc eſſet, antequam generaretur ex eo. & manifeſtum eſt ꝙ non generatur, niſi illud, quod non eſt. & ideo neceſſe eſt, ſicut dixit, vt in eo ſit negatio omnium formarum. Et hoc intendebat cum dicit. & ſimiliter eſt ſine aliqua mixtione. i. ꝙ cum eo non admiſcetur aliqua natura. & ideo, ſicut d. non erit in eo aliquod corpus conſimilium partium. Deinde. d. & non exiſtimatur habere qualitatem, &c. i. & non eſt poſsibile, exiſtimare ip-

D ſum prędicari de aliquo ente. verbi gratia vt habebat qualitatem, aut quantitatem, aut aliud generum entium. quoniam, ſi ita eſſet, tunc eſſet genus entiū, de quibus prędicatur, &, ſi ita eſſet, tunc eſſent illa entia ſpecies, & ipſum eſſet genus eorum.*Et dixit hoc, quia declaratum eſt poſt, ꝙ genus eſt aliud a materia. Genus enim eſt forma vniuerſalis; materia autem ſecundum ꝙ in ea non debet eſſe in actu aliquid omnino. † & ex eis, quę recipit, nullam habet formam omnino neque vniuerſalem, neque particularem: ſed primo recipit formam vniuerſalē, & poſtea mediante forma vniuerſali recipit formas alias vſq; ad indiuiduales. * & eſt vna in numero, ſecundum ꝙ eſt ſubiectum formarum indiuidualium: & multa ſecundum formas, quia diuiditur per eas. Et eſt vniuerſaliter ſimilis generi. Sed differt a genere quia eſt vna in numero in multis, ſecundum ꝙ eſſe eius eſt in potentia, genus autem eſt vnum in forma media inter actum & potentiam in multis. Et ideo habet genus prędicari de pluribus ſpeciebus, & de indiuiduis illarum ſpecierum: materia autem nō poteſt prędicari de ſpeciebus generatis ex ea. Antiqui autem, & maxime Alexander ſcripſerunt demonſtratiue ꝙ genus eſt aliud a materia.

*Documētū ſiue digreſſio, q̄ oſtēdit materiā a generē differre. ꝑ quo vi. 12 Me. c. 14. et 8. Met. c. 6. & 7. Met. c. 43. et 46. vide tn̄ oppo. in. 10. Met. te. c. 24. Vide cō. Zim.

†Materia n̄ habet oīno aliq̄ formā ex eis, q̄ recipit; ſ3 prīo recipit formā vlem, et ea mediante recipit alias vſque ad indiuiduales.

* Materia ē vna nūero, ſcd̄m ꝙ eſt sbm forarū indiuidualium, & mlta ſecūdum formam, qa diuiditur per eas. vide idē 12. Met. 11. & 14. c. & 1. de Gene. 22. & te. cō. 29. et. 4 Ph. tex. cō. 84.

B

Diſcutiuntur opiniones eorum, qui entia aliqua præter ſenſibilia ponebant: primumque reprehendūtur Pythagorici, principiis alieniori modo quam Naturales utentes. Cap. IIII.

AIt autem omnia eſse miſta, intellectu excepto: hunc vero ſolum impermiſtum, & purum. Ex his vero accidit principia dicere, & ipſum vnum (hoc enim ſimplex & impermiſtum) & alterum tanquam ens, quale indeterminatum ponimus, ante quam determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neque recte, neque clare, vult autem ſimile quiddam & iis, quæ poſterius dicunt, & iis, quæ nūc magis apparent. Verum hæ quidem illarum, quæ circa generationem, & corruptionem, & motum ſunt rationum, proprię ſunt ſolum. fere. n. de tali ſubſtantia & principia, & cauſas inueſtigant ſolum. Quicunque vero de cunctis quidem entibus ſpeculantur, entium aūt quędam ſenſibilia, quædā nō ſenſibilia ponūt, manifeſtum eſt ꝙ de vtriſq; generibus perſcrutātur. Quare magis immoretur quiſpiā de iis quid bene, quidue nō bene dicant, ad eorū, q̄ nobis ꝓpoſita ſunt, inquiſitionē.

C Omnia autem ſunt admixta. & rurſus dicit omnia quidem præter intellectum. purus enim eſt non mixtus. Et in iſtis rebus contingit dici quo ad principia quandoque eſſe vnum, & ſimplex, ſicut poſuimus ipſum eſſe indeterminatum, antequam determinetur alio modo. Qui igitur dixerunt alium ſermonem, aut conſimilem non recte dicunt, & pręcipue illi, quos diximus. Sed iſti ſermones non conueniunt niſi in generatione & corruptione, & motu tantum. & iſta perſcrutatio de ſubſtantia & principiis, & cauſis ſufficit. Et qui ponit ſuam conſyderationem in omnibus entibus, dicit entium quædam ſenſibilia, quędam inſenſibilia. & manifeſtum eſt ſecundum hunc modum, quem poſuerunt in utroque genere. Et ideo, ſi quis voluerit exprimētari hoc, quod dixerunt vtrum recte dixerunt, aut non, poterit hoc facere ex perſcrutatione, quam diximus modo.

18 Hic oſtendit qđ Anaxagoras, ſapientior cęteris, perſcrutatus fuit de uera primi principij agentis cognitione, quia omnia, pręter intellectũ, qui immixtus eſt, ac purus, dixit fore admiſta: qm̃ ex his, quę diximus, contingit dicere in principijs qñq; eſſe determinata entia, & qñq; nõ determinata. ſunt. n. nõ determinata in potẽtia: quia, ſi nõ ſic eſſent, tũc nõ eſſet generatio; neq; gñatũ determinatũ eſſet. ſi principia nõ forẽt determinata. Dicebat. n. Anaxa. qđ entia nõ erãt determinata in principio materiali, ſed bene erant determinata in principio agẽte: & hoc eſt verum: illi aũt, qui aliter dicere voluerũt qđ elẽtũ, & principiũ eſt i actu ex natura rerum, quarũ eſt principiũ, non dixerũt recte, neq; omnes Antiq posuerunt principiũ materiale aliqđ extra ea, quę generant̃ ab eo, & ſic nõ erit illic gñatio: quia generatio eſt ab eo, qđ eſt in potẽtia, & non in actu: Empedo. vero dicebat elẽnta fore in actu, & ꝙ nõ alterabant̃ ad inuicẽ: & qđ perſcrutatio de elẽntis rerũ ſenſibiliũ, ac mobiliũ eſt propria ſciẽ naturali, & eſt diuerſa a cõſideratione principiorũ ſubſtantię, quatenus eſt ſubſtantia: quę eſt propria huic ſciẽ, licet nonnulli naturalem ſcientiã putent eſſe eandem cum metaphiſica; qm̃ ſubtraxerant genus ſubſtãtiarũ ſeparatarũ, vt modo dicemus. nam qui e medio ſuſtulerũt genus ſubſtantiarũ ſeparatarũ, naturalẽ phyloſophiam fecerũt primã.

Entia in agẽte, non in materia determinata.

Qui tollunt ſubſtãtias ſeparatas, dicunt Naturalẽ eſſe primã philoſophiam.

Ex his igitur, quę diximus, contingit dicere in principijs quandoque eſſe determinata, quãdoque eſſe non determinata. Sunt. n. non determinata quia in potentia: &, ſi non eſſent ſic, non eſſet generatio. Sunt aũt determinata: quia in actu, B & ſi non eſſent ſic, tunc generatũ non eſſet determinatũ. D. d. qui igitur dixerũt aliũ ſermonẽ, &c. i. & Qui dixerunt aliũ ſermonem, ſ. ꝙ elementũ, & principiũ eſt in actu, ex natura rerũ, quarum eſt principium, nõ dixit recte. & innuit oẽs. Vnuſquiſque enim eorum non poſuit principium materiale aliquod extra ea, q generantur ab eo, & ſic non erit generatio. generatio enim eſt ab eo, quod eſt in potentia, non in actu. D. d. & pręcipue illi, quos modo diximus. & innuit Empedoclem, qui ponebat elementa eſſe in actu, & ꝙ non alerantur adinuicem. Et, quia perſcrutatio de elementis rerum mobilium eſt propria ſcientię Naturali, & conſyderatio de eis in hoc loco non eſt niſi ſecundum ꝙ ſunt principia ſubſtantiarũ exiſtentium per ſe, & tamen locutus fuit hic cum illis ſermone naturali, dixit. Sed iſti ſermones non conueniunt, &c. i, ꝙ ſermo verus cõueniẽs huic principio eſt ſermo acceptus ex rebus naturalibus. Perſcrutatio autem de hoc principio, quod modo perſcrutati ſumus ſine diſtinctione, ſufficiens eſt in hoc loco, ſcđm ꝙ oportet in hac conſyderatione, Et cum dixit hoc, voluit demõſtrare cauſam cogentem homines ad dicendum ꝙ iſta conſyderatio eſt duarum conſyderationum non vnius: cum etiam multi homines reputent Naturalem ſcientiam & Diuinam eſſe eandem. Et d. Et qui ponit ſuam conſyderationem in omnibus entibus, &c. i. quia quidã Antiquorum, apud quos diuiſa ſunt entia in duo, ſ. ſenſibile & inſenſibile, cum conſyderauerunt in vtroq; genere, & poſuerunt ea vnũ F genus, ideo ſermo cõtra eos erit proprius huic ſcientię. & iſti ſunt, qui poſuerunt mathematica eſſe principia ſenſibiliũ. D. d. Et ideo, ſi quis voluerit experimentari, &c. i. & quia iſte ſermo proprius eſt contra eos, ideo, ſi quis voluerit ſcire vtrum verũ, aut non verum dixerunt, poterit hoc facere perſcrutatione aliqua, quam modo perſcrutati ſumus: & ex iſtis ſermonibus, quos inuenimus.

Conſyderatio de elemẽtis rerũ mobilium eſt ꝓpria ſciẽtię Naturali. et cõſyderatio de eis ĩ hoc loco nõ ẽ niſi vt sũt sbę vide idẽ. 5. c. 15. & quę ibi.

Multi homines reputant ꝙ Naturalis philoſophia, & ſcia diuina ſunt eadem ſcientia.

Qui itaq; Pythagorici appellantur, principiis quidẽ, & elementis alieniori modo, quã Phyſiologi, vtuntur. Cauſa vero eſt, quoniã ea non ex ſenſibilibus acceperũt. Entium. n. quæ mathematica ſunt, ſine motu ſunt, præter illa, quæ circa Aſtrologiã ſunt. diſputãt tamẽ, & tractãt omnia de natura. etenim generãt cœlũ, & circa eius paſsiones, partes, & opera obſeruant quod accidit, et principia, & cauſas in his conſumunt, tanquam cæteris Phyſiologis conuenientes: quia ipſum ens hoc eſt, quodcunq; ſenſibile eſt, & quod continet id, quod vocatur cœlum,

A Qui vero vocantur Pythagorici, vtuntur principiis, & elementis modo diuerso ab eo, quo vtūtur loquentes in natura. Et causa in hoc est, quia non acceperūt ista ex sensibilibus. Mathematica.n. sunt sine motu, præter ea, quæ sunt in Astrologia. & isti disputant & loquūtur de natura, & cōsyderant cœlū, & partes eius, & actiones & passiones, & cōsequentia ista. & dant illi principia, & causas, vt numerentur in Naturalibus. entia enim non sunt nisi sensibilia, & accipiunt illud, quod dicitur cœlum. Et dicunt in causis & principiis multos sermones, sicut diximus.

Cum dixit, ꝙ ex ista perscrutatione possumus errores istorū antiquorū cognoscere. qui duo entia genera adinuicē admiscebant. s. genus sensibile, & intelligibile, & genus intelligibile erat causa sensibiliū. Vult modo hoc declarare, & d. ꝙ Pythagorici posuerunt causas rerum naturaliū esse res nō conuenientes, neq; essentiales naturalibus rebus: qm̄ non querunt principia rerū sensibiliū, scd̄m qd̄ sunt sensibilia, & mobilia, sed querunt eorū principia ex rebus immobilibus. s. mathematicis in quibus non est motus preterquā in Astrologia: qm̄ tam naturalis phylosophia, quā Astrologia considerat corpora cœlestia, & eorū partes, & accidentia & motus. Et in hoc cōueniunt. differunt tñ, qm̄ Astrologia nō cōsiderat ea, quatenus simpliciter sunt mota. Cōsiderat.n. figuras, & situm eorum scd̄m B qualitatē motus, hoc est, prout stella est velox, & tarda, repedans, progrediens, & directa, statiaria, propinqua atque remota: insuper considerat de magnitudinibus stellarum, & paruitate, & de numero. At naturalis considerat de naturis earum quo sunt mobilia, vt ꝙ moueantur Circulariter, qm̄ neq; grauia, neq; leuia: & declarat qualis species motus eis sit possibilis, qualisue non. qm̄ circularis est eis possibilis, rectus vero non: & ideo Pythagorici quamuis in rebus naturalibus nō utatur principio naturali, volunt tamē se phylosophis naturalibus assimilari, cū de natura in motibus cœli, & in suis partibus loquūtur, sicut naturales de actionibus, & passionibus in rebus, q̄ sunt sub cœlo, loquuti sunt: & de his oībus causas reddūt per numeros: qm̄ finalis causa, propter quam in istis rebus hoc modo loquuti sunt, est vt inter naturales, de rebus naturalibus loquentes enumerētur. Concedebant.n. qđ entia sunt sensibilia, & alia insensibilia, ut substantię abstractę, quę sunt principia sensibiliū, & ideo dicebant Cœlū esse de natura rerum, quę sunt sub ipso, & multos sermones fecerunt cum de causis rerum apparentium locuti sunt, ponentes numerorum species esse causas entium, vt numerus par, qui est causa entium, quibus accidit esse par, Et similiter nume- C rus, impar erat causa entiū impariū. Et hęc fuit apud eos opinio valde famosa. 19

Cōuenit Naturalis philosophia cū Astrologia inconsideratione corporum cœlestium, & partium, & accidentium.

Quare Pythagorici reddiderint per numeros omnium cās

Cum declarauit ꝙ ex perscrutatione ista potest homo errorem scire istorum, qui admiscent duo genera entium. s. sensibile & intelligibile, & ponunt intelligibile causam sensibilis, incœpit declarare hoc, & d. Qui vero vocantur Phythagorici, &c. i. quia Pythagorici posuerunt causas rerum naturaliū res non conuenictes, & nō essentiales rebus naturalibus. D. d. Et causa in hoc est, &c. i. & causa in hoc, ꝙ ponūt rebus naturalibus principia inconuenientia, est, quia non q̄runt principia sensibiliū scd̄m ꝙ sunt sensibilia & mobilia, sed querunt principia eorū ex rebus non mobilibus, s. mathematicis, in quibus non est motus, prę terquam in Astrologia. Et debes scire ꝙ licet subiecta Astrologię sint mota, s. corpora cœlestia, non tamen consyderat in eis Astrologus secundum ꝙ sunt mota, sed consyderat de figuris, & sitibus eorum secundum qualitatem motuum, & secundum velocitatē, & tarditatem, & consyderat etiam de quātitate eorū: Naturalis vero consyderat de naturis eorū, scd̄m ꝙ sunt mobilia, & declarat qualis modus motuum est possibilis in eis, & qualis non. D. d. & isti disputant, &c. idest Pythagorici cum hoc ꝙ in rebus naturalibus non vtuntur principio naturali, volūt se assimilari Naturalibus, & loquūtur de natura, & in motibus cœli, & ēt suis ptibus: sicut Naturales loquunt̄ de actionibus et passionibus ī rebus, q̄

Documentū

Quomodo sola Astrologia inter Mathematicas disciplinas motum consideret. vide etiam. 12. Met. cō. 44. et. 2. Ph. com. 18. &. 2. cœli. c. 57.

sunt sub cœlo: & laborant in omnibus istis dando causas eorum per mathematica, scilicet numeros. Deinde dicit, vt numerētur in Naturalibus, & cę. i. & locuti sunt in istis rebus, vt numerentur in loquentibus de natura. concedebāt. n. ꝙ entia sunt sensibilia, & ꝙ sunt alia insensibilia, scilicet substantię abstractę, quę sunt principia sensibilium. Deinde dicit. & accipiunt ilud, quod dicitur cœlum, idest ꝙ isti ponebant cœlum de natura rerum, quę sunt sub cœlo: & dicunt etiam in causis apparentium in eo multos sermones. Et innuit per hoc ponētes species numerorum causas entium. verbi gratia, quia ponebant numerum parem causam entium, quibus accidit esse paria: et ponūt impares causas entium imparium. v. g. quia ponunt ternariū causam omnium entium, quibus accidit esse tria, similiter qu aternariū, & quinariū. Ista. n. opinio est famosa, & credita apud istos hōies.

Causas vero, & principia, sicut diximus, sufficientia, vt dicunt, ēt vsque ad superiora entium transcendere, & magis quam de natura sermonibus conuenientia. Ex quo vero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari solum suppositis, nihil aiunt.

Ascendamus igitur ad illud, quod est altius de entibus, & præcipue ad illud, cui conuenit sermo naturalis, & dicamus ꝙ motus quoquomodo quidam est finitus, & quidam infinitus, & nihil dicunt de subiecto pari & impari.

20 Contradicere opinionibus naturalibus, manifestum est non fuisse Aristoteli laboriosum, sicut supra manifestum fuit, & quomodo in omnibus suis libris contra antiquorum Phylosophorum opiniones magno artificio usus sit, & magis in his, q̄ de natura p̄cesserunt: Vult modo hic aggredi opiniones eorū, qui principia omniū rerū in altiori gradu posuerūt; & isti nō utūtur nisi propositionibus mathematicis, quę sunt in gradu medio inter naturalem scientiam, & diuinam. quoniam pythagorici ponebant principia mathematica esse rerum sensibilium, quę sunt naturales, & ideo contradicit illis sermone naturali, non autem mathematico. & cū principia ista sint cōtraria, ut omnes antiqui fatentur; & cōtraria principia, apud pythagoricos, sunt finitum, & infinitum. incipit eis contradicere in hoc, & vult probare, quod finitum & infinitum non sunt rerum principia; quoniam, cum contraria etiam in motu inueniuntur, & sunt secundum eos principium numeri: sequitur ergo quod motus sit numerus, ꝙ est inconueniens. preterea, si principia rerum sunt finitum & infinitum, & cum sint contraria, oportet subesse medium subiectum. At cum pythagorici nullum posuissent subiectum medium, non potuerunt ponere finitum & infinitum contraria principia. & ideo, cum una contrarietas in numeris sit par, & in par. melius est opinari numerum esse compositum ex contrarijs, & quod ista contrarietas est par, & impar, an finitum, & infinitum.

Arist. pythagoricis naturali sermone contradicit.

Quoniam omnes Antiqui conueniunt in hoc, ꝙ principia sunt contraria, & Pythagorici, qui opinabantur ꝙ entia sunt numeri, dicebant ꝙ contraria, quę sunt principia numerorum, sunt finitum & infinitum, incœpit contradicere eis, & d. ꝙ hęc duo contraria inueniuntur in motu, quapropter motus est numerus. Et, quia omnia duo contraria indigent subiecto, & isti, cum dixerunt de finito & infinito, non dixerunt de subiecto eorum, d. et nihil dicunt de subiecto. & quia contrarietas in numeris est par & impar, & melius est opinari numerum esse compositum ex contrarijs, & opinari ꝙ ista contrarietas est par & impar, dixit, & nihil dicunt de subiecto pari & impari.

Aut quomodo possibile est sine motu & mutatione generationem & corruptionem esse, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur. Itē siue quis eis concedat ex his magnitudinem esse, siue monstretur hoc, quomodo tamen quædam corporum leuia, quædam grauitatem habentia erunt? e quibus. n. suppponunt, & aiunt, nil magis quā de ma-

Et quō

A thematicis corporibus,de ſenſibilibus dicũt. quare de igne,aqua,aut de huiuſmodi cæteris corporibus nihil dixerunt, tanquam nil de ſenſibilibus proprium dicentes.

Et quomodo poteſt eſſe generatio & corruptio ſine motu & alteratione,& actionibus diuerſis,quæ ſunt ex cœlo.Et ſi fuerit conceſſum, aut fuerit declaratum,quòd ex iſtis rebus fuerit magnitudo, quomodo igitur videtur fieri? corporum enim hoc eſt leue, & hoc eſt graue,præter illa,quæ ponit,& dicunt qđ nihil eſt magis dignũ eis,ſ.corpora mathematica, & ſenſibilia.& ideo non dixerunt de igne, & ſuis ſenſibilibus corporum,neq; videntur etiam dicere de ſenſibilibus ſermonem conuenientem.

21 Inconueniẽtia Pythagoricorũ dogmata conſequentia.

Præterea,ſi omnia ſunt numeri, non erit aliqua generatio, nec alteratio:cum numeri non mouentur.& ſic,ex hac pythagoricorum poſitione, tollitur motus, & per conſequens generatio,& corruptio,quod eſt aliud in communi ens.& nõ B ſolum ex priuatione motus tollitur generatio,& corruptio,ſed eſſe cœlorum motus diuerſi:aliud inconueniens,quod ſequitur ad hanc poſitionem,eſt quod quantitas continua fit ex quantitate diſcreta,& ex cõſequenti,ex vnitatibus eſſet magnitudo continua:quod eſt impoſsibile.Præterea, ſi numeri eſſent rerum ſenſibilium principia,ſequeretur,quod non eſſet aliquod corpus graue,& aliquod leue. conſequens eſt contra ſenſum,quia videmus manifeſte,quod ſenſibilium corporum,aliqua ſunt grauia,& aliqua leuia.& ſic non poſſunt dicere cauſam leuitatis & grauitatis,ſi ſenſibilia corpora idem ſunt cum mathematicis,quoniam mathematica corpora non ponunt eſſe priora ſubſtantia, & definitione corporibus ſenſibilibus,ſicut faciunt ponentes corpora mathematica principia corporũ ſenſibilium ſecundum definitionem,& eſſe: & ſic ponunt aliquod eorum eſſe prius ſecundo:immo ponunt corpora compoſita ex numeris idem cum ſenſibilibus:& hæc fuit cauſa propter quam,non poſſunt reddere cauſam grauitatis, ac leuitatis corporum ſenſibilium:quare contingit pythagoricis nõ dicere ſermonem conuenientem ſenſibilibus,quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex non mobilibus,quia ex numeris,qui non ſunt mobiles: & ſyllogiſmus ſic componitur.omne compoſitum ex elementis,& principiis immobilibus, eſt priuatũ motu.Sed ſecundum hos philoſophos, res naturales ſunt compoſitę ex elementis, & principijs immobilibus,quę ſunt numeri. ergo res naturales ſunt immobiles: C & ſic contingunt omnia hęc inconuenientia ſuperius dicta,cũ male iſti de principijs rerum ſenſerint.

Senſibilium corporũ aliqua ſunt grauia, & aliqua leuia.

Numeri non ſunt mobiles

Et cum omnia fuerint numeri,non erit illic motus omnino. & cum motus nõ fuerit,nec alteratio,neq; motus cœleſtis diuerſi,non erit generatio & corruptio. D.d.Et ſi fuerit conceſſum,&c.id eſt & impoſsibile contingens eis eſt, quia cõgregant ex diſcreta quantitate,ſ.vnitatibus magnitudinem cõtinuam.ſed, ſi hoc fuerit conceſſum,aut ponatur ꝙ impoſsibile eſt declarari, quomodo ergo erit diuerſitas iſtorum corporum naturalium? D.d.corporum enim hoc eſt leue,& hoc eſt graue, &c.id eſt manifeſtum eſt enim ꝙ corporum ſenſibilium hoc eſt graue,& hoc eſt leue.quomodo igitur poſſunt dare cauſam et leuitatis & grauitatis, cum hoc ꝙ ponunt corpus graue & leue, & vniuerſaliter corpus ſenſibile idem cum mathematico? Non enim idem ponunt corpora mathematica eſſe priora ſubſtantia & definitione corporibus ſenſibilibus,ſicut faciunt ponentes corpora mathematica principia corporum ſenſibilium ſecũdum definitionem & eſſe.Iſti autem non ponunt aliquod eorum eſſe prius ſecundo.immo ponunt corpora mathematica,ſcilicet compoſita ex numeris idem cum ſenſibilibus. & ideo nõ poſſunt dare cauſam,quare quędam ſunt grauia, & quædam leuia. & contingit eis non dicere ſermonem conuenientem in ſenſibilibus: quia intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobilium ex non mobilibus.

Contingit Antiquis nõ dicere ſermonẽ cõuenientẽ in ſenſibilibus,qa itromiſerũt ſe dare cãs rerum

mobiliū ex ĩmobilibus. Idē supra.t.c.19.et.3.cę.c.61.Idē hic cō. & t. seq. et 2.cę.c.59. & hic infra com.25.

Item,qūo pasśiones quidē numeri, et ipsum numerum putandum causas eorū esse, q̄ sunt a principio, ac de nouo in cœlo fiunt:numerū vero alium pręter hunc numerum, ex quo mundus cōstat,nullū esse?

Et etiam quomodo intelligēdum quòd pasśiones numerorum sunt causę:et numeri,qui sunt ex cœlo,sunt existentes,et proprii,et in ęternum et nunc: et nullus alius est numerus, ex quo sit constō mundi?

22 Inter pasśiones numerorum, & pasśiones rerum naturalium nulla est ꝓportio.

Pręterea,si par,& impar sunt pasśiones numeri, & alię sunt causę pasśionum rerum naturalium,sicut albedinis,& nigredinis, quomodo possumus eas intelligere cum nulla sit proportio inter numerorum pasśiones,et pasśiones entium naturalium? quoniam,si entia mobilia essent numeri,tunc inuenirentur in eis pasśiones numerorum necessario,consequens est falsum:pręterea tangit aliud inconueniens pithagoricorum,& est vt idem sit numerus,qui est cœli substantia,& substantia rerum generabilium: quoniam cœlum habet naturam, quæ sibi propria est,aliam ac diuersam ab ea,quę est generabilium,& corruptibilium, cum cœlum semper sit in pręterito ,pręsenti, & futuro. Generabilia vero nequaquam. Quod autem idem sit numerus,patet,quia,apud eos eadem est natura numerorū, ex quibus constat mundus,& numerorum,ex quibus constant generabilia,quare hi male senserunt de principijs rerum naturalium.

Coelū habet naturam existētē sibi ꝓpriā aliā ab ea,q̄ est gn̄abiliū & corruptibiliū.vide 2.Phy.c.3.et 1.cę.c.5

Et quomodo possumus intelligere ꝙ pasśiones numerorum sunt par & impar, & alię sint causę pasśionum rerum sensibilium,sicut albedinis et nigredinis? nulla enim proportio est inter pasśiones numerorum, & pasśiones entium naturalium.Et,si entia mobilia essent numerus, tunc inuenirentur in eis pasśiones numerorum necessario. D.d.numeri,qui sunt ex cœlo,&c.id est & numeri,ex quibus fit cœlum, in quo differunt a numeris, ex quibus fiunt alia, quæ sunt sub cœlo? Cœlum enim habet naturam existentem sibi propriam aliam ab ea,quę est generabilium & corruptibilium,cum cœlum semper est in præsenti & præterito & futuro,& omnia generabilia & corruptibilia sunt trāsmutabilia & natura numerorum apud eos,ex quibus constituitur mundus,est eadem natura.

* a.l.iniustū

Cum enim in hac quidem parte opinio eis,et tempus sit,paululum vero desuper aut deorsum * iniuria,et disiunctio, aut mistio,probationem autem afferant,ꝙ horum quidem vnumquodq; numerus est,contingit autem in hunc locum multitudinem iam constitutarum magnitudinem esse,eo ꝙ pasśiones hę sequuntur singula loca, vtrum iste est idem numerus,qui in cœlo,quē oportet accipere,quod horum vnumquodq; est,an pręter istum alter?

Et,cum existimauerunt in aliquo particulari aliqua existimatione, erit secundum illam existimationem.et dicunt ꝙ hoc, quod est superius et inferius, et mixtio, et distinctio, est demonstratio ꝙ quilibet istorum est numerus. quapropter contingit vt magnitudines secundum hunc modum constituantur ex multis. pasśio enim cuiuslibet eorum sequitur vnumquenq; locorum.quandoque igitur erit iste numerus, qui est in cœlo.et hoc est opinandum, ꝙ est vnumquodque istorum,aut proprie.

23 Quare Pythagorici entia numeros esse dicebāt.

Et sic,ex dictis contingit, quod scientia particularium sit necessaria, & non transmutabilis,cum sit ex non transmutabili:quapp,oportet vt sensibilia nō sint trāsmutabilia in suis substantijs cū sint numeri: & ex quo.n.q̄a videbant oīa entia esse paria pro maiori parte,vt superius & inferius,& alia cōtraria paria esse, ideo dicebant q̄d entia sunt numeri,& sic cōtingit huic opinioni vt omnia corpora sint composita ex multitudine naturali, & sic natura omnium entium erit eadem,quare & definitiones,quę sunt in eis,erunt eędem,& similiter pasśiones:dicunt etiam,quod corpora adinuicem differunt nomine,ac definitione, quoniam

A differentię substantiales eorum sunt propter loca, & si ita esset, contingeret vt idem corpus eiusdem naturę, quando fuerit sursum, sit cœlum, & æternum propter locum, & quando fuerit deorsum, sit aliquod quatuor elementorum, aut generabile & corruptibile propter locum, quod est valde absurdum.

Id est, & contingit huic opinioni vt scientia particularium sit necessaria non transmutabilis, quia est ex non transmutabili: quapropter necesse est vt sensibilia sint non transmutabilia in suis subiectis, cum sint numerus. D.d. & dicũt, &c. id est quia entia in maiori parte sunt paria, verbi gratia superius & inferius, & alia contraria, significant ꝙ entia sunt numeri. Contingit ergo huic positioni vt omnia corpora sint composita ex multitudine numerali. quapropter natura corũ omnium entium erit eadem natura, & definitiones eædem, quæ sunt in eis: & passiones, propter quod diuersantur in nominibus & definitionibus, adeo ꝙ quoddam corporum dicatur cœlum, & quoddam aer, & quoddam ignis, non acquiruntur ab istis corporibus, nisi propter loca: non quia habent differentias substantiales durantes eis ista loca, sed econuerso. quod est impossibile. Contingit enim huic positioni ꝙ idem corpus & eiusdem naturæ, quando fuerit superius, erit cœlum & æternum propter locum: & quando inferius, erit ignis, aut terra, aut aqua, aut aer, aut generabile & corruptibile propter locum. Et quia ista impossibilia non aperte fuerunt dicta ab eis, dixit. & hoc est opinandum, &c. id est
B & hoc, quod contingit eis, est opinandum in vnoquoque corporum secundum opinionem eorum. Scd̃m Antiquos dr̃iæ substantiales corporũ sunt pp loca. Sed oppo. tenet Arist. vide 1. cœ. c. 5. & quę ibi.

Plato etenim alium esse ait. at ille quoque numeros putat, et illa esse, et horum causas. sed intelligibiles quidem causas, hos uero sensibiles. De Pythagoricis itaq; prætermittamus modo. sufficit enim in tantum eos attigisse.

Plato autẽ dicit esse aliud. opinatur enim q illa, et suę causę sunt numeri. sed causę sunt intellectæ, et ista sunt sensibilia. Dimittamus nũc sermones Pythagoricos, et simus contenti in hoc, quod diximus.

Tangit modo differentiã inter opinionem Pithagorę, & Platonis. quoniam licet Plato dixerit numeros esse causas, siue principia rerum, differt tamen ab opinione Pithagorę, qui voluit, quod natura numeri sit natura omnium corporum. & Plato dicebat quod numeri, qui sunt causę rerum sensibilium, sunt alij a numeris, qui sunt ipsę res sensibiles: quoniam numeros, qui sunt causę, arbitratur esse intellectuales, numeros vero, qui sunt res sensibiles, esse sensibiles. Aristo. vero dimisit vlteriorem considerationem de pithagoricis: tum, quia sufficienter
C contradixit, tum etiam, quoniam post hęc est necessarium contradicere opinioni Platonis, qui asserit numeros intellectuales esse causas sensibiliũ. 24 Numerus, q est rerũ causa, scd̃m Plato. est numerus intellectualis.

Plato autem dicebat ꝙ quidam numeri, qui sunt causæ sensibilium, sunt alij a numeris, qui sunt res sensibiles. Opinatur enim ꝙ numeri, qui sunt causę, sunt naturę intelligibilis: & numeri, quorum illi sunt causę, sunt naturę sensibilis. Et cũ vidit ꝙ hoc, quod dixit in contradictione Pythagoricorum est sufficiens, & ꝙ post hoc oportet contradicere dicentibus numeros esse causas sensibilium, d. Dimittamus nunc, &c.

Caput Quartum. Redargutiones aduersus Idearum assertores: quomodoq; cuncti naturalium causas inquirere nixi sint.

QVI uero ideas * ponunt, primum quidem, cum quærerent horum existentium causas habere, cætera æqualia his numero attulerunt. uelut siquis numerare uolens, cum quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura uero ea faciat, et ita numeret. Fere etenim formæ æquales, aut non pauciores iis sunt. * a. c. addit causas.

Qui autem poſuerunt ſpecies eſſe cauſas, primo quęrunt cauſas exiſtentibus, & ſecundo accipiunt ꝙ numeri iſtorum ſunt æquales: adeo quòd, ſi homo uoluerit numerare, non poterit facere entia minus, ſicut non poteſt ea facere magis. Species igitur ſunt æquales, aut non minus.

25 IMpugnare opinionem Platonicorum forte non eſt facile, quia ipſi opinabantur. & opinati ſunt, quod ideæ indubitanter ſunt cauſæ rerum ſenſibilium: ex hoc enim, quia in his, quæ generantur abſq; ſemine, hoc manifeſte apparet, quoniam generatio eſt exitus de potentia ad actum, & cum omne tale non exit in actum, niſi per alium exiſtens actuale, ideo propter hoc poſuerunt iſti formas ſeparatas dantes formas generabilibus, & corruptibilibus, ſimiles ſuis formis ſeparatis, per quas ſunt plantę, & animalia. Dicunt.n. quod ex motu corporum ſuper cœleſtium inferiora, quæ ſunt materialia, diſponuntur de alteratione in alterationem, vt de calido in frigidum, & econuerſo, & de qualitate in qualitatem, ut de albedine in nigredinem: & ꝙ per figuras corporum ſupercœleſtium, mutantur de ſitu in ſitum, & vltimo mutatur figura cōpoſitionis & compoſiti: & quod per lumen ſtellarum mutantur de formis ſubſtātialibus ad formas ſubſtantiales: & dicunt, quod plus agit cœlum in inferiora quam ignis, quia eſt maioris actiuitatis in alterando ꝙ̄ ignis, & de corpore cœleſti lumen eſt maioris actiuitatis ꝙ̄ ſit cœlum, & per figuram ſuam plus influit ꝙ̄ per motum tantum, aut per lumen tantum: qm̄, per motum ſolum fiunt alterationes in actu de potētijs materialibus, & per lumen fiunt conſeruationes in eſſe: ſed per figuram fiunt generationes, & corruptiones, ac conſeruationes, & in hoc ſtellę fixę ſunt in figura ſemper a ſe inuicem, & ideo attribuitur motui ipſarum entium cōſeruatio, vt alibi diximus: & ideo opinantur iſti, quod influxus corporum cœleſtium penetrat vſq; ad centrum mundi primo, & poſtea reflectitur ad partem ſuperiorem, & in hac reflexione, generabilia & corruptibilia pullulant, quorum aliqua generantur ſine ſemine actuali, nō tamen ſine ſemine potentiali in materia actuato per ipſum influxum ex reflexione virtute intelligentię operantis, lumine ſtellę mediante, quæ ſupplet vicem ſeminis agentis particularis. propter quod, & Plantę, & Animalia multa generantur per putrefactionem, quę multiplicantur poſtea per propagationem, vt manifeſtum eſt in Apibus genitis ex putredine, quę poſtea per propagationem multiplicantur: & ſic viuentia, & animantia ipſa ſunt hic per participationem, & ſimiliter vna quęq; ſubſtantia eſt hic ſubſtantia participatione ſubſtantię ſuperioris. & ſignum ſuper hoc aſſumunt ab his, quę in nobis fiunt de ſcientijs, & artibus. qm̄ habitus ſcientificus, & practicus ſunt in nobis participati ab habitu per ſe ſcientifico, & per ſe practico: aliter proceſſus eſſet in infinitū: quare neceſſe eſt dare primum habitum, medium, & vltimum in omni genere habitus: & multa alia dicunt iſti: quorum cauſa eſt prima bonitas, vt infra videbitur, quum loquemur de ſubſtātia prima, ac per ſe in materiali: & cum omnia iſta ſint contra mentem Ariſtotelis, ideo dicimus, ꝙ iſti Ponendo ideas eſſe cauſas entium ſenſibilium, peccauerūt peccato maximo, qa quęrunt ſcire cauſas vniuſcuiuſq; entis, ex ente alieno, quoniam ens abſtractum eſt aliud ab ente ſenſibili, & ſic non quęrunt cauſam entis ex ſuo vniuerſali conceptu, quod eſt, negare vniuocationem, quę neceſſaria eſt in ſcientijs: & naturam ſpeciei, quę eſt intentio vniuerſalis in multis: quoniam vniuerſaliter natura ſpecifica nullum habet eſſe niſi in intellectu.

Cœlū plus agit in inferiora, quam ignis, et plus per lumē, ꝙ̄ per motū & plus per figurā, ꝙ̄ per lumen, aut motum.

Genita per putredinem, mox propagat: quod cōſidera.

Natura ſpecifica nullū habet eſſe niſi in intellectu.

Qui autem poſuerunt ſpecies cauſas entium ſenſibilium primo peccant peccato, quęrentes ſcire cauſas vniuſcuiuſq; entis ex alio ente, & non quęrūt cauſam eius ex ſuo intellectu vniuerſali. Et d. hoc ꝙ, cum perſcrutati fuerint de neceſſitate, quę inuenitur in ſcientijs rerum, impoſuerunt alteram ſpeciem entium, & ſunt quę dicuntur formę: & deberent dare cauſam in hoc, ſecundum ꝙ in eis eſt intellecta intentio communis, non per aliud ens, cum quo non habet communicationem: & ſic naturam abſtulerant ſpeciei, quę eſt intentio uniuerſalis, & ſe

A cerunt entia omnia contraria in nomine ſolum: & abſtulerunt nomen vniuocū, & abſtulerunt ſcientias. D.d. & ſecundo accipiunt, &c. id eſt & ſecundo peccant: quia ponunt in qualibet ſpecie ſpecierum entium numerum parem, & ꝙ nulla ſpecies eſt imparis: adeo ꝙ, ſi homo voluerit numerare, non poterit numerare ex ſpeciebus minus ꝗ̄ par, ſicut non poteſt maius ꝗ̄ par. D.d. Species igitur, &c. id eſt ſpecies igitur ſunt ęquales, aut non magis neq; minus. & intendit per æqualitatem paritatem.

Ex quibus, dum de eis cauſas quærerent, ad illas proceſſerunt. nā ſecundum vnumquodq; æquiuocum quid eſt, & præter ſubſtantias cæterorum quoq; in multis eſt vnum, & in his, & in ſempiternis.

Et iſti dimittunt illud, ex quo quæruntur cauſæ, & declinatur ab eo. quoniam in vnoq; iſtorum eſt nomen commune, & in ſubſtantiis rerum erit in multitudine vnum, & in iſtis, & in æternis etiam.

26 Per quæ indicat vniuerſalia non eſſe realia. quoniam intellectus eſt, quī facit vniuerſalitatem in rebus: quoniam intellectus mouetur ad vltimam perfectionem a rebus vniuerſalibus, quę ſunt in anima, & ſic vniuerſale nullum habet B eſſe extra animam quoniam, ſi uniuerſalia eſſent extra animam, ut Plato ponit, fruſtra poneretur intellectus agens. Vniuerſalia enim ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem. Plato autem ponebat vniuerſalia exiſtere per ſe extra animam, ſed nihil eſt extra animam niſi ſingulare: & ſic iſti dimittunt viam veram, & propriā ponendo ideas fore cauſas rerum ſenſibilium.

Vide 1. de Ani. cō. 8.

Vide 3. de Ani. cō, 18. & 19.

Et iſti dimittunt viam, ex qua quęruntur cauſæ rerum: & eſt conſideratio in natura eorum ſpeciali, non ex conſideratione in natura aliorum entium, cum quibus non habent communicationem. D.d. quoniam in vnoquoque iſtorū, &c. id eſt quoniam in vnoquoq; indiuiduorum ſpecierum eſt nomen commune, & intentio communis, ita ꝙ contingit vt in ſubſtantijs, quę ſunt hic, ſit vna intentio communis. & ſi ſint hic ſubſtantię ęternę, quę faciūt eas intelligi, & dant definitiones earum, vt in eis ſit intentio communis vna, & uniuerſaliter natura ſpecialis, quę nullum habet eſſe, niſi ſecundum ꝙ eſt in intellectu.

Natura ſpālis nullū habet eſſe, niſi ſcdm ꝙ eſt intellecta, cōtra ponentes vſ̄ia realia.

Item quibus modis oſtenditur quòd formæ ſunt, ſecundum nullum eorum apparent. E quibuſdam nanque, non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum: e quibuſdam vero etiam, quorum non putamus, horum for C mæ fiunt. ſecundum nanque rationes, quæ ex ſcientiis, formæ erunt omnium, quorum ſcientiæ ſunt. ſecundum vero vnum in multis, & negationum. at ſecundum quòd intelligitur quippiam eo corrupto, etiam corruptibilium: ſiquidem quicquam eſt horum phantaſma.

Vide idē 1. de Ani. c. 8. & 2. de Ani. c. 60. & 3. de Ani. c. 18. & 12. Met. c. 4. & quæ ibi. idē hic com. ſeq.

Et etiam non declarant modum, qui declarat eſſe ſpecierum, & ꝙ iſta habent eſſe. Ex quibuſdam enim nunquam fit ſyllogiſmus neceſſario, & ex quibuſdam non declarantur nobis ea, quæ exiſtimantur eſſe ſpecies: ſecundum autem ſermones acceptos ex ſcientiis ſpecies non ſunt niſi rerum, quę ſunt ſcientiæ, aut ex vno in pluribus ex affirmatiuis entibus. ex imaginatione autem alicuius corruptibilis rerum corruptibilium hæc non eſt niſi imago aliqua iſtis rebus.

27 Et iſti Platonici non dederunt intelligere, quod ſubſtantia vniuerſalis habet eſſe eodem modo, ſecundum quem ſubſtantia ſingularis habet eſſe. quoniam ex ſingulari ſubſtantia non fit ſyllogiſmus omnino, ſed bene ex ſubſtantia vniuerſali. & iſtę duę ſubſtantię ſunt diuerſę. & ſermones qui ſunt demonſtrationum partes, & dicūtur ſcientiæ, non ſunt aliud quam ſpecies, id eſt non ſunt aliæ pro-

Ex ſubſtantia ſingulari non fit ſyllīs omnino.

poſitiones, niſi illę, quę ſunt cõfectę ex terminis ſpecificis, & ſunt in duplici differentia: quoniam aliquæ conſtant ex vniuerſali, quod eſt vnum prędicatum de pluribus, veluti omne animal rationale eſt animal, vel diſciplinabile. Alię uero ex affirmatiuis, i. ex indefinitis, quę deſcribuntur, ut in eis aliquid prędicetur de aliquo, vt quoddã currens eſt animal rationale: & ſic vniuerſale non habet eſſe, niſi quatenus eſt ſcientia, id eſt quatenus eſt in anima, quoniam ſcientia non eſt niſi in anima: & ſic vniuerſalia nõ ſunt generabilia & corruptibilia niſi per accidens: & ſic ſenſibilia dupliciter comprehenduntur, aut comprehenſione, quæ non eſt eorum ſcientia, ſed imaginatio: aut comprehenſione, quę eſt eorum ſcientia: & hęc comprehenſio eſt intellecta ipſa vniuerſalia, ita quod humana cõprehenſibilia in duo videntur diuidi, ſcilicet incomprehenſibile, cuius principium eſt ſenſus, & incomprehenſibile, cuius principiũ eſt cogitatio, ita quod vniuerſi diuiſio ſit hęc: ꝙ comprehenſibile aliud ſit, cuius comprehenſio eſt ſcientia, & aliud, cuius comprehenſio non eſt ſcientia: & hoc ſecundum ſubdiuiditur, quod ſit aliud, cuius principium eſt ſenſus, & aliud, cuius principium eſt cogitatio.

Vſe nõ eſt generabile, neq; corruptibile niſi per accidẽs.

Cõprehẽſio dup. ex.

Et etiam, non eſt manifeſtum ꝙ ſubſtantia vniuerſalis habet eſſe eo modo, ſecundum quem hęc ſubſtantia ſingularis habet. ſubſtantia enim indiuidualis non fit ex ea ſyllogiſmus omnino. quoniã ſyllogiſmus non fit niſi ex ſubſtantia vniuerſali: & ſubſtantia vniuerſalis non fit ſyllogiſmus ad eam omnino: duæ ergo ſubſtantiæ illę ſunt diuerſę. D. d. ſecundum autem ſermones, & cæte. id eſt ſermones autem, qui ſunt demonſtrationum partes, & dicuntur ſcientiæ, non ſunt aliud ꝗ̃ ſpecies. & iſta ſunt, quę conſtituuntur ex vniuerſali, quod ſic deſcribitur, quod eſt vnum prædicatum de pluribus: & ex affirmatiuis, quę deſcribuntur ſic, aliquid prędicari de aliquo. Et, cum diſtinxerit inter particularia & ſpecies, vult modo diſtinguere inter naturam imaginationis & intellectus, & dicit ex imaginatione, & cæte. id eſt ex imaginatione vero alicuius corruptibilis hoc eſt imago, non res intellecta. Et intendebat per corruptibilia indiuidua, quę collocantur ſub generibus, quę ſunt ſcientię, ſicut collocantur ſub vniuerſali, quod prędicatur de pluribus, & ſicut collocantur ſub affirmatione & negatione. Vniuerſale enim non habet eſſe, niſi ſecundum ꝙ eſt ſcientia, id eſt ſecundum ꝙ eſt in anima: & ſimiliter affirmatiuum & negatiuum. Et intendit ꝙ comprehenſiones, quę dicuntur ſcientię, ſunt rerum, quę ſunt inſenſibilibus, non generabiles nec corruptibiles, niſi accidentaliter: & ſunt intentiones vniuerſales, quas intellectus comprehendit in eis, & ſunt formę. Comprehenſiones vero, quę ſunt corruptibilium & generabilium, ſ. indiuiduorum compoſitorum non ſunt ſcientiæ, ſed imaginationes eorum. Et quaſi intendebat ꝙ iſta ſenſibilia habent duos modos comprehenſionis, modum, qui non eſt ſcientia eorum, ſed imago: & modum, qui eſt ſcientia eorum, & eſt intellecta vniuerſalia.

Vſis deſcriptio.

Vſe non hẽt eſſe, niſi ſecũdũ ꝙ eſt ſciẽtia, i. ſcd̃m ꝙ eſt in aĩa.

Vſia nõ ſũt gñabilia & corruptibilia, niſi per accidens.

Sẽſibilia habẽt duos modos cõprehẽſionis. vide aliã diuiſionẽ. 3. de ani. com. 33.

Inſuper rationum, quæ magis certæ ſunt, quædam quidem eorum, quæ ad aliquid ſunt, ideas faciunt, quorum non dicimus eſſe per ſe genus: quædam vero tertium hominem dicunt. & ſimpliciter hæ de formis rationes illa perimunt, quæ magis eſſe quàm ipſas ideas eſſe volunt, qui dicunt formas. Accidit enim non dualitatem eſſe primam, ſed numerum, et quod ad aliquid eo, quod per ſe eſt: et cuncta, quæcunq; , cum quidam ſequerentur de ideis opiniones, aduerſati principiis ſunt.

Verificantes autem ſermones quidam ponunt ſpecies de relatiuo, et non opinantur quòd aliquid per ſe eſt genus: et quidam dicũt tertium hominem eſſe. et iſti auferunt per vnitatem ſermones, qui ſunt in ſpeciebus, et præcipue qui opinantur dicentes eſſe ſpecies, et ſunt iſtæ. Et contingit ex hoc quòd dualitas non ſit prior numero, et hoc etiam eſt relatiuum ad aliquid, et dicitur de ſe: et alia,

A quæ dicunt quidam de opinionibus in formis, et errauerunt in eis per principia.

Prętcrea,ſi ideę darentur,ideę eſſent ad aliquid:quoniam ideę ſunt ſpecies:at 28 ſpeciem eſſe ad aliquid probat:quia ſpecies eſt illud, quo reſpondetur ad quæſtionem factam per quid de quolibet ſingulari,& ſic ſpecies refertur ad ea, quorum eſt ſpecies.Deinde dicit,ſi homo ſenſibilis (vt Plato inquit) habet hominē intellectum,qui eſt idea:eadem ratione, homo intellectus debet habere hominē tertium,alium videlicet ab homine intellecto:Deinde dicit,ſi dantur ideę, tollitur definitio ſpeciei,quę eſt,vt ſit vniuerſale,quod prędicetur de pluribus numero differentibus in quid,qm̄ quęlibet idea eſt unum numero,et ſpecies.igitur ſpecies,id eſt,idea eſt vnum numero:& cum vnum numero non prędicetur de pluribus,idea non prędicabitur de pluribus:& ſic ſpecies non prędicabitur de pluribus,cum idea ſit ſpecies:& hoc contingit illis, qui dicebant, quod natura ſpecierum abſtractarum eſt eadem cum ſenſibilibus natura.

Spēs eſt ad aliquid.

Abſurda cōtingentia ponētib' ideas.

Dicit ꝙ Philoſophi verificantes ſunt illi,qui opinantur ꝙ ſpecies ſunt relatiuę,& ꝙ non ſunt exiſtentes per ſe:cum manifeſtum eſt de relatiuo ꝙ non dicitur niſi in reſpectu alicuius:& cum relatiuum auferetur,auferetur illud.ꝙ autem ſpecies ſunt correlatiuę manifeſtū eſt ex definitione ſua: ſpecies enim eſt illud, quod eſt magis proprium duorum vniuerſalium,quod poteſt reſponderi ad quid.

B Deinde dicit & quidam dicunt tertium, &c. id eſt & quidam dicunt ꝙ,ſi homo ſenſibilis habet hominem intellectum, ſic homo intellectus debet habere hominem tertium.D.d.& iſti auferunt per vnitatem,&c.id eſt & per hoc,quia ponūt formas eſſe eaſdem in numero,auferunt definitiones ſpecierum. vnum enim in numero non prędicatur de pluribus.& ſpecies eſt una intentio ſecundum formā. & ideo definitur ꝙ eſt vniuerſale prędicabile, de pluribus ſecundum quid. & hoc contingit magis dicentibus ꝙ natura ſpecierum abſtracta eſt eadem cum natura ſenſibilium. D.d.Et contingit ex hoc,ꝙ dualitas,&c.id eſt,quia cum genera, & ſpecies fuerint res exiſtentes per ſe, continget vt ſint principia priora clementis,ex quibus componuntur illa,quæ collocantur ſub illo genere.Intellectum enim vniuerſale eſt prius ſecundum cauſam,et tempus eo,quod eſt ſub eo. dualitas igitur,ex qua componitur numerus, eſt poſterior numero: & compoſita ex quatuor elementis ſunt priora elementis. D.d.& hoc etiam eſt relatiuū, &c. id eſt & quomodo numerus erat prior dualitate, & dualitas eſt exiſtens per ſe, numerus autem eſt ex relatione? D.d.& dicitur de ſe, id eſt ꝙ cum numerus ponatur abſtractus,& fuerit ſemper dictum de alio,contingit vt dicatur de ſe:qđ eſt impoſsibile.D.d.& alia q̃ dicūt,&c.i.& hęc īpoſsibilia cōtingunt oībus opinionibus dictis a ponentibus formas,& errantibus in hoc in perſcrutatione principiorum.

Vnū numero nō p̄dicatur de pluribus.Idē Porphyrius cap. de Gn̄e:& ī p̄dicamētis, cap. de ſubſtantia.

Intell'm vl'e eſt prius ſecundū cām, & tēpus eo, qđ ē ſub eo. Oppo.1. de Aīa. te.c.8. vide contr. Zim.

C Item ſecūdum exiſtimationem,ſecundū quam eſſe dicimus ideas, non ſolum ſubſtātiarum,ſed multorum etiam aliorum formę erunt. Etenim vnus conceptus non ſolum de ſubſtantiis, ſed de cæteris etiā eſt. et ſcientiæ non ſolum ſubſtantiæ,ſed etiam aliorum ſunt.et cætera huiuſcemodi accidunt infinita.

Et etiam ſecundum intelligere,de quo dicebant eſſe formarum,cōtingit vt formę non ſint tantum ſubſtantiarum,ſed et non ſubſtantiarum.Et ſimiliter ſcientiæ etiam non ſunt tantum ſubſtantiarum, ſed aliarum rerum.et talia multa enumerata,quę contingunt eis.

Et contingit ſecundum iſtos,quod,cum genera,& ſpecies ſunt res per ſe exi- 29 ſtentes,contingit eis dicere,vt ſint priora elemētis,ex quibus componuntur illa, quæ collocantur ſub illo genere,vt cum dualitas, ex qua componitur numerus, eſt poſterior numero,patet,quia numerus eſt genus dualitatis, & vniuerſale eſt prius minus vniuerſale tempore,& ſecundum cauſam:& genus prius ſua ſpecie, & hęc omnia impoſsibilia contingunt omnibus his opinionibus iam dictis.

Id est, & etiam contingit eis, cum dixerunt ꝙ intelligere est formarum existẽ tium per se, vt formę non sint substantiarum, sed accidentium. Intelligere enim non est tantum substantiarum, sed etiam accidentium. D

Secundum vero necessitatem & opiniones de eis, si formæ participabiles sunt, necesse est substantiarum solum esse ideas. non enim secundum accidens participatio earum est, sed eatenus oportet vniuscuiusque participem esse, quatenus * non de subiecto dicitur. Dico autem, vt siquid ipso duplo participat, hoc etiam æterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo, æterno esse. quare formæ substantia erunt. hæ autem hic, & ibi substantiam significant. An quicquam erit dicere esse aliquid præter has vnum in multis? Et si eadem species est idearum, & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis in corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem dualitatibus, sed ęternis, dualitatem esse vnum, & idem sit, quàm in hac, & quadam? Et si non est eadem species, æquiuocatio erit profecto: & simile, ac si quis & Calliam, & lignum hominem appellarit, quorum nullam inspexerit communicationem. E

* a.l. de subiecto dr.

Secundum autem necessarium est & quod existimatur in eis secundum illum, vtrum species substantiarum sint admixtę, & necessarium est vt sint singularia. quia determinatio eorum non est per accidens, sed necesse est vt quodlibet eorum in se sit determinans, cum nec dicatur de subiecto. Dico, vt in aliquo sit duplum, in illo igitur erit æternitas, sed per accidens. accidit enim duplo, quòd fuit æternum. & res, quarum species sunt substantię, sunt in hoc loco significantes substantias. Illic autem qualecunq; sit ens, dicitur esse aliquid, & cum hoc vnum de pluribus. Si igitur est species specierum, & determinata habent aliquid in quo communicant, quid est igitur illud, quod est proprium dualitatibus corruptibilibus? Et dualitas est proprium dualitatibus corruptibilibus, & dualitas est multitudinis. dualitas enim est æterna, & est eadem. dicitur ergo in respectu alicuius, & de se Et, si species non fuerit eadem, tũc erunt æquiuoca, verbi gratia vt aliquis vocet hominem Calliam, & lignum sine cõsideratione ad intentionem, in qua communicant. F

30

Hic ostendit Platonicos male sensisse de principijs entium, indicatione sumpta, ab vnione prædicati cum subiecto, & dicit quod necessarium est, quod species dantes definitiones, & substantias eorum, quæ sunt sub eis, debent esse adunatæ cum eis, de quibus prædicantur: quoniam prædicatio eorum de illis sibi substantibus non est accidentalis prædicatio, sicut accidentium de substantijs, & accidentium ad se inuicem: & dicit hoc, propterea quia istæ scientiæ sunt necessariæ: & ideo opinati sunt (dicentes ideas esse) quod scientiæ hę sunt abstractę, & ideo vocauerũt eas formas abstractas: & propter hoc, sciẽtię sunt necessarię: ideo oportet, vt ideę sint eędem cum eis, de quibus prędicantur in actu, cũ prędicatio eorum non est per accidens, quia prędicatio subiectorum ab vli, quod dicitur de eis, non est sicut prędicatio accidentis de substantijs, aut accidentiũ ad se inuicem, & pp hoc necessarię sunt scientiæ, vt opinati sunt: & ideo necesse est vt forma substantialis abstracta sit determinans substantiam sui subiecti essen-

Prędicatio accidentalis duplex.

A tialiter, cum non prædicetur de eo, sicut accidens de suo subiecto, Accidentia.n. determinant sua subiecta accidentaliter, idest specificant sua subiecta accidentaliter. quoniam substantiales formę specificant sua subiecta essentialiter: causa est, quoniam accidentia, & formæ substantiales sunt formæ: cuiuslibet autem formæ proprium est specificare subiectum, cui inest, accidentaliter quidem si forma fuerit accidens: substantialiter vero, si forma fuerit substantia: & ideo, quodcunque sit illic de formis abstractis dicitur esse aliquod & ens in substantia, sicut dicitur de quocunque sit hoc, quod est aliquid & ens. si igitur dicere aliquid & vnũ, & ens quod prædicetur de abstracto & sensibili, & est determinans omnia, quę inueniuntur in aliquo esse, & est forma formarũ, & determinata, habent aliquid, in quo communicant. vt si prima dualitas est cõmunis omnibus dualitatibus, secundum opinionem istorum, in quo igitur cõmunicãt? & quod est proprium ęterno, & quod corruptibili? idest quid proprium est dualitatibus ęternis, & quid corruptibilibus, cum dualitates multæ sint? & posuimus cum hoc, quod prima dualitas est vniuersalis vtroque modo, quare contingit dualitati æternæ, vniuersali omnibus dualitatibus corruptibilibus, & æternis, vt dicatur quandoque de se, secundũ quod est æterna, & quandoque in respectu aliarum, secundum quod determinant illa, & sic corruptibili & æterno nihil est commune vniuocum. quoniã hęc dualitas quæ prædicatur de corruptibilibus, & ęternis æquiuoce prædicatur,
B & sic non erit forma demonstrans substantiam eius, & per consequens scientiæ, destruentur.

Accidẽsq̃uõ specificet subiectum.

Propriũ est formę specificare s̃bm.

Dualitas dupl̃r consideratur, in se, et ĩ respectu.

Secundum autem illud, quod vr̃ esse necessariũ in formis, & quod consequitur ex eo, est credendum ꝙ species, quæ dant definitiones & substantias eorum, quæ sunt sub eis, debent esse* adunatæ cũ eis, de quibus prędicantur. prædicatio enim eorum de illis, quæ sunt sub eis, non est accidentaliter, sicut prædicatio accidentium de substantijs, & accidentium de se adinuicem. Et dixit hoc, quia propter hoc, ꝙ istæ scientiæ sunt necessarię, opinati sunt dicentes formas esse ꝙ scientiæ sunt formæ abstractæ: & vocauerunt eas formas abstractas. Et d. & necessarium est vt sint singularia.i. & ꝓpter hoc, ꝙ sunt necessariæ, oportet vt sint cum eis, de quibus prædicantur eædem in actu. D. dedit causam in hoc, & d. quia determinatio eorum non est per accidens.i. quia determinatio subiectorum ab vniuersali, quod dicitur de eis, non est sicut determinatio, quæ est in prædicatione accidentium de substantijs, aut accidẽtium de se adinuicem. & d. hoc, quia necessariæ sunt scientiæ, vt opinati sunt. D.d. sed necesse est, &c.i. sed necesse est vt quodlibet prædicabilium formarum sit determinans substantiã sui subiecti essentialiter, cum non prædicetur de eo sicut accidens de suo subiecto. accidentia enim determinant sua subiecta accidentaliter. D.d. exemplum, & dixit. Dico,
C vt in aliquo, &c.i. V.g. vt aliquid sit duplum, & sit æternum. tunc.n. contingeret vt alterum eorũ dicatur de aliquo accidentaliter. dicitur enim ꝙ duplum est æternum, sicut dicitur ꝙ musicus est medicus, quia accidunt eidem subiecto. D.d. & res, quarum species sunt, &c.i. & ideo species, quæ sunt substantiæ, significant de sensibilibus substantias: & species, quæ non sunt substantię, significant de sensibilibus non substantias. D.d. Illic autem, &c.i. illic autem quodcunque sit de formis abstractis, dicitur esse aliquid, & ens in substantia, sicut dicitur de quocũq; sit hoc, ꝙ est aliquid, & ens. Deinde dicit. Si igitur est species specierum, &c.i. si igitur dicere aliquid, & vnum, & ens, quod prædicatur de abstracto & sensibili, & est determinans omnia, quæ inueniuntur in aliquo esse, & est forma formarum, & determinata habent aliquid, in quo communicant, contingit vt illa, quæ sunt illic, & quę hic sunt, habeant aliquid, in quo communicant. V.g. si prima dualitas communis omnibus dualitatibus secundum sermonem dicentium hoc esse dualitatem absolutam determinantes omnes dualitates, in quo igitur communicant? & quod est proprium corruptibili, & quod est proprium æterno? & hoc intendebat cum dixit quid igitur est proprium? &c.i. quid igitur est propriũ primis dualitatibus corruptibilibus, & quid est proprium incorruptibilibus, cum dualitates sint multæ? & posuimus cum hoc ꝙ prima dualitas est vniuersalis vtroque modo, & accidit igitur dualitati eternæ vniuersali omnibus dualitatibus

* a.l. adiunatæ.

Accidẽtia determinãt sua subiecta accidentaliter.

Corruptibili & ęterno nil cõe vniuocũ est. 10. Met. te. c. vl. & 1. cœ. c. 5. & in libr. de Substãtia orbis.

corruptibilibus & æternis, vt dicatur quandoq; de se, secundum ꝙ est æterna: & quandoq; in respectu aliorum, secundum ꝙ determinant illa, & notificant subas aliorum. D.d. Et, si species non fuerit eadem, &c. i. si non fuerit eadem intentio, in qua communicant corruptibilia & æterna, tunc hæc dualitas, quæ dicitur de corruptibilibus, & æternis, dicetur æquiuoce. & intendit, cum dualitas fuerit dicta de ęterna, & de corruptibili, non erit forma eius, neque demonstrãt eius substantiam. & vniuersaliter si species non fuerit, & est illud, quod prædicatur de pluribus diuersis secundum quid, tunc nomen dictum de illis formis, & de illo, quod hic est, erit æquiuocum, & destruentur scientię.

Potissimum vero dubitabit aliquis, quidnam formæ cõferant sempiternis sensibilium, aut illis, quę fiunt & corrumpuntur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis eis causæ sunt. At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec.n. horum illæ substantiæ sunt: in his etenim essent. nec ad esse, cum non insint participantibus. ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, vt album mistum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prius, Eudoxus vero posterius, & quidam alii dixerunt. facile enim est multa, & impossibilia ad hanc opinionem cõgerere. At nec ex formis cætera sunt, scd̃m vllum illorum modorum, qui dici solent.

Et ambigit homo magna ambiguitate in hoc, ꝙ acquiruntur res sensibiles, & corruptibiles & generabiles de speciebus æternis, cum non sunt causæ alicuius motus, & alterationis. Et talis est dispositio earum in scientia. neq; etiam adiuuant in aliis rebus, neque substãtiæ illorum sunt de substantiis istorum sensibilium. Et ista etiam, si vnum in vniuersalitate non fuerint, non erunt, vt aliquis existimat ꝙ causa in albo est, quia albedo fuit mista cum albo. Sed hoc est bonæ motionis. & Anaxago. primo, & posterius Eudoxus, & alii dixerunt ꝙ facile est congregare multa. Sed hoc est impossibile secundum hanc opinionem. Immo neque aliæ res fiunt ex speciebus secundum aliquem modorum, qui assueti sunt dici.

31 Cum contradixit huic Platonis opinioni secundum ea, quæ manifesta sunt, & attestantur virtutibus apprehensiuis intrinsecis, vult modo contradicere per ea, quæ sensibus extrinsecis apparent. Cum ergo manifestum sit, quod causæ generabilium rerum, & corruptibilium sunt corpora naturalia, quæ sunt principia transmutabilium, seu transmutationis in rebus sensibilibus, mirum est quid induxit eos ad ponendum ideas. Cum nullum abstractum potest adaptari, vt ex eo transmutentur entia naturalia, quia nullum materiale transmutatur nisi ab alio materiali: quoniam indiuiduũ non generatur nisi ab alio indiuiduo eiusdem speciei, & ideo ideæ nihil in generatione indiuiduorum iuuant sicut corpora Cęlestia. quoniam substantiæ abstractæ non sunt de substantia rerum sensibilium, cum illę sint æternæ, istæ vero generabiles & corruptibiles, & sic non possunt causæ horum esse neque secundum formam, neque secũdum agens. Aliud etiam inconueniens cõtingit huic opinioni. quoniam, si in istis sensibilibus non esset intentio vna vniuersalis eis admixta, tunc de necessitate non erunt entia, vt si albedo non esset mixta cum re alba, tunc non esset aliquod album omnino. quapropter mixtio intentionis vniuersalis substantialis cum particularibus, de quibus prędicatur illa vniuersalis intentio, est fortior mixtione accidentium cum suis subiectis; quę intentio vniuersalis est conceptus obiectiuus. qui intelligitur vl'r, hoc est, qui non intelligitur, vt socrates, neque vt Plato, neq; vt Calias, neque vt aliquis talis: hęc intentio vl'is vnitur singularibus vnionæ naturę cũ sup-

Primũ incõueniens contra Plat.

Nullum abstractũ transmutare põt materiale.

Secundũ inconueniens.

Vnio vni-

A positis, quæ vnio est maior q̃ formæ cum materia, & quã accidentis cum subiecto, atque omnium vnionum maxima: quoniam, per eam suppositum denominatur formaliter, ac per se denominatione naturæ, vt socrates homo, & Plato homo: & sic manifestum (vt dicit) quod nos possumus facilime accipere hanc intentionem vnam vniuersalem in multis rebus, in eis existentem, quæ intentio, si esset vna numero abstracta, vt isti ponentes ideas dicunt, impossibile esset, vt in pluribus inueniretur, cum vnum numero non inuenitur in pluribus. quoniam impossibile est congregare plura in vnum, vnde impossibilẽ est vt ideę sint causę transmutationis, & gñationis, & corruptionis, & vniuersaliter sensibiliũ omniũ.

uersalis cum particulari ẽ maxima vnionum.

Et cum manifestum est q causæ rerum generabiliũ & corruptibiliũ, & vniuersaliter transmutabilium sunt corpora naturalia, quæ sunt principia transmutationis in rebus sensibilibus, miratur homo quid induxit eos ad inducendũ formas abstractas. quod enim est abstractum, quomodo adaptatur vt ex eo trãsmutentur entia materialia? quod enim est materiale non transmutatur nisi ab alio materiali. Deinde dicit. Et talis est dispositio earum in scientia. idest & nihil cogit ad ponendum eas propter scientiam. & etiam non apparet q habent iuuamentum in esse rerum sensibiliũ, idest quia non generant res sensibiles. indiuiduum enim non generatur nisi ab alio indiuiduo, neque etiam adiuuant in generatione indiuiduorum, sicut corpora cœlestia iuuant. D.d. neq; substantię illorũ sunt de substantiis istorum, idest neque substantiæ illarum formarum abstractarum sunt de substantiis istarum rerum sensibilium, cum illæ sint eternæ, & istæ
B generabiles & corruptibiles. & ideo non possunt esse causæ eorum, neque secũdum formas neque secundum agentes. Deinde dicit. Et ista etiam, &c. idest, & ista etiam insensibilia, si in eis non fuerit intentio vniuersalis vna admixta eis, non erunt entia. quemadmodum, si albedo non esset mixta cum re alba, non esset aliquid album omnino. Et per hoc, quod dixit. Sed hoc est bonæ motionis, innuit q mixtio intentionis vniuersalis substantialis cum particularibus est fortior mixtione accidentium cum suis subiectis. Deinde dicit. & Anaxa. &c. idest & manifestum est q nos possumus accipere facile in rebus multis vnam intentionem vniuersalem existentem in eis. & si ista intentio esset vna in numero, idest abstracta, sicut dicũt dicentes formas esse, tunc impoſẽ esset vt inuenirentur in pluribus. vnum enim in numero non inuenitur in pluribus, & sic congregare plura ad vnum est impossibile. Deinde dicit neque aliæ res, &c. i. & impossibile est vt formæ sint causę transmutationis, & generationis, & corruptionis, & vniuersaliter causæ sensibilium secundum aliquem modorum, qui assueti sunt dici ab eis. verbi gratia hoc, quod dicunt, q sunt exemplaria eorum, & q sunt causæ scientiæ eorum.

Qđod ẽ materiale non trãsmutatur nisi ab alio materiali. Idẽ, 7. Met. co. 31. Indiuiduum non generatur nisi ab alio indiuiduo. vid̄ idẽ 7. Met. c. 51. Cogita q̃ũo subę abstractę non pñt esse causę agẽtes, & formales, istorũ corruptibilium. Documentũ Mistio intẽtiõis vniuersalis sub̃alis cum particularibus est fortior mixtione accidẽtium cũ suis subiectis.

C Dicere vero exemplaria eas esse, & cętera eis participare, vaniloquia, & metaphoras poeticas dicere est. Quod enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? possibile enim est & esse, & fieri quodcunque simile, etiam non ad illius imaginem. quare & existente Socrate, & non existẽte, fiet vtiq; qualis Socrates est. similiter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdẽ erunt plura exẽplaria, ergo ẽt formæ. veluti hominis, animal, & bipes, simul aũt & *idealis homo.

* ipse homo

Dicere autem species continentes se est sermo vacuus, similis sermonibus versificatorum. Et quid est illud, quod non agit absq; eo q aspiciet formam? potest enim esse ens & non ens, & si non assimilatur alicui, adeo q Socra. erit, & non erit nisi vt exemplar sit Socratis. Et secundum hunc modum declaratur q Socrates sit æternus, & habet multa exemplaria, sicut species. sicut homo habet animal & bipedale, & homo idem est in vtroque.

32 Contingit quoque aliud inconueniens huic opinioni: quoniã, qui dicunt ideas esse rerum sensibilium exemplaria, inania dicunt, & poeticis fictionibus vtuntur, ac si dicerent hominem absque carne, & osse fore. & ideo dicunt isti, quod res, ex qua entia generantur, impossibile est vt generet aliquod indiuiduum, nisi primo aspiciat exemplar, seu ideam illius indiuidui: sed quærendum est de natura rei generatę, & generantis. quoniam, si generans nullam habet naturam propriam, tunc erit ens, & non ens æqualiter. si fuerit ens, tunc exemplar aspiciet & non aspiciet. & si ideam, aut exemplar aspexerit, tunc possibile erit vt exemplari assimiletur, & non assimiletur. & sic generatio erit a casu, & hoc est impossibile: quoniam generans est de natura generati, quia indiuiduum per se non generatur, nisi ab indiuiduo suæ speciei, quapropter necesse est, vt generans Socratem sit aliud indiuiduum Socrati simile. quare cessat necessitas exemplaris ideæ: præterea, si posuerimus exẽplaria ista, sequeretur quod Socrates erit ęternus, quod Socrates generatus habebit Socratem æternum, & sic indiuiduum habebit etiam naturam vniuersalem, & sic erit compositum ex naturis vniuersalibus, sicut species & habebit definitionem eius.

Tertiũ incõueniens.

Quartũ inconueniens.

Id est dicere autem species continentes se, non species indiuiduorum, sed formas existentes per se, verbi gratia, si aliquis dixerit ꝙ homo est sine carne, & osse, est sermo fabulosus. D.d. Et quid est illud, quod non agit, &c. id est facientes exemplaria quærunt, dicentes ꝙ res generans entia impossibile est vt generet aliquid indiuiduorum, nisi aspiciat exemplar illius indiuidui, quęrunt, scilicet de natura istius generatę rei & generantis. Quoniam, si fuerit generata & generans per quãcunq; naturam sit, s. ꝙ nullam habet materiam propriam, tunc possibile erit vt sit ens & non ens æqualiter. & si fuerit ens, tunc possibile erit vt aspiciat exemplar, & non aspiciat, & si aspexerit tunc possibile erit vt assimiletur, & non assimiletur: & sic generatio erit a casu. & intelligit generationem esse casu, ꝙ generans sit de natura generati. & si non, tunc generans non generabit sibi simile, verbi gratia homo hominem. & secundum hoc generans non indigebit exemplari. D.d. non sicut Socrates, id est indiuiduum essentialiter non generatur nisi ab indiuiduo suę speciei. quapropter necesse est vt generans Socratem sit aliud indiuiduum sibi simile. D.d. Et secundum hunc modum declarabitur ꝙ Socrates sit æternus. id est & etiam si posuerimus hæc exemplaria, contingit ut sit aliquod indiuiduum, quod Socrates generatus habebit Socratem ęternum. & secundum hoc continget vt indiuiduum habeat naturam vniuersalem, & sit compositum ex naturis vniuersalibus, sicut est species. & hoc intendebat, cum d. sicut homo habet animal, &c. id est & indiuiduum habet definitionem, sicut habet species.

Indiuiduum essentialr nõ generatur nisi ab indiuiduo eiusdem spẽi. vide idẽ supra. c. 31.

Item, non solum sensibilium exemplaria formæ erunt, verum etiã ipsarum, vtputa genus, tanquam genus specierum. quare idem erit exemplar, & imago. Item videri posset impossibile esse separatam substantiam, & cuius est substantia. quare quomodo ideæ, cum rerum substantiæ sint, separatæ fuerint? in Phædone autem ita dicitur, quòd tum ipsius esse, tum ipsius fieri formæ causæ sunt.

Et etiam species non sunt exemplaria rerum sensibilium, sed & sui ipsarum etiam, sicut genus, quod est genus multarum specierum. & sic idem erit exemplum, & forma sui ipsius. Et etiam impossibile est vt existimentur esse entia abstracta a substantiis, & substantiæ non. & si non, quomodo erunt species substantiæ rerum abstractarum ab illis? & hoc dictum fuit in Phædone, scilicet ꝙ species sunt causæ esse generationis.

33 Et illud, quod de aliquo prędicatur, totam eius essentiam declarat, & si fuerit forma abstracta, tunc species non erunt exemplaria rerum sensibilium, sed

Quintũ incõueniens.

A ipſarum.quoniam,ſicut indiuidua habent exemplaria per ſpecialitatem, quę eſt in eis,vt indiuidua hominis per humanitatem,ita ſpecies abſtractę habent exēplaria per generalitatem,quę in eis eſt, ſicut ſpecies ſenſus habent exemplaria per ſenſum,quod eſt genus: & aliud inconueniens,contingens ſimiliter huic opinioni eſt,quoniam impoſsibile eſt exiſtimare formas abſtractas eſſe a ſubſtantijs,quarum ſunt formæ, & ſubſtantias non eſſe. Cum impoſsibile ſit formas remanere,& deficere res,quarum ſunt formę,qm̄ remanente,non eſſet corruptio.

Sextum inconueniens.

Id eſt & cum illud,quod prędicatur de aliquo,et notificat eſſentiam eius,ſi fuerit forma abſtracta, tunc ſpecies non erunt exemplaria rerum ſenſibilium, ſed ſui ipſorum.quoniam ſicut indiuidua habent exemplaria propter ſpecialitatem, quæ eſt in eis,verbi gratia indiuidua hominis propter humanitatem, ita ſpecies abſtractæ habent exemplaria per generalitatem,quæ eſt in eis,ſicut ſpecies ſenſus habent exemplaria per ſenſum,quod eſt genus. Deinde dicit.Et etiam impoſsibile eſt,&c.id eſt & etiam impoſsibile eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas a ſubſtantijs, quarum ſunt formæ, & ſubſtantias non eſſe, ſcilicet quod eſt impoſsibile,ſcilicet formas remanere,& deficere res,quarum ſunt formæ: quoniam tunc non eſſet generatio neque corruptio. Et, quia poteſt aliquis dicere ꝙ Plato non dixit eas eſſe cauſas generationis & corruptionis,neq; partes formales rerum ſenſibilium,notificauit ꝙ Plato dixit hoc in libro Phædon,& dixit.& hoc dictum fuit,&c.

Impoſſe eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas a ſubſtantijs quarum ſunt formæ.

B

Quanquam formis exiſtentibus,non tamen participantia fiunt, ſi non ſit,quod moueat.At multa alia fiunt,velut domus,aut annulus, quorum non dicimus eſſe formas.quare patet poſſe contingere cætera quoq; & eſſe,& fieri, etiam propter tales cauſas,quales eorū, quæ nunc dicta ſunt.

Et etiam cum ſpecies fuerint ,entia non habebunt determinans, ſi non fuerit illud,quod eſt lectus cum aliis multis rebus , ſicut domus & annulus.& aliæ res,quas non diximus eſſe entia, manifeſtum eſt ꝙ poſsibile eſt vt ſint,& vt ſint res a talibus iſtis cauſis , quæ modo fuerant dictæ.

Et cum ideæ fuerint res extra animam exiſtentes , non habent genus determinans eas,& quod notificet intentionem vniuerſalem,per quam ſunt entia: & cum non habuerint hanc vniuerſalem intentionem,non erunt entia.vt Domus, Annulus,& lectus,quę fiunt a proximis cauſis effectricibus ſine ideis : ſi igitur C tales ſpecies,id eſt ideæ habuerint genera, manifeſtum erit , quod cauſæ erant, ex quibus res ſenſibiles componuntur: & ideo non ſunt his aliæ cauſæ , & contingit ex hoc vt res ſenſibiles ſint compoſitæ ex talibus cauſis, id eſt ex rebus compoſitis ex materijs , & formis , vt patet in artificialibus rebus , quæ fiunt a ſuis proximis cauſis effectricibus,abſque ideis. Artificialium enim rerum , Plato negat ideas.

34 Septimū inconueniens.

Plato nō poſuit artificialium ideas.

Et cum ſpecies fuerint res exiſtentes extra animam non habent genus, quod determinat eas,& quod notificet intentionem vniuerſalem , per quam ſunt entia.& cum non habuerint hanc intentionem,non erunt entia:quemadmodum ſi domus,& annulus,& lectus non eſſet aliquod iſtorum particularium. & hoc intendebat cum dixit.& aliæ res, quas non diximus eſſe eſſentia . Deinde dicit manifeſtum eſt,&c.id eſt ſi igitur habuerint tales ſpecies, & genera, manifeſtū eſt ꝙ illæ ſunt cauſæ,ex quibus componuntur res ſenſibiles.& ideo nō ſunt his aliæ cauſæ. & intendit ꝙ contingit ex hoc vt res ſenſibiles ſint compoſitæ ex talibus cauſis, id eſt ex rebus compoſitis ex formis & materijs. Et dedit exemplum in artificialibus,quia nullus dicit ꝙ vniuerſalia eorum nō habent eſſe extra animam.& ideo forte intendebat,cum d.& res,quas non diximus eſſe entia, iſtum modum * vniuerſalium,ſcilicet artificialium.

* a.l.vſem.

Item, ſi formæ numeri ſunt, quomodo erunt cauſæ? Vtrum quoniam ipſa entia ſunt diuerſi numeri, vtputa hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his cauſæ ſunt? etenim ſi hi quidem ęterni, hi vero non, nihil differt.

Et etiam, ſi ſpecies ſint numeri, quomodo erunt cauſę? Primo vero, quia numeri entium ſunt diuerſi, verbi gratia ꝙ iſtę numerus eſt homo, & iſte Socrates, & iſte Hyllus: quare igitur erunt illic illę cauſę iſtorum: & non adiuuant etiam in hoc, ſi quędam fuerint ęterna, & quędam non.

35 Hucuſque locutus eſt contra ponentes ideas inquantum ſunt formę rerũ, vult modo inpugnare eoſdem, inquantum ponunt eas eſſe numeros. & huius opinionis Plato fuit ſingularis: & ideo iſta contradictio cadit ſolum in Platonem. quoniam, ſi ſpecies ſint numeri, quonam modo cauſę erunt? Si idem ens eſſet compoſitum ex multis numeris diuerſis ſecundum formam. nam vnum indiuiduum, videlicet Socrates eſt animal, & eſt homo, & eſt Socrates, & ita habebit numerum, per quem eſt animal, et numerum per quem eſt homo, & numerum per quẽ eſt Socrates, hoc autem eſt abſurdum. ſimiliter idea non eſt pars rei ſenſibilis, cũ æternum non poteſt eſſe pars rei genitæ & corruptibilis.

Solus Plato poſuit ideas numeros.

Aeternũ nõ eſt pars corruptibilis.

Cum deſtruxit formas eſſe ſecundum opinionem dicentium ꝙ natura formarum eſt alia a natura numerorum, reuerſus eſt ad opinionem dicentium ꝙ natura numerorum, & formarum eſt eadem, & eſt opinio Platonis. Et d. Et etiam ſi ſpecies, &c. id eſt & etiam ſi formę fuerint numeri, quomodo erunt cauſę rerũ ſenſibilium? Primo vero, quia contingit vt idem ens ſit compoſitum ex multis numeris diuerſis ſecundum formam, verbi gratia, ꝙ iſtud ens indiuiſibile eſt animal, & eſt homo, & eſt Socrates. quapropter debet habere numerum, per quem eſt animal, & numerum per quem eſt homo, & numerum per quem eſt Socrates. & ſimiliter Hyllus debet habere tales numeros. & cum hoc impoſsibile eſt in numeris, in quo igitur erunt numeri cauſæ iſtorum? D. d. & nõ adiuuant, &c. id eſt ꝙ numerus, qui eſt quaſi genus de iſtis ſenſibilibus, non adiuuat in numero, qui eſt quaſi indiuiduum. ille enim, qui eſt quaſi genus, eſt æternus, & æternũ non poteſt eſſe pars generabilis rei & corruptibilis.

*** Rationes.**

Quòd, ſi quoniam * proportiones numerorum ea, quæ hic, aut cõſonantia, patet quòd vnum quiddam erit, quorum ꝓportiones ſunt. Si igitur hoc materia eſt, manifeſtum eſt ꝙ ipſi etiam numeri proportiones cuiuſquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt ſi Callias proportio eſt in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, & ipſe homo aliquorum aliorum ſubiectorum erit. & idea numerus, ac etiam ipſe idealis homo, ſiue aliquis numerus ſit, ſiue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & non erit aliquis propterea numerus.

Et cum definitiones numerorum fuerint conuenientes illis, quæ ſunt ante, manifeſtum eſt ꝙ aliquid eſt, cuius ſunt iſte definitiones. Et manifeſtum eſt ꝙ hoc eſt materia. iſti enim numeri ſunt definitiones illorum adinuicem. Verbi gratia ꝙ ſi definitio Hylli fuerit in numeris ignis, & terræ, & aquæ, tunc iſtæ homo aut erit aliquis numerus, aut non, quouſq; ſit definitio aliquorum numerorum, & non numerus. & non erunt iſta etiam aliquis numerus.

36 Cum ergo numerus eſt ens exiſtens extra animam, oportet vt habeat defini-

A tionem, quemadmodũ alia habẽt entia. & cum manifestum sit, quod numerí defi nitio debet esse ei conueniens, apparet manifeste, quod numerus erit compositus ex materia, & forma: & sic definitio numeri nõ erit numerus, sicuti definitio animalis non est animal, quia si sic, procederetur in infinitum, & etiam definitio hominis, non est homo: & ideo contingit ex hoc, quod quędam entia sunt priora se inuicem: quia quędam eorum recipiuntur in definitionibus quorundã, & per cõsequens vt sint definitiones sui ipsorũ adinuicem: vt si numeri Aquę, Ignis, Terrę. & Aeris fuerint accepti in definitione hominis, tunc homo, si fuerit aliquis Numerus, non erit sic, donec illa, quę sunt accepta in definitione eius, sint numeri definitio. & hominis, non aliquis numerus. qm̄ definitio numeri non est numerus, sicut definitio animalis non est animal: & sic elementa ista accepta in definitione hominis nõ erũt Numerus, nihilominus posuimus ea esse numerum: quod est inconueniens.

Incõueniẽs contingens Platoni.

Et cum numerus est ens existens extra animam, & habuit definitionẽ, sicut alia entia, manifestum est ꝙ definitio numeri debet esse conueniens ei, quod est ante, .i. definito. & sic numerus erit compositus ex materia & forma: & definitio numeri non erit numerus, sicut definitio hominis non est homo. & ideo. d. Et manifestum est ꝙ est hoc materia. i. ꝙ materia est recipiens definitiones. D. d. isti enim numeri, &c. i. contingit ex hoc ꝙ quędam entia sunt priora seinuicem, B id est ꝙ quędã eorum accipiuntur in definitionibus quorundam. & ex hoc, ꝙ ponunt ea numerũ, vt isti numeri, contingit ex hoc vt sint definitiones sui ipsorum adinuicem. D. d. exemplum, & impossibile contingens ex eo, & d. V. g. &c. i. v. g. ꝙ si numeri aquę, ignis, & terrę, & aeris fuerint accepti in definitione hominis, tunc homo, si fuerit aliquis numerus, non erit sic, donec illa, quę sunt accepta in definitione eius, sint definitio numeri, & hominis, non aliquis numerus. Definitio. n. numeri non est numerus: quemadmodũ definitio animalis nõ est animal. & scdm hoc ista elementa accepta in definitione hoīs non erunt numerus. & iam posuimus ea esse numerũ: qđ est incõueniens. aut homo nõ erit numerus.

Definitio numeri non est numerus: sicut definitio animalis nõ est animal.

Item è multis numeris vnus numerus fit, ex speciebus vero, quõ species vna? Quòd si nec ex his, sed ex numerabilibus, vt ex decem millibus, quõ se habẽt vnitates? Siue enim eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non eiusdem speciei, nec eædem inuicem, nec cæteræ omnes omnibus.

Et etiam ex pluribus numeris fit vnus numerus, quomodo igitur ex pluribus speciebus fit vna species? Et si non fuerit ex eis, sed ex C numeris, sicut mille, quomodo igitur sunt istę vnitates? Quoniam, si sunt consimiles in specie, contingunt multa impossibilia. & si vnaquæq; fuerit per se in aliqua specie, non erunt diuersorum, neque diuersa omnia sunt omnino.

Cum ergo ex pluribus numeris fit vnus numerus (vt manifestũ est) & species sunt numeri, quõ ergo ex pluribus speciebus fit vna species? & contingit sicut quidam dicit, vt si vnitas punctus sit, & Dualitas linea, & Trinitas superficies, & quaternitas sit corpus, tunc superficies cõponeretur ex linea, et puncto & corpus ex linea, superficie, & puncto: quod est impossibile: pręterea numeri formales non fiunt ex numeris diuersis, sed ex conuenientibus, sicut centum ex denarijs, & mille ex centenarijs: tunc enim oportet quod omnes vnitates istorum numerorum sint conformes adinuicem in quantitate, & forma, aut quod sint difformes abinuicem. Si primo modo sequuntur multa inconuenientia, & pręcipue, quantum ad ponentes species esse numeros, quia sequitur quod diuersæ species non differant secundum substantiam, sed solum secundum excessum vnius speciei super aliam: inconueniens etiam videtur ꝙ vnitates nullo modo differant, & tamen sunt multæ: cum diuersitas multitudinem consequatur: Numerus autẽ, aut per vnitatem, aut per numerum se adinuicem numerat. 37

Diuersitas multitudinẽ consequitur.

Et etiã manifestum est ꝙ ex pluribus numeris fit vnus numerus. & si species sunt numeri, quomodo ex pluribus speciebus fit vna species? & contingit, sicut dicunt quidam, si sit vnitas punctus, & dualitas sit linea, & trinitas superficies, & quaternitas sit corpus, vt superficies sit composita ex linea & puncto, & corpus sit compositum ex superficie & linea & puncto: quod est impossibile. D.d. Et si non fuerit ex eis, &c. id est ꝙ si numeri formales non insurgunt ex numeris diuersis, sed ex numeris cõuenientibus, sicut centum ex denarijs, & mille ex centenarijs, tunc vnitates istorum, aut erunt conuenientes in quãtitate & forma, aut diuersæ. Si igitur fuerint conuenientes in forma, contingunt multa impossibilia. quorum vnum est vt omnes species sint conuenientes in forma. & si fuerint diuersæ in specie continget vt non sit numerus. Et ideo d. & si vnaquæq; , &c. id est & si vnaquæq; vnitatum numerorũ formalium fuerit diuersa ab alia, non erit numerus. Diuersa enim numerant se adinuicem. numerus autem numerat se **adinuicem, aut per vnitatem, aut per numerum.**

Quo nanque different, cum impassibiles sint? hæc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea. Item necesse est aliud quiddam numeri genus ponere, circa quod Arithmetica.

Et quid proficit, cum non sint passiua? & hoc non est de rectis sermonibus, neq; intelligitur. De necessitate igitur est ponere aliũ numerum, & est subiectum Arithmeticæ.

38 Quid coget, vt numerus, qui causa est rerum impassiuarum, sit necessarius in esse rerum passiuarum: cum passiua necessario ex passiuis constituantur: Præterea, si numerus mathematicus sit forma rerum sensibilium, oportet ut si aliquis sit numerus, qui dat formam rebus sensibilibus, vt sit alius a numero mathematico, & sic tres erunt numerorum species: quorum primus est numerus mathematicus, qui non distinguitur a numero arithmetico, & hic quantitas est discreta, qua numeramus res ipsas, quas numerare possumus. Secundus numerus est numerus formalis, id est idealis, qui est substantia ideæ, & hic diuersatur per numerationem entium, id est idearum, quarum substantia est, quoniam sicut alia est idea hominum, & alia equorum, ita alius est numerus, qui est substantia hominum et alius, qui est substantia equorum: Tertius numerus est substantia rei sensibilis, cuius hic numerus idealis est forma. & quia contingit huic positioni hæc difficultas, quod formæ sunt aliæ a numeris, ponũt isti numerum naturam mediam inter formas & sensibilia.

Passiua necessario ex passiuis constituuntur.

Et quid coget, vt causæ rerum non passiuarum, sicut numerus, sint necessariæ in esse rerum passiuarum. passiua enim necessario componuntur ex passiuis. D. d. De necessitate igitur, &c. id est & cum manifestum est ꝙ impossibile est vt numerus mathematicus sit substantia rerum sensibilium, necesse est, si aliquis sit numerus, qui dat substantiam rerum sensibilium, vt sit alius a mathematico. Sũt igitur tres species numerorum. est enim numerus mathematicus, qui non multiplicatur per multiplicationem numeratorum. & est numerus formalis, qui diuersatur per numerationem entium. & est numerus, cuius istæ numerus est forma; & sunt sensibilia. Et quia hoc contingit huic positioni: & dicentes ꝙ formæ sunt aliæ a numeris ponunt numerum naturam mediam inter formas & sensibilia: dixit etiam contradicendo eis.

Tres sunt species numerorum.

Et omnia, quæ media dicuntur a quibusdam quę quomodo, aut ex quibus principiis sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt?

Et omnia media, aut sunt ex rebus simpliciter, aut ex aliquibus principiis, aut ex illo, ex quo est ordinatum post media.

39 Et ideo, cum numerus mathematicus sit medius inter formas & sensibilia: & omne medium compositum sit aut ex rebus simpliciter simplicibus, videlicet vt

tepidum,

A tepidum, quod ex calido frigido ue simpliciter simplicibus constat: aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum, ut rubrum, vel cæruleum, quod fit ex albo & nigro, quæ sunt simplicia respectu mediorum, non autem absolute simplicia, cum constent ex primis qualitatibus; aut ex formis mediorum, vt mixtum, quod constat ex formis elementorum, quæ sunt media. sed, quia media facta a medijs prioribus eis non sunt secundum quod sunt media, sed secundum quod sunt formæ diuersæ. quoniam, si medium esset ex medio, secundum quod est medium, tunc media procederent in infinitum: & ideo res ordinatæ sub medijs secundum quod sunt media, idest secundum quod medium est genus eorum, sunt species mediorum, & ideo species sunt sub genere ordinatæ. & sic videtur ꝙ numerus mathematicus sit compositus ex numero formali, & sensibili; & hoc est in eo impossibile, ut manifestum est, quia ipsi ex hoc non intendebant quod numerus mathematicus sit medius inter formas & sensibilia secundum illum modum, sed intendebant quod natura numeri est quasi media inter formas abstractas, & sensibiles materiales. sed notum est per se quod inter abstractum, & materiale nulla est natura media. quoniam hæc duo contraria æternum & corruptibile sunt immediata, inter quæ non cadit medium:

Mediū constans ex medijs, non est ex illis vt media sunt, s; vt diuersa

Idest, & cum numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia: & omne medium aut est cōpositum ex rebus simplicibus simpliciter, aut ex rebus B simplicibus in respectu mediorum, aut ex formis ipsorum mediorum. sed quia media facta a medijs prioribus eis non sunt secundum ꝙ sunt media, sed secundum ꝙ sunt formæ diuersæ: quoniam, si medium esset ex medio secundum ꝙ est medium, tunc media procederēt in infinitum: ideo dixit in loco eius, quasi dicat ex formis mediorum compositis ex illo, ex quo est ordinatū post media. Res enim ordinatæ sub medijs, secundum ꝙ sunt media, s. secundum ꝙ medium est genus eorum, sunt species mediorum. & ideo dicitur ꝙ species sunt ordinatæ sub genere. Et intendebat per hunc sermonem ꝙ numerus mathematicus est compositus ex numero formali & sensibili. & manifestum est ꝙ hoc est impossibile in numero mathematico. Et est manifestum ꝙ illi non intendebant per hoc, quod dicunt ꝙ numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia, secundum istum modum, sed intendunt ꝙ natura numeri est quasi natura media inter formas abstractas & formas sensibiles materiales. Sed notum est per se ꝙ nulla natura est media inter esse abstractum & materiale. hæc enim duo cōtraria, s. æternum & corruptibile, manifestum est ꝙ sunt immediata.

Oē medium aut est cōpositum ex rebus simplicibus simpliciter, aut ex rebus simplicibus in respectu mediorū aut ex formis mediorum.

Notū ē ꝑ se ꝙ nulla natura est media inter eē abstractū & materiale. vide instantiā de forma hoīs vltima 2. physi. cō. 26. vide cō. Zim.

Item vnitates, quæ in dualitate sunt, vtraq; ex aliqua priore dualitate. at hoc impossibile est. Item cur vnum est numerus collectus.

Et etiam vnitates cuiuslibet eorum sunt ex aliquo. euenit igitur C hoc ex dualitate: quod est impossibile. Et etiam non erit numerus vnum iteratum.

40

Et, cum vnitates fuerint numeri medij dualitas, continget ut dualitas sit ex aliquo, & quod dualitate aliquid sit prius, quia, si numerus ab uno fuerit abstractus, tunc unitas in ea iterata nō inuenirētur, cum dualitas in una eademque re non inuenitur nisi propter materiam, ut v.g. dualitas hominum, & æquorum est propter materiam, immo generatim omnis multiplicatio numeralis est propter materiam, & quia ideæ sunt e materia ipsa absolutæ, fit, ut nulla idea sit in sua specie numero multiplicata.

Multiplicatio ē ob materiam.

Et, cum unitates fuerint dualitas numeri medij, continget vt dualitas sit ex aliquo, & ut dualitate aliquid sit prius. Deinde dicit. Et etiam non erit numerus vnum iteratum, & cæte. idest & si numerus fuerit ab vno abstracto, tunc in eo non inuenietur vnum iteratum. dualitas enim in vna re est propter materiam. causa enim iterationis eorundem numerorum est iteratio vnius numeralis. & vnum, quod est immateriale, non iteratur secundum indiuiduum. Et potest intelligi sic. & etiam quomodo vnus numerus uniuersalis erit iteratus? & similiter vnum intellectum? & vniuersalia innata sunt non iterari? Intellectum enim ani

Dualitas in vna re nō īuenitur nisi ꝑp materiā.

malis non inuenitur magis vno: sed ex intellectu vnius inueniuntur multæ vnitates. & similiter in terno, & quaterno inueniuntur infinitę trinitates, & infinitę quaternitates.

* a.l. indifferentes.

Item ad hæc, quæ dicta sunt, si vnitates * differentes sunt, oportet ita dicere, sicut quicunque quatuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, vt puta corpus, sed ignem, & terram, siue commune quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si vnum ita esset (vt ignis, aut aqua) similium partium. quòd si ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed si ipsum Vnum aliquid est, & hoc principium est, patet quòd vnum multipliciter dicitur. aliter nanque impossibile est. Volentes autem substantiam referre ad principia.

Et similiter dicimus in vnitatibus, quas diximus, si fuerint non diuersæ secundum hunc modum: & est modus dicentium quòd elementa sunt quatuor, aut duo. Omnes enim illi non opinantur quòd elementum est commune eis, scilicet corpus, sed ignis, & terra, siue corpus fuerit commune eis, aut non. Vnum igitur nunc dicimus de illo, quod est consimilium partium, sicut ignis & aqua. Et, cùm ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed manifestum est quòd si vnum est, ꝙ illud est principium, & vnum dicitur multis modis. Sed illi volunt eleuare substantias ad principia, secundum ꝙ non est possibile.

Et opinio dicentium substantias entium esse compositas ex vnitatibus eiusdē speciei est eadem cum opinione illorum, qui dicebant quod elementa sunt res
41 indiuiduales, & non uniuersales; sicut opinio illorum, qui dicebant quod elemēta sunt quatuor scilicet ignis, Aer, Aqua & Terra, ut Empedocles, Aut duo eorum, scilicet ignis, & Terra, ut Parmenides dicebat. isti enim non putabāt quod uniuersale commune istis est elementum, scilicet Corpus, sed ignis, & Terra: & indifferenter, siue hoc commune vniuersale habuerit esse, aut non habuerit esse, quoniam, si unitates numerales fuerint extra animam, tunc in materia erūt, quæ erit una secundum formam, & multæ secundum numerum; & hæc est dispositio vnitatum, quæ significāt ea, quæ sunt partium similarium, quasi vnitates specie similes, ut ignis, uel aqua. nam dicens partium consimilium docuit mutuam vnitatum similitudinem, & speciei societatem; ergo vnitates, ex quibus constāt numeri, sunt unitates determinatæ speciei, quæ accipiuntur pro rebus determinatæ speciei: Cum ergo unitates sunt elementa unitatum sensibilium, idest indiuidualium similarium partium, manifestum est ꝙ numeri, qui sunt species, nō sunt formæ abstractæ: sed manifestum est, quod vnum non est existens per se extra animam, & principium omnium entium. quoniam oportet ut unum multipliciter dicatur, quoniam in quolibet prædicamento est unum, scilicet indiuisibile in eo prædicamento, cuius est: nam unum dicitur multis modis pro numero prædicamentorum: & non de vna substantia indiuisibili, sicut antiqui dicebant de hoc nomine ens.

Vnitates si forēt extra animā, erūt in materia.

Oportet vt vnum multipliciter dicatur.

Et nos dicimus, &c. idest & nos dicimus ꝙ via dicentium ꝙ substantiæ entium sunt compositæ ex unitatibus non diuersis in specie, est eadem cum via dicentium ꝙ elementa sunt res singulares, scilicet indiuiduales, non vniuersales: sicut sermo dicentium ꝙ elementa sunt quatuor, scilicet aqua, & ignis, terra, & aer, aut duo eorum. isti enim non opinantur ꝙ vniuersale commune istis est elementum, scilicet corpus, sed ignis, & terra: & indifferenter apud eos siue istud commune habuerit esse, aut non habuerit esse. Et hoc, quod dixit, est contingens eis. quia, cum vnitates numerales fuerint extra animam, erunt in materia, & erit vna secundum formam, & multæ secundum numerum, & ista est dispositio

A vnitatum, quæ significant ea, quæ sunt consimilium partium : & dispositio multitudinis existentis in eis. & hoc intendebat, cum d. vnum igitur nunc, & cæte. Deinde dicit. &, cum ita sit, numeri non sunt substantiæ, idest & cum vnitates non sunt nisi elementa vnitatum sensibilium, secundum ꝙ sunt vnitates indiuiduales consimilium partium, manifestum est ꝙ numeri, qui sunt species, nõ sunt substantiæ abstractæ, s. formæ. Sed manifestum est, si fuerit declaratum aliquod vnum existens per se extra animam, ꝙ illud est principium omnium entium. Deinde dicit. & vnum dicitur multis modis. i. & possibile est vt in quolibet prædicamentorum sit vnum, s. indiuisibile in illo prædicamento, sicut est in quantitate discreta : quia vnum dicitur multis modis. Et d. hoc, innuendo errorem Antiquorum opinantium vnum dici de vna intentione, s. substantia indiuiduali, sicut dicebant de hoc nomine ens. D. d. Sed illi volunt, &c. i. per hoc, ꝙ ipsi quærunt principia substantiæ, rectum fuit. sed eleuant substantias, aut ꝙ non est possibile vt sit principium substantiæ, sicut formæ numerales, & magnitudines geometricæ.

Longitudines quidem ex longo & breui ponunt, ex quodam paruo & magno : planum vero ex lato & stricto : corpus autem ex alto & humili.

B Linea autem componitur ex longo & breui, & ex paruo & magno: & superficies ex lato & stricto : & corpus ex profundo & imo.

Et quoniam antiqui, ut Platonici, putauerunt omnia rerum principia fore contraria. ideo dicebant quod prima contrarietas in numeris erat multum, & paucum: & in magnitudinibus longum & breue, magnum & paruum; & in superficiebus latum & strictum : & in corpore profundum, & imum ; quoniam magnitudines, uidelicet Lineam, superficiem atque Corpus putauerunt esse rerum naturalium substantias, etiam magnitudinum principia, quę sunt magnum ac Paruũ, ad quæ cætera reducuntur, omnium rerum principia putauerunt. 42 Platonici putauerunt oĩa rerum principia esse contraria.

Quoniam Antiqui dicebant ꝙ principia prima sunt contraria, & isti similiter dicentes numeros dicunt ꝙ prima contrarietas in numeris est multum & paucum, & in magnitudinibus prima contraria sunt apud eos principia, narrat sermones eorum in hoc, & d. Sed isti ponunt principia lineæ hanc contrarietatem, s. longum & breue, & magnum & paruum : & ponunt contrarietatem, ex qua fit superficies, latum & strictum : & ex qua fit corpus, profundum & imũ.

At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atq; C planum ? aliud nanque genus latum & strictum, altum & humile. Quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eo quòd multum & paucum ab his aliud est, ita manifestum est, quòd nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latum genus alti est. etenim corpus esset planum quid. Item puncta, ex quo insunt? At huic generi aduersabatur Plato, tanquam existenti dogmati Geometrico. sed nominabat principium lineæ, hoc vero sæpius ponebat lineas indiuisibiles. atqui necesse est harum aliquem esse terminum. quare ex qua ratione linea est, punctum quoque est.

Et etiam quomodo superficies est linea, aut corpus linea & superficies? genus enim lati & stricti aliud est à genere profundi & imi: non igitur inueniuntur in eis contraria. Postquam autem multum & paucum differunt ab illis, manifestum est quòd neque aliud superius inuenitur in eis, quæ sunt inferius. Immo neq; genus lati est genus profundi. superficies enim est aliquid ex corpore. & puncta sunt

ex aliquo. Et istud genus consyderat Plato secundum opiniones Geometricas. sed vocat eas principium lineæ. & multotiens posuerunt hoc ex lineis non discretis. & hoc necessarium est vt sit secundum hunc modum. vbi enim est linea, est punctus.

43 Cum narrauit opinionem Platonis, nunc obijcit contra; Rerum diuersarum principia sunt diuersa; linea, superficies, & corpus sunt res diuersæ; igitur lineæ, superficiei, & corporis principia sunt diuersa: propterea quærit, at quo nã modo possibile est ut superficies sit ex lineis, tanquam proximum principium, atque proximum terminum, ita quod sit pars eius, & linea ex longo & breui, & corpus ex profundo, & imo; & numerus ex multo, & pauco? cum omnia ista sint diuersa: aliud enim est genus superficiei.s. latum & strictum, quæ sunt principia superficiei; & aliud genus principiorum sunt profundum & imum, quæ sunt principia corporis: igitur superficies. & corpus sunt diuersæ res: non ergo eadem linea potest esse superficiei, & corporis terminus, atque principiũ: & hoc concludit per simile in numero; quoniam, sicut nullus numerus potest esse in aliqua magnitudine, quia numeri principia sunt diuersa a principijs magnitudinum, sic linea eadem non potest esse terminus superficiei, & corporis, quoniam principia superficiei diuersa sunt a principijs corporis: & sic omnia ista non uidentur congregari in eodem genere superiori istis gradibus dictis: & hoc contingit eis, quia ponunt superficiem partem corporis, & punctum partem lineæ esse. & Plato fuit sollicitus ad declarandum hunc sermonem, quia opinabatur quod magnitudines geometricæ sunt cum numeris principia corporis, & eas uocat principia lineæ; sed non dicebat aperte partes lineæ, quia continuum esset de natura discreti; ideo dicebat quod linea ex lineis indiuisibilibus componebatur, & hoc propter istam contradictionem, contra ponentes eas punta; & multi illorum uocabant eas lineas indiuisibiles, & existimabant quod linea componitur ex lineis non discretis, non ex punctis; quoniam necesse est, ut cum linea recipiet diuisionem secundum totum, ut etiam diuidatur in lineam non diuisibilem, aut in non lineam: quod est impossibile; ergo necesse est ut diuidatur in lineas indiuisibiles, sed huic positioni contradictum fuit in libro generationis; & propter hoc non euadunt etiam, quin diuidantur istæ secundum totum in puncta, quia ubi linea est, oportet ut ibi sit punctus; quoniam siue punctum sit lineæ principium, siue sit linea indiuisibilis, Plato semper asserit punctũ esse finem, ac terminum lineæ.

Rerũ diuersarum principia sunt diuersa.

Principia superficiei, & corporis sũt diuersa.

Plato opinabatur ꝙ unitas est principium puncti, & ꝙ dualitas est forma lineæ, & trinitas forma superficiei, & quaternitas forma corporis. & opinabatur cum hoc ꝙ corpus componitur ex superficiebus, & superficies ex lineis, & linea ex punctis. & dicebat cum hoc ꝙ linea componebatur ex duobus contrarijs, quæ sunt magnum & paruum: & superficies ex stricto & lato: & numerus ex multo & pauco. Dicit ergo ei, quomodo est possibile vt superficies sit ex lineis, ita ꝙ sit pars eius, & linea ex longo & breui, & corpus ex superficie & linea, & superficies ex stricto & lato: & corpus ex profundo & imo? & omnia ista sunt continua. & numerus est ex multo & pauco. & omnia ista non congregantur in vno genere. Et si esset sic, contingeret vt omnia reducerentur in vnum genus, s. contraria, ex quibus surgunt istæ magnitudines tres, & ex quibus surgunt numeri, qui sunt principia magnitudinum. & hoc intendebat, cum d. genus enim lati, &c. i. ꝙ contrarietas superficiei non congregatur cum contrarietate superficiei in * vno genere, neque ista cum contrarietate numeri, quæ est paucum & multum. impossibile est igitur vt sint pars numeri. & ideo d. Postꝙ autem multum & paucum, &c. i. quoniam omnia ista non videntur congregari in eodem genere superiori istis generibus dictis. Deinde d. superficies enim est aliquid ex corpore, &c. i. & hoc quidem contingit eis, quia ponunt superficiem partem corporis, & punctum partem lineæ. Deinde dicit. Et istud genus, &c. i. & Plato sollicitus fuit ad declarandum hunc sermonem: quia opinabatur ꝙ magnitudines geometricæ sunt principia corporum cum numeris. Deinde dicit, sed

** a, l. eodem*

vocat, &c. i. & vocat eas principia lineæ. & non dicebat eas aperte partes lineæ: quia contingeret ei vt continuum esset de natura discreti. & ideo dicebat ꝙ linea componitur ex lineis indiuisibilibus. & hoc intendebat, cum d. & multotiens, & cęte. i. ꝙ propter istam contradictionem contra ponentes eas puncta: & ideo plures eorum vocabant eas lineas indiuisibiles, & existimauerunt ꝙ linea componatur ex lineis non discretis, non ex punctis. quia necesse est, cum linea recipiat diuisionem secundum totum, ut etiam diuidatur in non lineas, aut in lineam non diuisibilem, aut in non lineam: quod est impossibile. ergo necesse est ut diuidatur in lineas indiuisibiles. & huic positioni contradictum fuit in libro de Generatione. Deinde dicit. & hoc necessariũ est, &c. i. propter hoc ꝙ ponunt lineas non discretas, non eas euadunt etiam, cum istæ diuidantur secundum totum in puncta, vbi enim linea est, necesse ut ibi sit punctus. Prio de Generatione. t. cõ. 7. 8. & 9. & inde.

Et omnino cum Sapientiæ sit de manifestis causam quærere, hanc quidem prætermisimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. substantiam vero eorum dicere putantes alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illæ horum substantiæ, incassum dicimus. participare nanque, vt prius diximus, nihil est. Nec B illam etiam, quam scientiis esse causam videmus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit: nec illam causam, quam vnam de principiis esse dicimus, ipsæ formæ attingunt. sed qui hac ætate sunt his * Mathemata facta sunt Philosophia, quamuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare. *Disciplinæ

Et cum Philosophia consideret de rebus apparentibus, hoc non collocatur in ea. & nihil dicemus de causa, quæ est principium alterationis. cum igitur intendimus sermonem de substantia, dicemus ꝙ substantiæ istorum sunt aliæ, ita ꝙ si dixerimus ꝙ illa sunt substantię istorum, erit falsum. Quoniam autem sunt continentes, iam diximus primo ꝙ nihil est, neq; videmus etiam ꝙ sunt causæ scientiarum. Et ideo non videmus aliquem intellectuum, & naturarum, qui ponat hanc causam. ergo species non assimilantur alicui principiorum. & Doctrina est per illas, quia Philosophia, quando locuta fuerit in ali- C qua hora de aliquo, vtetur istis propter illa.

Cum Philosophia omnino habet inquirere causas de his, quæ sensui apparẽt. Species autem non sunt de rebus extra animam existentibus, igitur Philosophia non considerat de istis speciebus: qua propter, si aliquis ista sensibilia cõsiderauit, speciebus istis mediantibus, nunꝗ̃ poterit per eas assignare principium alterationis, & transmutationis substantiarum sensibilium; & ideo, si cõcessum a nobis fuerit has substantias esse, oportet ut dicamus eas esse substantias alias; quoniam dicere quod istæ substantiæ. i. ideæ, sint rerum sensibilium substantiæ, est falsum. & dixit hoc destruens eas: quia ponebant eas fore causas sensibiliũ, & scientiæ eorum: Sed ex hoc non contingit ut destruantur in se; quia, cum dicunt quod istæ continent sensibilia, uidentur eas esse species, quæ continet ea, quæ sub illa sunt: & quia diximus, quod determinãs & determinatum idem sunt numero cum specie: & ideo, si istæ fuerint abstractæ, non erunt secũdum quod determinãt sensibilia, neque ut causæ istorum, ita quod sint causæ scientiæ rerũ sensibilium. & ideo manifestum est, quod species istæ non assimilantur principijs sensibilibus, & sic nõ sunt principia istorum sensibilium. Philosophia enim rebus utitur uniuersalibus, ut ad res existentes perueniat, sicut utitur eis in definitionibus, & demonstrationibus, cum scientia eorum ducat ad intellectum rerum

44 Philosophia habet inquirere causas de iis, quæ sensui apparent.

Arist. nõ destruit Ideas in se, sed vt non sint causę generationis, & scientiæ.

quo ſunt uniuerſalia rerum, non autem ſubſtantias eorum: quoniam in doctrina D diffinitiua uniuerſalia notificant ſpecies, quæ diffiniuntur, & demonſtrationes hoc modo acceptæ ſunt ex propoſitionibus logicis: quarum partes ſunt termini ſecundæ intentionis, & non ex propoſitionibus eſſentialibus, & conuenientibus. quoniam propoſitiones, quibus utimur hic, ſunt propoſitiones logicæ, quibus ducimur ad rectam conſiderationem de omnibus entibus.

Et cum philoſophia non conſyderet niſi de rebus exiſtentibus extra animã: ſpecies autem non ſint de rebus exiſtentibus extra animam: ideo Phyloſophia non conſyderat de iſtis ſpeciebus. & propter hoc, ſi aliquis conſyderauit de iſtis ſenſibilibus per iſtas ſubſtantias, non poterit dare per eas principium alterationis & tranſmutationis iſtarum ſubſtantiarum. Et, cum ita ſit, ſi conceſſerimus has eſſe, dicemus eas eſſe alias ſubſtantias. dicere autem ꝙ iſtę ſunt ſubſtantiæ iſtorum tranſmutabilium eſt falſum. Et d. hoc, quia ipſe deſtruxit eas propter hoc, ꝙ ponunt eas cauſas ſenſibilium, & ſcientiæ. Et cum deſtruxit eas cauſas eſſe, non contingit ex hoc ꝙ deſtruantur in ſe: & ideo d. Quoniam autem ſunt continentes, &c. i. quoniam hoc, quod ponunt, ꝙ iſtæ ſubſtantiæ ſunt continentes ſenſibilia, quæ ſunt hic, vt ſpecies, quæ continet ea quæ ſub illa ſunt, iam diximus ꝙ nihil eſt. determinans enim & determinatum ſunt idem numero cum ſpecie. & ideo ſi iſtæ ſpecies fuerint abſtractæ, non erunt ſecundum ꝙ determinant ſenſibilia: neque ſecundum ꝙ ſunt cauſæ iſtorum, ita ꝙ ſint cauſæ ſcien- B tiæ comprehenſæ in ſenſibilibus. Et ideo d. poſt. Et ideo non videmus, &c. i. & ideo non poſſumus ponere hanc cauſam alicui intellectuum, qui ſunt in rebus ſenſibilibus, & alicui principiorum exiſtentium hic. Deinde dicit. ergo ſpecies, &c. i. & manifeſtum eſt ꝙ ſpecies non aſsimilantur principijs ſenſibilibus: ergo manifeſtum eſt ꝙ non ſunt principia iſtorum ſenſibilium. Deinde dicit. & Doctrina eſt, &c. i. ꝙ Philoſophia vtitur rebus vniuerſalibus, vt perueniat ad res exiſtentes, ſicut utitur eis in definitionibus & demonſtrationibus: cum ſcientia eorum ducit ad intellectum, & rectum apud conſyderationem de entibus vniuerſalibus. & ideo demonſtrationes acceptæ hoc modo ſunt ex propoſitionibus Logicis communibus, non ex propoſitionibus eſſentialibus & conuenientibus.

Quæ ſint rõnes Logicę. vide etiã. 1. cœ. c. 70. & 4. Ph. 87. & 8. phyſi. 70. & 3. de Gene. aia. c. 6.

Item ſubiectam ſubſtantiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam ſubſtantiæ, ac materiæ eſſe, veluti magnum, & paruum, ſicuti aiunt Phyſiologi rarum, & denſum primas ſubiecti dicentes has differentias eſſe. hæc etenim exceſſus quidam, & defectus ſunt. De motu autem, ſi hęc quidem motus erunt, patet ꝙ formæ mouebuntur.

Et etiam, ſi aliquis acceperit ſubſtantiam, de qua loquimur, quaſi E materiam mathematicam, hoc non faciet proprie, niſi quando voluerit dare differentiam inter ſubſtantiam & materiam, ſicut magnum & paruum, ſicut dicunt Naturales ꝙ primæ differentiæ ſubiecti ſunt raritas, & denſitas. & iſta non ſunt niſi additio & diminutio in motu Si igitur. ſ. iſta ſunt motus, manifeſtum eſt ꝙ ſpecies ſunt mobiles.

45 Et, ſi aliquis acceperit in propoſitionibus iſta uniuerſalia logica in demonſtrationibus uſitatis ſecundum modum demonſtrationum: & ex hijs, de caſibus ſenſibilibus cõſiderauerit, non erit hoc niſi primo perſcrutatus fuerit de differentijs ſubſtantiæ uniuerſalibus, ſicut perſcrutatio de duabus differentijs ſubſtantiæ primæ, in quibus ens diuiditur; quarum una eſt uti materia, ut irrationale: altera uero, quaſi forma, ut rationale: & hoc eſt ſicut opinio eorum, qui dicebãt quod hæc ſunt duæ ſubſtantiæ. ſ. magnum & paruum, rarum & denſum: & hoc facit exiſtimare quod uniuerſalia ſunt entium ſubſtantiæ, cum illud, ꝙ notificat naturam ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia, & ſic vniuerſalia ſunt ſubſtantiæ. Si igitur vniuerſalia iſtarum rerum demonſtrant ſubſtantias, ſunt ſubſtantię rerum; & quia omnia contraria in diminutionem, & additionem reducuntur; & ambo iſta ad

Irrationale quaſi materia, Rationale vero quaſi forma.

A motum referuntur; si uniuersalia istarum rerum sensibilium essent substantiæ, earum motus uniuersalium esset motus; & si motus uniuersalis, quod est genus specierum motus, esset motus, tunc omnes species essent motę, & essent rerum substantię, & nihil esset firmum: & hęc omnia hucusque sint dicta, ut ostenderemus, quod manifestum est quod uniuersalis motus non est motus. quoniam Aris. opinatus est quod uniuersalia rerum sensibilium notificant substantias earum, sed non sunt substantię rerum sensibilium, quia aliter esset processus in infinitũ, & nihil scire esset.

Idest, si aliquis acceperit ista intellecta logica propositiones vsitatas in demõstrationibus secundum materiam demonstrationum, & cõsyderauerit per illa in entibus sensibilibus, hoc non accidit, nisi quando perscrutatus fuerit in primis differentijs vniuersalibus substantiæ: sicut perscrutatio de duabus differentijs primæ substantiæ, in quas diuiditur ens, quarum vna est quasi materia, & alia quasi forma: sicut declaratio eorum, qui voluerunt declarare ꝙ hæ sunt duæ substantiæ, s. magnum & paruum, aut rarum & densum. &, quia hoc facit existimare ꝙ ratio dicentium ꝙ intellecta sunt entium substantiæ: quoniam cum illud, quod notificat naturam substantiæ, est substantia: ergo intellecta sunt substantiæ. Et d. & ista non sunt nisi additio, &c. i. si igitur intellecta istarũ rerum demonstrant substantias, sunt substantiæ rerum. sed, quia omnia contraria reducuntur in dimi-
B nutionem & additionem: & additio & diminutio reducitur ad motum: tunc si intellecta istarum rerum essent substantiæ, earum intellectuum motus esset motus. Et si intellectum motus, quod est genus specierum motus, esset motus, tũc omnes species essent motæ. & si species essent motæ, & essent substantiæ rerum, nihil esset fixum. Et d. omnia ista ad confirmandum. quoniam notum est per se ꝙ intellectus motus non est motus: & est contingens dicentibus ꝙ intellecta rerũ sunt substantiæ earum. Aristo. enim opinabatur ꝙ intellecta rerum notificant substãtias rerum: non tamen sunt substantiæ earum. Arist. opinabatur ꝙ ĩtellecta rerum notificãt substãtias rerũ, & non sunt substantiæ earum.

Quòd si non, vnde euenit? tota etenim de natura consyderatio perit. Et quod facile probare videtur, quòd omnia vnum non fit. expositione etenim non fiunt omnia vnum. Sed ipsum vnum siquis concedat omnia, nec hoc quidem, nisi quis vniuersale concedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent, nec illæ, quæ post numeros, lõgitudines, plana, & solida sunt, nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec siquam vim habent. hęc enim nec formas possibile est esse. non enim sunt numeri, nec media (ma-
C thematica enim illa sunt) nec corruptibilia.

Et omnis magna perscrutatio de natura non cadit nisi apud existimationem, ꝙ declaratio est facilis. Et vnum non erit omne. quoniam non est in actu omnia vnum. sed intentio, quam si homo posuerit ipsam in esse, hoc non erit, nisi si concesserit ꝙ est genus illius omnis. Et hoc etiam impossibile est in quibusdam rebus. nõ enim inuenitur vna definitio communis eis, quæ sunt cum numeris, & lineis, & superficiebus, & quod erit, & quod iam fuit, & quod habet aliquam potentiam. & ista non sunt innata vt sint species. neque sunt etiam numerus, neque quæ sunt mediorum (illa enim sunt mathematica) neque corruptibilium.

Et Antiquorum perscrutatio de naturalibus fuit, quia opinati sunt quod declaratio non solum est possibilis sed etiam facilis; & cum vniuersale, ex quo fit perscrutatio, est unum numero in pluribus (ut dicunt dicentes ideas esse.) vnum autem numero in pluribus speciebus impossibile est vt sit, ideo impossibile est, ut sit demonstratio aut disciplina, quoniam impossibile est vt vniuersale genus 46 Impossibile est vt vle in pluribus sit vnũ numero

omnibus rebus sit vnum numero. quoniam si ita esset, **tunc erit possibile vt vnū** numero sit in quolibet; quod valde inopinabile est, & impossibile quia omnia essent vnum indiuiduale: & si aliquis dicet, quod in omni re est vna intentio, non erit uerum, nisi posuerit ipsam intentionem esse genus omnium intentionum, & non vnam intentionem in actu: & ponere vnum commune pluribus rebus, ut genus, in quibusdam videtur esse impossibile, ne dum vt sit vnum numero cōmune omnibus. quia impossibile est, vt numerus, & superficies, & linea habeāt vnum genus commune omnibus non æquiuoce, v.g. quantitatem. Manifestum est enim ꝙ hoc nomen quantitas dicitur de eis æquiuoce, neque etiam inuenitur vna intentio in eo, quod iam fuit, & erit, quod est potentia, & quod est actu; quoniam artes Doctrinales, quæ mathematicæ dicuntur, considerantes de eis, nō sunt unum, idest eiusdem generis, sed plures, idest diuersorum generum; ut geometria, quæ est de magnitudinibus, & Arithmetica, quæ est de numeris: & [illegible] vniuersalia, quæ sunt genera, & species non sunt materiata ut sint formæ per se existentes, & exemplaria, ut quidam dicunt nec minus media sunt inter formas & sensibilia: in vniuersalibus mathematicorum materia non apparet in diffinitionibus eorum, ideo non sunt formæ rerum corruptibilium, ut fingunt dicentes ideas esse, **& omnia ista (vt declaratum est) sunt impossibilia.**

Materia in Mathematicorum definitionibus nō apparet.

Et perscrutatio Antiquorum de naturalibus fuit, quia opinabantur ꝙ declaratio non tantum est possibilis, sed etiam facilis. & cum vniuersale, ex quo fit perscrutatio, est vnum numero in pluribus, secundum ꝙ dicunt dicētes formas esse: vnum autem numero in pluribus speciebus impossibile est vt sit: ergo impossibile est vt sit demonstratio, aut disciplina. Et hoc intendebat, cum d. Et vnum non erit omne, &c. idest & impossibile est vt genus vniuersale omnibus rebus sit vnum numero. quoniam, si ita esset, tunc esset possibile vt vnum numero esset in quolibet: quod est impossibile. tunc enim omnia essent vnum in actu, s. indiuiduale. Deinde dicit, sed intentio, &c. i. si aliquis opinatus fuerit ꝙ in omni est vna intentio, hoc non erit verum nisi posuerit ipsam esse genus omniū non vnā intentionem in actu. D. d. Et hoc impossibile est, &c. i. & ponere vnum cōe pluribus rebus, ita ꝙ sit genus, videtur esse impossibile in quibusdam, nedum vt sit vnum numero cōe omnibus. Impossibile enim est vt numerus, & supficies, & linea habeant vnū genus cōe omnibus, nisi æquiuoce, v.g. quantitatē. manifestum est enim ꝙ hoc nomen quantitas dicitur de eis æquiuoce. neq; etiam inueniatur vna intentio in eo, quod iam fuit, & erit, quod est potentia, & quod est actu. Et ideo artes Doctrinales consyderantes de eis non sunt vnum, sed plures. D. d. & ista non sunt innata vt sint species, &c. i. & ista intellecta, quæ sunt genera & species, non sunt innata vt sint formę per se existentes, & exemplaria, ut quidam dicunt. neque sunt media inter formas & sensibilia, sicut quidam dicunt in intellectis Mathematicorū: quia sunt mathematica, i. quia materia non apparet in definitionibus eorum. neq; sunt etiam formę rerum corruptibilium, vt fingunt dicentes formas esse. declaratum est enim ꝙ omnia ista impossibilia sunt.

Quātitas est genus æquiuocū ad numerum, supficiem, & lineam.

Sed rursus quartum aliud quoddam hoc genus apparet. Et omnino elementa q̃rere entiū non diuidendo, cùm multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: præsertim cū hoc modo quærant, ex quibus elementis est. ex quibus enim ipsum agere aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere. quòd si est, substantiarum solum esse potest. quare aut quærere, aut putare habere omnium existentium elementa, non est verum. Quomodo vero aliquis cunctorum elementa discet? Manifestum est enim, ꝙ non est possibile quicquam eum cognoscere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire contingit: quorum vero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit. ita & in cæteris. Quare, si qua cunctorum est sciētia, vt quidam aiunt, nihil profecto is præcognoscere posset.

A Et exiſtimatur hoc eſſe aliud genus quartum, quod quærit de elementis omnium entium, abſque eo quòd negat quòd dicta multis modis impoſsibile eſt vt ſint: ſed quærũt hoc modo de rebus, ex quibus ſunt elementa. in quibuſdam vero ex actione, & paſsione, aut conuenientia. & hoc non eſt in quolibet, ſed tantum in ſubſtantia. ita ꝙ perſcrutatio eſt de elementis omnium entium, & quærere determinationem eorum. & hoc non eſt verum. Et quomodo poteſt homo ſcire elementa omnium entium? Impoſsibile eſt enim vt aliquis addiſcat aliquid, niſi preſciat prima principia eius, ver.g. ꝙ aliquis addiſcat Geometriam, ſed ante debet ſcire aliqua illius ſcientię, quam vult addiſcere: aut neſciet aliquid eorum. & ſimiliter eſt diſpoſitio de aliis. ita ꝙ ars, de qua homines reputant ꝙ doctrinat omne, nihil notificat ſecundum hunc modum.

Et, ſi poſuerimus ſpecies, & vniuerſalia eſſe res exiſtentes extra animam, & 47
quod ſunt formæ entium, contingit, vt hoc ſit quartum genus entium diuerſum a tribus generibus, & ſic daretur quarta Ars ſpeculatiua, diſtincta a mathematica Arte, Naturali, & Diuina, quæ ſpecularetur de omnibus elementis omniũ entium: quoniam, cum iſtæ ſpecies ſint elementa, & formæ entium omnium: &
B omnis Ars conſiderat cauſas, & elementa ſuorum ſubiectorum: & ſubiecta huius Artis ſunt cauſæ, & elementa rerum. contingit vt hæc quarta Ars perſcrutetur de elementis elementorum: quod eſt impoſsibile. cum ergo iſtæ ſpecies, extra animam exiſtentes, ſunt ſubſtantiæ ſubiectorum trium ſcientiarum: & Ars, quæ conſiderat de ſpeciebus, perſcrutatur de cauſis cauſarum, oportet, vt omnis Ars iſtarum trium perſcrutetur de cauſis ſuarum cauſarum, & hoc eſt impoſsibile in tribus ſcientijs. ſed perſcrutari de cauſis cauſarum non pertinet niſi ad illam Artem, in qua de cauſis actionis, & paſsionis perſcrutatur, ac de conuenientia formæ cum materia. quoniam nulla iſtarum Artium conſiderat cauſas ſuarum cauſarum. & quomodo poteſt eſſe, ꝙ aliqua ſit Ars, quæ conſideret elementa omnium entium, cum impoſsibile ſit ſcire aliqua eorum, quæ poſita ſunt in illa, niſi primo vniuerſalia in illa Arte poſita, pręſciantur? quoniam, ſi Aliquis vult ſcire principia alicuius ſcientię, continget ei vt addiſcat principia principiorum: quod eſt inconueniens, quia proceſſus non haberet ſtatum: quapropter, ſequitur vt ille, qui vult addiſcere aliquam ſcientiam, vel Artem neſciat illam: vt ſi Aliquis Medicinam addiſcere velit, non poterit vllo pacto eam ſcire, niſi primo principia medicinæ pręcognoſcat: et ſimiliter eſt diſpoſitio aliarum ſcientiarum, in quibus non poteſt homo ſcire aliquid, niſi primo earũ prin-
C cipia præcognoſcat, cum omnis doctrina & diſciplina ſit ex præexiſtenti cognitione.

Oĩs ars cõſiderat cauſas, & elementa ſuorũ ſubiectorum.

Impoſſe eſt ſcire aliqua eorum, quæ ponũtur ĩ arte, niſi vĩa ĩ illa arte poſita pręſciãtur.

1, Poſt. t. 1.

Et, cum poſuimus ꝙ ſpecies, & vniuerſaliter intellecta vniuerſalia ſunt res exiſtentes extra animam, & quod ſunt formæ entium, continget vt hoc genus entium ſit quartum genus aliud a tribus generibus: & quod in eo eſt, conſiderat quarta ars, ſcilicet alia a tribus conſiderantibus in mathematicis, & Naturalibus, & diuinis. & contingit eis vt hoc genus perſcrutetur de elementis omnium entium. quoniam, cum iſtæ ſpecies ſint elementa, ideſt formæ entium omnium: & omnis ars perſcrutetur de cauſis ſuorum ſubiectorum: & ſubiecta iſtius artis ſunt elementa rerum: contingit vt iſta ars quarta perſcrutetur de elementis elementorum. Deinde dicit ſed quærunt hoc modo, &c. ideſt, ſed cum iſtæ ſpecies exiſtentes extra animam ſint ſubſtantiæ ſubiectorum trium ſcientiarum: & ars, quæ conſiderat de ſpeciebus, perſcrutatur de cauſis cauſarum: neceſſe eſt vt omnis ars iſtarum trium perſcrutetur de cauſis ſuarum cauſarum. D. d. in quibuſdam, &c. i. ſcilicet impoſsibile eſt hoc in tribus artibus, ſcilicet perſcrutari de cauſis cauſarum niſi in arte, quæ perſcrutatur de cauſis actionis

Si darentur vĩa Platonica, daretur quartum genus entiũ, & q̃rta ars ſpeculatiua.

& paſsionis, & conuenientiæ inter formam & materiam. D.d. ita ꝙ perſcrutatio, &c. id eſt & illud, quod contingit a prima poſitione nō eſt vt aliqua iſtarum trium artium perſcrutetur de cauſis ſuarum cauſarum. ſed vt vnaqueq; iſtarum trium artium perſcrutetur de cauſis ſuarum cauſarū. & hoc non eſt verum. D.d. Et quomodo poteſt homo, &c. id eſt et quomodo poteſt eſſe ars, quę notificat elementa omnium entium. Impoſsibile eſt enim ſcire aliquod eorum, quę ſunt poſita in artibus, niſi prę ſciantur intellecta prima in illa arte. quoniam, ſi indiguerit addiſcens addiſcere principia ſcientię in illa arte, continget ꝙ addiſcet principia principiorum: & ſic in infinitum. quapropter continget vt ille, qui vult addiſcere aliquam ſcientiam vt neſciat illam, verbi gratia ꝙ ſi addiſcens Geometriā non poteſt addiſcere, niſi pręſciat principia illius ſcientię, quam vult addiſcere, tunc neſciet illam. D.d. & ſimiliter eſt diſpoſitio in alijs, &c. id eſt, & ſic cōtingit in alijs ſcientijs a Geometria: ita ꝙ ſcientia, in qua homines reputant addiſcere omnia, quę continentur in ea per diſciplinam, nihil notificat.

Atqui omnis diſciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua eſt: & aut per demōſtrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio eſt, illa præcognoſcere oportet, ac nota eſſe. ſimiliter & quæ per inductionem.

Et etiam omnis doctrina fit ex prioribus, aut omnibus, aut quibuſdam. & ſimiliter illud, quod declaratur per demonſtrationem, & definitionem, debent præſciri in eo propoſitiones, per quas fit illa declaratio. & ſimiliter illud, quod ſcitur per inductionem.

48 Et Artes omnes demonſtratiuę nō declarant ignota, niſi per notis in illis Artibus: & hęc propoſitio in omnibus Artibus operatiuis, & conſideratiuis eſt vniuerſalis, vt dictum fuit in primo Analyticorum. Similiter manifeſtum eſt, quod omne doctrina in Artibus operatiuis, quę per exempla addiſcuntur, non fit niſi ex cognitione rerum per ſe notarum in illo artificio: & eodem modo Artes, quæ per rationem addiſcuntur, ſiue ſint operatiuę, ſiue conſideratiuę, fiunt ex prę exiſtenti cognitione. ſ. ſuorum primorum principiorum: & ea quoq;, quę per Artem diſputatiuam ſciuntur, eodem modo ſciuntur.

Artes operatiuę per exēpla, ſpeculatiuę vero ꝑ rationem diſcuntur.

Cum declarauit ꝙ artes demonſtratiuę non declarant ignota niſi ex notis in illis artibus, vult declarare ꝙ iſta propoſitio eſt vniuerſalis in artibus operatiuis, & conſideratiuis, & d. ſicut fecit in principio Analyticorum. Et etiam omnis doctrina, &c. id eſt & etiam manifeſtum eſt ꝙ omnis doctrina in artibus operatiuis, quę addiſcuntur per exempla, non fit niſi per cognitionem rerum notarum per ſe in illo artificio, aut omnium, aut quorundam. D.d. & ſimiliter illud, quod declaratur per demonſtrationem, & definitionem, id eſt artes, quæ addiſcuntur per rationem, ſiue fuerint operatiuę, ſiue conſideratiuæ. D.d. & ſimiliter illud, quod ſcitur per inductionem. & intendit illud, quod ſcitur per artem diſputatiuam.

Atſi innata nobis eſt, mirum eſt quomodo nos fugit, optimā ſcientiarum habentes. Item quo pacto quis cognoſcet, ex quibus eſt, & quomodo manifeſtum erit? etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quiſpiam, ſicuti & de quibuſdam ſyllabis. quidam enim ſyllabam S M A ex S & M & A aiunt eſſe: quidam vero alium ſonum eſſe dicunt, & nullum ex notis. Item quorum ſenſus eſt, ea quomodo quis noſcet ſenſum non habens? atqui oporteret. ſiquidem eadē cunctorum elementa ſunt, ex quibus, ſicuti compoſitæ voces, ex propriis ſunt elementis.

Si igitur ſcientia eſt in noſtra natura, mirum eſt quomodo euadet

A a nobis aliquid, cum in nobis est firmissima sciẽtiarum. Et ẽt qũo scit res, q̃ fit ex rebus, & qũo erit hoc manifestũ? ambiguitas.n.accidit in istis rebus. Et quidã rixati sunt ĩ hoc, sicut in pedibus. quidã igit̃ dixerũt in sexta litera Græcorũ, s, Z, quæ est huius formæ, ꝙ est cõposita ex C, & D, & A: & alii dixerunt, immo est litera per se, non ex literis notis. Et etiam illud, quod est ex habentibus sensum, quomodo scitur a carenti sensu? ista enim sunt semper elementa cuiuslibet, quemadmodum voces compositæ fiunt ex elementis sibi propriis.

Et similiter sequitur secundum eos, qui dicunt ideas esse, quod scientię sunt no- 49
bis notę per naturam: quoniam, si hic sunt formę, in quibus intellectus respicit, sicut sensus respicit sua sensata, & comprehensio sensibilium est naturalis in nobis: cum ista sensibilia non acquirãtur ex cognitione pręcedente, sequitur ergo quod scientię sunt nobis notę per naturam, non autem acceptę per doctrinam. consequenter tangit aliud inconueniens, & est quod ęqualiter rem, & causam eius sciremus, & nulla esset in his dubitatio, si comprehensio intellectorum est in nobis per naturam, sicut sensibilium comprehensio, & sic nulla esset quæstio, aut B controuersia in opinionibus hominum circa elementa rerum, vt grammaticis cõtingit, qui tempore Arist. contendebant vtrũ hęc litera. z. sit simplex an composita: Preterea, si formę intellectę eo modo sunt per se comprehensę, quemadmodum sensibilia sunt comprehensa, quę non indigent in acquirendo ea sensu, contingit hoc inconueniens quod quilibet cęcus naturas colorum cognosceret naturaliter. & surdi naturas vocum, & non per disciplinam: Præterea, si cognitio istarum formarum abstractarum fuerit nobis per naturam innata, contingit, vt cognitiones omnium rerum sint in nobis per naturam. Cum formę istę, secũdum Platonẽ, sunt omnium entium propria elementa, & sic in eorum cognitione non indigent sensu: & sic idem erit notum nobis & naturę, quod est impossibile.

Ex Plat. positione sequitur sciam nõ per doctrinã, verũ per naturam nobis inesse.

Incõuenientia contingẽtia opi. Plat.

Si igitur scientia, &c. id est, ꝙ dicere formas esse contingit ex eo, vt omnes scientię sint notę a nobis in natura. quoniã, si hic sunt formę, ad quas intellectus aspicit, sicut sensus aspicit ad sensibilia: & comprehensio sensibilium est naturalis in nobis, cum non acquiritur ex cognitione antecedenti: necesse est vt intellecta sint naturalia in nobis: non vt quędam sint naturalia, quędam autem accepta per doctrinam. D.d. Et etiam quomodo scitur res &c. id est, & secundum hoc deberemus scire ęqualiter rem, & causam eius, & non deberet cadere dubitatio in causis inter homines. proportio enim intellectorum esset sicut proportio sensibilium. D.d. Et quidam rixati sunt in hoc, &c. id est, &, si ita esset, non litiga- C rent homines in elemẽtis multarum rerum, sicut accidit Grammaticis sui temporis, vt rixati sunt de litera z, vtrum sit composita, an simplex. D.d. Et etiam illud, quod est ex habentibus sensum, &c. id est & contingit huic positioni, scilicet ꝙ formę intellectę sunt comprehensę per se, sicut sensibilia, quę non indigẽt in acquirendo eas sensu. & si ita esset, tunc sciret naturas sensibilium, qui habet lęsionem in instrumentis sensuum, adeo vt naturaliter cęcus cognosceret naturas colorum, & naturaliter surdus vocum. D.d. ista enim sunt semper elementa, &c. id est, & contingit, si cognitio istarum formarum fuerit naturalis in nobis, vt cognitiones omnium rerum sint naturales in nobis, propter hoc ꝙ istę formæ sunt elementa propria omnium entium, sicut omnes voces fiunt ex elementis proprijs. & intendit ꝙ, cum formę sint elementa omnium entium propria eis, cõtinget vt non indigeant in cognitione sensu.

Quòd igitur illas, quæ in naturalibus dictæ sunt, causas cur(?) ẽti q̃rere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt, prius patet. sed eas obscure dixerunt. quodam modo enim omnes dictæ sunt prius, quodammodo minime. Balbutienti enim assimilata fuit prima Philosophia de omnibus, tanquam

in principiis noua existens.

Quoniam autem illud, quod dictũ fuit de causis naturalibus, perscrutati sunt de eo omnes considerantes, & ꝙ nos non induximus vnã causam extrinsecam ab eis, manifestum est ex prædictis. Et dignum est, ꝙ prima Philosophia perscrutetur de omnibus rebus. continet enim omnia principia, & ea quæ sunt prima.

50 Ne aliquis posit dubitare de his, quę narrata sunt supra a nobis de mẽte Antiquorum in modis causarum naturalium, secundum quod manifestum fuit ab ipsis in omni genere ipsarum: & ideo Antiqui sciuerunt quatuor causas in suo tempore, vt manifestum est: cum ipsi causam materialem, formalem, & agentem posuerunt. finalem vero causam non videntur concessisse ex eis, quę de ipsis in hoc tractatu narrauit. quamuis consentaneum sit, ꝙ qui concedit causam agentem, debet quoque causam finalem concedere, quia agens significat finem. vi. de tempore Socratis, homines causam finalem perceperunt: & ex hoc ciuitates regere, & conseruare cœperunt, secundum quod de fine hominis fuerunt opinati: quapropter, dignum est vt prima Philosophia de istis principijs perscrutetur, videlicet de his, quę sunt prima inesse & cognitione.

Tpe Socratis perceperunt hoies causam finalem.

Quod autem, quod nos diximus in modis causarum naturalium, dictum est ab Antiquis, manifestum est ex prędictis ab eis. Et similiter manifestum est ꝙ nos non addidimus causam in modis causarum, quas Antiqui dixerunt. Et innuit ꝙ Antiqui sciuerunt quatuor causas in suo tempore. & hoc, quod dicit de Antiquis manifestum est, ꝙ ipsi concesserunt causam materialem & formalem & agẽtem & finalem, aut non videntur concedere ex eis, quę narrauit de illis in hoc tractatu. sed possumus dicere in hoc ꝙ qui concedit causam agentem, debet concedere finalem. agens enim non est agens nisi propter aliquid. & videtur innuere per hoc Socratem, & Platonem. Dicit autem in alio loco ꝙ in tempore Socratis perceperunt homines causam finalem: & ideo incœperunt regere ciuitates. & intendit secundum ꝙ opinati fuerunt in fine hominis. Deinde dicit. Et dignum est, ꝙ prima Philosophia, &c. id est & dignum est, vt apparet ex istis rebus, ꝙ Philosophia perscrutatur de principijs, & maxime de his, quę sunt prima in esse & cognitione.

Antiqui sciuerunt quatuor causas ĩ suo tpe, oppositum. 2. Phy. com. 9. Vide contr. Zim.

Qui cõcedit cãm agentẽ debet concedere cãm finalem. Idẽ 2. capº de substã. orb.

Nam, & Empedocles os ait esse ratione. hoc autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At vero similiter necesse est etiam carnis, cæterorumque singulorum esse rationem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro, & os, cæterorumq; vnumquodq; est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam & aerem ait. sed & his, altero dicente, necessario consensisset profecto, clare tamen non dixit. De his igitur & antea manifestum est. quodcunq; autem de his quispiam dubitauerit, rursus repetamus. fortasis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

Et quia Empedocles dicit quòd definitio est os, & est illud, p quod res est id, quod est substantia rei, secundum hunc modum erit etiam caro necessaria, & vnumquodque aliorum, aut nullum eorum erit. & ideo caro, & os, & vnumquodq; cæterorum non est propter materiã, quam ille dicit, q est terra, ignis, & aqua, & aer. & non ponit causam in hoc, ꝙ dicit istas res, sed cogetur vt dicat alia. sed non dixit illud aperte, quod dixit. Et declaratum est prius de istis rebus, & de suis similibus. & nos reuertemur post ad dicendum in omnibus quæstioni-

A bus contingentibus in eis. nunc autem incipiendum est in dicendo aliquid de quæstionibus contingentibus in aliis rebus.

Cum enim de rebus naturalibus Antiqui Philosophi loquebantur, pro maiori parte de causa materiali, & non de formali, quę propria est rebus mobilibus, loquuti sunt. Solus vero Empedocles, obscuro tamen sermone, de ea sermonem fecit: cum enim dicebat quod in osse, illud, quod erat os, est definitio, per quam os differebat ab aliis rebus compositis, quoniam definitio est forma notificans substantiam eius, cuius est definitio: & ideo manifestum est, quod hoc nomen Caro, aliaq; composita ex elementis significant intentionem additam materiæ: & per hunc sermonem, quem Empedocles dixit de osse, & carne contingit in vnaquaque rerum compositarum vt illud, quod nomina significant, nõ sit per materiam tantum, vt ipse dicebat, sed oportet ei addere causam additam materiæ, scilicet formalem, & dare istam causam vnicuique generabilium rerum, & quia Empedocl. non fecit hoc, ideo propalauit istam causam fore vniuersalem vnicuiq; entium compositorum ex quatuor elementis: & in naturali philosophia declaratum est primo de istis rebus, & ratio est ista, quia illic declaratum est de formis, cum quęstiones contingentes illic dissoluãtur in hac scientia: & nos reuertamur ad sermonem in omnibus quęstionibus contingentibus illis, demum narrauit intentionem suam in tractatu sequenti, in quo incipiendum est dicere quæstiones contingentes huic scientię, & de hoc in tertio huius. 51

Solus Empedo. terigit cãm formalem.

Quęstiones in naturali philosophia contingẽtes dissoluuntur in hac scientia.

B Quia Antiqui loquentes de rebus naturalibus locuti sunt in maiori parte de materia, & non de forma propria rebus mobilibus, nisi Empedocles qui innuit causam formalem, & non dixit eam aperte, sed tamen apparet de suis sermonibus, incœpit hic dicere vnde apparet hoc, & d. Et, quia Empedocl. dicebat, &c. id est, sed quia Empedo. dicebat in osse ꝙ hoc, quod est os, definitio, per quam definitur ab aliis rebus compositis: definitio autem est illud, quod notificat formam & substantiam eius: manifestum est ꝙ contingit ex hoc vt hoc nomen caro, & alia composita ex elementis significent intentionem additam materię, aut nihil ex eis, quę significant ista nomina, sit definitio rerum. Deinde dicit, & ideo erit caro, & os, &c. id est & propter hunc sermonem, quem Empedocl. dicit in osse, & in carne, contingit in vnaquaque rerum compositarum vt illud, quod nomina significant, non sint propter materiam tantum, quam ipse dixit, sed necesse est ei ponere causam additam materię, scilicet formam, scilicet ꝙ necesse est ei dare aliam causam pręter materiam, & dare istam causam vnicuique generabilium rerum. & quia non fecit hoc, d. sed non dixit illud aperte, quod dixit, id est, sed non propalauit istam causam esse vniuersalem vnicuique entium compositorum ex quatuor elementis. Deinde dicit. Et declaratum est prius de

C istis rebus, id est in scientia Naturali. illic enim declaratum est de formis. & quia quęstiones contingentes illic dissoluuntur in hac scientia, dicit & nos reuertemur ad sermonem in omnibus quęstionibus contingentibus illis. deinde narrauit intentionem suam in tractatu consequenti, & d. incipiendum est, &c. id est incipiendum est dicere de quęstionibus contingentibus, id est de quęstionibus difficilibus istius scientię.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SECVNDVS, cum vtraq; Auerr. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac Summa unica, de ueritatis speculatione agitur.

Caput Primum. Veritatis speculationem tum facilem, tum uero difficilem esse. Quoue pacto Philosophia ueritatis scientia recte appelletur.

SPeculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis est. Signum autem, quòd neque satis eam aliquis consequitur, neque aberrant omnes ab ea, sed quisque aliquid de natura dicit. & singuli quidem nil, aut parum ei addunt, ex omnibus vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare, si ita se videtur habere, vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit a ianua? hoc modo profecto facilis esset: totum autē, & partem habere non posse, hoc eius difficultatem ostendit. Cum vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa eius non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumē diei se habent, ita & intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt.

Vt vespertilionum oculi ad lumen diei, ita intellectus aię nostrę ad ea, q̃ manifestissima oīm sunt

Consideratio quidem in veritate difficilis est vno modo, & facilis alio modo. Et signum eius est, quòd nullus hominum potuit peruenire in ipsam secundum quòd oportet, neque deuiauit se ab hominibus, sed vnusquisque locutus fuit de natura. & vnusquisque eorum aut nihil comprehendit de veritate, aut modicum. &, cum aggregatum fuit illud, quod congregatum fuit ab omnibus, qui comprehenderunt ex eo, tunc congregatum erit alicuius quantitatis. Est igitur facilis secundum hunc modum, & est modus, secundum quem habemus in consuetudine inducere in prouerbio, dicendo quòd nullus ignorat locum ianuæ in domo. & demonstrat difficultatem eius hoc, quòd non fuit comprehensa secundum totum, neque maior pars eius. Et, cum difficultas sit duobus modis, dignum est vt sit difficilis non propter res, sed propter nos. dispositio enim intellectus in anima apud illud, quod est in natura valde manifestum, similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem Solis.

A ET, quia hęc sciëntia perscrutatur de maxima veritate, quę simpliciter dicitur, sicut probatum est in prooemio huius. ideo incępit notificare uiam ad ipsam secundum difficultatem, & facilitatem: & causa huius notificationis, & inquisitionis est, quia manifestum est apud omnes homines cuiuscunque nationis, quod comprehensio in multis rebus est valde posibilis, quoniam Nos necessario in multis rebus eam scire credimus. & signum huius credulitatis est, quia habemus desiderium nobis a natura insitum ad sciendum veritatem, sicut probatum est supra in prooemio huius, quę est finis hominis, in quantum est rationalis, sed etiam inquantum est animal, & non solum inquantum animal, sed etiam inquantum est corpus viuens. & ideo, si comprehensio ueri esset imposibilis, sequeretur quod desiderium naturale omnino ociosum esset in tota natura dictorū; Sed concessum est ab omni Natione nihil esse in fundamento naturę, ac creaturę ociosum: sequitur ergo, quod comprehensio veritatis non est nisi valde posibilis, & sic ab omnibus peruenientibus ad hanc scientiam conceditur ꝙ nos habemus viam cognoscendi veritatem. & Arist. in hoc secundo libro incipit docere, ꝙ uia inducendi Nos ad veritatem vno modo facilis est, & alio modo difficilis. & signum huius difficultatis est, quia nemo sine alterius communicatione, poterit scire aliquam partem eius, secundū ꝙ est oportunum; signum vero facilitatis est, quoniam multi homines eam sciuerunt: & quamuis homines illi, de quibus
B audiuimus loqui, nihil de veritate ipsa sciuissent, non propter hoc iudicamus ipsam imposibilem, sed difficilem esse; & hoc, ob temporis longitudinem, quę necessaria est ad veritatis perscrutationem. Cum hominis vita non sufficiat ad sciendum veritatem, ob sui breuitatem: breuitas vero temporis, in quo veritas tota, aut aliqua pars eius scita est, facilitatem eius indicat, & ostendit: &, si scripturę illorum, qui totam ueritatem, aut aliquam eius partem sciebant, non peruenerunt ad nos, non est mirum; Cum diluuia, aliæque Vastationes priuauerunt nos de illis: Causa uero, ex qua modus comprehendendi veritatem, quoquomodo difficilis, & facilis est, videtur esse; quoniam Antiqui omnes, qui in scientijs loquuti sunt, altero duorum modorum sunt loquuti, aut secundum hominem, qui nihil de veritate comprehendit, aut secundum eum, qui aliquid de ipsa comprehendit. non secundum modum primum, quia absurdum esset: necesse est igitur vt loquuti sint secundum hominem, qui aliquid de veritate comprehendit, & hoc modo facilis est: quoniam in quolibet genere entium aliqua sunt cognita, quę in respectu eorum sunt ianua & introitus, sicut Domus, & Ciuitatis introitus, quem nullus ignorat: & hęc sunt prima naturaliter cognita in omni genere entium, quę cęco & surdo minime occultantur, & sunt a re ipsa inseparabilia: & talia vocantur esse, siue essentia rei: Reddit modo causam difficultatis, quia ab eo tēpore, in quo Aristoteles audiuit loqui de scientia, neminem veritatem comprehē-
C disse inuenit, nec secundum se totam, nec pro maiori parte: sed ipse veritatē, nō simpliciter, sed ex maiori parte, secūdum ꝙ humanę naturę posibilis est, innuit se cognouisse: causa autem, propter quam fuit apud antiquos difficile comprehendere ueritatem, est duobus modis, aut penes nos, aut penes res scibiles: penes nos est, quoniam res, cum sint in fine veritatis in primo principio, & in substātijs nudis a materia, non comprehenduntur, nisi ex defectu nostro, & non ipsarum: qm̄ sunt naturaliter de se intellectę, quia abstractę: & si non intellectę a nobis: ideo non facimus eas intellectas esse, sicut facimus formas materiales. quia proprium substantiarum separatarum est vt sint intelligibiles per se ab omni intellectu, & ab intellectu etiam nostro: quoniam, si intelligibile potentia comprehenditur ab intellectu nostro, vt dicit Themistius, quāto magis intelligibile in actu erit a nobis comprehensibile: cum aptitudo recepti, & recipientis maxima est inter substantias abstractas, & nostrum intellectum: quare necesse est vt fiat receptio veritatis omnimodo in substantijs abstractis ex parte ipsarum; sed ex parte nostra, comprehensio veritatis est difficilis: & signum super hoc ostendit, reddendo causam, propter quam nos non apprehendimus veritatem in substantijs separatis, quoniam causa prohibens solem videri ab oculo vespertilionis est debilitas sui visus, quę prohibet, quod oculus Vespertilionis solem inspicere nequit:

1 Proem.met. tex.c.9.

Proem.met. tex.c.1.

Si veritatis cōprehensio foret imposibilis, esset aliquod ociosum in natura.

Hoīs vita ob sui breuitatē non sufficit ad sciēdā veritatē. Idē Hippoc. par.1.aph.1.

Difficultas cōprehendēdi veritatem est duobus modis.

Sicut ſe hẽt ſenſus in re ſenſibili ita intellẽs i re itelligibili. Idem 3. de ani. te.c.30. & 39.

pari quoq; modo contingit intellectui noſtro, qui propter ſuam debilitatem ſubſtantias abſtractas apprehendere nequit, & ſermo componitur ſic: ſicut ſe habet ſenſus diſpoſitio in re ſenſibili, ita ſe habet diſpoſitio intellectus in re intelligibili: ſed nos manifeſte videmus viſum Veſpertilionis debiliſsime corpus ſolare comprehendere propter defectum ſui organi. & viſum Aquilę bene, ac perfecte comprehendere ſolem ob organi ſui perfectionem: quare putandum eſt, ꝙ intellectus noſter ſic ſe habet in anima cogitatiua, ſicut potentia viſiua in oculo, quę in vno male comprehendit ſolem, & in alio bene: aliter natura ocioſe egiſſet, quoniam feciſſet maxime intelligibile non intellectum ab aliquo, & maxime ſenſibile non ſenſatũ ab aliquo ſenſu, quod valde abſurdum eſt in tota natura.

Quia iſta ſcientia perſcrutatur de ueritate ſimpliciter, incœpit notificare diſpoſitionem vię inducentis ad ipſam ſecundum difficultatem & facilitatem, cum ſit manifeſtum apud omnes ꝙ comprehenſio veritatis non eſt impoſsibilis in multis rebus. credimus enim neceſſario nos ſcire veritatem in multis rebus. Et ſignũ eius eſt, ꝙ habemus deſiderium ad ſciendam veritatem. quoniam, ſi comprehenſio eſſet impoſsibilis, tunc deſiderium eſſet ocioſum. & cõceſſum eſt ab omnibus ꝙ nulla res eſt ocioſa in fundamento naturę & creaturę. Quia igitur conceſſum & maxime a peruenientibus ad hanc ſcientiam nos habere viam ad ſciendũ ueritatem, d. Conſideratio quidem, &c. id eſt via inducens ad veritatem vno modo eſt difficilis, & alio modo facilis. Et ſignum difficultatis eius eſt, ꝙ nullus ſine cõmunicatione alterius ſciuit de ea aliquam quantitatem ſecundum ꝙ oportet. Et ſignum facilitatis eius eſt hoc, ꝙ non ignorauerunt eam omnes homines. quoniam, ſi inueniremus ꝙ omnes homines, de quibus audiuimus loqui, nihil ſcirent de veritate, tunc iudicaremus ipſam eſſe difficilem, & non impoſsibilem propter longitudinem temporis, quod eſt neceſſarium in ſciendo veritatem. & quaſi breuitas temporis, in quo ſcita fuit veritas, aut tota, aut aliqua quantitas, indicat facilitatem eius. D. d. ſed vnuſquiſq; locutus fuit de natura, &c. id eſt & diximus hoc, quod diximus de modo comprehendendi veritatem. quia, cum nos conſiderauerimus omnes Antiquos in ſcientijs, inuenimus fuiſſe eos ſecundum alterum duorum, aut hominem, qui nihil comprehendit de veritate, aut hominem, qui parum, aut modicum comprehendit de ea. D. d. Eſt igitur facilis ſecundum hũc modum, &c. id eſt cum poſitum eſt ꝙ eſt facilis ſecundum hunc modum, & difficilis ſecundum alium modum, neceſſe eſt vt ſit facilis ſecundum hunc modum. & eſt ꝙ in quolibet genere entium ſunt aliqua in reſpectu eorum, quaſi ianua domus in reſpectu domus, in hoc, ꝙ non lateat aliquem: ſicut locus forte domus nõ latet aliquem. & iſta ſunt prima cognita naturaliter habita a nobis in quolibet genere entium. Deinde reuerſus eſt ad dicendum modum difficultatis, & d. & demonſtrat difficultatem eius hoc, ꝙ nullus comprehendit eam ſecundum totũ, nec magnam partem eius, id eſt a tempore, a quo ipſe audiuit loqui de ſcientia. [a] Et quaſi innuit ſe comprehendere veritatem ſimpliciter, aut in maiori parte, ſecundum ꝙ eſt poſsibile in humana natura. D. d. Et, cum difficultas ſit duobus modis, &c. id eſt cum difficultas comprehenſionis entium eſt duobus modis, rectum eſt vt difficultas in rebus, quę ſunt in fine veritatis, ſcilicet in primo principio, & in principijs abſtractis a materia ſit ex nobis, non ex illis. quoniam, cum abſtracta ſint intellecta in ſe naturaliter, & non intellecta, quia nos facimus ea eſſe intellecta, ſed quia ſunt in ſe intellecta, ſicut formę materiales, difficultas ſit in iſtis eſt ex ſe, magis ꝙ̃ a nobis. Et, quia diſpoſitio intellectus de re intelligibili eſt ſicut diſpoſitio ſenſus de re ſenſibili, aſsimilauit virtutem intellectus in comprehendendo intellecta abſtracta a materia modo debiliſsimo viſui in ſentiendo, ſcilicet veſpertilionis, non comprehendendo maximum ſenſibilium, ſcilicet Solem. Sed hoc non demonſtrat res abſtractas intelligere eſſe impoſsibile nobis: ſicut inſpicere Solem eſt impoſsibile veſpertilioni. quoniam, ſi ita eſſet, tunc ocioſe egiſſet. quia fecit illud, quod eſt in ſe naturaliter intellectum, non intellectum ab alio: ſicut, ſi feciſſet Solem non comprehenſum ab aliquo viſu.

Cõceſſum ẽ ab oĩbus, ꝙ nulla res eſt ocioſa i fundamentis naturę. Idẽ. 1. Cœl. t. c. 32. & 2. cœ. 50. & 59. & 3. de Ani. tex. com. 45.

Prima cognita a nobis naturalr in quolibet gñe entium ſunt ſicut locus ianuę in domo, quem nullus ignorat. cõſile. 3. de Ani. cõ. 36. & 39.

a Vide 3. de Ani. c. 14. & 1. de gen. 38. et i ſuo pœmio ſuper 1. Ph. & q̃ ibi.

Nõ eſt ipoſe nobis intelligere abſtracta, ſicut eſt impoſe ve-

Verum non ſolum illis agendæ ſunt gratiæ, quorum opinionibus

quis

A quis acquieſcet,ſed illis,qui ſuperficietenus dixerunt.cōferunt enim aliquid etiam iſti.habitum nanque noſtrum exercuerunt Si enim Timotheus non fuiſſet,multum melodiæ nequaquam habuiſſemus. ſi tamē Phrynis non extitiſſet,nec Timotheus quidem.Simili modo & de illis eſt,qui de veritate aſſeruerunt.a quibuſdam enim aliquas accepimus opiniones.quidam vero,vt hi fierent,cauſa fuerunt.

Et iuſtum eſt non tantum reddere gratias illis,cum quibus habuimus communicationem in cōſideratione,ſed & etiam illis, qui habēt in hoc aliquid dignitatis modicum.quia iuuarunt nos in hoc aliquātulum:quia præceſſerunt,& exercitauerunt noſtrū intellectum. Quoniam,ſi Timotheus non eſſet, tunc careremus multum de compoſitione muſicali.& ſi Hieroſinus non eſſet,tunc non eſſet Timotheus. Et ſic eſt de loquentibus in veritate nos autē accepimus quaſdam locutiones ab Antiquis quibuſdam,& alii fuerunt cauſa in eſſe iſtorum.

ſpertilioni īſpicere Solē. Id.3.de Aīa cō. 36. & 9. Meta.c. 22. & 12. Met. 38. & 39. Cōſidera inſtantiam cōtra iſtam rōnem.7. Me. cō.58. Vide cōtra. Zim.

B Cum dedit cauſam facilitatis comprehendendi veritatem & difficultatis, reuerſus eſt ad gratiarum actiones omnibus putantibus ſe veritatem ſcire,& dicit, quod non tantum oportet illis,qui viam veritatis nobis docuerunt,gratias reddere,ſed etiam omnibus illis, quibus eorum opinionibus contradicimus. quoniam iſti,cum perſcrutati fuerint de veritate,fecerūt intellectum noſtrum exercitari in virtutis perſcrutatione ad veritatem capeſſendam:qm̄, ſi non fuiſſet Thimotheus,qui multa de arte muſicæ inuenit,non haberemus ad pręſens multa, quæ ſcimus circa melodias:& ſi non pręceſsiſſet quidam phyloſophus nomine Hieroſinus, Thimotheus non eſſet ita inſtructus in muſicalibus. & ſimiliter dicēdū eſt de phyloſophis,qui enuntiauerunt vniuerſaliter veritatem rerum.Nullus.n. poteſt per ſe ſolus inuenire Artes operatiuas,aut contemplatiuas in maiori parte.i.quantum ad maiorem partem artis:quia non completur niſi per iuuamentū prioris ad ſequentem,& niſi prior fuiſſet,non eſſet ſequens.Quare fit, vt in ſolitudine frui quis poſsit inuentis,& nonnulla addere, ſed a principio Artes inuenire,nemo in ſolitudine poſsit. 2

Agēdę ſunt gratię oībus qui de veritate aliquid enūciarunt.

Quō hoīes ſe mutuo iuuant in veritatis adeptione.

Addit φ non tantum oportet reddere gratias eis,qui docuerunt nos veras opiniones,& ſunt illi,qui conueniunt nobiſcum in opinionibus,ſed etiam illis, cū quibus non conuenimus. Iſti.n.cum hoc,quod dixerunt de perſcrutatione rerū, C exercitauerunt noſtrum intellectum,& fecerunt nos acquirere per hoc virtutē ad comprehendendum veritatem. Et quod dixit in hoc capitulo manifeſtū eſt. Nullus.n.poteſt per ſe inuenire artes operatiuas, aut conſideratiuas in maiori parte:quia non complentur niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem. & niſi prior fuiſſet,non eſſet ſequens.

Nullus pt̄ ꝑ ſe īuenire artes operatiuas, aut cōſideratiuas in maiori parte. Vide idē in fine c.36. tertij de aīa.

Recte autem ſe habet Philoſophiam ſcientiam veritatis contemplatricē appellaſſe. ſpeculatiuæ * etenim finis veritas,practicæ autem opus.etenim ſi quomodo ſe habent conſiderant, non cauſam per ſe, ſed ad aliquid,& eo in tempore practici ſpeculantur.

Et rectum eſt vocare cognitionem veritatis Philoſophiæ ſcientiā ſpeculatiuam,finis enim ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt veritas,& finis ſcientiæ operatiuæ eſt actio.operantes enim,licet conſiderent in eo, quod agunt,tamen non perſcrutantur de cauſa propter ſeipſam, ſed reſpectu,eius quod agunt.

* Speculatiuę Philoſophię finis eſt veritas,practicę autem opus.

Et,quia veritas dupliciter inuenitur in opere,& in ſpeculatione: & ideo dixit quod habitus animæ,qui ſcientiæ attribuitur,eſt duplex: vnus,cuius finis eſt 3

Habitus duplex operatiuus, & ſpeculatiuus.

* Procem. Met.t.c. 10.

Actiuę ſciũt nõ vt ſciãt, ſed ut agãt.

ſcire tantum: & alius, cuius finis eſt operari: & cum ſcire ſuperius ſit operari, vt probatum eſt* i prooemio huius libri, ideo rectum eſt vocare cognitionem acquiſitam ex hac ſcientia, ſcientiam ſpeculatiuam: ſcientia enim operatiua, quamuis vtatur ratiocinatione, & ſpeculetur cauſas eius, quod conſiderat, tamen non eſt digna vocari ſcientia ſpeculatiua, quia non perſcrutatur de cauſis rerum, & de definitionibus earum, niſi ut ſcientes agant, & non vt ſciant, ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis, quarum finis eſt tantum ſcire. Quare actiuę ſcientię, & veritatem, & cauſas conſiderant, ſed non, vt ſciant, ſed vt recte agant.

Et rectũ eſt vocare, &c. id eſt, & quia ſcientię attributę Philoſophię ſunt duę, quarum vna eſt, cuius finis eſt ſcire tantum, & altera operari. & quia iſta ſcientia ſciendi eſt ſuperior, dixit. Et rectum eſt vocare cognitionem acquiſitam ex hac ſcientia ſcientiam ſpeculatiuam. Scientia enim operatiua, quamuis vtatur ratiocinatione, & ſpeculetur de cauſis, tamen non eſt digna vocari ſcientia ſpeculatiua: quia non perſcrutatur de cauſis rerum, & de definitionibus earum, niſi vt ſcientes eam agant, & non vt ſciant, ſicut eſt in ſcientijs ſpeculatiuis. & ſermo eius in hoc capitulo manifeſtus eſt.

Vnũquodq; idipſum maxime aliorũ eſt, ſcdm qđ alijs vniuocatio ineſt.

Neſcimus autem verum abſque cauſa. vnumquodq; vero id ipſum maxime aliorum eſt, ſecundum quod aliis Vniuocatio ineſt. vt puta ignis calidiſsimum: etenim cæteris hic eſt caliditatis cauſa. Quare veriſsimum etiam eſt id, quod poſterioribus vt vera ſint, cauſa eſt. Propter quod principia ſemper exiſtẽt um neceſſe eſt veriſsima eſſe, nec enim aliquando vera: nec illis vt ſint, aliquid aliud cauſa eſt, ſed illa cæteris. Quare vt ſecundum eſſe vnumquodq; ſe habet, ita etiam ſecundum veritatem.

Vt ſcdm eſſe vnũquodque ſe hẽt, ita ẽt ſcdm veritatem.

Et nos non ſcimus veritatem abſq; hoc ꝙ ſciamus ſuam cauſam. & vnumquodq; principiorum proprie eſt cauſa eorum, ſecundum ꝙ ſunt aliæ res, quæ conueniunt in nomine, & intentione, verbi gratia ignis in fine caliditatis. Ex quo oportet vt maxime verum ſit illud, quod eſt cauſa veritatis rerum, quæ ſunt poſt. Et ideo neceſſe eſt vt principia rerum, quæ ſunt ſemper, ſint ſemper, & in fine veritatis. qa non ſunt vera in aliquo tempore, & in alio non: neq; habent cauſam in eſſendo vera in eo quòd ſunt vera, ſed illa ſunt cauſa in hoc aliarũ rerũ. Quapropter neceſſe eſt vt diſpoſitio cuiuſlibet rei in eſſe ſit ſua diſpoſitio in rei veritate.

4

1. Poſt.t.c.7

Quoniam declarauit ſcientiam iſtam eſſe de genere ſcientiarum veritatis, & quod veritas eſt pars ſcientię ſpeculatiuę. incipit in hac parte ponere modum [illegible] ordinis in veritate, & in habitibus animę ſpeculatiuis, & dicit ꝙ non poſſumus ſcientia vera, rem aliquam ſcire, niſi quando eam per ſuam cauſam ſcimus, [illegible] probatum eſt in Poſterioribus Analyticis. quoniam manifeſtum eſt per ſe, [illegible] vnumquodq; principiorum in vno quoq; genere eſt proprie cauſa eorum [illegible] dicuntur de alijs rebus collocatis in illo genere, & de diſpoſitionibus, maxime in quibus cõueniunt illę res nomine, & definitione: cum principia in vno [illegible] genere ſint cauſę eſſe eorum generum, & cauſę omnium, quæ dicuntur [illegible] generum, ſecundum quod ſunt in illis generibus: & cum ita ſit manifeſtum, [illegible] primum in quolibet genere dignius eſt habere hoc nomen eſſe, & eius defini[illegible] nem, quam ea, quorum eſt cauſa ſecundum illud genus, & omnium defini[illegible] & intentionum, quę ſunt in omnibus rebus quę ſunt in illo genere, pro[illegible] illo genere: ergo quando cauſa fuerit, erit magis talis per vniuocatione[illegible] nis, & rationis. quando vero fuerit ęquiuoce, erit magis talis per quend[illegible] ceſſum alterius rationis: vt ſol per exceſſum virtutis erit cæteris calidior, [illegible]

A est causa vt sint causa: Ignis vero per excessum caloris: quare concludit quod omnia entia non acquirunt esse, & veritatem, nisi ab ista causa, quę est sempiternorum causa, videlicet ab ipso Deo. Sed quoniam de re hac loquuti sumus in scientia naturali, ideo nunc omittamus vnde necesse est, vt omnia rerum principia, quę semper sunt in fine essendi, ac veritatis sint æterna. Hęc enim entia, quæ non sunt sine alio in aliquo tempore, sed in omnibus tempore simul sunt, eorum causæ eis non sunt causæ in aliquo tempore absque alio, propter quod indigent alijs causis vt sint causæ: & ex hoc ostendit dispositionem ordinis corporum cœlestium cum ipsis corporibus cœlestibus, vt postea dicetur: & hoc fecit, vt ostenderet nobilitatem veritatis, de qua considerat hęc vniuersalis scientia, cuius proprium est perscrutari de principijs vltimis, quæ sunt in esse perfecta, immo perfectiora in veritate.

1. Cœl. tex. com. 100.

Cum declarauit ꝙ hæc scientia est de genere scientiarum veritatis, & ꝙ est pars Philosophiæ speculatiuæ, vult declarare suum ordinem in veritate, & in scientijs speculatiuis, & dicit, & nos non scimus veritatem absque hoc, ꝙ sciamus suam causam, id est, & quia nos non scimus rem vera scientia, nisi quando scimus eam cum sua causa, vt dictum est in Posterioribus: & est manifestum per se ꝙ vnumquodque principiorum in vnoquoque genere est proprie causa eorum, quæ dicuntur de alijs rebus collocatis in illo genere de dispositionibus,
B in quibus conueniunt illæ res nomine & definitione: cum principia in vnoquoque genere sint causæ esse eorum generum, & esse omnium, quæ dicuntur illorum generum, secundum ꝙ sunt in illis generibus, &, cum ita sit, manifestum est ꝙ primum in quolibet genere magis est dignum habere hoc nomen esse, & eius definitionem, quam ea, quorum est causa secundum illud genus, & omnium definitionum, & intentionum, quæ sunt in omnibus rebus, quæ sunt in illo genere, secundum ꝙ sunt in illo genere, verbi gratia, quia ignis est causa in rebus calidis, ideo est magis dignus habere hoc nomen calidum, & eius intentionem, quam omnia calida. Et, cum concluíit hoc dicit. Ex quo oportet vt maxime verum sit illud, quod est causa veritatis rerum, quæ sunt post, id est & cum declaratum est ꝙ causa in quolibet genere entium est magis digna in esse, & in veritate, quam illa, quorum est causa in genere illo, manifestum est ꝙ si est hæc prima causa omnium entium, vt declaratum est in scientia naturalium, ꝙ illa causa est magis digna, & in esse, & in veritate, quam omnia entia, omnia enim entia non acquirunt esse & veritatem nisi ab ista causa. Est igitur ens per se, & verum per se: & omnia alia sunt entia, & vera per se, & veritatem eius. Deinde dicit, Et ideo necesse est vt principia rerum, quæ sunt semper in fine essendi, & veritatis, sint semper. ista enim entia,
C quia non sunt in aliquo tempore sine alio, sed sunt in omnibus temporibus, ideo causæ eorum non sunt causę eis in aliquo tempore sine alio propter quod indigent se in essendo causas alijs causis. Et innuit per hoc dispositionem principiorum corporum cœlestium cum corporibus cœlestibus. & intendebat per hoc notificare nobilitatem veritatis, in qua considerat ista vniuersalis ars, quæ considerat de principijs vltimis. Deinde dicit. Quapropter necesse est vt dispositio, &c. id est ꝙ quanto magis fuerit perfectum in esse, tanto magis erit perfectum in essendo verum.

Vide 10. Meta. tex. c. 3.

Vide ꝓ hoc 1. Post. t. cō. 15. ubi dr̃ pp quod vnumquodque tale, &c. & 8. Meta. c. 7.

Oīa entia nō acquirūt esse, & veritatem nisi a prima cā.

Quanto aliquid fuerit magis perfectū in esse, tanto magis erit perfectum essendo verū, hic, & in Alia. primi. & 6. Meta. tex. c. 2.

Caput Secundum. In nullo causarum genere dari processum in infinitum, neque sursum uersus, neque deorsum.

AT vero ꝙ est principium aliquod, neque sunt infinitæ entium causæ, neque in rectum, neque secundum speciem, patet. Nec enim vt ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitum. vt carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex

igne,& hoc non ſtare, Nec vnde principium motus. veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc vero à Sole, Solem autem a contentione,& huius nullum eſſe finem. Similiter nec cuius cauſa in infinitum progredi poteſt. vt deambulationem quidem ſanitatis cauſa, illam vero fœlicitatis, fœlicitatem vero alterius, & ita ſemper aliud alterius gratia eſſe. Similiter autem & de ipſo quid erat eſſe.

At vero ꝙ ſit principium quoddam, & non infinitæ cauſæ exiſtentium, nec in directum, nec ſecundum ſpeciem, palam. Nec enim, vt ex materia, hoc ex hoc in infinitum progredi poſsibile eſt. veluti carnem quidem ex terra, terram vero ex aqua, aquam vero ex aere, aerē autem ex igne,& hoc non ſtare. Nec vnde principium motus. vt hominem ab aere moueri,& hunc a Sole, Solem vero a luce, & huiuſmodi nullum eſſe finem. Similiter autem nec id, cuius cauſa in infinitum ire poſsibile eſt. iter quidem ſanitatis cauſam, illam vero fœlicitatis,& fœlicitatem alius,& ita ſemper aliud alius cauſam eſſe. Et in quod quid erat eſſe ſimiliter.

Oſtenditur non dari proceſſum ĩ infinitũ in quolibet genere cauſarum.

5 Et, cum notificauit cauſas magis veras eſſe ſuis cauſatis, Hic oſtendit ꝙ in eis non eſt proceſſus in infinitum. cum impoſsibile ſit, vt cauſę procedant in infinitum, vt ſi quis a cauſa materiali incipiat, videbit hoc impoſsibile quod cauſa materialis habet aliam cauſam materialem, & ſic in infinitum; vt oratio, cuius materia ſunt dictiones, & dictionum ſyllabę, & ſyllabarum literę ſimplices ſunt materia, quę non reſoluuntur in alias ſimplices: ſimiliterq; de cauſa mouente impoſsibile eſt vt ſit proceſsus in infinitum, ita quod mouens habeat aliud mouens, & illud aliud, ſed eſt deueniendum ad vnum mouens, quod nõ moueatur ab aliquo, & ſic erit primum principium, quod eſt omnium rerum cauſa: neq; in eodem genere cauſę eſt proceſſus in infinitum, neq; ſunt infinitę ſpecies cauſarum: Et per

Expoſitio prima.

rectitudinem: ordinationem eſſentialem in cauſis oſtendit, ut ſint ſecundum lineā rectam vna ſub alia, & alia poſt aliam, & non inſimul ad modum rerum attributarum vni ſpeciei, ſicut hominis indiuidua, quę ſunt ſimul collecta, ita quod vnū non eſt alio ſuperius: & forte intendebat per rectitudinem ea, quę ſunt vnius ſpeciei non procedere in infinitum, vt homo ex homine, & illo ex alio, & ſic in infinitum, & per ſecundum ſpeciem. ea, quæ ſunt alterius ſpeciei, & exemplificat de eis, quę ſunt in diuerſis ſpeciebus collocatis ſub vno genere, vt caro ex terra, terra ex aqua, Aqua ex Aere, & ſic de cęteris, impoſsibile eſt vt non ceſſent in aliquo: & ſimiliter in mouentibus & motis eſt impoſsibile. verbi gratia, vt homo ab Aere moueatur, & Aer a Sole, & Sol ab alio, ita quod non ſit ſtatus in aliquo: & ſimiliter ſecundum fines impoſsibile eſt vt ſit proceſſus in infinitum. vt exercitium propter ſanitatem, & ſanitas propter fortunam, & fortuna ꝓpter aliud, & ſic in infinitum, & cum hoc in accidentibus ſit, fortius eſt vt ſit in eſſentialibus finibus.

Expoſitio ſecunda.

Sermo eius in hoc capitulo eſt manifeſtus, & eſt ꝙ impoſsibile eſt inuenire aliquam cauſarum quatuor procedere in infinitum, ſ. vt aliqua res habeat materiam, & illa materia habeat aliam materiam. & hoc in infinitum. Aut vt aliquid habeat cauſam mouentem, & illud mouens habeat aliud mouens, & ſic in infinitum.

Pria expõ.

Et intendit per ſecundum rectitudinem, vt cauſę ſint exiſtentes inſimul, quaſi in vna linea recta. & intendit per ſecũdum ſpeciem, vt cauſę ſint vna poſt aliam, non inſimul ad modum rerum attributarum vni ſpeciei, ſ. vt vna earũ ſit poſt aliam, ſ. vt qñ fuerit poſterior, vt prior corrumpatur. Et forte intendit per

Scda expõ.

rectitudinē ea, quę ſunt unius ſpeciei, v. g. ut homo ſit ab homine. & per ſcdm ſpeciem, ea, quę ſunt de diuerſis ſpeciebus collocatis ſub vno genere, v. g. vt ignis ſit ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra. Omnia enim iſta ſunt cauſę conuenientes in genere, quia oēs ſunt eiuſdem materię, & diuerſificantur in forma.

A Mediorum enim, quorum extra aliquid vltimum & primum est, necesse est quod prius est, causam esse eorum, quæ post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid trium causa est, primum dicemus. non enim vltimum: nullius enim quod vltimum est. neque medium: vnius enim. nil enim differt vnum an plura sint, nec infinita, aut finita. infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti omnes partes mediæ sunt similiter hucusque. Quare, si primum nihil est, omnino nulla causa est.

Res enim mediæ etiam sunt ea, in quibus sunt prius & posterius, & necesse est vt prius sit causa eius, quod est postremum. Si enim quæsitum fuerit a nobis, quæ est causa trinitatis, dicemus primum. postremum enim non est causa alicuius eorum. & similiter etiam medium non est causa eius, quia non est causa, nisi vnius tantum. & indifferenter siue medium fuerit vnum, siue plura: & si plura, siue finita, siue infinita. & partes rerum infinitarum, quæ currunt secundum hunc mo-
B dum, & vniuersaliter partes infiniti omnes sunt secundum modum vnum vsq; ad nunc. Quapropter necesse est, si aliqua res non fuerit primum, vt vniuersum non habeat causam omnino.

Et, cum ita sit, incœpit demõstrare hoc in causis efficientibus, & dicit ex quo enim ostensum est, quod causę mouentes secundum ordinem sunt finitę, & in eis inueniuntur ad minus, tria genera, primum, medium, et postremum. Primũ enim est causa rerum omnium, qm̃ mouet se per principium proprium, & sine medio mouet medium, & postremum per medium mouet, quoniam postremum nullius causa est, quia nihil mouet, & sic nõ possumus imaginari in hoc ordine pauciora genera tribus, ideo fuit necesse, vt omnia habeãt vnam causam, aliter aliquid esset in eis absq; causa: quod est inconueniens: & si quęratur, quid nam ex istis tribus causa sit vniuersi, non potest dici quod sit postremum, cum nullius sit causa: neq; potest dici quod sit medium, cum sit causa postremi tantum: relinquitur ergo dicendum esse primum fore causam vniuersi, cum necesse sit vt vnumquodq; habeat causam sui motus, & ideo primũ causa est primo * sui ipsius, secundario vero aliorum. s. medij, & postremi medio mediante, siue motor fuerit in primo idem cum moto, vt Plato dicebat, siue Primum fuerit compositum ex moto, &
C motore non moto, vt voluit Aristoteles, & ideo siue medium fuerit vnum, aut plura, finita, aut infinita, necesse est, vt medium, in eo quod medium, semper sit causa postremi, & non vniuersi: neq; est dicẽdum quod media sint infinita, quia vniuersum non haberet causam mouentem, cum media postremum tantummodo moueant, & sic vniuersum moueretur absque motore: quod est inconueniens. qm̃ declaratum est in Septimo Physicorum, quod omne motum habet motorẽ. quapropter apparet manifeste quod non est dicẽdum in causis efficientibus quod sit processus in infinitũ, ne cogatur concedere mediũ esse absq; extremo, & primo.

6 In oĩ genere causarum triplex reperitur ordo. primũ, mediũ, & postremũ

Primum dr̃ sui ipsius cã negatiue tm̃. i. nõ ab alio nõ positiue, quia nihil gignit se.

Cum dixit ꝙ impossibile est vt causę sint infinitæ, incœpit demonstrare hoc in causis agentibus, & dixit. Res enim medię sunt, &c. id est signum eius, ꝙ causę mouentes se secundũ ordinem sunt finitę, est ꝙ in istis causis inueniuntur tria genera, scilicet prius, & medium, & posterius. primum igitur est causa omnium, cum moueat se, & sine medio moueat medium, & moueat postremum per medium: & medium est causa postremi: & postremum non est causa alicuius. Et hoc intendebat, cum dixit. Si enim quęsitum fuerit a nobis, &c. id est, & cum hoc non potest imaginari in paucioribus q̃ꝫ tribus, & fuit necesse vt omnia habeant vnam causam. &, si non, tunc esset in eis aliquid sine causa. si quęsitum fuerit a nobis quid est causa vniuersi ex istis tribus, non possumus dicere postremũ: quia non est causa alicuius eorum, neque etiam possumus dicere medium: me-

Vide 8. Ph. 37. 38. 39. 40. 42. 43.

dium enim est causa postremi tantum, nō vniuersi. necesse est igitur, si omnia habeant causam in motu, vt primum sit causa omnium, scilicet causa sui ipsius, & causa duorum residuorum, scilicet vt primum moueat se, & moueat medium per se, & postremum per medium. & indifferenter, siue in primo fuerit motor idem cum moto, vt intendit Plato, aut compositum ex moto & motore non moto, vt intendit Aristo. Deinde dicit & indifferenter siue medium fuerit vnum, siue plura: & si plura siue finita, siue infinita. secundum enim ꝙ est medium necesse est vt sit causa postremi, non vniuersi. sed, si posuerimus media esse infinita, tunc vniuersum non habebit causam mouentem. media enim mouent postremum tantum.

8. Physi, 33. & 37.

quapropter vniuersum mouebitur sine motore. et declaratum est in Naturalibus ꝙ omne motum habet motorem. & hoc intendebat, cum dixit. & partes rerum infinitarum, &c. id est & partes rerum infinitarum, quę ponūtur moueri insimul omnes, sunt medię, id est medię secundum vnum modum vsque ad nunc. Deinde dicit. Quapropter necesse est, si aliqua res non fuerit primum, vt vniuersum non habeat causam omnino. & hoc manifestum est in motis, quę mouent se

Vide 7. Ph. 45. & 46.

adinuicem habentibus situm, scilicet quę sunt insimul. ista enim impossibile est vt sint infinita essentialiter, aut accidentaliter. si autem hoc fuerit positum in vniuerso carente situ, tunc erit impossibile essentialiter, quia vniuersum nō habebit motorem omnino. sed est necessarium accidentaliter, quando primus motor fuerit

8. Phy. c. 15. Cōsideratio vl'is ĩ oībus causis, in eo ꝙ sunt causę, est huius scientię.

positus non motus omnino, quia tunc erit ęternum, & mouebit vnū post aliud in ęternum. & omnia hęc sunt declarata in Octauo Physico. Et consideratio vniuersalis in omnibus causis, in eo ꝙ sunt causę, est huius scientię. & Aristotel. quamuis vtatur hic demonstrationibus scientię Naturalis, tamen inducit eas vniuersalius. quoniam, quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tāto magis erit propria huic scientię. & Arist. obseruat se in hac intentione, scilicet inducendo demonstrationes vniuersales alio modo, ꝙ̄ in scientia Naturali. & hęc est causa in iteratione illarum demonstrationum in hac scientia, vt fecit in tractatu primo.

Et neque deorsum possibile est in infinitum descendere, cum id, quod sursum versus principium habet. vt ex igne quidem aquam, ex hac vero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc dicitur, vt ex Isthmiis ludis olympiaci, sed vt aut ex puero mutato vir, aut vt ex aqua aer. Verum enimuero vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat, id, quod factum est, aut quod perfectum est ex eo, quod perficiebatur. semper etenim est aliquid medium, vt inter esse & non esse generatio, ita quod fit inter existens & non existens. qui autem discit, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, ꝙ fit ex discente sciens. vt autē, tanquam ex aere aqua, corrupto altero. Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. nō enim fit ex generatione quod fit, sed post generationem est. sic enim dies ex diluculo, quoniā post hoc est. quare nec diluculum ex die. cętera vero reflectuntur. Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim, cum media sint, necesse est finem esse. hæc autem inuicem reflectuntur. alterius enim corruptio, alterius generatio est. Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit. cum enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est.

Et etiam impossibile est vt quod habet principium ex superiori, procedat in infinitum ad inferius, verbi gratia ex igne aer, ex aere

A aqua,ex aqua terra.& ſimiliter fit genus a genere ſemper in infinitũ.
Fit enim aliquid ex alio duobus modis.vnus,non ſecundum quòd ali
quid fit poſt aliquid,vt dicitur quòd nebula fit ex vapore,ſed vt dici
tur quòd ex puero fit vir ſecundus autem,cum dicitur quòd ex aqua
fit aer.Cum autem dicimus quòd ex puero fit vir , intendimus quòd
ex re,quæ erit,fit res,quæ iam eſt,aut ex re,quę complebitˉ, fit res,q̃
iam completa eſt.qm̃,quemadmodum inter eſſe & non eſſe eſt gene-
ratio,ita id,quod generatur,eſt ſemper inter id,quod eſt ens,& id,qđ
non eſt ens.addiſcens enim eſt generatum ſciens.& hoc intendimus,
cum dicimus ꝙ ex addiſcente fit ſciens . cum vero dicimus ꝙ ex aere
fit aqua,& illud eſt per corruptionem alterius, ſcilicet aeris . Et ideo
non reuertuntur res huius diſpoſitionis adinuicem,neque ex viro fit
puer.quoniam ex exiſtente non fit illud quod erit, licet poſt exiſtens
fit illud,quod erit . ſecundum igitur hunc modum dies fit ex mane ,
B quia fit poſt.& ideo non dicitur ꝙ mane fiat ex die.alia vero reuertũ-
tur ad inuicem.Et ſecundum hos duos modos impoſsibile eſt vt res
procedant in infinitum. Ea enim,quæ ſunt inter duo , neceſſe eſt eſſe
finita.iſta aũt reuertuntur ad inuicem.corruptio enim vnius eſt gene-
ratio alterius.Et cũ hoc,impoſsibile eſt vt primũ ęternum corrumpa
tur.qm̃,quia generatio ex ſuperiori non procedit in infinitum,neceſ-
ſe eſt vt primum,quod corrumpitur,& fit aliud,non ſit ęternum.

Poſtquam probauit non eſſe procedẽdum in infinitum in cauſis efficientibus , 7
nunc vult demonſtrare cauſas materiales non procedere in infinitum.quoniam,
ſi in prima cauſa mouente non eſt proceſſus in infinitum,neceſſe eſt ut etiam de-
tur vltimum,in quo non ſit proceſſus in infinitum,vt patet in corporibus ſimpli-
cibus:quia,cum ex igne fit Aer,& ex Aere Aqua,& ex Aqua fit terra,ſed ter-
ra non conuertitur in aliud materiale per cõdenſationem,ſed per rarefactionem
in Aquam primo,& ex Aqua in Aerem conuertitur , & ex Aere per vltimam
rarefactionem in ignem,ex igne vero per vlteriorem rarefactionem non gene-
ratur aliud materiale:& ſic in cauſis materialibus nõ eſt proceſſus in infinitum,
neq; in parte ſuperiori,neq; in parte inferiori: & quoniã aliquid fieri ab aliquo
C contingit duobus modis,quorum vnus eſt,perfectũ fieri ex diminuto, vt ex pue
ro fieri vir:ſecundus modus eſt,cum ex perfecto fit perfectum vt ex aliquo actu
fit aliquod in actu vt ex Aere aqua:& hęc factio dicitur reciproca,quoniam eſt
ex perfecto perfectum:ſed primo non eſt reciproca,quia impoſsibile eſt ut dimi
nutum ſit ex perfecto. & ſecundum hos duos modos generatio non procedit in
infinitum.Cum tranſmutatio,quę eſt modus generationis de non eſſe ad eſſe,ſcili
cet de potentia ad Actum,ſit inter duo finita,ſcilicet eſſe & non eſſe:& ſic illud,
quod eſt inter hęc duo,de neceſsitate eſt finitum:quia,ſi aliter eſſet, tunc primus
modus generationis,qui eſt,quando ex diminuto fit perfectum, eſſet reciprocus,
& tunc perfectum in diminutum reuerteretur,& non procederet ſecundum recti
tudinem,quod eſt inconueniens:& cum manifeſtum ſit quod in ſimplicibus non
eſt proceſſus in infinitum,eodẽ modo videtur eſſe manifeſtum in compoſitis ex
eis:quoniam vnumquodq; compoſitum reuertitur in his partibus,ex quibus com
ponitur:& partes iterum in compoſitum reuertuntur:& ſic tota materialium natu
ra,ordine iſto reciproco conſeruatur, vt de hoc in illud, & de illo in hoc : quæ
neceſſario ſunt finita & terminata:& cum impoſsibile ſit, vt primum & ęternũ
corrumpatur,etiam ſi generationem elementorum ſecundum rectitudinem eſſe
poſuerimus,oportet vt in eis ſit primum & ęternum:quoniam generatio nõ pro-
cedit ex ſuperiori in infinitum,cũ in corporibus ſimplicibus peruenerit ad ignẽ,

Terra non cõuertitur in aliud,per cõdenſationẽ , ſed per rarefactionem.

Aliquid fit ex aliquo duobus modis.

Cõpoſitũ reuertitur in his partibus, ex qbus cõponitur.

verbi gratia neceſſe eſt, vt generatio eorũ ſimplicium vnius ex alio habeat principium primum, quod non generatur ex alio: quia, ſi non haberet principiũ, non haberet finem, cum principium non intelligitur, niſi in re habente finẽ, & omne habens finem neceſſario habet principium: quia, quod non incipit non deſinit, ſed ibi permanet. quare primum principium, quod principium non habet, neceſſario eſt ęternum: ſit ergo hoc principium aut terra, aut aliquid aliud elementorum, pręter terram. & ſi quis dicat quod nullum iſtorum generat aliud niſi per ſuam corruptionem, neceſſario eſt ut illud primum corrumpatur, quando aliquid ex eo generatur. ſi ergo corrumpitur, non erit ęternum. Sed, cum ponitur illud eſſe æternum, ſequitur quod erit æternum & non æternum: quod eſt inconueniens: & hæc ſufficiant ad oſtendendum ꝙ in cauſis materialibus, & efficientibus non eſt proceſſus in infinitum.

Quod nõ incipit, neque deſinet.

Cum compleuit demonſtrationem de finitate cauſarum mouentium ſe, vult etiam dare demonſtrationem de finitate cauſarum materialium, quę ſunt etiam diuerſæ in ſpecie. &, quia notum eſt de cauſis mouentibus eas habere vltimum, & quę ſitum eſt ab eis vtrum habeant principium a ſuperiori: de cauſis autem materialibus eſt econuerſo, ſcilicet ꝙ habent principium a ſuperiori, & eſt quæſitum vtrum ab inferiori habeant vltimum an non: d. Et ẽt impoſsibile eſt, &c. id eſt, & etiam, quia manifeſtum eſt de generatione ipſam eſſe finitam ex parte ſuperiori, impoſsibile eſt vt illud, cuius generatio iam completa eſt, habeat principium materiale, & illud principium habeat aliud materiale, & ſic in infinitum: adeo ꝙ non inueniatur poſtremum, verbi gratia ꝙ ex igne non fiet aliud: & ipſe fiet ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra. & proceditur ſic in corporibus diuerſis ab inuicem ſecundum formam in infinitum. Et, cum poſuit hoc dedit demonſtrationem, & d. Fit enim aliquid ex alio, &c. id eſt & demonſtratio ſuper hoc, ꝙ materię ſunt finitę, eſt ꝙ aliquid dicitur fieri ab alio duobus modis. quorũ vnus eſt, ſicut dicimus ꝙ ex puero fit vir, non ſicut dicimus ꝙ aliquid fit poſt aliquid: ſicut dicimus ꝙ ex vapore fit nebula, id eſt poſt vaporem. ſecundus autem eſt, ſicut dicimus ꝙ ex aere fit aqua. Et incipit exponere hunc modũ generationis, & d. Cum autem dicimus, &c. id eſt cum autem dicimus ꝙ ex puero fit vir, intendimus ꝙ ex diminuto fit perfectum. & hoc intendebat, cum d. ex illo, quod erit, fit illud, quod eſt. Et cum d. ꝙ generatio fit ex illo, quod erit, et non ex illo, quod iam completũ eſt, incœpit ratiocinari ſuper hoc, & d quoniã, quemadmodum inter eſſe, & non eſſe, &c. id eſt generatio eſt ex illo, quod generatur, id eſt ex illo, quod eſt in via generationis. quia eſſe, quod eſt in actu, cuius generatio iam perfecta eſt, opponitur in rei veritate ad non eſſe, & ex non eſſe non fit generatio, id eſt impoſsibile eſt vt ſit generatum: neq; etiam illud, cuius generatio iam cõpleta eſt, impoſsibile eſt vt ſit generatum: remanet igitur vt ſit generatum illud, cuius eſſe eſt medium inter non eſſe & eſſe in actu. & eſt illud, quod eſt in via generationis. Deinde dedit exemplũ, & dixit. addiſcens. n. &c. id eſt, v.g ꝙ ſciens dicitur fieri ex addiſcente, & nõ dicimus ꝙ ſciens fiat ex ſc, neq; ex non eſſe ſcientię, ſed ex medio inter ſcientiam & ignorantiam, quę eſt principium ſcientię & eſt addiſcens. & hoc intendimus, cum dicimus ꝙ ſciens fit ex illo, quod erit ſciens, id eſt ex illo quod venit ad ſcientiam, ſ. addiſcente. D.d. ſecundum modum, & dixit. cum vero dicimus ꝙ ex aere fit aqua, &c. id eſt cum vero dicimus ꝙ aliquid in actu fit ex alio in actu, verbi gratia ꝙ ex aere fit áqua, intendimus ꝙ ex aere corrupto fit aqua, ſecundum ꝙ aer corrumpitur, non ſecundum ꝙ remanet, neq; ſecundum ꝙ eſt in via generationis: ſicut dicimus ꝙ ex addiſcente fit ſciens. D.d. Et ideo non reuertuntur, &c. i. & generatio in primo modo non conuertitur, ſicut conuertitur in ſecundo. qm̃, ſi ex viro eſſet puer, tunc qđ erit, eſſet ex illo, quod iam eſt, ſ. tunc diminutũ eſſet ex perfecto: quod eſt impoſſibile. D.d. Et ſcđm hos duos modos, &c. i. & ſcđm hos duos modos generationis impoſsibile eſt vt generatio ſit in infinitum. Quoniam, quia modus generationis, quę eſt tranſmutatio ex nõ eſſe ad eſſe, ſ. de potẽtia ad actũ eſt inter duo finita, ſ. eſſe & non eſſe, nec eſt vt illud, quod eſt inter ea, ſit finitũ. Alter autem modus, in quo dicimus, ꝙ generatũ ſit ex illo, quod eſt in via corru

De cauſis materialibus eſt dubium, vtrũ ex parte inferiori habeant ultimũ. Vide 3. Phy. cõ. 60.

Illud, cuius generatio ẽ cõpleta, impoſsibile eſt vt ſit gñatũ. Vide 1. de Gene. 55. & 2. de gen. 51

A ptionis, reuertitur adinuicem, & reciprocatur, & non procedit secundum rectitudinem. reciproca autẽ sunt finita necessario. v.g. ꝙ ex terra fit aqua, & ex aqua fit aer, & ex aere ignis, deinde ex igne aer, & ex aere aqua, & ex aqua terra, & sic est in rebus finitis. hoc idem accidit in compositis ex elementis, scilicet ꝙ componuntur quandoque ex eis, & dissoluuntur quandoque in ea. Deinde dicit Et cum hoc, impossibile est vt primum, & æternum corrumpatur. i. & etiam, si posuerimus ꝙ generatio eorum adinuicem secundum hunc modum est secundũ rectitudinem, continget vt in eis sit primum æternum, & vt sit hoc corruptibile. D. dedit causam in hoc, & d. quoniam, quia generatio ex parte superiori, & c. i. quoniam, cum videmus ꝙ generatio non procedit ex superiori in infinitum, cũ in corporibus simplicibus peruenerit, v.g. ad ignem, necesse est vt generatio elementorum vnius ex alio habeat principium primum, quod non generatur ex alio. quoniam, si illic non esset primum principium, non esset finis. principium enim non intelligitur nisi in re, quæ habet finem. & quod habet finem necessario habet principium, quod enim non incœpit non desinit: sed illic est* desitio: ergo primum principium, & quod non habet principium, est æternũ necessario. sit igitur hoc, v.g. terra, aut aliquid prius terra. sed quia quodlibet istorum nõ generat aliquid, nisi per suã corruptionem, necesse est vt illud primum principium corrumpatur, quando ex eo aliquid generatur. &, si corrumpitur, non erit ęternum. sed iam ponitur esse æternum, quod est inconueniens.

Pricipiũ nõ intelligit̃ nisi in re, quę habet finẽ.

*deficere.

B

Item ipsum cuius causa finis. tale autẽ est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cætera. Quare, si tale erit vltimum, nõ erit infinitum. ꝙ si nihil tale, non erit ipsum cuius causa. Sed qui faciunt infinitum, latet eos, ꝙ boni naturam auferunt. at nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenturus ad finem.

Et etiam illud, quod est propter quod fiũt res, est finis. & hoc est, cuius esse non est propter consequens aliud, sed esse aliorum propter illud. Necesse est igitur, si aliquid sit tale, vt vltimum non sit infinitũ. si igitur nihil fuerit tale, non erit illud, propter quod fiunt cætera. Et facientes causas infinitas auferunt naturã boni, & non percipiũt. quamuis nihil incœpit agere aliquam actionem quancunque, nõ intendendo finem.

Ostenso in causa agente, & materiali non esse processus in infinitum, nũc idẽ in causa finali docet, & primo præmittit quid sit finis, & dicit quod causa finalis est illa, per quam fit vnumquodque entium: cuius esse non est in re per aliam causam finalem, sed omnes aliæ sunt propter ipsam. cum ergo omnes causę. s. forma, agens, & materia in quocunque ente sunt propter causam finalem, necessario est vt sint causę finitę, siue posteriores in generatione, siue priores in esse sint: Quoniam, si non esset finis vltimus, nihil reperiretur quod causam finalem haberet. quę in qualibet re est postrema. & ideo, si posuerimus omnes causas vltimum nõ habere, tunc causa finalis non esset omnino, cum ipsa finem haberet, & sic in infinitum. vnde non esset alicuius rei causa: quod est inconueniens. Cum quiditas finalis causę sit, vt non sit per aliam causam. & sic videtur manifeste. quod in causa finali non est processus in infinitum, aliter eius quiditas, ac suum esse destrueretur, & sic esset & non esset: quod est falsum: & similiter asserere eam in infinitum procedere. quoniam hoc modo loquendo omne bonum destruitur, & semetipsos destruunt illi, qui causam finalem non ponunt. cum bonum non dicitur bonum nisi per finalem causam.

8

C

Causa finalis est, ꝑ quã fit vnũquodque entium.

Qui destruit finẽ, destruit omne bonũ.

Cum declarauit finitatem diuersarum causarum, scilicet agentis, & materię incœpit declarare finitatem causę finalis, & d. Et etiam, & c. i. & est manifestũ causam finalem esse, per quam fit vnumquodque entium: & est illud, cuius esse non est in re propter aliam causam in illa, sed omnes causę existentes in re sunt

propter iſtam, ſ. agens, & materia, & forma in habētibus agēs ante materiā, aut formam. Et, cum poſuit hanc eſſe cauſam, d. Neceſſe eſt igitur, &c. i. neceſſe eſt, ſi talis cauſa eſt in vnoquoq; ente, vt oēs cauſæ ſint propter illam in quolibet ente; & neceſſe eſt vt iſtæ cauſæ, quę ſunt poſteriores in generatione, & priores in eſſe nō ſint infinitæ. Deinde dedit ſignum ſuper hoc, & d. ſi igitur nihil fuerit tale, &c. i. ſi igitur nō fuerit vltimus finis, tunc nihil habebit cauſam finalem. ſi enim deſcripſimus ꝙ cauſa finalis in re qualibet eſt cauſa poſtrema. ſi igitur omnes cauſæ non habuerint talem ſcilicet vltimam, nō erit hęc cauſa finalis omnino. ſ. ꝙ ſi finis habuerit finē, & ſic in infinitum, nō erit hæc cauſa alicui rei. Deſcriptio enim iſtius cauſæ eſt vt nō ſit propter aliam cauſam. ſi ergo fuerit infinita, deſtructur eius deſcriptio, & auferetur ſuum eſſe. ſed iam poſuimus eā eſſe, & hoc tūc eſſet inconueniens. D. d. Et facientes cauſas infinitas, &c. i. & facientes cauſas finales eſſe infinitas, deſtruunt finem, ſicut diximus. & qui deſtruunt finem, deſtruūt omne bonum, & nihil percipiunt. nihil enim dicitur eſſe bonum nisi per cauſas finales. D. d quamuis nihil incipit agere, &c. i. & mirū eſt de negantibus iſtam cauſam, cum concedant ꝙ nullus facit actionem aliquam, niſi intendēdo finem & vltimum. & ſic debet eſſe in natura in hoc, ſicut in artificio, & in omnibus actionibus volūtarijs. Et dicit hoc, quia multi Antiqui negabāt hanc cauſam eſſe. & iam locutus fuit cōtra eos in Secundo Phyſicorum.

Vide idē. 2. Phyſi. 89.

Deſcriptio cāę finalis ē vt nō ſit pp aliā cauſam.

Nihil dr̄ eē bonū niſi p̄ cās finales.

Scđo Phy. a te. c. 75. vſq; in finē.

Nec eſſet intellectus in huiuſcemodi. alicuius enim cauſa agit, quicunque intellectum habet. hoc nanque terminus eſt, finis vero ipſe terminus.

Intellectum habēs alicuius cā agit.

Et cū hoc etiam, ſecundū ꝙ dicitur, non eſt intellectus in entibus. habens. n. intellectum nō agit quod agit, niſi propter aliquā rē, quæ eſt vltimū actionis. vltimum enim eſt finis, ad quem intenditur.

9 Et mirum eſt de illis, qui cauſam hāc negāt, tamē cōcedunt neminē actionem ſuam perficere niſi propter intentionē finis, ad quem talis actio dirigitur: quoniam eo modo ſe habēt ea, quæ ſunt in natura, quemadmodum, ſe habent ea, quę ſunt in arte: ſed in arte omnia fiunt propter finem, cum Actio volūtatis ſit propter finem, vt Ariſt. in ſecūdo phyſicorum loquutus eſt cōtra eos, qui cauſam finalem negabāt, ſequitur ergo quod ea, quæ ſunt in Natura, ſunt etiam propter finem. Præterea, ſi in cauſis finalibus eſſet proceſſus in infinitum, tolleretur, mētem, & Naturam eſſe rerum efficiētes; qm̄ quęcūque vel natura, vel mēte fiunt, alicuius gratia fiant. ſublato autem eo, cuius gratia res per naturam, aūt intellectum fit: nihil neque per intellectum fieret, neque per naturam, & ſic omnis actio eſſet ocioſa: quod eſt cōtra experientiam.

2. Ph, t. c. 79

Quæcūq; itellectu, vel arte fiūt, pp finē fiunt.

Et facientes cauſas finales eſſe infinitas negāt intellectum operatiuum. intellectus enim nō agit omne quod agit, niſi propter aliud: & illud eſt, propter quod opus eſt finitum. vltimum enim eſt finis, quem intēdunt actiones. & ſi nō, tunc actio eſſet ocioſa.

At vero nec ipſum quid erat eſſe reduci ad aliā definitionē ratione abundantē contingit. Semper etenim prior magis eſt, poſterior vero non eſt. cuius autem primum non eſt, nec quod ſequitur eſt.

Et etiam diſpoſitio in eo, de quo quæritur per quid, impoſſibile eſt vt ſermo de eo ſit extra terminos. Prius enim ſemper eſt magis dignū in eſſe, poſterius autem non ſic. & illud, cuius primum non eſt, quod conſequitur illud, primum non eſt.

10 Cū declarauit, quod in tribus generibus cauſarum nō eſt proceſſus in infinitū, nūc oſtēdit idē eſſe in cauſa formali. qm̄ ſermo de diſpoſitione eius, de quo quæritur per quid eſt, qui eſt forma rei, impoſſibile eſt vt ſit alienus a natura defini

A tionũ.qm̃,ſi videbitur ꝙ natura definitionum ſit finita,neceſſario erit vt natura quiditatum ſit finita:Cũ quiditas rei,& eius definitio cõuertantur:ſequitur ergo, vt ita ſit de formis.Præterea,in omnibus definitionibus eſt pars Prior, & Poſterior:& Prior eſt magis digna in eſſe,quam ſit Poſterior.qm̃,ſi prior non fuerit, Poſterior non erit:& argumentum ſic cõponitur:ſi pars prior definitionis, quæ eſt genus,habuerit definitionem, & ſit prioris proceſſus in infinitũ:vnde de neceſsitate nõ erit illic prius,qua propter neq; poſtremum : cum Poſtremum non ſit niſi prioris:& ſic definitiones,& demonſtrationes ex conſequenti auferentur:quod eſt inconueniens:ſequitur ergo,quod formæ,quæ definitionibus attribuuntur,non ſunt infinitæ. Neceſſe eſt ergo, vt prima forma ſit in re definita, quæ eſt impoſsibile vt procedat in infinitum de inferiori ad ſuperius.

Quiditas & definitio cõuertuntur.

Poſito in infinitũ ꝓceſſu in cã formali,nõ erit definitio, neq; demr̃atio.

Cum declarauit finitatem trium cauſarum,incœpit facere hoc in cauſa formali,& d.Et etiam diſpoſitio,& c.i.& etiã ſermo de diſpoſitione eius, de quo quæritur per quid eſt, & eſt forma rei,impoſsibile vt ſit diuerſus a natura definitionum,ſ.ꝙ,ſi apparuerit ꝙ natura definitionum eſt finita neceſſario,erit vt ita ſit de formis.D.d.Prius.n.ſemper,& c.i.in definitione enim eſt pars prior, & poſterior:& prior eſt magis digna in eſſe.& ſi prior nõ fuerit,poſterior non erit.ſi igitur pars prior,v.g.genus habuerit definitionem,& pars prior illius definitionis habuerit definitionem,& ſic in infinitũ,non erit illic prius,quapropter neq; po- B ſtremũ.poſterius enim non eſt poſterius niſi prioris.& ſic auferuntur definitiones,& deſtruuntur cognitiones,ſi formæ,quæ attribuũtur definitionibus ſint infinitæ.Et hoc intendebat,cum d.& illud,cuius primum non eſt,& c.i.& illud,cuius eſſe conſequitur eſſe primi,& eſt poſtremum,non erit, quando primum non fuerit,& econuerſo.& cum poſtremum non fuerit,primum non erit.

Poſterius nõ eſt poſterius niſi prioris.

Cum poſtremũ nõ fuerit non erit primum.

Item ipſum ſcire perimunt,qui ita dicunt.non enim poſsibile eſt ſcire,antequã ad indiuidua deueniatur.Et ipſum cognoſcere nõ eſt. quæ enim ita infinita ſunt,quomodo intelligere cõtingit? Nec enim ſimile de linea eſt,quæ ſecundum diuiſiones quidem non ſtat. intelligere vero non poteſt,niſi ſiſtat.quare non numerabit diuiſiones, qui infinitam pertranſit.

Et etiam qui hoc dicit deſtruit ſcientiam:ſcientia enim non erit ſine peruentu ad illa,quæ non patiuntur diuiſionem. Et ſciens ſecundum hoc non erit.res enim infinitæ,quæ ſunt huiuſmodi diſpoſitionis,impoſsibile eſt vt comprehendantur ab intellectu.Lineę enim di- C ſpoſitio nõ eſt talis,ſ.ꝙ & ſi nõ adaptatur ſtare ſuper diuiſiones ſuas, impoſsibile eſt vt comprehendantur per intellectum , niſi per ſuum ſtatum.ſed qui acceperit in ſua imaginatione lineam infinitam, non determinabit diuiſiones eius.

Hic aſsignat ſecundã rationẽ,& dicit quod ſi nos poſuerimus poſtremũ non eſſe, 11
& primum eſſe,deſtrueretur ſcientia definitionũ,quæ fit per diſſolutionem: quemadmodum deſtruetur ſcientia definitionũ,quæ fit per cõpoſitionẽ,cum poſuerimus poſtremum eſſe abſq; primo.qm̃,cum in vna re fuerit prima forma diuiſibilis per differẽtias infinitas,nihil de ea re ſciemus,niſi qñ ad ſpeciem poſtremã illius rei deuenimus:& ideo,ſi poſtremum nõ erit,ſcientia nõ erit, & per cõſequens neq; ſciens.quod eſt impoſsibile.qm̃ ea,quæ in intellectu determinantur,ſunt res cognitæ,& ſi ſunt infinita,non ſunt cognita,cum infinita nõ determinantur ab intellectu:nec eſt dicendum quod ex lineæ diuiſione infinita ſciantur,cum ex ſui diuiſione ad partem vltimam peruenire non poſſumus,comparãdo diuiſionẽ generis in ſuas ſpecies,diuiſioni lineę in ſuas partes,quę partes ſemper in infinitum poſſunt diuidi:& ideo impoſsibile eſt intelligere lineam , niſi accipiamus eam finitam:& ideo ille,qui imaginatus fuerit lineam infinitã, non propter hoc poterit infinitum intelligere,quia infinitũ non intelligitur in actu,

Ea, quę ſunt infinita, non ſũt cognita.

Non poſſumus intelligere lineã, niſi accipiamus eã finitam.

Hoc eſt complementum primę declarationis,in qua poſuit poſtremam formã, & poſtremam differentiam,& declarauit ꝙ neceſſe eſt vt prima forma ſit in te definita,& ꝙ impoſsibile eſt ꝙ forma procedat de inferiori ad ſuperius in infinitum.hic autem ponit primum ſuperius eſſe,& declarat poſterius eſſe. Et ideo d.ſcientia enim non erit ſine peruentu, &c.i. ꝙ cum poſuimus poſtremum non eſſe,& primum eſſe,deſtruetur ſcientia definitionum, quę fit ſecundum diſſolutionem:ſicut deſtruitur ſcientia definitionum,quę fuerit per compoſitionem,cum poſuimus poſtremum eſſe,& primum non eſſe.quando enim in vna re fuerit prima forma diuiſibilis in differentias infinitas, non perueniemus per diuiſionẽ ad cognoſcendum naturam illius ſpeciei.ſcientia enim alicuius non fit, niſi quãdo peruenitur ad ſpeciem poſtremam.D.d.ſecundum inopinabile, & d. Et ſciens ſecundum hoc non erit,id eſt,& ſi ſcientia non fuerit,contingет valde inopinabile,ſcilicet ꝙ ſciens non erit.& cauſa in hoc eſt,ꝙ res cognitę ſunt ea,quę determinantur ab intellectu:infinita autem non determinantur ab intellectu:ergo non ſunt cognita.D.d.Lineę enim,&c.i.& non debet contradicere aliquis nobis per diuiſionem lineę,quia non poſſumus peruenire in ſua diuiſione ad partẽ vltimam,aſsimilando diuiſionem generis in ſpecies diuiſioni lineę in medietates,& medietatum in medietates,& ſic in infinitum. Impoſsibile eſt enim nos intelligere lineam infinitam,niſi quando accepimus eam finitam , & iterando eam infinities.& hoc non facit intelligere infinitum.& ideo qui imaginatus fuerit lineam infinitam,non poterit intelligere eam. & hoc intendebat, cum dixit, ſed qui acceperit in ſua imaginatione lineam infinitam,non determinabit diuiſiones eius,i.non poterit intelligere eam.

Hic aduerte Auer. velle a ſupiori ad inferius fieri diſſolutionẽ: cuius tñ oppoſitum ipſe habet.7.meta.c.23. Vide cõ. Zim.

Sed etiam materiam neceſſe eſt in eo , quod mouetur intelligere. atque nulli eſt eſſe infinito.quod ſi non,non infinitum eſt infinito eſſe.

Et etiam materia neceſſe eſt vt imaginetur in re mota.& impoſsibile eſt vt ſit in aliquo infinito in actu.ſi igitur non fuerit, tunc illud, quod eſt in infinito,non erit infinitum.

12 Vult dicere hic,ꝙ materia neceſſe eſt vt ſit incluſa in moto,quod generatum, & compoſitum eſt ex materia,& forma,aut formis:ſi ergo formę infinitę fuerint in illo compoſito,contingit vt in eo ſit proceſſus in infinitum: & cum generatũ ſit illud,cuius iam completa eſt generatio,& eſt in actu,aliter non eſſet genitũ, & in eo,cuius magnitudo eſt infinita,fuerit aliquid in actu:& illud eſt, quod ſit in moto infinito,& cum forma ſit illa,per quam generatio terminatur. ſequitur quod illud,quod eſt in actu,terminet infinitum:quod eſt impoſsibile. cum infinitum non poſsit terminari niſi ab infinito:quoniam,ſi finitum terminaret infinitũ, tunc illud,quod ęquatur infinito,non eſſet infinitum,& ſic infinitum non eſſet infinitum.quod eſt inconueniens.

Infinitũ nõ niſi ab infinito terminari poteſt.

Hęc eſt alia declaratio de natura generati.& dicit ꝙ materia neceſſe eſt vt ſit cõcluſa in moto,quod eſt generatum compoſitum ex materia & forma, aut formis.Si igitur in illo compoſito fuerint formę infinitę contingет vt ſit infinitũ, &,quia generatum eſt illud,cuius generatio iam completa eſt, & eſt in actu: ſi igitur in moto,cuius magnitudo eſt infinita fuerit aliquid in actu,& eſt illud, quod ſit in moto infinito,& forma eſt illud,quod terminat generatum,continget vt illud,quod eſt in actu, determinet infinitum: quod eſt impoſsibile. manifeſtum eſt enim ꝙ illud,quod determinat infinitum,ſi poſsit determinari, neceſſe eſt vt ſit infinitum.& ex hac poſitione ſequitur deſtructio iſtius, ſcilicet vt infinitũ non determinetur ab infinito.Et hoc intendebat,cum d.ſi igitur nõ fuerit,tunc illud, quod eſt in infinito,nõ erit infinitũ.i.ꝙ,ſi finitum determinat infinitum, tunc illud,quod terminat infinitum,non eſt infinitum:cum illud,quod ęquabitur infinito,debeat eſſe infinitum,aut quocũque modo appelles,ſiue ęqualitatem,ſiue terminationem,ſiue ſuperpoſitionem.

A Atqui etiam, ſi ſpecies cauſarum infinitæ multitudine eſſent, nec hoc modo eſſet ipſum cognoſcere. tunc enim ſcire putamus, cũ cauſas cognoſcimus. infinitum vero ſecundum additionem nõ eſt in tẽpore finito pertranſire.

Infinitũ non eſt ptranſire ĩfinito tpe.

Et etiam ſi ſpecies cauſarum eſſent infinitæ in numero, non eſſet ſcientia ſecundum hunc modum. nos enim non videmus nos peruenire ad ſcientiam, niſi quãdo ſcimus cauſas.

Vult declarare non eſſe infinitas cauſas aut ſecundum diuerſas ſpecies, aut ſecundum eandem ſpeciem: quia, ſi eſſent infinitę, nulla eſſet ſcientia. cum nihil de aliqua re ſcire poſſumus, niſi per omnia quatuor genera cauſarum in ea exiſtentium ſciuerimus, quando in ea fuerit plus vno cauſarum genere. & ſic nõ dãtur cauſæ infinitæ, cum in eis non inueniantur pluſquam quatuor genera. ſ. formale genus, Materiale, efficiens, & finale: ſed bene poteſt eſſe ſuper infinitatem vniuſcuiuſque generum vniuerſalis demonſtratio, & ſic intellectus poteſt intelligere infinita, dum vniuerſale comprehendit. quoniam qui cognoſcit hanc vniuerſalem, omnis homo eſt animal, cognoſcit infinitos homines eſſe animal, non B quidem actu, ſed potentia. quoniam vniuerſale ſiue vniuerſalis propoſitio comprehendit res infinitas, non actu ſed potentia. 13

Intellectus põt infinita intelligere, dũ vl'e comprehendit.

Poteſt intelligi ꝙ, ſi genera diuerſarum cauſarum eſſent infinita in genere, nõ eſſet ſcientia omnino. Non enim videmus nos ſcire aliquid, niſi quando ſciuerimus ipſum per omnia genera cauſarum exiſtentiũ in eo, quando habuerit plus vno genere cauſarum, quouſque declarabitur in quinto ꝙ impoſsibile eſt inuenire in cauſis pluſquam quatuor genera cauſarum famoſa. Et poteſt eſſe demõſtratio vniuerſalis ſuper infinitatem vniuſcuiuſque generum. Et cum d. ꝙ impoſsibile eſt vt finitum comprehendat infinitum, intendit ꝙ intellectus, qui eſt finitus, non poteſt determinare infinitum, ita ꝙ comprehendat illud in actu, non in potentia. Et diximus in actu, quia vniuerſale comprehendit res infinitas, ſed in potentia, non in actu.

Pria expõ. Scda expõ.

Vl'e cõprehẽdit res ĩfinitas ĩ potẽtia, ſed non in actu. Idẽ 3. de Aïa. c. 19. & 12. Meta. 14. & 51. com.

Caput Tertium. Quales debent eſſe veritatis auditores: quæque veritatis cognitionem impedire ſoleant.

C AVſcultationes autem ſecundum conſuetudines accidunt. quemadmodum enim cõſueuimus, ita iudicamus dici debere. & quæ præter hæc, non apparent ſimilia: ſed quia non cõſueuimus, ignotiora, & magis peregrina. conſuetum etenim notius eſt. Quantam vero vim conſuetudo habeat, leges declarant, in quibus fabuloſa, ac puerilia plus poſſunt propter conſuetudinem, quam ſi cognoſceremus ea.

Conſuetu. ĩ 8 vis.

Sed obedire oportet ei, quod audiuimus, & eſt ſecundum conſuetudinem. dicimus enim quòd conſueti ſumus audire. & quod videmus extra illud, eſt inconueniens: immo videmus illud, ad quod non ſumus aſſueti, eſſe inopinabile. illud enim, ad quod ſumus aſſueti, eſt magis applicabile animo, & magis notum. Et tu potes ſcire quãtum facit conſuetudo in hoc, conſiderando in legibus. inuenies enim apologos, & fabulas propter conſuetudinem plus applicabiles animo, quã ſcientię veritatis.

*a. l. ſummę veritates.

14 Et, qm̄ supra dixerat comprehensionem veritatis esse difficilem duobus modis: vno modo penes nos. & hoc quando intellectus se habet modo debili. Alio modo est penes res, quando illæ non sunt de se intelligibiles nisi in potentia. Nunc vero vult ostendere in quot species primus modus diuidatur; & est prima species ipsa consuetudo, quæ est omnium causarum fortissima, propter quam intellectus noster in apprehensione veritatis debili modo se habet: quoniam homines a Pueritia assueti sunt in rebus legum, quæ sunt ex maximis impedimentis ad sciendam veritatē, potissimùm in hac scientia, in qua enumerantur plures opiniones, quæ sunt veluti radices, & fundamenta legum, vt quod Deus sit, quod sit intelligens, & volens, & mundi causa, & summum bonum, & optimum, & Gubernator, ac Mundi rector, & reliqua, quæ ponuntur in legibus, non vt homines, qui viuunt sub illis legibus, sciant, sed vt boni fiant. lex enim non est vt sciamus, sed vt boni fiamus. Et causa est, quoniam perfectio hominis non acquiritur nisi per congregationes hominum in ciuitatibus. & congregatio, idest Ciuitas non erit perfecta nisi propter bonitatem, & non propter scientiam. quare, vt homines sint boni necessarium est lex, non vt sciant. recte ergo dicitur, radices, quæ accipiuntur ex hac scientia, esse positas in legibus non vt homines, qui viuunt in eis, sciāt, sed vt boni fiant: & hoc non accidit tantū in legibus, sed in primis cognitis. i. in primis principijs: sicut accidit hominibus, qui audiuerūt in principio scientiam loquentium. isti enim propter consuetudinem negant naturam, idest agens naturale esse, quia dicunt omnia facere, Deum, & etiam negant veritatē, quæ habetur in hac scientia, & negant necessarium esse, & ponunt omnia possibilia esse, præter Deum.

Causarū omniū fortissima est cōsuetudo. Idē in pœm. 3. ph.

Radices, & fundamenta legū quæ.

Lex nō est vt sciamus, sed vt boni fiamus.

Intendit in hoc capitulo declarare quæ impediūt scire veritatē. & fortissimum eorū est consuetudo in pueritia in rebus legum, & maxime in hac scientia: quia plures opiniones huius scientiæ sunt radices legū, & ponūtur in legibus non ad sciendū, sed ad inquirendū bonitatē. Et causa in hoc est, ꝙ complementū hominū non cōpletur nisi per congregationes: & congregatio per bonitatē: esse ergo boni est necessariū, & nō est necessariū eos scire veritatē. & hoc nō accidit tm̄ in legibus, sed in primis cognitis: sicut accidit hoībus, qui in principio audierūt scientiā Loquētium. Isti. n. propter consuetudinem negant naturam esse, & etiam veritatem. & negant etiā necessarium esse, & ponūt oīa possibilia esse. Et induxit hoc, propter quod locutus fuit de causis. multę. n. leges ponūt hic esse cās facientes res infinitas, & ꝙ ab eis ꝓueniūt res infinitę. Et, cū d. i impedimēta pp cōsuetudinē, induxit ēt aliud impedimētū, qđ accidit p humanā naturam, & dixit.

Cōplemētū hoīum n̄ cōpletur nisi p cōgregationē, & cōgregatio p bonitatē. Idē. 3. de Aīa. cō. 5. & 36.

Aliqui igitur, nisi mathematice loquentes, non admittunt. Quidā vero non nisi exemplis vtentem. Quidā autē dignum ducunt, vt testis producatur aliquis Poeta. Et quidam exacte omnia. Quosdā vero tedet certitudinis, aut propterea ꝙ non possunt consequi, aut propter curiositatem. habet enim certitudo tale aliquid. quare vt in contractibus, ita & in orationibus illiberale esse quibusdā apparet. Quapropter oportet peritum esse quomodo singula admittēda sunt: quoniā absurdum est simul scientiam, & modum scientiæ quærere. neutrum autem facile accipere est.

Absurdū est simul sciām et modū sciētię quęrere.

Et quidā homines, si homo non locutus fuerit cum eis mathematice, non recipiunt illud, quod dixit. Et quidam quærunt testimonium multorū hominū. Et quidā quęrunt testimoniū Versificatoris. Et quidā quærunt loqui sēdm perscrutationē maximā, & scripturarum. Et quidā contristant per sermonē perscrutatū, & odiunt illum, aut quia nō possunt retinere ipsum, aut quia assimilatio eius est mala. *scatinizā do. n. in hoc est quasi scatinizādo in mercatione. & sicut scatiniza-

** a. l. estimatio. n. in hoc est quasi estimatio ī intētione.*

** extimatio.*

A do in mercatione est vile, ita est in sermone. Et ideo oportet hominẽ instrui in cognitionẽ viȩ cuiuslibet rei, quã vult declarare: malum. n. est simul quærere aliquam scientiam, & modum, secundum quẽ declarat. & non est facile aliquod istorum.

Et, cũ declarauit impedimẽta, quȩ cõtingunt pp cõsuetudinẽ, vult modo declarare impedimentũ, qđ per naturã cõtingit: & dat aliã speciẽ causarũ, cognitionẽ veritatis impedientiũ. qm̃ multis hoĩbus cõtingit in sciẽtijs per naturã illud qđ pp cõsuetudinẽ cõtingit, & isti sunt bipartiti: Aliqui. n. veritatẽ nõ cõprehẽdũt, qm̃ nõ sunt in logica multũ instructi. Et ideo in omni sciẽtia querũt demõstrationes de genere mathematicarũ demr̃ationũ: et hoc duobus modis cõtingit, aut ex ignorãtia dispõnis, aut negationis: & hoc pro maiori parte accidit his, qui non sunt in logica instructi: illi vero, qui habẽt ignorãtiã dispositionis, i. per propriã naturã, sunt ẽt bipartiti. nã aliqui solũ testimoniũ multorũ querũt, neq; alio modo credere possunt, neq; veritatẽ principiorũ primorũ cõcipere. & isti pertransire nõ possunt sermones probabiles, & demõstrationes, & si prima cõcedũt principia, inquãtũ famosa sunt cõcedunt: & si cõtingeret, qđ cõtraria eorũ primorum principiorũ famosa essent, negarẽt ea, sicut cõtingit loquẽtibus triũ legũ. qui negãt esse imposibile aliquid gigni ex nihilo, licet ista ꝓpositio sit famosa, & ab oĩbus philosophãtibus cõcessa: similiterq; negãt ĩposibile esse magnitudinẽ ex nõ magnitudine, ita qđ nõnullos vidi dãtes se philosophiȩ negare illã ꝓpositionẽ fore primã: Et similiter ẽt nõnulli negabãt formas specificas fore ꝓprias materijs necessario, adeo quod Auicẽna cũ suo noĩe in philosophia dicit hoĩem generari ex terra esse posibile sicut mures generantur, & alia multa imposibilia fecit posibilia: Et sunt ẽt nõnulli alij, qui testimoniũ querũt, ad hoc vt credãt: et hoc accidit per naturã, in quibus virtus imaginatiua dominatur super virtutẽ cogitatiuã, & ideo demr̃ationibus nõ credũt, nisi imaginatio comitetur eas: et ideo, neque plenũ, aut vacuũ, neq; tẽpus extra mũdũ, neq; hȩc entia esse nõ corpora credere possunt: & sunt alij ẽt hoĩes quærentes maximã in philosophia ꝑscrutationẽ: & aliqui cõtristati sunt ex sermone ꝑscrutabili valde, cũ intellectus eorũ eũ neq; cõprehendere, neq; retinere valeat; & ideo imposibile est vt isti aliqđ sciãt: & hoc cõtingit, aut propter segnitiẽ, & hȩbetudinẽ intellectus eorũ, aut q͂ se ipsos decipiũt, credentes ita malũ esse in sermone proteruire, quẽadmodũ est in mercatura: et ideo necesse est vt quilibet homo primo sciat viã cuiuslibet rei, quã vult declarare alijs, vel discere ab alijs. cũ logica necessaria est oĩbus scientijs secundũ modũ suũ vniuersalẽ, & particularẽ. qm̃ logica est duplex vl'is omnibus scientijs, de qua agitur in ꝓprijs libris logicȩ. quædã vero particularis, & ꝓpria vnicuiq; sciẽtiæ, quæ proponitur quasi semper in principio rei differẽdæ. hinc euenit, vt non posit aliquis esse instructus in aliqua Arte, nisi prius fuerit eruditus in vniuersali, & propria logica Propterea Aristoteles præcepit, vt nemo simul logicã discat, & scientiã, cuius est modus sciendi, qm̃ nec hanc discet, nec illã, qm̃ malũ est quȩrere scientiã & modũ sciẽdi. & hoc simile est ei, q vult hoĩes curare, & simul discit Artẽ curãdi, vt de quodã dr̃ medico, ꝙ cũ ad infirmũ accesisset, & ꝓpinasset iã medicinã ei, postquã mortuus est infirmus: inspexit librũ, nec ob aliud, nisi quia simul discebat Artẽ medendi, & medebatur. 15

Ignorãtia logicæ est ad veritatẽ cognoscẽdã impedimẽtum idẽ. 1. phys. cõ. 71.

B

Idem contra Auicẽnã. 8. ph, cõ. 46.

Logica necessaria est oĩbus scientijs. Idem. 1. top. cap. 1.

C

Vult declarare ĩ hoc capitulo quod accidit hominibus in *sciẽtijs ꝓpter diuersitatẽ naturæ, & ꝓpter paucitatẽ instructionis in Logica. Et d. ꝙ quidam hoĩes quȩrunt in omni sciã demr̃ationes de genere demonstrationũ mathematicarũ. & hoc accidit pluries in his, qui nõ instructi sunt per Logicã. & iã vidimus aliquos, quibus accidit hoc per naturã. Et quidã quærunt testimoniũ multorum. & hoc accidit per naturã. multi. n. hoĩum nõ possunt pertransire sermones probabiles, & demõstrãtes. & isti, cũ concedunt prima intellecta, non concedunt ea, nisi inquantum sunt famosa, ita ꝙ si acciderit ꝙ contraria eorũ sint famosa, negabũt ea. sicut accidit Loquẽtibus, q negabãt ĩposibile esse aliqđ de nihilo, licet ꝓpositio sit cõcessa ab *oĩbus, s. imposibile esse magnitudinẽ ex nõ magnitudine, ita

*a.l. hominibus.

Vide. 1. ph. t.c. 34. & 3. cœ. 37.

Auicē. d. hominem posse giñari ex terra. Vide. 8. Ph. cõ. 46.

ꝙ vidi multos hoies dãtes se ad Philosophiã & negabant illã propositionẽ esse primam. & similiter negabãt formas specificas esse proprias materijs necessario, adeo ꝙ Auic. cum sua famositate in Philosophia dicit hominẽ generari ex terra esse possibile, sicut murem, & alia multa, quæ dicũtur. Et accidit ẽt quibusdam hominibus quærere testimonium Versificatoris. & hoc etiam accidit per naturam eis, in quibus virtus imaginatiua dominatur super virtutẽ cogitatiuã. & ideo videmus istos nõ credere demonstrationibus, nisi imaginatio cõcomitetur eas. non enim possunt credere non plenum esse, aut vacuum, aut tempus extra mundum: neque credere hæc entia esse nõ corpora, neque in loco, neque in tempore. & accidit hoc multis cõsiderantibus in Philosophia Auic. & ista attribuũtur ei, sed non est verum, ꝙ eius fuit. Et quidam homines quærunt perscrutationem maximam. & ista est natura Philosophiæ. Et quidam contristantur per sermonem valde perscrutabilem. & causa in hoc est, aut quia intellectus eorũ non potest retinere, & comprehendere ipsum: & isti impossibile est vt addiscãt: aut propter segnitiem, aut propter errorem contingentem eis, quia assimilant disputationem mercationi, & credunt ꝙ proteruire in sermone est malum, sicut malũ est proteruire in mercatione. & ideo d. Ari. ꝙ necesse est vt homo instruatur in cognitione viæ cuiuslibet rei, quam vult declarare. Et dixit hoc, quia ars Logica, quædam est vniuersalis omnibus scientijs, & quædam propria vnicuiq; scientiæ, & homo non potest esse instructus in qualibet arte, nisi sciendo vniuersalia, & ꝓpria de eis. Et cũ dixit hoc, dedit prçceptũ valde[a] vtile, & est vt homo non addiscat illam cum adiunctione aliarum scientiarum. quoniam tunc neque addiscent hanc, neque istam, sicut dixit. quoniam malum est quærere aliquam scientiam, & modum, secundum quem declaratur. hoc enim simile est ei, qui docet homines viam, cum addiscit eam: aut qui intendit medicinari hominem, & iterum addiscit medicinam. sicut de quodam dicitur, qui cum ad infirmum accessit, & propinauit medicinam ei, & inspexit post librum, & mortuus est infirmus.

Vide primo Cœ. 100.

Natura Philosophi ẽ q̃rere maximã perscrutationem.

Secũdo Cœli. 34.

Ars Logica dupl'x, vl'is, et ꝓpria. Idẽ 1. Ph. c. 8. & 35. & 8. Ph. cõ. 70. & 7. Met. c. 2. & 1. Ethicorũ cap. 3.

a Vtile præceptum.

Certitudinem vero sermonis mathematicam non oportet in cunctis quærere, sed in his, quç non habent materiam, Quare non est naturalis modus. tota enim natura forte habet materiam. Quamobrem considerandum est primum quid nam natura sit. sic enim, & de quo Naturalis scientia est, manifestum erit, & Vtrum vnius sciẽtiæ, an plurium est causas, & principia speculari.

Et non oportet quærere in qualibet scientia perscrutationem, sicut in Mathematicis. hoc enim non oportet quærere, nisi in eis, quæ non miscentur cum materia. Et ideo iste modus non est naturalis. videtur enim ꝙ tota natura fere admiscetur cum materia. Et ideo oportet primo perscrutari de natura quid sit. hoc enim facto apparebunt nobis ea, de quibus perscrutamur naturaliter, & vtrum considerandum sit in causis principiorum in vna scientia, aut in pluribus vna. videtur enim ꝙ quælibet natura habeat materiam. Et ideo oportet perscrutari primo de natura quid sit. & tunc declarabuntur nobis ea, ex quibus declaratur scientia Naturalis.

16 Vult dicere, & non oportet hominem quærere, vt modus fidei in demonstrationibus naturalibus sit, sicut modus fidei ĩ mathematicis demr̃ationibus: qm̃ demõstrationes mathematicç sunt ĩ primo gradu certitudinis, & naturales cõsequũtur eas in hoc. Certitudo. n. diuersatur in eadẽ scientia secundũ demonstrationẽ simpliciter, & secundum demonstrationem quia: & cum hoc sit in vna & eadem scientia, quanto magis debet diuersari in diuersis scientijs secundum genus. ratio autem, propter quam demonstrationes mathematicæ sunt potiores naturalibus, & methaphisicis, est ista, quoniam demonstrationes mathematicæ sunt demon-

Certitudo diuersatur in eadẽ sciã secũdũ modũ demr̃atiõis.

strationes

A ſtrationes ſimpliciter, videlicet quarum media ſunt nota nobis, cum ſint ſenſibilia, & naturę, cum ſint cauſę: at demõſtrationes naturales, & Metaphyſicę ſunt demonſtrationes quia in primo proceſſu, quarum media ſunt nota nobis tantum. non ergo ſunt efficaciores quantum ad res ſubiectas, ſed quantum ad modũ procedendi. & dixit fere, propter intellectum materialem; nam, de eo eſt conſideratio naturalis, & tamen abſtractus eſt a materia: & nõ ſolum intellectus materialis eſt abſtractus, & vltima hominis perfectio, ſed etiam intelligentię: quoniam illę ſunt vltimę perfectiones corporum cœleſtium ſicuti intellectus materialis. et ideo dixit Ariſt. fere, non propter intellectus ipſos, ſed propter corpora ipſa cœleſtia, quę comparatione corporum generabilium videntur minus naturalia, & carere materia: & ideo omnis homo debet prius naturalia perſcrutari, & bene perpẽdere quid eſt natura, ſicut dictum eſt in 2. Phy. quia bene diſcernet poſtea cognitionem rerum naturaliũ a non naturalibus. cum natura ſit principium trãſmutationis in rebus transmutabilibus per ſe, et principium priuationis transmutationis in rebus, quę quandoq; transmutantur, & quandoq; non. propter quod apparet, quod natura dicitur ęquiuoce de rebus, quę remanent ſemper vno ac eodẽ modo in motu locali, & de transmutabilibus, quę quandoque tranſmutantur & quandoq; non. & ſic erit conſiderandum vtrum cõſideratio de omnibus quatuor
B generibus cauſarum ſit vnius ſcientię, vel plurium ſcientiarum. & ſi fuerit conſideratio de eis multarum ſcientiarum, tunc non erunt omnium entium principia omnia, ſed quędam erunt principia omnium entium. & cum natura habet materiam, ſequitur quod omne ens habet cauſam materialem, & ſic nulla eſſet ſcientia diuerſa a ſcientia naturali, & ideo in ſcientia naturali oportet primo perſcrutari de natura quid ſit, & de hac, & de iis, quę generaliter attinent ad hanc, agitur in libris Auſcultatorijs. Secũdo oportet perſcrutari de natura cuiuslibet entis naturalis quid ſit, & hęc diſtribuitur per libros ſcientię Naturalis particulares. & hoc eſt per ſe notum, ſ. quod Artifex naturalis oportet perſcrutari de natura cuiuslibet entis naturalis: & ſic completa eſt noſtra media expoſitio ſuper ſecundo Metaphyſicę.

Dĩa inter demõſtrationes Mathematicas, & Metaphyſicas, & naturales.

Natura dr̃ ęquiuoce de transmutabilibus, & in transmutabilibus.

Artifex naturalis debet perſcrutari de natura cuiuslibet entis naturalis.

Et non oportet quęrere, id eſt & non oportet hominem quęrere vt modus fidei in demonſtrationibus Naturalibus ſit ſicut modus fidei in Mathematicis. Demonſtrationes enim Mathematicę ſunt in primo ordine certitudinis: & demonſtrationes Naturales conſequuntur eas in hoc. Certitudo enim diuerſatur in eadem ſcientia, verbi gratia, ſecundum demonſtrationem ſimpliciter, & ſecundum demonſtrationem quia. &, cum diuerſatur in eadem ſcientia, magis diuerſatur in ſcientijs diuerſis ſecundum genus. Deinde declarauit in quo genere debet homo quęrere certitudinem, quę eſt in primo ordine, et dicit ſed homo debet
C quærere hoc in eis, quę non admiſcentur cum materia, ſ. Mathematicis. & ideo dicit. Et ideo iſte modus non eſt naturalis, id eſt, & ideo cõſideratio in hac ſcientia non eſt naturalis conſideratio, cum ſit de rebus non admixtis cum materia. Et conſiderauerit in rebus admixtis cum materia, tamen in modo, ſecundum quẽ non admiſcentur cum materia, verbi gratia res naturales diuidi in potentiam & actum, vnum & multitudinem, & ſubſtantiam & accidens. Deinde dicit videtur enim ꝙ tota natura fere admiſcetur cum materia, id eſt, & iſte modus non eſt naturalis. quia entia, in quibus conſiderat, non admiſcentur cum materia: & omnia naturalia fere ſunt admixta cum materia. Et dicit fere, propter intellectum. intellectus enim, qui eſt poſtrema perfectio hominis, eſt abſtractus a materia. Et dubitatur in hoc, quomodo dicit fere, & diſpoſitio intellectus, qui eſt poſtrema perfectio hominis, eſt diſpoſitio intellectuum omnium abſtractorum in corporibus cœleſtibus. iſti enim ſunt poſtrema perfectio corporum cœleſtium. Et reſpondendum eſt ꝙ ipſe dicit fere, in reſpectu corporum generabilium & corruptibilium. iſta enim dicuntur magis naturalia ſecundum famoſitatem, quã illa. Deinde dicit: Et ideo oportet primo perſcrutari, &c. id eſt ꝙ quando homo ſciuerit naturam quid ſit, declarabuntur ei naturalia a non naturalibus. natura enim vniuerſaliter eſt, ſicut dictum eſt, principium transmutationis in rebus transmutabilibus per ſe, & principium priuationis tranſmutationis in rebus, quę

Demrãtiões Mathematicę ſunt ĩ primo ordine certitudinis, & demõſtrationes Naturales conſequuntur eas in hoc. Vide inſtantiã. 1. de Ani. tex. com. 1. Vide con. Zim.

Quõ Meta. ſit de rebus nõ admixtis cũ materia.

Dubium.

Solutio.

Gñabilia ſecũdũ famoſitatem dñr magis naturalia, q̃ ęterna.

q̃nq; transmutantur, & q̃nq; non: illa autem, quę semper remanet in eodem mo-do modorum transmutationis, s. in motu locali, ęquiuoce dicitur de eis natura. & de alijs. D.d. & vtrum considerandum sit in causis principiorum, &c. id est debet primo perscrutari qui voluerit considerare in hac scientia, vtrum consideratio in omnibus quatuor principijs est unius scientię, aut plurium scientiarum, quoniam, si fuerit multarum scientiarum, tunc omnia principia non erunt omnium entium, sed quędam principia. D.d. videtur enim ꝙ quęlibet natura habet materiam. s. videtur enim ꝙ omne ens habet causam materialem. &, si ita est nulla est scientia alia a scientia Naturali. D.d. Et ideo oportet perscrutari primo de natura quid sit. & d. hoc, quia scientia Naturalis declaratur per duas perscrutationes, quarũ vna est perscrutatio de natura quid sit, sicut dixit: & secunda est perscrutatio de natura cuiuslibet entis quid sit. & hoc manifestum est per se, & Aristo. perscrutatur de hoc in alio lib. qui dicitur* Analytica.

Vide 2. Ph. com. 3. & 5. Met. cõ. 5.

* a. l. Auditus naturalis

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER TERTIVS,
cum vtraq; Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In Prima dubitationes multę proponuntur.
In Secunda eædem examinantur dubitationes.

Summæ Primæ Caput Primum. Dubitationis causa exponitur.

AD illam, quæ quæritur, scientiam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum est. hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimarunt, & si quid ultra hæc prætermissum sit. Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere uolentibus, bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, quæ ante dubita fuerunt. [a] Soluere autem non est, cum nodus ignoretur, sed intellectus hæsitatio manifestum hoc de re facit. quatenus enim dubitat, eatenus simile quiddã ligatis patitur. utroq; namq; modo impossibile est ad vlteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculari par est, & horum gratia, & propterea quòd illis qui quærunt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quonam sit oporteat ignorant, & adhuc neque vtrum inuenerint quod quęrunt, an non, cognoscere possunt. finis etenim his quidem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerit, patescit. Item melius se habere

Posterior facultas solũ prius dubitatorum est.
a Soluere non est, cum nodus ignoretur.

A necesse est illum ad iudicandum, qui tanquam aduersarios, omnes vtrinq; rationes oppositas audiat.

Melius se habet ad iudicandũ, qui vtrinq; rõnes oppositas audit.

Necesse est nobis considerare primo quęstiones difficiles dicendas in hac scientia, & sunt illæ, de quibus quidam existimauerunt existimationes diuersas, & alia, quæ dimiserunt. Prima enim actio eorum, qui volunt comprehendere scientiam rerum, est perscrutari de difficilibus quæstionibus, non enim comprehenduntur ea, quæ sunt post, nisi per dissolutionem quæstionum difficilium, quæ sunt ante. Et nõ potest dissoluere ex modo ligamenti qui ignorat ligamentum. & hebetudo intellectus demonstrat ꝙ hoc est sic. hebeti aũt contingit simile ei, quod contingit ligato. hebes aũt non potest intelligere, neq; ligatus ire. Et ideo perscrutãdum est prius de quæstionibus omnibus difficilibus, & propter hoc, quod diximus. qui enim quęrit cognoscere aliquid, antequam perscrutetur primo de difficultate eius, assimilatur ei, qui ignorat locũ pedum per viam æqualem. & cum hoc, qui B nescit quæsitum, nescit ipsum, quando inuenitur. finis eorum igitur, qui non perscrutantur de difficilibus, est ignotus, & finis eorum, qui perscrutantur de eis, est manifestus necessario. Et bonum est vt apud audientem, omnium sermonum affirmãtium & negantium sint propositiones necessariæ, & sufficientes.

Credendum est, quod proprium cuiuslibet sapientis est, sermones ociosos fugere, eosq; semper odio habere. non enim laudes illi merentur, qui longo sermone suos offuscãt conceptus, ac per verba methaphorica eos quoque, posterioribus occultant. Ad quid enim fuit illorum verborum perditio, si conceptus suos per talia verba occultare intendunt? frustra enim sunt illa, cum sola taciturnitate finẽ suum prosequi possunt: cum igitur nonnulli philosophantes Arist. pręcesserint, quorum opiniones in primo huius dictę sunt, circa quas oportet nonnullas quęstiones ventilare, & nodos ipsarum soluere. ideo Aristo. in pręsenti libro inducere intendit sermones disputatiuos, id est Dialecticos propter ea, quę dicta sunt: cum eius consuetudo in omnibus scientijs semper fuit destruere primo ea, quę non faciunt ad in- C uestigandum veritatem, & maxime in hac scientia, in qua sunt quęstiones difficiles, quę habent sermones disputatiuos, id est Dialecticos pro vtraq; parte: tum etiam quia nullus earum difficultatem scire potest. nisi sciat eam per sermones disputatiuos, qui sunt pro vtraq; parte: & sicut fecit Aristo. in scientia naturali, eodem modo facit in hac scientia: qm̃ cognouit meliorem doctrinam fore, quæ ponit disputatiuam perscrutationem in singulis quęstionibus, quando intendit eã per quęstiones differere, quam colligere omnes quęstiones in vnum: At in hoc libro sermones disputatiuos pręponit in omnibus quęstionibus difficilibus, quæ sunt in hac facultate, vno libro collectas: deinde soluit inducendo demonstrationes proprias cuiq; quęstioni in loco conuenienti ex locis huius scientię: & causa huius differentię est, quia scientię disputatiuę communicant in vniuersalitate considerationis, Dialectica videlicet, & Metaphysica. Nã subiectum vtriusque scientię est idẽ. s. ens simpliciter. Dialectica vero, et Metaphysica utraq; de ente simpliciter agit, tanq̃ de subiecto: quare quęstiones pertractãdę debent colligi in vno libro tanq̃ pars per se in hac scientia, & ante sermones demonstratiuos: qm̃ natura sermonũ disputatiuorum facit, vt pręcedãt demonstratiuos, potissimũ qui fiunt ad excitãdũ. nã qui fiunt ad confirmãdum ponũtur post demõstratiuos. sic igitur, quia alię scientię considerãt particulariter de veritate, & particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare, quia vero Metaphysica sicuti

1 Inanis est illorũ sermo, qui verbis obscuris suos occultant cõceptus.

Dialectica, et Metaphysica cõicant in vĩtate cõsiderationis.

dialectica habet vniuersalem considerationem de veritate, sic quoq; ad eã pertinet vniuersalis dubitatio de veritate. hac ratione, non particulariter, sed vniuersaliter omnes dubitationes simul colligit in vno libro: simile huic, quem fecit de terminis, quibus vtitur in hac scientia econtrario ei, quod fecit in alijs scientijs, nam in particularibus scientijs exponit terminos particulariter apud considerationem cuiusq; quęstionis: at in hac scientia exponit omnia nomina, quibus vtitur in vno libro, videlicet in quinto huius, non ad tollendam ęquiuocationẽ, sed ad numerandas intentiones, de quibus agit hæc scientia. Et ideo expedit omnibus volentibus scire in vnoquoq; genere scientiarum res quęsitas, prius inspicere quęstiones illius scientię, & perscrutari de eis. Cum igitur scientia hęc sit in genere scientiarum, necesse est ergo prius inspicere quęstiones eius, & sunt illæ difficiles, de quibus homines in hac scientia sunt contrarij, & sunt etiam aliquę, de quibus dimiserunt perscrutari propter suam difficultatem: finis autem, propter quem fuit necesse incipere a perscrutatione istarum quęstionum difficilium est, quia, scientia quęsita, quę acquiritur ex eis, est scientia soluens omnes difficultates earum: & ideo difficultas alicuius rei pręcedere debet eius solutionem, & hęc fuit causa, quare Arist. primo perscrutauit de rebus difficillimis, antequã ad earũ solutionem deueniret: quõ, ita se habet difficultas ad ipsum intellectum, quemadmodum laqueus ad corpus, & qui ignorat ligamentum, laqueum nescit soluere: & ita illi, qui difficultates ignorant, eas soluere nesciunt: & sic intellectus ligatus nullo modo finem suum attingere poterit, nisi primo ligamentum eius sit solutum: ligamenta enim intellectus sunt sermones contrarij: & ideo oportet vt via, ex qua quęstiones oriuntur, sit alia a via, a qua quęstiones soluuntur, vt modus, a quo fit ligamenti solutio, alius est a modo, a quo fit ligamentum. & sic via ad scientiam inquirendam erit perscrutatio rerum dubitabilium: Cum igitur proportio quęstionum ad animam similis est proportioni ligamẽti ad membra. sequitur ergo quod scientię acquisitę proportio post quęstiones solutas similis est proportioni motus acquisiti post solutionem ligamenti: & similiter nemo potest aliquid cognoscere, antequam prius difficultatem sibi cõtingentem cognoscat: aliter esset similis illi, qui pedes suos habet in viam rectam, nihilominus locum eorum ignorat, & ideo deambulans mouetur, sed nescit quo vadat: & similiter ille, qui veritatem quęrit, & veritatem ignoret, nescit quid inueniat: & ideo dubitandum est prius de difficultate omnium quęstionum, vt finis earum non sit ignotus: quoniam finis eorum, qui non sunt perscrutati de difficilimis quęstionibus, est ignotus: & similiter, si aliquis iudicare inter duos aduersarios vult, primo oportet cognoscere propositiones partis vtriusq;, scilicet affirmatiuas, & negatiuas, antequam iudicium proferat: & hoc non fit nisi pręponuntur quęstiones, ac earum difficultates: quare necesse est omnibus volentibus scire veritatem, primo quęstiones difficiles circa eam proponere.

Cur in vno libro huius scię exponit Arist. terminos huic scię necessarios.

Cur incipit a qõnibus difficilibus.

Sermones obscuri sunt ligamentum intellectus.

Idẽ medium ad probãdũ sensũ cõem. 2. de Ani. te. com. 147.

Intendit in hoc tractatu inducere sermones disputatiuos, qui affirmant, & destruunt idem in omnibus quęstionibus difficilibus huius scientię. & ista est consuetudo Aristotelis in omnibus scientijs, scilicet in quęstionibus difficilibus. ille enim quęstiones habent sermones disputatiuos: & nullus scit quantum sunt difficiles, nisi sciat eas per sermones disputatiuos.* Sed in scientia Naturali videtur melior doctrina est pręponere disputatiuam perscrutationem in singulis quęstionibus, quando vult facere disputationem super illam quęstionem. In hoc autem lib. vult pręponere sermones disputatiuos in omnibus quęstionibus difficilibus quę sunt in hac arte: & præponere sermonem in eis per se. deinde inducit demonstrationes proprias vnicuique quęstioni in loco conuenienti tractatuum huius scientiæ. Et forte iste ordo est melior in doctrina huius scientiæ: quia communicant scientiæ disputatiuæ in * vniuersalitate considerationis. subiectũ enim vtriusque scientiæ est idem, scilicet ens simpliciter. Et, quia natura sermonum disputatiuorum facit vt præponatur in ordine sermonibus demonstratiuis, vidit Aristotel. q̃ iste modus considerationis debet poni pars per se in hac scientia, sicut fecit in nominibus significantibus intentiones huius scientię, econtrario ei, quod fecit in alijs scientijs, scilicet q̃ in alijs scientijs exponit nomina apud con-

*Consuetudo Ari. est inducere ĩ oĩbus scientijs sermones disputatiuos ante sermones demõstratiuos. Vide idẽ 4. Phy. c. 3. & 51. Oppositũ 1. Cę. c. 2. Vide cõ. Zim. * ac. add it ĩ sciã naturali * vl. anitate*

A sideratione in vnaquaque quęstione: in hac autem scientia exponit nomina in vno tractatu, non ad distinguendum nomen ęquiuocum, sed numerando intentiones, de quibus considerat ista scientia. Nicolaus autem ordinauit sermonem contra illud, quod fecit Aristote. in istis duabus intentionibus, scilicet ꝙ ordinauit ea, secundum ꝙ fecit Aristotel. in scientia Naturali, & putauit se incedere per viam meliorem. & melius est quod Aristotel. fecit propter causam, quam diximus. Et dixit, Necesse est nobis, &c. id est, quia necesse est omni volenti scire res quęsitas in vnoquoque genere scientiarum inspicere primo quæstiones illius scientię, & perscrutari de eis, oportet nos facere hoc in hac scientia. Deinde dicit quę quęstiones sunt istę, & d. & sunt illę, de quibus quidam existimauerunt, &c. id est & istę quęstiones sunt. in quibus homines diuersantur in hac scientia propter difficultatem earum, & alię quęstiones difficiles, de quibus dimiserunt perscrutari. Deinde dicit causam in hoc, & d. Prima enim actio, &c. id est & necesse est incipere a perscrutatione de istis difficilibus quęstionibus. quia scientia quęsita, quę post acquiritur ex eis, est scientia, per quam dissoluitur difficultas, quę erit in illis quęstionibus per dubitationes aduenientes in eis. Et cum d, ꝙ causa, propter quam incipiendum est perscrutari de rebus difficilibus, est ꝙ aduentus difficultatis pręcedit * ablationem eius: & modus, ex quo aduenit difficultas, est alius a modo, ex quo aufertur. modus enim, ex quo aduenit, est similis ligamento, & modus ex quo aufertur, est similis dissolutioni ligamenti. & ideo d. Et non potest dissoluere ex modo ligamenti, qui ignorat ligamentũ, &c. id est & quia notum est per se ꝙ nullus potest dissoluere ligamentum, quod fit in membris motus, ex illo modo, ex quo cecidit ligamentum: & illud, quod accidit intellectui, simile est ei, quod accidit ligato. quoniam quemadmodum ligatum non potest moueri aliquo modo ad finem, quem intẽdit, ita est de intellectu, quando acciderint ei sermones contrarij. & ideo necesse est vt via, ex qua dissoluuntur quęstiones, sit alia a via, ex qua accidunt quæstiones: quemadmodum modus, ex quo dissoluitur ligamentum, est alius a modo, ex quo aduenit ligamentum. Et d. Et ideo perscrutandum est prius de omnibus quęstionibus difficilibus propter hoc, quod diximus, id est propter hoc, quod diximus primo, quia est via ad acquirendum scientiam. proportio enim quæstionum ad animam similis est proportioni ligamenti ad membra: & proportio scientiæ acquisitæ post illas quæstiones est similis proportioni motus quæsiti post dissolutionem ligamenti. Deinde dicit aliam causam, propter quam incipiendum est perscrutari de difficultate, quę est in quæstionibus, & dicit qui enim quærit cognoscere aliquid, &c. id est qui enim cognoscit aliquid, antequam cognoscat quantitatem difficultatis eius, assimilatur eis, quorum pedes sunt per viam rectam, & nesciunt ꝙ sui pedes sunt in illa via. Deinde dicit, & cum hoc, qui nescit quęsitum, &c. id est ꝙ qui nescit quantum quærit, nescit ipse quando inuenerit eum. & cũ hoc qui perscrutatus est de aliquo, & nescit quantum est difficile, illud, quod quærit, est ignotum apud ipsum. & sic si inuenerit ipsum, nesciet vtrũ inuenerit aut non. qui autem scit difficultatem rei, scit finem, quem quærit. & sic, si inuenerit illum, sciet illud, quod quærit. quæsitum enim erat apud illud scitum determinate. Deinde dicit: Et bonum est, &c. id est, & etiam melius est volentibus iudicare inter homines diuersantes in aliquo vt sint cognoscentes propositiones, quibus utitur affirmans & negans.

B

C

* a.l. absolutionem.

Proportio qõnũ ad animam sil's est proportioni ligamẽti ad membra.

Caput Secundum. Dubitationes variæ ad hanc scientiam pertinentes proponuntur.

Est autem prima dubitatio de his, quæ in proœmio quoque dubitauimus, vtrum unius an multarum scientiarum sit causas speculari. Et utrum prima substantiæ principia solum huius sit scientiæ considerare, an etiam de prin-

principiis, ex quibus omnes demonstrant. Vtputa vtrum contingit vnum & idem simul affirmare & negare, an non, & de aliis huiusmodi. Quòd si circa substantiam est, vtrum vna, an plures circa omnes sint. & si plures, vtrum omnes inter se affines, an reliquas earum Sapientias, nonnullas aliquid aliud appellandũ sit. Et hoc etiam ipsum necessarium est vt quæratur, vtrum sensibiles substantias esse duntaxat dicendum sit, an præter has, etiam alias. Et vtrum vnum, an plura substantiarum genera sint. veluti qui formas, quique mathematica harum & sensibilium media faciunt. & de his igitur, vt dicimus, considerandum est. Et vtrum circa substantias solum speculatio sit, an etiam circa ea, quæ per se substantiis accidunt. Et ad hæc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate, & de priori & posteriori, & cæteris cunctis huiuscemodi, de quibus Dialectici considerare conantur, ex probabilibus solum perscrutantes, cuius est de his omnibus speculari. Item quæcunq; per se eisdem ipsis accidunt. & non solum quid horum vnumquodq; est, sed etiam vtrum vni contrarium. Et vtrum ipsa genera sint principia, & elementa, an illa, in quæ diuiduntur, quæ insunt singula. Et si ipsa genera, vtrum quęcunq; vltima de indiuiduis prædicantur, an priora. Vtputa, vtrum animal, vel homo principium, & magis quàm singularia sit. Potissimum vero quærendum & tractandum est, vtrum est aliqua, præter materiam, causa per se, an non. Et hæc separata, an non. Et vtrum vna, an plures numero. Et vtrum est aliquid præter * cunctum (dico autẽ cunctum, cum quicquam de materia prædicatur) an nihil. an quorundam quidem sit, quorundam vero non, & quænam entium talia sint. Item principia, vtrum numero, an specie definita sint, & quę in rationibus, & quæ in subiecto. Et vtrum corruptibilium & incorruptibilium eadem, an diuersa. & vtrum incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item quod omnium difficillimum est, & maximam ambiguitatem habet, vtrum vnum & ens, vt Pythagorici, & Plato dicebant, nõ est aliud quicquam, sed entium substantia: an non, sed aliud quid subiectum, vt Empedocles amicitiam ait, alius vero quidam ignem, etiam alius aquam, aut aerem. Et vtrum principia vniuersalia sint, an tanquam singularia rerum. Et potentia, an actu. Item vtrum aliter, an secundum motum. & hæc enim multam dubitationem præbere quæant. Et ad hæc vtrum numeri, lõgitudines, figuræ, & puncta substantiæ quædam sint, an non. Et si substantiæ, vtrum separatæ a sensibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modo inuenire veritatẽ difficile, verum neq; bene ratione dubitare facile est.

* totum.

Et prima quæstio quæstionum difficilium est, de qua quæsiuimus in prologo istius libri primi, vtrum consideratio de omnibus generibus causarum est vnius scientiæ, aut plurium. Et vtrum est scientiæ consideratio de principiis substantiæ tantum, aut est etiam eius considerare de principiis, ex quibus fit demonstratio cuiuslibet, verbi gratia

A vtrum posſit idem eſſe affirmatiuum & negatiuum inſimul, aut non, & talia ſimilia, verbi gratia vtrum æqualia eidem ſint æqualia. Et ētiam, ſi ſcientiæ eſt conſideratio de ſubſtantia, vtrum illa ſcientia eſt eadem omnibus ſcientiis, aut plures. Et, ſi fuerint plures ſcientiæ, vtrum natura earum eſt conſimilis in genere, aut debet quædam dici Philoſophia, & quædam aliud. Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum oporteat nos dicere quòd ſubſtantiæ ſunt ſenſibilia tantum, aut ſunt aliæ ſubſtantiæ ab iſtis ſenſibilibus. Et vtrum ſubſtantiæ habeant vnum genus, aut plura, ſicut dixerunt ponentes formas, & mathematica, quæ ſunt inter iſta & ſenſibilia. oportet enim nos perſcrutari de omnibus iſtis rebus, ſicut diximus. Et vtrum conſideratio eſt tantum de ſubſtātiis, aut etiam de accidentibus. Et cum hoc oportet nos perſcrutari de eodem & de diuerſo, & de diſsimili & ſimili, & de contrariis, & de ante & poſt, & de omnibus aliis rebus cōſimilibus iſtis, de quibus Logici perſcrutantur, qui ponunt opiniones ſuas de opinionibus lauda-
B bilibus, & * nobilibus. Et etiam perſcrutandum eſt de omnibus accidentibus, quæ accidunt omnibus iſtis, & de vnoquoque eorum quid ſit. & non de hoc tantum, ſed vtrum contradicant ſibi adinuicem. Et vtrum principia, & elementa, & genera ſint per ſe, aut ſint per ſingularia, in quæ diuiduntur. Et, ſi ſint genera, vtrum genera, quæ dicuntur de indiuiduis, ſint prima genera, aut vltima. v.g. vtrum animal, aut homo eſt magis primum, q̃ indiuidua ſingularia, aut nō. Et etiā oportet nos multum perſcrutari, vtrum ſit alia cauſa per ſe, præter materiam, aut non. Et vtrum iſta cauſa differat a materia, aut non. Et utrū iſta cauſa ſit vna in numero, aut plures. Et vtrum eſt aliquid pręter totum (& dicere eſt totum illud, per quod diſponitur materia) aut non eſt aliud. aut in quibuſdam rebus eſt aliud a toto, & in quibuſdā non, & quæ ſunt iſta entia. Et vtrum principia ſint determinata in numero, aut forma, & loco. Et vtrum principia corruptibilium ſint princi-
C pia incorruptibilium, aut diuerſa. & vtrum omnia principia non corrumpuntur, aut corrumpuntur principia corruptibilium. Et etiā perſcrutandum eſt de quæſtione magis difficili omnibus iſtis quæſtionibus, vtrum vnum & idem eſt ſubſtantia omnium entium, & non eſt aliud, ſicut dixerunt Pythagorici, & Plato: aut non, ſed eſt aliud ſubiectum, ſicut dixit Emped. amicitiam, & alius ignem, & alius aquam, & alius aerem. Et vtrum principia ſint vniuerſalia, aut ſint ſicut ſingularia rerum particularium. Et vtrum ſint potentia, uel actu. Et utrum ſint principia alio modo, aut ſunt principia per motum. iſtæ enim quæſtiones ſunt difficiles, & ualde intricatæ. Et cum hoc oportet nos perſcrutari, utrum numerus & longitudo, & ēt figura, & puncta ſint ſubſtantiæ, aut non. Et, ſi ſunt ſubſtantiæ, utrum ſint abſtractæ a ſenſibilibus, aut ſint in eis. Difficultas enim non tantum eſt in cōprehendere ueritatem iſtarum rerum omnium, ſed nō eſt facile quærere de eis ſecundum difficultatem earum ſecundum ſermonem ualde.

* a.l. nominalibus.

a ET, quia diuersorum generum diuersę sunt causę.& principia,& consequen
ter principiata,ideo prima quęstio ex istis quęstionibus difficilimis est, utrū
consideratio de omnibus principijs sit vnius scientię,aut plurium,cum natu-

Rerũ naturalium, Mathematicarum, & abstractarum principia sũt diuersa.

ralium rerum principia,Mathematicarum,& abstractarum sint diuersa: & si ta-
lis consideratio est vnius scientię,utrum consideret principia substantię,& entiū
tantum,aut etiam simul consideret principia cognitionis, quę sunt prima intelle-
cta,id est primę dignitates.Et si consideratio scientię non est nisi de substantia,
quęrendum est,vtrum sit vna,aut plures. Cum igitur substantię fuerint diuerso-
rum principiorum,sequitur vt consideratio de eis sit plurium scientiarum, & nō
vnius scientię;& si substantię fuerint eorum principiorum primorum,quę simul
conueniunt,consideratio eorum erit vnius scientię:& si consideratio de entibus,
id est substãtijs fuerit plurium scientiarum, quęrendum est vtrum omnes sint spe
cies eiusdem generis.id est partes vnius scientię,aut ita ꝙ cõtinentur sub vno ge
nere equaliter,sicut species animalis continentur sub animali,aut sunt species di-
uersarum scientiarum,ita vt alia dicatur Philosophia, id est Metaphysica, alia
vero scientia Naturalis, alia doctrinalis,id est Mathematica:& oportet ẽt quę-
rere,vtrum pręter substantias sensibiles sint alię substantię ab istis,ita ꝙ sint tan
tum substantię sensibiles:&,si sunt alię substantię a sensibilibus,utrum habeant
vnam naturam communẽ,aut sint plures naturę,vt dicunt illi,qui ponunt substã

Mathematica media sũt inter abstracta, & sensibilia.

tias istas fore res abstractas,& res sensibiles, & res Mathematicas , quę media
sunt inter res abstractas,& sensibiles:& alia quęstio est , vtrum perscrutatio in
hac scientia sit solum de substantijs,an de accidentibus tantum, aut de vtroque
& perscrutari etiam oportet de consequentibus,id est accidentibus essentialibus,
quę sunt propria enti,quatenus est ens,verbi gratia,idem,& diuersum,simile,&
dissimile,contrarium,& conueniens:& vniuersaliter oportet perscrutari de om
nibus,de quibus Dialectici assueti sunt disputare per sermones probabiles,et lau-
dabiles: Philosophus enim , & Logicus conueniunt in perscrutatione de his re-

Metaphysicus, & Dialecticus de ente simplr considerant.

bus,quia vterque considerat de ente simpliciter:vnde patet dialecticum consi-
rare de ijs,sicut Metaphysicus, licet per alium modũ. & perscrutandum est ẽt
vtrum ad Philosophum pertineat circa vnũquodq; horum, quę enti cõtera ac-
dunt,solum considerare quid sit,aut ẽt ea,quę consequuntur ad hęc ipsa ; vel
vtrum vnum sit contrarium vni:per omnia enim ista completur perscrutatio de
istis,quę sciri intenduntur:& post hęc dicta,perscrutãdum est vtrũ principia, &
elementa rerum sint genera earum,an partes essentiales earum.& in quę genera
diuiduntur postremo:& vtrum genera sint digniora principia , ꝙ̃ indiuidua, &
quod genus generalissimum sit dignius principium specie sua specialissima, vel
econtra:& oportet ẽt quęrere, vtrum in indiuiduis substantię sit alia causa pre
ter materiam,et hęc sit forma.qm̃ formam esse causam per se fuit notum soli Ari
stoteli inter omnes antiquos.& vtrum ista causa formalis differat a materia, an
non,ne aliquis putet ipsam quoquomodo manifestam esse : & similiter,vtrũ ista
causa sit vna ,aut plures numero:vna quidem,vt posuit Anaxagoras:Plures ve-
ro,vt nonnulli Pythagorici:& quęrendum est , vtrum pręter totũ,i.pręter cõe
quod de materiali prędicatur,sit aliqua alia forma separata, ita quod sit dare ali
quid additũ corporibus naturalibus.an p̃ter cõe nulla sit forma, & idea.& in
ex hoc Animã,quę est aliquid additum corporibus consimilium partium:&
quęrendum est de principijs rerum compositarum,vtrum sint vnum scdm diffini
tionem,aut plura numerata scdm locum.& vtrum principia rerum corruptibi
sint principia incorruptibilium,an sint alia principia rerum incorruptibilium
corruptibilium.ita quod incorruptibilium sint principia incorruptibilia,& corru
ptibilium sint principia corruptibilia:& perscrutandum est ẽt, vtrum vnũ,
est principium numeri,sit vnum,quod est substantia uniuscuiusq; rei sensibilis
vnũ,quod conuertitur cũ ente;an vnũ,qd est principiũ numeri, est accidens,
vnũ,quod est substantia,& elementũ oĩm rerũ,& conuertitur cũ ente,est na-
alia a natura vnius, qd est principiũ numeri,vt dicunt naturales : quęrendum
an principia rerũ sint vl'ia an singularia.& vtrũ sint actu,uel potentia,& vtrum
sint principia quatenus sunt mouẽtia,i.solum in genere causę efficiẽtis, aut sic

A aliũ modũ cæterarum causarum, i. in alijs generibus causarum, & intendit quęstionẽ contingentẽ in primo motore, quem nonnulli asseruerunt esse principiũ vt efficiens, alij vero vt causa finalis mouens, & non mota: et vltra hoc, perscrutari oportet de rebus mathematicis, videlicet de numero, magnitudine, & alijs vtrum sint substãtiæ, an accidentia substantiarum. & si substantiæ sunt, vtrum a sensibilibus substantijs sint abstractæ, an in eis existentes, ita quod nullã habeãt constitutionẽ nisi per substãtias sensibiles, & oẽs hæ quęstiones hic adductę non solum difficiles sunt pp difficultatẽ cõprehẽsionis veritatis in eis, sed etiã pp scire difficultatis earum quantitatem, quãtũ vero sit earum difficultas, videbitur in vnoquoque tractatu.

Prędictę q̃stiones propter duo sũt difficiles.

Vtrũ consideratio, &c. & intẽdit per genera causarum causas diuersas diuersorum. causæ. n. diuersorum generum sunt diuersæ. v. g. principia rerũ naturaliũ, & principia rerũ mathematicarũ, & principia rerũ abstractarũ. D. d. Et vtrum est scientiæ consideratio, &c. i. & si cõsideratio in omnibus principijs est vnius scientiæ, vtrum illa scientia debet considerare in principijs substantiæ, & vniuersalium entium tantum, aut cum hoc debet considerare in principijs cognitionis, quæ sunt prima intellecta. v. g. considerare in sermone dicentium possibile esse, vt affirmatiua & negatiua insimul sunt veræ, & in sermone negantium ꝙ æqualia sunt eidem æqualia: & vniuersaliter in sermone negantium principia.
B D. d. Et etiam, si scientiæ est consideratio, &c. i. etiam, si scientia debet considerare de substantijs, vtrum illa scientia est vna, aut plures. Si enim substantiæ fuerint diuersorum primorum principiorum, continget consideratio de eis an sit pluribus qꝫ vni scientiæ. &, si fuerit conuenientium primorũ principiorum, vtrum cõsideratio de eis erit vnius sciẽtiæ. D. d. Et si fuerint plures scientiæ, vtrũ, &c. idest, & si consideratio de entibus fuerit plurium scientiarum, vtrum omnes sint species vnius generis, s. partes vnius scientiæ, aut sunt diuersarũ scientiarũ, adeo ꝙ quædam dicitur Philosophia, & quædam scientia Naturalis, & quædam Doctrinalis. D. d. Et etiam perscrutandum est, vtrum oporteat nos dicere ꝙ substantiæ, &c. i. & necesse est nobis perscrutari, vtrum sint aliæ substantiæ a substantijs sensibilibus, aut nulla est substantia præter istas. D. d. Et vtrum substantiæ habeant vnũ genus, &c. i. &, si aliqua est substantia alia a substantijs sensibilibus vtrum illa substantia est eadem natura, aut plures naturæ, sicut dicunt illi, ꝙ substantiæ sunt res abstractæ, s. & sunt formæ non abstractæ, & sunt res sensibiles, & medię inter formas & res sensibiles, & sunt mathematicæ. D. d. Et vtrũ consideratio est tantum de substantijs, &c. i. & etiam perscrutandum est, vtrum perscrutatio in hac scientia est de substantijs tantum, aut de accidentibus, aut de vtroque. D. d. Et cum hoc oportet nos perscrutari de eodem, & de diuerso, idest,
C & oportet nos perscrutari etiã de consequentibus essentialibus, quæ appropriãtur enti, in eo ꝙ est ens. v. g. idem & diuersum, & simile & dissimile, & contrarium & nõ contrariũ. Omne. n. ens, qñ fuerit cõparatum ad aliud, aut erit idem aut diuersum, aut simile aut dissimile, aut cõtrarium aut non contrarium. Et vniuersaliter oportet perscrutari de omnibus, de quibus Disputatores assueti sunt disputare per sermones famosos laudabiles. [a] Philosophus enim, & Logicus conueniũt in perscrutatione de istis rebus, qa vterq; considerat de ente simpliciter. D. d. Et ẽt perscrutandũ est de omnibus accidentibus, &c. i. & perscrutandũ est in istis quæstionibus de rebus, quarũ prima est, quid est vnũquodque eorũ, & quæ sunt accidentia propria eis. & non de hoc tm̃, sed & de illis, quæ sunt contraria eis, aut non cõtraria. Per omnia. n. ista completur perscrutatio de istis, quę intendunt sciri, s. per cognitionem trium, s. priorum, & posteriorum, & oppositorum. D. d. Et vtrum principia, & elemẽta, &c. i. & perscrutandum est, vtrum rerum principia, & elementa eorum sint genera, aut indiuidua, in quæ diuiduntur in postremo genera. Et, si genera sint digniora vt sint principia quam indiuidua, vtrũ genera remotissima ab indiuiduis sint magis digna, aut genera propinqua, ita ꝙ dignissimum eorum sit species, quæ diuiditur in indiuidua. v. g. perscrutari quod est magis primum, animal, aut homo, aut indiuiduum animalis aut hominis. Et si animal & homo sint priora suis idiuiduis, vtrũ homo sit prior animali,

Cãę diuersorum generũ sunt diuersę. Idẽ 1. Met. cõ. 19. & 22. & 10. & 2. Cœli. 59. & 3. Cœ. 51.

Principiũ cognitionis, & principium subę seu eẽ. Idẽ. 1. Phys. cõ. 8.

Oẽ ens, qñ fuerit cõparatũ ad aliud, aut ẽ idẽ aut diuersũ, aut sile aut dissimile, aut cõtrariũ aut ñ cõtrarium.

a Primus philosophus & Logycus cõsiderãt de ente simpliciter. Idẽ sup. c. 1. & 4. metę. c. 5.

Solus Ariſt. cognouitcau ſam materia lē ī rei veritate. Idē.1. Phy. cō.79.

Vide. 1.Ph. c.6.conſiſte.

aut animal homine.D.d. Et etiam oportet nos multum perſcrutari.i. & oportet nos quærere, vtrum in indiuiduis ſubſtantię eſt alia cauſa, pręter materiam, & eſt forma, aut non, & d.hoc, quia iſta cauſa fuit nota ab eo ſolo in rei veritate inter omnes Antiquos.D.d.Et vtrum iſta cauſa differat a materia.aut non.& d. hoc, ne aliquis exiſtimet ipſam eſſe materiam quoquo modo. D.d. Et vtrū iſta cauſa ſit vna.i.forma.D.d.Et vtrum eſt aliquid pręter totum.i.vtrum eſt aliquid additum corporibus naturalibus, aut nihil eſt huiuſmodi, aut hoc eſt in quibuſdā, & in quibuſdam non.& innuit per hoc animam, & res additas corporibus naturalibus conſimilium partium.D.d.Et vtrum principia, &c.i.& etiam perſcrutādum eſt de principijs rerum compoſitarum, vtrum ſint vnum ſecundum formā, aut ſint plura numero.& dico vnum ſecundum formam vnum ſecundū definitionē.& dico ſecundū numerū ea, quę ſunt numerata ſecundū locū.D.d.Et vtrū principia corruptibilium, &c.i.& ēt perſcrutādum eſt, vtrum principia rerū corruptibilium ſint principia incorruptibilium, aut alia.&, ſi alia, vtrum omnia nō corrumpantur, aut ſolummodo non corrumpātur illa, quę ſunt principia incorruptibiliū, principia vero corruptibilium corrumpuntur. D.d. Et etiā perſcrutandum eſt de quęſtione magis difficili, &c.i.& etiā perſcrutandum eſt, vtrū vnū, quod eſt principium numeri, ſit vnum, quod eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque entiū ſenſibilium, aut ſecundum ꝙ dicit Pythagoras, ꝙ illud eſt elementum entium, aut ꝙ entia ſunt numeri: aut ſecundū ꝙ dicit Plato, ꝙ eſt ſubſtātia vniuerſalis oībus entibus: aut vnū numerale eſt accidens, & vnum, quod eſt ſubſtātia, & elementum omniū entiū eſt natura alia a natura vnius, ſicut dicit Empedocles ꝙ vnū, quod eſt ſubſtātia entium, eſt amicitia, aut lis, & ſicut Antiqui naturaliū dicebāt, ꝙ vnumquodque, quod eſt ſubſtātia entium, eſt ignis, aut aer, aut aqua. D.d.Et vtrum principia ſint vniuerſalia, &c.i. Et vtrum principia rerum ſint vniuerſalia, aut ſingularia.Et vtrum ſint potentia, an actu. Deinde d. Et vtrum ſint principia alio modo, &c.ideſt & etiā perſcrutādum eſt de principijs, vtrum ſint principia, ſecundū ꝙ ſunt mouētia, aut ſecundum alium modum cęterarum cauſarum.& intendit quęſtionem contingētem in primo motore. Deinde dixit. Et cum hoc oportet nos perſcrutari, vtrum numerus, & longitudo, &c.i. etiam perſcrutādum eſt de rebus mathematicis, v.g.de numero, & magnitudine, vtrum ſint ſubſtātię, an accidentia. Et, ſi ſint ſubſtātię, vtrum ſint abſtractę a ſubſtātijs ſenſibilibus, aut ſint exiſtentes in eis tali modo, ꝙ nullam habeant conſtitutionē, niſi p ſubſtātias ſenſibiles.D.d.Difficultas.n.&c.i.omnes enim iſtę quęſtiones non tm̄ ſunt difficiles ꝓpter difficultatem comprehenſionis in eis, imo difficile eſt ēt ſcire difficultatē earum quanta.Et cū cōpleuit numerationem illarū quęſtionum, incœpit inducere ſermones Logicos in ſingulis quęſtionibus.

Summa Secunda. Examinantur propoſitæ difficultates.

Caput Primum. Diſputantur difficultates de cauſarum, principiorum, ac ſubſtantiarum cognitione.

Vtrū vnius, an plurium ſcīarū ſit oīa gñā cauſarū ſpeculari.

PRIMVM itaque de quibus primo diximus, vtrum vnius, an plurium ſcientiarum ſit omnia cauſarum genera ſpeculari. Vnius enim ſcientiæ, quomodo eſſet principia, cum non ſint contraria, cognoſcere? Item multis entium, nō omnibus, omnia inſunt. Quo nāque modo poſsibile eſt motus principium in immobilibus eſſe, aut boni naturam, ſiquidem omne, quodcunque per ſe, & propter ſuam ipſius naturam bonum ſit, finis eſt, & ita cauſa? quoniam illius gratia cæte-

A ta & fiunt,& sunt: finis autem & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones vero omnes cum motu. Quare in immobilibus non contingere queat hoc principium esse. non autem esse contingat quicquam per se bonum. Vnde in Mathematicis nihil per hanc causam probatur, nec est aliqua demonstratio, quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam Sophistarum, vt Aristippus, spernebat eas. in aliis enim artibus, ac ipsis etiam illiberalibus, vt in Fabrili, & Coriaria, inquiebat, cur melius, aut peius, de omnibus dici: Mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere. At si plures sunt causarũ scientiæ, & alia alius principii, quam earum dicendum, eam esse, quę quęritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem, quæ quæritur, maxime sciet? contingit enim eidem omnes modos causarum inesse. vtputa domus, vnde quidem motus, ars & faber: cuius vero causa, opus: materia autem, terra, & lapides: forma vero, definitio. Ex his itaq;, quæ ab Antiquis determinata sunt, quæ scientiarum appellãda sit Sapientia, rationabile videatur vnamquanque ita appellandam esse. Verũ,
B quatenus principalissima & honorabilissima, & cui cæteras sciẽtias tanquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis & boni. huius enim causa cætera. Quatenus vero primarum causarũ, & eius, quod maxime scibile definita est esse, ipsa vtique substantiæ fuerit. cum enim multipliciter sit idem scire, magis quidem illum scire dicimus, qui rem quid nam sit ipso esse cognoscat, quam illum, qui ipso non esse. Istorum autem ipsorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid est, non vero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, siue quid pati natura aptum est. Item & in cæteris tunc scire vnumquoque eorum etiam, quorum demonstrationes sunt, arbitramur, cum quid est sciamus. vtputa quid est tetragonismus, ꝙ inuentio mediæ. similiter & de cæteris. Circa generationem autem, & actiones totamque transmutationem, cum sciamus motus principium. hoc autem aliud, & fini oppositum est. Quare alterius * esse scientiæ videtur harum causarum vnamquãque speculari. *a.l. non alterius.
C

Dicamus nunc primo de prima quæstione, vtrum consideratio de omnibus generibus causarum est vnius scientiæ, aut pluriũ. Et quomodo est possibile vt vna scientia, principia sciat, quæ non sunt contraria? Manifestum est igitur ꝙ omnia multa principia non sunt omnium entium. Quia non dicimus quomodo potest esse principium motus in rebus non mobilibus: & quomodo natura boni est in omnibus rebus immobilibus, si omne, quod est bonum per se & per suã naturam, est finis & complementum, & est secũdum hunc modũ causa. res enim sunt propter illud. finis enim & illud, propter quod fit, aliud est complementum alicuius actionis. & actiones omnes fiunt per motum. Notum est igitur ꝙ impossibile est ꝙ iste finis sit in rebus immobilibus & in eis aliquod bonum per se non est. Et ideo in

ſcientiis Mathematicis nihil declaratur per iſtam cauſam. & nulla demonſtratio fit per illam, nec quia eſt melior, neque quia eſt vilior. Et vniuerſaliter nullus hominum inuenit iſtam talẽ cauſam in mathematicis ſcientiis. Et ideo quidã Sophiſtarũ dimiſerũt, ſicut fecit Ariſtippus. in aliis aũt artificiis, v.g. Carpentaria, & Sutoria illis dicitur melius, & vilius. & artifices iſtius artis non perſcrutantur omnino de bonis, & malis. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ ſcientiæ cauſarum multę ſunt. & omnis cauſa, & principium habet aliam ſcientiã, ſ. principium alterius ſcientiæ. Quærendum eſt igitur qualis ſcientia iſtarũ eſt digna, vt dicatur Philoſophia: & qualis ſciens eſt dignus, vt vocetur Philoſophus. & ſic notificabitur illud, quod quęrendũ eſt hic. im poſsibile eſt enim vt ſpecies omniũ cauſarũ ſint eiuſdem rei, ſicut domus. cauſa.n. domus, ex qua fit motus, eſt artificium, & ædificator: & cauſa, propter quã fit domus, eſt operatio: & materia domus eſt lutum, & lateres: & forma domus eſt terminus eius. Secundum igitur ꝙ diſtinximus, & diximus qualis ſcientia debet vocari Philoſophia, continget vt omnis ſcientia vocetur Philoſophia. Philoſophia autem alia & prior, & nobilior, quã ſcientiæ aliæ conſequuntur, neceſſe eſt vt ſit cauſa complementi, & boni. aliæ enim cauſæ ſunt propter iſtam cauſam. Et iam diximus primo ꝙ Philoſophia primarũ cauſarum, & illud, quod eſt valde ſcitum, eſt ſcientia ſubſtantiæ. Res enim multis modis ſcitur. & plus quod ſcitur eſt de ſua ſubſtantia. Et, cũ voluerimus ſcire vnamquanque rerum habentium demõſtrationem, nos exiſtimabimus notificare eas, quando ſciemus quid ſunt, verbi gratia quid eſt quadratura. dicemus igitur, ꝙ quadratura eſt medium inuenire. & ſimiliter de aliis. Generationes autem, & actiones, & omnis tranſmutatio ſciuntur a nobi , quando ſciuerimus principium motus. & iſta cauſa eſt alia a cauſa complementi. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ cognitio vniuſcuiuſque iſtarum cauſarum habet aliam ſcientiam.

3 Cum cõpleuit enumerationem quęſtionũ difficiliũ, incœpit ponere ſermones logicos in eis, & primo ſuper primã quæſtionẽ, quæ talis eſt. Vtrum perſcrutatio de omnibus generibus cauſarum entium ſit vnius ſcientię, aut pluriũ, cũ quatuor ſint genera cauſarũ: & videtur, qđ conſiderare omnia genera cauſarũ nõ pertinet ad eandẽ ſcientiã, & hoc ꝓbat: Dictũ eſt.n. in logica, quod cõtrariorũ eadẽ eſt ſcientia: ſed principia nõ ſunt contraria, ſequitur ergo quod perſcrutatio de omnibus generibus cauſarum non ſit vnius ſciẽtię, ſed pluriũ: & ſermo iſte logicus eſt, & cõponitur ſic: ſi prima entiũ principia ſunt cõtraria, eorũ cõſideratio eſt vnius ſciẽtię. Sed principia prima entiũ nõ ſunt cõtraria: ergo eorũ cõſideratio nõ eſt vnius ſcię: et iſte ſermo nõ cõcludit, niſi eſſet verũ, qđ omnia illa, quorũ ſcientia eſt eadẽ, ſint cõtraria: Manifeſtũ eſt ergo, quod cõſideratio de oĩbus generibus cauſarũ nõ ſit vnius ſcię ſed pluriũ, qa impoſsibile eſt qđ oẽs quatuor cãę inueniũtur in oĩbus generibus entiũ, qm̃ in rebus immobilibus. i. mathematicis nõ põt quis quęrere cãm mouentẽ, quia impoſsibile eſt vt in eis ſit cã mouẽs. & licet ſint in re mota, tñ nõ mouẽtur niſi per accidẽs. qm̃ ſunt formę tm̃, quare ſcientia mathematica cõſiderat cauſam formalẽ tm̃: ſed cauſa finalis cõuenit cũ mathematicis in nobilitate, qa eſt de genere rerũ immobiliũ. Cũ illud, qđ naturaliter, & ꝑ ſe finis eſt, ſit immobile, ad qđ oĩa naturaliter mouẽtur, vt perficiãtur per illud, ac innata ſunt ꝑfici, vnde natura finis eſt immobilis, & natura immobili

Contrariorũ eadẽ ẽ ſcĩa.

In mathematicis non eſt cã mouẽs.

Finis eſt ſua natura ĩmobilis.

A est natura finis: similiterq; forma mathematica est natura immobilis, & natura immobilis est forma mathematica. quare in istis propositionibus, si conuertẽs est vera, eius conuersa erit vera: & necessariũ est ẽt qđ finis sit in oĩbus rebus mobilibus, qa ipse est finis omniũ actionũ, ac motuũ. cũ omne, qđ nõ habet motũ, caret fine nisi ęquoce. & ꝑ hos sermones cõtingit vt in rebus immobilibus nõ sit bonũ, & si est ĩ eis bonũ, nõ est per se bonũ. qm̃ omne, qđ disponitur per bonũ, est finalis cã, quia omne bonũ est desiderabile, & oẽ desiderabile finalis est cã. apparet ergo manifeste qđ bonũ est cã finalis: vt cũ in mathematicis nõ sit causa finalis, ideo in eis nõ est aliqua res demonstrata per ipsam sicut in rebus mobilibus. & ideo quidã sophistarũ negabãt ipsam esse in oĩbus sciẽtijs, quia quod nõ reperitur ĩ firmissimis sciẽtijs, nõ debet ẽt reperiri in minus firmissimis. vnde tenebãt quod nullũ mediũ demõstrationis esset per cãm finalẽ ĩ aliqua scĩa, sed dicebãt cãm finalẽ solũ esse in mechanicis artibus. quare manifestũ est qđ cõsideratio de oĩbus generibus causarũ nõ est vnius scię, sed pluriũ sciẽtiarũ: & ꝑꝑ modos ẽt demõstrãdi: cũ modi demõstrationũ, qui in vna vsitãtur Arte, sint alij a modis demõstrationũ alterius Artis. & qm̃ probatũ est multas esse sciẽtias, & manifestũ est ẽt hanc esse scientiã, quę dr̃ Philosophia, quęrẽdũ est qualis sit illa scĩa, quę oẽs quatuor causas considerat: & dignũ est, vt talis sciẽtia vocetur philosophia: & necessariũ ẽt est, vt aliquæ sint sciẽtiæ, quarũ ꝓprietas sit cõsiderare causam aliquã sine alia. quia nõ omne genus entiũ, de quo scĩa considerat, habet quatuor causas, sicut Ars ędificãdi domũ habet: &, si aliqua sciẽtia est, cuius genus, de quo cõsiderat quatuor causas habeat, illa est sciẽtia naturalis tm̃: quia ergo diximus, qđ causę sunt plures vna, & qđ philosophia est cãrum cognitio: sermo cõponitur sic. omnis habitus animę causarum cognitiuus est philosophia: sed omnis sciẽtia est habitus cognoscẽs causas rerũ: sequitur, vt oĩs sciẽtia debeat vocari phylosophia: Nos vero posuimus hãc scientiã aliã esse a sciẽtijs particularibus: &, si cõcesserimus ꝙ oĩs sciẽtia vocetur philosophia, necesse est qđ illa sit magis, ac simpliciter philosophia, quæ cõsiderat de causa finali vltima omnium entium, quia omnes causæ sunt per illã. qm̃ philosophia vna cũ causa finali prima notificat causam formalẽ primam, quæ est substantia entiũ, & dans esse omnibus entibus. & ideo scientia, quæ cognitioni primarũ causarum attribuitur, est dignior vt vocetur philosophia, q̃ cæteræ aliæ scientiæ: Res. n. multis modis manifestantur, sed dignius est, vt per propriã substãtiã notificentur q̃ per aliquid aliud: & cũ ista scientia manifestat res per proprias substantias, ac per propriũ esse, ideo rationabiliter vocatur philosophia magis q̃ naturalis sciẽtia, quę considerat de duabus primis causis. s. de materia, ac de Motore. Sed ista considerat de duabus causis dignioribus. s. forma, & fine: quapropter dignior est naturali scientia, cũ finis & forma sint causę præstabiliores cæteris causis: finis quidẽ cæteris causis præstabilior, quia aliæ causæ sunt propter finẽ. forma vero alijs præstantior, quia scientia rei per illam est perfectior quam scientia rei per aliã, qm̃ non possumus aliquid scire per demõstrationem nisi primo illud cognoscamus per propriam quiditatẽ, quæ est substantia ac eius definitio v. g. non dicimus scire quadratũ ęquale superficiei, nisi qñ sciuerimus illud esse, cuius latus medium est ęquale inter duo latera superficiei, cuius est ęquale. & similiter generationes, ac actiones nõ sciuntur, nisi qñ naturam motus, ac agens eũ sciuerimus: et ista causa alia est a causa perfectionis, & intendit subiectũ & materiã: quare cognitio vniuscuiusque generum causarũ habet scientiã propriã: & illa, quæ considerat de causa formali Prima, ac de Primo fine est scientia, quæ prima philosophia vocatur.

Quidã negabãt ĩ sciẽtijs cãm finalẽ.

Differũt scię ꝑ modos demõstratiõis.

B

Syllogismus textus.

Idẽ ĩ ꝓœm. met. t. c. 8.

Idẽ ĩ ꝓœm. phys.

C

Prima philosophia q.

Dicamus nunc primo, &c. Intendit per omnia genera causarũ quatuor causas. & quasi dicit vtrũ perscrutatio de generibus causarum entiũ est vnius scientiæ, aut plurium? D. d. Et quomodo est possibile vt sciat principia, quæ non sunt contraria. & ista propositio est probabilis, s. dicens ꝙ scientia contrariorum est eadem. & non sequitur ex hoc dicere, ꝙ scientia contrariorum est eadem, ꝙ scientia eorum non contrariorum non est eadem, nisi superficietenus, & secundũ ꝙ apparet exterius. & ideo iste sermo est Logicus, secundum ꝙ fuit dictum, quod

Ista ꝓpõ est ꝓbabilis, ꝙ scĩa contrariorũ est eadem.

sermones vsitati in hoc tractatu sunt Logici.iste autem sermo esset verus, si esset verum quod illa,quorum scientia est eadem,sunt contraria.Deinde d. Manifestum est igitur quod omnia principia,&c.idest & etiam manifestũ est per se, ꝙ non inueniuntur omnes causę quatuor in omnibus generibus entium. verbi gratia ꝙ in rebus immobilibus non debet aliquis quęrere causam mouentẽ:neq; potest dicere quomodo est posſibile, vt in eis sit causa mouẽs. & intendebat Mathematica.quoniam licet sint in re mota,tamen nõ mouentur nisi accidentaliter. D.d.& quomodo natura boni est,&c.id est quomodo causa,quę est finis,inuenitur in rebus immobilibus:cum illud,quod est per se,& naturaliter finis,& est illud,ad quod mouetur illud,quod innatum est perfici per illud. Et,cum proposuit has propositiones pro veris,accepit conuersas earum pro veris,D.d.& est secũdum modum hunc causa,&c.id est & ista causa,s.finalis est secundum hunc modum causa,id est secundum ꝙ mouetur ad illam illud, quod perficitur per illam. illud enim,quod est ante,est propter illam.& hoc manifestum est de causa finali.D.d.finis enim,& illud propter quod,&c.id est & necessarium est vt finis sit in rebus mobilibus:quia finis est finis actionis & motus.quod igitur caret motu, caret fine,nisi ęquiuoce.D.d.Notum est igitur,ꝙ imposſibile est, ꝙ iste finis sit in rebus immobilibus,&c.id est propter istos sermones , quos diximus. & dixit per se,quia potest cõtingere, vt in rebus immobilibus sit bonum,sed non per se. Et debes scire,ꝙ illud,quod disponitur per bonum,est causa finalis. bonũ enim est desiderabile:& causa finalis est desiderabilis. D.d.Et ideo in scientijs Mathematicis,&c.id est,quia ista causa non inuenitur in mathematicis, ideo nõ datur in eis in aliqua re quęsita finalis causa:neq; in eis fit demonstratio, cuius terminus medius sit ista causa.& ipse dicit in tractatu,de quo loquitur in principijs Mathematicorum,ꝙ ordinatio,&c.id est ordinatio numerorum , & magnitudinum inuenitur in eis.& indiget hoc perscrutatione.D.d. Et ideo quidam Sophistarum,&c.id est negabant eam esse in omnibus scientijs , quia non repererunt eam in firmisſima scientiarum,s.Mathematicis.D.d.in alijs autem artificijs,&c. id est in artificijs autem concedebãt causam finalem esse.melius enim aut vilius proueniunt ab hac causa. D.d.& artifices istius, id est artis Mathematicorum. D.d.Manifestum est igitur,ꝙ scientię causarum,&c.id est ꝙ cum quędam entia habent propria quędam generum causarum,& non quędam, necesse est vt scientię diuersentur propter diuersitatem earum in principijs, & vt sint modi demonstrationum vsitatarum in aliqua arte alij a modis demonstrationum alterius artis.ergo artes & scientiæ sunt plures. D.d.Quærendum est igitur qualis scientia,&c.idest &,cum declaratum est plures sciẽtias esse: & est iam famosum hãc esse scientiam,quæ dicitur philosophia:quærendum est quæ est illa scientia,quoniam, si vna scientia esset omnium rerum,tunc illa scientia deberet dici Philosophia. Deinde dicit,imposſibile est enim vt species causarum, &c.i. & necesse est, vt quædam scientiæ sint propriæ ad dandam aliquam causam sine alia. quoniam non quodlibet genus,de quo scientia considerat,habet quatuor causas, sicut domus habet. Et intendit ꝙ hoc non inuenitur nisi in scientia Naturali tantum. D.d.Secundum igitur ꝙ narrauimus,&c.i.& causæ sunt plures,& Philosophia est cognitio causarum:& in omni scientia continetur cognitio causarum, quæ sunt in illo genere;contingit vt omnis scientia debeat dici Philosophia. sed nos posſumus hoc esse scientiam aliam a scientijs particularibus,quæ dicitur Philosophia,quod est dubitatio.D.d. Philosophia aũt altera , &c.i.sed si concesserimus ꝙ omnis scientia dicitur Philosophia,tamen necesse est,vt scientia,quæ dicitur Philosophia simpliciter,sit illa,quæ considerat in causa finali vltima omnium entium.omnes autem causæ sunt propter istam causam.D.d. Et iam diximus primo,ꝙ Philosophia causarum,&c.idest ꝙ illud , ꝙ dicitur Philosophia, est quæ notificat cum causa finali prima causam primam,quæ est forma.& substantia. scientia enim,quæ attribuitur cognitioni causarum primarum , est scientia,quæ est magis digna, vt dicatur Philosophia.Res enim, vt dixit, notificatur multis modis. & magis quod notificatur est per suam substantiam, & propter hoc ista scientia debet dici Philosophia,& non Naturalis scientia. Scientia enim

Mathematica licet sint ĩ re mota , tñ nõ mouetur, nisi per accidẽs.

Documẽtũ.

Põt cõtingere : ꝙ in rebus immobilibus sit bonũ; sed nõ ꝑ se.

A Naturalis considerat etiam de duabus primis causis, scilicet motore, & materia: ista autem de duabus causis vltimis, scilicet forma & fine. Et, quia hæ duę causæ sunt meliores illis, ideo ista scientia est melior Naturali. Finis autem est melior alijs causis, quia aliæ causæ sunt propter illam. Forma autē est melior alijs. quia scientia rei per illam est perfectior q̃ scientia rei per aliam. D.d. testimonium super hoc, q̧ scientia substantiæ est perfectior scientia, quæ fit per aliam rem omnium rerum existentium in re, & d. Et cum voluerimus scire vnāquāq; rerum; & c. i. & signum eius, q̧ scientia substantiæ est perfectior omni scientia, est, q̧ cum nos quæsiuerimus scire aliquid per demonstrationem, non reputamus ipsum esse scitum, nisi quando nos intellexerimus in nobis, q̧ scimus illud secūdum quid, i. per suam substantiam, & definitionem. D. d. exemplum, & d. v. g. quid est quadratura, & c. idest verbi gratia q̧ nos non videmus nos scire* quadratum æquale superficiei, nisi quando sciuerimus q̧ est illud. cuius latus medium inter duo latera superficiei est æquale. D.d. Generationes autē & actiones, & c. idest generationes autem, & actiones non sciuntur vere, nisi quando sciuerimus naturam motus, & agens eum. Deinde d. & ista causa est alia a causa complemēti. & intendit causam, quæ est principium passionis, scilicet subiectum, & materiam. D.d. Manifestum est igitur, q̧ cognitio, & c. idest declaratum est igitur ex hoc, q̧ cognitio vniuscuiusque generum istarum causarum habet scientiam propriam: & q̧ est hæc vna scientia, quæ dicitur Philosophia, quæ proprie conside- B rat de prima forma, & primo fine.

Scīa Naturalis cōsiderat de duabus primis cāis, s. motore & materia: ista autē de duabus vltimis, s. forma, & fine. Idem in suo procemio super. 1. Ph. & 4. Met. cō. 1. & 7. Met. c. 5. & 12. Meta. cō. 6.

* a. l. quadraturam.

Prīa Philosophia proprie cōsiderat de prima forma, et primo fine.

At vero de principiis demonstratiuis, [a] vtrū vnius scientiæ an plurium sunt, ambiguum est. Dico autem demonstratiua, opiniones cōmunes ex quibus omnes demonstrant. vtputa q̧ necesse est omne, aut affirmare, aut negare: & q̧ impossibile est simul esse & non esse: & quæcunque aliæ similes propositiones sunt. Vtrum vna istarum, ac substantiæ scientia est, an diuersa. quod si non vna, vtra dicenda est illa esse, quæ nunc quæritur. Vnius itaque non est rationabile esse. Cur enim Geometriæ magis quam cuiuscunque proprium sit de his speculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, de omnibus vero non contingit, sicuti nec cæterarum, ita nec illius, quæ cognoscit substantias, proprium est de eis cognoscere. Et ad hæc, quomodo eorum scientia erit? quid enim horum quodque est nunc quoque cognoscimus. vtuntur nanque eis cæteræ etiam artes, tanquam cogni- C tis. Quòd si demonstratiua de eis est, oportebit aliquod genus subiectum esse, & aliquas passiones, & aliquas eorum dignitates esse. de omnibus enim demonstrationem esse impossibile est. siquidem necesse est ex quibusdam, & circa quippiam, & quorundam demōstrationem esse. Quare accidit cunctorum, quæ demonstrantur, vnum quoddam genus esse. omnes. n. demonstratiuæ vtuntur dignitatibus. At vero, si altera, quæ de substantia, & illa, quę de his, vtra earū principalior, & prior est? vniuersaliter enim, & maxime principia omniū dignitates sunt. Et, si non est Philosophi, cuius alterius erit de eis verum, & falsum speculari?

a Vtrū vnius scīæ an pluriū sit de prīcipijs inuestigare demonstratiuis.

De omnibus demōstrationem esse est impossibile.

Et etiam vtrum principia demonstrationis sint vnius scientię, aut plurium, est dubium. Et dico principia demonstrationis illud, quod est acceptum de propositionibus vniuersalibus, ex quibus quęritur

demonſtratio ſuper omne quid, v.g. dicere ꝙ de quolibet affirmatio, vel negatio: & impoſsibile eſt affirmare, & negare inſimul: & alię propoſitiones ſimiles ſibi. Nos igitur perſcrutabimur, vtrū ſcientia iſtorū principiorum, & ſcientia ſubſtantiæ ſint eædem, aut diuerſæ. &, ſi non ſint eædem, quæ ſcientia iſtarū debet dici nomine ſcientiæ quæſitæ in hoc loco. Non enim neceſſe eſt vt omnia ſint vnius ſcientiæ. Et cum hoc, qūo erunt iſta vnius ſcientię. ſcimus enim eſſe modo vniuſcuiuſque earum, & alię ſcientię vtuntur eis, ſicut cognitione nota. Si igitur habent demonſtrationem, oportet vt habeāt aliquod genus ſubiectum eis, & quędam ſint magis latentia, & quędam manifeſta vniuerſalia. impoſsibile eſt enim vt omnia habeant demōſtrationē, quia neceſſe eſt vt demonſtratio fiat ex quibuſdam rebus, & ad quędam, aut vnū eorū. Manifeſtum eſt igitur ꝙ accidit, vt vnum genus ſit ſubiectum omniū rerū habentium demonſtrationem. omnes enim modi demonſtrationis vtuntur propoſitionibus manifeſtis vniuerſalibus. Et etiam, ſi ſcientia ſubſtantię eſt alia a ſcientia principiorum demonſtrationis, quę ſcientia iſtarū eſt prior alia nobilitate? & quę earum eſt fixa per ſuam naturā? propoſitiones enim vniuerſales ſunt principia omnium ſcientiarum. Si igitur iſtę propoſitiones non ſunt Philoſophi, cuius ſunt igitur?

Sciētia ē animę pfectio. Cis ſcientia p demōſtrationē acqſita debet habere ſubiectū, principia, et paſsiones. Idem. 1. poſt. t. c. 179. 1. poſt. t. c. 8.

4 Propterea, quia ſcientia eſt animæ perfectio per demonſtrationem acquiſita, ideo, cum notificauit ſcientiam, quæ vere dicitur phyloſophia, eſſe illam, quę ſpeculatur de duobus primis, ac dignioribus cauſis, ſcilicet de forma, & fine. Vult modo perſcrutari de alia quæſtione, vtrum conſideratio de principijs demonſtrationis ſit huius ſcientiæ, vel alterius: &, ſi aliqua ſcientia conſiderat de huiuſmodi principijs, quis modus eſt conſiderationis in eis, & cuius eſt generis. cum dubium ſit, vtrum conſideratio de principijs demonſtrationis ſit vnius ſcientiæ, vel plurium ſcientiarum: quæ principia demonſtrationis ſunt primæ propoſitiones vniuerſales, ex quibus quærimus demonſtrationes ſuper id, quod ſcire quęritur: & ſi hæc principia habent ſcientiam, vtrum talis ſcientia ſit vna, ac eadem cum ſcientia formæ, vel diuerſa a ſcientia iſtorum principiorum, & ſi eſt diuerſa, quæ nam iſtarum ſcientiarum debet vocari prima philoſophia: non enim eſt neceſſe vt omnes rerum ſcientiæ ſint vnius ſcientiæ. & perſcrutandum eſt, ꝙ ſi hæc principia habeant ſcientiam, quomodo eam habeant, cum eſſe eorum nobis naturaliter notum ſit, & aliæ ſcientiæ ponunt ſimiliter principia hęc per ſe, ac naturaliter nota: & confirmat hanc dubitationem, quoniam ſi habent demōſtrationem, oportet vt habeant genus ſubiectum, de quo conſideret paſsiones eius, & hoc fieri non poteſt, niſi in ea ſint aliqua per ſe nota, & alia declaranda per illa nota: quoniam oportet, vt omnis demonſtratio fiat ex quibuſdam ad quędam, aut ab vno ad aliud: & talis demōſtratio eſt per principia per ſe nota, vt in primo poſteriorum dictum eſt. nam ibi in definitione ſyllogiſmi demonſtratiui dicitur, quod eſt compoſitus ex propoſitionibus neceſſariis, & quomodo principia hęc demonſtrationis erunt vnius ſcientię, cum manifeſtum ſit, ꝙ oportet, vt ſit genus ſubiectum omnium demonſtrationem habentium, & cum talis demonſtratio in illo genere habeat aliqua principia per ſe nota, & aliqua ignota, quę per illa demonſtrantur: ergo, ſi de principijs demonſtrationis eſſet ſcientia, eſſet aliquod notius noto per ſe: conſequēs eſt impoſsibile: ergo impoſsibile eſt, vt omnia principia habeant demonſtrationem: conſequentia [illegible], quia primis propoſitionibus non accidit quod aliquę ſint per ſe notę, & aliquę non: & ſi ita eſt, vnde ſcientia earum eſt acquiſita? Et ſi ſcientia ſubſtantię eſt alia a ſcientia

A tia principiorum, quę principia sunt propositiones per se notę. quęritur quę ista-
rum duarum scientiarum erit prior alia in nobilitate alijs scienti s, & erit prima
naturaliter ac per se nota? Putatur enim ꝙ vniuersales propositiones sint hu-
iusmodi, cum sint omnium scientiarum principia: & si cōsideratio de istis primis
propositionibus vniuersalibus non fuerit physica, non erit alterius scientię: quod
est impossibile.

Cum notificauit ꝙ scientia, quę dicitur Philosophia vere, est illa, quę conside
rat de causa formali & finali vltimis, vult modo perscrutari vtrum consideratio
de principijs demonstrationis est huius scientię, aut alterius, si aliqua scientia de-
bet considerare de principijs, & quis est modus cōsiderationis in eis, & cuius ge
neris est. Et d. Et etiã vtrum principia demonstrationis sint vnius scientię, &c.
id est &, si dixerimus ꝙ in principijs scientiarum est cōsideratio, vtrum conside
ratio illa est vnius aut plurium. D.d. Et dico principia demonstrationis, &c. i.
& dico principia demonstrationis primas propositiones vniuersales, ex quibus
adaptatur nobis quęrere demonstrationem super omne, cuius cognitio est quęrē-
da. D.d. Nos igitur perscrutabimur, &c. id est nos igitur perscrutabimur, si princi
pia habent scientiam, vtrum scientia istorum principiorum, & scientia substãtię,
quę est forma, sint eędem, aut diuersę. & si scientia principiorum scientiarum est
B vna, & scientia substãtię est alia, quę earum debet dici Philosophia simpliciter.
non enim est necesse vt omnes scientię rerum sint vnius scientię. D.d. Et cum
hoc, quomodo, &c. id est ante hoc perscrutandũ est, si ista principia habeãt scien
tiam, cuiusmodi scientiam habent. esse enim eorum notum est nobis naturaliter,
& alię scientię ponunt ea secundum hunc modum, s. secundum ꝙ sunt nota per
se. D. confirmauit hanc dubitationem, & d. Si igitur habent demonstrationẽ, &c.
id est si habent demōstrationem, necesse est vt habeant genus subiectum, de quo
considerat ars considerãs in eis, & vt quędam eorum sint manifestiora quibusdã,
scilicet vt in eis sint aliqua nota per se, & alia declaranda per illa nota. D.d. im-
possibile est enim vt omnia habeant demōstrationem, &c. id est, sed necesse est
vt demonstratio sit ex quibusdam, & ad quędam, aut ad vnum eorum ad minus.
Ista enim demonstratio est ex principijs notis per se, secundum ꝙ dictum est in
sua definitione, ꝙ syllogismus est cōpositus ex propositionibus necessarijs. D.d.
Manifestum est igitur ꝙ accidit, &c. id est quomodo erit hoc? & manifestũ est,
ꝙ necesse est vt sit genus subiectum omnium habentium demonstrationem, &
vt demonstratio in illo genere habeat principia nota per se, & alia non nota, q̃
demonstrantur ab illis principijs. sed in primis propositionibus non accidit hoc,
scilicet vt quędam sint manifestę per se, & quędam non. sed si hoc est, vnde sunt
acquisita scientia eorum? D.d. Et etiam, si scientia substantię, &c. id est & si
C scientia principiorum substantię est alia a scientia principiorum scientiarũ, quæ
igitur scientia istarum duarum est prior alia, & omnibus scientijs nobilitate? &
quę scientia est primo naturaliter & nota per se? existimatur enim ꝙ vniuersa
les propositiones sunt huiusmodi, cum sint principia omnium scientiarum. D.d.
Si igitur istę propositiones non sunt Philosophi, cuius sunt igitur? id est qm̃, si
consideratio in istis primis propositionibus vniuersalibus nō fuerit Philosophi,
non videtur esse alicuius omnino: quod est * impossibile. Et in hoc loco accidit Prima expõ
in translatione diminutio. & hoc, quod diminuitur, est perscrutatio de quęstione * a.l. inopi-
consequenti quęstionem prędictam, secundum ꝙ dinumerauit in principio istius nabile.
tractatus, vbi dixit. Et, si scientię est consideratio de substantia, vtrum illa scien-
tia, &c. id est licet dubitatio accidat in hac quęstione sic. qm̃, si scientia substantiæ
fuerit vna, contingeret vt omnes substantię sint vnius generis. & sic erũt omnes
res generabiles & corruptibiles: quod est inopinabile. existimatur enim ꝙ prin
cipia corruptibilium sunt incorruptibilia. Et, si scientię substantię sint plures, cō
tinget vt naturę substantiarum sint diuersę. & si fuerint diuersę, aut erunt cōsimi
les, aut nomen substantię dicetur de eis ęquiuoce. Si igitur fuerint consimiles, cō
tinget vt scientię substantiarum sint species vnius scientię. & si fuerint non con
similes, tunc hoc nomen substantia dicetur ęquiuoce pure. & si hoc fuerit, tunc
scientię substantiarum non reducuntur in vnam scientiam: quod est inopinabile.

Scda expō
* a.l.ſcię.

Et poteſt intelligi, vtrum via Logicalis, per quam cognoſcentur * ſubſtantię, ſit vna, ſ. per definitiones, aut plures. Si vna, oportet dicere, quę eſt illa vna. & ſi plures oportet dicere, quæ ſunt, & quot. & hoc magis apparet ſecundum intentionem: quia iſta eadem perſcrutatione perſcrutatus eſt in libro de Anima, & in Poſterioribus analyticis. & iſta perſcrutatio eſt Logicalis. & propter hoc magis appropriatur huic ſcientię. Deinde poſt hoc induxit multas quęſtiones, quas non numerauit in capitulo quęſtionum, & incœpit dicere quęſtionem, cuius initium eſt diminutum in libro ſic.

Rōnes Logicę magis apprōpriantur huic ſciē ꝙ alijs. Idē 2. Phy. c. 35.

Vtrū omniū ſubſtantiarū ſit vna ſcīa.

Et omnino, vtrum vna omnium ſubſtantiarum, an plures ſcientiæ ſunt. Si igitur non vna, cuius ſubſtantię hęc ſcientia erit ponenda? Vnam autem omnium eſſe non eſt rationabile. etenim demonſtratiua vna de omnibus accidentibus eſſet. ſiquidem omnis demonſtratiua ea, quę per ſe circa aliquod ſubiectum accidunt, ſpeculatur ex communibus opinionibus. Circa itaq; idem genus per ſe accidentia eiuſdem eſt ſpeculari, & eiſdem opinionibus. Circa enim quod eſt vnius, & ex quibus vnius, ſiue eiuſdem, ſiue alterius. vnde & accidentia aut * hæ ſpeculabuntur, aut ex his vna.

* a.l. eędem.

Et omnia accidentia habent vnam ſcientiam ſcientiarum demonſtrationis, cum omnis demōſtratio ex vniuerſalibus propoſitionibus notificat accidentia ſingularia in aliquo ſubiecto. Manifeſtum eſt igitur ꝙ ſcientia demōſtrationis notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus accidentia ſingularia, quæ accidunt vni generi. Quoniam, ſi ſcientiæ fuerit cognitio demonſtrationis, & alterius ſcientiæ eſt cognitio, ex quibus rebus eſt illud, & illa eſt ſcientia, aut demonſtrationis cognitio, aut alia, manifeſtum eſt, quoniam cognitio accidētium eſt, aut ſcientia demonſtrationis vniuerſalis, aut vnius modi modorum demonſtrationis.

5 Cum compleuit inquirere de quęſtionibus principiorum ſubſtantię, & principiorum primorum demonſtrationis. Conſequenter incœpit inquirere de quęſtione accidentium: quoniam, vt mihi videtur, ſpeculandum eſt de ſcientia accidentium exiſtentium in vnoquoq; genere entium, vtrum cōſideratio de eis ſit vnius ſcientię ſcientiarum artium ſpeculatiuarum, aut plurium vna: & videtur quod ſit vnius ſcientię, & non plurium: & iſta ſcientia eſt ſcientia conſiderans genus, in quo accidentia exiſtunt. cum omnis demonſtratio, quę fit de accidentibus, accidentia ſingularia, quę exiſtunt in re ſubiecta illis accidentibus, ex propoſitionibus vniuerſalibus notificat: & ex hoc manifeſte videtur quod ſcientia demonſtrationis non notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus niſi accidentia ſingularia, quę accidunt vni ſubſtantię. quare apparet, quod accidentium cognitio eſt vnius ſcientię generum ſcientiarum, quoniam cognitio ſcientię demonſtrationis aliquando eſt quia, & aliquando propter quid: cum aliquę ſint demonſtrationes quia, & aliquę propter quid: vnde manifeſtum eſt quod ſcientia accidentiū erit ſecundum modos demonſtrationis vniuerſalis, aut erit ſecundum vnum modum: quare cognitio accidentium eſt vnius ſcientię, & huic ſermoni contradicunt dicentes, quod quędam ſcientię dant & demōſtrant de accidentibus vnius generis tm̄ quia eſt, & ſunt ſcientię ſubalternatę, & quędam de illiſmet accidentibus propter quid, & ſunt ſcientię ſubalternantes, ueluti ſunt perſpectiua, Geometria, Muſica & Arithmetica. & ideo, ſi vl'iter intelligatur in omnibus ſcientijs, quod ſuperior ſciētia dicat propter quid, & inferior dicat quia, hic ſermo ſic vl'is erit logicus probabilis, ſi aūt intelligatur in particularibus ſcientijs determinate: ſermo erit verus, vt dictū eſt de Muſica cū Arithmetica, ac de Perſpectiua cū Geometria.

Subalternās dat ꝑꝑ quid, & ſubalternata dat ꝗa, an ſit ſemper verum.

Apparet mihi ꝙ iſta quęſtio eſt quęſtio dicens, vtrum ſcientia accidentiū exi-

A ſtentium in vnoquoq; generum entium eſt vnius ſcientię ſcientiarum artium ſpeculatiuarum, aut pluriũ vna. D.d. Et omnia accidentia habent vnam ſcĩam, &c. id eſt & apparet, ꝙ cognitio accidentium eſt vnius ſcientiæ, non plurium, & eſt ſcientia conſiderans in genere, in quo exiſtunt accidentia. Deinde dedit cauſam in hoc, & d. cum omnis demonſtratio, &c. i. cum omnis demonſtratio, quę fit de accidentibus, notificat accidẽtia ſingularia ex vniuerſalibus propoſitionibus, quę exiſtunt in re ſubiecta illis accidentibus. D.d. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ ſcientia demonſtrationis, &c. id eſt &, cum ita ſit, manifeſtum eſt, ꝙ ſcientia demonſtrationis non notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus, niſi accidentia ſingularia, quę accidunt vni generi. i. ſcientia ergo accidentium eſt vnius ſcientię generum ſcientiarũ. D.d. Quoniam, ſi ſcientię fuerit cognitio demonſtrationis, &c. id eſt, & quia quædam demonſtrationes dant quia, & quędam propter quid, manifeſtum eſt ꝙ ſcientia accidentium aut erit modorum demonſtrationis vniuerſalis, aut vnius modi eorum. cognitio igitur accidentium eſt vnius ſcientię. Et ex hoc ſermone accidit ſermo contradicens illi, qui diminuitur in principio capituli: & eſt ꝙ nos videmus, ꝙ quędam ſcientiæ dant de accidentibus vnius generis quia tantum, & quędam de illis accidentibus propter quid: & ſunt ſcientię, quæ ſunt ſubalternantes, & ſubalternatæ, verbi gratia Perſpectiua ad Geometriam, & Muſica ad Arithmeticam. Si ergo ſermo fuerit acceptus in omni ſcientia, vni- Documentũ Idẽ 1. Poſt.
B uerſali er, erit Logicus: & ſi determinate, erit verus.

Item, Vtrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio eſt, an etiam circa accidentia eis. Dico autem, vtputa ſi ſolidum quædam ſubſtãtia eſt, ac lineæ, & plana, vtrum eiuſdem ſcientiæ eſt iſta cognoſcere, & quæ circa vnumquodq; genus accidunt, de quibus Mathematicæ demonſtrant, an alterius. Si enim eiuſdem, demonſtratiua quædam erit etiã quæ ſubſtantiæ. non videtur autem ipſius quid eſt demonſtratio eſſe. Quòd ſi alterius, quæ erit, quæ ſpeculatur circa ſubſtantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere eſt. Vtrum hæc ſcĩa ſit ſolũ circa ſubſtãtias.

Et ẽt perſcrutandum eſt, vtrum ſcientię huius quæſitę hic ſit conſideratio de ſubſtantiis tm̃, aut eſt eius conſideratio & de accidẽtibus contingentibus ſubſtantiis. V.g. ſi corpus eſt ſubſtantia, & lineæ, & ſuperficies, vtrum cognitio ſubſtantiarum, & cognitio accidẽtium, quæ accidunt vnicuiq; generum, quæ declarant ſcientiam Mathematicæ, ſunt vnius ſcientiæ: aut cognitio accidentium eſt ſcientia alterius a
C ſcientia ſubſtãtiæ. Quoniam, ſi cognitio eorum fuerit vnius ſcientiæ, tunc ſcientia ſubſtantiarum ẽt erit ex ſcientiis demonſtrationis. ſed nos non exiſtimamus ꝙ ſermo, in quo dicitur, quid eſt hoc, habet demonſtrationem aliquam. Et, ſi ſcientia accidentium eſt alia a ſcientia ſubſtantiarum, tunc expoſitio iſtius ſermonis eſt valde difficilis.

Vult dicere de perſcrutatione accidentium, ſicut dixit de perſcrutatione ſub- 6
ſtantiarum. &, quia perſcrutatio fuit, vtrum cognitio ſubſtantiarum eſſet vnius ſcientię, aut plurium ſcientiarum: ſimiliter quoque eſt perſcrutatio accidentium, vtrum ſit vnius ſcientiæ, aut plurium ſcientiarum: ſed, ſi poſuerimus, quod cognitio ſubſtantiarum, & accidentium omnium ſit vnius ſcientię: ſequitur, quod definitiones eorum cognoſcuntur per demõſtrationes ſimplices. Sed, cum omnis demonſtratio non poteſt fieri de definitione earum, & ſimiliter de definitione accidentium, ſequitur ergo, quod cognitio ſubſtantiarum & accidentium non ſunt vnius ſcientię: ſi vero dicatur quod cognitio ſubſtantiarum, & accidentium ſint duarum ſcientiarum. quęrendum eſt, in quo differunt hę duę ſcientię: & ideo eſt valde difficile dicere quod ars, quę conſiderat de ſubſtantia, ſit alia ab ea, quę de ſuis accidentibus conſiderat.

Cum perſcrutatus eſt, vtrum cognitio ſubſtantiarum eſt vnius ſcientię, aut plurium, & vtrum cognitio accidentium eſt vnius ſcientię aut plurium, vult etiam perſcrutari vtrum cognitio ſubſtantiarum & accidentium eſt vnius ſcientię, ſcilicet ſcientię, in qua modo conſideratur, & d. Et etiam perſcrutādum eſt, &c. id eſt & ſi iſta ſcientia conſiderat de ſubſtantijs, quę opponuntur accidentibus, vtrum cum conſideratione de ſubſtantijs conſiderat etiam de accidētibus ſuis, aut ſcientia ſubſtantiarum eſt alia a ſcientia accidentium. Deinde dedit exemplum, ſicut diximus, ſi corpus eſt ſubſtantia, &c. id eſt, verbi gratia, ſi corpus & ſuperficies, & lineę ſint ſubſtantię, vt quidam dicunt, vtrum cognitio iſtarum rerum, & cognitio accidentium, quę accidunt vnicuiq; iſtorum generum, in quibus conſiderant ſcientię * Mechanicę, ſint vnius ſcientię, id eſt vnius artis, aut per vnam viam: aut cognitio accidentium iſtarum rerum, ſ. corporum, & ſuperficierum, & linearum, quas poſuimus eſſe ſubſtantias. D. d. dubitationem contingentem, ſi poſuerimus ꝙ cognitio eorum eſt vnius artis, & d. Quoniam, ſi cognitio eorum fuerit vnius ſcientię, &c. id eſt ſed, ſi poſuerimus ꝙ cognitio eorum eſt vnius artis, tunc definitiones eorum cognoſcuntur per demonſtrationes ſimplices. D. d. ſed nos non exiſtimamus, &c. id eſt, ſed non exiſtimamus ꝙ demonſtratio poteſt fieri de quidditate ſubſtantiarum, ſcilicet de definitione earum, & ſit de quidditate accidentium. Et cum dedit dubitationem contingentem, ſi poſuerimus ꝙ ſcientia eorum eſt vna, dedit etiam inopinabile contingēs, ſi poſuerimus ꝙ ſcientia eorum ſunt duę, & d. Et, ſi ſcientia accidentium, &c. id eſt, ꝙ dicere quomodo differunt hę duę ſcientię, valde eſt difficile, ſ. dicere ꝙ ars, quę conſiderat de ſubſtantia, eſt alia ab ea, quę conſiderat de accidentibus.

* a. l. Mathematicę.

Vtrum ſolæ ſubſtātię ſenſibiles inueniantur.

Item vtrum ſenſibiles ſolum ſubſtantias eſſe dicendum eſt, an præter iſtas etiam alias. Et vtrum vnum, an plura ſubſtantiarum genera ſunt, vt hi, qui dicūt formas & media, circa quę Mathematicas aiunt ſcientias eſſe. Quomodo igitur dicimus formas cauſas, & ſubſtantias per ſeipſas eſſe in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt. Cum vero multiplicem difficultatem habeant, non minus eſt inconueniens dicere quidem eſſe quaſdam naturas præter eas, quæ in cœlo ſunt, illas vero eaſdem, quas & ſenſibiles ponere, niſi quòd illa quidem ſempiterna, hæc vero corruptibilia. Idealem nanq; hominem & idealem equum, & ſanitatem aiunt & nihil aliud: ſimile quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe Deos, ſed formæ ſimilis hominibus. nec enim illi aliud faciebant, niſi homines ſempiternos. nec illi formas, niſi ſenſibilia ſempiterna. Item ſi quis præter formas, & ſenſibilia ponat media, & multas dubitationes habebit. Patet etenim ꝙ ſimiliter, & lineæ præter etiam ipſas ſenſibiles erunt, & aliorum generum ſinguli. Quare cum Aſtrologia vna earum ſit, erit & cœlum aliquod præter ſenſibile cœlum, & Sol, & Luna, & cætera ſimiliter, quæ in cœlo ſunt. At quomodo credendum eſt talibus? nam immobile non eſt rationabile eſſe. mobile autem & omnino eſt impoſsibile. Similiter & de quibus Perſpectiua tractat, & quæ in Mathematicis Harmonica. & hæc enim impoſsibile eſt præter ſenſibilia eſſe propter ſimiles cauſas. enim ſenſibilia ſunt media, & ſenſus, patet ꝙ animalia etiam erunt eorum mediorum, & quidem corruptibilium.

Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum oportet dicere ꝙ ſubſtantiæ ſenſibiles habeant eſſe tantum, aut aliæ ſubſtantiæ ſint ab iſtis ſenſibilibus. Et vtrum genus ſubſtantiarum eſt vnum, aut plura, ſicut ...

A cunt, quòd illa, quæ ſunt inter formas & ſenſibilia, ſunt ſubſtantię, & quòd ſcientiæ Mathematicæ ſunt iſtæ ſubſtantiæ, quæ ſunt inter formas, & ſenſibilia. Nos autem iam diximus in ſermonibus, quos diximus de formis, quomodo dicimus, quòd formæ ſunt ſubſtantiæ, & cauſæ. Sermonibus autem iſtorum contingit inopinabilitas multis modis, & maxime ſermonibus dicentium quòd aliæ ſunt ſubſtantiæ a ſubſtantiis, quæ ſunt intra cœlum, & quòd illæ ſubſtantiæ ſunt ſicut ſubſtantiæ ſenſibiles, præter quàm quòd illæ ſunt æternæ, hæ autem ſenſibiles ſunt corruptibiles. Fingunt enim quòd homo in illis ſubſtantiis eſt ſicut homo ſenſibilis hic, & ſimiliter equus, & taurus. ſermo igitur iſtorum eſt ſimilis ſermoni fingentium Deos eſſe, & ꝙ formæ eorum ſunt ſicut formæ hominum. illi enim nihil dixerunt aliud, quàm quòd homines ſunt æterni. & iſti etiam ſic dixerunt. Et etiam, ſi aliquis finxerit ſubſtantias eſſe inter formas, & ſubſtantias
B ſenſibiles alias a formis ſenſibilibus, contingunt ei quæſtiones multæ difficiles. Quoniam, ſi aliæ ſubſtantiæ ſunt inter formas, & ſenſibilia aliæ ab eis, manifeſtum eſt quòd ſic etiam erũt lineæ aliæ a lineis formarum, & a lineis ſenſibilibus. & ſimiliter vnumquodq; aliorum generum. Si igitur ſcientia Stellarum eſt vna iſtarum rerum, erit etiã aliud cœlum a cœlo ſenſibili, & alius Sol, & alia Luna, & ſic de aliis, quæ ſunt in cœlo ſenſibili. Sed quomodo oportet nos credere iſtis? non enim eſt rectum, vt illud cœlum, quod fingunt, ſit immobile. & etiam impoſsibile eſt omnino vt ſit mobile. Et ſimiliter dicimus de rebus, quibus vtitur ars Perſpectiua, & quibus vtitur Muſica. impoſsibile enim eſt, vt iſtæ res ſint aliæ a rebus ſenſibilibus, propter cauſas, quas diximus. quoniã, ſi fuerint res ſenſibiles inter formas & res corporeas, manifeſtum eſt quòd ſunt etiam ſenſus, & animalia inter formas, & res corporales.

Et alia queſtio eſt, vtrum ſubſtãtię abſtractę ſint alię a ſubſtãtijs ſenſibilibus, 7
C an ſolę ſubſtantię ſenſibiles inueniantur: et dato ꝙ ſint alię ſubſtantię preter ſenſibiles. vtrum illarum vnum ſit genus, aut plura genera ſint illarum ſubſtantiarum, vt hi putant, qui ſpecies, id eſt ideas dicunt, & res medias eſſe inter ideas, & ſenſibilia, de quibus medijs dicunt conſiderare ſcientię Mathematicę: & de hac opinione locutus eſt in tractatibus huius libri, quomodo verũ ſit dicere formas immateriales eſſe, & quomodo ſunt cauſę aliorum entium, & quomodo nõ: oſtendit modo multa impoſsibilia, quę accidũt huic opinioni dicenti formas abſtractas, id eſt ideas eſſe: & primo contingit hoc inconueniens, ꝙ ſubſtantię abſtractę, & immateriales ſunt eędem nomine & definitione cum ſubſtantijs generabilibus & corruptibilibus, & tantum differunt, quia iſtę ſunt generabiles, & corruptibiles, illę vero ingenerabiles, & incorruptibiles & ęternę: vt homo, qui hic eſt, non differt ab illo homine, qui eſt in illis abſtractis nomine & definitione: & hęc opinio eſt ſimilis opinioni illorum, qui leges ponunt, quoniam dicebãt illi hoĩes Deos eſſe, et iſti ponunt eos ęternos, ingenerabiles, & incorruptibiles: & ſilr dicũt, quod Dij iſti poſſunt facere, ꝙ generabile nõ ſit generabile, ſed ęternũ, & ex conſequenti ęternum, & generabile ſunt vnius naturę, qđ eſt inconueniens: multa inconuenientia ſimiliter contingunt opinioni illorum, qui ponũt formas medias inter formas abſtractas, & materiales, quę ſoluere non eſt poſsibile: quorum vnum eſt, qđ corpus, ſuperficies, lineę, & alia mathematicorum ſubiecta

In 7. & 8. Met.

Primũ incõmodũ cõtingens ponẽtibus formas medias.

haberent tres formarum modos. s. modus formarum abstractus, sensibilis, & medius inter modum sensibilium, & abstractarum formarum: & per cõsequens tres erunt modi corporum, superficierum, ac linearum, & similiter erit de alijs generibus, de quibus Mathematicus considerat: secundum inconueniens est. si cętera Mathematica sic se habent, ita quod sint media inter formas abstractas, & sensibiles, tunc res, de quibus agit Astrologia, quę est scientia stellarum, & Mathematica, erunt medię inter formas abstractas, & sensibiles: & sic aliud erit cœlum a cœlo sensibili, & alia Luna a Luna sensibili, & alius Sol a Sole sensibili: & sic de singulis stellis, quod est valde inconueniens: ergo inconueniens est id, quod ipsi dicunt. & per consequens sermo eorum est falsus, & non credibilis: & quanam pacto his Platonicis sic dicentibus credendum est? q̃m tale cœlum ac separatum, vel est immobile, vel mouetur, neq; illud immobile esse consentaneum est rationi. Cum cœlum sit corpus circulare, quod inquiescẽter mouetur, vt patet ex eius definitione. neq; omnino fieri potest vt moueatur, cum sit abstractũ, nec sit sui natura sensibile: & similiter de ijs est putandum, circa quę perspectiua, & inter Mathematicas, Musica versatur. quoniam, si aspectabilia, & audibilia sint inter media, & separata, sensibilia erunt ęterna alia a sensibilibus corruptibilibus, & si sensibilia sunt ęterna, sensus, qui sunt illorum sensibilium, erunt ęterni. tenet argumentum, q̃m sensus referuntur ad sensibilia; & si sensus sint ęterni, & animalia quę illis sensibus sunt prędita, erunt ęterna. quę omnia sunt absurda.

Secundum incõmodũ.

Sensibilia sunt ęterna, igitur sensus ęternus. q d considera.

Et etiam perscrutandum est, vtrum sint substantię abstractę alię a substantijs sensibilibus, aut non sint nisi substantię sensibiles tantum. Et, si substantię alię a sensibilibus sunt, vtrum sint vnum genus, aut plura: sicut dicunt quidam ꝙ substantię sunt tres, s. sensibiles, & formę, & ea, quę sunt inter eas, de quibus dicunt ꝙ scientię considerant Mathematicę. D.d. Nos autem iam diximus, & c. id est nos autem locuti sumus quomodo verum est dicere formas esse, et quomodo sunt causę aliorum entium, & quomodo non. & hoc est in tractatibus substãtię istius libri. D.d. Sermonibus autem istorum contingit, & c. id est dicentibus autem substantias abstractas esse, quę sunt formę rerum, cõtingunt multa inopinabilia, & maxime dicentibus ꝙ illę substantię, & istę substantię, quę sunt hic, sunt eędem nomine & definitione, & ꝙ non differunt, nisi quia illę sunt ęternę, & istę generabiles & corruptibiles. ponunt enim ꝙ homo, qui est in illis substantijs abstractis, est sicut homo, qui est hic sine aliqua differentia in nomine, aut definitione. Deinde dicit. Sermo igitur istorum, & c. id est, ꝙ dicentes formas esse, similes sunt fingentibus Deum, aut Deos esse in formis hominum: sicut inuenitur in legibus Mahumeti. isti enim conueniunt in hoc, ꝙ ponunt homines æternos & generabiles & corruptibiles cum hoc, ꝙ conueniunt in definitione & in nomine. Et, cum dedit inopinabilitatem contingentem dicentibus formas esse, incœpit dare inopinabilitatem contingentem dicentibus formas medias esse inter sensibilia, & formas abstractas, & d. Et etiam, si aliquis finxerit, & c. id est ꝙ sermoni eius contingunt multę quęstiones, quas non potest dissoluere. D.d. Quoniam, si alię substantię fuerint inter, & c. id est, quoniam, si formę medię fuerint inter formas abstractas, & formas sensibiles, tunc corpus, et superficies, & lineę, & alia subiectorum mathematicorum habebunt tres modos formarum, s. formas abstractas, & sensibiles, & formas medias inter abstractas & sensibiles. erũt igitur tres modi corporum, & tres modi superficierum, & tres modi linearum. & similiter de alijs generibus, de quibus considerat Mathematicus. Deinde incœpit dicere alia inopinabilia contingentia huic positioni, & d. Si igitur scientia Stellarum, & c. id est & si ita sit, & scientia Stellarum est de Mathematicis scientijs, tunc erit hoc aliud cœlum a cœlo sensibili, & alia Luna, & alius Sol. & sic de alijs stellis, & orbibus. Et quia manifestum est per se ꝙ iste sermo est falsus, d. Sed quomodo oportet nos credere, & c. i. ꝙ sermo eorum esset credibilis. si esset possibile, vt cœlum, quod fingunt abstractum, esse immobile. & hoc nõ possunt dicere, quia ponunt cœlum abstractum conueniens cũ hoc cœlo nomine, & definitione. & abstractum non potest moueri. D.d. Et similiter dicimus de rebus & c. id est & talia opinabilia contingunt eis in scientijs Perspectiuis, & in

Contra legẽ Mahumeti.

Scia stellarum est de Mathematicis scientijs. Idẽ 12. Metaph. 44.

Abstractum nõ potest moueri.

A scientijs Musicę.s.in hoc q ponunt radios esse,& sonos alios a sensibilibus.impossibile est enim vt istę scientię considerent de alio aliquo,nisi de istis sensibilibus. D.d.& dedit maximum impossibile contingens in hoc. quoniam,si fuerint res sensibiles inter formas, &c.i.& q hoc contingit eis, quia concedunt q Mathematici considerant de rebus sensibilibus,et ponunt q istę res sunt medię inter formas intellectas abstractas,& formas sensibiles & generabiles & corruptibiles. vnde cõtingit eis sensibilia esse ęterna alia a sensibilibus generabilibus & corruptibilibus.ergo cõtingit sensus esse alios ab istis sensibus, & vt sint ęterni.sensus enim est in capitulo relationis.& si sunt sensus ęterni, & sunt etiã animalia ęterna,necessario etiam hęc inopinabilia contingunt istis. Sensus est i cap. relationis. Vide 5. Meta.c. 29.

Dubitauerit autem aliquis , circa quæ entia oportet has scientias quærere.si enim in hoc differret solum a Geometria Geodæsia,quòd hæc quidem eorum est,quę sentimus,illa vero non sensibilium est,patet quod præter Medicinam erit aliqua scientia,& præter quamcũq; aliarum inter ipsam Medicinam, & hanc medicinam. At quomodo possibile est? etenim etiam salubria quędam essent,pręter sensibilia, B & ipsum salubre.Simul autem nec hoc verum est,quòd Geodęsia sensibilium, & corruptibilium magnitudinum sit. corrumperetur enim illis corruptis.At neque sensibilium magnitudinum,neque circa hoc cœlum Astrologia esset. Nec enim sensibiles lineæ tales sunt, quales Geometria dicit.nil enim sensibilium ita rectum atque rotundum. tangit enim circulus regulam,non secundum pũctum,sed sicut Protagoras dicebat,redarguens Geometras.nec motus,nec reuolutiones cœli similes,de quibus Astrologia rationes facit.neque puncta eandẽ naturam,quam stellæ habent.

Et rectum est,quòd aliquis quærat quæstionem difficilem,& dicat in quibus rebus oportet quærere istas scientias. Quoniam,cum fuerit differentia inter Geometriam , & Medicinam , quòd vna earum est scientia media rerum sensibilium & alia insensibilium, manifestũ erit quòd erit alia ars Medicinę ab arte Medicinę sensibili,& erit alia Medicina inter Medicinam,quę est in formis,& hãc Medicinam sen C sibilem. & similiter de vnaquaq; aliarum scientiarum. Sed quomodo potest hoc esse? quoniam,si possibile fuerit,vt Medicina alia sit a Medicina sensibili,& vt sit etiam agens sanitatem aliud ab agente sensibili,necesse est vt sint res recipientes sanitatem , alię a rebus sensibilibus,& vt sit etiam aliud principium a principio sensibili. Et cũ hoc dicimus etiam q sermo dicentium q Medicina est sciẽtia eorum corporum sensibilium corruptibilium, nõ est verus. quoniam si ita esset, tunc corrumperentur per corruptionem corporum corruptibilium. Neq; etiam Scientia stellarum,& cœli istius est corporum sensibiliũ. Non enim sunt lineę sensibiles,sicut ponit Geometer. nulla enim res rerum sensibilium est linea recta,aut rotunda,sicut ponit Geometer. circulus enim non tangit mensuram per punctum,sed per lineam,sicut dixit Protagoras in sua redargutione contra Geometras. neque motus cœli,& circulus eius sunt,sicut disponit Scientia stellarũ.neq; conueniunt puncta cum stellis in natura.

8 In hac parte inducit rationes oppositas in hac quęstione, ponente Mathematicas considerare naturam mediam inter sensibilia, & abstracta : & dicit ꝙ perscrutandũ est de subiectis istarum scientiarum mathematicarum, de quibus considerant mathematici passiones & proprietates. q̃m secundum opinionem eorum, necesse est vt consideratio de eodem sit, in diuersis subiectis, & ratio est, q̃m, si ponimus differentiam inter scientiam considerantem res sensibiles, & inter scientiam considerantẽ res medias inter sensibilia, & abstracta, quę consideratio mathematica est, contingit necessario, vt consideratio de omni re sensibili sit duplex, vna in natura rei sensibilis, secundũ quod est sensibile, et alia in natura rei medię, secundum quod est medium inter sensibilia, & abstracta: sed cũ omne medium sapit naturã extremorum, sequitur, quod omne sensibile sapit naturam extremorũ, & per consequens, omne sensibile habebit duas naturas, s. naturã sensibilem, & mediã inter sensibilia & abstracta. quia scdm opinionem istorum sensibile habet esse hic, & in abstracto ẽt habet esse : vnde manifeste apparet quod Ars medicinę erit duplex, sensibilis, & abstracta, sensibilis erit agens sanitatẽ in subiecto sensibili, Abstracta vero in subiecto abstracto erit agens sanitatem, quod est inconueniens: & sic sanitas horum inferiorum sensibilium alia erit a sanitate illorum abstractorum: rationes vero, propter quas fuerunt moti ad ponendum naturam mediam inter sensibilia, & abstracta, sunt istę: q̃m, si mathematica scientia considerat de sensibilibus rebus, q̃ sunt generabiles ac corruptibiles, tũc scientia eorum corrumperetur ad sensibiliũ corruptionẽ, sed nos videmus scientias permanere, & non transmutari. quod nõ fieret, si ipsa non esset rerũ intransmutabilium: neq; ẽt scientia formarum orbiũ, & stellarum motuum est istorũ corporum sensibilium. q̃m circuli, & lineę, quibus vtitur Astrologus, non sunt sensibiles lineę, neq; circuli. relinquitur ergo, quod esse ipsorum sit aliud ab esse sensibiliũ, aut quod sint falsi & fictitij: & etiam est alia ratio, q̃m subiectum de quo considerat mathematicus, non est rerum sensibilium: quia illud, quod demonstratur in mathematicis non est verũ in sensibilibus rebus: q̃m Geometra demonstrat quod linea recta tangit circulum in puncto, sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in linea, id est in quadam parte diuisibili: sic sphęra tangit planum in puncto. sed sphęra sensibilis non tangit planũ sensibile nisi in superficie, i. in quadã parte plana diuisibili, quapropter Protagoras Sophista Geometris contradicebat, dicebatq; scientiã illorum falsam esse, cũ falsum demonstrant, dicendo ea, quę sensui sunt opposita: relinquitur ergo dicendũ alterũ duorum, aut quod scientię Mathematicę sunt falsę, aut eorũ subiecta sunt res sensibiles: Alia etiã; ratio est, ostendens quod subiectum rerũ mathematicarum est aliud a rebus sensibilibus: q̃m motus cœli, ac circuli eius non conueniunt cũ motibus, quos ponit Astrologus, neq; Naturę stellarum conueniunt cum naturis punctorum, quos Astrologus ponit loco stellarum, ac motuum cœli, & circulorum.

Omne mediũ sapit naturam extremorum.

Motiua ponentium formas medias.

Quod demõstrat Mathematicus non verificatur ĩ sensibilibus.

In hoc cap. inducit rationes contrarias in hac q̃one, dicente ꝙ Mathematici considerant de natura media & dicit quibus rebus oportet quęrere, & perscrutandum est quę sunt subiecta istarum scientiarum, de quibus considerant Mathematici. secundum enim sermonem dicentium ꝙ cõsiderant de natura media apparet ꝙ necesse est, vt consideratio de eodem sit in diuersis subiectis. Quoniam, cum fuerit differentia inter Geometriam, &c. i. q̃m cum fuerit positum ꝙ differentia inter scientiam considerantem de rebus sensibilibus, & inter considerantem in istis rebus mathematicis, est ꝙ considerans in mathematicis rebus considerat de natura media inter sensibilia & formas, cõtingit necessario vt consideratio de omni sensibili sit duplex, s. consideratio in natura rei secundum ꝙ est sensibile, & consideratio in natura medij inter formas & sensibilia. Omne igitur sensibile habebit duas naturas, s. naturam sensibilem, & naturam mediam. & sic erit ars Medicinę alia a Medicina sensibili. D.d. Sed quomodo poterit hoc esse? & c. d. est & contingit huic positioni, s. si fuerit hęc Medicina sensibilis alia ab ista Medicina, vt sint hę Medicinę, recipientes sanitatem alię ab istis Medicinis sensibilibus, & vt sit hoc agens sanitatem aliud ab agente sensibili, Et, cũ induxit inopinabilia cõtingẽtia huic opinioni, incępit ẽt inducere

A re rationes mouẽtes eos ad dicẽdum naturam mediã eſſe, & d. Et cum hoc dicimus etiam ꝙ ſermo dicentium, & c.i. Sed cum hoc inuenimus etiam quaſdam rationes, ex quibus pendent dicentes naturas medias eſſe. v.g. quoniam, ſi ſciẽtia Mathematicorum conſiderat de rebus ſenſibilibus generabilibus & corruptibilibus tunc ſcientia eorum corrumpetur cum corruptione illarum rerũ ſenſibilium: ſed nos videmus ſcientiam permanere, & non tranſmutari cum hoc, quod eſt in rebus ſenſibilibus: ergo neceſſe eſt vt ſit rerum non tranſmutabiliũ. D.d. Neque etiam ſcientia, & c.i. neque etiam ſcientia formarum orbium, & motuum ſtellarum eſt iſtorum corporum ſenſibilium. Circuli enim, quibus vtitur Aſtrologus & lineæ non ſunt lineæ ſenſibiles. remanet igitur aut vt illi circuli, de quibus conſiderat Aſtrologus, ſint ficti, aut falſi, aut habeant eſſe aliud ab eſſe rerum ſenſibilium. D.d. ſicut ponit Geometer, & c.i. & exiſtimabitur ꝙ ſubiectum, de quo conſiderat Mathematicus, non eſt rerum ſenſibilium. quoniã illud, quod demonſtratur in ſcientia Mathematicorum, non eſt verum in rebus ſenſibilibus. v.g. ꝙ linea recta non inuenitur in ſenſibilibus, ſecundum ꝙ ponit Mathematicus. Geometer enim demonſtrat ꝙ linea recta tangit circulum in puncto: ſed linea ſenſibilis non tangit circulum ſenſibilem, niſi in linea. Et ſimiliter ponit ꝙ ſphæra tangit ſuperficies in puncto: ſed ſphera ſenſibilis non tangit ſuperficiem ſenſibilem, niſi in ſuperficie. & ideo Protagoras ſophiſta redar-
B guebat Geometras, & dicebat ꝙ ſcientia eorum eſt falſa propter hoc, quod accidit eis. Remanet igitur alterum duorum. aut enim iſtæ ſcientiæ ſunt falſæ, aut ſubiecta earum ſunt res inſenſibiles. D.d. neque motus cœli, & c.i. & affirmat opinionem dicentium ſubiectum ſcientiarum Mathematicarum eſt aliud a rebus ſenſibilibus, hoc eſt ꝙ motus cœli, & circuli eius non conueniunt cum motibus, quos ponit Aſtrologus loco iſtorum. neque naturæ ſtellarum ſunt naturæ punctorum, quæ Aſtrologus ponit loco ſtellarum.

Geometer demõſtrat ꝙ linea recta tangit circulũ in pũcto: ſed linea ſenſibilis nõ tãgit circulum ſenſibilẽ niſi in linea. Cõſimile. 1. cœ. c. 32. & 5. Phy. c. 30. & 1. de Aĩa tex. c. 13.

Sunt autem quidam, dicentes eſſe quidem hæc, quæ formarum, & ſenſibilium media dicuntur, non tamen a ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis. Quos quæ impoſſibilia ſequuntur, omnia quidem enumerare lõgi ſermonis eſſet: ſufficit autem talia ſpeculari. Non enim de his ſolum, vt ita ſe habeant, rationabile eſt, ſed patet, ꝙ etiam formas cõtingeret in ſenſibilibus eſſe: eiuſdem enim rationis vtraque hæc ſunt. Item duo ſolida in eodem loco neceſſe eſſet eſſe, & non eſſe immobilia, in ſenſibilibus exiſtentia motis. Et omnino cuius cauſa quis po-
C net quidem eſſe ea, eſſe autem in ſenſibilibus? eadem enim, quæ prædicta ſunt, abſurda ſequẽtur. erit nanque aliud quoddam cœlũ preter cœlũ: niſi ꝙ non ſeparatum, ſed in eodẽ loco, quod impoſſibilius eſt.

Et fingunt quidam ꝙ iſta, quæ dicuntur eſſe inter formas & ſenſibilia, habent eſſe, ſed non ſunt ſeparata a ſenſibilibus, immo ſunt in ſenſibilibus. Sed, ſi voluerimus numerare omnia impoſſibilia contingentia ſermonibus iſtorum, indigebimus multis ſermonibus. ſed cõtenti ſumus in hoc, quod diximus. Non enim eſt neceſſe, vt hęc media ſint in ſenſibilibus tantum, ſed manifeſtum eſt ꝙ, ſi fuerit poſſibile vt iſta media ſint in ſenſibilibus, poſſibile etiam erit vt formæ ſint in ſenſibilibus: ſermo enim de formis & medijs eſt idem. Et etiã, ſi ita fuerit, continget vt duo corpora ſint in eodem loco, & vt ſint media immobilia in ſenſibilibus mobilibus. Et dicimus vniuerſaliter, propter quam cauſam fingit aliquis hæc media eſſe, & eſſe in ſenſibilibus? & cum hoc, quod diximus, ꝙ contingit ſermonibus iſtorum,

accidit etiam eis aliud impoſsibile,ſ.vt cœlum ſit aliud ab hoc cœlo, non ſeparatum ab eo,ſed cum eo in eodem loco. & hoc difficile poteſt eſſe magis eo,quod diximus.Iſtæ igitur ſunt res valde difficiles in comprehendendo veritates eorum.

Abſurda cõtingẽtia ponentibus formas medias in ſenſibilibus.

9 In hoc textu vult dicere quod ſunt nonnulli putãtes formas medias eſſe non abſtractas,ſicut prædicti dicebant; ſed ponebant illas in rebus ſenſibilibus exiſtentes : & ſi voluerimus dicere omnia impoſsibilia, quæ huic opinioni contingunt,ſermo noſter erit valde prolixus.ſufficiunt.n.nobis ea, quę hucuſque dicta ſunt,pro deſtructione opinionis eorũ:nihilominus aliqua in medium afferemus: & vnum eſt,ꝙ ſi fuerit poſsibile vt formæ mediæ ſint in rebus ſenſibilibus, ſequitur neceſſario,quod & formæ illæ abſtractę ſint in ſenſibilibus,tamen ambæ ſunt æterne ingenerabiles, & incorruptibiles, quia ſermo de his idem eſt.Et cõfirmat hoc:quia ſequeretur,quod duo corpora eſſent in eodẽ loco, videlicet corpus ſenſibile,& corpus medium: Aliud quoque ſequitur inconueniens,opinioni iſtorũ dicentiũ formas medias eſſe in materijs, & eſt, quod immobilia erunt in rebus mobilibus,quod apud Platonicos non erit inconueniẽs,qui tenent,ꝙ anima eſt principiũ motus in animalibus, vel primũ mouens non motũ:ſed secũdũ Ariſt.impoſsibile eſt,qm̃ abſtractũ eſt immobile,& secũdum hanc opinionẽ nõ poteſt inuenire cauſam,per quam fingant has formas medias eſſe: & ponendo eas in corporibus ſenſibilibus faciũt eas tranſmutabiles,& per conſequens ſibi ipſis contradicunt:& ſimiliter dicendum eſt de corporibus ſuper cœleſtibus,qđ ſunt duo cœli ſimul in eodem loco:& hæc ſunt inconuenientia huic opinioni contingentia,dicenti formas abſtractas eſſe,& non in ſenſibilibus, & iſtę quæſtiones ſunt valde difficiles ad comprehendendum veritatem illarum.

Et fingunt quidam,&c.i.quidam fingunt formas medias eſſe non abſtractas, ſicut prædicta ſecta dicebat formas medias eſſe non abſtractas, ſed exiſtentes in ſenſibilibus.D.d.Sed,ſi voluerimus,&c.i.ſed,ſi voluerimus dicere oĩa impoſsibilia contingẽtia iſtis,prolongabitur ſermo.ſed contenti erimus in hoc,quod ſufficit in deſtructione eorũ. D.d.Non.n.eſt neceſſe,vt hæc media, &c.i. & principium impoſsibilium contingentium eſt ꝙ,ſi fuerit poſsibile vt formæ medię ſint in ſenſibilibus,non ſolummodo erit neceſſe vt iſtæ ſolæ ſint in ſenſibilibus, ſed ẽt vt formæ ſint in ſenſibilibus.vtræque.n.ſunt æternæ,non generabiles neque corruptibiles.& ſermo de his eſt idem.Deinde dicit.Et etiam , ſi ita fuerit, contingeт vt duo corpora,&c.i.corpus ſenſibile & corpus medium ſint in eodem loco. Deinde dicit.& vt ſint media, &c.i.& contingit ex poſitione mediarũ formarum in materijs,vt immobilia ſint in rebus mobilibus:quod eſt valde inopinabile.Et contingit hoc,qm̃ illud,quod eſt abſtractum,eſt immobile.Et deinde d.Et dicimus vniuerſaliter,&c.i.& etiam dicens hunc ſermonẽ non poteſt inuenire cãm,per quam fingat formas medias eſſe,& ꝙ debet eſſe in corporibus ſenſibilibus.ponere.n.eas tranſmutabiles cõtradicit poſitioni earum in re tranſmutabile.D.d. & cum hoc, quod diximus, &c.i. ꝙ continget dicentibus hoc,vt duo cœli ſint inſimul in eodẽ loco.& d. ꝙ difficilius poteſt eſſe quã prædicta.innuit enim impoſsibilia contingentia dicentibus illas formas eſſe abſtractas, & non in ſenſibilibus.Deinde dicit Iſtę igitur res ſunt valde difficiles,& intendit iſtam quęſtionẽ , & alias.

Caput Secundum. Examinantur quæſtiones de Generibus.

Vtrũ gña et pricipia rerũ poni debeãt an ea, ex qbus qcquãprimũ ẽ.

MAGNA itaq; de his dubitatio eſt,quonam modo ponendo, veritatem conſequemur. Et de principiis, vtrum oporteat genera exiſtimare elementa,& principia, an illa magis , ex quibus inexiſtentibus quicquam primum eſt. vt vocis elementa, & principia videntur ea

A esse, ex quibus primo omnes voces compositæ sunt, sed non vox in communi. & designationum ea dicimus elementa, quorum demonstrationes in aliarum, aut omnium, aut plurium demonstrationibus insunt. Item etiam corporum, & qui plura dicunt elementa esse, & qui vnum, ex quibus componuntur, & ex quibus constant, principia esse aiunt. vt Empedocles ignem & aquam, & quæ cum eis sunt elementa ait esse, ex quibus inexistentibus entia sunt: sed non ea, vt genera entium ponit. Et ad hæc, si quis cæterorum quoque naturam velit considerare, veluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compositus est, tunc eius naturam cognoscit. Ex his itaque rationibus non essent principia genera entium. Cum autem singula cognoscamus per definitiones: principia vero definitionum genera sint: necesse est definitorum etiam principia genera esse. Et si entium habere scientiam est ipsum habere specierum scientiam, secundum quas etiam dicuntur, specierum principia
B ipsa genera sunt. Videntur autem quidam etiam eorum, qui elementa entium ipsum vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis vti. Aut vero non possibile est vtroque modo principia dicere: ratio nanque substantiæ vna. diuersa vero erit, quæ fit per genera, definitio, & quæ dicit, ex quibus inexistentibus. Et ad hæc, & si quã maxime ipsa genera principia sunt, vtrum prima generum arbitrandum sit esse principia, an vltima, quæ de indiuiduis prædicantur. etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam vniuersalia, magis principia sunt, patet ꝙ suprema generum. hæc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur principia entium erunt, quot prima generum sunt. Quare & ipsum ens, & ipsum vnum principia, & substantiæ erunt, hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non est autem possibile, neque ipsum vnum entium esse genus, neque ipsum ens. necesse etenim est vniuscuiusque generis differentias & esse, & vnamquanque vnam esse. impossibile vero est, aut
C species generis de propriis differentiis prædicari, aut genus absque suis speciebus. Quare si vnum, vel ens genus est, nulla differẽtia nec vnum, nec ens erit. at, si non genera, nec principia erunt: siquidẽ genera principia sunt.

Idem. 1. huius. 17.

Vtrũ prima genera, an vltima ponẽda sint principia.

Impoẽ est aut spẽs gñis de ꝓprijs differẽtijs prædicari, aut genus absq; suis spẽbus.

Et difficultas est ẽt in cognitione principiorum. perscrutandum est enim vtrũ existimãdũ sit ꝙ elemẽta, & principia sunt genera, aut sunt illa, ex quibus fiũt omnia. v.g vtrum elementa vocis & principia eius sunt ista, ex quibus cõponuntur omnes voces, aut sit vox vniuersalis. & vtrũ elementa propositionũ sint propositiones, quarum demõstratio habet esse cum demõstratione aliarũ propositionũ: aut elementa eorũ est demonstratio, quæ est omniũ propositionum, aut plurium. Et etiam qui fingunt ꝙ elementa sunt plura, & qui fingunt elementa esse vnum, dicunt ꝙ principia corporum sunt ea, ex quibus componuntur & constituuntur, sicut dicit Empedo. fingit enim ꝙ

elementa ſint aqua,& ignis non vniuerſalia eorum, & ꝙ compoſita ſunt ex eis, & in eis:ſed non dicit ꝙ iſta elementa ſunt ſicut genera entium. Et cum hoc,ſi aliquis voluerit ſcire naturas rerũ,debet perſcrutari ex quibus componuntur. verbi gratia,ſi aliquis voluerit ſcire naturam lecti,perſcrutabitur ex quibus componitur lectus. cum igitur ſciuerit ex quibus partibus componitur,& quomodo conſtituitur,tunc ſciet naturam eius. Ex iſtis igitur ſermonibus declarabitur ꝙ genera entium non ſunt principia. Si autem ſcimus omnia ex definitionibus rerum,tunc neceſſe eſt,vt genera ſint principia rerum definibilium. Et ſi poſsibile eſt vt entia cognoſcantur per formas,per quas diſponuntur entia:& genera ſunt principia formarũ: tunc genera erunt principia ſcientiæ entium. Et videtur ꝙ quidam eorum,qui fingunt ꝙ elementa entium ſunt vnum & ens, & magnũ & paruum,faciunt ea quaſi genera. Sed impoſsibile eſt vt principia dicantur duobus modis. definitio enim ſubſtantiæ eſt eadem. & ſi dictum fuerit ꝙ principia ſunt duobus modis,continget vt definitio, quæ eſt ex generibus,ſit alia a definitione,quæ definit rem ex rebus, ex quibus eſt,& ſunt in definitione eius. Et cum hoc, ſi fuerint genera principia,conſiderandum eſt quæ genera ſunt principia, vtrũ prima,aut vltima,quæ numerantur numero. habet enim dubium. Quoniam,ſi vniuerſalia ſunt magis prima quam alia, manifeſtum eſt ꝙ principia ſunt genera altiſsima. hæc enim genera conueniunt, id eſt vniuoce dicũtur de omnibus,quæ ſunt ſub eis. Numerus igitur principiorum entium erit ſecundum numerum primorum generum. Et erunt vnum,& ens principia,& ſubſtantiæ entium. hæc enim in maiori parte dicũtur de omnibus entibus. Sed impoſsibile eſt vt genus entium ſit vnum,aut ens. differentiæ vero omnium generum rerum habent eſſe neceſſarium. & omnis differentia eſt vna numero. & impoſsibile eſt vt genus prædicetur de formis diuerſis, neque genus prædicatur niſi de formis,quæ ſunt ei. Manifeſtum eſt igitur quòd ſi vnum & ens ſunt genera,non neceſſe eſt vt aliqua differentia ſit vnum & ens. ſed,ſi vnum & ens non fuerint genera,non erunt principia: ſi principia ſint genera.

10 Et ſimiliter in cognitione principiorum eſt quæſtio difficilis. vtrum principiorum eſt quæſtio difficilis. vtrum principia,& elementa ſint vniuerſalia eorum,quæ ſunt,an ſingularia. v.g. vtrum elementa, ac principia vocis ſint illa ex quibus componuntur omnes voces,aut ſunt voces vniuerſales,& literæ vniuerſales,quæ ſunt quaſi genus iſtarum: & ſimiliter quęritur vtrum principia propoſitionum ſint propoſitiones particulares,quibus vtuntur in vnaquaque demonſtratione: vel demonſtratio ſimpliciter vniuerſalis,quæ eſt ex propoſitionibus vniuerſalibus ſit principium particularis demonſtrationis: opinio vero illorum, qui dicebant principia non eſſe vniuerſalia,fingebat elementa plura eſſe. & ſimiliter,qui dicebant elementum eſſe vnum,opinati ſunt principia eſſe indiuidualia,ex quibus ſenſibilia conſtituuntur,vt fuit Empedocles,qui dicebat Aquam, ignem, Aerem, ac terram eſſe elementa compoſitorum. ſ. indiuidualia, & ... vniuerſalia eorum. vt corpus,quod eſt iſtis quatuor vniuerſale,ac genus: & ... bat Empedo.quod hæc compoſita indiuidualia componebantur ex iſtis, ac p...

A ea constituebantur, vt alibi dictum est. & non opinatus est genera istorum, aut vniuersalia eorum intellecta fore elementa vniuersalia, sed quod sunt quasi genus omnium generabilium. & subdit rationes eorum, & dicit, quod ratiocinatio dicentium singularia esse principia non intellecta est, quoniam, si aliquis scire voluerit quid est lectus: primo de his perscrutabitur, de quibus cōponitur lectus. &, cum sciuerit partes lectum componentes, statim naturam lecti sciet: quare ex his manifeste videtur vniuersalia rerum non esse principia ipsarum: consequenter obiicit ad partem contrariam, & dicit, si omnia scimus per definitionem eorum, & omnes definitiones sciuntur per sua genera: ergo omnia scimus per sua genera, & per consequens scientia rerum erit per sua genera: &, cum scientia rei non est nisi per sua principia: sequitur ergo quod genera sunt rerum principia: & dat probationem minoris: quoniam entia non cognoscuntur nisi per suas formas disponentes ea secundum quid. & Genera sunt principia istarum formarum: sequitur necessario quod definitiones entium cognoscuntur per sua genera: vnde principium duplex est essendi, & cognoscendi. quoniam ea, quæ sunt principia essendi, non sunt principia cognoscendi, & ecōtra quapropter genera sunt principia cognitionis rerum, & non essendi: & hi, qui ponunt genera fore rerum principia, faciunt ea, quæ insunt eis, sicut vnum & ens, Magnum & paruum: & vniuersaliter genera, quæ prædicantur vniuoce, dicunt esse principia: quoniam aliqui dicunt, quod illa genera solum sunt rerum principia, quæ vniuoce prædicantur. Vnde impossibile est, vt sermones isti contrarij simul coincidant, ita quod inueniantur principia in duplici differentia. Cum principia sunt substantiæ, & substantia est vna natura. Sed vniuersale, & indiuiduale sunt duæ naturæ, vt manifestum est: quoniā vniuersale est solum intelligibile, indiuiduale vero sensibile: & sensibile, & intelligibile sunt duę naturæ differentes, & per consequens contingit, vt definitiones principiorum sint diuersæ, quoniam definitio principiorum, vt genera, ac vniuersalia sunt, est alia a definitione eorum secundum quod sunt partes rei definibilis: Deinde obijcit contra opinionem illorum, qui dicebant principia esse genera: quoniam oritur contra eos hæc difficultas. Vtrum principia sint genera generalissima, aut inferius specialissima: ex hoc, quoniam si principia generum sunt magis genera prima cæteris, oportet vt generalissima sint magis principia cæteris: quoniam vniuoce prædicantur de omnibus contentis sub eis ad interrogationem factam secundum quid. quare vnum, & ens erunt principia omnium entium. Cum de eis prædicentur secundū vnam conuenientiam omnibus: sed impossibile est vt vnum, & ens sint omnium entiū genera, quoniam generalissima genera minime vnum sub alio collocantur, & habent differentiam sibi propriam, quæ alteri competere est impossibile, ideo

B

Motiuū ponētiū singularia eē principia.

Entia nō cognoscuntur nisi per suas formas. idē 9. Met. t. c. 20.

C sunt diuersarum naturarum. Alia enim est natura substantiæ a natura accidentis, & alia est natura quantitatis, a natura qualitatis: & quamuis hoc nomen ens prædicetur de vnoquoque eorum scilicet de substantia, & accidente non tamen significant vnam, & eandem naturam nec formalem, nec materialem. & ideo est impossibile, vt aliquid prædicetur secundum quid de rebus habentibus formas diuersas non communicabiles in vnam naturam formalem numero. apparet ergo quod vnum, & ens non sunt generalissima entium, & ex consequenti rerum principia: Alia quoque difficultas, et inconueniens accidit huic opinioni: quoniam, si vnum, & ens prædicentur de decem prædicamentis ad interrogationem factam per quid est, sequeretur quod principia omnia non haberent differentias, quibus ad inuicem differrent, & sic natura substantiæ, & qualitatis esset eadem: quod est impossibile. & sic videtur quod vnum, & ens non sunt genera rerum, & per consequens neque principia entium, vt isti fingebant.

Impossibile est vt vnū, & ens sint oīum entiū genera.

Vnū & ens nō prædicātur in quid de decē prædicamentis.

Et difficultas est etiam in cognitione principiorū, &c. i. & in cognitione principiorum est quæstio difficilis, vtrum principia, & elementa rerum sint genera, & vniuersalia eorum, aut sunt causæ indiuiduales, ex quibus constituuntur res particulares, quæ sunt in illis generibus, non vniuersalia genera illarum causarum. v. g. vt elementa dictionum sunt literæ indiuiduales, scilicet voces audibiles, quæ dicuntur literæ, ex quibus constituūtur dictiones: aut vox vniuersalis,

& litera vniuersalis, quæ est quasi genus istarum. Deinde dicit. & vtrum elementa propositionum, &c. i. & similiter quæritur etiam, vtrum principia propositionum sint propositiones particulares, quibus vtuntur in vnaquaque demonstratione, aut demonstratio simpliciter, & vniuersalis, quæ est ex propositionibus vniuersalibus. Deinde incœpit dicere dicentes principia esse particularia, non vniuersalia, & d. Et etiam qui fingunt, &c. i. ꝙ Antiqui fingentes elemẽta esse plura, & fingentes elementum etiam esse vnum, opinati sunt principia esse indiuidualia, ex quibus constituuntur sensibilia, vt Empedo. qui fingit ꝙ elementa compositorum sunt aqua, & ignis, & aer, & terra, s. ista indiuidualia, non vniuersalia eorum, verbi gratia corpus: & ꝙ omnia composita indiuidualia ex istis componuntur, & per ea constituuntur: & non opinatur ꝙ genera istorum, aut vniuersalia eorum intellecta sunt elementa vniuersalia. & hoc intendebat cum d. sed non dicit ꝙ ista elementa, &c. i. sed non dicit ꝙ ista sunt elementa, sed ꝙ sunt quasi genus omniũ generabiliũ. Et cum d. istos dicẽtes ꝙ principia sunt principia singularia nõ vniuersalia, incœpit dicere etiam rationes eorum, & d. Et cũ hoc, si aliquis voluerit, &c. i. & ratiocinatio dicentium singularia esse principia non intellecta, & ꝙ, si aliquis voluerit scire quid est lectus, perscrutabitur de his, de quibus componitur lectus. cum. n. sciuerit ea, ex quibus componitur, & quomodo componitur, statim sciet naturam lecti. Deinde dicit. Ex istis ergo sermonibus, &c. i. ex istis igitur ratiocinationibus, & eis similibus apparet ꝙ vniuersalia rerum non sunt principia earum. Deinde incœpit etiam dicere ratiocinationes inducentes vniuersalia esse principia, & d. Si autem scimus omnia ex definitionibus, &c. i. & ista ratio est sufficiens etiam. quoniam, cum fuerit positum ꝙ scientia rerum est per definitiones earum: & fuerit positũ ꝙ definitiones sciũtur per genera: manifestũ est ꝙ contingit ex hoc, ꝙ scientia rerũ fit per genera earum. & cum coniungetur ei ꝙ scientia rei est per principia eius, concludetur ex hoc ꝙ genera rerum sunt principia. Deinde dicit. Et si possibile est vt entia, &c. i. & iste sermo est manifestus. quoniam, cum fuerit positum ꝙ entia cognoscuntur per suas formas, per quas disponuntur secundum quid: & fuerit positum ꝙ genera sunt principia istarum formarum: concludetur ꝙ entia cognoscuntur per sua genera, & cum coniungetur huic, ꝙ ea, per quę cognoscuntur res, sunt principia earum, concludetur ꝙ genera, quę sunt principia cognitionis, nõ sunt principia essendi. Deinde dicit. Et videtur ꝙ quidam eorum, qui fingunt, &c. i. & dicentes genera, faciunt ea, quę sunt ex eis, sicut vnum & ens, & magnũ & paruum, & vniuersaliter genera, quę dicuntur vniuoce esse principia. & d. hoc videtur, quia quidam istorum non ponunt genera esse principia, nisi ea, quę dicuntur vniuoce. Deinde dicit. Sed impossibile est vt principia, &c. i. & impossibile est congregare, & facere conuenire istos sermones sibi contradicentes, ita ꝙ principia * inueniantur duobus modis insimul. principia enim sunt substantię: & substantia est vna natura: vniuersale autem, & indiuiduale sunt duę naturę, hoc enim intellectum, hoc autem sensibile. Deinde dicit & si dictum fuerit, &c. idest, & contingit vt definitiones principiorum diuersificentur. definitio. n. principiorum, secundum ꝙ principia sunt genera & vniuersalia, est alia a definitione eorum, secundum ꝙ sunt partes rei definibilis. Et, cum dedit dubitationes cõtingentes ponentibus principia esse aut non esse genera, incœpit dicere etiã difficultatem contingentem, & inquisitionem in positione eorum essendi genera, & d. Et cum hoc, si fuerint genera principia, &c. i. & cum hoc, si concesserimus ꝙ genera sunt principia, nascetur hic locus perscrutationis & difficultatis, s. vtrum principia sint altissima genera, s. generalissima, aut vltima, quę dicũtur in indiuidua, s. specialissima. Deinde dicit. habet enim dubium, &c. i. quoniam, si principia generum sunt magis prima genera, necesse est vt genera generalissima sint principia, cum principia generum sunt genera generalissima. ista enim genera prędicantur de omnibus, quę sunt sub eis vniuoce, i. secundũ quid. Deinde dicit. Et erunt vnum, & ens principia. i. & contingit secundum hoc, vt vnum, & ens sint principia entium. ista enim sunt vniuersaliora generum, quę prędicantur de omnibus secundum cõuenientiam. Deinde dicit. Sed impossibile

* a. l. sumantur V. le, et indiuiduale. sunt duę naturę: hoc intellectũ, hoc aũt sensibile.

A le eſt vt genus entium,&c.i.ſed impoſsibile eſt vt vnum & ens ſint genera omnium rerum. Sunt enim genera altiſsima, quorum neutrum collocatur ſub altero,& vtrunque habet differentiam vnam propriam abſque eo, ꝙ conueniant in vnam naturam. hoc nomen igitur ens, dictum de eis, non notificat de eis vnam naturam, cum naturæ eorum ſint diuerſæ. Deinde dicit.& impoſsibile eſt vt genus prædicetur de formis, &c.i. & impoſsibile eſt vt aliquid prædicetur prædicatione generis de rebus habentibus formas diuerſas, quæ non communicant in vna forma numero: ſed genus non prædicatur niſi de formis, quæ communicant in vna forma numero. D.d. Manifeſtum eſt igitur ꝙ, ſi vnum, & ens, &c.i. ꝙ, ſi vnum & ens fuerint genera vniuerſalia decem prædicamentis, ſ. ꝙ dicantur de eis vniuoce, neceſſe eſſet vt intellecta non haberent differentias, quibus differrent abinuicem in omnibus ſuis naturis, adeo ꝙ natura ſubſtantiæ, & qualitatis ſit eadem. Deinde dicit. ſed, ſi vnum & ens non fuerint genera, &c.i. ſed continget iſtis, ſi vnum & ens non fuerint genera, ꝙ vnum & ens non ſint principia. ponũt enim ꝙ principia ſunt genera. & hoc ẽt continget fingentibus ꝙ principia ſunt vnum, & ens.

Hoc nomen ens dictũ de decem prędicamẽtis non notificat de eis vnã naturã, cũ naturę eorũ ſint diuerſæ. Idem 10. Me.c.8. Idẽ.12.Me. 19. & 20.c. & 1.Ph.13. & 4. Meta. 2.& in prædicamẽtis.

Itẽ etiã media, cum differentiis collecta, erunt genera vſque ad indiuidua. nunc autem quædam videntur, quædam vero non videntur. B Et ad hæc differentiæ magis principia, quã genera. ſi igitur iſtæ etiam principia, infinita, vt ita dicam, principia fiunt, & maxime ſi quis primũ genus principiũ ponat. At vero &, ſi principalis ſpecies magis ipſum vnum eſt: vnum autem eſt, quod indiuiſibile eſt: omne vero indiuiſibile, aut ſecundum quantum, aut ſecundum ſpeciem: prius autem, quod ſecundum ſpeciẽ eſt: genera autem magis diuiſibilia in ſpecies: vnum erit profecto, quod vltimo prædicatur. nõ enim eſt homo genus ſingularium hominum. Item in quibus prius, & poſterius eſt, non eſt poſsibile, quod de his dicitur, aliquid præter hæc eſſe. vtputa ſi dualitas numerorum eſt prima, non erit aliquis numerus præter ſpecies numerorũ. ſimiliter neq; figuræ pręter ſpecies figurarum. Quòd ſi non horũ, multo minus aliorum erunt genera pręter ſpecies. horũ.n. maxime vidẽtur genera eſſe: in indiuiduis vero nõ eſt hoc quidẽ prius, illud vero poſterius. Itẽ vbicũque hoc quidem melius, hoc vero deterius eſt, ſemper prius eſt, quod melius eſt. quare ni C hil horum genus eſſet. Ex his itaq; magis apparẽt, quę de indiuiduis prędicantur quã genera, eſſe principia. Rurſus tamẽ quomodo oporteat iſta exiſtimare principia nõ eſt facile dictu. Principiũ.n. & cauſam eſſe oportet præter res, quarũ principiũ eſt, & poſſe eſſe ſeparatũ ab eis. Tale quid aũt eſſe præter ſingulare cur quiſquã opinaretur, niſi quoniam vniuerſaliter, & de omnibus prædicatur? At ſi propter hoc, quę magis vniuerſalia ſunt, magis ponẽda principia ſunt. quare prima genera vtique principia ſint.

Omne indiuiſibile, aut quãtitate aut ſpecie eſt.

In ĩdiuiduis non eſt hoc prius, illud poſterius.

Et ẽt pſcrutãdũ eſt de eis, quę ſciũtur cũ differẽtiis, & ſunt inter altiſsimũ genus & indiuidua, vtrũ ſint genera, aut exiſtimãt ꝙ quędã ſunt genera, & quędã nõ. Et cũ hoc vtrũ differẽtię ſunt magis principia, quã genera. quoniã, ſi diię fuerint principia, erũt principia ſ.d̃m hũc ſermonẽ infinita. & iſte ſermo ſequitur dicẽtes ꝙ principia ſunt prima genera. Et ẽt, ſi vnũ eſt magis primũ quam aliud: & vnum eſt

indiuiſibile:& omne diuiſibile diuiditur aut ſecundum quantitatem aut ſecundum formam:& quod diuiditur ſecundum quantitatem e[illegible] ante illud, quod ſecundum formam diuiditur:& genera ſecundũ for[illegible] mam diuiduntur,& forma ſecundum quantitatem: erit igitur vnu[illegible] prædicabile poſtremum magis vnum quam aliud. homo enim nõ [illegible] genus cuiuslibet hominum. Et etiam dicamus ꝙ genera rerum ha[illegible] bentium ante & poſt, impoſsibile eſt vt ſint aliud, niſi formæ illarum rerum. Verbi gratia ꝙ, ſi primus numerorum eſt dualitas, tunc nu[illegible] rus nihil aliud eſt quam formæ numerorum.& ſimiliter nulla fig[illegible] eſt, niſi forma figurarum. Et, ſi ita ſit, impoſsibile eſt vt genera [illegible] aliud, niſi formę ſuæ. exiſtimatur enim i maiori parte ꝙ genera [illegible] formæ: indiuidua autem non ſunt ante adinuicem. Et etiam ea [illegible] rum quædam ſunt nobiliora, & quædam viliora, ſemper nobilius [illegible] ante vilius. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ genus non eſt primum ſecun[illegible] dum hanc intentionem etiam: immo declaratur nobis ex iſtis inte[illegible] tionibus, ꝙ prædicabilia de indiuiduis ſunt principia generum. E[illegible] etiam dicamus quomodo eſt exiſtimandum quòd iſtæ formæ [illegible] principia. iſte enim ſermo non eſt facilis. Primum enim & cauſa de[illegible] bet eſſe aliud ab eis, quorum eſt primum & cauſa, & vt habeãt e[illegible] tiam, quando fuerint ſeparata a rebus. Sed quomodo poteſt aliq[illegible] exiſtimare aliquod tale præter genus vniuerſale prædicabile de o[illegible] nibus? Si igitur rectum eſt dicere ꝙ vniuerſalia ſunt principia, q[illegible] ſunt vniuerſalia, tunc neceſſe eſt vt principia ſint ea, quæ ſunt ma[illegible] gis vniuerſalia, quam formæ.& ſecundum hoc erunt principia ge[illegible] nera prima.

11 Cum dedit ſermones Probantes vniuerſalia eſſe principia prima, & ſerm[illegible] nes illis contradicentes, & quod particularia ſunt principia prima omnium r[illegible] reuerſus eſt ad perſcrutandum de medijs vniuerſalibus, quæ ſunt inter ind[illegible] duum,& generaliſsimum:& ſunt genera ſubalterna vſque ad ſpecialiſsim[illegible] cluſiue:& dicit, ꝙ perſcrutandum eſt de omnibus generibus ſimul cum differe[illegible] tijs: quoniam Genus generaliſsimum eſt ſimplex, media vero genera ſunt c[illegible] poſita ex genere ſuperiori, & differẽtia, per quam genus diuiditur.& hæc ge[illegible] ra ſunt cognita cum differentijs eis adiunctis.& etiam videndum eſt, verum[illegible] media omnia ſint genera, aut non, quoniam ſpecies ſpecialiſsima non eſt ge[illegible] & etiam quærendum eſt, vtrum differentiæ ſint magis principia quam gen[illegible] vel econtra,& videtur quod differentiæ ſunt magis principia: quoniam diffe[illegible] tiæ ſunt priores ipſis generibus:& omne principium eſt prius principiato. [illegible] ret ergo quod ſint magis principia ipſis generibus. Et ſic media erunt priora [illegible] tiſsimo genere: quod eſt inconueniens: quoniam quanto magis genus fuerit c[illegible] poſitum ex differentijs, tanto magis erit primum:&, ſi genus erit prius differe[illegible] tijs, erit econuerſo: ſi autem differentiæ erunt principia, tunc principia erunt [illegible] nita. quoniam differentiæ apud nos ſunt innumerabiles, licet apud naturam [illegible] finitæ:& ſic, apud nos principia erunt ignota:& Ariſ. hoc modo voluit intellig[illegible] re. quod, ſi poſitum fuerit quod magis particulare ſit dignius fore primum, [illegible] vniuerſale: tunc formę indiuiduorum erunt principia:& ſic principia erunt [illegible] nita: quod non eſt dicendum. quia principia ſunt finita, & ſi differentiæ ſi[illegible] finitæ, non poſſunt eſſe principia: relinquitur ergo, quod genera ſint princip[illegible] tiones vero, quibus iſti mouebantur, vt dicerent differentias principia eſſe, [illegible] iſtæ:& prima videlicet, quoniam illud, quod diuiditur ſecundum formã, eſt pr[illegible] mum

Generaliſsimũ eſt ſimplex, cætera vero genera ſunt cõpoſita.

Differentię apud nos ſũt innumerabiles.

Motiua ponẽtiũ differẽtias eſſe principia.

A mum genus,& cum aliquid non diuiditur,nisi secundum quod est vnum, & omne vnum secundum formam,peruenit in eo diuisio ad vnum secundum quantitatem:& ideo illud,quod est indiuisibile secundum quantitatem, est magis vnum, q̃ illud,quod est indiuisibile secundum formam . & cum ita sit apparet manifeste,quod omne illud,cuius esse est minoris diuisibilitatis,est propinquius naturæ vnius,quod est causa multitudinis:& omne minoris diuisibilitatis est prius eo,q̃ est maioris diuisibilitatis.quare species est prior cæteris superioribus , vt homo, qui in particulares homines diuiditur,& nõ in species,& genera,quę sunt priora suis differentijs,non habent esse nisi in suis differentijs,quę sunt formę,in quibus diuiduntur, vt animal,quod actu non habet esse nisi in suis differentijs,in quibus diuiditur,quę sunt species:& similiter color non habet esse actu, nisi in suis speciebus:Numerus quoq; non habet actu esse nisi in suis speciebus,vt in primo numero numerorum,qui est Dualitas , & ab ea in alijs suis numeri speciebus : qm̃ dualitas est prima forma numeri,& ideo inconueniens est dicere, quod genera non habeant esse cum formis suis,quia esse generis est cum suis speciebus : Indiuidua vero non sunt in se adinuicem, sed vnumquodq; eorum est actu per se existens,& non inuenitur in eis posterius quod constituatur per prius:& est alia ratio.qm̃ nobilius est prius ignobili : sed omnis species nobilior est genere , igitur B quęlibet species est prior genere : & omne prius dignius est esse suo posteriori , ergo omnis species habet dignius esse suo genere: & per consequens est magis principium,qm̃ principia debent esse alia ab eis,quorum sunt principia:& manifestum est ex hac ratione,quod genus non debet esse prius specie,immo videtur quod vltima species,quę est specialissima,debet esse prior:qm̃ ea, quę de indiuiduis prędicantur,sunt vltimę species specialissimę: in contrarium sunt alię rationes probantes,quod genus est prius specie:qm̃ principia sunt alia a principiatis, quorum sunt principia secundum definitionem,et habent naturam separatam ab eis:sed species cum sit principium , non habet naturam separatam ab eis , cuius est principium secundum definitionem:sed genus vniuersale prędicabile de omnibus est huiuscemodi,ergo genus est magis principium specie: cum magis vl'ia sint magis principia minus vniuersalibus:quare prima genera , cũ sint omnibus vniuersaliora,sunt magis omnibus alijs principia.

Dualitas est numerus numerorũ , & prima forma numeri.

Rõ ad vtrãque partem, cui magis cõgruat esse principiũ generi,an spẽi.

Cum induxit sermones probantes q̃ vl'ia sunt principia,& contradicentes illis,s. q̃ particularia sunt principia,vult modo perscrutari de vl'ibus,quę sunt inter generalissimum & indiuidua,vtrũ sint genera,aut non: cum illi, qui ponunt vniuersalia esse principia,non ponunt esse ea, nisi secundum q̃ sunt genera . Et d.Et etiam perscrutandum est,&c.& d.in istis medijs,q̃ sunt illa,quę cognoscũtur cum differentijs,quia genus altissimum est simplex,& illa media sunt cõpo- C sita ex genere superiori , & ex differentia,per quam diuiditur istud genus . sunt igitur,sicut dixit,cognita cum differentijs,i.cum differẽtijs adiunctis cum e.s. & perscrutatur vtrum omnia sint genera,aut quędam.& dicit hoc,quia species specialissima non est genus.Et incœpit in hac perscrutatione perscrutari vtrũ differentię sunt magis principia q̃ genera,aut econuerso.ista enim media componũtur ex generibus,& differentijs.Si igitur differentię sint priores generibus , tũc ista media erunt priora altissimo genere:& quanto genus fuerit magis compositum differentijs,tanto magis primum erit. si aũt genus fuerit prius differẽtia,erit econuerso.& d.qm̃,si differentię fuerint principia, erunt secũdum hoc principia infinita.Et potest intelligi q̃ non habebimus viam ad numerandum principia, & sic erunt ignota apud nos.differentię enim licet nõ,possint numerari a nobis, tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam:. Et forte posuit ea infinita secundum q̃ est famosum,s.sermo enim eius in hoc loco est secundum probabilitatem hominum. Et forte intelligit q̃,si fuerit positum q̃ illud , quod est magis particulare,est magis principium q̃ vniuersale,continget vt formę indiuiduorũ sint principia:& sic principia erunt infinita. D.d.& iste sermo sequitur dicentes q̃ principia sunt prima genera,ita inuenitur in exemplari. & forte diminuitur ibi hęc particula, non. & tunc sermo erit secundum suum manifestum. Et si exemplar est verum,debet tunc legi sic. & istum sermonem sequuntur dicentes

Genus gñalissimum est simplex, & gña subalterna sunt composita.

Dfię rerum licet nõ possint numerari a nobis,tñ non dubitamus eas esse finitas apud naturã. Sermo Arist. in

hoc loco eſt ſecundũ probabilitatem hominum.

ꝙ principia ſunt genera. & ſuſtentatur ſuper hanc queſtionem. quoniam, cum principia fuerint finita, & differentię fuerint infinitę, & genera fuerint finita, continget ei neceſſario vt principia ſint genera. Deinde induxit rationem dicentium ꝙ differentię ſunt magis principia, q̃ prima genera, & d. Et etiam ſi vnum eſt magis primum, &c. id eſt, quia illud, quod diuiditur ſecundum formam, & eſt primum genus, diuiditur in aliquid, quod eſt vnum ſecundum formam: & vnum ſecundum formam peruenit diuiſio in eo ad vnum ſecundum quantitatem: ideo illud, quod eſt indiuiſibile ſecundum quantitatem, eſt magis vnum q̃ illud, quod eſt indiuiſibile ſecundum formam. Et cum ita ſit, illud, quod eſt minoris diuiſibilitatis, eſt propinquius naturę vnius, quod eſt cauſa multitudinis. quod igitur eſt minoris diuiſibilitatis, eſt prius illo, quod eſt pluris diuiſibilitatis. ſpecies igitur vltima eſt prior omnibus ſuperioribus. verbi gratia homo, qui diuiditur in homines indiuiduales, non in ſpecies. Deinde dicit. Et etiam dicamus ꝙ genera rerum habentium ante & poſt, impoſsibile eſt, &c. id eſt ꝙ genera priora ſuis differentijs non habent eſſe niſi in ſuis differentijs, & ſunt formę, in quas diuiduntur, verbi gratia ꝙ animal non habet eſſe in actu niſi in ſuis ſpeciebus, in quas diuiditur. ſimiliter color non habet eſſe niſi in ſpeciebus colorum. & numerus non habet eſſe niſi in primo numerorum, ſcilicet in dualitate, deinde in alijs ſpeciebus numeri: & dualitas eſt prima forma formarum numerorum. D. d. Et, ſi ita ſit, impoſsibile eſt vt genera ſint aliud, niſi formę ſuę. id eſt ꝙ genera non habent eſſe niſi cum formis. D. d. indiuidua autem non ſunt ante adinuicem, id eſt, quapropter continget eis vt eſſent in ſe adinuicem. ſed vnumquodq; eorum eſt exiſtens in actu per ſe: & non eſt in eis poſterius, quod conſtituatur per prius. Deinde induxit tertiam rationem, & d. Et etiam ea, quorum quędam ſunt nobiliora, & cætera, id eſt, & etiam quia manifeſtum eſt, ꝙ nobilius eſt prius viliori, & ſpecies videtur eſſe nobilior genere, manifeſtum eſt ꝙ ſpecies eſt prior genere. prius autem magis eſt principium q̃ poſterius. & dixit hoc, quia ſpecies eſt perfectio generis. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ſermone, ꝙ genus non debet eſſe prius ſpecie: immo apparet nobis ex hac intentione, & prędictis ꝙ vltima ſpecies debet eſſe prior. & hoc intendebat, cum dixit, ꝙ prędicabilia de indiuiduis ſunt principia, id eſt vltimę ſpecies. Et cum induxit rationes, ꝙ ſpecies eſt prior genere, & induxit rationē, ꝙ genus eſt prius ſpecie, & dixit. Et etiam dicamus, quomodo eſt exiſtimādum ꝙ illę formę, &c. id eſt, ſed poteſt aliquis dicere quomodo poſſumus dicere ꝙ formę ſpecierum ſunt digniores ad eſſendum principia q̃ genera. principia enim debent eſſe alia ab eis, quorum ſunt principia: & vt ſint habentes naturam ſeparatam per ſe. D. d. Sed quomodo poteſt aliquis exiſtimare, &c. id eſt ſed quomodo pōt aliquis exiſtimare in iſtis ꝙ principium eſt aliud ab eo, cuius eſt principium ſecundum definitionem primam: & non exiſtimat hoc in genere cum ſpecie. id eſt, ſpecies enim cum eſt principium, non exiſtimatur eſſe aliud ſecundum definitionem ab eo, cuius eſt principium. primum igitur genus vniuerſale prędicabile de omnibus eſt principium. D. d. Si igitur rectum eſt dicere, &c. id eſt ſi igitur neceſſe eſt vt vniuerſalia ſint magis principia, ſecundum ꝙ ſunt vniuerſalia, neceſſe eſt vt formę magis vniuerſales ſint magis principia, q̃ illę, quę ſunt minus vniuerſales. ergo genera ſunt magis principia, q̃ ſpecies. & ſecundum hoc continget vt prima genera ſint principia, cum ſint vniuerſaliora omnibus.

Genus non habet eſſe niſi in ſuis ſpeciebus. Idem 7. Met. 45.

Spēs eſt perfectio gn̄is.

Principia debent eſſe alia ab eis, quorum ſunt principia.

Caput Tertium. Quæſtiones de vniuerſalibus.

Vtrum vl'e quicquam ſit preter ſingularia, uel ne.

EST autem conſequens his, & ad ſpeculandum omnium difficillima, maximeq; neceſſaria dubitatio, de qua preſens ſit ſermo. Si etenim non eſt quicquam præter ſingularia, ſingularia vero infinita ſunt, quomodo poſsibile eſt infinitorum habere ſcientiam? quatenus enim vnum

A quid,& idem,& quatenus vniuersale quid est,eatenus omnia cognoscimus. At si hoc necesse est,& oportet aliquid præter singularia esse, necesse erit,vt genera,aut vltima , aut prima , sint præter singularia. hoc autem quòd impossibile sit,paulo ante dubitauimus. Item , si quam maxime aliquid est præter totum,cum quicquam de materia prædicetur,vtrũ si aliqua species est.præter omnia esse aliquid oporteat,an præter aliqua esse,& præter aliqua non esse,an præter nullũ. Si igitur nihil præter singularia est,nihil intelligibile erit,sed omnia sensibilia:& scientia nullius erit,nisi quis sensum dicat scientiam esse.Item nihil esset sempiternum, nec immobile . sensibilia enim omnia corrumpuntur,& in motu sunt At , si nihil est sempiternum,neque generationem esse possibile est.necesse est enim aliquid esse id , quod fit , & ex quo fit, & vltimum horum ingenitum esse : siquidem stat , & ex non ente fieri impossibile est . Item generatione & mo-
B tu existente,necesse est vt finis etiam sit.nec enim infinitus est aliquis motus,sed cuiusque est finis. & fieri non est possibile , quod factum esse impossibile sit . quod autem factum est , necesse est vt sit , cum primo factum est. Item,si materia est propterea q ingenita est,multo magis rationabile est ipsam substantiam esse,cũ illa existat,vt hęc sit. Si enim nec hæc erit,nec illa,nihil erit omnino.q si hoc impossibile est,necesse est vt forma,& species aliquid præter totum sit.Si aũt rursus hoc aliquis ponet,dubium est de quibus hoc ponet, & de quibus nõ.q enim de omnibus non est possibile, patet.nõ enim ponemus aliquam esse domum,præter domos singulares.

Et sequitur hanc quæstionem difficilem alia difficilior omnibus , quæ necessario est consideranda,& est ista. Quoniam , si nihil fuerit aliud a rebus particularibus, & particularia sunt infinita , quomodo est possibile vt comprehendatur scientia infiniti ? scimus enim omnia per vniuersale vnum permanens in sua dispositione . Si igitur
C iste sermo est necessarius , vt aliud sit a particularibus , necesse est vt vltima genera , & prima sint alia a particularibus.& iam diximus q hoc est impossibile . Et etiam , quando oportet affirmare vniuersale esse aliud ab omnibus particularibus,dicamus igitur,quando aliquid dicetur de materia , utrum illud sit aliud ab omnibus particularibus, aut est aliud a quibusdam,aut non est aliud a quibusdam, aut non est aliud ab aliquo eorum. Quoniam , si non fuerit aliud a particularibus, nihil erit intelligibile,sed omnia erunt sensibilia : & impossibile erit ut aliquid sciatur per scientiam , nisi aliquis fingat quòd sensus est scientia.Et etiam erit impossibile aliquid esse æternum,& immobile.omnia enim sensibilia sunt corruptibilia . Sed , si nihil fuerit æternum & immobile, impossibile erit generationem esse . necesse enim erit generationem esse, & ex quo fit generatio , & ut principia istorum sint ingenerabilia,si cessent. Et est impossibile ut aliquid fit ex nihilo.quoniam,si generatio est, necesse est ut motus habeat finẽ.

nullus enim motus est infinitus, sed omnis motus habet finem & cõplementum. & impossibile est vt sit illud, quod impossibile est vt fiat. illud aũt, quod fit, est possibile in primo, quod fit necessario. Et etiam si res vniuersalis est materia, quia non generatur, necesse est vt substantia sit magis prima quàm materia. Quoniam, si vniuersale non fuerit materia, neq; substantia comprehensibilis, nihil erit omnino. si igitur non fuerit hoc, erit vniuersale, quod est aliud ab istis particularibus forma, & figura necessario. Si igitur finxerit aliquis hoc, cõtinget aliquod inopinabile. nõ enim potest dicere, ꝙ hoc est possibile in omnibus rebus, sed in quibusdam esse, in quibusdam non. manifestum est enim ꝙ impossibile est hoc esse in omnibus rebus. nõ enim dicimus, quòd domus sit aliud a domibus singularibus.

12 Et, quia sermones Platonis probantes superficietenus, quod vniuersalia sint per se existentia, nihil in rei veritate demonstrant, a quibus fuit Plato coactus ponere ideas esse, ideo eos in hoc loco Aristote. inducit: & dicit si vniuersalia intransmutabilia, & ęterna non essent, quę particularia determinarent, tunc nihil erit scibile, et nulla esset scientia necessaria aliquo modo, neq; terminans scientiam: qm̃ particularia sunt infinita, & infinita sunt interminabilia, ac in continua transmutatione. sed quia scimus omnia particularia per vnum vniuersale intransmutabile terminans ea: & cum non fuerit vniuersale, scientia erit vana. Sed nulla scientia potest esse vana in natura: ergo in scientia particularium oportet vt sit vnum, quod sit vniuersale intransmutabile, quod sit aliud extra animam a rebus particularibus, & sit causa scientię. & cum vniuersale sit huiusmodi, sequitur, quod prima genera, & vltimę species, & ĩtermedia omnia, quę sunt genera, et species subalternę, habeant existentiam extra animam, aliam a rebus suis particularibus, & quod principia earum sint prima genera. Sed nos diximus quod hoc est impossibile, quod dentur vniuersalia abstracta extra animam per se existentia: & concedimus vl'e aliud esse a suis particularibus: sed dubium est quid sit eius natura: demum dicit quod, si fuerit aliquod prędicatum, quod prędicetur in quid de rebus particularibus, vtrum illud sit aliud ab eis, de quibus prędicatur, aut non: si non erit aliud a suis particularibus, de quibus prędicatur, tunc de necessitate nihil erit scitum, nisi comprehensionem sensus scientiam esse dicamus: & sic nihil erit pręter sensibilia particularia, neq; aliquid erit ęternum, & immobile: quia omnia sensibilia & particularia sunt corruptibilia, & per consequens nulla esset generatio. qm̃, si generatio semp est, oportet vt aliqua sit res, q̃ primo generationem agat, & sit ingenerabilis: & similiter sit aliqua res, ex qua fit generatio primo, & sic non generabilis. qm̃ oportet, vt principia generationis sint non generabilia, cum nihil fit ex nihilo, neq; sit processus in infinitum: & cum ita sit, oportet vt generatio cesset, et quod incipiat a causa sine motore: qm̃, si generatio erit, expedit vt motus habeat finem: quia, si motus generationis fuerit infinitus, nunquam generatio sua complebitur, vt in motu recto, impossibile est vt sit infinitum, qm̃, non esset motus, si careret principio, neq; haberet principium nisi finem habuerit, vt ostensum est in 6. Physico. & sic generatio non est infinita neque secundum rectitudinem, neq; secundum reciprocationem, cum reciprocatio continua non potest fieri in generatione: & si diceret quod res vniuersalis nõ transmutabilis est materia, qm̃ ipsa quoque est ingenerabilis, tunc forma dignior est esse hoc principium, ꝙ materia cum actu sit ingenerabilis: Materia vero in potentia est ingenerabilis. sed manifestum est quod vniuersale, si non fuerit substantia, & nulla substantia est pręter materiam & formam, vt famosum est, sequitur quod non erit aliquod entium omnino. & si dicat aliquis quod vniuersale sit materia, oportet de necessitate vt sit forma, vel figura: & ideo, si aliquis dixerit quod vniuersale sit aliquid existens extra animam, ita ꝙ sit substantia existens per se, multa impossibilia ei contingent, non enim potest ponere o...

Cum nõ fuerit vl'e, scia erit vana.

Vl'e aliud est a particularibus, & non existit extra aiam.

Quod nõ habet principiũ, non habet finem.

Nulla substãtia est, pręter materiam, et formã. quod considera.

A vniuersalia esse talia, sed quędam: & ponit exceptionem rerum artificialium vniuersalium, & accidentium, quę vniuersalia nemo potest ponere esse substantias abstractas extra animam existentes, vnde videtur quod abstractum hoc nō potest prędicari nisi de substantijs rerum naturalium. cum nullus valeat dicere domum vniuersalem extra animam artificis existentem esse aliam a domibus particularibus. & similiter quoq; de vniuersali litera dicendum est.

Intendit in hoc capitulo inducere sermones probantes superficieter ꝗ vniuersalia sunt existentia per se, quę mouerunt Platonem ad dicēdum formas esse, & d. Quoniam, si nihil fuerit aliud a rebus particularibus, &c. Et iste sermo manifestus est. & abbreuiatio eius est, ꝗ si non fuerint hęc vniuersalia non transmutabilia neq; corruptibilia, quę determinent etiam particularia, non erit scientia necessaria aliquo modo, neq; scientia determinās continens scitum omnium. qm̄ particularia sunt infinita: & infinita sunt indeterminabilia: & ideo scientia non erit determinans: sicut etiam neq; necessaria: quia particularia sunt infinita, & semper in transmutatione. D. d. scimus enim omnia, &c. id est qm̄ manifestū est, ꝗ nos scimus omnia particularia per vnum vniuersale in transmutabile determinans ea. si igitur vniuersale non fuerit, tunc scientia erit falsa. Et hoc intendebat, cum d. Si igitur iste sermo, &c. id est si igitur fuerit necessarium hoc, quod diximus, ꝗ in scientia particularium. necessarium est vnum, quod est vniuersale
B intransmutabile, necesse vt extra animam sit aliud quid a rebus particularibus. D. d. necesse est, &c. i. &, cum fuerit necessarium aliquid esse aliud a particularibus, quod est causa scientię, & vl'e est huiusmodi, necesse est vt prima genera, & vltimę species, & quę sunt inter ea, sint existentia extra animā alia a rebus particularibus, & vt principia earum sint prima genera. sed iam diximus prius impossibilia contingentia positioni vniuersalium abstractorum. D. d. Et, etiam qm̄ oportet affirmare vl'e esse, quia esse vl'e non habet dubium: qm̄ dubium non est nisi de natura eius quid ipsa sit. D. d. dicamus igitur, qm̄ aliquid dicetur, &c. id est dicamus igitur ꝗ manifestum est, ꝗ vnum quid prędicatur de materia particularium. Cum igitur aliquid fuerit prędicatum de rebus particularium materialium, vtrum illud quid est aliud ab omnibus particularibus, de quibus prędicatur, aut est aliud a quibusdam, aut non est aliud a quibusdam, aut est omnia eorum. Si posuerimus ꝗ nihil est aliud a particularibus, nihil erit scitum omnino: nisi aliquis vocet comprehensionem sensus scientiam. & etiam contingit vniuersaliter ex positione, ꝗ nihil aliud est q̄ particularia sensibilia, vt nihil sit ęternum & immobile: qm̄ omnia sensibilia sunt corruptibilia. Deinde dedit impossibile cōtingens, si ęternum & immobile non est, & dixit. Sed, si nihil fuerit ęternū & immobile, non erit generatio. qm̄, si generatio est semper, necesse est vt sit aliquid,
C quod agat generationem primo, & quod sit ingenerabile, & aliquid, ex quo fit primo generatio, quod est etiam nō generabile. D. d. & vt sint principia istorum, &c. id est, necesse est enim vt principia generationis non sint generabilia, cum nihil fiat ex nihilo, neq; in infinitum. Et, cum ita sit, necesse est vt generatio cesset, & vt incipiat etiam a causa sine motore. D. d. quoniam, si generatio erit, necesse est vt motus habeat finem. quoniam si motus generationis fuerit infinitus, non erit generatum, id est non complebitur sua generatio. Deinde dicit. & impossibile est vt si illud, quod impossibile est vt fiat. id est, et signum eius, ꝗ impossibile est motum rectum infinitum esse, est ꝗ iste motus impossibile est vt fiat, scilicet vt compleatur: & illud, cuius esse non completur, non incipit fieri, neque est possibile vt incipiat fieri. Et illud signum dictum est etiam ab eo in Sexto Physicorum, cum dixit illic. verbi gratia, quia impossibile est inueniri hominem in stadio. id est, impossibile est vt iste homo sit in generatione. Et ista est dubitatio in continuatione generationis. & iam soluit istam quęstionem in Physicis, vbi determinauit ꝗ est in possibile in motu reciprocabili secundum generationem, secundum ꝗ generabile fit ex corruptibili, & corruptibile ex generabili. Deinde dicit. Et etiam, si res vniuersalis est materia, & cętera, id est & etiam, si vniuersale non transmutabile debet esse materia, quia vtrumque est ingenerabile, tunc forma est magis digna esse hoc, quia non generatur neque

Non est dubiū vl'e esse: sed est dubiū quid sit natura ipsius.

Idē 1. Phys. 33. & 34.

Tex. cō. 9.

corrumpitur, & ens in actu: & materia in potentia. D.d. Quoniam, ſi vniuerſale non fuerit materia, &c. & dixit hoc, quia vniuerſale cum eſt ſubſtantia: & nulla ſubſtantia eſt præter hęc duo ſecundum famoſitatem: continget quod, ſi vniuerſale non fuerit aliquod iſtorum, quod non erit aliquod entium. D.d. ſi igitur fuerit hoc, &c. id eſt, ſi igitur vniuerſale non fuerit materia, neceſſe eſt vt vniuerſale, quod eſt aliud a particularibus, ſit forma & figura. D.d. Si igitur aliquis poſuerit hoc, &c. id eſt, & ſi aliquis poſuerit ipſum eſſe exiſtens extra animam, quod ſubſtantia ſit exiſtens per ſe, contingent ei impoſſibilia. Non enim potest ponere omnia vniuerſalia eſſe talia, ſed quędam. & innuit exceptionem vniuerſalium rerum artificialium, & vniuerſalium accidentium, quę nullus poteſt ponere ſubſtantias abſtractas. Hoc enim non poteſt dici niſi in ſubſtantijs rerum naturalium. nullus enim poteſt dicere domum eſſe vniuerſalem exiſtentem extra animam artificis aliam a domibus particularibus, & literam vniuerſalem aliam a literis particularibus.

Nullus pōt fingere vl'e ſeparatum ī artificialib'.

Et ad hæc vtrum Vna erit omnium ſubſtantia, vtputa hominum? Sed abſurdum eſt. non enim vnum eſſent omnia, quorum ſubſtantia vna, ſed multa atque diuerſa. ſed hoc etiam inconueniens eſt. Simul autem quomodo materia vnumquodq; horum eſt, & eſt totum hæc ambo?

Et cum hoc perſcrutandum eſt, vtrum ſubſtantia omnium horum eſt vna, aut non. Si enim dixerimus quòd ſubſtantia eorum eſt vna, continget inopinabile. quoniam omnia, quorum ſubſtantia eſt vna, ſunt vnum. &, ſi dixerimus quòd ſubſtãtiæ eorum diuerſæ ſunt, hoc etiam erit impoſsibile. Et cum hoc, quomodo poteſt eſſe vt materia ſit in aliqua hora quælibet iſtarum, cum omne ſit vtrunq;, ſcilicet vniuerſalia & particularia.

23 Vult dicere vtrum ſubſtantia omnium entium ſit vna, aut plures: & ſi dixerimus vnam eſſe, tunc multitudo auferetur, & ſic tantum erit vnum ens, quod eſt contra ſenſum: ſi vero poſuerimus plures, tunc in ſpecie nihil erit, in quo indiuidua duo, aut plura communicent. Sed omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt vnum: quod eſt impoſsibile. quoniam, ſi quis dicet quod nec eſt vnum omnino, quomodo materia erit eadem in aliqua hora cum omnibus indiuiduis, in quibus exiſtit, cum omne ſit materia, & recipiens materiam, ſ. particulare?

Et perſcrutandum eſt etiam, vtrum ſubſtantia omnium entium eſt vna ſubſtantia, aut plures. Si igitur vna, aufertur multitudo, & erit ens vnum, quod eſt contra ſenſum. Et, ſi ſubſtantię entium fuerint plures, nihil erit in ſpecie omnino, quo cōicent duo, quod eſt impoſsibile. Et, ſi dixerimus quod nihil eſt vnū omnino, quomodo eſt poſsibile vt materia ſit in aliqua hora eadem cum omnibus particularibus, in quibus exiſtit? & hoc eſt vtrumque, ſcilicet materia, & quod recipit materiam. Et intendit ſicut diximus quod nihil eſt vnum omnino. poteſt enim aliquis dicere quod materia inuenitur diſtincta in aliqua hora ab indiuiduis, quorum eſt materia.

Caput Quartum. Vtrum principia ſint eadem numero, vel ſpecie. Et an corruptibilium, & incorruptibilium eadem ſint principia, vel ne.

Item de principijs hoc etiam aliquis dubitabit. nam ſi ſpecie ſunt vnum, nihil erit numero vnum, nec ipſum vnum, & ipſum ens. Ipſumq; ſcire quomodo erit, ſi non aliquod vnum in omnibus erit? At vero ſi vnum numero, quodque principiorum vnum. & non, vt in ſenſibilibus, alia aliorum, vtputa huius ſyllabæ cum ſpecie ſit eadem, et

Vtrū principia ſint eadē numero, vel ſpecie.

A principia ſpecie eadem ſunt.etenim hæc numero alia ſunt. Quòd ſi non ita,ſed principia entium numero ſunt vnum,non erit præter elementa aliquid aliud.numero enim vnum dicere,aut ſingulare,nil differt.ita enim ſingulare dicimus,quod vnum numero eſt: vniuerſale vero,quod in his.quemadmodum ſi vocis elementa, eo ꝙ vnum numero eſt, determinata eſſent,neceſſe eſſet tot omnes literas eſſe, quod elementa,cum non eſſent duo,aut plura eadem.

Et quærendum eſt etiam quæſtionem difficilem de principiis.quoniam,ſi principia ſint vnum in forma,nihil eſt vnum in numero, neque vnum generabile.Et ſi ita ſit,& nullum unum ſit prædicatum de omnibus rebus quomodo eſt ſcientia,aut cognitio? Si autem omnia principia ſint vnum in numero,& non fuerint principia quorundam alia a principiis quorundam,ſicut principia rerum ſenſibilium, verbi gratia quòd iſta litera & alia eſt vna in forma, & principia earũ ſunt vna in forma,& diuerſa in numero. Si igitur principia entium non B fuerint talia, ſed vnum numero, non erit aliud ab elementis. nulla enim eſt differentia inter dicere ſermonem dicentem vnum in numero,& dicentem vnum particulare.ab vno autem particulari non niſi vnum particulare,quare nec ab vno numero nõ niſi unum numero. dicimus enim in omni eſſe particulare in eo,quod eſt unum in numero:& dicimus uniuerſale de illo,quod prædicatur de iſtis particularibus.uerbi gratia quòd ſi elementa uocis eſſent terminata in numero, tunc omnes literæ eſſent ſecundum numerum elementorum, neque multiplicarentur,neq; magis eſſent.

Et eſt alia quæſtio, vtrum principia rerum ſenſibilium ſint vnum ſecundum formam,id eſt ſpeciem,aut vnum numero.& ſi fuerint vnum forma, id eſt ſpecie,nihil erit ſingulare compoſitum ſub aliqua forma, neque generabile vnum numero:quod eſt impoſſibile:& ſi non erit vnum particulare, neq; erunt multa particularia: & per conſequens neque vniuerſale erit,& ſic nulla erit ſcientia: quia perempto vniuerſale,de neceſsitate ſcientia perimitur:& hoc inconueniẽs contingit opinioni illorum,qui dicunt principia eſſe vnum ſecundum formam, C id eſt ſecundum ſpeciem: ſi vero principia rerum ſenſibilium erunt vnum ſecundum numerum,ita ꝙ non ſint aliqua principia vnum ſecundum formam, ac diuerſa,ſequitur quod vnumquodq; principiorum erit ſingulare.& per conſequens principia erunt vnum ſolum,& ſic nihil erit preter principiũ,& per conſequens non erit vniuerſale omnino,quod eſt ipſa forma,& ſic nihil erit aliud a particularibus,cum nulla ſit differentia inter unum numero,& ipſum particulare:& per conſequens nullum erit compoſitum,cum ex vno conſtituitur compoſitum:&,ſi aliquis diceret quod principia ſunt vnum numero tantum, ſed genita ex eis ſunt multa numero.Sed ſi ita eſſet, ſequeretur quod generabilia eſſent ſecundum numerum tantum principiorum primorum:vt elementa vocis eſſent terminata numero ſecundum numerum elementorum ſuorum, id eſt literarum,neque voces a literis ſuis generarentur plus ſuo literarum numero,quod eſt inconueniens. 14

Ex vno nõ conſtituitur cõpoſitum.

Iſta quæſtio eſt dicens,vtrum principia ſenſibilia ſint omnia vnum in forma, aut vnum in numero.Et d.ꝙ ſi oĩa fuerint vnum ſcdm formam,nihil erit hoc ſecundũ numerum,neq; vnũ generabile erit vnum ſcdm numerũ: quod eſt valde inopinabile.&,cũ hoc non fuerit vnũ particulare,non erunt multa particularia: & ſic non erit vniuerſale:& ſic nõ erit ſcientia. hoc igitur cõtingit, ſi principia fuerint vnum ſecundum formam. D.d Si autem omnia principia, & c.i.d eſt ſi autem vnumquodq; principium rerum ſenſibilium fuerit vnum in numero, &

non fuerit quoddam vnum ſecundum formam, neque diuerſa ſecundum formam, ſicut eſt diſpoſitio in principijs rerum ſenſibilium, & in rebus ipſis ſenſibilibus, & non fuerit illic vnum ſecundum formam omnino, & omnia principia fuerint vnum ſecundum numerum, nihil erit aliud ab ipſis elementis, id eſt ſi igitur principia entium non fuerint alia, nihil erit aliud ab elementis. Deinde dicit cauſam in hoc, & dicit nulla enim eſt differentia, &c. id eſt, & hoc neceſſe eſt. quoniam vnum numero ſynonymum eſt cum particulari: &, cum iſta principia fuerint niſi particularia, non erit vniuerſale omnino, ſcilicet forma. &, cum ita ſit, nihil erit aliud a principijs, cum poſuerimus ꝙ nihil eſt hoc aliud a particularibus, quoniam ex vno non fit compoſitum. Et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ principia ſunt vnum in numero tantum, & generata ex eis ſunt multa in numero, dedit inopinabile contingens ex hoc, & eſt quoniam tunc generabilia eſſent ſecundum numerum primorum principiorum, & non magis, & dicit verbi gratia, &c. id eſt quoniam, ſi elementa vocis eſſent terminata in numero, id eſt particularia, tunc voces eſſent ſecundum numerum eorum, & non generarentur a literis plus ſuo numero.

Vnũ numero ſynonymum eſt cũ particulari.

Nihilo autem minor dubitatio & a præſentibus & a prioribus prætermiſſa eſt, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia ſint, an diuerſa. Si enim eadem ſunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc vero corruptibilia ſunt & propter quam cauſam? Quicunq; igitur circa tempora Heſiodi fuerunt, & cuncti Theologi, ſolum quo ad ſibi perſuaderent, curæ habuerunt, nos autem contempſerunt. Cum enim principia Deos facerent, & ex Diis fuiſſe dicerent, quæcunq; non guſtarunt nectar, & ambroſiam, mortalia dicunt fuiſſe. Manifeſtum autem eſt, ꝙ ſibi ipſis hæc nomina cognita dicentes, taleſq; afferentes cauſas, ſupra vires noſtras dixerunt. nam ſi voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam ſunt ipſius eſſe cauſa nectar, & ambroſia. quòd ſi ipſius eſſe gratia, quomodo eſſent ſempiterni, cum alimento indigerent? Sed de his, quæ fabuloſe & ſophiſtice dicuntur, non eſt dignum accurate conſiderare. Ab illis vero, qui per demonſtrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eiſdem ſint, hæc quidem entium ſempiterna natura ſunt, hæc vero corrumpuntur? cum autem neq; dicant cauſam, neq; rationabile ſit ita ſe habere, patet quòd non ſunt eorum eadem principia neq; cauſæ. Emped. nanq;, quem quis maxime ſibi ipſi putauerit conſona dicere, is quoq; idem paſſus eſt. ponit enim quoddam principium corruptionis cauſam, contentionem. nihilominus tamen & hæc videbitur generare, præter Deum. dicit enim.

Egens cibo non eſt ſempiternum.

„ Ex quibus omnia quæ erant, quæ ſunt, quæq; in poſterum erunt,
„ Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres,
„ Feræ, aliteſq;, & piſces in aqua nutriti,
„ Ac Dii longæui.

At etiam abſq; his patet. nam, ſi nõ ineſſet in rebus contentio, vnum omnia, ut ait, eſſent. cum enim conueniant, tunc extima ſtatuitur contentio. Vnde & accidit ei fœliciſsimum Deum minus ſapiẽtem cæteris eſſe. nõ enim cognoſcit omnia elemẽta. contentionem nanq; non habet. cognitio autem ſimilis ſimili.

Vide 1. de Ani. te. 25.

A Terra enim ait, terram inspicimus, aquam vero aqua:

Aethere autem æthera diuum, sed igne ignem manifestum:

Ac amicitia amicitiam, & cõtentionem contentione pernitiosa. Sed vnde sermo digressus est, hoc est manifestum, quod accidit ei, contentionem non magis corruptionis, quam ipsius esse causam esse. similiter nec amicitiam ipsius esse. cum enim congreget in vnum, corrumpit cætera. & simul ipsius transmutationis nullam causam dicit, nisi quod ita natura aptum est. ait enim.

Magna contentio in membris nutrita fuit.

Ac ad honores ascendit tempore perfecto.

Quod eis cum æternum sit, amplum præcessit iusiurandum.

Tanquam necesse sit quidem transmutari, causam tamen necessario nullam manifestat. tantum tamen sibi ipsi consentanee dicit, q̃ nõ facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc vero incorruptibilia, sed omnia corruptibilia, præter elementa. Quæ autem dicitur nunc dubitatio est, cur si omnia ex eisdem sunt, hæc quidem sunt, hæc vero non. Quod igitur nõ sint eadem principia, hæc demum dicta sint. Quòd si diuersa principia sunt, vna quidem dubitatio est, vtrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quòd necesse est ea quoq; ex aliquibus esse. omnia enim in illa, ex quibus sunt, corrumpuntur. quare accidit principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue statur, siue in infinitũ progreditur. Item, si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quod si incorruptibilia sunt, cur ex his quidẽ cum incorrupti bilia sint, corruptibilia erunt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc.n. non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus. Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum est, tanquam paruum quiddã putantes prætereunt.

Omnia corrumpũtur in ea, ex qbus sunt. Idẽ. 1. phys. te. 65. & 6. ph. 45.

C Et nos dimisimus perscrutari de quæstione nõ minus difficili prædictis. & est vtrum principia corruptibilium sint principia incorruptibilium, aut alia. Quoniam, si principia corruptibilium fuerint principia incorruptibilium, quomodo quædam erunt corruptibilia, & quędam incorruptibilia? & quare? Epicurei autem, & omnes loquẽtes in Diuinis laborant ratiocinando, vt sufficerent* animæ suæ tãtum, nõ nobis Ponũt enim principia esse Deos, & ex Deis: & fingunt q̃ principia, quæ non potauerunt de sublimatione, & nõ gustauerunt de mãna, & nectare, moriũtur. Manifestum est igitur q̃ ipsi dixerũt ista, & sunt nota apud eos. sed hoc, quod posuerũt de istis causis, quoniã gustãt & potãt, est extra rationes nostras. quoniam si receptio eorum est ꝓpter voluptatẽ, tũc nec nectar nec manna est caus alicuius permanentiæ. & si illa receptio est vt essentiæ eorum remaneant quomodo erũt æterna, & indigent cibo? Et ideo non oportet perscrutari de sermonibus eorum, quorum Philosophia est similis picturæ. Sed

* a.l. causæ.

oportet perscrutari, & quærere a dicētibus illud, qđ dixerūt, secundū demōstrationem, quare, si principia rerū sunt conueniētia, accidit q quædam sunt semper permanētia, & quædam corruptibilia: & nō est necesse, vt ista sint sic, cū non dabunt causam in hoc. manifestum est igitur q principia entium nō sunt cōuenientia. Si igitur aliquis existimauerit se dicere aliquid in hoc, cōtinget ei quod contingit Empedocli. Empe. n. finxit q lis est causa corruptionis, & principium eius & existimat q ista lis generat omnia præter vnum. & omnia præter Deum facta sunt ab hac lite. Fingit enim in suo sermone manifestum esse quòd ex lite est generatio omnium, quæ fuerunt, & quæ sunt, & quę erūt: & quòd ex ea nascūtur arbores, viri, & mulieres, & pisces, quorū nutrimētum est in aqua, & Dii, quorum vita longissima, & alia. Et fingit quòd, si lis nō esset in rebus, omnia essent unū. lis enim cū fuerit cū rebus, disperget eas, & nō dimittet eas quiescere. Accidit igitur ex hoc sermone, ut Deus, qui est perfectus i forma, sit minoris sciētię quā aliud, cū nesciat oīa elemēta: quia lis nō est in eo & simile cognoscit per simile. Verbi gratia, terra per terrā, & aqua per aquam, & amicitia per amicitiam, & lis per litem. Manifestū est igitur quòd accidit ex suo sermone, ut lis sit causa corruptionis, nō causa generationis. & secūdum hūc modū accidit, vt amicitia nō sit causa generationis: quoniam, cū congregata fuerint aliqua in vnum, corrūpentur alia. & cum hoc Empe non narrauit, quæ est causa transmutationis rerū, sed finxit quòd natura earum est ita. & finxit quòd cum lis, quæ est maxima, fuerit interfusa in membris, & admixta in eis erūt generata, erit generās in fine temporis illud, quod transmutatur, & transmutat res, & abstrahit eas a termino. Et secundum hunc sermonem apparet quòd transmutentur res necessario: neque narrauit quæ est causa huiusmodi necessitatis, sed tantum dicit hunc modum sermonis, quasi esset manifestus. & non fingit quòd quædam entia corrumpuntur, & quædam non corrumpuntur; sed fingit quòd omnia entia sunt corruptibilia præter elementa. Nostra autem perscrutatio, & quæstio difficilis est, quare quædam corrumpuntur, & quædam non, si sint ex eisdem principiis. Et hoc, quod diximus sufficit in hoc, quod principia rerum non sunt eadem. Si autem principia sunt diuersa, contingit etiam quæstio difficilis, vtrum ista principia corrumpantur, aut non. Manifestum est igitur, si corrumpantur, quòd sunt ex aliis necessario. omnia enim corrupta vadūt ad ea, ex quibus sunt. & sic accidit vt principia habeant alia principia quod est impossibile. hoc enim procedit in infinitum. Et etiam, si principia corrumpātur, & confundantur quomodo erit generatio rerum corruptibilium? Et etiam si principia non corrumpuntur, quomodo ex quibusdam principiis non corruptibilibus fiunt corruptibilia, & ex quibusdam incorruptibilia: hoc enim non est rectum: sed aut impossibile est hoc esse, aut indiget

A get multo sermone ad cõfirmandum hoc. Et etiã nullus dixit quòd principia sunt diuersa, sed omnes finxerũt quòd principia omnium sunt eadem, & uoluerunt perscrutari de prædicta quæstione, ut illi qui perscrutati sunt de hac quæstione.

Et abbreuiatio sui sermonis in hoc loco, est alia quæstio superius mota, quæ non est minoris difficultatis a prædictis: vtrum principia rerum æternarum, ac corruptibilium sint eadem, an diuersa: &, si eadem principia numero sint mortalium, & immortalium: quam ob causam, illa quidem corruptione vacant, hæc vero non, sed sunt corruptibilia: ex eisdem enim numero principijs idem sequitur effectus: & sic videtur, vt vel omnia sint corruptibilia, vel omnia sint incorruptibilia: & si aliquis dixerit quod epicurei, & omnes de diuinis loquentes rebus laborant vt sibi, & nõ alijs satisfaciant: dicimus quod locuti sunt sermonem extra humanũ intellectũ: qm̃ per apologos intelligũt nõnullas intẽtiones, per quas ponũt principia eiusdẽ naturæ, & faciũt ea diuina, quę natura sunt rerũ generabiliũ: & ponũt Deos corruptibiles ex in corruptibilibus. qm̃ dicunt qđ Dij potantes aquã de tali loco, & talẽ cibũ gustãtes sunt immortales: & Dij illi, qui ista neq; gustãt, neq; potãt, sunt mortales: & ista fuit eorũ sollicitudo, vt sibi met solis satisfaciãt: & has intẽtiones, quas apologizauerũt, sunt extra hominis intellectũ, cũ differẽtiã inter corruptibile & incorruptibile ponũt, quę est potare aquã, et accipere cibũ de loco determinato pp delectationẽ: qm̃, propter hoc nõ sunt immortales: quia delectatio nõ est causa permanẽtię alicuius rei: quia ipsa non facit ad instaurationẽ, nec ad deperditionẽ substãtię rei nutritę. qm̃ delectatio nõ est substãtia, sed actus operationis: ideo Deridens Arist. hos sermones, dicit si receptio cibi, & potus talis causa est vt Dij isti nõ moriãtur, mirũ est, quõ isti, qui potu, & cibo indigẽt, in ęternũ remaneãt: cũ cibus, & potus ad instaurationẽ deperditi sumatur: quoniam cibus, & potus ille corrumpitur, & in substantiã transit nutriti: & illud, quod est per se corruptibile, non potest esse causa perpetuitatis aliorum: ideo sermo iste non est dignus vt in scientijs veridicis perscrutetur: cũ picturis potius similis sit: ideo dignus est vt a nobis derelinquatur: quoniam de hac difficultate quærere cum his oportet, qui hoc cum demõstratione affirmant: quoniam quærunt quomodo ea, quæ ex eidem principijs fiunt in natura, aliqua sunt æterna, & aliqua corruptibilia. Cum causa æternitatis permanentiæ, ac non permanentiæ nihil aliud sit, nisi natura illius, cuius est causa: sed manifestũ est quod principia omnium entium non sunt vnius naturæ: & probat hoc, quoniam principium entium æternorum sunt naturæ æternæ, & principium entium corruptibilium sunt naturæ corruptibiles quia nihil dicitur tale nisi per naturam propriam, & per principia propria, ex quibus componitur. quare manifestum est quod natura causarum, & principiorum rerum generabilium & corruptibilium alia est a natura causarum æternorum entium. &, si quis rationem huius assignaret dicendo causam permanentię fore priuationem contrarietatis, tunc secundũ hanc opinionẽ, aliqua erunt composita ex cõtrarietate, & erũt illa, quę maxime distant a primo principio simplicissimo: & aliqua erũt sine cõtrarietate, & erũt propinqua simplicissimo principio primo: & sic huic opinioni cõtingit aliud, quod Empedoclis opinioni cõtingebat, scilicet quod causa generationis, & corruptionis est lis, & Amicitia. & qđ entia aliqua facta sunt ex quatuor elemẽtis, & lite, & Amicitia, & ideo sunt generabilia & corruptibilia: & aliqua genita sunt ex quatuor tm̃ elemẽtis absque lite: sed ex Amicitia solum, vt Cœlũ, quod Deus est apud ipsum Empe. & sibi met contrarius est ponẽdo litẽ fore causam corruptionis, qa facit eã esse necessariã ad generationem omniũ generabiliũ. quia ipse opinatus est ꝙ entia ex Amicitia ad inuicem vnita erãt cũ ipsa in eis dominaretur, & ad inuicẽ segregabantur, cũ lis in ipsis preualebat. &, ex hac opinione sequitur hoc incõueniẽs ꝙ Deus sit minoris sciẽtię cęteris entibus: & probat, qm̃ apud antiquos sciẽtia alicuius rei causabatur a suo simili, vt terra sciebatur p terrã, aqua sitr p Aquã, Amicitia vero p Ami-

15

B

C

Dubium.
Solutio.

Epicureorũ deliramenta de Dijs.

Qui cibo, potuq; indigẽt corruptioni sũt obnoxij.

Pricipia omniũ entiũ nõ sũt vnius naturæ.

Pricipia corruptibiliũ sunt alia a principijs æternorum.

Amicitia vnionis lis vero segregationis causa.

citiam cognoscebatur, lis per litē: sed in ipso Deo nihil est horū: ergo Deus est minoris scientiæ cæteris entibus: sequitur quoque vt lis sit causa corruptionis, & non generationis: & sic accidit secundum hunc modum vt amicitia non sit causa generationis. quoniam, cum aliqua fuerint in vnum congregata, contingit vt alia corrumpantur. & sic homo iste non narrauit quæ nam causa sit transmutationis rerum: & si ab eo quæratur, quare Amor & odium agunt hoc in diuerso tempore? profecto causam huius diuersitatis assignare nesciet, nisi quia aptum erat sic esse: & ostenditur hoc esse ad mentem Emp. quoniam dicebat ipse, cum maxima lis imposita est in membris animalium, tunc membra eius generantur, & in vnum congregantur, quorū tamen corruptio contingit in fine certi temporis propter concordiā, a qua prouenit in illis confusio. Vnde secundum hunc sermonem apparet, quod res per se generantur, & corrumpantur, & nihil prodest ponere causam hanc mouentem in generatione, & corruptione: quemadmodum illi, qui in his motorem negabant omnino: & sic Emp. non assignando causam huius necessitatis, apparet imperfectio suæ opinionis: quoniam Antiqui philosophi semper causam generationis, & corruptionis assignauerunt, quæ est Materia. Deinde dicit ꝙ non est opinio Emp. quod entium quædam sint corruptibilia, & quædam non, sed quod omnia corpora, præter elementa, corrumpantur: quoniam quæstio, de qua loquebatur, non accidit nisi illis, qui ponunt duos causarū modos. s. corruptibile & incorruptibile. Cū dicūt qđ causæ corū sunt eædem, & quæstio ista non contingit empedocli, nisi ponendo principium primum fore incorruptibile propter causam iam dictam, quia in ipso non est lis: & quæstio nostra perscrutatio est, quare entium quædam corruptibilia sunt, & quædam incorruptibilia, cum eadem principia habeant: & quia assignauit impossibilia huic opinioni contingentia, vult modo ostendere impossibilia opinioni contrariæ contingentia: & primum est, ꝙ si dixerimus principia rerum incorruptibilium esse alia a principijs rerum corruptibilium, contingit alia quæstio difficilis, vtrū principia corruptibilium sint corruptibilia, aut incorruptibilia: & si principia corruptibilium fuerint corruptibilia, necessario erunt ex alijs principijs: quia omne corruptum dissoluitur in his, ex quibus componitur, & sic principia hæc habebunt principia, & erit processus in infinitum: si vero principia corruptibilium non corrumpantur, sicut principia rerum incorruptibilium, quæritur quæ nam sit causa quod a principijs incorruptibilibus aliqua corruptibilia proueniant, & aliqua æterna incorruptibilia: hoc enim videtur esse impossibile, aut indiget maxima perscrutatione in assignādo causam huius diuersitatis. ideo difficultas contingens huic positioni est valde diuersa respectu multorum impossibilium: quia mirum est quod hæc principia in aliquibus rebus æternitatem, & in aliquibus corruptionem agant, cum incorruptibilia sint: quapropter Antiqui dixerunt quod omnium entium principia sunt eadem. Aliqui vero ponebant duos deos, quorum vnus bonum agebat, Alius vero malum.

Empedocles arguitur de insufficiētia.

Antiqui gñationis et corruptiōis cām assignauerūt materiam.

Ista quæstio fit ponēdo esse aliqua hic æterna, & aliqua corruptibilia, & vtraque habere principia. Et d. Quoniam, si principia rerum corruptibilium. &c. idest, si enim dixerimus ꝙ principia rerum incorruptibilium & corruptibilium sunt eadem, quomodo ex eisdem principijs fiunt corruptibilia & incorruptibilia? & causa in æternitate & corruptione sunt principia? Deinde dicit. Epicurei autem, & omnes loquentes in Diuinis, &c. & intendit per loquentes in Diuinis loquentes sermonem extra intellectum hominis. & ideo dixit ꝙ isti in sermone suo sufficiunt sibi, non nobis: & quia ipsi intelligunt per Apologos aliquas intentiones, per quas sunt contenti. Deinde dicit. Ponunt enim principia esse Deos, & ex Deis. idest ponunt enim principia eiusdem naturæ, & faciunt ea diuina, & est natura rerum ingenerabilium; & faciunt Deos corruptibiles ex incorruptibilibus. Deinde dicit causam eorum in hoc, & d. & fingunt ꝙ principia, quæ non potant, &c. idest, dicunt ꝙ Dij, qui potant aquam de tali loco noto, & gustant de tali, sunt immortales: & Dij, qui non gustant, sunt mortales. Deinde dicit. Manifestum est igitur ꝙ ipsi dixerunt ista, &c. idest, & diximus ꝙ sollicitudo eorum fuit, vt sufficerent sibi: quia dixerunt ista, & ipsi intelligunt intentio-

A nes, quæ ipsi apologizauerunt in hoc. Deinde dicit. sed hoc, quod posuerūt de istis causis, &c. idest, & hoc, quod posuerunt de differentia inter corruptibile & incorruptibile, est extra intellectum hominis. quoniam, si potant aquam de illo loco, & recipiunt cibum ab illo loco alio propter delectationem, tunc delectatio, secundum ꝙ est delectatio, non est causa permanētiæ alicuius rei. Deinde dicit. quoniam, si receptio, &c. idest, & si accipiunt potum ab illo loco, & cibū ab alio, vt nō moriantur, mirum est quomodo qui indiget cibo & potu remaneat in æternum. cibus enim, & potus non sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptū. quomodo igitur remanet æternum illud, quod est innatum corrūpi? Et, quia iste sermo nō est dignus vt perscrutetur de eo in scientijs, d. Et ideo non oportet perscrutari, &c. Deinde dicit. Sed oportet perscrutari, &c. idest, sed oportet quærere de hoc ab eis, qui dicunt illud, quod dicunt, secundum demonstrationem, scilicet quomodo omnia fiunt ex eisdem principijs in natura, & quædam sunt æterna, & quædam corruptibilia, cum causa permanentiæ & nō permanentiæ nihil aliud sit nisi natura illius, quod est causa. Deinde dicit. manifestum est igitur ꝙ principia entium non sunt conuenientia. idest, manifestum est igitur, quoniam cum principia rerum corruptibilium fuerint per suam naturam, & permanentia rerum æternarum sint etiam per suam naturam, & natura eorum non est nisi causæ, ex quibus componuntur, manifestum est ꝙ causæ generabilium & corruptibilium aliæ sunt a causis æternorum. Deinde dicit. Si igitur aliquis

B existimauerit se dicere, &c. idest, & ideo si aliquis voluerit dare rationem in hoc, continget ei quæstio similis contingenti Empedocli. Empe. enim dixit in hoc ꝙ lis est causa corruptionis, & quod amicitia est causa generationis: & quod entium quædam sunt facta ex quatuor elementis, & lite & amicitia, & sunt generabilia & corruptibilia, & quædam sunt facta ex quatuor elementis, & amicitia sine lite. & hoc est cœlum: quod est Deus apud ipsum. Et, cum narrauit sermonem Empedo. induxit sermonem eius, ne aliquis fingat ꝙ diminutus erat Arist. in illo, & d. Fingit enim in suo sermone esse manifestum, &c. idest, quoniam Empedo. in hoc, ꝙ ponit litem causam corruptionis, contradicit sibi in hoc, ꝙ ponit eam necessariam in generatione omnium generabilium. Deinde induxit causam, propter quam ponebat litem esse necessariam in omnibus generabilibus, & d. Et fingit ꝙ, si lis non esset, &c. idest, & Empedo. opinabatur ꝙ amicitia, quando dominatur, facit entia esse vnum: & ideo lis est necessaria in multiplicando & dispargendo, & amicitia in adunando. D. dedit inopinabile contingens ex illis, & d. Accidit igitur ex hoc sermone, vt Deus &c. i. & contingit Empedocli in hac opinione, vt deus sit minoris scientiæ alijs. Scientia enim apud ipsum, & alios Antiquos fit per simile. Dicunt enim ꝙ terra cognoscitur per terram, quæ est in nobis, & aqua per aquam, & amicitia per amicitiam, & lis per litem: sed in Deo non est lis: ergo non cognoscit litem, neque quod fit ex

C ea: ergo est minoris scientiæ omnibus entibus. Deinde dicit. Manifestum est igitur ꝙ accidit ex suo sermone, &c. i. contingit igitur ex sermone Empe. dicentis ꝙ lis est causa corruptionis, vt lis sit causa corruptionis, ipsa & amicitia. D. dedit causam, propter quam accidit, vt amicitia sit causa corruptionis, & d. quoniā, cum congregata fuerint aliqua in vnum, corrumpentur alia. D. d. & cum hoc Empe. non narrauit, &c. i. & cū hoc, ꝙ iste homo ponit causas mouentes, tamē non potest dare nobis causas generationis & corruptionis. Quæritur enim ab eo quare amicitia agit in aliqua hora, & lis in alia. tunc enim cogetur ad dicēdum sermonem negantium causam agentem, qui dicunt ꝙ natura entiū quærit de necessitate generationem & corruptionem. Deinde induxit sermonē eius, ex quo contingit hoc, & d. & finxit ꝙ cum lis maxima, &c. idest & iste homo in rei veritate nullam causam dedit in generatione. D. enim ꝙ, cum lis maxima imposita est in membris animalium, tunc membra eius fuerunt generata: quia distinguit vnum congregatum. deinde in fine temporis venient omnia ad corruptionem propter litem. Secundum igitur hunc sermonem contingit vt res generentur per se, & corrumpantur per se. & sic nihil prodest ponere hanc causam mouentem in generatione & corruptione, sed erunt sicut illi, qui non ponūt

Delectatio, scdm ꝙ est delectatio, ñ est causa permanentię alicuius rei.

Cibus, et potus non sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptum.

In generatione, neq; in corruptione cauſam mouentem omnino, & ſunt dicentes materiam. D. d. neque narrauit quę eſt cauſa huiuſmodi neceſsitatis, &c. i. & ſecundū hoc ſermo eius erit imperfectior ſermone dicentiū neceſsitatem eſſe. Illi enim dicunt neceſsitatem, & dant cauſam neceſsitatis, & eſt materia: iſte autē nullam cauſam dedit, quaſi cauſa neceſsitatis eſſet manifeſta per ſe. D. d. & non fingit, ꝙ quædam entia corrumpuntur &c. i. & non eſt opinio Empedo. ꝙ quædā entia ſunt corruptibilia, & quædam non, ſed opinatur ꝙ oīa corrumpuntur præter elementa. & dixit hoc, quia quæſtio, de qua loquebatur, non accidit niſi ponētibus duos modos entium, ſ. corruptibilem & incorruptibilē: & cauſæ eorum ſunt eędem. Et, cum declarauit ꝙ iſta queſtio non contingit Empedo. niſi inquantum ponit principium primum incorruptibile, quia in eo non eſt in longo tempore, non incorruptibile ſimpliciter, reuerſus eſt ad quæſtionem prædictam, & d. Noſtra autem perſcrutatio, &c. i. & cum ſermo eduxit nos a quæſtione intenta propter hoc, quod accidit ex verbis cū Empedocle, reuertamur modo ad quæſtionem noſtram, ſ. quare quædā entia ſunt corruptibilia, & quædam non, cum habeant eadem principia. & quod diximus de impoſsibilibus contingentibus huic poſitioni ſufficit. D. incœpit dicere impoſsibilia contingentia ſermoni cōtradicenti, ſ. ſi principia fuerint diuerſa, & d. Si autem principia, &c. i. & ſi poſuerimus ꝙ principia rerum corruptibilium ſunt alia a principijs rerum incorruptibilium, contingit nobis quæſtio difficilis: & eſt, vtrum principia corruptibilium ſint corruptibilia, aut incorruptibilia. Manifeſtum eſt enim, ſi principia corruptibilium fuerint corruptibilia, ꝙ ſunt ex alijs principijs neceſſario, quoniam omne corruptum diſſoluitur in ea, ex quibus componitur. Si igitur principia rerum corruptiblium fuerint corruptibilia, neceſſario habent principia. & accidit ex hoc impoſsibile: & eſt ꝙ principia habent principia. & hoc procedet in infinitum, & facient entia infinita eſſe in actu eſſentialiter. D. d. Et etiam, ſi principia nō corrūpantur, &c. i. &, ſi principia rerum corruptibilium ſunt incorruptibilia, ſicut principia incorruptibilium, qua de cauſa fiunt a principijs incorruptibilibus quædam incorruptibilia, & quædam corruptibilia. hoc enim aut eſt impoſsibile, aut indiget maximo ſermone in cauſam illius dandam. Et quia d. difficultatem cōtingentem poſitioni principiorum rerum corruptibilium & incorruptibilium eſſe diuerſa, d. Et etiā nullus dixit, &c. ideſt, & propter apparentiam impoſsibilium contingentium poſitioni principiorum diuerſorum incorruptibilium & corruptibilium, ita ꝙ quædam agant corruptionem, & quædam permanentiam, ideo nullus Antiquorū dixit hoc eſſe, ſed dixerunt ꝙ principia omnium ſunt eadem, & laborauerunt perſcrutando de quæſtione difficili, quam diximus. & dixit hoc vilipendendo dicentes duos Deos eſſe, quorū vnus agit bonum, & alius malum.

Omne corruptū diſſoluitur in ea, ex qbus cōponitur.

Vilipēdēdi ſunt dicētes duos eē Deos, quorum vnus agit bonū, aiius malum.

Caput Quintum. An ens & unum ſint rerum ſubſtantiæ.

OMnium aūt & ad ſpeculandū difficillimū, & ad cognoſcendā veritatem maxime neceſſariū eſt, vtrum ipſum ens, & ipſum vnū ſubſtantiæ entiū ſint, & non aliquid aliud vtrūque eorum ſit, ſed hoc vnum, illud vero ens ſit: aut oporteat quid nam ſit ipſum ens, & ipſum vnum quærere tanquā altera natura ſubiecta. Quidam enim illo, quidam vero hoc modo putant naturam habere. Plato namq;, ac Pythagorici non eſſe aliud quid ipſum ens, nec ipſum vnum aiebāt, ſed hoc eorum naturā eſſe tanquam ſubſtantia idem vnū, & ens eſſet. Qui autem de natura tractarant, vt Empedocles, tanquam in magis cognitum reducēs, dicit quòd vnū eſt ens. videri namq; poſſit dicere hoc amicitiam eſſe. cauſa enim hæc omnibus eſt, vt vnum ſint. Alii vero ignem, ...

A alii aerem aiunt ipſum vnum, & ipſum ens eſſe, ex quo entia & eſſe, & facta eſſe. Similiter, & qui plura elementa ponunt. neceſſe enim & his eſt tot eſſe dicere ipſum ens, & ipſum vnum, quot aiunt principia eſſe. Accidit autem, ſi quis non ponet eſſe aliquam ſubſtantiam ipſum vnum, & ipſum ens, nec aliorum vniuerſalium quicquam eſſe hæc enim vniuerſalia maxime omnium ſunt. Quod ſi non eſt aliquid ipſum ens, & ipſum vnũ, multo minus quicquam aliorum ſit præter ea, quæ ſingularia dicuntur. Item, ſi ipſum vnum non ſit ſubſtantia, patet quòd nec numerus erit tanquam natura alia ſeparata ab entibus. numerus enim vnitates, vnitas vero vnum quid eſt. Quòd ſi quid eſt ipſum vnum & ipſum ens, neceſſe eſt eorum ſubſtantiam eſſe vnum & ens. non enim aliquid aliud vniuerſaliter prædicatur, ſed eadem ipſa. At vero ſi quid erit ipſum ens, & ipſum vnum, magna dubitatio eſt, quonã modo aliquid aliud prętet hæc erit. dico autem quomodo entia erunt plura vno. quod enim
B aliud ab ente eſt, non eſt. quare ſecundum Parmenidis rationem neceſſe eſt accidere omnia entia eſſe vnum, & hoc eſſe ens. Vtroque autem modo difficile eſt. ſiue enim vnum non ſit ſubſtantia, ſiue ipſum vnum ſit, impoſsibile eſt numerum eſſe ſubſtantiam. Si igitur nõ ſit, dictũ eſt prius quare. Si autem ſit, eadem ac de ente dubitatio eſt. ex quo enim & præter ipſum vnum erit aliud vnum, neceſſe profecto eſt nihil eſſe. omnia vero entia, aut vnum, aut plura, quorum vnũquodque vnum eſt. Item, ſi ipſum vnum indiuiſibile, ſecundum quidẽ *Zenonis* poſitionem nihil vtique fuerit. Quod enim neque additum, neque demptum facit aliquid maius, id nõ eſſe entium aiunt, tanquã ens magnitudo ſit. & ſi magnitudo corporalis: hęc nanque omniquaque ens. cætera vero quodammodo quidem addita facient maius, quodãmodo vero nihil: vt ſuperficies & linea faciẽt, punctũ vero & vnitas minime. Sed, cũ ipſe moleſte ſpeculetur, ac cõtingat aliquid
C indiuiſibile eſſe, ſic ad illum habetur aliqua reſponſio. huiuſcemodi nanq; additum nõ maius, ſed plus efficit. Sed quomodo ex vno tali, aut pluribus magnitudo erit? ſimile nanque eſt, ac ſi dicatur ex pũctis lineam eſſe. Quòd ſi quis ita putat, vt quẽadmodũ quidã dicũt, ex ipſo vno, & alio quodam non vno numerus fiat, nihilominus tamen quærendũ eſt, cur, & quomodo quãdoque numerus, quandoq; magnitudo erit, quod ſit, ſi ipſum non vnum inæqualitas, ac eadẽ natura erat. Nec enim apparet, quo pacto ex vno, & iſta, neq; quo pacto ex aliquo numero, & iſta magnitudines fieri queant.

Et nos videmus q difficilior iſtarũ quæſtionum, & magis neceſſaria ad ſciendũ veritatem eſt, vtrum ens & vnũ ſint ſubſtantiæ entiũ, & vtrum non attribuatur alii, ſed hoc eſt ens, & hoc eſt unũ: aut oportet quærere quid eſt ens, & quid unum tali quæſtione, quaſi alia natura eſſet eis ſubiecta. Quidã enim homines exiſtimãt quòd natura eorũ eſt talis, & quidam aliter. Plato aũt & Pythagorici nõ ſinxerũt

ens & vnum esse aliud, sed finxerũt ꝙ natura eorum hæc est, & substantia eorum, vt sint vnum, & ens. Naturalis autem, sicut Empe. attribuit vnum alii manifestiori, & fingit ꝙ vnum est ens. & forte dicit illud vnum est amicitia. & finxit ꝙ hoc vnum est amicitia, quæ est causa, per quam omnia sunt vnum. Et alii fingunt hæc, vnum & ens esse ignem, & alii aerem, ex quo facta sunt omnia entia. Et similiter illi, qui finxerũt elemẽta esse plura. isti enim coacti sunt ad dicendum ꝙ vnum & ens significant plura secundum numerum principiorum quæ dicunt esse. Et, si aliquis finxerit ꝙ vnum & ens nõ sunt substantiæ rei alicuius, accidit vt nihil aliorum vniuersaliũ sit substãtia alicuius rei. vnum enim & ens sunt vniuersalia magis, quam alia. Si autem vnum nõ fuerit existẽs per se, similiter neque ens est existẽs per se. nullum enim aliud est existẽs per se, nisi particularia. Et etiã, si vnum nõ fuerit substãtia, manifestum est ꝙ nõ est numerus abstractus a numeris, quasi aliqua natura separata ab entibus. numerus enim vnitates est. vnum autem est aliquid existẽs per se, solitarium. Et, cum aliquid sit vnum & ens, necesse est vt sit substãtia. quoniam de eis nõ dicitur aliquid vniuersale, sed illa dicẽtur de se. Et nõ possibile, si aliquis dixerit ꝙ vnum & ens sunt idem. multæ enim sunt quæstiones difficiles cõtra illum. quarũ vna est, quomodo est possibile, vt aliquid aliud ab istis sit, s. quomodo est possibile, vt generationes sint plures vna. generatio enim non est nisi entis. & ideo accidit vt entia sint vnum necessario, sicut dixit Parmenides, & vt istud vnum sit ens. Secundum igitur vtrunlibet istorum duorum modorum dicatur, hoc difficile est & graue. quoniam, si dixerimus ꝙ vnum substãtia nõ est, & si dixerimus ꝙ vnum est aliquid existẽs per se, impossibile erit vt numerus sit substãtia, si vnum nõ fuerit substãtia. Si autem aliquis dixerit ꝙ numerus est substãtia, in hoc quidẽ erit quęstio difficilis. & est quęstio quęrens de ente, vtrum sit aliud ab vno, aut est vnum. & necesse est vt ens omne nõ sit vnũ. & necesse est etiam vt sit, quia omnia aut sunt vnum, aut plura composita ex unis. Et, etiam si hoc unum est indiuisibile, erit secũdum hoc, quod Zeno opinabatur, nihil esse omnino. Fingit. n. ꝙ illud, quod non augmentatur apud additionẽ, neque diminuitur apud diminutionem, nõ est entium. manifestum est igitur ꝙ entia secũdum suum figmẽtum sunt magnitudines. si igitur entia sunt magnitudines, sunt magnitudines corporales: quoniã magnitudo corporalis est ens omnibus modis. aliorum autem quædam sunt, quæ quãdo componũtur, fit ex eis magnitudo: & quędam sunt quæ quando componuntur, nõ fit magnitudo, secundum ꝙ diximus. finxit enim ꝙ superficies & linea, quãdo componuntur, faciunt magnitudinem, punctus autem, & unum nõ faciũt magnitudinẽ. Quia igitur iste Zeno errat in suo sermone & tenet opinionem tortuosam, & possibile est ut aliquid sit indiuisibile, oportet nos respondere illi sermoni aliquantulum. & dicamus ꝙ quando uni additur aliquid

mai-

A maius erit, sed plus: & ideo non erit magnitudo. Quoniam quomodo est possibile vt magnitudo sit ex tali uno, & ex pluribus, quæ nō sunt unum? Et dicens hoc est similis dicenti lineam componi ex punctis. Et, si aliquis existimauerit hoc esse, & quòd numerus sit ex hoc uno, & ex alio, quod non est unum, sicut quidam dicunt, quæratur ab eo, quare hoc nō est in numero in quibusdam generibus numerus, & in quibusdam magnitudo, si illud, quod non est unum, est æquale uni, & habeat eandem naturam. Non enim est manifestum quomodo numeri fiunt ex uno, & ex alio, quod non est unum: neque quomodo est possibile ut magnitudines sint ex aliquo numerorū, & ex hoc, quod non est unum.

16 Et questio maxima in hac methodo, & necessaria ad sciendum veritatē, omnibusq; difficilior est, Vtrum ens, & vnum sint substātię rerum, id est principia: & dicitur necessaria, quia in ipsa pēdet iudicium de principijs rerum: & propter rationes ad vtranq; partem, dicitur difficilior alijs quęstionibus: iudicium autem B de principijs rerum est, quia oportet quod vnum, & ens non attribuantur alicui alteri naturę, ita quod subiectum, quod significat ens, & vnum, aut significāt aliquas res constitutas in subiecto, ita quod definitionem entis, & vnius quærere opus sit, secundum quod res definiuntur, quę per aliam naturam constituuntur, id est oportet quęrere, vtrum sit vna natura subiecta vnitati, an entitati, ita quod sit vnitate, ac entitate informata, vel hęc entitas, & vnitas rei sit ipsamet substātia & natura: & sunt quidam homines, qui dicunt vnum, & ens significare naturas existentes per aliud. & aliqui dicunt significare naturas existentes per se: Plato, & Pythagorici opinati sunt ꝙ vnum, & ens nō significent de entibus naturas aduentitias rebus, vel denominatiuas, sed dicunt vtrunq; eorum significare naturam vnam simplicem, non compositam, id est non vnum compositum, concretum, sicut nomina denominatiua significant: Empedo. vero, alijq; Naturales conueniunt cum istis in hoc, quia dicebant quod vnum, & ens significant in rebus vnam naturam simplicem. differunt vero adinuicem, quoniam Pythag. dicebat vnum, & ens, quod est substantia rerum, esse numerum, & formas numerales, vt Plato dicebat: Naturales vero dicebant vnum, & ens esse omnium rerū sensibilium elementum: vt ignis secundum opinionem quorundam, aut aqua, aut aer: Empedocles vero posuit causam rerum sensibilium esse amicitiam: & hæc fuit inter naturales Philosophos opinio sua. Dicebat enim ipse Empedoc. quod C amicitia est illa causa, quæ facit omnia vnum esse, & ideo magis digna est nomine vnitatis, quippe cum id, quod est causa vnitatis, sit vnum essentialiter primo: Antiquiores vero Philosophi ipso Empedocle, dicebant hoc vnum & ens esse ignem, per quem omnia constituebantur, vel vaporem, per quem facta sunt omnia entia: & non solum isti dicebant hoc, sed etiam illi, qui dicebant elementa fore plura. ita quod Antiquissimus Parmenides dicebat nullam esse multitudinē omnino, sed quod ens erat simplex, & vnum, & non compositum, neq; plura, & quod non habet elementum. illi vero, qui contradicebant Parmenidi, & principia plura ponebant, cogebantur dicere vnum & ens significare plures intentiones, uidelicet ignem, Aerem, Aquam, & Terram: & hęc elementa fore omnium entium principia: & si aliquis dicat quod hoc nomen vnum prędicabile de omnibus vera prędicatione, & similiter ens non significant substantias rerum, contingit quod nullum vniuersale significabit substantias rerum, & sic nulla erit demōstratio, neque definitio, quoniam ambę constant ex vniuersalibus: & diximus hoc, quoniam vnum, & ens omnibus vniuersalibus sunt vniuersaliora, vt alibi dictum est: si autem posuerimus quod vnum, & ens non significant substantias per se existentes, tunc non erit hoc vnum, quod est substantia rerum particularium: si vero dixerimus quod vnum non significat substantiam, sed naturā sensibilem: manifeste apparet quod est impossibile, quod vnum abstractum sit exi-

Vtrū ens, & vnū sint rerū pric.pia, est quęstio necessaria et difficilis.

Empe. dicit Naturales.

Parmenides Antiquissimus.

Definitio, et demōstratio constant ex vl'ibus.

stens per se solitarium a rebus naturalibus, vt posuerunt illi, qui ponebant numeros existentes per se abstractos a numeralibus rebus: vt Numerus, qui vnitatis est vnio. si enim vnitates non significant aliquod ens, tunc numerus non erit aliquid, neque etiam in abstracto: Ponit modo quæstiones contingentes illis, qui ponunt vnum substantiale esse significans intentionem vniuersalem: & dicit si vnum est aliquid existens per se, ita quod sit per se existens absque subiecto, & situ sequitur quod sit vna substantia particularis: quoniam, cum hoc nomen ens, & vnum significant vnam intentionem numero, necessario oportet vt significent vnam substantiam particularem in numero: quoniam, si sint substantie, & nullum habent vniuersale predicabile de ipsis secundum quid, sequitur, quod significent vnam substantiam numero: quod est impossibile, quoniam maiores questiones huic opinioni contingunt: & primo, si vnum & ens vnam numero substantiam significant, quomodo in ipsa substantia erant res generabiles, cum generabile aliud sit ab ente, & vno, & sic vnũ erit duo, vel plus, quia generationes non fiunt nisi in substantijs, & non in accidentibus: quoniam, si generationes fierent in accidentibus, non contingeret, vt ens esset vnum: quoniam, secundum illos, ens non prędicatur nisi de substantia: & ideo, siue dicatur secundum vtrumlibet istorum modorum erit difficile. quia, si substantiam significat auferetur multitudo: &, si non significat substantiam, auferentur vnitates, quę sunt substantiæ: & secundum hanc opinionem erit impossibile numerum esse substantiam: & hæc sint dicta contra opinionem illorum, qui dicebant numerum esse substantiam: & quamuis non sint opinati quod numerus sit substantia, contingit tamen vt non inueniatur vnum, quod sit substantia, neque aliud a substantia: quod est contrarium sensui: & si positum fuerit numerum esse substantiam, & ens, continget eadem quæstio: & hoc ideo, quia apud Platonem vnum, & ens significat vnam intentionem numero, hoc est vnam substantiam particularem numero: & ita auferetur multitudo omnino. quoniam, cum multitudo non sit vnum numero, multitudo non erit ens omnino: quoniam hoc nomen ens aut significat vnum numero, aut multitudinem: si vnum numero significat, tunc ens erit vnum numero secundum opinionem Parmenidis, si vero multitudinem significat, tunc ens erit multitudo: quod est impossibile. omne enim, quod est, aut est vnum, aut plura. Sed ad opinionem Zenonis videtur quod vnum non est ens, quia est secundum ipsum, indiuisibile: & ideo, apud diuisionem non diminuitur, neque apud additionem augetur. ens vero, quia est recipiens additionem, & diminutionem, videtur quod vnum indiuisibile non sit, & secundum eius opinionem, ens nihil aliud est nisi magnitudo, quia secundum ipsum, recipit additionem, & diminutionem, & tale non est nisi corpus. sequitur ergo, quod ens non sit nisi corpus, quod in omnibus suis partibus recipit diuisionem: & partem, quę non sic se habent, vt punctus, & alia, ex quibus non componitur corpus, non sunt entia: & quia opinio istius hominis est valde ambigua: credit enim ipse quod omne illud, quod diuisionem non recipit, quod ens non est, ideo sibi respondendum est, quod vnum non fit maius per additionem, sed plus: cum vnum sit in genere discreto, magnitudo vero in genere continui: quoniam, si additio, quę superuenit vni, magnitudinem causaret, sequeretur quod magnitudo fieret ex non magnitudinibus: quod est impossibile, vt iam ostensum fuit: & si quis dixerit quod numerus, & magnitudo sunt compositi ex vno, & ex non vno: tunc natura vnius, & non vnius, ex quibus numerus componitur, & magnitudo esset æqualis, & sic elementa rerum diuersarum specie essent conuenientia in specie: quod est impossibile. Cum ergo dixerimus quod intentio vnius est, quod non habet naturam vnius, sed contrarium: tunc impossibile erit vt ex eo componatur magnitudo, aut numerus: cum tamen contraria adinuicem non admisceantur, vt diffusius in sequentibus patebit.

Generatiões in substãtijs tñ secundũ antiquos.

Omne, quod est, aut est vnum, aut plura.

Vnum per additionem nõ fit maius, sed plus.

Et nos videmus, &c. vtrum ens, & vnum &c. id est & ista questio est vtrum ens, & vnum significent substantias entium, & vnumquodque eorum, quod significant non attribuitur alicui alij entium, ita quod subiectum eius, quod significant hæc nomina vnum & ens, non sit aliud: aut si significant de entibus aliquam

A ſtituta per aliqua alia, id eſt aliqua in ſubiecto. Et hec intendebat cum dicit, aut oportet quærere quid eſt ens, & cætera, id eſt quod, cum quæſiuerimus definitionem entis, & vnius, definiemus illa, ſecundum ꝙ definiuntur res, quæ cõſtituuntur per aliam naturam. Deinde dicit: Quidam enim homines exiſtimant, &c. id eſt, quidam enim homines reputant vnum, & ens ſignificare naturas exiſtentes per alias, & quidam exiſtimant ea ſignificare naturas exiſtentes per ſe. Deinde dicit Plato autem, & Pythagorici & cæte. id eſt Plato & Pythagorici opinati non ſunt ꝙ vnum, & ens ſignificent de entibus naturas compoſitas, ſed fingunt ꝙ vtrunque eorum ſignificet vnam intentionem, ſcilicet ſimplicem, non compoſitam, id eſt non vnum compoſitum, ſicut ſignificant nomina denominatiua. Deinde dicit: Naturalis autem, ſicut Empedoc. &c. id eſt Naturalis autem, ſcilicet Emped. & alij conueniunt cum Platone, & Pythagoricis, ꝙ hæc nomina vnum, & ens ſignificẽt de rebus vnas naturas & ſimplices. Sed tñ naturales dicunt in hoc vno ſermonem manifeſtiorem, q̃ dixerunt Pythagorici. & dixit hoc, quia Pythagorici dicebant ꝙ vnum & ens, quod eſt ſubſtantia entium, eſt ipſe numerus: Plato vero dicebat ipſum eſſe formas numerales. Naturales autem poſuerunt vnum & ens eſſe elementum rerum ſenſibilium, aut ignem ſecundum ſermonem quorundam, aut aerem, aut aquam. Et, quia Em-

Noĩa denominatiua ſignificãt unũ cõpoſitũ. vide 1. Phy. c. 25. Vide oppoſi. 5. Met. cõ. 14. & 7. Meta. c. 18. Vide contr. Zim.

B pedocles ponit cauſam ſenſibilis vnius eſſe amicitiam, & hoc eſt proprium ei inter omnes Naturales, dicit & finxit ꝙ hoc vnum eſt amicitia, &c. id eſt quoniam cum opinatus eſt ꝙ amicitia eſt cauſa, quæ facit omnia eſſe vnum, ideo eſt magis digna vno, quia quod eſt cauſa vnitatis, eſt vnum eſſentialiter, & primo. Deinde dicit: Et alij fingunt &c. id eſt & innuit per hoc illos, qui fuerunt ante Empedocl. qui non poſuerunt cauſam agentem. Deinde dicit: Et ſimiliter illi, qui finxerunt elementa eſſe plura, & cæte. id eſt quod quoniam iſti etiam opinantur, ꝙ hęc nomina vnum & ens, quę dicuntur multipliciter, ſignificant de rebus numerum elementorum. Et, quia iſtis contingit dicere ꝙ hęc nomina vnum & ens non ſignificant idem vnum, ſicut Antiqui fingebant, adeo ꝙ Parmenides propter hoc dixit ꝙ nulla eſt multitudo omnino, & ꝙ ens eſt ſimplex non compoſitum & vnum, & ꝙ non habet elementum, d. iſti enim coacti ſunt ad dicendum, ꝙ vnum & ens ſignificant, id eſt iſti enim, qui ponebant vnũ & ens eſſe principia rerum, & poſuerunt principia eſſe multa, contingit eis dicere ꝙ hęc nomina vnum & ens ſignificant plures intentiones, verbi gratia ignẽ, & aerem, aquam, & terram apud opinantes ꝙ iſta elementa ſunt principia omnium entium. Et, cum compleuit ſermonem de dicentibus ꝙ vnum & ens ſignificant ſubſtantias exiſtentes, ſcilicet quarum natura eſt alia a natura vnius, incœpit dicere quęſtiones contingentes etiam dicentibus ꝙ non ſignificant de re-

Quod eſt cã vnitatis eſt vnũ eſſentialiter, & primo.

De opinione Parmenidis vide 1. Phyſi. 25.

C bus ſubſtantias, & dicit. Et, ſi aliquis finxerit, &c. id eſt &, ſi aliquis finxerit ꝙ hoc nomen vnum prædicabile de omnibus, & ens non ſignificant de rebus ſubſtantias, continget vt nihil ex vniuerſalibus ſignificet ſubſtantias rerum. & ſic deſtruentur demonſtrationes, & definitiones. vnum enim & ens, ſicut dixit, magis vniuerſalia ſunt, q̃ omnia alia. Deinde dicit: Si autem vnum non fuerit, &c. id eſt & etiam ſi vnum vniuerſale, & ens non ſignificent ſubſtantias exiſtentes per ſe non erit hic vnum, quod eſt ſubſtantia rerum particularium. D. d. Et etiam, ſi vnum non fuerit ſubſtantia, &c. id eſt & etiam, ſi poſuerimus ꝙ vnum non ſignificat ſubſtantiam, ſed naturam ſenſibilem, manifeſtum eſt eſſe impoſsibile vnum eſſe abſtractum exiſtens per ſe ſolitarium a rebus numerabilibus, ſecundum ꝙ poſuerunt ponentes numeros exiſtentes per ſe abſtractos a numerabilibus. Deinde dicit, & dedit cauſam in hoc exemplo, & dixit numerus enim vnitas eſt, &c. id eſt cauſa in hoc eſt, ꝙ numerus coaceruatio eſt vnitatum. Si igitur vnitates non ſignificant aliquod ens, tunc numerus nõ erit aliquid, nedum ſit abſtractus. D. incœpit dicere quęſtiones cõtingentes ponentibus vnũ ſubſtantiale eſſe ſignificans intentionem vniuerſalem, & dicit vnum autem eſt aliquid exiſtens per ſe, id eſt vnum aũt intelligitur, ꝙ eſt intentio exiſtens per ſe, non habens ſubiectum, neq; ſitum. eſt igitur vna ſubſtãtia, id eſt particularis. D. d. Et, cum aliquid ſit vnum, & ens, & c. i. & cũ hoc nomen vnũ & ens ſignifi-

Vnũ & ens ſunt magis vl'ia aliis.

Numerus eſt coaceruatio vnitatum.

cant vnam intentionem numero,necesse est vt ens & vnum significent vnā sub-
stantiam particularem in numero.D.d.qm̄ de eis non dicetur,&c.i.& cum vnū
& ens fuerint substantię,& nullum habent vniuersale substantialiter,quod præ
dicetur de eis secundum quid,est manifestum ꝙ vnum & ens significant vnam
substantiam numero.D.d.Et non est posſibile,si aliquis dixerit,&c.id est & i-
posſibile est dicere ꝙ vnum,& ens significant substantiam vnam numero,dicē-
tibus enim hoc contingunt quęstiones graues ad dissoluendum. qm̄ , si vnum &
ens significarent substantiam vnam numero,quomodo erunt res generabiles in
substantia? generabile enim aliud est ab ente vno.et sic unum erit duo,aut plus.
qm̄ generationes non sunt nisi in substantijs,non in accidentibus. Et intendebat
ꝙ,si esset in accidentibus,non contingeret eis,vt ens esset vnum . ens enim non
dicitur apud eos nisi de substantia. D.d.secundum igitur vtrunlibet istorū mo-
dorum,&c.id est & cum dixerimus ꝙ significat vnum numero,s.non plura,se-
cundum igitur vtrunlibet istorum modorum fuerit dictum,erit difficile,s.siue fue-
rit dictum ꝙ significat substantiam,aut non substantiam. Quoniam , si fuerit di-
ctum de substantia,auferetur multitudo.&,si non de substantia,auferentur vnita-
tes,quę sunt substantię:& erit imposſibile numerum esse substantiam secundum
opinionem dicentium hoc. & fuit contentus in hac contradictione in positione
opinantium ꝙ numerus est substantia.quia licet dicens hoc non opinetur ꝙ nu-
merus est substantia,tn̄ contingit ei vt non inueniatur vnum , quod sit substātia,
neq; aliud in substantia omnino:quod est contrarium sensui.Et,si positum fuerit
numerum esse substantiam,& ens,continget eadem quęstio,per quam dixerunt,
ꝙ vnum significat vnam intentionem numero: & est vt nulla multitudo sit om-
nino.qm̄ hoc nomen ens aut significat vnum numero,aut multitudinem.Si igitur
significat vnum numero , ens erit vnum in numero : & est sermo Parmenidis,
& si multitudinem,tunc erit multum : quod est imposſibile . omne enim aut est
vnum,aut plura.Et hoc intendebat, cum d.Si autem aliquis dixerit ꝙ numerus
est substantia.&c.& istę omnes quęstiones contingunt Antiquis,quia non intel-
lexerunt de hoc nomine vnum,nisi vnam intentionem dictam vniuoce: & Par-
menides intelligebat per hoc ipsum esse vnum particulare.& istę quęstiones dis-
soluuntur per hoc,ꝙ hęc nomina vnum,& ens dicuntur multipliciter , secūdum
ꝙ Arist.contradixit Parmenidi in Primo Physi.Et , quia quidam eorum etiam
destruxerunt vnum esse , incœpit loqui contra illos , & dixit. Et etiam , si hoc
vnum,&c.id est ꝙ iste homo,s.Zeno dicebat ꝙ manifestum est vnū esse indiui-
sibile,& omne tale non augmentatur apud additionem in eo, neque diminuitur,
quia neq; diuiditur,ergo non recipit additionem, neq; diminutionem: & ens est
illud,quod recipit augmentum & diminutionem:ergo non est ens.D.d.& incœ-
pit contradicere ei,& d.manifestum est igitur ꝙ entia secundum suum figmentū
sunt magnitudines,&c.id est & continget secundum sermonem istius, vt ens nō
sit aliud q̄ꝫ magnitudo:cum ens est illud, quod recipit additionem & diminutio-
nem.D.d.si igitur entia,&c.id est & dicebat super hoc,si ens est illud, quod reci-
pit diuisiones,tunc illud,quod recipit diuisionem in omnibus partibus, & est cor-
pus,est ens in rei veritate. D.d.aliorum autem quędam sunt, &c.id est & dice-
bat ꝙ ea,quæ sunt pręter corpus,ex quibus non componitur corpus, nō est ens.
& hęc est dispositio vnius,& puncti.& superficies, aut linea sunt apud eū entia,
cum ex illis,vt dicebat,componitur corpus.Et cum narrauit eius sermonem,in-
cœpit dissoluere eum,& d.Quia igitur iste Zeno,&c.id est,quia sermo istius ho-
minis est valde dubitatiuus,& tortuosus,ex quo existimauit ꝙ omne, quod non
diuiditur,non est ens,oportet nos respondere illi.D.d.& dicamus ꝙ qn̄ vni,&c.
id est ꝙ sermo Zenonis,ꝙ nihil additur vni,quia tunc esset maius, & diuidere-
tur omnino,& non remaneret vnum,non est verus.immo dicimus ꝙ additur ei,
& fit plus non maius.& ideo non debet fieri linea,ita ꝙ recipiat diuisionem,si-
cut finxit ille. D.d.causam,propter quam fuit necesse,vt ex eo non sit magni-
tudo,& d.quoniam quomodo est posſibile,vt magnitudo , &c.id est magnitudi-
nes enim imposſibile est vt generentur ex vno , neque ex multis rebus alijs ab
vno,scilicet ꝙ ex vno,neque cum vno,neq; cum alia re fit magnitudo.magnitud-

A do enim est de natura continui: vnum autem est de natura discreti. D.d. Et dicens hoc est similis, &c. id est dicens ꝙ additio uni facit vt ex uno & addito fiat magnitudo, est sicut dicens ꝙ magnitudines fiunt ex punctis, & ex indiuisibilibus: quod iam destructum est. D.d. Et si aliquis existimauerit hoc esse, &c. id est, si aliquis dixerit, contradicendo Zenoni, ꝙ iam assueti sunt homines quidã ad dicendum, s. ꝙ numerus, & magnitudo sunt compositi ex vno, & ex aliquo non vno, dicatur ei quare componuntur ex vno, & ex non vno duo genera diuersa, quorum vnum est numerus, & aliud magnitudo, & natura vnius & non vnius, ex quibus componitur numerus, est ęqualis naturę vnius & nõ vnius, ex quibus componitur magnitudo. Et intendit ꝙ contingit huic positioni ꝙ elementa rerum diuersarum in specie sunt conuenientia in specie: quod est inopinabile. Deinde dicit. Non enim est manifestum, &c. id est quoniam, quando dixerimus ꝙ intentio non vnius est, quod non habet naturam vnius, sed contrariam, tunc impossibile erit vt ex eo componatur magnitudo, aut numerus. talia enim contraria non admiscentur.

Magnitudo est de natura continui: vnum autẽ est de natura discreti.

Caput Sextum. An numerus, & magnitudo substantiæ sint, vel ne.

B

HIS autem consequens dubitatio est, vtrum numeri, & corpora, & superficies, & puncta aliquæ substantiæ sint, an non. Si enim non sunt, fugit nos quidnam ipsum ens, & quæ entium substantiæ sint. Passiones enim, & motus, & quæ ad aliquid sunt, ipsæq; dispositiones, ac rationes nullius substantiam significare videntur. cuncta etenim de aliquo subiecto dicuntur, nihilque horum * ipsum quid est. Quæ vero maxime substantiam videantur significare, sunt aqua, terra, & ignis, ex quibus composita corpora consistunt. horum autem caliditates quidem, & frigiditates, & huiuscemodi passiones non substantiæ sunt. corpus vero solum, quod hæc patitur, permanet tanquam aliquod ens, & aliqua existens substantia. At vero corpus minus est substantia, q̃ superficies, & superficies quam linea, & linea quàm vnitas, & punctum. his enim corpus definitur. & hæc quidem videntur posse sine

*hoc aliquid

C corpore esse, corpus vero absque his impossibile esse. Quare plures quidem, & Antiquiores substantiam quidem & ens, putabant esse corpus, cætera vero huius passiones: & vt principia corporum entium essent principia. Posteriores vero, & illis sapientiores habiti numeros. Quemadmodum itaque diximus, si hæc non sunt substantiæ, nulla substantia, nec aliquod ens omnino est. quæ enim eis accidunt, non conuenit entia nominare. At si hoc quidem conceditur, quòd longitudines, & puncta magis quàm corpora substantiæ sint, at qualia corpora hæc sint non videmus (in sensibilibus nanque impossibile est esse) non erit profecto vlla substantia. Item videntur hæc omnia dimensiones corporis esse, hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, illud porro ad longitudinem. Et ad hæc similiter inest in solido quæcunque figura. Quare si nec in lapide Mercurius, nec in cubo dimidium cubi, sic vt distermina-

tum, ergo nec superficies. nam si quæcunque, & ea profecto sit, quæ dimidium disterminat. eadem autem ratio & de linea, puncto, & vnitate est. Quare si corpus maxime substantia est, hæc autem corpore magis, hæc vero non sint, neque substantiæ quædam sint, fugiet nos profecto quidnam sit ens, quæue entium substantia est. Ad hæc enim, quę dicta sunt, etiam quę circa generationem, & corruptionem accidunt inconuenientia. Videtur enim substantia, cum antea non existens, nunc sit, aut cum antea existens, postea non, cum generatione & corruptione hæc pati. At puncta, lineas, & superficies, neq; fieri, neq; corrumpi contingit, cum quandoq; sint, quandoque vero non sint. Cum enim tangant, aut diuidantur corpora, quandoque vna, cum simul tangunt, quandoque duæ, cum diuiduntur, fiunt. quare neque iam compositis, sunt, sed corruptę sunt: & diuisis, sunt, cum antea non essent, punctum nanque indiuisibile, non est diuisum in duo. Cæterum, si generantur, & corrumpuntur, ex aliquo fiunt. Similiter autem se habet & circa nunc, quod est in tempore. nec hoc enim contingit generari, & corrumpi, sed tamen aliud esse semper videtur, cum non substantia aliqua sit. Patet autem quod etiam circa puncta, lineas, & superficies similiter se habet. eadem enim ratio est. cuncta nanq; similiter, aut fines, aut diuisiones sunt.

Hęc non habet Auer.

Et istam quæstionem consequitur alia difficilis, & est, vtrum numeri, & corpora, & superficies, & lineæ, & puncta sint substantiæ, aut non. Quoniam, si non fuerint substantiæ, tunc recedet a nobis cognitio, quę fit subiecto, & quę est substantia entium. Motus autem, & passiones, & species relationis, & dispositionum, & dictionum existimantur non significare substantiam alicuius. omnia dicuntur de subiecto, & nihil eorum dicitur, quod est hoc. Illud autem, quod existimatur in maiori parte significare substantiam est aqua, & terra, & aer, & ignis, ex quibus constituuntur omnia composita corpora. caliditates vero, & frigiditates in istis corporibus, & similia sunt passiones substantię. corpus vero est illud, quod determinat istas passiones solum, quia est ens aliquid, & aliqua substantia. Sed corpus est minus superficie in substantialitate, & superficies minus quàm linea, & linea minus quam puuctum. & vnitas corpus definitur per ista. ista enim existimantur esse sine corpore, & hoc possibile est: corpus autem impossibile est vt sit sine istis. Et ideo existimabant Antiqui Philosophorum quòd substantia, & ens est corpus, & quòd alia sunt passiones istius corporis. & ideo etiam existimauerunt quòd principia corporum sunt principia entium. alii autem, qui reputabantur sapientiores illis, existimauerunt quòd substantia, & ens est numerus. Sicut igitur diximus, si ista, quę diximus, non sunt substantiæ, nulla est substantia omnino, neque ens: quoniam rectum non est vt accidentia, quę accidunt istis substantiis dicantur substantię & entia. Sed cum sit manifestum quòd longitudo

A dines, & puncta, quę sunt corporis, sunt maioris substantialitatis quàm corpus. & non videmus ea esse substantias, ex quibus igitur corporibus sunt substantiæ entium? & impossibile est vt sint ex corporibus insensibilibus. aut forte nulla substantia omnino est. Et etiam videmus quòd omnia ista sunt dimensiones corporis. quædam enim sunt latitudinis, quædam spissitudinis, & quædam longitudinis. Et cum hoc dicitur quòd ista sunt in corporibus, sicut, figuræ sunt in eis. corpus enim necesse est vt habeat aliquam figuram. Si igitur possibile fuerit vt corpus non habeat figuram, possibile erit vt non habeat dimensionem, verbi gratia: quoniam, si fuerit possibile vt figura Mercurii non sit in idolo Mercurii, possibile est vt figura semigrandinis sit in tota figura grandinis. Et cum hoc, quod diximus, accidit istis error, cum perscrutati fuerimus de rebus, quibus contingit generatio & corruptio. Existimant enim quòd sub-
B stantia non primo fuit, deinde fuit: aut fuit primo, deinde corrumpitur: & quod passiones contingunt ei apud generationem & corruptionem. Puncta autem, & lineæ, & superficies impossibile est vt habeant generationem & corruptionem, aut vt sint quandoque, & quandoque non. Corpora enim continua & discreta apud continuationem adunantur, & apud discretionem fiunt duo. & nihil corrumpitur, nisi corruptio accidat ei. & ea, quæ diuiduntur, non sunt sine generatione. Punctus autem, si non diuiditur, non fit duo puncta: & si generatur, & corrumpitur, est necessario ex aliquo illud.

Hæc est alia quæstio difficilis, sequens ea, quę dicta sunt superius: & est vtrum 17
numeri, corpora, superficies, lineæ, & puncta sint entium substantiæ, quæ secundum quid prędicantur, sicut aliqui dicunt, asserentes quod hæc sunt quiditates entium, quæ si non essent, nulla esset entium cognitio, cum ipsa nullo modo a nobis est cognita, quia iste sunt quiditates entium, & credunt isti, quod motus, passiones, & species relationis, dictionesque, ac dispositiones non significant substantiam
C alicuius entis: quoniam ea, quæ substantiam significant, prędicantur de subiecto, sed nullus istorum prędicatur de eo, quod est, igitur non significant substantiam alicuius rei: & dat exemplum in his rebus, quæ pro maiori parte substantiam significant, vt Aqua, Terra, Aer, ignis, ex quibus omnes res generabiles, & corruptibiles constant: quoniam caliditas, & frigiditas, quæ sunt substantiæ sensibiles in istis quatuor elementis, licet sint etiam in rebus compositis ex eis, non tamen sunt substantię, sed sunt passiones substantiæ, sed quę faciunt corpus quale est, non autem quid est: quia corpus est illud, quod determinat has passiones, dum est hoc aliquid, & substantia alia ab istis, quæ dicuntur mixtorum differentiæ: & licet corpus, superficies, linea, ac punctus sint substantiæ, secũdum hanc opinionem, differunt tamen inuicem: quoniam corpus est minus substantia quam superficies, & superficies linea, & linea est minor substãtia puncto: & ratio est ista, quia in omni genere illud, quod est primũ, est dignius habere ĩ illo genere esse suis posterioribus, ut probatũ est supra. sed in substãtijs corpus est posterius superficie, igitur minus substãtia est superficie, & superficies, linea, & linea puncto: & rationem reddit super hoc, quia, cũ corpus per superficiem definiatur, & omne definitum est minus substantia sua definitione: & similiter potest dici de alijs: præterea omne contentum est minus substantia suo continente, sed corpus est contentum, superficies vero continens, apparet ergo quod

Caliditas, et frigiditas nõ sunt substantię, sed substantię passiones.

Primũ in oĩ gñe. quale debet esse.

corpus eſt minus ſubſtantia ſuperficie : minorem probat , quoniam impoſsibi- le eſt vt ſit corpus abſque ſuperficie , & ſuperficies ſine lineis, & lineæ abſq[illegible] punctis . puncta enim , & vnitates per ſe exiſtunt:quia ſecundum iſtam opini[illegible] nem punctus,& vnitas ſunt magis ſubſtantię lineis, & lineę ſuperficiebus. ideo Antiqui Philoſophi credebant ſubſtantiam,& ens fore corpus , & quod cætera alia eſſent corporis paſsiones:quoniam exiſtimabant quod principia corporum eſſent principia entium:ſed alij Philoſophi poſteriores iſtis , ſapientioresve, [illegible] Pythagorici,& Platonici altius de his perſcrutantes,dicebant numeros eſſe re- rum principia:quoniã ex vnitatibus omnia componuntur,quę ſunt numeri prio- res lineis,& cęteris alijs:vnde videtur quod ſit vna rerum ſubſtantia . & ſecun- dum hanc opinionem,ſi vnitates iſtę non eſſent ſubſtantię,cęu rerum principia ſequeretur,quod nullum eſſet ens omnino,neque ſubſtantia : quia non conueni[illegible] vt ea,quę iſtis ſubſtantijs contingunt,quę ſunt accidentia, ſint ſubſtantię,ac [illegible] re entia:ſed eſt dubitatio ,quod ſi puncta, lineę,& ſuperficies ſunt magis ſubſtan- tiæ ipſis corporibus,videtur quod nulla erit ſubſtantia: conſequentia probatur

Dubitatio cõtra Plat. & Pythag.

quoniam linea,ſuperficies,ac puncta ſunt quantitates , & ſunt magis ſubſtantiæ corporibus:ergo corpora non ſunt ſubſtantiæ , ſequitur ergo quod nulla ſit ſub- ſtantia : Præterea nulla dimenſio eſt ſubſtantia,ſed linea,ſuperficies,ac profun- ditas ſunt dimenſiones : igitur non ſunt ſubſtantiæ:maiorem probat:quoniam [illegible] aliqua dimenſio eſſet ſubſtantia,tunc dimenſiones corporis ſenſibilis eſſent ſub- ſtantiæ:ſed manifeſtum eſt quod non ſunt ſubſtantię : igitur nulla dimenſio e[illegible] ſubſtantia,aſſumptum patet:quoniam corpus ſenſibile nõ eſt ſubſtantia,eo q[illegible] ſit latum,longum,ac profundum,quia iſtę dimenſiones non ſunt ſubſtantiæ, [illegible] ſunt corporis figurę,quia per lineam corpus habet figuram longam,per ſuperfi- ciem latam,cum neceſſarium ſit vt corpus habeat aliquam figuram , quæ [illegible] quarta ſpecie qualitatis,quia omnis figura talem habet diſpoſitionem circa cor- pus, qualem habet dimenſiones , ſed dimenſiones non poſſunt a corpore ſepara-

Dimẽſiones nõ poſſunt a corpore ſeparari.

ri niſi prius corpus corrumpatur , ergo neque figura non denudatur a corpo[illegible] niſi prius corrumpatur,aliter non eſſet dimenſionatum : vt figura hominis, [illegible] eſſet corpori conſubſtantialis,poſsibile eſſet vt figura auferreretur a corpore,[illegible] ſo homine remanente,& ſemis figura quoque auferreretur tota ipſa remanente [illegible] quod eſt impoſsibile . ideo , ſi poſuerimus dimenſiones, fore accidentia , corp[illegible] de neceſsitate erit accidens , & ſi poſuerimus ipſum ſubſtantiam eſſe, tunc di- menſiones eius erunt ſubſtantię,& omnia hęc impoſsibilia contingunt illis a[illegible] rentibus corpus ſubſtantiam eſſe , qualia contingunt ex apparentibus in reb[illegible] generabilibus & corruptibilibus,quoniam iſti putant,vt conceſſum ab omni[illegible] eſt,quod ſubſtãtia generatur & corrumpatur,& quod ei accidunt paſsiones [illegible] pe generationem,& corruptionem,quia quando generatur fit ſubſtantia,quę [illegible] fuit,& quando corrumpitur,corrumpitur in id,quod fuit. & licet puncta , lineæ & ſuperficies interdum ſint,& interdum non ſint,tamẽ nec generantur nec [illegible] rumpuntur,quia linea non corrumpitur in non lineã,neque generatur ex non [illegible] nea : & ſimiliter in corporibus hoc contingit : quoniam corpora non corru[illegible] puntur in non corpora , neque ex non corporibus generantur : quia nihil co[illegible] ponitur niſi corruptio contingat , ita quod hæ duæ propoſitiones verę ſunt, [illegible] licet non omnis compoſitio eſt generatio, neque omnis diſſolutio eſt corrup[illegible]

Quid gñatũ, quidue corruptum.

vt nonnulli dicebant: quoniam generatum eſt illud , in quo fit ſubſtantia , q[illegible] non fuit,& corruptum eſt illud,ex quo corrupta eſt ſubſtantia , quæ fuit,& [illegible] nia ea, quæ diuiduntur in partes conuenientes nomine , ac definitione non i[illegible] abſque generatione , quare ex continuo factum eſt diſcretum . Punctus v[illegible] nullam habet generationem , quia non diuiditur , cum ex puncto vno non p[illegible] ſunt fieri duo puncta , quia natura eius indiuiſibilis eſt.& omne indiuiſibile [illegible]

Generatio eſt in re diuiſibili.

lam habet generationem , cum generatio ſit in re diuiſibili , quæ eſt compo[illegible] Punctus ergo,ſi eſſet generabilis , eſſet neceſſario compoſitus , & per cõſeq[illegible] diuiſibilis : quod eſt impoſsibile.

Et eſt quęſtio difficilis perſcrutanda in hac ſcientia,vtrum numeri, & corpo- ra,& ſuperficies,& lineę,& puncta ſunt ſubſtantię entium,ſcilicet quę dic[illegible]

A secundum quid, sicut quidam dicunt, aut non. Existimatur enim ꝙ, si ista nõ fuerint quiditates substantiarum entium, ꝙ recedat a nobis cognitio naturarum eorum, scilicet entium existentium per se: quia omnes conueniunt in hoc, quod appellant eas substantias. D.d. Motus autem, & passiones, &c.i.& ista existimãtur esse substantiæ, quia illa, quæ sunt præter ista, v.g. motus, & accidentia, & relationes, & dispositiones, manifestum est ꝙ non notificant substantias entium, scilicet quæ vocantur substantiæ. & intendit per passiones qualitates attributas sensibus, v.g. calorem & frigus. & per dispositiones modum qualitatis, quæ dicitur dispositio & habitus. per dictiones autem forte intendebat intellecta subiecta. D. dedit causam, propter quam omnes conueniunt in hoc, ꝙ ista non sunt substantiæ, & d. quia omnia dicuntur, &c.i. quia omnia ista sunt in hoc indiuiduali, quod est indiuiduum substantiæ, & nullum eorum dicitur ex hoc. D.d. Illud autem, quod existimatur, &c.i. illud autem, quod videtur esse secundũ existimationem substantia entium compositorum indiuidualium, sunt quatuor elementa, ex quibus componuntur substantiæ sensibiles. & intendit ꝙ ista videntur esse substantiæ compositorum secundum materiam, non secũdum illud, quod dicitur in responsione ad quid. D.d. corpus vero est illud, quod determinat, &c. idest quando definiuntur ista accidentia, corpus determinat naturam eorum, sci-

B licet ꝙ est de definitionibus eorum, quasi differentiæ eorum sunt determinantes naturam entis. & distinguentes ipsum ab alijs. D.d. Sed corpus est minus, &c.i. sed cum feceris comparationem inter ista, videbis ꝙ corpus est minoris substãtialitatis quam superficies, & superficies quam linea, & linea quam punctus. D.d. causam in hoc, & d. corpus enim post ista inuenitur in definitione: quia corpus definitur ꝙ est illud, quod est diuisibile in tres superficies: aut illud, quod cõtinetur a superficie, aut superficiebus. & etiam quia ista videntur priora corpore naturaliter. & innuit modum prioritatis secundum consequentiam. aut intendit vt corpus. impossibile enim est vt intelligatur sine superficie. superficies autem impossibile est vt intelligatur sine corpore. similiter est de linea cum superficie, & de puncto cum linea. Et, cum dedit rationes sufficientes, ꝙ corpus est substantia absque superficiebus, & lineis, d. Et ideo existimabant Antiqui Philosophorum ꝙ substantia, & ens est corpus, & ꝙ alia non definiuntur per definitionem corporis, &c.i. quia opinati sunt ꝙ corpus est substantia, crediderũt ꝙ principia corporum, ex quibus componuntur, sunt corpora, quæ sunt principia omnium entium. si enim corpora sunt principia, ergo principia corporum sunt principia entium. D.d. alij vero, qui reputabantur, &c.i. illi autem, qui reputabantur sapientiores istis, dixerunt ꝙ substantia secundum hanc cõsiderationem debet esse numeri, scilicet quia sunt priores in imaginatione alijs entibus: & quia

C sunt priores naturaliter & quia sunt sicut magis liberati a materia quam corpus. D.d. Sicut igitur diximus, &c.i. contingit igitur secundum hunc sermonem, si ista non fuerint substantiæ, existimari nullam esse substantiam omnino entiũ. impossibile enim est vt posteriora ab istis substantijs, scilicet accidentia, sint substantiæ alicuius eorum, de quibus omnes conueniunt, vt sint substantiæ sensibiles. D. dedit dubitationem super hoc, & d. Sed cum sit manifestum, ꝙ longitudines, &c.i. sed ista consideratio facit ꝙ superficies, & lineæ, & puncta sint substantiæ: & apparet de istis ꝙ non sunt substantiæ, & sunt priora corporibus mathematicis: ergo corpora mathematica non sunt substãtiæ. Ex quibus igitur sunt substantiæ entium? impossibile enim est vt sint corpora sensibilia. Ista.n. sunt, quorum substantiæ quæruntur, cum dicimus in eis, quæ sunt ens & vnũ. quærimus enim quę est ista substantia, quam significat hoc nomen ens, & vnum. & nullum corpus est nisi mathematicum, aut sensibile. D.d. aut forte nulla substãtia omnino est. i. oportet vt dicamus secundum hanc quæstionem, ꝙ contingit vt substantia non sit alicuius rei, idest ꝙ, cum sit destructum, ꝙ quiditates entium sunt corpora, recte videtur opinari secũdum hoc ꝙ entia non sunt, neque habẽt quiditates. Et, quia declaratio, ꝙ corpus mathematicum non est substantia, fundatur super hoc, ꝙ longitudo & latitudo sunt accidẽtia, & differentiæ ipsius corporis, d. Et etiam videmus ꝙ omnia ista, &c.i. & declarat ꝙ corpus mathema-

Nullum corpus est, nisi mathematicum, aut sensibile, cõtra ponẽtes corpus Metaphysicum.

ticum eſt accidens, & ꝙ definitio corporis conſtituitur ex tribus dimẽſioni-
& videmus cum hoc ꝙ dimenſiones ſunt corpori quaſi figuræ, ſcilicet diffe-
tiæ eius. D. declarauit hoc, & d. corpus enim neceſſe eſt vt habeat ali-
guram, &c. i. figura enim talem habet diſpoſitionem de corpore, ſicut di-
in hoc, ꝙ corpus non poteſt denudari ab eis niſi corrumpantur, ſicut e-
tio de differentia rei ſubſtantiali. D. dedit exemplum, & dixit, verbi grati-
niam, ſi fuerit poſsibile, &c. i. quoniam, ſi figura non fuerit ſubſtantialis -
ri, poſsibile erit vt figura propria auferatur, & remaneat res, verbi gratia -
gura hominis auferatur, et remaneat homo, aut figura idoli Mercurij, -
nente idolo Mercurij. Et, ſi eſſet poſsibile vt figura propria rei auferretur, -
poſsibile eſſet vt ſemifigura rei auferatur, remanente tota figura. & -
debat cum d. poſsibile eſt vt ſemifigura grandinis ſit in tota figura grandi-
Et dedit exemplum de tunica. quia tunica eſt de rebus, quæ non habent -
men, niſi ſecundum figuram habendam. figura igitur eius eſt differẽtia eius, -

Cõſiſm modũ arguendi vide. 1. Ph. cõ, 26.

diſtinguit eam ab alijs indumentis. Et intendit declarare ex hoc capitulo ꝙ -
poſuerimus, ꝙ dimenſiones ſunt accidentia, tunc corpus erit accidens. &, ſi po-
ſuerimus ꝙ corpus eſt ſubſtantia, tunc iſta erunt ſubſtantiæ. Deinde dicit. Et -
hoc, quod diximus, &c. i. & cum iſtis inopinabilibus contingentibus huic po-
tioni, ſcilicet corpora eſſe ſubſtantias, accidunt etiam alia inopinabilia ex ap-
parentibus in rebus generabilibus & corruptibilibus. D. d. Exiſtimant enim ꝙ
ſubſtantia, &c. ideſt, exiſtimatur enim & ponitur, & eſt conceſſum ab omnibus
ꝙ ſubſtantia generatur & corrumpitur, & accidunt ei paſsiones apud genera-
nem & corruptionem, ſcilicet ꝙ, cum generatur, fit ſubſtantia, quæ non fuit, &

Vide. 1. ca. de ſubſtãtia orbis,

cum corrumpitur, corrumpitur illud, quod fuit. D. d. Puncta autem, & lineę, &
ideſt, puncta autem, & lineæ, & ſuperficies nec generantur nec corrumpuntur
neque ſunt quandoque & quandoque non, cum linea non corrumpitur in non
lineam, neque generatur ex non linea. & ſimiliter eſt etiam de corporibus. D.
incœpit declarare hoc, & d. Corpora enim continua, & diſcreta, &c. i. & d. ꝙ ni-
hil corrumpitur, niſi corruptio contingat ei. i. & non omnis compoſitio eſt gene-
ratio, neque omnis diſſolutio eſt corruptio: vt quidam Antiquorum dicunt, ſci-
cet ꝙ cõgregatio eſt generatio, & ſegregatio corruptio. ſed generatum eſt illud,
in quo fit ſubſtantia, quæ non fuit, & corruptum eſt illud, in quo corrupta eſt ſub-
ſtantia, quæ fuit. D. d. & ea, quæ diuiduntur, non ſunt ſine generatione, i. ea,
quæ diuiduntur in partes conuenientes ſecundum nomen & definitionem, non
ſunt ſine generatione. Et, quia accidit ei in hac intentione punctus: punctus -
non diuiditur, & non habet generationem: & dixerunt etiam ꝙ illud, quod di-
ditur in talia ſemper ſecundum nomen & definitionem, non habet generationem.
d. & illa, quæ non diuiduntur ex re diuiſibili, non ſunt ſine generatione. minima

Minima ps ignis eſt cõpoſita ex materia & forma.

enim partium corporis ſenſibilis, quæ non diuiditur, ſecundum ꝙ eſt illud cor-
pus, eſt compoſita. v. g. ꝙ minima pars ignis eſt compoſita ex materia & forma.
D. d. Punctus aũt, ſi non diuiditur, &c. i. punctus autem, ſi eſt indiuiſibilis, non
generabitur: cũ punctus nõ diuiditur in duo puncta, ergo non habet genera-
nem. quoniam, ſi haberet generationem, eſſet compoſitus. & hoc intendebat, -
d. eſt neceſſario ex aliquo illud. ideſt, & cum punctus generatur, & corrũpitur,
neceſſario generatur ex aliquo. & ſic erit diuiſibilis: quod eſt impoſsibile.

Caput Septimum, Dubitationes de Ideis.

OMnino autẽ aliquis dubitabit, quare oportet alia quæ-
dam præter ſenſibilia, & media quærere, utputa eas,
quas ponimus, formas. Si enim propterea ꝙ mathema-
tica quidem ab his, quæ hic ſunt, alio quodam differunt,
in eo ſane, ꝙ plura eiuſdem ſpeciei ſunt, nihil differunt,
& ideo non erunt eorum principia, numero determinata, ſicuti etiam

A literarum quæ hic, numero quidem non sunt omnium principia determinata, sed specie. nisi quis huius syllabæ, & huius vocis accipiat, harum enim numero etiam determinata erunt. similiter etiam de mediis. infinita etenim etiam illic sunt, quæ eiusdem speciei sunt. Quare, si præter sensibilia, & mathematica non sint alia quædam, qualia dicunt quidam formas esse, non erit vna numero, & specie substantia: nec entium principia aliqua numero aliquot, sed specie erunt. Si itaque hoc necessarium est, & formas propterea necesse est esse. etenim quanquam non bene declarent, qui hæc dicunt, hoc tamen est, quod volunt: & necesse est eis hoc dicere, ꝙ formarum vnaquæque substantia quędam sit, & nulla secundum accidens. At vero si ponemus formas esse, & principia vnum numero, nō specie esse, diximus quæ impossibilia necesse est accidere.

Et rectum est quęrere de quæstione difficili, quare quærendę sunt aliæ substantiæ a sensibilibus, & a mediis, scilicet formæ, quæ finguntur
B esse. Quoniam, si quærimus istas substantias propter hoc, s. ꝙ mathematica distinguuntur a sensibilibus per aliud, non distinguuntur ab eis per hoc, ꝙ sunt multæ formę, sicut istę formę. manifestum est igitur ꝙ principia istorum non erunt terminata in numero, quemadmodum principia qualitatis, q̄uæ sunt hic, non sunt terminata in numero. principia enim cuiuslibet qualitatis nō sunt terminata in numero, sed forma. nisi principia literæ cōpositę ex duabus literis, aut principia vocis compositę ex duabus vocibus. principia enim istius literę sunt terminata forma, & numero. & similiter erit etiam in rebus mediis. Si igitur nō fuerint alię substātię, alię a substantiis sensibilibus, & a substātiis mathematicis, sicut quidam dicunt, manifestū est formā non esse. Sed si cōcesserimus formas esse, & principia esse terminata numero non forma, iam narrauimus, quod contingit ex hoc necessario, & quod est impossibile omnino.

C Causam vero, pp quā necessariū fuit ponere hmōdi ideas vltra res sensibiles,
& vltra res medias, est, qa videmus substantias sensibiles esse manifeste diuer- 18
sas in definitione a mathematicis formis: qa, si volumus substantias mathemati-
cas distinguere per aliud quā p multas formas, in quo cōueniūt cū sensibilibus:
cū in istis similiter inueniūtur plura numero dr̄ia eiusdē speciei, vt plures hoīes,
ac plures equi, ita ēt in illis mathematicis inueniūtur plures triāguli ęquilateri,
ac plures lineæ ęquales eiusdē speciei numero differētes, vnde sequitur, qđ sicut
principia rerū sensibiliū nō sunt determinata secūdū numerū sed secūdū spēm,
ita quoq; principia mathematica nō sunt determinata nisi secūdū speciē: & si-
cut se habēt principia qualitatis sensibilis, ita se habēt mathematicorum princi-
pia, sed principia qualitatis nō sunt numero terminata sed forma, ita quoq; prin-
cipia mathematica non sunt numero terminata, sed forma: & in hoc excludūtur
principia oīa indiuisibilia, quæ numero, ac forma sunt terminata, vt principia li-
terę cōpositę ex duabus literis, & voces ex duabus vocibus: similiter quoq; in
rebus medijs, i. mathematicis, quæ sunt diuersę scđm numerū & scđm formā, &
ideo, si nō essent duo genera substātiarum, s. genus sensibile, et genus mathemati
cū, formę, i. ideę nō essent, sed Aris. iam narrauit impossibile, qđ sequitur ad hāc
opinionē, quæ ponit formas abstractas, i. ideas, de quibus perscrutatus est vtrum
sint vna numero, aut vna forma, idest specie.

Motiuū ponendi ydeas vltra formas sensibiles & medias.

Principia qualitatis sensibilis sunt forma terminata.

Et quærendum eft qua de caufa fuit neceffe in pofitione cum fubftantijs fen-fibilibus,& mathematicis,quas vocant medias fubftantias,quas dicunt formas, caufa enim,propter quam fuit neceffe formas medias ponere, manifefta eft,& eft,quia nos videmus mathematicas formas differre fecundum definitionem a formis fenfibilibus.Et hoc intendebat,cum dixit. Quoniam, fi quærimus, &c. Deinde dicit & non diftinguuntur ab eis, &c.i. & ifti non ponunt ifta media diftincta a rebus fenfibilibus,ita ꝙ vnumquodque eorum fit vnum numero tan-tum,ficut ponunt facientes formas:fed diftinguuntur ab eis fecundum ꝙ funt fi-milia eis,fcilicet multa fecundum formas,& multa fecundum numerum. D.d. manifeftum eft igitur,&c.i.& dicere formas effe,contingit ex eo, vt principia rerum,quæ funt hic,fint determinata numero,i.diuerfa numero tantum , & non forma.& hoc intendebat,cum d.manifeftum eft igitur per fe ꝙ res,quæ funt h. diuerfæ numero,et forma,funt difpofitio in qualitate.i.manifeftum eft igitur per fe,ꝙ funt res tales. Et hoc intendebat, cum d. quæ funt hic: quia funt diuerfæ forma & numero,ficut literæ compofitæ ex literis,& voces compofitæ ex vo-cibus: quia neceffe eft vt principia iftorum fint diuerfa numero & forma.& fic ponunt media,dicentes,fcilicet diuerfa numero & forma,& hoc intendebat cum d.Et fic erit etiam in rebus medijs. D.d. Si igitur non fuerint fubftantiæ aliæ,&c.i.& cum determinatum eft ex hoc fermone, ꝙ non funt nifi duæ fub-ftantiæ fenfibilis,& mathematica,& manifeftum eft ꝙ formæ non funt. D.d. Sed,fi conceſſerimus,&c.i.iam narrauimus quod accidit ex hoc de impofsibili quæftione,de qua perfcrutati fumus,vtrum fit vna numero, aut forma.

Caput Octauum. Vtrum principia potentia fint, vel alio modo:Et vtrum vniuerfalia, an fingularia.

Vtrum principia fint in potentia.

HIS autem prope eft dubitare,vtrum potentia, an alio quodam modo elementa fint. Si enim alio quodam modo,erit aliquid aliud principiis prius.potentia namque prior illa caufa eft.non eft autem neceffe, vt omne quod potentia eft, illo modo fe habeat. Quòd fi ele-menta potentia funt,contingit nihil entium effe.pofsibile enim eft effe, etiam quod nondum eft.fit enim quod non eft.fed nihil contingit fit,quæ effe impofsibilia funt.Et has itaque de principiis dubitatio-nes neceffe eft dubitare.

Et afsimilatur iftis quæftionibus dictis ifta quæftio,vtrum elemen-ta fint potentia,aut alio modo. Si igitur alio modo, quomodo est pofsibile,vt aliquid fit ante elementa,& funt principia.potẽtia enim eft ante illam aliam caufam. illud autem, quod non habet poten-tiam,non eft ante potentiam neceffario. Si autem elementa fuerint potentia,tunc pofsibile erit vt elementa non fint aliquod entium. Il-lud enim,quod habet potentiam vt fit,nondum eft.& nõ fit nifi illud quod non habet effe.& nihil erit,quod non habet potentiam vt fit. Hæ igitur quæftiones funt difficiles,de quibus perfcrutandum eft in cognitione principiorum.

19 ET apud antiquos naturales reperitur quod principia funt in potentia, & quod funt in actu,& ideo quæritur hic vtrum elementa,& prima principia omnium rerum fint potentia,vel actu,quod, fi elementa funt actu, fe...

A quod habent elementa: quoniam potentia actum præcedit, cum ipsa aliquid sit ante illud, quod est in actu: & sic elementa habebunt elementa: & abbreuiatio huius sermonis est huiusmodi, si elementa, secundum quod sunt elementa, sunt in actu: & potentia est prior his, quæ sunt in actu: sequitur quod elementa habebunt elementa: & si potentia non fuerit prior his, quæ sunt in actu, tunc non erit in eis omnino potentia ad aliquid: & sic non erunt elementa alicuius rei: & sic est inconueniens affirmare quod elemẽta sunt actu: si autem dicatur quod elemẽta sunt in potentia, & non in actu, nullum ens erit actu in rerum natura, & sic omnia entia actu existentia destruerentur, & probatur consequentia, qm̃ potentia est id, quod nondũ est, ideo est aliud ab eo, qđ est in actu: cũ actus, & potẽtia sunt cõtraria, & nihil fit nisi illud, qđ nõ habet esse in actu, sed est in potẽtia vt fiat. & sic omnes istæ quæstiones sunt difficiles.

Potẽtia actũ præcedit.

Actus, et potentia sũt cõtraria.

Quærit vtrũ elementa prima, & principia omnium entium sint potentia, aut actu, & hoc intendebat per alium modum. D.d. Si igitur alio modo, &c. i. si igitur elemẽta sunt actu, habẽt elemẽta. potentia. n. est ante actum, i. illud, quod est in potentia aliquid, est ante illud, quod est in actu illud quid. & sic elementa habebunt elementa. D.d. illud autem, quod non habet potentiam, &c. i. et illud autem, in quo non est potentia, vt ex eo fiat aliquid, nihil fit ex eo, quod sit in potẽtia omnino. quapropter non erit elementum alicuius rei aliquo modo. Et abbre
B uiatio eius est, ꝙ, si elemẽta sunt actu secundũ ꝙ sunt elementa, & fuit potentia prior eis, cum sint in actu, contingit ꝙ elementa habeant elementa. &, si potentia non fuerit prior e is, non erit in eis potentia omnino ad aliquid. & sic nõ erit elementum alicuius rei. Et, cum d. impossibile contingens positioni elementorũ in actu, incœpit dicere etiam quid contingit positioni eorum in potentia, & d. Si autem elementa fuerint potentia, &c. i. si elemẽta fuerint potentia, possibile erit vt omnia entia, quæ sunt actu, destruãtur, & nihil remaneat nisi illud, quod est in potentia, D. dedit causam in hoc, & d. illud. n. quod habet potentiã, &c. i. illud enim, quod est in potentia, est aliud quid in actu. cum. n. est in potentia, impossibile est vt illud sit in actu. actus enim & potentia sunt contraria. D.d. & non fit nisi illud, quod non habet esse. i. & non fit nisi illud, quod non habet esse in actu, & nihil fit, quod non habet potentiam vt fiat.

Actus et potẽtia sunt cõtraria.

Et vtrum vniuersalia sint, an, vt dicimus, singularia. Si enim vniuersalia, non erunt substantiæ. nihil enim communiũ quod quid, sed quale quid significant. sed substantia quod quid. Quòd si quod communiter prædicatur, quod quid sit, & exponi possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, & animal: si singula quidẽ, quod quid,
C & vnum significant. Si igitur principia vniuersalia sunt, hæc accidũt. Quòd si non vniuersalia sint, sed vt ipsa singularia, non erunt scibilia. ipsius enim vniuersalis omnium scientiæ sunt. quare erunt alia principia priora de principiis vniuersaliter prædicata, si sit quidem eorum futura scientia.

Vtrum pricipia sint vlia an singularia.

Et etiam perscrutandum est, vtrum principia sint vniuersalia, aut particularia. Si vniuersalia, non sunt substantiæ. communia enim nõ dicuntur esse hoc singulare, sed exemplaria hæc. substantia autẽ dicitur esse hoc singulare. Si igitur dicitur prędicabile de rebus modo cõmuni, quod ex hoc, tunc Socrates erit multa animalia, scilicet Socra. & homo, & animal. quoniam vnumquodque eorum significat ꝙ est hoc vnum. Ista igitur accidentia accidunt, si principia fuerint vniuersalia. Si autem nõ fuerint vniuersalia, & fuerint sicut principia particularia, tunc scitum non habebit esse. scientiæ enim omnium sunt

vniuersales, manifestum est igitur quod, si fuerit possibile, vt ista principia cognoscantur, quod alia principia sunt vniuersalia ante particularia quæ prædicantur de particularibus.

20 Mouet aliam quæstionem, vtrum principia sint vniuersalia, an particularia: & probat quod nō sunt vniuersalia. qm̄, si essent vniuersalia, tunc substantiæ particulares non erunt, quia vniuersalia sunt cōmunia, qm̄ sunt in pluribus: & nullum commune est singulare, quod est substantia, sed est exemplar singularis forma communis omnibus indiuiduis habentibus illam formā. substantia aūt dicitur hoc singulare. quod cōcluditur sic. omnis substātia est singularis, sed vniuersale non est singulare: igitur, in secunda figura, vniuersale non est substantia. igitur vniuersale est commune, secundum quod est singulare existens in pluribus: tunc socrates erit compositus ex pluribus animalibus: patet, quia in Socrate est humanitas existens in omnibus alijs indiuiduis hominis: & similiter erit compositus cum omnibus animalibus: patet, quia animalitas hæc indiuidualis existit in omnibus indiuiduis animalium, aut indiuidua animaliū existunt in hac animalitate. istæ eædem quæstiones contingunt, si ponantur quod principia sunt particularia, & non vniuersalia: quia sequitur quod scientiæ non sint necessariæ: scientia est vniuersaliū: & ex hoc motus fuit Plato ad ponēdū formas, i. ydeas. qm̄ scientiæ omnes speculatiuæ sunt vniuersales, & necessariæ. ideo necesse est principia particularia cognoscātur nō in generabili cognitione, ac incorruptibili. oportet ergo vt hęc sint principia vniuersalia priora particularibus.

Vnde motus sit plato ad ponendū ydeas.

Et etiam perscrutandum est, vtrū principia sint vniuersalia, aut particularia. Si autem vniuersalia, non erunt substantiæ. Vniuersalia enim sunt communia, quia sunt in pluribus; & commune non est hoc singulare, quod est substantia: est exemplar huic singulari, s. formæ communis eis, & omnibus indiuiduis habentibus illam formam: substantia autem dicitur esse hoc singulare: propter quod concluditur in secunda figura quod substantia non est vniuersale. D. d. Si igitur dicitur prædicabile, &c. i. si igitur vniuersale est commune, secundum quod est singulare existens in pluribus, tunc Socrates erit compositum ex multis animalibus. in Socrate enim erit humanitas existens in omnibus hominibus, quia est hoc singulare in numero. & sic Socra. & omnia indiuidua hominis erunt composita ex re, & similiter erit compositus cum omnibus animalibus. animalitas. n. hæc indiuidualis existit in omnibus indiuiduis animalium, aut indiuidua animalium existunt in ea. istæ igitur quæstiones accidunt, si principia fuerūt vniuersalia. D. Si autem non fuerint vniuersalia, &c. i. si autem nō ponantur hic esse vniuersalia entia, contingit vt scientiæ necessariæ non sint. & hoc mouit Platonem ad dicendum formas esse. D. d. scientię. n. omnium sunt vniuersales, & intendit scientias speculatiuas necessarias. D. d. manifestum est igitur, &c. i. & cum necesse est vt principia particularia cognoscantur non generabili cognitione neque corruptibili, necesse est hic esse principia vniuersalia ante particularia.

Cōe non est singl̄e, sed ē excplar oībus singularibus habentibus illā formā. Idē, 12, Meta. cō. 4. & quę ibi.

Tertii Metaphysicorum. Arist. & Auer.

F I N I S.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER QVARTVS, cum vtraq; Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de quibus habeat prima Philoſophia pertractare.
In ſecunda de Principiorum cognitione.

Summæ Primæ Caput Primum. Ens, prout eſt ens, & primas cauſas a primo Philoſopho conſiderari.

EST ſcientia quædam, quæ ſpeculatur ens, prout ens eſt, & quæ ei per ſe inſunt: Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem eſt. nullæ nanq; cæterarum vniuerſaliter de ente, prout ens eſt, conſiderant, ſed eius aliquam partem abſcindentes, qđ ei accidit ſpeculantur, vt Mathematicæ ſcientię. Cũ autem principia, & ſupremas cauſas quæramus, patet q alicuius naturæ per ſe neceſſe eſt eas eſſe. Si igitur illi etiã, qui entium elementa quærebant, iſta principia quærebant, neceſſe eſt etiã elementa entis non ſecundũ accidens eſſe, ſed prout entia ſunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas cauſas accipiendum eſt.

Vnius quidem ſcientiæ ſcientiarum eſt conſideratio de ente, & de rebus, quæ ſunt entis per ſe. Et iſta ſcientia non eſt vna earum, quæ dicuntur particulares, quoniam non eſt alicuius ſcientiæ particularis conſideratio de ente vniuerſali, ſed ſcientiarum particulariũ eſt conſideratio de accidenti, quod accidit alicui parti partium entis diuiſæ ab eo, ſicut faciunt ſcientiæ Mathematicæ. Si igitur inquiſitio principiorum, & cauſarum vltimarum eſt a nobis, manifeſtum eſt q neceſſe eſt, vt iſta principia ſint ſicut principia alicuius naturæ per ſe. Et, cum quæſierunt iſta principia illi, qui quærebant elementa entis, neceſſe eſt vt non ſint elementa entis modo accidentali, ſed ſint eſſentialiter. Et ideo oportet nos quærere cauſas, quæ ſunt in ente.

NIL notius intellectui ipſo ente, inquantum eſt ens: quia apud intellectum primo cognoſcitur ens, antequam quid, quale, & quantum cognoſcatur, et ideo neceſſe eſt vt de ente ſint duo tractatus, in primo definiẽdum eſt ens inquantum ens, cum ſit ſubiectum huius ſcientiæ, in quo paſſiones eius, & cauſæ, rebus logicis appropriatis huic ſcientiæ, conſiderantur, quia omnis ſcientia habet propriam logicam, cui alteri aſſociari minime cõ- 1

Ente nihil notius intellectui.

Ens, inquãtum ens, eſt

subiectũ metaphysicę.

uenit: in secundo tractatu disputat contra sophistas, qui primas propositiones negabant, ac ipsum scire destruebant: & cum officium sit domini huius scientiæ redarguere primo eos, qui prima demonstrationis principia negant, cum in præcedenti tractatu præposuit ea, de quibus in hac arte est consideratio, quæ quatuor sunt. Primo, quæ, & qualis sit hæc scientia. Secundo, ꝙ si scientia omnium causarum est vna, quod illa debet philosophia nominari. Tertio, declarauit perscrutationem causarum omnium entium non esse vnius scientiæ, quoniam entia sunt diuersa, vt manifestum est ex inductione. Cum aliqua sit scientia, quæ omnes quatuor causas considerat vt naturalis Philosophia, alia vnam tantum causam considerat, vt mathematica, alia vero tantum tres considerat causas, vt motorem, formam, & finem, & ratio huius diuersitatis est, quia entia non sunt vnius genus: Quarto, declarauit quæ istarum scientiarum dignior est vt philosophiæ nomen habeat. & probauit quod illa scientia digna est habere nomen philosophiæ, quę de nobilissimo causarum genere considerat, vt de nobilissimo fine, forma, & motore, nunc modo sapiens iste intendit declarare totum hoc secundum declarationem perfectam, quę fit per demonstrationem. Cum enim manifestum sit per se, quod est vna scientia, quæ considerat de ente inquantum ens, ac de passionibus eius essentialibus, in eo quod ens, & cum ista consideratio non sit alicuius scientiæ particularis, quia eius consideratio non est entis inquantum ens, sed aliquarum passiouum entis, quæ alicui partium entis contingunt, ita quod per illa distincta sit ab ante, vt mathematicę scientię faciunt, quæ magnitudines ac numeros considerant cum passionibus suis proprijs, & essentialibus distinctos tamen ab ente: & similiter quoque naturales scientiæ considerant de ente mobili ac de passionibus eius, inquantum mobile est: & cum manifestũ sit quod nos quærimus in hac scientia illa principia vltima istorum principiorum sensibilium, quæ sunt principia simpliciter, idest entis simpliciter, inquantum est ens, manifestum est ergo ꝙ sunt quærenda secundum eundem modum, secundum quem quærimus principia naturæ existentis per se, & ideo diximus ꝙ cum antiqui quærebant principia prima entium, secundum quod sunt entia, non quærebant causas entium, quæ sunt huiusmodi, tunc quæstio istorum hominum in causis est accidentalis: sed cum quærebant causas entis, & intransmutabilium causas non quærebant, tunc quæstio eorum fuit essentialis. vnde notandũ est quod ens in eo quod ens, oportet vt sit obiectũ intellectus in eo ꝙ intellectus, de quo postea tractabitur in loco suo, Deo concedente.

Quot causas Naturalis, quot mathematicus, quotue metaphysicus considerat.

Metaphysica vltima prīcipia sensibiliũ q̄rit.

Iste tractatus continet duas partes. Prima igitur est in definiendo subiectum istius artis, & accidentia, & causas eius, & vniuersaliter in rebus Logicis, quæ appropriantur huic scientiæ. In secunda autem disputat cum Sophistis, qui negant primas propositiones, & destruunt scire,[a] prius declarando ꝙ dominus huius artis debet disputare cum istis. Quia igitur intentio eius est loqui de modo considerationis istius artis, & iam perscrutatus est in tractatu præcedenti de scientia, quæ dicitur Philosophia, quę scientia sit, & d. ꝙ, si scientia omnium causarum est vna, illa scientia debet dici Philosophia: deinde declarauit ꝙ consideratio de omnibus causis omnium entium non est vnius scientię, cum entia sint diuersa, quoniam in quibusdam inuenitur de causis quatuor, quod non inuenitur in quibusdam, hoc enim esset possibile si entia essent vnum genus: deinde inducit ipse sermonem, ꝙ [b] Philosophia forte est illa, quę cōsiderat de nobilissima causarum, scilicet de primo fine, & forma prima: incœpit in hoc tractatu declarare hoc secundum demonstrationem & declarationem perfectam, & d. Vnius eadem scientię, &c. i. dicamus igitur ꝙ manifestum est per se hic esse aliquam scientiam, quę considerat de ente, inquantum est ens, & de accidentibus essentialibus enti, in eo ꝙ est ens. D. d. Et ista scientia, &c. i. & apparet ꝙ ista consideratio non est alicuius scientię scientiarum particularium. Manifestum est enim ꝙ non est alicuius scientię scientiarum particularium consideratio de ente, secundum ꝙ est ens: sed tantum est scientiarum particularium consideratio de accidentibus, quę accidunt alicui parti partium entium, accipiendo illam partem quasi distinctam ab ente,[c] sicut faciunt scientię Mathematicę, quę accipiunt numeros &

a Disputare contra negātes prīas ꝓpōnes, & cōtra destruentes scire spectat ad dñm istius artis. vide idē. 3. Cœ. cō. 4.

b Prīa Philosophia cōsiderat d̄ nobilissima cārum, s. de primo fine & forma prīa. Idē. 3. Met. cō. 3. & 12. Met. c. 6. & ī ꝓlogo suo super. 1. Ph.

c Sciẽ Ma-

A ros, & magnitudines distinctas ab ente, & considerant de eis, & suis accidẽtibus essentialibus. Et similiter etiam scientię Naturales considerant de quadam parte entis, s. de ente mobili, & de accidentibus essentialibus eidem, secundũ ꝙ est mobile, & de motu. D. d. Si igitur inquisitio principiorum, &c. id est & cum manifestum est ꝙ nos quęrimus in hac arte principia vltima, quę sunt principia simpliciter, manifestum est ꝙ quęrendum est ista principia istorum principiorum sensibilium secundum istum modum, secundum quem quęrimus principia naturę existentis per se. Et intendit ꝙ principia simpliciter debent quęri de entibus, quę sunt simplr.[a] &, si acciderit quibusdam vt sint sensibiles non simplices, tunc nõ quęruntur ista eis principia, nisi secundum ꝙ sunt entia simpliciter, non secundũ ꝙ sunt entia, verbi gratia mobilia, aut mathematica. D. d. Et, cum quęsiuerunt ista principia, &c. id est & propter hoc, quod diximus, quando Antiqui quęrunt principia prima entium, secundum ꝙ sunt entia, & non quęrunt causas entium, quę sunt huiusmodi, tunc quęstio eorum hominum in causis est accidentaliter. Et intendit ꝙ, cum quęsiuerunt causas entis, & non quęsiuerũt causas entium transmutabilium, verbi gratia tũc quæstio eorum fuit essentialis. &, si quęrerent causas entium propriorum, tunc esset quęstio accidentalis.

thematicæ sũt de numeris, et magnitudinibus, et scĩa naturał est de ente mobili, scd̃m ꝙ est mobile. Sed vide oppositũ 12. Met. c. 5. ubi d. ꝙ ẽ de corpore mobili: & ĩ ꝓœmio primi Ph. dixit ꝙ est de rebus sensibilibus tanq̃ de subiecto. Vide contr. Zim.

a Si acciderit vt in Metaphysic. de sensibilibus principia q̃rantur, hoc nõ est inq̃tũ sẽsibilia, sed inq̃tũ entia. Idẽ 6. Met. cõ. 1. & 12. Met. c. 5. & 6. & 7. Met. com. 9. & 1. Me. c. 15. & 18. & 2. Ph. cõmen. 21.

B *Caput Secundum. Quo pacto ens multipliciter dicatur. Ens, & vnum idem esse. Item de ente, ut ens est, & de eius speciebus, ac consequentibus hanc considerare scientiam.*

ENS autem multipliciter quidẽ dicitur, verum ad vnũ, vnamq; quandam naturam, & nõ æquiuoce, sed quemadmodum omne salubre ad sanitatem: quoddam eo q̃ conseruat: quoddam eo quòd facit: quoddam, eo quòd signum sanitatis: quoddam vero capax eius est. Et medicinale ad medicinam: quoddam enim, eo quod habet medicinã, medicinale dicitur: quoddam, propterea quòd natura aptum ad eam sit: quoddam, propterea quòd opus medicinæ sit. eodem modo cætera quoq; accipiemus. Ita & ens multipliciter quidem dicitur, sed totum ad vnum principium: quædam enim, quoniam substantiæ, entia dicũtur: quædam, quoniam passiones substantiæ: quædam, quoniam via C ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, siue eorum, quæ ad substantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes, aut substantias. Quare & ipsum non ens, esse non ens dicimus. Quemadmodum igitur sanorum omnium vna scientia est, ita & de cæteris est. Non enim solũ eorum, quæ secundum vnum dicuntur, verum etiam eorum, quæ ad vnam naturam dicuntur, vnius scientiæ est speculari. etenim hęc etiã quodammodo secundum vnum dicuntur. Patet itaq; vnius esse, & entia prout entia, speculari: Vbiq; autem proprie primi, & ex quo cętera pendent, & propter quod dicunt̃, scientia. Quòd si hoc substãtia est, oportet profecto vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat. Omnis autem generis, & sensus vnus vnius, & scientia: velut Grammarica, vna existens, omnes voces speculatur. Quare entis quoq; quot species sunt, & species specierum speculari unius scientiæ genere est.

Ex hoc sumitur Metaphysicum nõ cõsiderare quiditates rerũ in particulari, vide pro hoc. 1. Phys. cõ. 11. & quę ibi.

Nõ solũ eorum, q̃ scd̃m vnũ, sed & eorũ, quę ad vnã nãm dicũtur, vnius scię est speculari.

Et ens dicitur multis modis,& non dicitur æquiuoce,sed attribui- tur vni rei,& vni naturę,sicut omne sanans attribuitur sanitati quoddam enim dicitur sanum,quia conseruat sanitatem: quoddam autem sic,quia facit sanitatem:& quoddam,quia significat:& quoddã, quia recipit. Et similiter attribuitur esse medicum medicinæ. quoddã enim dicitur medicum,quia acquirit medicinam:& quoddam,quia conuenit medicinæ:& quoddam,quia facit actionem medicinæ.& secundũ hunc modum possibile est nobis inuenire res , quæ attribuuntur vni rei,sicut ista,quæ diximus. Et similiter etiam ens dicitur multis modis. sed omnes illi modi attribuuntur vni primo. quędam enim dicũtur entia,quia sunt substantiæ:& quædam etiam,quia sunt passiones: & quædam,quia sunt viæ ad substãtiam,aut ad relationem, aut quia sunt non ens,aut qualitates,aut agẽtes,aut generantia substantiam, aut aliud eorum,quæ dicuntur esse in substantia,aut quia negant ali- quod istorum accidentium,aut substantia. Et similiter dicimus etiam de eo,quod non est ens,vnum quòd non est ens. Quemadmodum igi- tur scientia sanorum est vna,sic scientia aliorum similium. Quoniam non est vnius scientiæ consideratio de rebus,quæ dicuntur de vno to- tum,sed etiam consideratio de rebus , quæ attribuuntur vni naturæ. Et,quia ista dicuntur de vnoquoque modo, manifestum est igitur, vnius scientiæ est consideratio de entibus vniuersaliter . Et scientia, quæ est scientia in rei veritate in omnibus rebus,est scientia rei prio- ris,per quam continuantur aliæ res,& propter quam vocantur,& di- cuntur. Si igitur hoc prius sit substantia,manifestum est quòd cogni- tio principiorum , & causarum substantiæ debet esse in Philosophia. Sed vnumquodque genus habet vnam scientiam , verbi gratia scien- tia vocis est vna , & debet considerare in omnibus vocibus . Et ideo dicimus quòd cõsideratio de omnibus formis entis vniuersaliter est vnius scientię secundum genus. formę aũt sunt formę formarum.

2 Quoniam manifestum est quod hoc nomen ens non est ęquiuocum,quia de eo non esset in vna scientia consideratio:neq; etiam prædicatur vniuoce, sicut animal de homine prędicatur, & equo : & tamen hoc nomẽ ens prędicatur de multis,vt manifestum est ex inductione : quia,primo prędicatur de substãtia, secundo de accidente: quare erit Analogycum, id est per attributionem, sicut sanum, quod modis diuersis sanitati attribuitur. quoniam,quoddam dicitur sanum, quia est necessarium ad sanitatem conseruandam,vt exercitium: aliud vero dicitur sanum,quia facit consequi sanitatem,vt cibus & potus : & quoddam etiam dicitur sanum,quia sanitatem significat,vt vrina laudabilis in colore : in substantia, in contento : in die cretico, vt in nuncio sanitatis : & sanum etiam dicimus corpus mundum a malis humoribus,quia est sanitatis receptiuum, quę finis est. [illegible] prędicta attribuuntur:quoniam omnia attributa,aut vni & eidem fini attribuuntur,vt de sano diximus sanitatem conseruante:aut vni & eidem agenti, vt Medicus,qui non solum dicitur Medicus,quia scientiam medicinę acquirit, vt [illegible] medicus,sed de omni re,quę actioni medici , & medicinę adiuuat,& conuenit: aut vni & eidem subiecto, vt quantitas,& qualitas,& reliqua accidentis prædicamenta,quæ vni substantię attribuuntur per se: Cum igitur secundum hos modos diuersos ens,in eo quod ens,de multis prędicatur,nec homines primo,& p[illegible]

Ens analogice dr̃ de substãtia,& accidente.

Ens de substãtia primitus p̃dicatur.

A se de substantia prędicatur, id est primo hoc nomen ens, in eo quod ens, & per se substantię attribuitur. & isti modi sunt diuersi, vt patet in prędicamentis: quoniam omnes isti substantię attribuuntur, non quia sit eorum finis, aut agens, sed quia per eam constituuntur, ac ipsorum subiectum est, quia non dicuntur entia, sed dispositiones sunt entis: & multi homines negabant nouem prędicamenta esse, asserentes non dari albedinem, sed album, & sic de alijs accidentibus: Modus aũt, secundum quem nouem prędicamenta substãtię attribuuntur, est, qm̃ substantia est ens per se existẽs: & aliud est ens, quia est passio substantię: & aliud est ens, quia est motus ad substãtiam, motus enim dicitur ens, quia est via ad verum ens, Relatio quoq; dicitur ens, quia est respectu entis. Priuatio quoq; dicitur ens, quia est entis priuatio. & similiter Virtus, & forma dicuntur entia per modum consimilitudinis, quia faciunt substantiam: elementa quoq; hoc modo dicuntur entia, quia sunt elementa substãtię: Dicitur etiã ens id, quod in substantia existit, & hoc vr̃e est cęteris prędicamentis: Negatio quoque, & affirmatio dicitur ens: & similiter hoc nomen ens dicitur de primis, & secundis intentionibus, ac de omnibus rebus Logicę spectantibus: Cum ergo omnes hi modi sint diuersi, apparet quod ens dicatur multis modis per attributionem, & quod consideratio istorum modorum est vnius scientię: & probatur, quoniam si reperitur vna scientia, & est medicina, quę cõsiderat de omnibus rebus sanitati attributis: ita quoq;

Ens quot modis aliqđ noiatur.

B debet reperiri vna scientia, quę considerat de omnibus attributis enti: quoniam res, quę pertinent ad vnam scientiam, non tm̃ sunt, quarum subiectum est tantum vnum genere, aut specie, quę dicũtur uniuoce, sed quarũ esse attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni subiecto, id est vni materiali principio, vt manifestum est de attributis vni sanitati. & cum talis dispositio sit in entibus, qualis est in medicina: manifestum est ergo ꝙ vna scientia considerat de ente: & hoc est quęsitũ in hac scientia: & hoc nomen ens dicitur eo modo, sicut dicitur hoc nomẽ vnũ, qm̃ dispositio generis in hoc modo est sicut dispositio in genere, quod dicitur vniuoce: cum prędicabilia essentialia inueniuntur in hoc genere, quod dicitur multipliciter: qm̃ ambo habent prędicabilia essentialia: & in hoc conueniunt: qm̃ analogis potest attribui vnum per se, & essentiale prędicatũ: ęquiuocis vero nequaquam, nisi casu, vt Pompilio meo Nepoti, & Pompilio Numę attribuitur hoc p̃dicatum Pompilius, sed casu: Item ęquiuocis ẽt attribui potest prędicatum accidentale, qm̃ canis stella, & canis piscis, & canis latrans est pulcher, non tñ competit eis essentiale prędicatum, nisi casu, vt dixi: ergo scientia Analogorum est scientia primi attributi, quod est in illo genere, & alia illi attribuuntur, & a suo nomine denominantur: & quia substãtia prior est alijs Nouẽ entibus, ut declarabimus: & Philosophus est ille, qui sit principia, & causas omnium entium, quae

Ens dr̃ eodẽ modo, quo et vnum.

Scĩa Analogorũ quæ.

C necessario posita sunt in definitione Philosophi. & sic debet definiri. Philosophus est homo sciens principia, & causas substantię: & hęc declaratio quæstionis prędictę, in qua quęrebatur vtrum vnius scientię, vel plurium sit consideratio de substantia: & cum manifestum sit quod vnumquodq; genus entium habet vnam artem, & scientiam considerantem de omnibus speciebus illius generis, et ens in eo, quod ens, est vnum genus entium, apparet manifeste quod habet vnã scientiam considerantem de omnibus speciebus entis. maior patet ex inductione in sono, qui est vnum genus, & habet vnam scientiam de ipso considerantẽ, quæ est Musica, quæ de omnibus speciebus sonorum considerat, & sic de alijs generibus dicendum est. Vnde manifestum est quod ens, ex eo quia est vnum genus, habet vnam scientiam, quę considerat de omnibus speciebus eius, & quia formarum forma est vnum genus entium, sequitur quod hæc scientia de formis considerat.

Definitio Philosophi.

Est scĩa, quæ cõsiderat de ente, & de oĩbus eius speciebus.

Cum aũt declarauit ꝙ vna scientia debet considerare de ente, secundũ ꝙ ens est, vult declarare ꝙ hoc nomen ens non est ęquiuocum. si enim esset ęquiuocũ non consideraret de eo vna ars. Et d. Et ens dicitur multis modis, & c. id est & nomen ens dr̃ multis modis, & nõ ęquiuoce, sicut canis, qui dicitur de latrabili et marino: neq; vniuoce, vt animal de homine, & asino: sed est de nominibus, quæ dicuntur de rebus attributis eidem, & sunt media inter vniuoca & æquiuoca.

De ęquiuoco nõ cõsiderat vna ars.

Et hoc intendebat, cum d. sed attribuitur vni rei, &c. id est & ista, quę attribuun-
tur eidem, non attribuūtur eodem modo, sed modis diuersis, & quędam attribuun
tur eodem modo, sed diuersantur secundum magis & minus. sicut hoc nomen sub
stantia, quę dicitur de formis, & de indiuiduo. Et, quia sana attribuuntur sanitati
modis diuersis, sicut nouem prędicamenta attribuuntur ad esse, quia sunt in vero
ente, quod est substantia modis diuersis, incœpit notificare diuersitatem modorū,
qui inueniuntur in talibus nominibus, ad demonstrandum ꝙ ita est de hoc nomi
ne ens cum substantia & cum alijs prędicamentis, & d. quoddam enim dicitur sa
num, &c. id est quędam enim dicuntur sana, quia attribuuntur sanitati hoc modo,
scilicet quia conseruant sanitatem, sicut dicimus ꝙ exercitiū est sanum, quia con
seruat sanitatem: & quędam attribuuntur sanitati, quia faciunt sanitatem, sicut di
cimus ꝙ potio accepta est sana. & similiter dicimus sanum signum, quod nun
ciat sanitatem: sicut dicimus de criticis laudabilibus. & similiter dicimus sanum
illud, quod cito recipit sanitatem, sicut corpus mundum ab humoribus. Et, cum
adduxit ea, quę attribuuntur vni fini, induxit exemplum etiam de rebus, quę at
tribuuntur vni agenti, & d. Et similiter attribuitur esse medium medicinę, id est
& similiter omne adiuuans actionem medicinę attribuitur medicinę. Et inten
debat per hoc declarare ꝙ attributa ei, aut attribuuntur eidem fini, aut eidē agen
ti, aut eidem subiecto, sicut nouem prędicamenta substantię. D.d. quoddam e
dicitur medicū, &c. id est quoddam enim dicitur medicum, quia acquirit artē me
dicinę, verbi gratia homo medicus: & quoddam, quia cōuenit actioni medicinę,
verbi gratia dieta. D.d. & quoddam, quia facit actionem medicinę, licet non sit
medicus. vetula enim, quę medicabat cum illa herba, sicut dicitur, agebat actio
nem medicinalem, licet non erat medica. D.d. Et similiter etiā ens dicitur mul
tis modis. sed omnes illi modi attribuuntur vni primo, id est & similiter hoc no
men ens, licet dicatur multis modis, tamen in omnibus dicitur ens, quia attribui
tur primo enti substantię. & istę attributiones in vnoquoq; eorum sunt diuersę.
prędicamenta enim, attribuuntur substantię, non quia est agens, aut finis eorum
sed quia constituuntur per illam, & subiectum est eorum. & vniuersaliter non di
cuntur entia, nisi quia sunt dispositiones entis. & multi homines negant ea esse
albedo enim non est, sed album. D. incœpit declarare modos secundū quos attri
buuntur substantię, & d. quędam enim dicuntur entia, &c. id est quoddam dici
tur ens, quia est existens per se, & est substantia: & quoddam dicitur ens, quia est
passio substantię. & intendit per viam ad substantiam motum ad substantiā. mo
tus enim dicitur ens, quia est via ad verum ens. Et intendit per relationem, quę
est comparatio entis ad ens. & intendit relationem, quę dicitur ens, secundum q
determinatum est in alijs locis. & dicitur etiam ens illud, quod est priuatio entis.
& hoc nomen etiam ens dicitur modo consimilitudinis. dicitur enim substantia
illud, quod facit substantiam, sicut dicentes hic esse virtutes & formas facientes
substantiam. & similiter dicitur ꝙ elementa substantię sunt substantię. et hoc in
tendebat, cum d. aut generantia substantiam. D.d. aut aliud, id est & dicitur
ens illud, quod existit in substantia. & hoc vniuersale est cęteris prędicamentis.
D.d. aut quia negant, &c. id est, quoniam quemadmodum hoc nomen ens dici
de omnibus istis modis, ita etiam dicitur de negatione & affirmatione. Et in
debat per hoc ꝙ hoc nomen ens dicitur de primis intelligibilibus, & secundis
& sunt res Logicę. Et, cum declarauit ꝙ hoc nomen ens dicitur omnibus mo
dis istis, incœpit declarare ꝙ cognitio eorum, quę dicuntur tali modo, est vna
scientię, & d. Quemadmodum igitur scientia vna considerat de rebus attributis
sanitatis, s. medicina, ita una sciētia debet considerare de omnibus attributis e
D.d. Quoniam non est vnius scientię consideratio, &c. id est res enim, quę ha
bent vnam scientiam, non tm̄ sunt, quarum subiectum est vnum genere, aut sp
cie dicto vniuoce, sed quarum esse attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni su
biecto. Et dixit hoc, quia ista est dispositio entium, s. quę attribuūtur vni fini, s.
vni complemento. & hoc est quęsitum in hac scientia. D.d. Et, quia ista dicun
tur, &c. id est &, quia declaratum est ꝙ hoc nomen ens dicitur modo modorum
rerum, de quibus dicitur hoc nomen vnum, manifestum est ꝙ una scientia con-

Prędicamē-ta accidētiū nō attribuuntur substantię, quia sit agēs, aut finis eorū, sed qa cōstituuntur p illā, & subiectū est eorū. Sed vide oppositū. 2. de ani. 36. Vide contr. Zim.

Motus dicitur ens, quia est via ad verum ens.

Hoc nomen ens dr̄ de primis intelligibilibus, & secundis.

Res, quę habēt vnā sciētiam, non tm̄ sunt quarum subiectū est vnū gn̄e,

A derat de ente. & dispositio in hoc modo generis est sicut dispositio in genere, qđ dicitur vniuoce: quia prędicabilia essentialia inueniuntur in hoc genere, quod dicitur multipliciter, sicut inueniuntur in genere, quod dicitur vniuoce. sed hoc nō inuenitur in genere, quod dicitur ęquiuoce & licet inueniatur in quodā aliquod verum, tñ non est essentialiter. possibile est enim vt aliquod prędicabile prędicetur vere de aliquo nomine ęquiuoco, verbi gratia omnis canis est pulcher, sed nō inuenitur in eis prędicabile essentiale omnino. D.d. Et scientia, quę est sciētia in rei veritate, &c. id est & manifestum est ꝙ vera scientia in talibus rebus, quę dicuntur per attributionem, est scientia primi, quod est in illo genere, per cuius cōtinuationem cum alijs attribuuntur illa alia ei, & a suo nomine denominātur. D. dedit aliam propositionem manifestam, & d. Si igitur hoc prius sit substantia, &c. id est si igitur prius decē entium est substantia, vt post declarabitur: & Philosophus est ille, qui scit primas causas omniū, necesse est ut cognitio principiorum substantię sit accepta in definitione Philosophi. Dicitur enim ꝙ Philosophus est ille, qui scit principia & causas substātię. & ista est declaratio prædictę quęstionis, in qua dicitur, vtrum vnius scientię est consideratio de substantia, aut non. D.d. Sed vnumquodq; genus, &c. id est & etiam manifestum est ꝙ quodlibet genus entium habet vnam artem, & vnam scientiam cōsiderātem
B in omnibus speciebus illius generis, verbi gratia ꝙ sonus est vnum genus, & habet vnam scientiam cōsiderantem in omnibus speciebus sonorum, s. Musicam. D.d. Et ideo dicimus ꝙ cōsideratio, &c. id est & hoc, quod d. manifestum est ex prędictis. Posuit enim ꝙ quodlibet vnum genus habet vnam scientiam: & manifestum est ꝙ ens est vnum genus: ergo ens habet vnam scientiam. D.d. formę autem sunt formę formarum, id est formę autem, quas quidam dicunt, considerandę sunt in hac scientia. sicut enim apud dicētes eas formę formarum entium, & ita hęc scientia considerat de formis: ergo considerat de formis formarum.

aut spē dicto vniuoce, sed quarum esse attribuitur vni fini, aut uni agēti, aut vni subiecto

Analogia pōt facere prędicatum essentiale.

Poſſe est vt aliqđ prędicatū vere p̄dicetur de aliquo noīe æquiuoco, sed nō inuenitur in eis prædicatum essētiale omnino.

Si itaq; ens, & vnum idem, ac vna natura sunt, propterea ꝙ seinuicem sequuntur, quemadmodum principium, & causa, sed non quòd vna ratione significantur * nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit. Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo. & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, id est homo & homo, & vnus homo. Patet autē quòd non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione. similiter & in vno. Quare manifestum est quòd additio in his idem significat,
C & quòd vnum nihil aliud est præter ens. Item cuiusq; substantia vnū est, non secundum accidens: similiter & * ipsum ens quoduis. Quare quot vnius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem genere scientiæ est. dico autem, vtputa de eodem, & simili, cæterisq; huiuscemodi. fere autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur.

* a.l. nihil autem.

* a.l. quod proprie ens quid.

Vnum autem & ens cum sint idem, & habeant eandem naturam, consecutio vtriusque ad alterum est, sicut consecutio principii & causæ vnius ad alterum, non quia eadem definitio significat vtrunque. Nulla autem differentia est inter ea, & si existimantes fuerit tali existimatione. Sermo enim dicentis homo vnus, aut homo est, aut homo iste, idem significat, & non diuersa significat apud iterationem. Manifestum est enim ꝙ sermo dicens homo iste, & homo vnus, & homo est, non significat diuersa: cum non sit differentia inter dicere homo iste, & homo, neque in generatione, neq; in corruptione, & similiter

est etiam de vno. Manifestum est igitur quòd additio in istis significat idem, & non significat vnum aliud ab ente. Et etiam substantia cuiuslibet est vna non modo accidentali: & ideo dicimus quòd substantia cuiuslibet vnius communis est esse eius. Manifestum est igitur quòd formæ vnius sunt secundum numerum formarum entis, & vnius scientiæ est consideratio similiter de istis formis, scilicet quòd vnius scientiæ est consideratio de conuenienti, & simili, & de aliis rebus similibus. & vniuersaliter omnia contraria attribuuntur huic primæ scientiæ.

Ens, & vnũ eandem hñt naturam.

Vnum quot dr̃ modis.

Homo est vnus homo, & homo est ens, idẽ important.

Ens, & unũ ambo x. prẹdicamẽta significant.

Cõsequẽtia ens, inquãtũ ens, a Metaphysico considerantur.

5 Hæc est alia demonstratio, in qua probat quod consideratio omnium entium est vnius scientię, & dicit, consideratio de speciebus vnius, & entis est cadẽ, sed consideratio de omnibus speciebus vnius est vnius scientię, igitur cõsideratio de omnibus speciebus entis est vnius scientiæ. maiorem huius sermonis declarat, quoniam vnum, & ens habent eandem naturam: quoniam vnum cõsequitur ad aliud, sicut principium consequitur ad causam, & econuerso: nam omne ens est vnum, & omne unum est ens, & ista est consecutio, quam dixit: & quia esse vnum contingit multis modis, vno modo aliqua dicuntur vnum secundum vnam naturam, vt Socrates, & Plato, qui vnum sunt secũdum naturam humanitatis, sed diuersi numero. alio modo aliqua sunt vnum secũdum subiectum, sed diuersa secundum definitionem, vt Album, & Musicum, quę sunt idem subiecto, sed diuersi secundum definitionem: manifestum est ergo quod vnum, & ens significant idẽ omnibus modis, videlicet subiecto, & definitione, & perfecte se cõsequuntur ad inuicem: quare necesse est: quod vnum, & ens significant vnam naturam, & non diuersas naturas. s. duas, quia sicut non est differentia inter hũc sermonem, homo est vnus homo, & homo est ens, & iste homo, cum dictiones istę iterentur, quia licet importent dispositiones diuersas, tñ nulla est differentia inter hos sermones homo est iste homo: quia quęcũq; eadem generatione, & corruptione generantur & corrumpuntur, nihil diuersum adinuicem addunt, sed sunt vnum: ens enim, & homo ab eadem generatione, & corruptione generantur, & corrumpuntur: igitur ens nõ addit aliquid homini diuersum ab ipso homine: quia in generatione hominis, & corruptione ens homo generatur, & corrumpitur: simili quoq; modo de vno dicendum est, quia, cum homo generatur, vnus homo generatur, & cum corrumpitur homo, vnus homo corrũpitur. & ideo, qñ dicitur ens homo, & vnus homo nõ sequitur aliqua additio super naturam hominis: Nulla est ergo differentia inter has propositiones homo iste, & homo vnus, & homo est, quia ambę significationes sunt idem, qm̃ dicendo iste homo, vnum hominẽ significat: quemadmodum etiam vnus homo dicendo significat vnum hominem: similiter etiam videtur quod vnum non dicitur de re addita naturę dispositę: & hoc, quia substantia cuiuslibet est una essentialiter, & nõ vna per rem sibi additam. qm̃, si res esset vna per aliquod suę naturę additum, vt Auic. credidit, sequeretur quod esset processus in infinitum. & probatur, qm̃ si substantia est vna per rem sibi additam, quęritur de vnitate illius rei, vtrum sit vna per se, aut per aliquod additum ei: & ita quęstio procederet in infinitum, & nihil esset vnum per essentiam. quare relinquitur quod substantia sit vna per essentiam, & nõ per rem sibi additam. cũ substantia cuiuslibet vnius, per quam est vnus, est suum esse, per quod est ens. Unde manifestum est quod formę, quas significat vnum, sunt secũdum numerũ formarum & naturarum, quas significat ens, quia ambo significant decem prędicamenta. vnde manifestum est quod vnius scientię est consideratio de omnibus istis formis & de propriis, ac consequentibus ipsas: sicut sunt conuenientia & diuersa, similia & dissimilia, ęqualia & inęqualia, & vniuersaliter de omnibus contrariis cõsiderat hęc scientia, & reducit ea ad prima contraria: quia omnia cõtraria sunt ens consequentia, inquantum est ens: quare consideratio istius scientię est de primis causis in vnaquaq; istarum rerum.

A Cum declarauit ꝙ vnius scientię est cōsideratio de ente & de causis suis, scilicet substantia, & de causis substātię, vult etiam declarare ꝙ istius scientię etiam est consideratio de vno, & dicit. Vnum autem & ens, &c. id est consideratio autem de eo, quod significat vnum, est istius scientię etiam. Quoniam vnum et ens, aut significat idem omnibus modis, s. definitione & subiecto, aut vtrunq; conuertitur super alterum, & cōsequitur illum, quia significant eandem naturam subiecto, & duas definitiones, sicut principium & causa. Nulla enim est differentia in hoc, quod intēdimus inter ista duo, scilicet ꝙ quomodocunq; sit illud, qui considerat de ente, debet considerare de vno, &, si existimātes fuerimus ꝙ diuersas habent definitiones, tamen manifestum est per se ꝙ perfecte consequuntur adinuicem. omne enim ens est vnum & econuerso. & ista est consecutio, quam dixit. Et, cum dixit ꝙ nulla est differentia inter has duas opiniones de vno & ente, scilicet in hoc ꝙ scientia vna debet cōsiderare de eis, incœpit declarare ea significare eandem naturam in forma, licet diuersificentur secundum modum, & dicit. Sermo enim dicentis, &c. id est & est necesse vt vnum & ens significent eandē naturam, non duas naturas diuersas: quia eadem natura intelligitur cum dicimus vnus homo, aut homo est, id est ens, aut iste homo. quia istæ dictiones iterantur, licet importent dispositiones diuersas. Deinde confirmauit hoc, & dicit. Sermo enim, &c. id est quoniam, quemadmodum manifestum est ꝙ nulla differētia

Ens & vnū significāt eā dē naturā in subiecto. sed vide oppositū. 12. Met. c. 21. & 22. vbi d. ꝙ nullam naturā significāt. vide cō. Zim.

B est inter dicere iste homo, & homo neque in generatione, neque in corruptione: ita est inter dicere homo, & iste homo vnus, scilicet ꝙ quemadmodum non numeratur subiectum, quando dicimus iste homo & homo, neque in generatione, neque in corruptione: quia dicere nec in generatione nec in corruptione est duplex negatio hominis: ita etiam est cum dicimus iste homo, & iste homo vnus. hoc enim nomen vnum significat ex eo negationem, & est priuatio diuisibilitatis. Auicen. autem peccauit multum in hoc, ꝙ existimauit ꝙ vnum & ens significant dispositiones additas essentię rei. Et mirum est de isto homine, quomodo errauit tali errore. & iste audiuit Loquentes in nostra lege, cum quorum sermonibus admiscuit ipse suam scientiam Diuinam. dixit enim ꝙ dispositionū quędam sunt intentionales, & quędam animales siue essentiales. & dixit ꝙ vnū & ens reducuntur ad essentiam dispositam per illa, & non sunt dispositiones additæ essentiæ, sicut est dispositio in albo & nigro & vno. Et iste homo ratiocinatur ad suam opinionem, dicendo ꝙ, si vnum & ens significant idem, tunc dicere ens est vnum esset nugatio, quasi dicere vnum est vnum, aut ens est ens. Et hoc non sequeretur, nisi diceremus ꝙ dicere de aliquo ꝙ est ens & vnum, ꝙ significant eandem intentionem & eodem modo. Nos autem diximus ꝙ significant eandem essentiam, sed modis diuersis, non dispositiones diuersas essentiæ

Digressio. Opin. Auic.

Motiuum Auicen.

Solo com.

C additas. & secundum hoc non est differentia apud istum hominem inter significationes, quæ significant eandem naturam modis diuersis, absque eo ꝙ significent intentiones additas illi, & inter significationes, quæ significant in eadem essentia dispositiones additas illi, scilicet diuersas ab ea in actu. Et fecerunt errare illum hominem res, quarum quędam est, quia inuit hoc nomē vnum de genere nominum denominatiuorum, & ista nomina significāt accidens, & substantiam. Et etiam, quia existimauit ꝙ hoc nomē vnum significat intentionem in re carente diuisibilitate, & ꝙ illa intētio est alia ab intentione, quę est natura illius rei. Et etiam, quia existimauit ꝙ vnum dictum de omnibus prędicamētis, est illud vnum, quod est principium numerorum. numerus autem est accidens. vnde opinatus fuit iste ꝙ hoc nomē vnum significat accidēs in entibus: & non intellexit ꝙ vnum, quod est principium numerorum est ex entibus, de quibus dicitur hoc nomē vnum, licet sit magis dignū hoc, sicut scies in Nono tractatu istius libri. D. d. Manifestum est igitur ꝙ additio, &c. & intēdit per additionem hoc, quod addimus vnum et ens eidem, verbi gratia, quādo dicimus iste homo, & iste homo vnus, & quando dicimus iste homo & iste homo, nec in generatione, nec in corruptione. & istę duę significationes sunt idem: quia dicere iste homo significat vnum hominem per cōsignificationem. & cum propalatur hoc nomē vnū, non erit differentia inter duas significationes, nisi quia in illo significatur vnum

Cā erroris Auicē.

Denoīatiua sigñant substātiā, & accidēs. Idem 3. Me. c. 16. & quæ ibi.

per consignificationem,& hic per propalationem.D.induxit aliam ratiocinationem ad declarandum ꝙ vnum significat de re disposita suam naturam non rem additam illi,& d.Et etiam substantia cuiuslibet, &c. id est & etiam apparet ꝙ vnum non dicitur de re addita naturę,dispositę ex hoc,quia substantia cuiusque rei est vna essentialiter,nō per rem additam illi.Quoniam, si res esset vnum per aliquam rem additam suę naturę sicut credit Auicēna. tunc nihil esset vnum per se,& per suam substantiam,sed per rem additam suę substantię.Et illa res, quæ est vna.si dicitur ꝙ est vna per intentionem additam suę essentię, quęretur ẽt de illa re.per quam sit vna,& per quid sit vna:si igitur sit vna per intentionē additam illi,reuertitur quęstio,et procedetur in infinitum.D.d.& ideo dicimus ꝙ substantia cuiusq; vnius cōis est esse eius,id est,& ideo dicimus ꝙ substantia cuiuslibet vnius,per quam est vnum,est suum esse,per quod est ens.D.d.Manifestum est igitur ꝙ formę vnius sunt secundum numerum formarum entis,id est declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ formę,quas significat vnum,sunt secundum numerum formarum,& naturarum,quas significat ens,s.ꝙ vtrūq; significat decem prędicamenta. D.d.& vnius scientię est consideratio, &c.id est & manifestum etiam ꝙ vnius scientię est consideratio de omnibus istis formis, & de proprijs eis,& consequentibus ipsas. & iam diximus prius ꝙ vnius scientię est consideratio,&c.id est ꝙ ista scientia considerat de conuenienti & de diuerso,& simili & dissimili,& eodem,& ęquali & inęquali,& vniuersaliter de omnibus cōtrarijs considerat,& reducit ea ad prima contraria.omnia enim contraria sunt consequentia ens,secundum quod est ens. & cōsideratio istius scientię est de primis causis in vnaquaq; istarum rerum.

Quod ens non est vnū per rem additam.con. Auic.

Considerata sunt autem hæc in electione contrariorum. Atque tot Philosophię partes sunt, quot substantię. quare necesse est vt aliqua earum prima,& alia sequens sit.sunt autem subinde habentia genera, ipsum vnum & ens:quare etiam scientię sequentur ista. Philosophus nanque est,vt ille,qui Mathematicus dicitur.& hęc enim habet partes.ac prima quędam,& secunda scientia est.cęterę quoq; consequēter in Mathematibus.Cęterum,cum vnius sit opposita speculari,vni vero opponitur pluralitas,negationem quoq; & priuationem vnius est speculari:propterea ꝙ vtroq; modo vnum speculatur id, cuius est negatio,aut priuatio,siue quę simpliciter dicitur,ꝙ non inest illi,siue alicui generi.ibi siquidem vni differentia est,pręter illud, quod in negatione.negatio nanq; absentia illius est.in priuatione vero & subiecta quędam natura sit,de qua priuatio dicitur.vni autem pluralitas opponitur.quare etiam prędictis opposita,diuersum,dissimile,& inęquale,& quęcunq; alia,quę aut secundum eadem dicunt, aut secundum pluralitatem, & vnitatem cognoscere dictæ scientię est. ex quibus vnum quidem est,& ipsa contrarietas contrarietas enim differentia quędam,differentia vero diuersitas.Quare,cū vnum multipliciter dicatur,hęc quoq; multipliciter quidem dicent. Vnius tamen est cuncta cognoscere. non enim si multipliciter, ideo alterius.sed si neq; secundū vnum,neq; ad vnū rationes reducuntur, tunc alterius. Cum aūt ad primum cuncta reducuntur, vtputa quotcunq; vnum dicunt ad primum vnum,similiter de eodem,& diuerso & contrarijs dicendū se habere.Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in vnoquoq; prędicamento,quomodo ad illud dicit.quędam enim eo ꝙ habent illud, quędam eo ꝙ fa-

A ciunt, quædam ſecundum alios huiuſcemodi modos dicentur. Manifeſtũ itaque quod in dubitationibus dictum eſt, vnius eſſe tã de his, quam de ſubſtantia rationem habere. hoc autem vnum erat eorum, quæ in dubitationibus diximus.

Et nos perſcrutabimur de hac opinione, cum diſtinguemus contraria. Et diuiſiones, & partes Philoſophiæ ſunt ſecundum numerum ſubſtantiarum. manifeſtum eſt igitur ꝙ iſtæ ſubſtantię habent vnam ſubſtantiã priorem illis, & altiorem omnibus neceſſario. & prima genera ſunt vnum & ens: & ideo ſcientiæ conſequuntur hæc genera. Philoſophus enim aſsimilatur Mathematico. ſcientia enim Mathematica habet partes. & iſtarum ſcientiarum Mathematicarum hoc eſt primũ, & hoc eſt ſecundum. & ſimiliter de aliis ſecundũ hunc modum. Et, cum vnius ſcientiæ eſt conſideratio de ſubſtantiis ſecundum oppoſitionem æqualem, & æqualiter oppoſitum vni in ſitu eſt multitudo,
B manifeſtum eſt igitur ꝙ vnius ſcientiæ eſt conſideratio de negatione & priuatione. conſideratio enim de vtroque eſt vna, & vnius aut erit negatio, aut erit priuatio, quæ dicitur ſimpliciter, quòd non eſt hoc, aut alicui generi. inter igitur vnum, & negationẽ eſt differentia. quia negatio eſt ablatio vnius, priuatio autem habet naturam ſubiectã ſibi, de qua dicitur priuatio. Cum igitur fuerit oppoſitum in ſitu vnũ multo, manifeſtum eſt ꝙ opponetur in loco diuerſum, & diſsimile, & non æquale, & alia, quæ dicũtur hoc modo, aut modo multitudinis. Et, cum ſcientiæ, quam diximus, eſt cognitio vnius, & cõtrarietas eſt vnum iſtorum, & vnum dicitur multis modis, manifeſtum eſt ꝙ hęc contraria dicũtur etiam de multis ſpeciebus. Et vnius ſcientiæ eſt cognitio omnium, ſicut eſt cognitio vnius. quoniam, ſi iſta dicuntur de multis ſpeciebus, tunc cognitio omnium non eſt plurium ſcientiarũ: ſed cognitio eorum erit plurium ſcientiarum, cum nõ fuerit propriũ
C eis, ſicut diximus aliquid vnum, & non dicentur de vno. Cum igitur attributio omnium contrariorum eſt primo, quod eſt primum eorũ, verbi gratia quòd omnia, quæ dicuntur vnum, attribuuntur vni priori. & ſimiliter dicimus de illo, quod dicitur idem & diuerſum, & de contrariis Oportet igitur determinare primo ſecũdum quot modos dicitur vnumquodque iſtorum, & attributio eorum ſuis principiis, & narrare quõ attribuuntur eis omnia prædicamẽta. quoddam enim dicitur primum, quia habet primum quoquo modo: & quoddam dicitũ primum, quia agit aliquam actionem primi quoquo modo: & quoddam dicitur primum alio modo iſtorum modorum, Manifeſtum eſt igitur ꝙ oportet ſcire iſta, & declarare definitionem eorum, & definitionem ſubſtantiæ. & iſta queſtio eſt vna earum, de quibus perſcrutati fuimus in capitulo quæſtionum.

Quoniam cognitio omnium contrariorum non attribuitur niſi huic ſcientię, ſicut poſtea declarabimus, & diſtinguemus quot modis dicuntur cõtraria, & ideo 4
diuiſiones philoſophię, et partium eius ſunt ſecundum numerum ſpecierũ ſubſtã

tiæ, quoniam ſolius ſubſtantiæ, eſt ipſum quod quid eſt, quod eſt principiū demōſtrationis, & omnis ſcientia eſt demonſtrationis effectus: & cum ſubſtantiæ ſint plures vna, quæ habent vnam priorem eis, & omnibus altiorem, quæ eſt primū genus earum, & eſt vnum & ens, quod eſt ſubiectum iſtius ſcientiæ, & per conſequens ſecundum numerum partium ſubſtantiæ, tot erunt philoſophię partes.

Philoſophia ad ſubſtātiæ partitionē diuiditur.

Mathematicarū diſciplinarū ordo.

Cum diſpoſitio in partibus ſuis ſit ſicut diſpoſitio partium mathematicarum. nā in mathematicis prima ſcientia eſt Geometria, & Arithmetica: ſecunda eſt perſpectiua, Muſica: aliæ vero, quæ deinceps ſunt, Aſtrologia, & mechanica ſunt. Prima pars philoſophiæ conſiderat de abſtractis. Secunda pars conſiderat de ſubſtantia ſenſibili, de qua agitur libris ſeptimo, & octauo: prima eſt ordine doctrinę, quippe, cū doctrina omnis incipiat a notioribus nobis: ea vero pars, quæ eſt de ſubſtantia inſenſibili, atque immateriali, de qua duodecimo huius agetur, eſt poſterior ordine doctrinæ, licet ordine dignitatis, & intentionis ſit prima, cū in hac ſcientia principaliter intendatur: & cum neceſſarium ſit vt vnius ſcientiæ ſit conſideratio de oppoſitis in ſubſtantijs, & multitudo vni opponitur, & cū hæc ſcientia conſideret de vno, ſequitur ergo ꝙ etiam de multitudine conſiderabit, & per conſequens de affirmatione, & negatione, quoniam conſiderādo de vno, de negatione conſiderat quia vnum ſignificat negationem multitudinis, & eius priuationem abſolutam, & ſimpliciter, ſed non eam ſignificat, quæ eſt negatio alicuius de aliquo, vel in aliquo ſubiecto: & non in alio, quoniam vnum, & multa opponuntur aut ſecundum affirmationem & negationem, aut ſecundū habitum & priuationem, quia differentia eſt inter priuationem, & negationē: quia negatio eſt ablatio alicuius negati ſimpliciter. Priuatio vero eſt ablatio alicuius a natura terminata, quæ cum fuerit diſpoſita per priuationem, tunc erit illud in forma affirmationis: differentia vero inter negationem & priuationem declarata eſt in logica. Sed modus, ſecundum quem vnum, & multa opponuntur, in ſequentibus in proprio tractatu declarabitur, in quo de omnibus contrarijs loquetur: Cum igitur manifeſtum ſit quod vnum, multitudini opponitur, idem diuerſo, & ſimile diſsimili, & æquale inæquali ſimiliter opponitur, & alia, quæ mutuo, hoc modo opponuntur. & quod ſcientia contrariorum eſt vna, & quod hoc nomen vnum dicitur de contrario, & quod contrarium dicitur de multis rebus: quare manifeſtum eſt, quod cognitio iſtius ſcientiæ eſt cognitio omnium modorum contrariorum: & probat hoc, quoniam ſi iſta prædicantur de multis rebus, tunc eorum cognitio non erit multarum ſcientiarum: quoniam, multa, quę ſunt multarum ſcientiarum, non attribuuntur vni, cum ea, quæ attribuuntur vni, ſint vnius ſcientiæ, vt declaratum eſt, quoniam attributio omnium contrariorum debet eſſe ad vnum primum, cui attribuuntur, de quo neceſſe eſt in hac ſcientia perſcrutari: & ſicut neceſſe eſt ſcire vnum, cui omnia attribuuntur, quæ dicuntur vnum: ſic oportet prius ſcire quot modis vnumquodque dicitur vnum: & demum ſcire attributionem eorum ad ſua principia, vt in quinto tractatu huius libri, in quo ponit intentionem omnium nominum, de quibus perſcrutatus eſt in hac ſcientia. & videndum eſt quid ſit primum in vnoquoque genere iſtarū rerū, quoniam primum inuenitur in vnoquoque genere, vt in genere ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis. ideo videndum eſt primo de eo, quod eſt in genere ſubſtantiæ, poſtea in vnoquoque aliorum generum: & quia primum multipliciter dicitur, dicitur n. primum, quia habet ſpeciem ſpecierum primi. Secundo dicitur primum, quia habet actionem, vel paſsionem primi: & cum philoſophus habeat conſiderare de omnibus his, oportet ergo vt primo ſciat definitiones iſtorum, & per conſequēs definitionem ſubſtantiæ, cum ipſa ſit cauſa omnium aliorum. & quæſtio iſta cōſideranda eſt in hac ſcientia, quæ eſt vna ex quæſtionibus difficillimis, de quibus perſcrutati fuimus in præcedenti.

Eiuſdem eſt ſcię de oppoſitis conſiderare.

Vnū eſt negatio multitudinis.

Priuatio, & negatio qd ſint, & quæ earū differētia.

Primum in vnoquoque eſt genere.

Primū multipliciter dr.

Et nos perſcrutabimur, & declarabimus ꝙ cognitio omniū contrariorū attribuitur huic ſcientiæ primæ, cum diſtinguemus ſecundum quot modos dicuntur contraria. D. d. Et diuiſiones & partes Philoſophię, & c. i. & ſi diuiſiones, & partes ſcientiæ iſtius, quæ dicitur prima Philoſophia, ſint ſecundum numerum ſpecierum ſubſtantiæ; & ſubſtantiæ ſunt multæ; manifeſtum eſt ꝙ iſtæ ſubſtantiæ

A habent vnam substãtiam priorem, & altiorem omnibus eorum necessario. D.d. & prima genera eius sunt vnum, & ens.i.& manifestum est ꝙ genera prima istius scientiæ sunt vnum, & ens. & ideo cõsequuntur genera partium vnius sciẽtiæ eorum genera entia, i.secũdum numerũ eorum erit, & cõsequẽtur partes sciẽtiæ vnius earum, & partes entium, quæ sunt in illa sciẽtia. & ideo numerus partium istius sciẽtię erit secũdum numerum specierum substãtiarum. D.d. Philosophus.n.assimilatur Mathematico, &c.i. & dispositio in partibus Philosophiæ primæ est sicut est dispositio partium Mathematicarum, quemadmodum enim Mathematicarum quædã est pars prima, ver.g. Arithmetica, & Geometria, & quædam secunda, v.g. Perspectiua & Musica, ita est dispositio in partibus istius scientiæ. Pars enim prima eius cõsiderat de substantijs abstractis, s.non prima in doctrina, sed prima in esse. Secũda aũt cõsiderat de substãtia sensibili, & hoc est secũdum in esse: primum autem in cognitione est substantia sensibilis. Cõsideratio.n.de substãtia sensibili & accidentibus suis est prima in cognitione. cõsideratio aũt in substãtia abstracta est postrema in cognitione, & prima in esse: & ideo dr̃ sciẽtia Metaphy. Et, cũ declaratur ꝙ ista sciẽtia cõsiderat de vno, cui opponitur multitudo, & consideratio de oppositis est vnius sciẽtiæ, incœpit declarare hoc, & d. Et, cũ vnius sciẽtiæ est cõsideratio, &c.i.& cũ necesse est vt eadẽ sciẽtia consideret de oppositis in substantijs: & multitudo opponitur vni: B manifestũ est, cũ ista sciẽtia consideret de vno, ꝙ debet considerare de multitudine. D.d. manifestum est igitur, &c.i. necesse est cũ cõsideratio istius scientiæ sit in affirmatiuo & negatiuo, vt consideret etiam de vno & multitudine. quia vnũ, aut significat negationẽ multitudinis, aut priuationẽ eius, s.priuationẽ absolutam, non priuationẽ, quæ est alicuius in aliqua hora, & non in alia: & in aliquo subiecto, & nõ in alio. D.d. inter igitur vnũ, & negationẽ, &c.i.& diximus ꝙ vnũ, & multũ aut opponũtur secundũ negationem & affirmationem, aut secũdũ habitum & priuationẽ: quia differẽtia est inter priuationẽ & negationẽ. negatio.n.est ablatio alicuius negati simpliciter: priuatio aũt est ablatio eius a natura terminata. &, cũ illa natura fuerit disposita per priuationẽ, erit illud in formæ affirmationis. & hoc intẽdebat cũ dixit, de qua dicitur priuatio. Et differẽtia inter negationem & priuationem declarata est in Logica. Modus autem, secũdum quem vnum & multum sunt opposita, declarabitur in tractatu, in quo loquitur de vno & multo, & de alijs cõtrarijs. D.d. Cum igitur fuerit oppositum in situ vnum multo, manifestum est, &c.i. & manifestum est ꝙ, cum oppositum vnius est multum, ꝙ idem opponitur diuerso, & simile opponitur dissimili, & æquale opponitur ad non æquale, & talia similia, quæ opponuntur sibi hoc modo, aut modo vnius & multi. D.d. Et, cũ scientiæ, quã diximus, est cognitio, &c.i. manifestũ est igitur ꝙ istius sciẽtiæ est scire vnum: & hoc nomẽ vnum dicitur de cõ- C trario, secũdum ꝙ vnum dicitur contrarium, & vnum dicitur de multo: manifestum est ꝙ hoc nomẽ cõtrarium dicitur de multis rebus. Deinde dicit. Et vnius scientiæ est cognitio omnium, &c.i.& necesse est propter omnia ista, vt vnius scientiæ sit cognitio omnium modorum cõtrariorum, et est ista scientia. est enim eius cognitio modorum vnius. D.d. quoniam, si ista dicũtur, &c.i. quoniam si ista dicũtur de multis rebus, tunc cognitio eorum nõ erit multarum scientiarũ. multa enim, quæ sunt multarum sciẽtiarum, sunt multa, quæ non attribuuntur vni. ista aũt, quæ attribuuntur vni, sunt vnius sciẽtiæ, sicut prius declarauimus. D. d. Cũ igitur attributio omniũ cõtrariorũ est primo, quod est primũ eorũ. v.g. &c.i. & cum omnia ista habẽt primum, cui attribuũtur: & fuit necesse in hac sciẽtia scire primum in vnoquoque, & quomodo attribuuntur ei ea, quę cõtinentur in illo genere, v.g. ꝙ necesse est scire vnum, cui attribuũtur omnia, quę dicuntur vnũ, & similiter est dispositio de cõtrarijs, & de eodẽ, & de diuerso: oportet igitur præscire secũdum quot modos istorum dr̃ vnumquodque eorum. Deinde dixit scire attributionẽ eorũ ad sua principia. & hoc fecit ĩ tractatu quinto, in illo.n.tractatu posuit intẽtiones oĩum noĩum, de qbus cõsiderat ista scĩa. D.d.& narrare quõ attribuuntur, &c.i.& narrãdum est quid est primũ in vnoquoque genere istarũ rerum, ista.n.inueniuntur plusquam in vno tractatu. v.g. quia vnum inuenitur

Hic sciẽtias medias enumerat inter Mathematicas sciãs. oppositũ vr̃ poni.2. phy.1. tex. cõ. 20.

Metaphysica diuiditur ĩ duas ptes. Idẽ. 12. Meta.com.1. & 29.

Vid 10. me. tex. cõ. 9.

In quanto, & in quali, & in ſubſtantia: & primo quęrendum eſt primum in prędicamento ſubſtantiæ, deinde in vnoquoque aliorum prædicamentorum. D.d. quoddam enim dicitur primum, quia habet primũ, &c.i. & ſimiliter oportet ſcire ſecundum quot modos dicitur primum. quoddam enim dicitur primum, quia habet ſpeciem ſpecierum primi: & quoddam dicitur primum, non quia habet aliquam ſpeciem ſpẽrum primi, ſed quia habet aliquam actionem, aut paſsionẽ primi.i.aut agit, aut recipit actionem aliquam actionum primi. D.d Manifeſtũ eſt igitur ꝙ oportet ſcire, &c.i. & cum ita ſit, eſt manifeſtũ ꝙ oportet Philoſophum ſcire definitiones ſubſtantiæ iſtarum rerum, & definitionem ſubſtantię, quæ eſt cauſa omnium iſtorum. D.d. & iſta quæſtio eſt vna earum, &c.i. & iſta, quę hic declarauimus eſſe conſideranda in hac ſcientia, eſt vna quæſtionum difficilium, **de quibus perſcrutati fuimus in tractatu præcedenti.**

Philoſophi eſt de oibus poſſe ſpeculari.

Et Philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari. Si enim non Philoſophi, quis erit, qui cõſiderabit, ſi idem Socrates, & Socrates ſedens? aut ſi vnum vni contrarium? aut quid eſt contrarium, aut quoties dicitur? ſimiliter de cæteris quoque huiuſcemodi? Cum itaque vnius, prout vnius, & entis prout entis, hæ per ſe paſsiones ſint, & non prout numeri, aut lineæ, aut ignis, patet ꝙ illius * ſciẽtiæ eſt, & quid eſt cognoſcere, & accidentia eis. Et non in hoc errant, qui de his conſiderant, tanquam non philoſophantes, ſed quoniam ſubſtantia, de qua nihil ſciunt, prior eſt. Nam, quemadmodum & numeri, prout numerus eſt, propriæ paſsiones ſunt, vt imparitas paritas, commenſuratio æqualitas, exceſſus defectus, & hæc tum abſolutis, tum mutuo relatis inſunt numeris, ſimiliter ſolido, & immobili & mobili, & leui & graui aliqua propria ſunt, ita & enti, prout ens eſt, quædam propria ſunt. & hæc ſunt, de quibus veritatem conſiderare Philoſophi eſt. Signũ autẽ eſt, ꝙ Dialectici & Sophiſtę eandem quidem, quam Philoſophus ſubeunt figuram. Sophiſtica enim apparens ſolum Sapientia eſt. Dialectici quoque de omnibus diſputant. ens vero commune omnibus eſt. Diſputant autem de his ſcilicet, eo ꝙ hæc propria Philoſophiæ ſunt. circa idem enim genus Sophiſtica, & Dialectica verſatur cum Philoſophia. verum Philoſophia ab hac quidem modo poteſtatis, ab illa vero electione vitæ differt. Dialectica autem eſt tentatiua, de quibus Philoſophia eſt cognitiua: Sophiſtica vero apparens, exiſtens vero minime.

Vnius vt vnum, & entis vt ens, eędem ſunt paſsiones.

** Vnius ſciẽtię eſt quid eſt cognoſcere, & accidẽtia eis.*

Circa idẽ genus verſatur Dialectica, Sophiſtica, & Philoſophia.

Et oportet Philoſophum habere poſſe conſiderandi in omnibus iſtis. Quoniam, ſi hoc non eſt Philoſophi, quis igitur debet perſcrutari de ſermone dicentis ꝙ Socrates eſt ſedens, & de ſermone dicentis ꝙ Socrates eſt ſtans? &, ſi iſti duo ſermones ſunt idem? &, ſi vnum eſt cõtrariũ alteri, quid eſt contrarium, & ſecũdum quot modos dicitur? & ſimiliter de aliis ſimilibus? Cum igitur iſta, & ſimilia ſint accidẽtia vnius ſolius, & paſsiones entis ſimpliciter, & non ſunt paſsiones vnius & entis, ſecundũ ꝙ ſunt numerus, aut linea, aut ignis, manifeſtũ eſt ꝙ ſciẽtia, quæ notificat vnũ & ens, debet ſcire quid ſit vnũ & ens, & quę ſunt accidẽtia, quę accidunt eis. Perſcrutãtes igitur de **talibus rebus non peccãt, quia nõ perſcrutãtur de rebus Philoſophię,**

A ſed peccãt, quia nõ pſcrutãtur de ſubſtãtiis iſtarũ rerũ, quæ ſunt prio
res. Quemadmodũ.n. numerus, ſecundũ ꝙ eſt numerus, habet accidẽ
tia propria, ſ. par & impar, & æquale & inæquale, & addens & dimi-
nuẽs, & iſta ſunt numeri, per ſe, & ſibi adinuicem, & ſimiliter ſubſtan-
tia mobilis & immobilis, & graue & non graue habent alia acciden-
tia prima propria, ſic & ens ſimpliciter habet accidentia propria. &
iſta accidentia ſunt, de quibus Philoſophum oportet perſcrutari. Et ſi
gnũ eius eſt, quoniã Logici, & Sophiſtę laborãt ĩ hoc, ꝙ Philoſophus
debet laborare. Sciẽtia.n. Sophiſtica eſt ſciẽtia deceptoria tantũ. Lo-
gici aũt loquuntur de omnibus rebus. & ens eſt ſcientia cõmunis om-
nibus. Et manifeſtum eſt ꝙ iſti loquuntur de iſtis rebus, quæ ſunt pro
priæ Philoſophiæ. ſcientia.n. Sophiſtarũ, & Logicorũ reducuntur in
vnũ genus, ſ. genus Philoſophiæ. ſed differt Philoſophia ab altera il-
larum modo virtutis, ab alia autem per conſiderationem regiminis
B vitæ. Logicus.n. ſcit illud, quod ſcit Philoſophus: Sophiſta autem exi
ſtimat ſcire, & neſcit in rei veritate.

Quęſtiones omnes contingũt enti, in eo quod ens, ſed omnes quæſtiones ſunt
ſoluẽdę in aliqua ſciẽtia: igitur philoſophus habet ſoluere quęſtiones cõtingen-
tes enti, in eo quod ens: qm̃, ſi Philoſophus nõ conſiderat veritatem, aut falſita-
tẽ huius quæſtionis, ſcilicet Socrates eſt ſedẽs, & Socrates eſt nõ ſedẽs, ſimiliter
Socrates eſt ſtans, & Socrates nõ eſt ſtans, quę iſtarum partium ſit vera, aut fal-
ſa, quis igitur debet de hoc conſiderare? nullus enim de hoc cõſiderabit niſi Phi
loſophus. cum ipſe etiam cõſiderat de contrario, vtrum vnum contrarium vni
tantum opponatur, aut pluribus, & quid eſt hoc contrarium, & quot modis dica-
tur, & ſimiliter etiam de alijs rebus ſimilibus conſiderat: & cum hæ oẽs quęſtio
nes vniuerſales ſunt perſcrutandæ in aliqua ſcientia: & talis ſcientia nõ poteſt
eſſe particularis: relinquitur quod in ſcientia vniuerſali ſunt perſcrutandæ, quæ
eſt ipſa Methaphyſica. Cum quęſtiones iſtæ ſunt accidentia vnius, inquantum
eſt vnum, & non inquantum eſt numerus, aut linea, aut ſuperficies: & ſimiliter
ſunt accidentia entis, in eo quod ens, & nõ inquantum eſt ignis: quare manife-
ſtũ eſt ꝙ illa ſcientia, quę oẽs quęſtiones iſtas cõſiderat, & ſoluit, debet ẽt cõſide
rare quid eſt vnũ, in eo quod vnũ, & quid eſt ens, in eo quod ens, & quæ ſunt
C accidentia propria, & eſſentialia eis inhęrentia: ſed aliqui antiquorum Philoſo-
phorũ, dicebãt ſcientiã hanc nõ eſſe neceſſariã: & ideo reprehẽdit eos Ariſ. quo
niam in duobus peccare vidẽtur: & primo, quia dimittunt illas quęſtiones, quę
debẽt a Philoſopho ſolui: Secũdo peccãt relinquendo conſiderationem omniũ
principiorũ entiũ, & ſic accidit eis, vt nullũ ens ſciãt quid ſit in rei veritate: qm̃
tollũt ens, & vnũ, quę ſunt prima genera, ad quę omnis reſolutio deuenit, & ſi-
ne quibus nihil intelligi põt diſtincte: quemadmodũ.n. ſe habet numerus, in eo
ꝙ numerus, ita ſe habet vnum, & ens. Sed numerus habet accidẽtia propria, de
quibus arithmeticus conſiderat: ergo vnũ, & ens habent ẽt accidentia propria,
de quibus Philoſophus cõſiderat, vt manifeſtũ eſt in ſubſtãtijs mobilibus, & im
mobilibus, grauibus, & leuibus, quę habent accidentia ſibi propria. ſigno quoq;
manifeſtũ eſt qđ ens, inquãtũ ens, habet accidẽtia ſibi ꝓpria, quę paſsiones pro-
prias eius dicũtur, de q̃bus Philoſophus cõſiderat. qm̃ cõe eſt logico, ſophiſtę, &
Methaphyſico loq; de ente, ideo putãt ſe ſciẽtes eſſe. differũt vero adinuicẽ, qm̃
methaphyſicus cõſiderat de eo ſermone demõſtratiuo, ideo vere eſt ſciẽs. logicus
vero ſermone probabili: ſophiſta vero de eo cõſiderat ſermone apparẽte, nõ vt
veritatẽ ſciat, vt Philoſophus, ſed vt hoĩbus videat̃ ſe ſcire, cũ ꝑfecto nec ſciat:
logicus aũt cõuenit cũ Philoſopho, qm̃ ambo vere ſciũt, & ſciunt ſe ſcire: ille tñ
ꝑ ſyllogiſmũ ꝓbabilẽ ſcit, iſte vero ꝑ verã demrõnẽ: et ideo verius de ente ſcit.

5 Philoſophus habet ſoluer̃ oẽs qõnes enti, ĩ eo ꝙ ens cõtingẽtes.

Ens, & vnũ ſunt prima genera.

Probat̃ ens ꝓprias habere paſsiones.

Philosophus debet perscrutari de talibus istis quæstionibus, s. quę contingunt 9 enti, in eo ꝙ est ens. Quoniam, si Philosophus nõ debet perscrutari de sermone dicentis, v.g. ꝙ Socrates est sedens, aut non sedens, aut stans, vtrum isti duo diuidant falsum & verum, aut non, quis igitur debet? Et similiter quis debet perscrutari de contrario, vtrum habeat vnum contrarium, aut plus, & quid est contrarium, & secundũ quot modos dicitur contrarium, & similitèr de alijs rebus, quæ assimilantur istis? Et intendebat, qm̃, cum manifestũ est ꝙ istæ quæstiones perscrutandæ sunt in aliqua arte, & est manifestum ꝙ scientiæ particulares nõ perscrutantur de eis, necesse est vt ista scientia vniuersalis perscrutetur de eis. D.d. Cũ igitur ista, & similia sint accidentia vnius, &c.i. & cum istæ quæstiones, & sui similes sunt accidentia vnius in eo ꝙ est vnum, & accidentia entis in eo ꝙ est ens, non accidẽtia vnius in eo ꝙ est vnum, aut numerus, aut linea, aut ignis, neque accidentia entis secũdum ꝙ est ens numerus, aut ens linea, aut ens ignis, manifestum est ꝙ scientia, quæ debet declarare ens secundum ꝙ est ens, & vnum secundũ ꝙ vnum, debet scire quid est vnum secundum ꝙ est vnum, & quid est ens secundum ꝙ est ens, & quæ sunt accidentia essentialia propria eis. D.d. Perscrutantes igitur, &c.i. ꝙ illi, qui opinãtur ꝙ perscrutatio de istis rebus non est necessaria, non solum peccant, quia dimittunt perscrutationẽ de rebus, de quibus Philosophus habet perscrutari, sed & quia per hoc ꝙ dimittunt perscrutationem de istis, dimittunt perscrutationem de alijs rebus, quæ sunt principia omnium entium: & sic accidit eis, vt nullum ens sciant quod sit in rei veritate. Deinde dedit rationem super hoc, & d. Quemadmodum enim numerus secũdum ꝙ est numerus, &c.i. & etiam manifestum est, ꝙ quemadmodũ numerus, secundũ ꝙ numerus est, habet accidentia propria, de quibus considerat Arithmeticus, v.g. parem & imparem, & addens & diminuens, & quædam istorum accidentium sunt accidentia propria quibusdam: & similiter substantia mobilis habet accidentia propria, similiter substantia immobilis, & substantia grauis & nõ grauis habent accidentia sibi propria, sic ens, secundũ ꝙ est ens habet accidentia propria sibi, D.d. & ista accidentia sunt, &c. i. & de istis accidentibus, quæ sunt entis, secundũ ꝙ est ens, debet Philosophus perscrutari. Deinde d. Et signũ eius est, qm̃ Logici, &c.i. & signum eius, ꝙ Philosophus debet perscrutari de ente, & de suis accidentibus, est, quoniam illi, qui volũt assimilare se Philosophis, laborant in perscrutando de istis intentionibus, sicut Philosophus debet laborare. & hoc fuit ita, ꝙ isti etiam considerant de ente consideratione vniuersali. D.d. Scientia enim Sophistica, &c.i. scientia autem Sophistarum est scientia, quę existimatur esse scientia, sed non est sic. Logici autem loquuntur de his omnibus, de quibus Sophista, & Philosophus: & cõmune est eis loqui de ente. Et, cum d. ꝙ isti conueniunt in subiecto, dedit modum, secundum quem differunt, & d. scientia enim Sophistarum, & Logicorum, &c. i. genus enim istarum trium, in quo considerant, est vnum, & est ens simpliciter. sed Philosophia vera differt a Logica per modum scientiæ. Philosophia enim considerat de ente consideratione demõstratiua. Logica autem consideratione probabili. Sophista vero diuiditur ab eis per intentionem intentam in via. Sophista.n. intẽdit se videri Philosophum, vt acquirat gloriam, aut aliud gratiarum humanarũ. Philosophus autem intẽdit scire verũ. D.d. Logicus.n. scit illud, qd scit Philosophus. i. et d. ꝙ Philosophia, & Logica dñt modo sciẽ. qa Logicus scit illud, qd scit Philosophus: sed vnus eorũ scit quod scit demõstratiue, & alius ꝓbabiliter. Sophista aũt nullam habet scientiam, sed tantum facit existimare se esse scientem, & non est.

Qui opinantur scictiam istã non esse necessariã, accidit eis vt nullũ ens sciant in rei veritate.

Ex hoc patet ens habere proprias passiones.

Cõe ẽ Logico, Sophistę et Metaphysico loqui de ente. Idẽ, 3. Meta. cõ. 1. & 2.

Philosophia vera differt a Logica ꝑ modũ sciæ, Sophista vero diuiditur ab eis ꝑ intẽtionẽ intẽtã in via.

Item contrariorũ altera coordinatio priuatio est, & cũcta ad ens & non ens, & vnum & pluralitatem reducuntur, vtputa status quidẽ vnius est, motus vero pluralitatis. Entia vero, & substantiam fere cũcti concedunt ex contrarijs compositam esse. omnes etenim principia aiunt esse contraria. quidam par & impar, quidam calidum & frigidum, quidam finem & infinitum, quidam amicitiam & conten-

A tionem. cæteraquoque omnia videntur reducta ad vnum, & pluralitatem. accipiatur enim reductio a nobis. principia vero & omnino, & quæ ab aliis, in hæc tanquam in genera cadũt. Manifeſtum itaque ex his etiam eſt, ꝙ vnius ſcientiæ eſt ens, prout ens eſt, ſpeculari. Cuncta etenim, aut cõtraria, aut ex cõtrariis. principia vero contrariorum, vnum & pluralitas. hæc autem vnius ſcientiæ, ſiue ſecundum vnũ dicantur, ſiue non: ſicuti fortaſsis & veritas ſe habet. Et quamuis vnũ multipliciter dicatur, ad primũ tamen cætera reducentur & contraria ſimiliter. Ac propterea & ſi ens, aut vnum non eſt vniuerſale, & idem in omnibus, aut ſeparatum, ſicuti fortaſsis non eſt, hæc nihilominus ad vnũ, illa vero conſequenter. Et propterea, non eſt Geometræ quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuerſum ſit, ſpeculari, niſi ex ſuppoſito. Quòd igitur vnius ſcientiæ eſt ens prout ens eſt, & quæ ei prout enti inſunt, ſpeculari, manifeſtũ eſt: & ꝙ nõ ſolũ ſubſtantiarũ, verũ etiam eorũ, quæ ſubſtantiis
B inſunt eadẽ ſpeculatiua eſt, ac illorũ, quæ dicta ſunt: & de priori & poſteriori, & genere & ſpecie, & toto & parte, cęteriſque huiuſcemodi.

Et etiam, quia priuatio eſt vna diuiſionum contrariorum, & omniũ, quæ attribuũtur enti & non enti, & vni multo, ſicut quies attribuitur vni, & motus multo. Et omnes dicunt ꝙ entia, & ſubſtantia componuntur ex contrariis. & omnes loquentes dicũt ꝙ principia ſunt contraria. quorũ quidam dicũt ꝙ principia ſunt par & impar, & quidam calidum & frigidum, & quidam finitũ & infinitũ, & quidã litem & amicitiã. & hoc apparet ꝙ omnia iſta & alia attribuũtur vni, & multo. & ideo ſciendũeſt cui attribuũtur iſta. principiorũ aũt aliorũ ab iſtis iſta ſunt quaſi genera. Et manifeſtũ eſt ex his ꝙ vnius ſcientiæ eſt conſideratio de ente. Omnia. n. aut ſunt cõtraria, aut ex cõtrariis. & principia cõtrariorũ ſunt vnum & multum. & vna ſcientia habet conſiderare de iſtis, & ſi dicũtur de vno, & ſi non dicũtur. & vide
C tur ꝙ iſte ſermo cõuenit veritati. Sed ſi vnum dicitur multis modis, tunc omnes modi eius attribuuntur vni primo, ſicut alia contraria attribuuntur primo. Et iſte ſermo eſt poſsibilis, & ſi ens, & vnum nõ fuerint idẽ vniuerſale prædicabile de omnibus etiam, & ſi non differunt ab aliis. videtur. n. ꝙ non eſt ſic: ſed quædã attribuuntur vni, & quędã ei, qđ cõſequitur vnũ. Et ideo Geometra nõ habet dicere quid eſt cõtrariũ, & quid eſt vnũ, & qđ perfectũ, & idẽ & diuerſum, niſi ſecũdum modum aroccnix. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ vna ſcĩa habet cõſiderationem de ente ſimpliciter, & ꝙ iſta ſcĩa habet cõſiderare nõ de ſubſtãtiis tm̃, ſed de his, quæ ſunt ſubſtantiarũ ẽt, ſ. prædictis, & ante & poſt, & genere & forma, & vniuerſali & pticulari, & aliis ſimilibus.

Conſequenter probat quod ad eundem Philoſophũ ſpectat etiam conſiderare de priuatione, & de modis eius: quia, ſi ad Philoſophũ ſpectat conſiderare de oppoſitis: & priuatio eſt vna ex oppoſitis: ergo ad Philoſophũ ſpectat cõſiderare de priuatione, et de modis eius: minor patet, qa priuatio eſt nõ ens, et ſcĩa hęc

6 Ad philoſophũ de priuatione con

ſiderare ſpectat.

conſiderat de omnibus rebus,quę ſunt ens,aut nõ ens: propter quod intendebat E declarare has duas differentias vniuerſaliores rerum opinabilium, ſicut vnũ, & multum,quę ſunt prima oppoſita,ad quę alia attribuũtur,vt motus, & quies,quoniam quies atribuitur vni,& motus atribuitur multo. Cum omne indiuiſibile ſit immobile,quod eſt vnum,& diuiſibile eſt corpus,quod multitudinem ſignificat: & probatur hoc Antiquorum autoritate, qui aſſerebant principia omnium rerũ eſſe prima contraria,licet modis diuerſis:quia aliqui dicebant quod prima contraria erant par & impar:& aliqui dicebant ea eſſe calidum,& frigidum: aliqui autem dicebant eſſe finitum,& infinitũ,litem,& amicitiam: quæ omnia, vt manifeſtum eſt,atribuũtur vni,& multo,quę ſunt prima genera, quibus omnia alia contraria attribuuntur.& ideo oportet vt Philoſophus ſciat Hęc prima contraria,quibus omnia alia attribuũtur.& cum hoc manifeſtum ſit, videtur quod Philoſophus debet conſiderare de ente,in eo quod ens,& de vno,inquantũ eſt vnũ de neceſsitate,& ſic de prima cõtrarietate:quoniam entia aut ſunt contraria,aut ex contrarijs:ſed videtur quod hęc diuiſio non ſit vera,ſed probabilis. quia corpus quintum,quod Cœlum, eſt ſubſtantia,& ens eſt, & tamen nõ eſt contrariũ, nec ex contrarijs:apparet ergo manifeſte quod,qui conſiderat de ente,debet & de contrarijs conſiderare:ſimiliter etiam illa ſcientia, quę de ente & vno conſiderat,debet etiam conſiderare,ſi prędicatur de vno aut de pluribus, cum vnum, & ens de multis analogicę prędicantur,& ſic de eis eſt vna ſcientia:quoniam ſi ſignificata entis,& vnius non eſſent attributa alicui vni ſignificato principali, non eſſet conſideratio de eis in vna ſcientia:& hoc modo diluit Ariſto.hãc quęſtionem propter errorem Parmenidis,qui dicebat omnia entia eſſe vnum ens numero : ſed dicere vnum multa ſignificare eſt poſsibile:quemadmodum , dicere vnum,& ens ſignificant vnam intentionem vniuerſalem in omnibus rebus vni voce,nec fore diuerſum ab omnibus rebus,ſunt duo modi impoſsibiles:quia vnũ nõ ſignificat vnã intẽtionem vniuoce dictam in omnibus rebus,neque intẽtionẽ diuerſam in omnibus illis:ſed verũ eſt quod aliqua,de quibus vnum prędicatur attribuitur primo vni,& aliqua ſibi conſequenti primum,& aliqua vni conſequenti ſecundum, & ſic de alijs, propter quod Geometrę non eſt conſiderare ens,quo eſt ens,ac accidentia entis,niſi ſit proximum ei,quod Geometra conſiderat,vnde correlarie concludit ex iam dictis,quod iſta Philoſophia habet cõſiderare de ente, ſecundum quod eſt ens,ac de conſequentibus: cum non ſolum in ſubſtantijs,ſed in omnibus,quę ſubſtantię accidunt, ſecundum quod eſt ſubſtantia:vt de eodẽ & diuerſo, de ſimili, ac diſsimili,de ęquali,ac in ęquali,de negatione,& priuatione,vt ſuperius expoſitum eſt,& etiam de priori ac poſteriori,de genere, & ſpecie,de toto & parte: quę omnia ſunt vnius accidentia , quo ens eſt,licet aliqua vere entia ſint,& aliqua entis.

Omnia entia aut ſunt cõtraria,aut ex cõtrarijs eſt diuiſio probabilis.

Error Parmenidis.

Et oportet etiam Philoſophum conſiderare de priuatione , & de modis eius, priuatio enim eſt vna diuiſionum oppoſitorum.& declaratum eſt, ꝙ iſta ſcientia conſiderat de oppoſitis. & etiam iſta ſcientia conſiderat de omnibus rebus: & omnia,aut ſunt ens aut non ens,& priuatio eſt non ens. Et intendebat declarare ꝙ hę duę differentię ſunt vniuerſaliores rerum opinabilium,ſicut vnum & multum rerum entium.& d.ſicut quies attribuitur vni.& intendebat ꝙ omne indiuiſibile eſt immobile,& omne mobile eſt corpus, & omne diuiſibile habet multitudinem.D.d.Et omnes dicunt ꝙ entia,&c.i.& omnes cõueniunt in hoc,ꝙ principia ſunt cõtraria,licet quidam dicũt ꝙ ſunt par & impar. D.d. & hoc apparet,&c.i.& apparet de iſtis,ꝙ omnibus iſtis communia ſunt vnum & multum, & ideo ſciendum eſt a Philoſopho prima contraria, quibus attribuuntur omnia contraria. D.d.principiorum autem aliorum,&c.i.principiorũ aũt,quę ſunt ex iſtis principijs,iſta principia ſunt quaſi genera. D.d. Et manifeſtum eſt ex hiis ꝙ vnius ſcientię,&c.i,& manifeſtum eſt,cum iſta ſcientia conſiderat de cõtrarijs,ꝙ habet conſiderare de ente,in eo ꝙ eſt ens. Entia enim aut ſunt contraria,aut compoſita ex contrarijs.& caput huius contrarietatis eſt vnum & multum. Et iſta diuiſio eſt ſecundum probabilitatem, & ſi non ſecundum neceſsitatem, **corpus enim quintum, nec eſt contrarium, nec ex contrario.** & ſimiliter appar

Priuatio eſt non ens. vide.1. Phyſi. cõ.79.

Oẽ indiuiſibile ẽ imobile, & oẽ mobile eſt corpus . Idẽ.6. Ph.32.

Documẽtũ . Corpus qn

A apparet econuerso,f.ꝙ qui considerat de ente, debet considerare de contrarijs. D.d.& vna scientia habet considerare,&c.id est & vna scientia habet considerare de vno, & ente,si dicantur de vno,aut pluribus.Et videtur ꝙ iste sermo cōueniat veritati,f.ꝙ ens,& vnum dicantur multis modis.sed & si dicantur multis modis,attribuuntur tamen alicui primo in eis, sicut alia contraria attribuuntur alicui primo in eis.Et d.hoc quia,si non essent attributa alicui vni,non cōsideraret de eis vna ars.& d.hanc quęstionem propter errorem dicentis ens esse vnū. D.d.Et iste sermo est posibilis, &c.id est ꝙ dicere vnum significare multū est posibile.& si ens,& vnū non significant nisi vnam intētionem vniuersalem in omnibus rebus dictā uniuoce,neq; etiam fuerit diuersum ab omnibus rebus. Et d.hoc,quia isti duo modi sunt imposibiles,& ideo dixit. videtur enim ꝙ nō est sic,id est ꝙ vnū non est huiusmodi,f.ꝙ significet vnam intentionem in omnibus rebus, neq; est etiā intentio diuersa in omnibus rebus. D.d.sed quędam attribuuntur,&c.id est & verum est ꝙ quędam,de quibus vnum dicitur,attribuuntur primo vni,& quędam vni consequenti primum,& quędam vni consequenti secundum.& sic de alijs. D.d.Et ideo Geometra, &c. id est & ideo Geometra non habet declarare quid est contrarium,& perfectum,& vnum,& idem,& diuersum:nisi declararet ꝙ aliquod istorum est negatum ab aliquo,aut affirmatum
B cum aliquo,f.secundum ꝙ appropinquat illud suo subiecto, in quo considerat. D.d. Manifestum est igitur ꝙ vna scientia habet,&c. id est manifestum est igitur ex istis rebus prędictis ꝙ vna est scientia, & ꝙ ista debet cōsiderare de ente,secundum ꝙ est ens,& de accidentibus eius.& est etiam manifestum ex prædictis ꝙ ista scientia habet considerare non tantum in substantijs,sed etiā in eis, quę accidunt substantię,secundum ꝙ est substantia,verbi gratia de eis, quę iam numerata sunt:& de ante & post,& de genere & forma,& de toto & parte.omnia enim ista sunt accidentia essentialia enti,secundum ꝙ est ens:sed quędā sunt opinabilia,& quędam entia.

tum: nec est cōtrariū,nec cōpositū ex contrarijs.

Idem 1.Cœ. 20.& in lib. de substātia orb. fere per totum.

Documētū.

Summa Secunda.De Principiorum cognitione.

Caput Primum. Ad Philosophum considerationem de Principiis omnibus communibus pertinere.

C DIcendum autem est, vtrum vnius, an alterius scientiæ est de hisce,quæ in Mathematibus dignitates nominantur, & de substantia speculari. Patet itaque quòd vnius est,& eius, quæ Philosophi est, consideratio. Omnibus enim entibus insunt,sed nō alicui generi separatim ab aliis.& omnes quidem vtuntur, quia entis, prout entis sunt.Vnumquodq; autem genus ens.at eatenus vtuntur, quatenus eis satis est. hoc autem est,quantum illud continet genus, de quo demonstrationes afferūt.Quare,cum pateat quòd,prout entia sunt,eis insunt(hoc nanq; eis commune est)illius de his speculatio est, cuius est de ente, prout ens est cognoscere.Propter quòd nemo eorum, qui particulariter considerant,conatur aliquid de his,siue quatenus vera, siue non, dicere.nec enim Geometra, nec Arithmeticus, sed Naturalium quidem merito hoc facientes.soli nanque putabant & de tota natura, & de ente considerare.Cum autem aliquis adhuc superior Naturali sit (natura nanque vnum quoddam entis genus est) illius vniuersalis,

& circa primam substantiam speculatiui profecto fuerit de his etiam consideratio. est aũt Naturalis sapientia quædam, sed non prima.

Et quærendum est, vtrum vna scientia habet considerare de vniuersalibus, quibus vtuntur scientiæ Mathematicæ, & considerat de substantiis, aut scientia de primis propositionibus est alia a scientia substantiarum. Manifestum est igitur quòd consideratio de istis est vnius scientiæ. scilicet scientiæ Philosophiæ. Ista enim sunt omnium entium, & non sunt vnius generis proprii. & omnes scientiæ vtuntur istis, quia sunt entis simpliciter. & genus cuiuslibet istarum est ens. & scientiæ vtuntur istis secundum quãtitatem sufficientem. & ista quantitas est secundum modum eorum, quæ cõtinentur sub genere, quod volunt demonstrare. Manifestum est igitur ꝙ istæ dignitates vniuersales sunt omnium scientiarum vniuersaliter, & ens cõicat istis, s. ꝙ illud, qđ notificat ens simpliciter, notificat ista ẽt. cognitio enim eorũ est vna. Et ideo nullus considerantium de particularibus intromittit se ad dicendum in eis aliquid, neq; vere, neq; non vere, neq; Geometra, neq; Perspectiuus. sed quidam Naturales dixerũt in hoc aliquid: quia isti soli existimant se perscrutari de cognitione vniuersalis naturæ, & entis. Sed, cum alia sciẽtia est magis alta Naturali scientia (natura enim est vnum genus generum entis) & ideo considerandum est de istis ab eis, qui perscrutãtur de cognitione totius, & de prima substantiarum. scientia enim Naturalis est vnius modorum scientiarum, sed non est prima scientia.

7

An Metaphysica cõsideret de vl'ibus principijs omnium scientiarum.

In precedenti tractatu dictum est, vtrum vnius scientię sit considerare principia demonstrationis cuiuslibet. & sunt primę propositiones vniuersales, quę omnis demonstrationis principia sunt, nunc vero quęrit utrum vna scientia sit, quę consideret de vniuersalibus principijs omnium scientiarum contemplatiuarũ. & quę consideret de substantia: an scientia, quę considerat de huiusmodi vniuersalibus principijs, sit alia ab ea scientia, quę considerat de substantia, & ista quæstio soluitur hic. qm̃ consideratio, quę est de talibus principijs, est vnius scientię, scilicet eius, quę est scientia Philosophi, & sic vna met scientia est, quę cõsiderat de talibus principijs & de substantia, nam hęc est philosophia: cum principia talia sint cõia omnibus entium generibus, de quibus considerant artes speculatrices, ideo illud, quod cõe est omnibus generibus entium, est accidens entis: & debet de hoc considerare primus Philosophus, cum de ente simpliciter considerat. & qm̃ omnes scientię talibus vtuntur dignitatibus: ideo ostendit modum, secundum quem scientię particulares huiusmodi vtantur dignitatibus. Nec ab ratione, cũ aliquis posset dicere, quonam modo scientię particulares vtuntur eis, quę nõ sunt sui generis, sed entis quo est ens? dicit, quod scientię particulares vtuntur istis, non quo sunt vniuersalia, sed secundum quantitatem sibi conuenientem, secundum quod competunt suo subiecto proprio, & adęquato, de quo considerat Ars illa: vt Geometra vtitur de aliquo simul affirmare, aut negare, verbi gratia de linea, q sit commensurabilis, aut non sit commẽsurabilis: & similiter quod sit ęqualis, aut non sit ęqualis, secundum quod hoc principium competit suo subiecto, et nõ secundum collocationem specierum sub uno genere. Sed secundum collocationem sui subiecti sub cõi vt declaratum est in Posterioribus: cum ergo omnis scientia considerat de istis principijs modo proprio, manifestum est scientiam, quę eis vtitur, tum per se, tum generatim, esse vniuersaliorem omnibus scientijs: & in ea philosophia, Vnde dignitatum cognitio necessaria est in cognitione entis: Ne

Dubitatio.

Solutio. Quomodo particulares sciẽ dignitatibus cõibus vtuntur.

A debet ergo eſſe eorum cognitio in ſcientijs particularibus, ſed ſolum in ſcientia
vniuerſali, quamuis nonnulli Philoſophi naturales, putantes ſcientiam ſuam fo-
re vniuerſalem dicebant, quod in ipſa cadit conſideratio entis, in eo quod ens,
ac de dignitatibus eius, qm̄ putabāt nullum ens eſſe pręter ens naturale, ſed erra
uerunt in hoc: quoniam eſt alia ſcientia magis alta, quę conſiderat de ente, quo
eſt ens, ac de principijs eius eſſendi, & cognoſcendi, vt probatum eſt ſupra. cum
ſcientia cōmunisſima ſit illa, quę conſiderat de ente abſtracto. Sed naturalis ſciē
tia non conſiderat niſi de ente mobili. vnde manifeſtum eſt quod hęc ſcientia nō
ſolum conſiderat de principijs eſſendi, ſed etiam de principijs cognitionis, quæ
fluunt a principijs eſſendi. & per primam ſubſtantiam intelligit Ariſto. primum
principium ſubſtantiarum abſtractarum, qui eſt Deus benedictus: & quia ſcien
tia naturalis non conſiderat de primo ente, id eſt de Deo, nō eſt huiuſmodi ſcien
tia. dicitur aūt Deus prima ſubſtantia, tum nobilitate tum cauſalitate.

Metaphyſica cōſiderat de principijs eſſendi, et cognoſcendi entis.

Deus benedictus: prima ſubſtātia cur dicitur.

Cum declarauit ꝙ iſta ſcientia conſiderat de ente, & omnibus attributis ei,
vult perſcrutari etiam vtrum iſta ſcientia habeat conſiderare de primis propoſi-
tionibus vniuerſalibus, quę ſunt principia omnis demonſtrationis. & ſi habet,
quomodo vtitur eis, & quibus propoſitionibus. & eſt vna quæſtionum præ-
dictarum in tractatu pręcedenti. Et d. Et quærendum eſt, vtrum, &c. id eſt &
B oportet perſcrutari Philoſophum, vtrum una ſcientia habeat conſiderare de prin
cipijs vniuerſalibus omnibus ſcientijs ſpeculatiuis, & conſiderare de ſubſtan-
tia: & ſic erit iſta ſcientia conſiderans de hoc, ſicut conſiderat de ſubſtantia: aut
ſcientia, quę conſiderat de principijs cognitionis vniuerſalis, eſt alia a ſcientia,
quæ conſiderat de principijs ſubſtantiæ. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igi-
tur, &c. id eſt dicamus igitur ꝙ manifeſtum eſt ex hoc, quod dico, ꝙ conſidera-
tio de iſtis principijs eſt vnius ſcientię, ſcilicet iſtius, quę eſt ſcientia Philoſo-
phi. Iſta enim principia ſunt communia omnibus generibus entium, de qui-
bus conſiderant artes ſpeculatiuæ. & quod eſt commune omnibus generibus en-
tis, eſt accidentium entis, ſecundum ꝙ eſt ens: & quod eſt tale, debet conſidera-
ri ab eo, qui conſiderat de ente ſimpliciter, ſcilicet Philoſopho. Et, quia om-
nis ſcientia vtitur aliquo proprio, & iam dicit: ꝙ omnes ſcientiæ vtuntur iſtis,
incœpit dicere modum, ſecundum quem ſcientiæ particulares vtuntur iſtis prin
cipijs vniuerſalibus, & dicit & omnes ſcientiæ vtuntur iſtis, &c. id eſt & ſcien
tiæ particulares vtuntur his principijs, quia ſunt entis, ſecundum quod eſt ens,
quod eſt genus omnium. Et, quia aliquis poteſt dicere, quomodo ſcientię par-
ticulares vtuntur re, quę non eſt ſui generis, incœpit declarare modum, quem
declarauit in Poſterioribus, & dicit: & ſcientiæ vtuntur iſtis ſecundum quan-
titatem, &c. id eſt & ſcientiæ particulares vtuntur quolibet iſtorum principio-
C rum vniuerſalium, non ſecundum ꝙ ſunt vniuerſalia, ſed ſecundum quantita-
tem ſufficientem illi ſcientiæ, ſecundum ꝙ arctantur ad ſubiectum proprium,
de quo conſiderat illa ars, ſicut dicit in Poſterioribus. verbi gratia quia Geo-
metra dicit in loco huius, de nullo ſimul affirmatio & negatio, illud, quod eſt
appropriatum ſuo ſubiecto, quod ſcilicet omnis linea eſt ſymetra aut aſſyme
tra, & æquale ſimiliter aut inæquale non ſunt ſecundum collocationem ſpecie-
rum ſub vno genere, ſed ſecundum collocationem proprij ſub communi. &
hoc, ſicut declaratum eſt in Poſterioribus. Deinde dicit, Manifeſtum eſt
igitur ꝙ iſtę dignitates, &c. id eſt, & cum omnis ſcientia conſiderat de iſtis prin-
cipijs modo proprio, manifeſtum eſt ꝙ ſcientia, quę vtitur eis per ſe, & genera-
liter, eſt vniuerſalis omnibus ſcientijs: & eſt Philoſophia. D. d. & ens commu
nicat, &c. id eſt, & communicat iſtis principijs in cognitione eius. qui enim ſcit
ens, ſcit illud ex iſtis principijs. neceſſaria enim eſt in cognitione entis principio
rum cognitio. D. d. Et ideo nullus conſiderantium, &c. id eſt, & quia ſcientia
iſtorum eſt vniuerſalis, nullus loquentium in ſcientijs particularibus intromiſit
ſe ad loquendum de eis, ſed tantum quidam Naturales locuti ſunt de iſtis. exiſti-
mant enim ꝙ ſua ſcientia eſt vniuerſalis, quę debet conſiderare de ente, ſecun-
dum ꝙ eſt ens. & cauſa huius exiſtimationis eſt, ſcilicet ꝙ nullum eſt ens niſi na
turale. D. d. Sed, cum aliqua ſcientia fuerit magis alta, id eſt, ſed cum declara-

1. Poſt. tex. com. 24.

Naturalis nõ cõsiderat de primo ente. quod quõ intelligendum sit, vide 1. Ph. cõ. vlti. & 2. Ph. 26.

tum est ꝙ alia scientia est magis alta, & magis cõis scientia Naturali: & illa debet considerare de ente abstracto, & de entibus abstractis, quoniam scientia Naturalis non considerat nisi in quibusdam generibus entium, s. mobilibus: necesse est vt ista scientia perscrutetur de istis principijs & propositionibus. & hoc intendebat, cum d. & ideo considerandum est de istis, &c. Et intendit per primam substantiam primum principium substantiarũ, & est Deus. & scientia Naturalis nõ est ista scientia, quia non considerat de primo ente. Primum autem hic est illud, quod est prius esse, & nobilitate, & causalitate.

Quæcunq; vero quidam eorum, qui de veritate dicunt, quonam modo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Resolutiuorum hoc faciunt. oportet enim accedere hæc edoctum, sed nequaquam, dum audiunt quærere. Quòd itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert, speculatur, etiam de principiis syllogicis est considerare, manifestum est. Decet autem illũ, qui maxime circa quodq; genus cognoscat, vt dicere habeat certissima rei principia. quare & illum, qui de entibus, prout entia, omnium certissima. hic autem est Philosophus. Omnium autẽ certissimum principium est, circa quod impossibile est mentiri. Notissimum etenim, vt huiusmodi sit, necesse est. circa nanque illa, quæ non cognoscunt, decipiuntur omnes. Et non ex suppositione. quod enim necesse est illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non est suppositio. qd autem cognoscere illũ necesse est, qui aliquid cognoscat necesse est, vt veniat habens illud. Quòd igitur tale principiũ omnium certissimum est, patet. Quis autem illud sit, deinceps dicamus.

Oium certissimũ principiũ est, circa qd est ipõle est mentiri.

Quidam autem loquentes intromittunt se ad declarandum veritatem, & quomodo scienda est veritas: sed nõ possunt hoc, quia nesciunt Analytica. sed oportet addiscentem verum primo scire ista, & non quærere ea, cum quæretur ab eo de eis. Manifestum est igitur ex istis principiis quòd Philosophus debet cõsiderare de rebus, quæ sunt magis altæ omnibus substantiis in rei veritate, & debet perscrutari de principiis syllogismi. & qui habet cognitionem alicuius generis debet posse narrare, quæ sunt principia illius generis permanẽtia in rei veritate. & ideo oportet illum, qui habet cognitionem entium simpliciter, vt possit narrare quæ sint principia eorum in rei veritate. Philosophus autem habet cognitionem entium simpliciter, & ipse potest narrare principia uera. Et primum in rei ueritate, quod est magis permanens quàm alia principia, est illud, in quo deceptio non est possibilis. Necesse est enim ut istud principium sit ualde manifestum, & notum. homines enim nõ decipiuntur, nisi in eo, quod nesciunt. Et oportet illum, qui habet cognitionem alicuius entis, scire primum in rei ueritate sine anaron. hoc enim primum non habet anaron, sed necesse est concedere illud illum, qui habet cognitionem entis. hoc enim necessarium est ei. Manifestum est igitur quòd primum uerum permanens magis quàm alia principia est, quod narrauimus. Et paulo post narrabimus, quod est primum.

A Excludit modo Aristo. modum cognitionis possibilis a modo cognitionis impossibilis, qm̄ illi, qui locuti sunt in scientijs speculatiuis, & voluerunt demōstrare primas propositiones, accidit eis, sicut dictum est in Posterioribus analyticis, quod demonstratio aut erit circularis, aut procedet in infinitum. qm̄ quęrebāt quibus propositionibus, & quibus principijs possumus scire veritatem de primis ꝓpositionibus, & hoc est impossibile. qm̄ nihil potest inueniri certius primis propositionibus, ac primis principijs: & causa erroris eorum fuit, quia ignorauerūt quod dictum est in Analyticis disputationibus primatum propositionum, & de differentia illius, quod est notum per se, & notum per aliud: nam dignitates sunt propositiones per se notę, quę patent terminis, quibus constant notis: conclusiones vero non patent nisi demōstrationibus, quę sunt ex primis propositionibus, vel ex his, quę ex primis propositionibus originem sumpserunt. & ideo patet, quod sicut Philosophus debet de prima substantia considerare, quę omnibus altior est, ita de cęteris rebus, quę veriores omnibus sunt, & magis altę. Sed prima principia cognitionis sunt magis vera, & magis alta, ideo Philosophus debet de his cognitionis principijs considerare. minorem declarat. qm̄ syllogismus est unū entium, de quibus considerat Philosophus: sed Philosophus debet principia omnium entium considerare, igitur habet considerare principia syllogismi: & cum

B principia syllogismi veri sint magis alta, & verę: ergo de eis considerat Philosophus: consequenter declarat hoc alio modo. qm̄, sicut opus est vt ille, qui vult habere cōsiderationem alicuius generis, habeat posse ad sciendum principia cognitionis in illo genere, ac ordines eorum in cognitione. ita oportet considerare vt ille, qui vult considerationem in ente, secundum quod est ens, habeat etiā posse ad sciendum principia cognitionis, in eo quod est cognitio simpliciter, & non in eo, quod est alicuius cognitionis: & oportet scire ex istis principijs illud, quod est primum, & omnibus alijs magis manifestum, in quo non est possibile errare, nec decipi. qm̄ oportet ꝙ Philosophus attribuat vnumquodq; genus generū entium alicui primo in illo genere, & scire quid est illud primum: similiterq; cōsiderandum est in primis propositionibus attribuendo omnia, quę sunt in illo genere, alicui primo, quod est causa fidei in illis, et quod est primum in cognitione, in quo impossibile est decipi: quia, necessario oportet vt illud primum sit valde manifestum omnibus, ac nobis cęteris clarum, ita quod sit impossibile, vt aliquis in eo decipiatur: homines enim non decipiuntur nisi in eo, quod nesciūt, cuius cognitio non est valde manifesta: & oportet ēt vt ille, qui scit hoc primum principium, sciat verum, cum contradictorium non habeat: qm̄ suum contradictorium falsum est. Vnde manifestum est quod entium cognitio acquiritur ab eo: cū omnis homo, qui scientiam alicuius rei habet, aut eam habere fingit, de necessitate

C hoc principium esse concedit, quod adeo omnibus alijs verissimum est, vt non indigeat ꝙ ab alio verificetur, cum ex sola terminorum cognitione innotescat.

Cum declarauit, ꝙ ista scientia habet considerare de principijs cognitionis, vult declarare modum cognitionis, qui est possibilis principijs, & modum, qui est impossibilis, & d. Quidam autē loquentes, &c. i. quidam autem loquentes in scientijs speculatiuis volunt demonstrare primas propositiones. & isti sunt, quos dixit in Posterioribus, quibus contingit aut circulo, aut demonstratione procedere in infinitum. D. d. & qūo scienda est veritas. i. quęrebant quibus propositionibus, & quibus principijs oportet scire verum existens in primis propositionibus. & hoc non possunt, quia non inueniunt propositiones manifestiores primis: & etiam quia contingit eis, aut circulo, aut demonstrationem procedere in infinitum. Et causa erroris eorum fuit, quia nesciunt quod dictum est in Analyticis de disputationibus primarum propositionum, & de differentia illius, quod est notum per se, & illius, quod est notum per aliud. D. d. modum, qui sciendus est ab addiscente veritatem de istis principijs, & d. sed oportet addiscentem, &c. i. sed quęrens veritatem de istis principijs debet scire modos eorum, & in quo differūt ab aliis. & hoc erit, cum fuerint parata, & nota apud ipsum, cum quæsitus fuerit de eis, & non fuit indigens quęrere ea. D. incœpit dicere ꝙ Philosophus debet considerare de istis, & dicit, Manifestum est igitur ex istis, &c, id est manifestū

Marginalia: 1. Post. tex. 22, 23, et 24. — 1. Post. tex. 16. & 17. — Dignitates quid. — Cōclusiones quid. — Probat ꝙ Philosophus debet cōsiderare de principijs primis. — Debet Philosophus in genere principiorū cōsiderare quod est primum. — Principium ex sola terminorum cognitione innotescit. Idē 1. Post. tex. com, 21. — 1. Post. tex. com, 6.

est ꝙ, quemadmodum Philosophus debet considerare de prima substantia, quæ est altior omnibus substantijs, sic habet etiam considerare de rebus, quę sunt magis verę, quã altę, & magis altę, s. de principijs syllogismi. syllogismus enim est vnum entium, de quibus considerat Philosophus: & Philosophus debet considerare de principijs entium. Deinde incœpit declarare hoc alio modo, & dicit & ideo oportet illum, qui habet cognitionem, &c. id est, & quemadmodum oportet habentem cognitionem alicuius generis, vt habeat posse ad sciendum principia cognitionis in illo genere, & ordines eorum in cognitione, sic oportet considerãtem in ente, secundum ꝙ est ens, habere posse ad sciendum principia cognitionis, in eo ꝙ est cognitio, non principia alicuius cognitionis. D.d. Et primum in rei ueritate, quod est, &c. i. & oportet scire primum ex istis principijs quod est magis manifestum omnibus: & illud primum est, in quo est impossibile decipi, aut errare. Et hoc, quod dixit, manifestum est. quemadmodum enim oportet Philosophum attribuere quodlibet genus generum entium alicui post in illo genere, & scire quid est illud primum, ita oportet ipsum, cum cõsiderauerit de primis propositionibus, attribuere omnia, quę sunt in illo genere alicui primo in eis, & scire quid est illud primum, quod est causa fidei in omnibus. D.d. Necesse est enim, vt illud primum, &c. id est et descripsimus primum in cognitione, quod est illud, in quo impossibile est decipi: quia necesse est vt illud primũ sit valde manifestũ, & clarũ nobis magis, ꝙ alia. et quod est tale, impossibile est, ut aliquis decipiatur in eo. oẽs enim hoĩes non decipiũtur nisi in eo, quod nesciunt, aut in eo, cuius cognitio non est valde manifesta. D.d. & oportet illum, qui habet cognitionẽ, &c. i. & oportet illum, qui scit primũ, vt sciat uerũ, quod nõ habet cõtradictorium. contradictorium enim primi est falsum. D.d. sed necesse est cõcedere, &c. id est, quia ex eo acquiritur cognitio entium. & vr̃ omnis habens scientiam, aut fingens se habere, necesse est ei concedere hoc principium esse. D.d. Manifestum est igitur ꝙ primum verum, &c. id est &, cum hoc declaratum est, manifestum est ꝙ primum verum, quod est magis verum omnibus alijs, debet disponi secundum ꝙ diximus, scilicet ꝙ sit impossibile vt declaretur per aliud: & vt sit manifestum maxime, ita ꝙ nulla deceptio accidat in eo. & post declarabitur ꝙ principium est tale.

Idem 2. Meta. com. 1.

Hoĩes non decipiuntur, nisi in eo qđ nesciunt, aut in eo, cuius cognitio nõ est ualde manifesta.

Caput Secundum. Disputatio contra eos, qui contingere idem esse, & non esse dicunt, & ita arbitrari.

IDem enim simul inesse & nõ inesse eidem, & secundum idem, impossibile est. & quæcũq; alia annotaremus, sint ad Logicas difficultates annotata. hoc aũt omnium est principiorum certissimum. habet etenim dictam annotationem. Impossibile nanq; est quempiam idem putare esse & non esse, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim necesse est quæcunq; quis dicat, ea etiam putare. Quòd si non contingit inesse eidem contraria: annotentur autem a nobis etiam huic propositioni consueta, contraria vero opinio opinioni est, quæ contradictionis est. Et patet ꝙ impossibile est simul eundem idem arbitrari esse, & non esse. simul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrantes ad hanc vltimam opinionem reducunt. natura etenim hæc cæterarum quoque dignitatum omnium principium est. Sunt autem quidam, qui, vt diximus, ipsi quoq; dicunt, contingere idem esse, &

A nõ esse,& ita arbitrari. vtuntur aũt hac oratione multi quoq; eorum, qui de natura tractãt. Nos autem nunc accepimus, tanq̃ impossibile sit, de eodem simul esse & non esse. & per hoc monstrauimus, ꝙ certissimum hoc cunctorum principiorum est. Conantur aũt quidam hoc quoq; probare, propter ignorantiam. Est etenim ignorantia, nescire quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum non. etenim omnino impossibile est omnium esse demonstrationem. in infinitum nanq; progrederetur: quare nec hoc modo esset demonstratio. Si aũt aliquorum nõ oportet quærere demonstrationem, quod magis principium esse tale iudicarent, dicere non haberent. Est autem etiam de hoc demonstrare, redarguendo quòd impossibile est, dummodo aliquid dicat, qui dubitat. Quòd si nihil, ridiculum est quærere rationẽ ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationẽ. similis nanq; plantæ talis est, prout talis est. Demonstrare vero redar B guendo, dico differre a demonstratione. quia qui demonstraret, videretur petere quod a principio. cum autem alia huiusce causa sit, redargutio, & non demonstratio. Ignorantia quid.

Sed oportet nos distinguere primo, ꝙ impossibile est vt vnum sit in duobus insimul, & omni modo, & alia similia istis, quę erũt distincta a nostra indigentia in quæstionibus Logicis difficilibus. hoc igitur est primum, quod est magis firmum oĩbus principiis. in eo enim est distinctio dicta. Nullus enim hominum posset existimare ꝙ affirmatio & negatio sunt idem, sicut quidam existimant ꝙ Heraclitus dicebat. nõ enim est necesse ꝙ illud, quod aliquis dicit, existimetur esse verũ necessario. Quoniam, si hoc fuerit sic, possibile erit vt cõtraria sint in eodem. & ideo oportet nos distinguere primo in hac propositione ẽt quod assueti sumus distinguere. quoniam, si contradictoria opponũtur sibi adinuicem, manifestũ est quòd impossibile est vt aliquis existimet vt affirmatio & negatio sint insimul. cõtingit enim peccãtibus C hoc peccato opinari quòd contrarietas est simul. Et ideo omnes, qui vtuntur hac demonstratione, perueniunt ad hãc dignitatem per vltimam. ista enim dignitas prior est omnibus dignitatibus vniuersalibus communibus naturatis. Et quidam, sicut diximus, fingũt possibile esse existimare quòd affirmatio & negatio sint simul idem, sicut narrauimus, & dicũt hoc multi Naturales. Nos autẽ iam diximus quòd impossibile est vt affirmatio & negatio sint simul. & ideo declarauimus quòd hoc principium est firmissimum omniũ principiorum. Et quidam laborant ad declarãdum hoc primum per demõstrationem propter suam ignorantiam, & paucitatem suæ instructionis. Est enim male instructus, qui nescit in quibus oportet quærere demonstrationem, & in quibus non oportet. impossibile enim est vt demonstratio sit in omnibus rebus uniuersaliter. quoniam, si hoc esset possibile, tunc res essent infinitæ: & secundum hunc modum nõ erit demonstratio etiam. Si autem sunt aliqua, de quibus oportet quære-

re,& aliqua,de quibus non oportet quærere demonſtrationem, neq; B
poteſt aliquis dicere quòd aliud principium eſt ſicut iſtud principiũ,
ſed neq; aliud prius eo. Et poſsibile eſt,ut aliquis accipiat demonſtra
tionem ſecundum modum erroris,quòd hoc eſt impoſsibile,ſi aliquis
dicat a quo quæritur in hoc. Si autem nihil dicit, rectum eſt deridere
illum quærentem ſermonem,a quo nullum ſermonem habet. quoniã
qui eſt talis,ſimilis eſt plantis in hac diſpoſitione, ſecundum quam
eſt. Et,ſi finxerit quòd differentia eſt inter demonſtrationem ſecun-
dum hunc modum erroris,& demonſtrationem ſimplicem, quia ille,
qui inducit demonſtrationem , ſi exiſtimauerit quòd inducit eam ex
primo noto,& cauſa eſt aliud,hoc erit error , & non erit demonſtra-
tio. & omnia iſta ſunt conceſsio , quòd ſermo aut affirmat aliquid,
aut negat aliquid.

Oppoſita nõ ſimul vniuntur.

D Cum igitur ſit declaratum quod Philoſophus habet conſiderare de omnibus principijs cognitionis,manifeſtum erit quod primo debet conſiderare,& diſtinguere primum in genere iſtorum, quod ſi homo nõ conceſserit, impoſsibile eſt E philoſophari: & declarat, qm̃ oppoſita ſimul non vniuntur. cum de quocunq; verum ſit affirmare aut negare: & hoc principium eſt primum, & manifeſtius omnibus: & probat Ariſt. veritatem primi principij, quod impoſsibile eſt vt idẽ ſimul ſit,& non ſit:qm̃,ſi impoſsibile eſt opinari vt idem ſimul ſit , & non ſit. impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe,ſed de facto ita eſt q impoſsibile eſt opinari idem ſimul eſſe & non eſſe :igitur de facto ſequitur, vt ſit impoſsibile idem ſimul eſſe & non eſſe: & de ſyllogiſmo affert minorem,quę eſt propoſitio antecedentis:qm̃ fieri non poteſt vt idem eſſe quiſpiam, atq; non eſſe exiſtimet, ut quidam Heraclitum dicere arbitrantur:qui licet fortaſſe ſic dixerit, non tñ id exiſtimare potuit eſſe verũ neceſſario:qm̃,ſi hoc eſſet,ſicut Heraclitus proferebat ore, ſequeretur quod in eodem ſimul eſſet affirmatio, & negatio,quare mens Heracliti non poterat hoc capere,cum ſuſceptio contradictoriorum ſit maximũ venenũ menti cuiuslibet hominis, & ideo pro definitione iſtius propoſitionis dicendum

Affirmatio & negatio nõ inueniuntur inſimul ĩ eodem ſubiecto.

eſt id,quod aſſueti ſumus dicere,quod affirmatio, & negatio non inueniuntur ſimul:qm̃,ſi inuenirentur,tunc duo contraria eſſent ſimul in eodẽ ſubiecto actu, vt calidum, & frigidum,ens,& nõ ens,quod eſt impoſsibile:ideo omnis,qui demonſtratione vtitur,et ſyllogiſmo,ſupponit dignitatẽ hanc alijs priorem naturaliter, ac cõem eſſe:qm̃ impoſsibile eſt vt demonſtratio,aut ſyll's ſit abſq; illa: & quia, vt diximus,quidã ſunt,qui affirmant quod idẽ ſit affirmatio,& negatio,quapropter declarauimus hoc principium eſſe omnium aliorum firmiſsimum,& qui deſtruit hoc principiũ,deſtruit philoſophiam: oportet ergo vt ſolliciti ſimus in defenſione ſua,cũ ſit indemonſtrabile. nullũ.n.principiũ poteſt dici indemonſtrabilius q̃ principiũ contradictionis:quod eſt,vt diximus, omnium aliorũ firmiſsimum: & homo quibuſdã vtitur ſermonibus, veris,ac valde probabilibus in defenſione eius,quos nullus negare poteſt : & ita non diſcernentes inter probabilia,& neceſſaria ſimpliciter,crediderunt argumentum probabile fore demõſtrationem: qua ratione putauerunt principium illud eſſe demonſtrabile: & contingit hoc illis,qui in logica non fuerunt inſtructi. quia ignorabãt differentiam, quę eſt inter ea,quę demonſtratione indigent , & quę demonſtratione nõ indigẽt. & ideo hoc principiũ,qđ eſt oĩm aliorum notiſsimũ,indemonſtrabile eſt:qm̃,ſi demõſtraretur,tũc oĩa principia demõſtrarẽtur, & ſic in demõſtrationibus eſſet proceſſus in infinitum. & per conſequens deſtrueretur demõſtratio, & ſic nulla eſſet demonſtratio : ſi autem poſuerimus quod aliqua ſunt , de quibus eſt demonſtratio , & aliqua, de quibus non eſt demonſtratio,impoſsibile eſt , ut aliquis iudicet per demonſtrationem veritatem huius principij niſi ſit demonſtratio falſa: nam ille , qui dicit hoc aliquid, dicat intelligibile , quod eſt fundamentum veritatis,

A scilicet quod duo opposita non congregantur simul in eodẽ, & qui negat hoc fundamentum non potest dare fundamentum verum, neque falsum: & qui demonstrationem falsam intelligit, erat solummodo in hoc, quia accipit illud pro causa, quod non est causa, & ideo ille, qui negat hoc fundamentum, nescit vllo modo demonstrationem facere, & sic videtur quod nulla sit differẽtia inter has demõstrationes: & ideo cum aliquis fingit esse possibile demõstrationem fieri de hoc principio, quamuis sit secundum modum erroris, tunc duo opposita erunt simul vera: & sic nulla erit demonstratio omnino.

Qui negat cõtradictionis prĩcipiũ nõ põt dare fundamentũ verum, neq; falsum.

Cum disposuit primũ, quod est manifestius omnibus dispositionibus proprijs, secundum ꝙ est primum in cognitione, incœpit notificare quid est hoc primum, & d. Sed oportet nos, &c. i. & cum declaratum est ꝙ Philosophus debet considerare in principijs cognitionis, manifestum est ꝙ primo debet distinguere primum. ꝙ si homo non concesserit, impossibile est philosophari. & est ꝙ impossibile est, vt duo opposita sint insimul, & eodem modo alia principia similia isti in cognitione. ver. g. ꝙ dictiones habent significationes terminatas, & ꝙ definitiones sunt necessariæ. D. d. hoc igitur est primum, quod est magis firmũ omnibus principijs, &c. i. & principium, dicens ꝙ duo opposita non congregantur simul in eadem re, & eodem modo, est primum, & manifestius omnibus principijs. illud enim contingit dispositionibus, quibus primum disponitur. Est enim

Sine primo principio impoſe est philosophari.

B manifestius omni propositione, & nullus decipitur in ea, & nulla demonstratio est demonstratio, nisi concedendo istam propositionem. D. d. Nullus enim hominum, &c. i. & diximus ꝙ istud primum est illud primum, ꝙ posuimus. quia impossibile est vt aliquis decipiatur in hoc primo scilicet ꝙ affirmatio & negatio sint idem, sicut dicitur ꝙ Heraclitus opinabatur hoc. D. d. non enim est necesse, &c. i. & sermo istius hominis non est verus: non enim omne, quod existimatur, & dicitur, debet esse verum, adeo ꝙ homines credantur in duobus in vtroque contradictorio. D. d. Quoniam, si hoc fuerit sic, &c. idest quoniam, quando aliquis existimauerit aliquid esse, & alius existimauerit illud non esse, & vtrũque fuerit verum, tunc negatio & affirmatio erunt simul in eodem. D. d. & ideo oportet nos distinguere primo, &c. idest & ideo oportet nos dicere, in defendendo hanc propositionem, illud, quod assueti sumus dicere. quoniam manifestũ est per se ꝙ affirmatio & negatio non congregantur insimul. D. d. contingit enim peccanti, &c. idest contingit enim dicenti hoc, opinari ꝙ duo contraria existant simul in eodem actu. v. g. ꝙ idem est calidum & frigidum simul, & ens nõ ens, quod est impossibile. D. d. Et ideo omnes, qui vtuntur demonstratione, &c. i. & testatur huic opinioni hoc, quod omnis, qui vtitur demonstratione, & vniuersaliter syllogismo, ponit hanc dignitatem, scilicet ꝙ contradictoria non congregãtur. & ideo ista dignitas est prior omnibus dignitatibus, & communis naturaliter omnibus. impossibile enim est vt disputatio, aut ratiocinatio fiat sine illa.

C Deinde dicit. Et quidam, sicut diximus, &c. idest, sicut diximus, quidam existimant ꝙ idem est negatio & affirmatio. & ideo declarauimus ꝙ hoc principiũ est firmius omnibus principijs, scilicet ꝙ, si isti non negarent hoc principiũ, nõ loquerentur de eo. sed, quia destruens hoc principium destruit Philosophiã, oportet sollicitari in defendendo ipsum. Sed, quia hoc non potest demonstrari, sed tantum homo vtitur in defensione eius sermonibus veris, & valde probabilibus quos nullus potest negare, & quidam errant in hoc, & existimant ipsum posse demonstrari, dicit. Et quidam laborant, &c. idest & quidam existimant possibile esse demonstrare hanc propositionem, dicentem ꝙ duo contraria non congregantur. & hoc contingit eis, quia nõ fuerunt instructi per Dialecticã: & quia ignorant differentiam inter ea, quæ indigent demonstratione, et inter ea, quę nõ indigent demonstratione. Deinde d. impossibile enim est, &c. i. & d. ꝙ impossibile est hoc principium demonstrari. quoniam, si hoc principium, quod est manifestissimum omnium principiorum fuerit demonstratum, necesse est vt omnia vniuersaliter habeant demonstrationem. Et, si principia demõstrationis habeãt demonstrationem: & omnis demonstratio fiat ex principijs: necesse est vt omnis demonstratio habeat demonstrationem, & vt procedat hoc in infinitum, &

sic nulla demonstratio erit. & ideo dixit. & secundum hunc modum non erit D
demonstratio, i. secundum processum in infinitum D.d. Si autem sunt aliqua, de quibus oportet quærere, &c. i. si autem posuerimus ꝙ quædam sunt, de quibus fit demonstratio, & quædam de quibus impossibile est vt fiat demonstratio, impossibile est vt aliquis inducat demonstrationem, ꝙ hoc principium est verum: nisi sit demonstratio errās, si ille, qui hoc dicit, dicat aliquid, idest aliquod intelligibile. Et d. hoc. quia, cum dixit aliquod intelligibile, ponit hoc fundamentum, scilicet ꝙ duo opposita non congregantur insimul. D.d. Et, si finxerit, &c. & dicit hoc. quia qui nō cōcedit hoc fundamētum, nō potest dare fundamentū verum, neque errās. qui enim intelligit demonstrationem errātem, tantum errat in hoc, quia accipit hoc, quod non est causa pro causa. & ideo negans hoc fundamentum, non potest facere demonstrationem, neque modum erroris. &, cum ita sit, tunc inter istas duas demonstrationes non est differentia in hoc, adeo ꝙ aliquis fingat esse possibile demonstrationem fieri de hoc fundamento secundū modū erroris. qm̄, cū duo opposita fuerint vera, nullus erit omnino demonstrator.

** a. l. legit affirmatiue, sed melior negatiue ait Alex.*

** Ex Alex. adde hæc. Præterea ꝙ hoc cōcessit cōcessit aliquid verum esse sine demōstratiōe: quare nō oē vtiq; sic, & nō sic se habet.*

Principiū vero ad hæc omnia*non peteret vt aut esse aliquid, aut nō esse dicat (hoc. n. fortassis aliquis esse putaret quod a principio petere) sed aliqd significare & sibi ipsi & alteri. hoc enim necesse est, E
si quidem aliquid dicat. Quòd si non, tali nō esset sermo, nec sibi ad seipsum, nec ad alium. Si aūt aliquis hoc concedat, erit demōstratio. iam enim erit aliquid determinatū. attamē nō qui demonstrat, sed qui sustinet, causa est, tollens. n. orationem, sustinet orationem. *Primo igitur manifestum est hoc ipsum verū esse, ꝙ nomē esse hoc, aut nō esse significat. quare nō vtique omne ita, & nō ita se habet. Item si homo vnum significat, sit hoc animal bipes. dico aūt vnū significare hoc si hoc est homo, si quid homo sit, hoc est homini esse. Nihil autē differt, etiam si plura quis significare dicat, solum autem sint determinata: imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomē. dico autē vtputa, si nō dicat hominē vnum significare, sed multa, quorū vnius quidem vna oratio, animal bipes, sint autem cæteræ quoque plures, determinatæ vero numero. imponeretur etenim propriū nomē secundum quāq; orationē. Quòd si non poneretur, sed infinita significare
dicat, manifestū est ꝙ non esset oratio. nō vnum enim significare nihil est significare. nominibus vero nō significātibus, perit ipsa reuera F
disputatio, & adinuicem, & ad seipsum. nihil enim intelligere contingit nihil vnum intelligētes. Quòd si cōtingit, imponetur nomē huic rei, vnum.

Primū igitur oīum istorū est cōcedere ꝙ sermo aut negat aliquid, aut affirmat aliquid. & dignū est existimare ꝙ hoc primū solū manifestū. Et necesse est vt sermo loquētis sit signū de aliquo apud ipsum, & apud aliū, si aliquid dicit. Quoniā, si hoc nō fuerit, non poterit disputare neque secum, neque cū alio. Si igitur aliquis cōcesserit hoc, erit demōstratio. cōcedet. n. aliquid esse terminatum finitū. & causa essendi hoc est inducēs demōstrationem. sed ille, cui cōtingit cōcedere quòd negat loquelam, cōtingit ei concedere loquelam. Manifestum est igitur primo quòd iste sermo est verus. nomen enim est signum ad affirmandum aliquid aut negādum. &, si ita sit, affirmatio

A alicuius, & negatio non est simul. Et etiam, si hoc nomen homo significat vnum, sit illud vnum animal bipedale, & dico quòd hoc nomen homo significat hanc vnam intētionem, si dicitur hoc esse hominem, secūdum quòd est homo in rei veritate. Et, si aliquis dixerit quòd hoc nomen significat multa, sed illa sunt terminata, non erit differentia inter sermonem eius, & inter primum sermonem. impossibile enim est ponere multa nomina de vnaquaque rerum, nomen conueniens definitioni rei, verbi gratia si aliquis dixerit ꝙ hoc nomen homo non significat vnum, sed multa, & quòd vnumquodque illorum multorum habet definitionem, & habet rationem, dicentem animal bipes, & finxerit quòd hoc nomē homo significat illud, quod definitur per hanc rationem, & alia multa, quæ definiuntur per alias rationes, sed illa sunt terminata numero, dicemus ꝙ possibile est ponere nomē proprium vnicuique istorum, secūdum ꝙ contingit suæ definitioni. Si autem aliquis dixerit ꝙ impossibile est ponere nomē
B proprium vnicuique istorū, secūdum ꝙ conuenit definitioni eius, & finxerit ꝙ vnum nomen significat multa infinita, manifestum est ꝙ illud nomē nō est definitio omnino. quod enim nō significat vnum nō significat aliquid. & si nomina nihil significāt, destruetur sermo, & loquela inter nos: & in rei veritate destruetur nostra cōsideratio. qui enim nō intelligit aliquid esse vnum, impossibile est vt aliquid intelligat omnino. Qui autem intelligit aliquid esse vnum, possibile erit vt ponat vnum nomen huic alicui intellecto.

10 Redarguentem negātes maximum principium cognitionis non oportet assumere, nisi quid significatur per nomen: quoniam negans hoc, non potest euadere quin concedat quod loquela sua significat illud, quod est in anima eius apud ipsum audientem, cum quo ipse loquitur: & etiam oportet vt tale ex ore loquentis probatum sit apud loquentem, & audientem intelligibile, aliter nulla esset disputatio. & si dicet aliquis, quod dictiones habent proprias significationes: statim concedit demonstrationem esse: & hoc est principium, super quod demon-
C stratio fundatur. Concedit enim dictiones significare res, terminatas ac finitas, & non indifferenter ipsas, & res diuersas, vel oppositas eis, quas significare concessit, sicut contingit dicenti affirmationem, & negationem idem esse, vt hominē, & non hominē: nam hic concedit dictiones significare rem, & indifferenter eius oppositum. hoc igitur concesso, demonstrare, hoc est redarguere licebit: qm̄ negāti demōstrationem contingit dicere demōstrationē esse, sicut cōtingit negāti loquelā, ita cōtingit negāti demōstrationē: sed negāti loquelā cōtingit ponere loquelam: igitur negāti demonstrationē cōtingit ponere demonstrationē. minor patet, qm̄ nemo pōt loquelā negare, nisi mediāte loquela, quæ nihil aliud est nisi affirmare qđ duę cōtradictorię nō cōgregātur simul in eodem, & qđ nomina res terminatas significāt: pręterea, si dictiones nō haberēt significationes intelligibiles, oportet vt sit aliqua dictio, quæ affirmationē alicuius de aliquo significet: & alia, quæ negationem alicuius de aliquo significet, & tūc affirmatio, & negatio alicuius nō erūt simul, & nō significāt idē: quia disputatio istorū fundatur super hoc principiū, qđ dictiones habēt significare res terminatas, cum intētiones sint terminatę: vt hoc nomen homo significat vnā intētionem, & illa intentio habet definitionem, quæ est animal bipes, & accipiendo hoc nomen homo secūdū veram intētionem pro animali rationali, tunc significabit plures intētiones, vna. Sed si aliquis dixerit, quod vnūquodque nomē habet plures intētiones, sed ter-

Redarguēs negātē primum principiū habet tm̄ assumere qđ significat ꝑ nomen.

Sicut negāti loquela cōtingit ponere loquelā, ita negās demonstrationem de necessitate ponit eam.

minatæ ſunt in numero. tunc nulla erit differentia inter hunc ſermonem, & illũ D
dicẽtem quod vnumquodque nominum ſignificat vnam intẽtionem, cum ambo
cõueniãt in hoc quod ſunt numero terminatę: & ſic vnum nomen propriũ ſigni-
ficabit vnumquodque illorum multorum, & vnam intẽtionem conuenientẽ ſuę
definitioni: & ſi aliquis dixerit quod hoc nomen homo ſignificat multas intẽtio-
nes, & non vnam, & vna illarum definitum per hoc animal bipes, & ꝙ quæli-
bet iſtarum habet definitionem, tunc ſecũdum hoc poſsibile eſt ponere vnicui-
que illarum intentionum nomen ſecundum ſuam definitionem, & ſic erunt intẽ-
tiones ſignificantes nomina, & definitiones vnę: ſi vero iſte dixerit quod im-
poſsibile eſt vt nomen ſignificet vnam intentionem, ſed infinitas, tunc nomen
nullam habebit definitionem. quoniam id, quod infinitum ſignificat, caret natura
terminata, & omne tale eſt interminatum, & omne interminatum nihil ſignifi-
cat, & per conſequens nullam habet definitionem: quapropter, cum in nomini-
bus non intelligitur vna intentio, tunc nullum nomen ſignificabit vnam inten-
tionem, & ſic nulla eſſet conſideratio, nec diſputatio inter nos metipſos: quoniã
qui non intelligit aliquid eſſe vnum, impoſsibile eſt vt aliquid intelligat, & ali-
quid cogitet. ſi vero intelligit aliquid eſſe vnum, poſsibile eſt vt ponat nomen
huic vni quod intentionem vnam ſignificat: & qui intelligit vnam intentionem
eſſe, poteſt ponere nomen ſignificãs illã: & qui eam nõ intelligit, nõ poteſt pone-
re nomen omnino: & hoc manifeſtum eſt, quia prima intẽtio eſt præſentia ali- E
cuius rei in anima, ſecundum eſſe ſuum reale: & qui caret hoc, non poterit ei no-
men imponere omnino:

Infinitũ eſt indefinibile.

Qui nõ intelligit aliquid vnũ eſſe, nihil ĩtelligit.

Et dignum eſt exiſtimare ꝙ hoc, &c. i. ſermo, ꝙ negare & affirmare nõ con-
gregãtur inſimul. D. d. rationem ſuper hoc, a qua aliquo modo non poteſt negans
hoc euadere, & d. Et neceſſe eſt vt ſermo loquentis, &c. i. dicamus igitur ꝙ ne-
ceſſe eſt homini concedere ꝙ ſermo dicentis, i. ꝙ ſua loquela ſignificat illud, ꝙ
eſt in eius anima apud ipſum, & apud ipſum, cum quo loquitur. ſed ille, qui loqui-
tur, dicit aliquod intelligibile. ꝙ ſi illud, quod dicit, non fuerit intelligibile apud
ipſum, & apud audientem non fit diſputatio, neque ad ipſum, neque ad alterum.
D. d. Si igitur aliquis conceſſerit hoc, &c. i. ſi igitur aliquis conceſſerit ꝙ dictio-
nes habent proprias ſignificationes, concedit demonſtrationẽ eſſe, & hoc prin-
cipium eſſe, ſuper quod fundatur demonſtratio. concedit enim ꝙ dictiones ſigni-
ficãt res terminatas finitas, & non diuerſas res, *non oppoſitas, ſicut contingit di-
centi ꝙ affirmatio & negatio ſunt idem, v. g. homo & non homo. D. d. & cauſa
eſſendi, &c. i. & cauſa fidei huius, ſ. hoc principium eſſe. eſt ille, qui inducit demõ-
ſtrationem ad negandum ipſum. quoniam negando demonſtrationem, contingit
ipſum dicere demõſtrationem eſſe. D. d. ſed ille, cui cõtingit concedere, &c. ideſt
ſed contingit ei cõcedere illud, quod negauit. qui enim negat loquelam, cõtingit
ei concedere loquelam eſſe. non enim negat loquelam niſi per loquelam. loque- F
la enim non ſignificat aliquid, niſi concedendo ꝙ duæ contradictoriæ nõ cõgre-
gãtur, & ꝙ nomina ſignificant res terminatas. D. d. Manifeſtum eſt igitur pri-
mo ꝙ iſte ſermo, &c. i. & ſi dictiones non habent ſignificationes intelligibiles,
neceſſe eſt vt dictio ſit, quæ ſignificat affirmationem alicuius, & dictionem, quæ
ſignificat negationem eius. & ſic affirmatio & negatio alicuius nõ erit inſimul,
ideſt nõ ſignificant idem. Et, quia diſputatio iſtorum fundatur ſuper hoc, quod
dictiones habent ſignificationes terminatas propter hoc ꝙ intentiones ſunt ter-
minatæ, incœpit declarare hoc, & d. Et etiam, ſi hoc nomẽ homo, &c. i. & ſi hoc
nomẽ homo ſignificat vnam intentionem: & illa intentio habet definitionem:
ſit igitur illa definitio animal bipes. & quia hoc nomen homo dicitur per tran-
ſumptionem de homine picto, d. & dico ꝙ nomen homo, &c. i. & dico ꝙ hoc no-
men homo ſignificat vnam intẽtionem, cum fuerit acceptum ſecundum verã in-
tentionem, ad quam fuit poſitum, ſcilicet ad animal rationale, cum non fuerit ac-
ceptum ſecũdum tranſumptionem. tunc enim ſignificabit intẽtiones plures vna.
D. d. Et, ſi aliquis dixerit ꝙ hoc nomen, &c. i. & ſi aliquis dixerit ꝙ vnũquod-
que nominum habet plures intentiones: ſed illæ intẽtiones ſunt terminatæ in nu-
mero: nulla erit differentia inter hunc ſermonem, & ſermonem dicentem quod

* a. l. nedũ.

A vnumquodque nominum significat vnam intentionem. quoniam, quando aduersarius concesserit nomina non causas esse significantia multa, sed terminata in numero, possibile erit vt vnum nomen proprium significet vnumquodque illorum multorum. & sic erunt nomina, quorum vnumquodque significat vnam intentionem conuenientem suę definitioni. D.d. exemplum, & d. v. g. &c. idest v.g. vt aliquis dicat ꝙ hoc nomen homo significat multas intentiones non vnã, & vna aliarum intentionum definitur ꝙ est animal bipes, & vnaquæque illarũ intentionum, quas significat hoc nomẽ homo, habet definitionem, dicemus ꝙ secundum hoc possibile est ponere vnicuique illarum intentionum nomen secundum suam definitionem. & sic erunt intentiones, quas significant nomina, & definitiones vnæ. D.d. Si autem aliquis dixerit, &c. i. si autem aliquis dixerit ꝙ impossibile est vt nomen significet vnam intentionem, sed infinitas, manifestum est ꝙ contingit ei dicere ꝙ nomina non habent definitiones omnino. D.d. quod enim non significat vnum, non significat aliquid. i. quoniam quod significat infinitum, non habet naturam terminatam. & quod est tale, non est terminatum. & quod non terminatur, non significat aliquid. D.d. & si nomina, &c. i. & cũ nos non intelligimus vnam intentionem, tunc nullum nominum significabit vnam intentionem. &, cum nomina nõ significabunt vnas intentiones, destruetur consideratio & disputatio. & similiter, cum non intellexerimus vnam intentionem,
B destruetur consideratio inter nosmet apud cognitionem. qui enim non intelligit aliquid esse vnum, impossibile est vt intelligat aliquid omnino, aut vt cogitet in aliquo omnino. D.d. qui autem intelligit aliquid esse vnum, &c. & hoc, quod dixit, manifestum est: quoniam qui ponit nomen, quod significat intentionem vnã, intelligit vnam intẽtionem esse. & qui intelligit vnam intentionem esse, potest ponere nomẽ significãs illam intẽtionem. qui autem nõ intelligit vnã intentionẽ, non potest ponere nomen omnino.

Nomẽ itaque, vt a principio dictum est, sit aliquid significans, & vnum significans. Non potest igitur homini esse significare id, quod nõ esse homini, si homo quidem non solum de vno, sed etiam vnum significat. Nõ enim hoc dicimus unum significare, quod de vno. hoc enim modo musicum etiam, & album, & homo vnum significarent. quare vnum omnia erunt. uniuoca nanque. & non erit esse, & nõ esse idem, nisi secundum æquiuocationem, sicuti si quem nos hominẽ nominamus, alii non hominem uocarent. Quod autem dubitatur, non
C est hoc, si cõtingit simul idem esse, & non esse hominem nomine, sed re. Si autem non alterũ significat homo, & non homo, patet quòd nec non esse homini ab eo, quod est esse homini. quare homini esse erit nõ homini esse. unum nanque erit. hoc enim significat unum esse, sicuti tunica & uestis, si ratio una. Si autem erit unum, unum significat homini esse, & non homini. uerum monstratum est ꝙ aliud significat: necesse igitur si quid est uerũ dicere ꝙ homo, animal esse bipes. hoc enim erat, quod significabat homo. Si aũt necesse est, non potest idẽ non esse animal bipes.

Sit igitur nomẽ significans aliquid, sicut diximus primo, & sit nomen alicui vni. Et si ita sit, impossibile est vt hoc nomen homo, secũdum ꝙ est homo, significet non hominem. cum hoc nomen homo nõ significat unam intentionem tantum, sed significet etiam aliquod unum. Et non dico quòd prædicetur de uno, quoniam secundũ hunc modum significat musicus, & albus, & homo idem. ista igitur nomi-

na efficiũtur vnum nomẽ inſimul, & non ſunt vnum nomen, niſi in rebus cõuenientibus nomine, & definitione. & impoſsibile eſt vt vnũ ſit, & non ſit ſimul, niſi ſecundum æquiuocationem. verbi gratia quia poſsibile eſt vt alii vocent non hominem illud, quod nos vocamus hominem. Sed illud, de quo perſcrutamur modo, non eſt vt nomen hominis ſit & nõ ſit ſimul, & in eadẽ diſpoſitione, ſed perſcrutamur vtrum ſit poſsibile vt homo ſit & nõ ſit ſimul, & in eadem diſpoſitione. Si igitur non fuerit ita, & vnum nomẽ ſignificet hominem, & non hominem, manifeſtum eſt ꝙ nomẽ, quod ſignificat non hominem, ſignificat hominem. & erit ſermo dicentis hominem ſignificans non hominem, & erunt iſti duo ſermones vnum. & multa nomina ſunt vnum, quãdo definitiones & rationes eorum ſunt vnum, vt tunica, & veſtis. Si igitur iſti duo ſermones ſunt vnum, tunc dicere hominem, & non hominem ſignificat vnum. ſed iam declarauimus ꝙ iſti duo ſermones ſignificãt diuerſa: neceſſe eſt igitur vt omne, quod nominatur homo, in rei veritate ſit animal bipes, quia hoc nomen homo ſignificat hoc. Et cum hoc eſt neceſſarium, impoſsibile eſt vt ſit aliud ab animali bipede.

Et declarat nomẽ eſſe ſignificans vnam intentionem, et dicit, ponamus igitur
11 quod nomen ſignificet aliquid, & vnum: cũ hoc poſitum fuerit, impoſsibile erit ponere nomina contradictoriorũ ſignificare vnam intentionem: vt nomen hominis, & nomen nõ hominis ſignificet vnam intentionem: & cũ diximus nomẽ hominis ſignificare vnam intentionem, non intelligimus quod prædicetur, de vno: quia nomina, quæ de vno prædicantur, ſunt denominatiua, quæ non ſignificant vnã intẽtionem, vt album, & Muſicum, ſed intelligimus ſignificationẽ nominũ nõ denominatiuorum: & ſi volumus intelligere quod hoc nomen homo ſignificat vnum, quod prædicetur de vno: tunc illud, quod ſignificat hoc nomẽ album, & hoc nomẽ Muſicum, eſſet vnum, quia prędicatur de vno, & ſic illa, quę ſignificãt hęc nomina, eſſent vnum nomen: qm̃, cum vnum nomen non inſit multis rebus, niſi illæ cõueniãt nomine, & definitione, & tunc prędicatur vniuoce. igitur impoſsibile eſt dicere vnũ eſſe, & non eſſe ſimul, niſi aliquis vocet illud, quod eſt ens non ens, & quod non ens eſt ens. vnde videmus manifeſte quamlibet gentem ponere dictionem propriam affirmationi, & negationi: & hæ duæ dictiones impoſsibile eſt vt idem ſignificent apud eos: & iſta perſcrutatio non eſt vtrum poſsibile ſit vt nomen affirmationis, & negationis ſit vnum apud aliquam gentem, ſed vtrum poſsibile ſit vt intentio affirmationis & negationis ſit eadẽ, vt idẽ intelligatur de homine. & nõ hoĩe, & qđ hoc nomẽ nõ homo, & homo ſint ſynonima, vt definitio eorum ſit eadem: & quando accidit, vt diuerſa nomina ſignificent idem, & talia in definitione fuerint vnum, vt veſtis, & indumentum, quorum definitio eſt vna, licet nomen non ſit vnum: tunc erunt duo nomina ſignificantia vnam intentionem. tamen non eſt ſic de homine, & non homine, quia definitio ſignificans hominem, alia eſt a definitione ſignificante nõ hominem: quoniam, ſi definitio eſſet vna, deſtrueretur locutio: quare neceſſe eſt vt definitio, quæ ſignificat alterum contradictoriorum, vt nomẽ hominis verũ, ſemper ſignificet animal bipes, quod eſt eius definitio, quæ nihil aliud ſignificat niſi animal bipes.

Noĩa denominatiua nõ ſignificant vnã intẽtionẽ. oppoſitũ ĩ prędicam. cap. đ ſubſt. Albũ nihil ſignificat niſi qualitatẽ, põdera, & pſcrutare.

Cũ declarauit hoc nomẽ eſſe ſignificãs vnã intẽtionẽ d. Si igitur nomẽ, &c. i. ponamus igitur ꝙ nomẽ ſignificet aliquid vnũ: & cũ hoc poſitũ fuerit, impoſsibile eſt vt ponatur ꝙ nomina cõtradictoriorũ ſignificãt vnã intẽtionem. v. g. vt nomẽ hominis & non hominis ſignificet vnam intentionem. Deinde dicit. Et non dico ꝙ prædicetur de vno, &c. i. & non intẽdimus, cum diximus ꝙ homi-

A significat vnũ, ꝙ prædicatur de vno. nomina enim, quæ prædicantur de vno, & sunt denominatiua, nõ significãt vnam intentionem, verbi gratia albũ, & musicum, sed intẽdimus significationem nominum non denominatiuorum. Deinde dicit. quoniam secũdum hũc modum, &c. i. quoniam si intẽderemus, cum dicimus ꝙ homo significat vnum, quod prædicatur de vno, tũc secundum hunc modum, illud, quod significat hoc nomẽ album, & hoc nomen musicũ, esset vnum: quia prædicantur de vno. & sic efficerẽtur illa, quæ significãt hęc nomina vnum. & hoc intẽdebat, cum d. ista igitur nomina efficiũtur vnum nomẽ insimul. Deinde dicit. & non sunt vnum nomẽ, nisi in rebus cõuenientibus nomine & definitione. i. & vnum nomẽ non erit multis rebus, nisi quãdo illæ res fuerint cõuenientes nomine, & definitione. & sunt illæ, quæ dicũtur vniuoca. Deinde d. & impossibile, &c. i. & dicere ꝙ aliquid est, & non est, non est verũ insimul, nisi aliquis vocet ens, quod est non ens, & quod est non ens, ens. Sed nos videmus ꝙ quælibet gens ponit dictionem propriam affirmationi, & dictionem propriam negationi. & sic impossibile est vt hæ duæ dictiones significẽt apud eos idẽ. Et, quia ista perscrutatio est de Grammatica, d. Sed illud, de quo pscrutatur modo, non est, &c. i. sed ista perscrutatio, quam intẽdimus, nõ est vtrum possibile sit vt nomẽ affirmationis & negationis sit vnum apud aliquam gẽtem, sed vtrum possibile sit vt intẽtio affirmationis & negationis sit eadem, adeo ꝙ idem intel-
B ligatur de hoĩe & nõ homine, s. ꝙ hoc nomẽ homo, & non hõ sint synonyma, & definitio hominis & nõ hominis sit eadem. Et hoc intendebat, cum d. Si igitur non fuerit ita, &c. i. si igitur illud, quod significat homo, nõ fuerit illud, quod significat nõ homo, sed potẽtia eorum fuerit sicut potentia vnius nominis, sicut est dispositio in nominibus synonymis, manifestum est ꝙ hoc nomẽ non homo & homo significãt idem. D. incœpit dicere ꝙ accidit hoc in nominibus, scilicet vt diuersa nomina significẽt idem, & d. Et nomina multa sunt vnum. i. nomina multa significant vnum, quando ea, quæ significãt illa multa nomina, fuerint in definitione vnum. verbi gratia vestis & tunica, quarum definitio est vna, licet nomẽ non sit vnum. Deinde dicit. Si igitur isti duo sermones, &c. i. si igitur definitio hominis & nõ hominis fuerit eadem, tũc significatio huius nominis homo, & nõ homo erit eadem, & erũt duo nomina synonyma significãtia vnam intẽtionem. D. d. sed iam declarauimus, &c. i. sed iam declarauimus ꝙ definitio, quam significat homo, est alia a definitione, quam significat nõ homo, ex eo quod diximus. quoniam si definitio esset vna, destrueretur locutio. Deinde dicit. necesse est igitur, &c. i. & cum definitio, quam significat alterum istorum, alia est a definitione, quam significat alterum, necesse est vt nomẽ hominis veri semper significet animal bipes, quod est definitio eius: & vt nõ significet in aliqua hora aliud ab animali bipede.

Noĩa denominatiua, ꝙ prædicãtur de vno, non sigñant vnã intẽtionem.

C Hoc nãq; significat ipsum nec esse esse, qđ impossibile est, non esse hominẽ. nõ cõtingit ergo simul verũ esse idẽ dicere hoĩem esse, & nõ esse hominẽ. Eadẽ ratio est & de nõ esse hoĩem. homini nanq; ẹsse & nõ esse homini diuersum significat. siquidẽ & albũ esse & hominẽ eẽ, diuersum. multo. n. magis illud opponit. quare diuersum significat. Si autẽ albũ aliquis dicat vnũ & idẽ significare, rursus idẽ dicemus, qđ & antea dictũ est, ꝙ oĩa vnũ sunt, & nõ solũ opposita. Quòd si hoc nõ cõtingit, accidit qđ dictũ est, si ad interrogatũ respõdeat. Si vero simpliciter interrogãte, addat ẽt negationes, nõ respõdet ad interrogatũ. nihil. n. prohibet idem & hominẽ, & albũ, & alia infinita multitudine esse. Attamẽ interrogãti si vere est dicere hoc hoĩem esse, an nõ, id respõdendũ est, ꝙ vnũ significat, & nõ addendũ, ꝙ & albũ & magnũ. impossibile nanque est accidẽtia, cũ infinita sint, percurrere. aut igitur oĩa pcurrat, aut nullũ. Similiter & si infinities idẽ esset hõ

Ad vnũ quęsitum vna responsio.

& non homo, interrogatus ſi homo eſt, non debet una cum eo, quòd n ſimul etiam non homo reſpondere, niſi cætera quoque, quæcunque acciderunt, quæcunque eſt, aut non eſt reſpondeat. hoc autem ſi non fecerit non diſputat.

Si igitur aliquis dixerit ꝙ neceſſe eſt dicere, ut hoc nomē homo ſignificat hoc, quod impoſsibile eſt vt non ſit homo. ſi igitur ita ſit, impoſsibile eſt vt ſit verum dicere ꝙ idem eſt homo, & non homo inſimul. Et iſte ſermo poſsibilis eſt etiam in ſermone dicentium non hominem. dicere enim hominem ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat dicere non hominem· ſicut dicere album ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat homo. ſed hæc nomina homo, & non homo ſunt contraria in ſitu valde, magis quam hæc nomina album, & homo. manifeſtum igitur, ꝙ vtrunque eorum ſignificat aliud. Si igitur aliquis dixerit ꝙ hæc nomina album, & homo ſignificent idem, dicemus ei etiā, quod primo diximus. omnia enim ſecundum hunc ſermonem ſunt idem, non contraria tantum, ſed omnia. Si igitur hoc non fuerit ſic, accidit B quod diximus, ſi loquens reſponderet de eo, quod quæritur ab eo. Si autem quærit ſimpliciter de negatiuis, non reſponderet ad quæſitum. quoniam, ſic poſsibile eſt, vt idem ſit homo, & albū, & alia multa. Sed, cum quæſitum fuerit ab aliquo, vtrum ſit verū dicere de hoc eſſe hominem, aut non eſſe, debet reſpondere per nomen, quod ſignificet vnum eorum, de quibus quæritur, & non addere in ſuo ſermone, dicēdo ꝙ hoc dicitur homo, & album, & magnum, impoſsibile.n. eſt numerare omnia accidentia, cum ſint infinita. & ideo oportet ipſum aut numerare omnia infinita, aut non dicere aliquid eorum. Et ſimiliter etiam, ſi quæſitum fuerit ſemel, ſiue multotiens, vtrum aliquid unū ſit homo, & non homo, oportet reſpōdere ſi illud eſt homo, ꝙ eſt homo, aut quòd non eſt homo, ſi non eſt homo. & ſimiliter cum hoc oportet reſpondere de aliis ſi ſunt, aut non ſunt. qui igitur hoc facit, non naturaliter quærit.

12 Et ſi Aduerſarius per ea, quæ a nobis dicta ſunt, affirmabit quod ſermo iſte, I ſcilicet homo eſt, ſignificat qđ impoſsibile eſt quod nō ſit homo: neceſſario erit dicendum quod non eſt verum dicere in eadem, quod eſt homo, & quod nō eſt homo, ſi ergo non eſt verum dicere de eodem, hominem, & non hominem: multo minus non erit verum dicere de aliquo nō hominem, præter hominem: vt accipiatur pro albo nō homo, cum album non ſit homo: ſi vero hæc duo accipiātur videlicet Album, hominem, et aliquis interrogetur nunquid idem ſignificēt nulli dubium eſt quod reſpōdebit non idem ſignificare, ſed diuerſa, cum album aliud ſignificare videtur, quam homo, & verum eſt; cum igitur hæc duo nomina Album, & homo ſignificent diuerſa, longe magis, hæc nomina homo, & nō homo diuerſa ſignificabunt, quoniam ſunt contraria in ſitu, magis q̄ iſta duo nomina Album, & homo, quia negatio, & affirmatio ſimplices, ſunt magis contrariæ in ſitu quam Negatio, & affirmatio, quæ ſunt ſecundum modum infinitæ: & ſi aliquis dixerit poſsibile eſt vt in aliquo præter hominem, quod eſt non homo, ſit idem homo, & album, quam quod ſit poſsibile, vt ſit homo, & non homo ſimul. quoniam ſicut contingit dicētibus affirmationem, & negationem ſimpliciter ſignificare eſſe, & non eſſe, & eſſe idem: ſic contingit & multo magis dicētibus affirmationem, & infinitationem ſignificare idem, Sed dicētibus affirmationem,

Negatio & affirmatio ſīplices magis opponūtur, q̄ affirmatio, & negatio infinitæ.

A nem,& negationem ſimpliciter ſignificare eſſe,& non eſſe,& eſſe idem,contin-
git dicere hominem & nõ hominem eſſe idem.Sequitur quod omnia entia ſigni
ficant idem,non ſolum in rebus,quę adinuicem opponũtur,ſed etiam in illis,quę
non ſe opponuntur,et ſic omnia erunt idem.quod eſt impoſsibile:& ideo neceſſe
eſt vt affirmatio & negatio,verum & falſum diuidant:& quęſtio fit per affirma
tionem,& negationem,cum ipſa facta ſit per vnum ſermonem,de quo queritur.
Sed,ſi quęſtio erit per affirmationem,& infinitationem,tunc nõ poſſumus vnico
ſermone ei reſpondere,cum infinitatio multa ſignificet,quę omnia ſunt cũ homi
ne,vt homo,& non homo,qui cum multis inuenitur, quorum quodlibet vere di-
citur non homo.vt album,& nigrum,& ſic de alijs rebus aliorum prędicamen-
torum:& ſi aliquis quęſiuerit vtrum verum ſit dicere de hac re , quod eſt homo,
aut quod non eſt homo.tunc reſpondendum eſt quod eſt verum, aut quod nõ eſt
verum.& non eſt dicendum quod dicatur de homine , & albo & deſquolibet in
eo exiſtente,qm̃ impoſsibile eſt vt omnia iſta numerentur,cum infinita ſint . & — Ea, quę ſunt non homo, impoſsibile eſt vt nume rentur.
ideo cum aliquis quęſiuerit per infinitationem,oportet aut omnia numerare,quę
ſunt diuerſa a nomine infinitatem habentis,aut talibus quęſtionibus non reſpon
dere.vt,ſi quęſitum fuerit hoc eſt homo,aut non homo, debemus reſpondete qđ
homo eſt,ſi fuerit homo,& ſi non eſt homo dicere non eſt homo. & non reſpon
B dere quod ſit homo,& nõ homo,ſimul,intelligendo per non homo aliquod ens,
de quo dicitur non homo.

Si igitur aliquis, &c.i.cum igitur aduerſarius cõceſſerit ex iſtis,quę diximus,
ꝙ neceſſe eſt vt dicere hominem ſignificet ꝙ impoſsibile eſt, vt nõ ſit verum di
cere in eodem,ꝙ eſt homo,& ꝙ non eſt homo. D.d.Et iſte ſermo,&c.i.& cum
non fuerit verum dicere hominem & non hominem de eodem, ſimiliter nõ erit
verum etiam dicere non hominem de aliquo præter hominem , verbi gratia,vt
non homo accipiatur pro albo ; album enim non eſt homo . Deinde dicit dif-
ferentiam inter affirmationem & negationem , & alia nomina diuerſa,& dicit
ſed hæc nomina , &c.i.ſed negatio & affirmatio ſimplices magis ſunt contraria
in ſitu, q̃ negatio & affirmatio,quę ſunt ſecundum modum infiniti.v.g.cum ali-
quis dixerit in aliquo pręter hominem,ꝙ eſt nõ homo. poſsibile enim eſt vt idẽ
ſit homo & album,& non eſt poſsibile vt ſit homo & non homo inſimul . D.d.
Si igitur aliquis dixerit,&c.quoniam ſicut contingit dicentibus ꝙ affirmatio &
negatio ſimpliciter ſignificant quidam eſſe & non eſſe idem, ſic etiam contingit
dicentibus ꝙ affirmatio,& infinitatio ſignificent idem,ſ.vt omnia entia ſignifi-
cant idem,& non tm̃ contingit hoc in rebus oppoſitis,ſed etiam in nõ oppoſitis,
ſcilicet vt omnia ſint idem.D.d.ſi igitur hoc nõ fuerit,&c.i.ſi igitur hęc impoſsi
bilia non fuerint, continget neceſſario vt affirmatio & negatio diuidant verum
C & falſum:& neceſſe eſt,vt quęſtio ſit per negationem & affirmationem. ſed di-
cens vult reſpõdere ei per vnum ſermonem de eo,quod quęritur. D.d.Si autem
quęrit ſimpliciter,&c.i.ſi autem quęrens quęſierit per affirmationem & infinita
tionem,tunc non poſſemus reſpondere ei.infinitatio enim ſignificat multa , quæ
omnia ſunt cum homine,v.g.homo & non homo,homo enim inuenitur cũ mul-
tis numeratis,quę verę dicuntur non homines. verbi gratia albo, & pluribus re-
bus aliorum accidentium.D.d.Sed,cum quęſitum fuerit ab aliquo,vtrum eſt ve-
rum dicere de hoc,&c.id eſt,& ideo cum aliquis quęſiuerit,vtrum eſt verum di-
cere de hoc ꝙ eſt homo,aut non eſt homo, nos tunc debemus reſpondere ꝙ eſt
verum,aut ꝙ non eſt verum, & non dicemus ꝙ vere dicitur de eo,quod eſt ho-
mo & album,& omnia exiſtentia in eo, & quod non eſt vere dicitur de eo tale
& tale,iſta enim impoſsibile eſt vt numerentur:ſed cum impoſsibile eſt determi
nare & numerare infinita,oportet vt non intromittat ſe ad dicẽdum aliquod eo-
rum,ſcilicet ꝙ,cum aliquis quęſierit per infinitationem,oportet quærentem, aut
numerare omnia,quę ſunt diuerſa a nomine habentis, aut non reſpondere in tali
bus iſtis quęſtionibus quęſtioni huiuſmodi. D.d.Et ſimiliter, &c.id eſt & cum
ita ſit,quando aliquis quęſiuerit vtrum hoc eſt homo,aut non homo , videbit re-
ſpondens,ſi fuerit homo,dicet ꝙ eſt homo:& ſi non fuerit homo,dicet ꝙ eſt non
homo,& non debet dicere ꝙ eſt homo,et non homo inſimul,intendendo per nõ

homo aliquod ens, de quo dicitur non homo. & iſtam actionem innuit cum dicit D
qui igitur hoc facit, non naturaliter quęrit, id eſt qui aliquod ens demonſtrat per
negationem.

Et qui hoc dicunt, omnino perimunt ſubſtantiam, & ipſum quid
erat eſſe. neceſſe eſt nanque eis dicere omnia accidere, & ipſum homi
ni eſſe, aut animali eſſe non eſſe. Si enim quicquam erit ipſum homi
ni eſſe, hoc non erit non homini eſſe, aut non eſſe homini, tametſi hę
ſunt eius negationes. vnum nanq; erat, quod ſignificabat, & hoc erat
alicuius ſubſtantia. ſubſtantiam vero ſignificare eſt quòd non eſt ei
eſſe aliud quidpiam. Si autem ipſum homini eſſe erit ei ipſum non
homini eſſe, aut ipſum non eſſe homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt
eis dicere quòd nullius, talis ratio erit, ſed omnia ſcd̃m accidens. hoc
enim ſubſtãtia & accidens differunt. albedo etenim homini accidit,
quoniam eſt quidem albus, ſed non eſt ipſa albedo.

Et vniuerſaliter dicentes hunc ſermonem negant ſubſtantiam, quá E
declarat definitio manifeſte definitionis, quæ ſit. & coguntur ad dicé
dum quòd omnia ſunt accidentia, & dicere de homine quòd eſt ho-
mo, & de animali quòd eſt animal, &c. & quòd nõ eſt etiam. Quoniá,
ſi aliquid eſt hominis, ſecundum quòd eſt homo, hoc non erit eius, cú
non fuerit homo, aut ſecundum quòd nõ eſt homo. negationes enim
iſtius ſunt tales. quoniam, ſi ſignificat aliquid vnum, & illud eſt ſubſtá
tia alicuius, & nõ ſignificat niſi ſubſtantiam aliquam, ſcilicet quia ſi-
gnificat eſſentiam eius, & non eſſentiam eius. Si igitur habet quod
habet eſſentiam hominis, ergo aliud ab eo habet, quod habet aliud
ab homine, aut quod habet eſſentiam eius, quod non eſt homo. Ne
ceſſario igitur dicerent quòd nulla eſt definitio talis, ſed omnia ſunt
modo accidentali. & in hoc differt ſubſtantia ab accidente. albedo
enim eſt accidens homini, quia eſt albus, non quia eſt illud, quod eſt
albedo.

Qui dicunt eidem ſimul ineſſe affirmationem, & negationem, quia putant ni- F
13 hil ineſſe alicui, quod non poſsit abeſſe, & nihil non ineſſe quod non poſsit ad-
eſſe, oporteret fateri non eſſe definitionem in rei veritate, qm̃ definitio non inue
nitur in rei veritate niſi in ſubſtantia. Apud autem ſic dicentes, omnia ſunt acci-
dentia. quare coguntur eſt medio tollere definitiones, & per conſequens etiam
ſubſtantias coguntur e medio tollere, & ſic nulla erit diſpoſitio ſubſtantialis, ſed
omnes erunt accidentales: qm̃ illud, per quod homo diſponitur, in eo quod eſt ho
mo, & illud, per quod diſponitur illud, quod non eſt homo, ſi nõ differunt ab in-
uicem ſecundum definitionem, ſequitur quod diſpoſitio ſubſtantialis erit accidẽ
talis, quod eſt impoſsibile: & etiam manifeſtum eſt per ſe quod ſi definitio homi
nis, ſecundum quod eſt homo, non eſt illa, cum non fuerit homo, quomodo ergo
definitio non hominis, ſecundum quod eſt non homo, & definitio hominis, ſecun
dum quod eſt homo, poterunt ſimul congregari? quare manifeſtum eſt quod de-
finitiones rerum cum ſuis negationibns habent talem diſpoſitionem, & dignita-
tem quod nõ congregantur inſimul in eodem aliquo modo, & ſi nomen ſignifi-
cat aliquod vnum in nominatum, quod eſt ei neceſſarium, & tale vnum ſit in no
minato vnum in numero, tunc illud vnum ſignificat ſubſtantiam. vt hoc nomen
homo ſignificat eſſentiam vnam in hac re nominata, quę eſt homo, quę eſſentia
eſt vna numero cum homine. tũc manifeſtum eſt quod hoc nomẽ homo denotat

Definitio hoĩs, & non hoĩs nõ poſſunt eſſe ſimul.

A ſubſtantiam vnam vnitate naturę: ſi vero non fuerit ei neceſſarium; neq; vnum cum nominato numero, tunc illud ſignificat accidens, quãuis ſignificet vnũ vnitate naturali: & ſignificare ſubſtantiam, eſt ſignificare eſſentiam illius rei, per quam eſt ens, non diſpoſitionem mutabilem, ꝙ eſt econtrario nominibus accidẽtium, quę ſignificant duas eſſentias, ſubiecti, videlicet cui ineſt, & propriam, quæ eſt in proprio genere: quarum eſſentiarum vna eſt mutabilis, videlicet quæ ſibi propria eſt, nam accidens ſaluo ſubiecto adeſſe & abeſſe poteſt, quia eſſe ſubiecti non conſiſtit in ipſo accidente: ſi igitur homo ſignificat hominis eſſe, & eſt idem cũ homine, ergo nõ homo habet eſſe eius, quod non eſt homo, & eſſe eius, quod non eſt homo, eſt illud, quod eſt non homo, ſicut declaratum eſt in tractatibus ſubſtantię. neceſſario ergo eſt, cum nolunt concedere nomina eſſe, quæ non ſignificant res ſimplices, & dicerent vnum quod nulla res habet definitionem, quę ſignificat ſubſtantiam eius, contingit eis vt omnes diſpoſitiones rerum ſint accidentales, & nullo modo eſſentiales. Vnde in hoc differt ſubſtantia ab accidente, quia ſubſtantia eſt neceſſaria, accidens vero non; propter quod ſubſtantia habet definitionem, & accidens non habet: vt albedo, quę eſt accidens exiſtens in homine, quia homo dicitur albus per ipſam albedinem, ſed non dicitur homo per ipſam, neq; diſponitur per quod eſt, cum ſubſtantia hominis nõ ſit ipſa albedo: quia, ſi eſſet ſubſtantia hominis, tunc homo & albedo eſſet idem, &
B econuerſo.

Quid eſt ſignificare ſubſtantiam.

Accidẽs ſignificat duas eſſentias. idã ſupra expo. me. 11.

Accidẽs nõ habet definitionem.

Id eſt, Et vniuerſaliter dicentes ꝙ duo contradictoria congregantur inſimul, negant ſubſtantiam, quam ſignificat definitio, & declarat quæ ſit. Deinde dicit. & coguntur, &c. id eſt & dicit hoc, quia definitio non inuenitur in rei veritate, niſi in ſubſtantia. &, cum definitiones ſignificantes ſubſtantiam fuerint negatæ, omnia erunt accidentia. quoniam, ſi nulla fuerit diſpoſitio neceſſaria in re, tunc omnes diſpoſitiones erunt accidentales, & nulla erit diſpoſitio ſubſtantialis. Deinde dicit. & dicere de homine, &c. id eſt & illud, per quod diſponitur homo, in eo ꝙ eſt homo, & per quod diſponitur illud, quod eſt non homo, differunt etiam ſecundum definitionem ab eo, per quod diſponitur homo. Deinde dicit. quoniam, ſi aliquid eſt hominis, &c. id eſt & cauſa huius eſſe impoſsibile, eſt ꝙ manifeſtum eſt per ſe, ꝙ ſi quid eſt hominis, ſecundum ꝙ eſt homo, illud non erit ei, cum non fuerit homo. quod enim eſt non hominis, ſecundum ꝙ eſt nõ homo, aliud eſt ab eo, quod eſt hominis, ſecundum ꝙ eſt homo. Deinde dicit. negationes enim iſtius ſunt tales, id eſt definitiones enim rerum cum ſuis negationibus habent talem diſpoſitionem, ꝙ non congregantur aliquo modo in eodem. Deinde dicit. quoniam, ſi ſignificat aliquid vnum, &c. ſcilicet quoniam, ſi nomẽ ſignificat aliquid vnum in nominato, quod eſt ei neceſſarium, & quod eſt cum
C nominato vnum in numero, tunc illud ſignificat ſubſtantiam. &, ſi ſignificat de re nominata aliquod non neceſſarium, neque eſt cum eo vnum, illud eſt accidens. & hoc intendebat cum dicit & non ſignificat niſi ſubſtantiam aliquam; ſcilicet ſubſtantiam hominis, id eſt quia ſignificat * propoſitionem non mutabilem. Deinde dicit, ſcilicet quia ſignificat eſſentiam eius & non eſſentiam, id eſt intendimus, cum diximus, ꝙ nomen ſignificans aliquid vnum eſt ſignificans ſubſtantiam, id eſt, quia ſignificat eſſentiam illius rei, per quam eſt ens, nõ diſpoſitionem mutabilem. & hęc eſt econtrario nominibus accidentium, quę ſignificant duorũ eſſentias, quorum vnum eſt mutabile. Et, cum hoc poſuerit pro conceſſo, d. Si igitur habet, quod habet eſſentiam hominis, &c. id eſt & cum hoc ſignificat illud, quod habet eſſentiam hominis, eſt & eſſentia eius idem. ergo nõ homo habet eſſentiam eius, quod non eſt homo, aut eſſentia eius, quod nõ eſt hõmo, eſt illud, quod eſt non homo: vnum etiam & non compoſitum. & hoc declaratum eſt in tractatibus ſubſtantiæ perfectæ. Deinde dicit. Neceſſario igitur dicerent &c. id eſt neceſſario igitur cum non cõceſſerint nomina eſſe, quæ non ſignificant res ſimplices & vnas, dicerent ꝙ nulla res habet definitionem, quæ ſignificat ſubſtantiam eius: ſed contingit eis, vt omnia ſint accidentia, ſcilicet vt omnes diſpoſitiones rerum ſint accidentales, non eſſentiales. Deinde dicit. & in hoc differt ſubſtantia ab accidente, ſ. ꝙ ſubſtantia eſt neceſſaria, & nõ eſt ſic

Definitio in rei ueritate non inuenitur niſi ĩ ſubſtãtia. Idẽ 7. Metaph. 14. 17. & 19.

* a. l. diſpoſitionem.

accidens,& ideo ſubſtantia habet definitionem,& accidens non habet definitio nem. D.d.albedo enim eſt accidens, &c.id eſt albedo enim eſt accidens exi ſtens in homine,quia dicitur albus,& non diſponitur per albedinem, ſecundum ꝙ res diſpoſita eſt ipſa albedo,ſ.ꝙ homo nõ diſponitur per albedinem,quia ſub ſtantia hominis ſit albedo.quoniam,ſi ita eſſet,tunc albedo, & homo eſſent idẽ, & tunc idem ſignificaret dicere homo albus.

Accidẽs nõ eſt accidenti accidens, niſi quia vtrunq; eidẽ accidit.

Si autem omnia ſecundum accidens dicuntur , nihil erit primum vniuerſale.Si autem accidẽs ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationem,neceſſe eſt in infinitum progredi:ſed impoſsibile eſt. plura enim quàm duo non conueniunt.accidens enim non eſt accidenti accidens,niſi quia vtrunq; eidem accidit . dico autem veluti album eſt muſicum,& hoc album,quoniam vtrunq; homini accidit. ſed nõ ita Socrates muſicus,quoniam vtrunq; alicui alteri accidit. Cũ itaq; quædam ita,quædam aliter accidentia dicantur, quæcunq; ita dicuntur,vt album Socrati,non poſſunt infinita ſurſum verſus eſſe , vt Socrati albo alterum aliquod quoq; accidens.non enim fit aliquod vnũ ex omnibus.nec albo aliquid aliud accidens erit,vtputa muſicum.nõ enim magis hoc illi,quam illud huic accidit. Et ad hæc diſtinctũ eſt, quòd quædam ita accidunt,quædam,vt muſicum Socrati. Quotcũq; vero hoc modo,non accidenti accidit accidens,ſed quotcunque illo modo.quare non omnia ſecundũ accidens dicentur.erit ergo aliquid tanquam ſubſtantiam ſignificans.quod ſi eſt,monſtratũ eſt quòd impoſsibile eſt ſimul contradictiones prædicari. B

Et,ſi omnia dicuntur modo accidentali, nihil erit primum vniuerſale. Et,ſi accidens eſt ſemper prædicabile de aliquo ſubiecto,neceſſario exibit hoc in infinitum.ſed hoc eſt impoſsibile:non igitur congregabuntur in vno, accidens enim non per accidens eſt accidens, ſed vtrunq; accidit ei.& hoc eſt, ſicut dico quòd album eſt muſicum, & muſicum album,quia vtrunq; accidit homini. Socrates autem nõ eſt muſicus hoc modo,ſcilicet quia vtrunq; accidit eidem . Cum igitur quædam accidentia dicuntur ſecũdum hunc modum,& quædam ſecundum alium modum.omnia enim,quæ dicuntur, ſicut album Socrati dicitur.impoſsibile eſt autem vt ſint infinita in ſuperioribus, ſicut accidens,quod accidit Socrati de albedine. eſt enim aliud,& non erit vnum ex omnibus:& non erit accidens aliud ex eis,quæ ſunt alba,ſicut muſicus. hoc enim per accidens non eſt magis q̃ illud, neque illud quàm iſtud,& habent differentiam.Quædam enim accidunt ſecundum hunc modum, & quædam accidunt , ſicut muſicus Socrati. Quod igitur eſt ſecundum hunc modum,non eſt accidens modo accidentali,ſed quod eſt ſecundum illum modum. nõ igitur omnia dicuntur modo accidẽtali,ſed aliquid eſt, quod ſignificat ſignificationem ſubſtantiæ.&,cum ita ſit,manifeſtum eſt ꝙ impoſsibile eſt,vt contradictoria prædicentur de eodem. I

14 Et,ſi oẽ prędicabile fuerit accidens,tunc nullum erit vle prędicabile in quid, & primum, ex quibus componitur definitio:conſequens eſt falſum : ergo omne

A prędicabile non est accidens:sed, si concesserimus quod omnia sint accidentia, & omne accidens naturaliter habet prędicari de aliquo, ac insit alicui, necesse est vt accidens, quo accidens est, prędicetur de accidente, cum nulla substantia sit, de qua prędicari posit, & sic in infinitum erunt prędicationes. nam semper quod sumitur quasi alterius subiectum, de alio rursus ipsum predicetur, propterea ꝙ ipsum perinde sit, atq; ipso prius accidens, non substantia; qm̃ fieri non potest vt accidens accidenti accidat in infinitum: & cum imposibile sit vt accidēs prædicetur de accidente absq; eo, quod congregatur in eodem subiecto per se. quia accidens non prędicatur de accidente nisi per accidens, cum ambo existant in eodem subiecto, vt album est musicum, accidens non existit in substantia per accidens, sed in alio accidente per accidens existit. qm̃ imposibile est vt aliquid sit per accidēs nisi per aliquod, quod existit essentialiter, quod prius est eo, quod est per accidens: qm̃ existentia cuiuslibet accidentis in ipsa substantia nõ esset, nisi quędam essent in quibusdam per accidens, vt dicere musicum esse albũ est per accidens: quia ambo sunt in eodem, vt in Socrate: & non est dicendum quod Socrates, & musicus sint ambo in eodem: sed quia vnum eorum existit in altero essentialiter. s. musicus, qm̃ musica existit in anima Socratis essentialiter. & cum accidentia prędicentur secundum duos modos: quorum vnus est secundum quod subiecto inheret essentialiter, vt Socrates est albus vel musicus: alius modus prædicationis est accidentalis, & nullo modo essentialis, & est quando accidens prædicatur de alio accidente, vt musicus est albus: primus modus prędicationis imposibile est vt procedat in infinitum. Sed secundus modus posibile est vt procedat in infinitum, ut musicus est albus, albus est medicus, medicus est edificator, & sic de alijs, quorum vnumquodq; est prędicatum de altero per accidens: propter quod tñ non erit de subiecto, & accidente vnum, quod ex accidentibus existentibus in vnoquoq;, nisi dicatur vnum per accidens. & hi duo modi prędicationis differunt adinuicem, qm̃ prędicatio de accidente, inquãtum est prędicatio accidentalis, non differt a prędicatione accidentis de substantia, neq; illud magis quam illud, quantum ad hoc, quod notificant de eo, de quo prędicantur substãtiam eius: differunt etiam, quia vnus modus prędicationis est accidentalis modo accidentali, vt cum album de musico prędicatur: Alius vero modus est essentialis, vt musicus de Socrate prędicatur, uel albus de Platone: & forte dixit hoc, q̃a prędicatio ista conuenit cum prędicatione substantiæ in hoc secundum naturæ cursum, cum accidentia sint de substantia prędicabilia, quia in ea per se existũt, quoniã accidentis esse est subiecto inhęrere, & essentialiter substantię attribuuntur, cum substantię per accidentia disponantur, & ideo sunt earum accidentia: Attributio vero accidentis ad aliud accidens non est essentialis. cum ergo imposibile sit vt omne prędicatum sit accidentale, quemadmodum contingebat positioni eorum, qui dicebant duo contradictoria esse vera insimul de eodem. ideo dicendum est quod ista positio est imposibilis, vt duo contradictoria prędicantur de eodem simul.

Accidēs nõ accidit accidenti, nisi q̃a ambo eidem accidunt.

Accidēs dupliciter prędicatur.

Primus modus exponēdi.

Secundus modus.

B

C

Id est, Et si omnia prędicabilia fuerint accidentia, nullum erit vniuersale prędicabile substantiale, & primum, ex quibus componuntur definitiones. Deinde dicit. Et, si accidens est semper prędicabile de aliquo, &c. id est, si omnia sint accidentia, & accidens naturaliter habet naturam, vt prædicetur de aliquo, necesse est vt accidens, secundum quod est accidens, prædicetur de accidente, & sic in infinitum. quod est imposibile. D.d. sed hoc est imposibile, id est, sed imposibile est vt accidens prędicetur de accidente absque eo, ꝙ congregentur in eodem subiecto per se. Et, quia accidens nõ prędicatur de accidente nisi per accidens, quia ambo existunt in eodem, scilicet subiecto, verbi gratia dicere ꝙ album est musicum, deinde dicit, accidens enim non per accidens est accidens, &c. id est accidens enim non existit in substantia per accidēs, in alio autem accidente existit per accidens. quoniam, si accidens prędicaretur de accidente non propter hoc, ꝙ ambo existunt in substantia, tunc accidens esset per accidens non essentialiter. & imposibile est vt aliud sit per accidens, nisi per aliquid, quod est essentialiter, quod enim est essentialiter est prius eo, quod est per

Quod est essentialiter est prius eo, qđ est per accidẽs. Idẽ 2.Ph.tex.c.66.& 5.Ph.c.43.et q̃ ibi

Attributio accidẽtis ad accidens nõ est essentialis.

accidens.non igitur existentia cuiuslibet accidentium essentialiter in substantia D esset,nisi essent quędam in quibusdam per accidens.Et hoc intendebat,cum d.& hoc est,sicut dico,&c.id est ꝙ dicere musicum est album est per accidens, quia ambo sunt in eodem,s.Socrates:& non est dicere ꝙ Socrates est musicus, & albus hoc modo,s.ꝙ Socrates & musicus sunt ambo in eodem, sed quia vnum eorum existit in altero essentialiter,s.quia musica existit in Socrate essentialiter. Deinde dicit.Cum igitur quędam accidentia,&c.id est & cum accidentia dicantur duobus modis:quorum unus est essentialiter,verbi gratia Socrates est albus, & alius accidentaliter,verbi gratia album est musicum.quę enim sunt essentialiter,impossibile est vt prędicentur in infinitum ad superius: quę autem sunt accidentaliter possibile est de eis hoc,sicut accidit Socrati vt sit musicus & albus,& alia multa.et hoc intendebat,cum dixit.sicut accidens,quod accidit Socrati,&c. id est ꝙ vnum est eorum prędicatum de altero per accidens,s.albedo existens in Socrate,& aliud accidens,quod accidit ei,verbi gratia ꝙ est medicus aut musicus.D.d.& non erit vnũ ex omnibus,id est & non erit de subiecto & accidente vnum quid, & ex accidentibus existentibus in vnoquoq; , nisi dicatur vnum per accidens.D.d.& non erit accidens aliud, &c.id est & prędicatio accidentis de accidente, inquantum est prędicatio accidentalis , non differt a prędicatione accidentis de substantia,neq; illud magis q̃ illud , nec econuerso,s.quantum ad hoc,ꝙ notificant de eo,de quo prędicantur,substantiam eius.Deinde dicit.& habent differentiam,&c.id est & habent differentiam,quoniam quędam sunt accidentia essentialiter , verbi gratia musica in Socrate : & quędam accidentia per accidens,verbi gratia musica in medicina. Deinde dicit.quod igitur est secundum hunc modum,non est accidentale modo accidentali: & quod est sicut albedo in musico,est accidens modo accidentali. Deinde dicit.non igitur omnia dicuntur modo accidentali,s.quia non prędicantur de homine modo accidentali, sicut album prædicatur de eo. Deinde dicit.sed aliquid est,quod significat significationem substantiæ.& forte dixit hoc, quia prędicatio ista conuenit cum prædicatione substantiali in hoc,quod est secundum cursum naturalem, scilicet accidentia prædicabilia de substantia.accidẽtia enim existunt in substantijs per se, & attribuuntur eis essentialiter.& secundum ꝙ substantiæ disponuntur per illa, sunt accidentia substantiarum. attributio autem accidentis ad accidens non est essentialis. Deinde dicit.& cum ita sit,manifestum est,&c.id est & cum omnia ista sint impossibilia,scilicet contingentia positioni, ꝙ duo contradictoria dicuntur vere insimul de eodem,manifestum est ꝙ impossibile est vt duo contradictoria prędicentur de eodem.

Item,si contradictiones simul veræ de eodem omnes , patet quòd omnia erunt vnum.erit etenim idem & triremis,& paries, & homo,si de omni contingit quicquam affirmare,aut negare:sicuti illis necesse, qui Protagoræ opinionem sequuntur.si enim cuiquam videatur homo non esse triremis,patet quòd non erit triremis.sed etiam est,si contradictio quidem vera est.& certe fit quod Anaxagoras aiebat , simul omnes res esse,ita vt nihil vere vnum sit.Indefinitum itaq; videntur dicere: & putantes de ente tractare , de non ente dicunt . quod enim potentia,& non actu est,illud est indefinitum . At vero dicenda est eis de omni aut affirmatio,aut negatio. inconueniens nanque est , si cui sua quidem negatio inerit,alterius vero, quod non inest ei , non inerit. dico autem vtputa, si verum est dicere de homine, quòd non est homo,manifestum est quòd etiam non triremis est.Si affirmatio igitur,necesse est etiam negationem inesse.quòd si affirmatio non inest,negatio tamen inerit , magis quàm quæ ipsius est . si igitur & illa inest,inerit triremis negatio.& si hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur

A eis accidunt, qui hanc orationem dicunt, & quòd nõ est necesse, aut affirmare, aut negare. nam si verum est ꝙ homo, & non homo, patet quòd nec homo, nec non homo erit. duorum enim duæ negationes. ꝙ si illa ex vtrisq; vna, & hæc vna profecto opposita esset.

Et etiam manifestum est quòd secundum hunc sermonem omnia erunt idem. sit igitur nauis, & longitudo, & homo. & possibile est etiam vt dicatur affirmatiua de omnibus rebus, & similiter negatiua: sicut cogetur ad dicendum qui dicit sermonem Protagoræ, isti enim dicunt quòd homo non existimatur esse nauis. & manifestum est ꝙ homo non est nauis. & si duo extrema contradictionis sunt vera, est nauis. contingit igitur ex hoc, quod dicit Anaxagoras, quòd omnia sunt simul, & nihil est in rei veritate. Et isti videntur dicere sermonem suum sine termino, & existimant dicere quod est, & dicunt quod non est. quod enim est in potentia & non est in actu, est sine
B termino. Quæramus igitur ab eis vtrum affirmatiua & negatiua dicantur in omnibus de eodem. non enim oportet in omnibus vt dicantur de eodem, sed affirmatiua dicitur de aliquo, & quòd non dicatur de alio. verbi gratia quòd, si dicere quòd homo & non homo fuerit verum, manifestum est etiam quòd non est nauis. quoniam, si affirmatiua fuerit, necesse est vt negatiua sit etiam. & si affirmatiua non fuerit, negatiua quæ est eius, dignior est vt sit. si igitur illa fuerit, erit etiam eius, quod est nauis. & si ista fuerit, erit etiam affirmatiua. Hoc enim accidit dicentibus hunc sermonem, & accidit vt dicant quòd nõ est necessarium vt affirmatiua & negatiua sint de omnibus rebus. quoniam, si fuerit verum quòd homo, & quòd non homo est, manifestum est quòd est verum quòd non homo, & quòd nõ homo. ambæ enim sunt negatiuæ. si igitur illa est vna duarum, ista etiam est vna opposita in situ.

Aliud inconueniens sequens talem positionem est, quod sequeretur quod om- 15
C nia essent idem: probat consequutum, qm̄ si affirmatio, & negatio ęqualiter prædicētur de omnibus, tunc nauis, longitudo, homo, & Deus, qui sunt diuersa, essent idem, quia sicut contingit dicentibus sermonem Protagorę, ita contingit dicentibus duo contraria simul verificari de eodem. Sed illis, qui dicunt sermonẽ Protagorę, contingit omnia esse idem. igitur dicentibus affirmationem, & negationẽ ęqualiter prędicari de omnibus, contingit vt nauis, homo Deus, & lõgitudo sint idem. Cõsequens contra eos est: cum nullus eorum existimet, ꝙ nauis sit homo, vel Deus, quoniam apud eos non iudicatur affirmatiua & negatiua simul de eodem, nisi quando existimationes diuersæ fuerint in eo. vt si aliquis existimauerit hominem esse nauem, & non esse nauem, tunc dicunt ꝙ affirmatiua, & negatiua congregantur insimul in eodem: si vero aliquis existimauerit hominẽ esse nauem, & alius hominem non esse nauem, tunc non dicunt hoc. qm̄ contingit eis vt homo sit nauis, cum concedunt quod duo cõtradictionis extrema sint vera: & istis contingit illud, quod dixit Anaxagoras, s. quod omnia sunt simul, & quod contrarium existit in cõtrario: cuius rationem affert, quia, si eis nõ contingeret, tunc verba eius non haberent intellectũ, qñ dicit quod omne illud, qd homo existimat, est verũ: & reddit rationem: qm̄ omnis hominis existimatio sequitur ens, ens autem non sequitur existimationem: omne enim, quod est homo, hoĩem esse existimatur, non tñ oportet quod omne, quod aliquid esse existimatur, sit illud: &

Ex sermone Protagoræ sequitur oĩa esse idem.

Ex sermone Anaxagorę sequitur oĩa esse in eodẽ.

isti tenentes opinionem Anaxagorę ponunt de entibus sermonem determinatũ, D & dicunt quod non habent terminum, putantes dicere aliquod terminatum, & aliquod ens: sed illud, quod dicunt, neq; est ens, neq; habet terminũ: & deceptus est Anaxagoras, quia nomina, quę sunt contraria, non sunt existentia insimul actu, sed potẽtia, & quod nõ est actu, non est ens, & propterea dixit quod, cũ voluerunt ens terminare, per quod est, determinauerunt ipsum per quod nõ est: terminus enim nõ est nisi eius, quod est in actu: & cũ determinauerunt entia ꝙ sint simul, & sint simul potentia, & omnis potentia est eius, quod non est: igitur isti determinauerunt entia, per quod nõ est, existimando ea terminare per quod est: & sic decepti sunt, quia putauerũt ea, quę sunt vnum in ente potentia, esse vnum in ente actu. nam, si essent vnum in vno actu ente, essent vnũ inter se. Sed, quia sunt vnum in potentia ente, ideo nõ sunt vnum inter se. & si quęramus a Protagora, ac suis sequacibus, vtrum affirmatio, & negatio congregẽtur in quolibet: cõcedent hoc fore impossibile quod affirmatio, & negatio cõgregentur in quolibet, cum quędam sint in quibusdam: nullus enim cõcedit hoc in essentijs diuersis: & nõ terminant hoc nisi in eadem essentia: ostẽdit modo, quomodo contingit eis, vt omnia sint simul. qm̃ qui ponit ꝙ homo, & nõ homo, est verũ, ponit quod homo nõ est nauis, s. quod nõ est verum, sicut isti faciunt. qm̃, si cõcesserint quod affirmatiua & negatiua insimul cõgregantur in eodem, sequitur vt cum affirmatiua nõ fuerit in aliquo, dignius sit vt negatiua etiam nõ sit, vt si verum fuerit dicere de homine quod nõ est homo, longe magis erit verum dicere quod non est nauis. dicere enim nõ homo, & non nauis sunt duę hominis negatiuę. Cum igitur vna negatiua fuerit vera cum hoc, quod est homo, scilicet quum affirmat, dignius est vt alia negatiua sit vera, s. quod nõ est nauis, cum fallitate affirmatiuę, quod est nauis. & si verum est dicere de homine quod non est nauis, & apud eos sit verum dicere de naue ꝙ nõ est nauis, contingit vt verum dicatur de homine quod est nauis: sic homo nõ est nauis, & quod nõ est nauis est nauis, ergo homo est nauis, & sic homini cõtingit vt sit nauis, & nõ nauis, sicut dicunt illi quod vere dicitur de eo, quod est homo, & nõ homo insimul: tangit aliud impossibile, & dicit quod nõ est necesse vt affirmatiua, & negatiua uere pręducentur insimul de quolibet: sed vere de aliquibus rebus aliqua, quæ non est affirmatiua, neque negatiua: vtraq; enim habet cõtradictoriam, scilicet nõ affirmatiuam, & nõ negatiuam: & hoc, qm̃, si oppositio inter affirmatiuam, & negatiuam, vt Socrates est homo, & Socrates nõ est homo, erit vera inter duo, id est inter duas propositiones, & erit composita ex duabus propositionibus simplicibus simul veris, tũc oppositio composita ex tribus propositionibus inuicem oppositis erit etiam inter quatuor, videlicet hęc, Socrates est homo, & Socrates non est homo; & Socrates nõ est homo, & nõ Socrates nõ est homo: est enim hæc vna copulatiua F composita ex duabus copulatiuis propositionibus: qm̃ propositio affirmatiue negata, vt non Socrates est homo, & negatiue negata ut Socrates nõ est homo, opponũtur affirmatiuę illi Socrates est homo, & negatiuę illi Socrates nõ est homo. ex quibus omnibus sic oppositis fit vna copulatiua, quæ cõsistit in quatuor propositionibus, quarum nulla est vera, vt probatum est per illam regulam: oppositum semper tollit id, quod est suum oppositum.

Terminare est eius, qđ est in actu.

Oppositum semper tollit oppositum, qđ inuenit.

Et etiam continget huic positioni vt omnia sint idem. Deinde dicit. si igitur nauis, &c. id ponamus igitur ꝙ hoc est nauis, & longitudo & homo, scilicet intentiones diuersæ. Deinde dicit & possibile est etiam vt dicatur, &c. id est & ponamus etiã ꝙ affirmatiua dicatur de omnibus, & similiter negatiua. ista enim positio contingit dicentibus sermonem Protagoræ. Deinde dicit. isti enim dicentibus sermonem Protagoræ, quod omne, quod homo existimat, est verum, scilicet ꝙ affirmatiua & negatiua sunt verę. & sic contingit eis vt nauis, & homo, & Deus sint idem, licet non dicant. Et causa in hoc apud eos est, quia nullus existimat quod homo est nauis, aut quod est Deus, quoniam apud eos non iudicatur affirmatiua & negatiua insimul de eodem, nisi quando existimationes fuerint diuersæ in eo. verbi gratia quod, si aliquis existimauerit hoc esse nauem, & aliud non esse nauem, tunc dicunt ꝙ affirmatiua &

A negatiua congregantur in eodem: Si autem aliquis existimauerit ꝙ homo est
nauis, & alius existimauerit ꝙ non est nauis, non dicunt hoc. Deinde in-
cœpit dicere quomodo contingit eis hoc, & dixit & si duo extrema, & cęte.
id est contingit eis vt homo sit nauis. quoniam, cum concesserit ꝙ homo non
est homo, cōtingit eis vt homo sit nauis. Deinde dicit. contingit igitur ex hoc,
quod d. Anaxa. &c. idest contingit igitur Protagoræ, & dicentibus sermonem
eius, necessario dicere sermonem Anaxa. s. ꝙ omnia sunt existentia insimul, &
ꝙ contrarium existit in cōtrario. & si non, nō haberent intellectum verba Pro
tagoræ, dicētis ꝙ omne, quod existimat homo, est verum. existimatio enim ho-
minis sequitur ens: ens autem non sequitur existimationem, si entia non habe-
rent esse in anima. Deinde dicit. Et isti videntur dicere, &c. i. & Anaxa. & di-
centes suum sermonem laborant in dicendo de entibus sermonem determinatū,
& dicunt ꝙ non habent terminum, & existimant dicere aliquod terminatum, &
aliquod ens, & ꝙ dicunt non habet terminum, neque est ens. Et dixit hoc, ꝙ nò
mina, quæ sunt cōtraria, non sunt existētia insimul actu, sed potētia: & quod nō
est actu est non ens. & ideo dixit ꝙ, cum voluerūt terminare ens per quod est,
determinauerunt ipsum per quod non est. terminus enim non est nisi eius, quod
est in actu. Et cum isti terminauerunt entia ꝙ sunt insimul, & sunt simul poten-
tia: & potētia est eius, qđ non est: ergo illi terminauerunt entia ꝑ qđ nō est, existi
B mando illud, ꝙ terminabant illa, per quod est. Et ideo d. post. quod enim est po
tentia, &c. i. ꝙ ipsi quærebant terminare ens, quod est in actu, & terminauerunt
illud, quod est in potentia, existimando terminare ens quod est in actu. Deinde
incœpit dicere quomodo contingit eis dicere sermonem Anaxago. scilicet ꝙ
omnia sunt idem, & d. Quæramus igitur ab eis, &c. i. quæramus igitur a Prota-
goricis, vtrum affirmatio & negatio congregentur in quolibet, aut in quibusdā.
concedent enim impossibile esse vt affirmatio & negatio congregentur in quo-
libet, cum quædam sunt, in quibus nullus existimat existimationibus diuersis.
Et hoc intendebat cum dixit. sed affirmatiua dicitur, &c. i. & ipsi concedūt hoc
in essentijs diuersis, et non determinant hoc, nisi in eadem essentia. Deinde incœ
pit notificare quomodo contingit eis vt omnia sint idem, & d. verbi gratia ꝙ, si
dicere, &c. i. quoniam qui ponit ꝙ homo & non homo est verum, ponit ꝙ homo
non est nauis, scilicet ꝙ est verum etiam, sicut isti faciunt. Deinde dicit. quo-
niam, si affirmatiua fuerit, &c. idest & cum isti concesserint ꝙ affirmatiua & ne
gatiua congregantur in eodem, contingit ꝙ affirmatiua, cum nō fuerit in aliquo,
dignius est vt negatiua non sit in eo. verbi gratia ꝙ si fuerit verum dicere de
homine ꝙ non est homo, si fuerit falsum de eo dicere ꝙ est nauis, dignius est vt
verum dicatur de eo, quod est non nauis. Deinde d. si igitur illa fuerit, &c. i. si
igitur fuerit verum dicere de homine ꝙ est non homo, dignius est vt dicatur ve-
C rum de eo ꝙ est non nauis. dicere enim non homo & non nauis sunt duæ nega-
tiones hominis. cum igitur vna negatiua fuerit vera cum hoc quod est homo, sci
licet cum affirmat dignius est vt etiam alia negatiua sit etiam vera: & est ꝙ nō
est nauis cum falsitate affirmatiuæ, quod est nauis. Deinde dicit. & si ista fue-
rit, erit etiam affirmatiua .i. & si verum dicatur de homine ꝙ non est nauis, &
apud eos verum dicitur etiam de naue ꝙ nō est nauis, continget vt verum dica-
tur de homine ꝙ est nauis, sicut homo non est nauis: & quod non est nauis est
nauis: ergo homo est nauis. contingit igitur ex hoc vt homo sit nauis, & nō na-
uis, sicut dicunt, ꝙ vere dicitur de eo ꝙ est homo, & non homo insimul. Deinde
dicit. Hoc enim accidit dicentibus hunc sermonem. s. hoc enim contingit dicen-
tibus hoc in oībus rebus, vnde oīa erūt idem secūdum hoc. D. incœpit dicere aliud
impossibile, & d. & accidit, vt dicāt ꝙ nō est necesse vt affirmatiua & negatiua
vere dicātur insimul de quolibet, sed vere dr̄ de aliquibus rebus aliqua, quę non
est affirmatiua neq; negatiua. vtraq; .n. habet cōtradictoriā, s. nō affirmatiuā, &
nō negatiuā. & hoc intēdebat, cū d. qm̄, si fuerit verū, ꝙ homo, & nō homo, &c.
D. d. si igitur illa fuerint vna, &c. i. qm̄, si oppositio inter affirmatiuā et negatiuā
fuerit inter duo, tūc oppositio de istis erit ēt inter quatuor, s. qm̄ non affirmatiua,
& non negatiua opponuntur affirmatiuæ & negatiuæ.

Existimatio sequit̃ ens: ens aūt non sequitur existimationē, si entia non haberēt esse in anima.

Quod nō est actu, non est ens. vide ꝑ hoc. 9. Met. cō. 7. et vide etiam ꝑ hoc cō. 11, 12, huius.

Item aut in omnibus ita ſe habet,& eſt album , & ens & non ens, D
& circa cæteras affirmationes & negationes ſimili modo, aut nõ, ſed
circa aliquas,circa vero aliquas non.Et ſi non circa omnes,iſtę vtiq;
certæ eſſent. Quòd ſi circa omnes,rurſus , aut de quibuſcunque eſt
affirmare,etiam negare eſt,& de quibuſcunque negare etiam affir-
mare: aut de quibus quidem eſt affirmare,etiam negare eſt, de qui-
buſcunque vero negare,non de omnibus eſt affirmare . & ſi ita, eſſet
aliquid vtique pro certo non ens,& hæc firma opinio.quòd ſi ipſum
nõ eſſe,certum quid, & notum eſt , notior erit oppoſita affirmatio.
Quòd ſi quodcunque eſt negare,ſimiliter etiam affirmare neceſſe ſit,
aut verum eſt diuidendo dicere,vtputa album , & rurſus quod non
album, aut non . Et,ſi non eſt verum diuidendo dicere , neque dicit
hæc,nihilque prorſus ſunt illa ſane,quæ non ſunt,quo loquentur,aut
* ambulabunt?Et,vt etiam antea dictum eſt, omnia vnum erunt: &
homo,Deus,triremis,ac eorum contradictoria idem erunt. Quòd ſi
de quocunque ſimiliter, nihil aliud ab alio differret. nã ſi differret,
hoc verum & proprium erit. Similiter autem & ſi diuidentem vera
dicere contingit,quod dictum eſt accidit . Et ad hæc, quòd omnes
vera dicerent,omneſque mentirentur, ipſeque ſeipſum mentiri con-
cederet. Simul autem manifeſtum eſt,quòd de nullo eſt ad eum con-
ſideratio.nihil enim dicit.neque enim ita , neque non ita ait, ſed ita
& non ita.& rurſus his ambobus negationem,ꝙ nec ita, neque non
ita.nam ſi non,eſſet aliquid vtique determinatum.

* a.l. intelligent.

Et etiam aut erit in omnibus ſecũdum hanc diſpoſitionem , & erit
album & non album,& ens & non ens,& ſecundum hunc modum in
aliis affirmatiuis etiam nõ erit,ſed erit in quibuſdam, & in quibuſdã
non. Si autem non fuerit in omnibus,hoc eſt cõceſſum. Et, ſi fuerint
in omnibus,dicemus etiam,aut negatiua dicetur de omnibus,de qui
bus affirmatiua dicitur,& affirmatiua etiam dicetur de omnibus, de
quibus dicitur negatiua:aut in quibuſdam rebus dicetur de omni-
bus,de quibus affirmatiua,& non dicetur de omnibus,de quibus dici
tur negatiua omnino.& ſi fuerit ſecundum hanc diſpoſitionem, tũc
erit aliquid,quod non eſt ens:& iſta opinio eſt fixa & firma.& ſi illud,
quod eſt per negatiuam,eſt aliquid firmum & notum, tunc ſermo cõ
trarius ſecundum ſitum erit manifeſtior eo. Et, ſi affirmatiua dicitur
de omnibus,de quibus dicitur negatiua,etiam neceſſe eſt vt ſermo di
uidentis & dicentis,verbi gratia omne album non eſt album,erit ve-
rum aut non verum.Et,ſi non fuerit verum,quod dictum eſt per hãc
diuiſionem,& dicantur iſta,& non quæ ſunt entia,erit dictum,& no-
minatum idem. Et ſic omnia erunt idem,ſicut diximus prius, & erit
idẽ homo,& nauis,& Deus,& negatiuę iſtorũ.Et ſi ſermo de vnoquo
que iſtorũ fuerit idẽ,tũc nõ differt aliq̃d eorũ ab altero,& aliquo mo
do.qm̃,ſi diuerſatur,erit illud in rei veritate ſemper. Et accidit hoc,
qđ prius diximus,ſi fuerit poſsibile vt diuiſio ſit ẽt vera. Et cum hoc

A accidit etiam vt omnes veridicent,& omnes falsent,& loquens con-
cedit etiam super se, quod falsat. Et manifestum est etiam cum hoc,
ꝙ disputatio cum isto est in eo,quod non est.quoniam non dicit hoc
esse,& hoc non esse,sed dicit hoc & non hoc insimul,& negat,& om-
nia ista.& si hoc nõ esset,esset sciẽs ꝙ oĩa habẽt aliquid terminatũ.

Si affirmatio,& negatio erunt in omnibus rebus secundum hanc dispositionẽ,
vt simul verificentur,ita quod sit verum simul dicere album,& non album,ens, 16
& non ens,& sic de alijs.& si affirmatiua, & negatiua erunt in quibusdam re-
bus veridicę,& in quibusdam diuidentes falsum & verum, nihil possumus dice-
re in hoc.& si affirmatiua & negatiua congregantur,tunc dictio necessario erit
talis.s.aut omne,de quo dicitur negatiua,de eo etiam dicat affirmatiua, & econ-
uerso.& ista diuisio impossibilis est,secundum quod declaratum est : aut omne,
de quo prædicatur negatiua,de eo etiam prædicetur affirmatiua, & non prædi-
cetur affirmatiua de omni,de quo prædicatur negatiua, & econuerso, scilicet vt
prædicetur affirmatiua de omni, de quo negatiua:si igitur illud,de quo prædica-
tur negatiua,nõ de eo prædicetur affirmatiua,tũc erũt non esse necessario,& qđ
nõ est in aliquid transmutatur:qm̃,si illud,de quo prædicatur negatiua, de eo af-
B firmatiua nõ prædicetur,tunc erit aliquod, quod est non ens , & opinio nostra
erit in hoc firma,quod impossibile est vt nõ opinetur in eo,qđ est non ens. &, si
fuerit manifestũ hoc esse nõ ens necessario,tũc manifestũ est apud nos suũ con-
trariũ,& suũ oppositũ ens.quia nõ ens nõ intelligitur nisi per cõparationem ad
ens:si ergo est apud nos opinio certa in nõ ente, de necessitate etiam erit apud
nos opinio certa in ente,& sic non congregatur negatiua & non esse in aliquo
omnino:eodemque modo,si fuerit apud nos opinio firma in ente erit,quoq; apud
nos opinio firma in negatione entis:& similiter,si aliquis fingat quod omne, de
quo negatiua prædicatur,de eo affirmatiua prædicetur. Sed negatiua non dr̃ de
affirmatiua.si igitur affirmatiua prædicatur de omnibus , de quibus prædicatur
negatiua,cõtingit necessario vt sermo diuidentis,& dicentis quod omne,qđ non
est hoc,dr̃ quod est hoc,sit sermo verus,aut nõ verus. si igitur cõgregatio istorũ
duorũ oppositorũ nõ est verum dicere,qđ hoc est verum,& nõ verum, & fuerit
verũ dicere qđ omne affirmatiuũ est negatiuũ,& nulla erit differẽtia inter nega
tionem conditionalẽ,& negationẽ simpliciter,scilicet in hoc,qđ affirmatio vere
dr̃ de omni negatione,s.affirmatio simpliciter de negatione simpliciter,& affir-
matio conditionalis de negatione conditionali,& sic omnia erũt idẽ,sicut dictũ
est supra,s.Deus,Homo,Nauis,& Nox.Et si non fuerit vera congregatio istius
C diuisionis,vt sit verum & non verũ insimul:qm̃ negatio cõditionalis,per quam
res abinuicem negantur,est tanq̃ negatio eius,quod est per se nõ ens. Et, cum
hoc fuerit positũ,continget vt oĩa sint idem, & vt non sit aliquid omnino : & si
negatio vniuscuiusq; entiũ non diuersatur,tunc de negatione nõ dicetur affirma
tio,& sic entia omnia erũt idem,& non erunt diuersa aliquo modo, & erit om-
ne ens vnũ,& nõ vnũ.qm̃,si aliquod ens diuersatur ab aliquo ente per aliquam
differẽtiam,semper ab eo necessario erit diuersum:& cum hoc etiam accidit vt
omnes homines veritatem,& falsitatem insimul dicant. dicere enim omnes ho-
mines veritatem dicere, est quoque verũ dicere,omnes homines falsificare: vn-
de disputãtes veritatẽ,& falsitatem insimul dicũt,& ẽt nõ falsant,neque veridi-
cant:& similiter contingit alicui aliquod iudicium proferenti concedere qđ fal-
sitatẽ dicat,quamuis oppositũ sit illius iudicij. Vnde manifestũ est qđ disputare
cum opinionibus istis nihil est,nisi aliquis dicat quod hoc est hoc, & quod hoc
non est hoc.ita quod habeat in aliquod eorũ aliquod firmũ.& disputatio cũ istis
non est in aliquo intellecto,aut ente,quia dicũtur in eodem quod est hoc,& non
est hoc,quę negationes istorũ entiũ sunt.& ideo,nisi essent dubitationes istorũ,
tunc prima scientia sciret res naturas terminatas habere.

Quod ab aliquo per aliquam differt differẽtiam, semp ab eo diuersatur.

Et etiam aut erit in omnibus secũdum hanc dispositionẽ,& erit album & nõ
album,& ens & non ens,& secundum hunc modum in alijs affirmatiuis ẽt,&c.

idest,aut negatiua & affirmatiua erunt in omnibus rebus secundum hanc dispo- D
sitionem,scilicet ꝙ vtraque sit vera, ita ꝙ sit verum dicere album & non albũ,
& ens & non ens,& similiter in alijs affirmatiuis & negatiuis , sed affirmatiua
& negatiua erunt in quibusdam rebus veridicæ insimul,& in quibusdam diuidẽ
tes falsum & verum,nihil possumus dicere in hoc. Deinde dicit. Et,si fuerint in
omnibus,&c.i. & si affirmatiua & negatiua congregentur,tũc dictio necessario
erit talis:aut omne,de quo dicitur affirmatiua,& de eo dicetur negatiua, & ecõ
uerso,scilicet ꝙ omne,de quo dicitur negatiua,dicetur de eo etiam affirmatiua,
& affirmatiua etiam dicetur de quo negatiua.& ista diuisio impossibilis est secũ
dum ꝙ declaratum est. aut omne,de quo dicitur negatiua, dicetur etiam de eo
affirmatiua:& non dicetur affirmatiua de omni,de quo dicitur negatiua,& econ
uerso,scilicet vt dicatur affirmatiua de omni,de quo negatiua.Si igitur illud, de
quo dicitur negatiua,nõ de eo dicitur affirmatiua,tunc erunt non esse necessario,
& quod non est transmutabitur in aliquod.Et hoc intendebat cũ dixit.& si fue-
rit secũdum hanc dispositionem,&c.i.& si illud,de quo dicitur negatiua, nõ di-
cetur de eo affirmatiua omnino,tunc erit aliquod,quod est non ens: & erit opi-
nio nostra in eo,quod est non ens opinio firma,scilicet ꝙ impossibile est vt nõ
opinetur in eo, quod est non ens. Deinde dicit.& si illud, quod est per negati-
uam,&c.i.ꝙ si fuerit manifestũ hoc esse non ens,s.non ens necessario, tunc ma- E
nifestius est apud nos suum contrarium,& suũ oppositum ens. non ens enim nõ
intelligitur,nisi secundum comparationem ad ens.Si igitur apud nos fuerit opi-
nio firma in non ente,necessario est vt apud nos sit opinio firma in ente.& sic
nõ congregatur negatiua,& nõ esse in aliquo omnino.& similiter , si apud nos
fuerit opinio firma in ente,tunc apud nos erit opinio in negatione firma : & est
ut aliquis fingat ꝙ omne, de quo dicitur negatiua,de eo dicatur affirmatiua: sed
negatiua nõ dicetur de affirmatiua.Deinde d.Et,si affirmatiua dicitur de omni-
bus,de quibus dicitur negatiua,continget necessario aut vt sermo diuidẽtis,& di
cẽtis ꝙ omne,quod non est hoc,dicitur ꝙ est hoc,sit sermo verus, aut nõ verus.
si igitur cõgregatio istorum duorum oppositorum nõ est verum, scilicet dicere
verum & nõ verum,& fuerit verum dicere ꝙ omne affirmatiuum est negatiuũ,
& nõ erit differentia in hoc,scilicet inter negationem conditionalem & nega-
tionem simpliciter,scilicet in hoc ꝙ affirmatio vere dicitur de omni negatione,
scilicet affirmatio simpliciter de negatione simpliciter, & affirmatio conditio-
nalis de negatione cõditionali,omnia erũt idem,sicut prius fuit dictum,Deus,&
homo,& nauis,& nox.Cum igitur dixit.Et si nõ fuerit verum , quod dictũ fuit
per hanc diuisionem,intendit,& si nõ fuerit vera congregatio istius diuisionis,
scilicet vt sit verum,& non verum insimul. Deinde dicit & nõ dicantur ista, & F
nõ quæ sunt entia.i.& negatio conditionalis,per quam res negantur abinuicẽ,
& est tanquam negatio eius quod est per se,scilicet non ens. Et intendebat per
omnia ista ꝙ,cum fuerit positum hoc,continget vt omnia sint idem, & vt nõ sit
aliquid omnino.Deinde dicit. Et si sermo de vnoquoque istorum, &c.i.&,si ne-
gatio vniuscuiusque entium non diuersatur,tunc de negatione non dicetur affir-
matio:& sic entia omnia erunt idem,& non diuersabuntur aliquo modo:& erit
omne ens vnum,& non vnum. Deinde dicit. quoniam,si diuersatur, &c.i. quo-
niam si aliquod ens diuersatur ab aliquo ente per aliquam differentiam, semper
diuersabitur ab eo,scilicet necessario,& ęterno.Deinde dicit.Et accidit hoc, qd
prius diximus,&c.i.& accidit etiam cum hoc vt omnes homines veridicẽt, &
falsent insimul.dicere enim ꝙ omnes homines veridicent, verum est dicere cũ
eo,ꝙ omnes homines falsent.& sic * disputãtes falsant & veridicant insimul,&
etiam nõ falsant neque veridicãt.Deinde dicit.& loquens concedit,&c.i.& cõ-
tingit loquenti dicẽti aliquod iudicium concedere ꝙ falsat.concedit enim ꝙ op-
positum illius iudicij est verum.Deinde dicit.Et manifestum est, &c.i. & mani-
festum est etiam ꝙ disputatio cum opinantibus hoc est in nihilo.qui enim nõ di
cit ꝙ hoc est hoc,& ꝙ hoc non est hoc,nõ ita ꝙ habet in altero eorum aliquod
firmum,nihil dixit.Deinde dicit.sed dicit hoc & nõ hoc insimul,&c.i. & dispu-
tatio cum istis nõ est in aliquo intellecto aut ente,quia dicuntur in eodem, ꝙ est

Nõ ens non itelligitur ni sisecũdm cõparationem ad ens vide. 1. Phy. 69. & 3.de aĩa,25.

* a.l. disputationes,

A hoc & non eſt hoc.& negationes iſtorum entium, ſ.ꝙ non eſt hoc, neque non eſt hoc.Deinde dicit.& ſi hoc non eſſe,&c.i.& niſi dubitationes, quæ mouerũt iſtos,eſſent,tunc ſcirent prima ſcietia ꝙ res habent naturas terminatas.

Item,ſi cum affirmatio vera ſit,negatio falſa,& cum hæc vera ſit, affirmatio falſa eſt,non erit ſimul idem affirmare & negare vere. ſed dicẽt fortaſsis hoc eſſe,quod a principio poſitum eſt.Item vtrum ille quidem,qui quanque rem,aut aliquo modo ſe habere exiſtimat, aut nõ ſe habere mẽtitur,qui uero ambo verum dicit. Nam ſi verum dicit,quid aliud,quod dicitur,eſt,niſi ꝙ talis natura entiũ eſt? Quòd ſi nõ iſte,ſed ille magis dicit verum,qui illo modo exiſtimat,iam aliquo modo ſe haberent exiſtentia.& hoc verum eſſet,& non ſimul etiã non verũ.Quòd ſi cuncti ſimiliter & mentiuntur,& verum dicũt,nec loqui,nec dicere quicquam tali homini poſsibile eſt. ſimul enim eadem,& nõ eadem dicit.Quòd ſi nihil exiſtimat,ſed ſimiliter arbitratur & non arbitratur,quid nam differat a plantis?

B Et etiam,ſi affirmatiua fuerit vera,negatiua erit falſa , & cum iſta fuerit vera,& affirmatiua erit falſa,tunc non eſt verum vt affirmatiua & negatiua dicantur de eodem inſimul.& videntur dicere hoc eſſe primum ſubiectum.Et etiam,ſi ille,qui exiſtimat quomodo ſunt res, & quomodo non ſunt,contingit ei falſum, & qui exiſtimat vtrũque veridicat,tunc ſermo de hoc eſt, quòd natura entium eſt talis.Et,ſi non veridicat,ſed veridicat magis quam ille,qui opinatur hac opinione, ille qui exiſtimat quomodo ſunt entia,tunc hoc etiam erit verum,& non verum.Et,ſi omnes falſant æqualiter,& non dicunt verum, tunc dicens tale non habet ſermonem.dicit enim aliquid,& nihil dicit inſimul.Et ſi non exiſtimat aliquid,ſed exiſtimatio eius & non exiſtimatio idem eſt,in quo igitur differt a plantis?

Cum ergo ex iam dictis declaratũ ſit, ꝙ ſi affirmatio fuerit vera , negatio erit 17
falſa,& cum affirmatio ſit falſa,negatio erit vera:& eadem ratione de ipſa ne-
C gatione,quoniam,cum negatio fuerit vera,affirmatio falſa erit,cum fuerit nega-
tio falſa affirmatio erit vera,Hæc.n. ex lege talium contradictoriarum habetur,
quam libro de enunciatione expoſuit: nõ fiet ergo vt idem vere ſimul affirme-
tur,atque negetur. Et dignum eſt diſputantibus cõcedere hoc eſſe primum com
poſitum,ſcilicet ꝙ affirmatio,& negatio verum, & falſum diuidunt: propter ꝙ,
ſi ille,qui putat quod alterum oppoſitorum eſt verum,aut quod aliquod eſt tale,
aut non eſt tale,& qui putat vtrunque,veridicat, cum neceſſe ſit vt natura entiũ
ſit talis diſpoſitionis,vt ſint entia,& non entia inſimul:&,ſi ille, qui putat quod
affirmatio,& negatio inſimul verificẽtur,non veridicat , qui magis veridicat il-
lo,qui exiſtimat affirmationem,& negationem verum,et falſum diuidere:& per
oppoſita,quæ ſunt verum,& non verum inſimul veridicãt,tunc ſermo vtriuſque
eorum erit verus & non verus,& ſic falſitatem,& veritatem ęqualiter dicunt:
&,cum ita ſit,nulla erit ratio,& homo erit vt plãta:ſi ergo hi,qui propoſitiones
proferunt,ſimiliter & falſa,& vera dicunt,vt ſequitur ad eos, qui opinantur con
tradictoria eſſe vera de eodem,tunc qui hoc modo opinantur, neque loqui, neq;
aliquid dicere conuenit:quoniam,ſi aliquid dixerit, non dicit aliquid.quoniã, ſi
aliquod exiſtimabit,nihil exiſtimabit. ſi vero nihil prorſus exiſtimat , talis ho-
mo,nihil a ſtirpibus diſcrepabit:cum facultate animæ exiſtimante carere videa-
tur,per quam animal rationale,diuiditur ab in animatis:

Regula cõtradictoriarum. 1. periher. cap.5.

Incõueniẽs, qđ cõtingit negãti principiũ contradictionis.

Et cum declaratū est ex istis ꝙ cū affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falsa, & cum negatiua erit vera, affirmatiua erit falsa, nō vere dicetur ꝙ affirmatiua & negatiua insimul vere dicātur de eodē. D.d. & videntur dicere hoc esse primū subiectum. i. & dignum est omni disputāti cōcedere hoc esse primum compositum, s. ꝙ affirmatiua & negatiua diuidunt verū & falsum. Deinde reuersus est ad impossibilia contingētia, & d. Et ēt, si ille, qui existimat, &c. i. & si ille, qui existimat ꝙ alterum oppositorū est verum, aut ꝙ est tale, aut non est tale, et qui existimat vtrunq;, verificat, necesse est vt natura entiū sit talis dispositionis, s. ꝙ vt sint entia & non entia insimul. D.d. Et, si nō veridicat, &c. i. &, si nō veridicat solummodo ille, qui opinatur affirmatio & negatio verificentur insimul, immo magis veridicat, quā ille, qui opinatur ꝙ affirmatio et negatio diuidunt verū & falsum, & opposita, quæ sunt verū & non verum, veridicant insimul; tūc sermo vniuscuiusq; eorū erit verus, & non verus, & falsant æqualiter, & verificant æqualiter. & cū ita fuerit, nulla erit ratio, & tunc homo erit quasi planta, Et hoc intendebat cum d. Et, si falsant omnes æqualiter, &c. i. &, si omnes opinati sunt ꝙ omnis affirmatio & negatio congregantur, & ꝙ omnis sermo verificat & falsificat æqualiter, tunc qui opinabatur, nullum habet sermonem. d. n. & nihil dicit. i. ꝓfert. n. sed nihil dicit. qm̄ si dixerit aliquid, nō dicet aliquid. D.d. Et si non existimat aliquid, &c. i. & si nō existimat aliqd esse & nō aliquid, in quo igitur differt a plātis & ab animatis? Rationale. n. nō diuiditur ab animatis, nisi per cōprehensiones & existimationes terminatas, s. hoc esse tale, aut non esse tale.

Rōnale non diuiditur ab aīatis, nisi ꝑ comprehensiones, et existimationes terminatas.

Vnde & maxime manifestum est, ꝙ nemo nec cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem dicunt, ita affectus est. Cur enim Megara vadit, & non quiescit ire putans? nec mox a diluculo ad puteum, aut ad præcipitium aliquod pergit? sed videtur verens, tanquam non similiter non bonum, & bonum esse putans cadere in illa. patet itaque ꝙ hoc quidem melius esse putat, illud vero minime. Si autem hoc, necesse est, vt & hoc quidem hominem, illud vero non hominem, & hoc quidem dulce, illud vero non dulce putet. non enim æqualiter omnia quærit & putat, cum melius esse bibere aquam, aut hominem visitare * arbitratus, deinde quærat ea. attamen oportebat, si similiter eadē essent homo & non homo. sed, vt dictum est, nemo est, qui non videatur aliqua verens, aliqua vero non. Quare, vt videtur, omnes arbitrantur simpliciter se habere, etsi non circa omnia, saltem circa melius, & deterius. Quòd si non scientes, sed opinantes, multo magis curandum esset de veritate, sicuti & infirmo existenti quā sano, de sanitate. opinans nanque ad scientem, non sane ad veritatem dispositus est. Item, etsi quā maxime omnia ita, & non ita se habeant, attamen ipsum magis & minus inest entium naturæ. Non enim similiter paria esse duo ac tria dicemus. nec eodem modo mentitus est, qui quatuor esse putet quinque, aut qui mille. Si itaque non similiter, patet ꝙ alter minus. quare magis verum dicit. Si igitur quod magis est, propinquius est, profecto erit aliquid verum, cui propinquius est, quod magis verum est. Quod si non est, at iam saltem aliquid est certius, & verius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quę prohibet quicquam mente determinare.

* videre.

Et ex hoc declarabitur ꝙ nullus opinatur hoc neque de cæteris hominibus, neque de eis, qui hoc dicunt. Qui enim ambulat, ambulat

A & nõ ſtat.& ſi opinaretur ꝙ ambulandum eſt,& non iret per viam ad puteum ſtantem in via, manifeſtum ꝙ euitaret ipſum.ſciret enim ꝙ caſus in puteo & non caſus non eſt idem. & exiſtimatio eius in bono & malo alicuius non eſt idem. declaratum eſt igitur ꝙ ipſe opinatur ꝙ quoddam illius eſt bonum & quoddam non bonum. Et cum ita ſit,ſcit igitur ꝙ quædam ſunt homo,& quædã non homo, & quędam dulcia,& quędam non dulcia.non enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idem,neq; æqualiter quærit in omnibus,ſed exiſtimat ꝙ potus aquę eſt melior:& aſpicere hominem,ſi hoc quærit.& ſi eſſent idem homo, & non homo.ſed ſicut dictum fuit,nihil videret niſi ad conſeruandũ ſe ab hoc,& non ab hoc.Cum igitur declaratum eſt ꝙ cognitio vniuerſaliter eſt in omnibus rebus,& ſi non fuerit in omnibus rebus,ſed eſt in eo,quod eſt bonum,& quod eſt malum,eſt ens. Et,ſi iſta cognitio non fuerit per ſcientiam, ſed per exiſtimationem, tunc dignius eſt perſcrutari de veritate,quemadmodum apparet infirmum perſcru
B tari de ſanitate,magis quã ſanum. exiſtimans enim non eſt certus in reſpectu ſcientis. Et, ſi omnia in maiori parte ſunt ſecundum hanc diſpoſitionem,aut ſecũdum aliam,tamen magis & minus ſunt de natura entium.Non enim diximus ꝙ duo & tria ſunt numerus par.& nõ eſt error exiſtimantis quatuor eſſe quinque, ſicut error exiſtimantis ipſum eſſe mille.Si igitur error eorum eſt minor, ergo eſt maioris veritatis. Et ſi illud,quod eſt magis propinquum,& maius eſt minus, tunc erit aliquid de veritate,cui eſt propinquum verum maius. Et, ſi hoc non fuerit, erit firmius,& magis verum, & quieſcemus ab hoc ſermone, qui nihil determinat & impedit intellectum, vt terminet aliquid.

Nititur modo declarare alia impoſſibilia illis cõtingẽtia,qui dicũt affirmationẽ,& negationẽ inſimul cõgregari:& hoc,ex eorũ operationibus in agibilibus mũdi:quũ nullus homo cuiuſcũq; ſit cõditionis,eſt, qui credat cõtradictoria ſimul eſſe vera:quia, cũ ipſe videt qđ ambulandũ eſt ad aliquẽ locũ, Ambulat,et 18 *Aliud incõmodũ eidẽ, qui ſupra cõtingens.*
C non ſtat:& ſi viderit ꝙ ambulatio operetur, & nõ operetur,ad illũ locũ,nõ ambularet:& ſi videbit qđ Ambulatio,& ſtatus eſſent ęquales,non ambularet,neque ſtaret:patet ergo,ex quo aliquis vadit & nõ quieſcit,ꝙ aliud putat eſſe ire, & non ire:& ſimiliter,ſi aliquis hõ putaret ꝙ cadere in puteum, & non cadere idem eſſet,profecto non euitaret viam,quæ ducit ad puteũ,neq; in eũ cadere timebit:& ſimiliter exiſtimare aliqđ eſſe bonũ,& malũ non eſt idẽ: qm̃, ſi eſſent idem,nemo bonũ quæreret,& malũ fugeret,vnde apparet ex hoc quædam bona eſſe,& quædam mala,& non tm̃ in rebus numero diuerſis,ſed etiam in partibus eiuſdẽ rei numero,cũ fuerint diuerſarũ virtutum:& cũ ſcientia eius in rebus vtilibus,& inutilibus ſit terminata,et non opinãtur duo contradictoria inſimul, vt eſſe debet in ſcientijs ſpeculatiuis, vt quidam eſt homo, & quidam non eſt homo: & non opinari quod omne,quod non eſt, ſit homo: quoniam, ſi exiſtimaremus hominem,& non hominem idem eſſe,tunc quoſdam homines non diligeremus,et alios odio haberemus,a quibus nos tuebimur.imo nulla eſſet apud nos differentia inter amicos, & inimicos. & ideo, cum declaratum ſit cognitionem neceſſariam eſſe in omnibus rebus, aut bonis, aut malis: & manifeſtum ſit quod ſi homo non habuerit de his rebus niſi exiſtimationem, tunc homo iſte magis perſcrutari debet de veritate,per ſcientiam,quam per exiſtimationẽ. ſicut infirmus magis debet perſcrutari de ſanitate, quam ſanus, quoniam, ſi ſci-

mus nõ habere ſcientiam alicuius rei, oportet perſcrutari vt ſcientiam illius ha- D beamus: & ſi illud, quod habemus de principijs cõſiderationis, eſt exiſtimatio, tũc magis perſcrutari oportet quomodo iſta exiſtimatio nobis accidat in his rebus, quæ ſunt conſiderationis principia, & vnde accidunt; & ſi aliquis exiſtimauerit omnes opiniones hominis fore exiſtimationes, & quod diuerſantur ſecũdũ magis & minus in veritate, & quod magis & minus ſunt de natura entis: eſt igitur aliquod, quod eſt verum in ſe. Quoniam manifeſtum eſt nobis quod duo par eſt, & tria eſt impar & quod in paritate non cõueniunt, quod eſt de primis cognitionibus neceſſarijs, & manifeſtum nobis eſt etiam peccatum, & errorem maiorem illorum eſſe, qui putant quod quatuor ſit mille, quam peccatum & errores illorum, qui exiſtimant quatuor fore quinque: Si igitur eſt aliquid minoris peccati, tunc aliquid eſt maioris veritatis altero, vnde neceſſe eſt, vt ſit aliquod verum, cui apropinquat illud, quod eſt minoris veritatis, & minoris falſitatis alio: ſimiliterque illud, quod eſt minoris falſitatis, oportet vt appropinquat alicui ſimpliciter falſo. quare neceſſe eſt vt ſint duo oppoſita. vnum quorum ſit ſimpliciter falſum, & aliud ſimpliciter verum, aliter eſſet proceſſus in infinitum. quoniam, ſi aliquid dicitur magis verum alio, & illud magis verum alio, & non eſſet deueniendum ad vnum veriſsimum, vltra quod nõ ſit dare aliud, proceſſus eſſet in infinitum, & ſic nullum ſcitum terminaretur.

Quod ē magis uerū, qđ ue magis falſum,

Cum declarauit impoſsibilia cõtingẽtia dicentibus ꝙ affirmatio & negatio cõgregãtur inſimul per opiniones eorum in entibus, incœpit declarare impoſsibilia cõtingẽtia eis per opiniones eorum in mundo, & d. Et ex hoc declarabitur, &c. i. ex hoc, quod dicam, & ex prædictis declarabitur ꝙ nullus opinatur hoc, neque ex laicis, neque ex clericis. Deinde dicit. Qui enim ambulat, &c. qui enim videt ꝙ ambulãdum eſt ad aliquid, ambulat & non ſtat. & ſi videret ꝙ ambulatio operaretur & nõ operaretur ad illud, nõ ambularet. & ſi videret ꝙ ambulatio & ſtatus eſſent æquales, nõ ambularet neque ſtaret. Deinde dicit. & nõ iret, &c. i. ꝙ ſi aliquis exiſtimaſſet ꝙ caſus in puteo & nõ caſus eſſent idem, tunc nullus euitaret ſe a via in puteum timẽdo, ne caderet in ipſum. Deinde dicit. & exiſtimatio eius in bono & malo alicuius nõ eſt idem. i. & exiſtimare aliquid eſſe bonum & aliquid malum nõ eſt idem. quoniam, ſi eſſent idem, non quæreretur bonum, & fugeretur malum. Et ex hoc apparet ꝙ quædam ſunt bona, & quædam mala, nõ tãtum in rebus diuerſis numeratis, ſed etiam in partibus eiuſdem rei cum fuerint diuerſarum uirtutum. D. dicit. Et, cum ita ſit, &c. ideſt & cum ſciẽtia eius in rebus utilibus & inutilibus ſit determinata, & non opinatur duo cõtradictoria inſimul, ſicut debet eſſe in ſciẽtijs ſpeculatiuis, uerbi gratia ꝙ quidam eſt homo, et quidam nõ eſt homo: uel iam nõ opinari ꝙ eum quod nõ eſt homo, eſt homo: & etiam ꝙ quædam guſtabilia ſunt dulcia naturaliter, & quædam nõ dulcia naturaliter, in his, quæ ſunt ſani guſtus. Deinde dicit. nõ enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idem, &c. ideſt nullus enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idem: & ideo nõ æqualiter quærit hæc omnia, ſed quædam quærit, & quædam nõ. uerbi gratia ꝙ, cum exiſtimauerit ꝙ melius eſt potare aquam quam uinum, tũc quæret aquam & nõ uinum. & ſi uiderit ꝙ idem eſt potare aquam & nõ potare, nõ quæret aquam: & ſimiliter nõ æqualiter eſſe aſpiciẽdum & nõ aſpiciẽdum aliquem hominem * ſanatum. Deinde dicit. & ſi eſſent idem homo & nõ homo, &c. ideſt, & ſi exiſtimaremus ꝙ homo & nõ homo eſſent idem, nõ diligeremus quoſdam homines, & odiremus alios, uel tueremur nos ab alijs & nõ eſſet differẽtia apud nos inter amicos, & inimicos. Deinde dicit. Cũ igitur declaratum eſt, ꝙ cognitio, &c. i. cum igitur declaratum eſt cognitionem neceſſariam eſſe, aut in omnibus rebus, aut bonis, aut malis, manifeſtum eſt cognitionem neceſſariam eſſe. Deinde dicit. Et, ſi iſta cognitio fuerit per ſciẽtiã, &c. ideſt, & ſi homo nõ habuerit de iſtis rebus niſi exiſtimationem, tunc iſte homo magis debet perſcrutari de ueritate, ſicut infirmus de ſanitate. Et intẽdebat quod ſcimus nõ habere ſciẽtiam de rebus, oportet nos perſcrutari & ſcire res: & ſi uidemus ꝙ illud, quod habemus de principijs conſiderationis eſt exiſtimatio, tũc magis debemus perſcrutari, quomodo accidit nobis iſta exiſtimatio in rebus

Bonũ et malũ nõ ſolum ſunt in rebus diuerſis numeratis, ſed etiam in partibus eiuſdẽ rei, cũ fuerint diuerſarum uirtutum,

* a, l, amatũ,

quæ

A que ſunt principia conſiderationis,& vnde accidunt. D.d.Et,ſi omnia in maiori parte,&c.id eſt,&,ſi aliquis exiſtimauerit ꝙ omnes opiniones hominis ſunt exiſtimationes,tamē exiſtimationes diuerſantur ſecūdum magis & minus in rei veritate,& ꝙ magis & minus ſunt de natura entis:eſt igitur aliquid, quod eſt verū in ſe. D.d.Non enim diximus ꝙ duo,& tria ſunt numerus par,&c.id eſt, quoniam manifeſtum eſt nobis ꝙ duo eſt par,& tria impar, & ꝙ nō conueniunt in paritate.& hoc eſt de primis cognitionibus neceſſarijs.Et etiam eſt manifeſtum nobis peccatum & errorem eſſe maiorem q̄ꝫ aliud peccatum. non enim æqualiter peccat qui exiſtimat quatuor eſſe quinq; , & qui exiſtimat quatuor eſſe mille. D.d.Si igitur error eorum,&c.id eſt,& ſi non æqualiter peccat, manifeſtū eſt ꝙ minus peccat qui opinatur quatuor eſſe quinq; q̄ꝫ alius. D.d.& maius eſt minus,tunc erit aliquid de veritate,cui eſt propinquum verum maius. id eſt , & ſi eſt aliquid minoris peccati,tunc erit aliquid maioris veritatis & minoris peccati.& ſic neceſſe eſt vt ſit aliquid verum, cui appropinquat illud , quod eſt maioris veritatis,& minoris falſitatis.Et hoc neceſſe eſt.quoniam , ſi aliquid fuerit maioris veritatis q̄ꝫ aliud,& minoris falſitatis, & neceſſe eſt aliquid eſſe verum ſimpliciter. Deinde dicit.Et,ſi hoc nō fuerit,erit firmius,ſicut inuenitur in ſcriptura.& ſic exponitur,& ſi non fuerit hoc verum ſimpliciter , in cuius reſpectu dicitur illud,quod eſt magis verum,neceſſe eſt aliquod verum eſſe magis verū,
B q̄ꝫ illud,in cuius reſpectu dicitur magis verum. & hoc procederet in infinitum : aut perueniret ad aliquod verū ſimpliciter,id eſt, aut quieſcemus ab hoc ſermone,&c.id eſt,& cum declaratum eſt eſſe aliquod verum ſimpliciter , tunc quieſcemus a ſermone,ex quo nullum ſcitum terminatur , & impedit vt aliquid habeat terminum,

Si aliquid fuerit maioris veritatis q̄ꝫ aliud,neceſſe eſt aliquid verum ſimpl'r eſſe verum.

Caput Tertium.Contra Protagoram, aſſerentem omne,quod opinamur , & nobis apparet, verum eſſe.

EX eadem vero opinione Protagoræ quoque oratio eſt.& ſimiliter eſt neceſſe ipſas ambas aut eſſe,aut non eſſe.Si enim omnia,de quibus opinantur,quæq; apparent,vera ſint,neceſſe eſt omnia ſimul vera & falſa eſſe.ſiquidē multi contraria inuicem opinantur,ac eos,qui non opinantur eadem,quæ ipſi,mentiri putant.quare neceſſe eſt idem eſſe & non eſſe.quòd ſi eſt,neceſſe eſt omnia,de quibus opinantur,vera eſſe.
C oppoſita nanque opinantur qui mentiuntur, & qui verum dicunt . ſi igitur ea,quæ ſunt,ita ſe habent,verum omnes dicunt . Quòd itaque ambæ orationes ex eadem mente ſint, patet.Non eſt autem idem omnes conueniendi modus.Quidam enim perſuaſione , quidam vero vi indigent.Quicunque nanque,propterea quòd dubitent,ita exiſtimarunt,horum ignorantia ſanabilis eſt.non enim ad ſermonem, ſed ad mentem eorum obuiatio eſt.Quicunque vero ſermonis gratia dicūt, horum ſanatio redargutio eſt,& eius ſermonis, qui in voce , & eius , qui in nominibus.Aduenit autem illis,qui dubitāt,hæc opinio a ſenſibilibus,illa quidem, qua dicitur ſimul contradictoria & contraria eſſe , videntibus ex eodem contraria fieri . ſi igitur non eſt poſsibile quod non eſt fieri,præextitit ſimiliter vtrunq; ens:ſicut & Anaxagoras omne in omni miſceri ait, atque Democritus .etenim hic quoque vacuum & plenum ſimiliter in quacunq; parte eſſe,atqui horum hoc

quidem ens,hoc vero non ens eſſe.

Et ſermo Protagoræ eſt de ſermonibus eorum,qui opinantur hoc, & coguntur ad dicendum res eſſe,aut quòd nihil eſt. Quoniam ſi omnes exiſtimationes ſunt veræ, neceſſe eſt vt omnia ſint vera & falſa inſimul,multi enim homines exiſtimant contrarium eorum,quæ exiſtimant alii,& opinantur quòd qui non opinantur illud,quod illi opinantur,peccant.neceſſe eſt igitur vt idem ſit & non ſit.&,ſi ita ſit,neceſſe eſt vt omnes exiſtimationes ſint veræ.errantes enim exiſtimant contraria.&,ſi entia ſunt huiuſmodi diſpoſitionis, tunc verificantur omnes.Et manifeſtum eſt ꝙ iſti ſermones, & ſimiles ſunt ab vna cognitione.Et ars in diſputatione cum omnibus iſtis non eſt vna. Sed quidam indigent ſufficientia,& quidam vt cogantur in diſputatione ad concedendum. Qui igitur exiſtimauerit hoc propter difficultaté comprehenſionis & ſuum errorem in ea,tunc ſua ignorantia habebit medicinam.diſputatio enim cum iſtis non eſt per verificationem ſermonis,ſed per verificationem rationis. Qui autem dixerunt per verificationem ſermonis,medicina eorum erit, vt incipiamus in verificatione ſignificationis vocis,& nominis. Et accidit iſta exiſtimatio mouentibus ſe a ſenſibilibus, quibus contingit dicere contradictoria eſſe,& contraria eſſe inſimul,quia opinabantur quòd contraria erant ex vno.& ſi impoſsibile eſt, vt fiat illud, quòd non eſt, neceſſe eſt vt res aut ſit communis ex vtroque:ſicut dixit Anaxagoras,qui dixit ꝙ omne ſit admiſtum cum omni. & ſimiliter dixit Democritus. talem enim ſermonem dixit in parte,quæ eſt ex uacuo & pleno,licet hoc ſit ens,& hoc non ens.

19 Quoniam Protagoræ opinio nihil ab eorum ſententia differre videtur,qui ſimul idem,& eſſe,& non eſſe dicebant,& quod omnes dicẽtes hoc, cogantur res eſſe dicere,& nihil eſſe: dicebat enim ipſe Protagoras quod omnis exiſtimatio erat vera,& quod exiſtimationes ſequuntur entia, ideo ad hanc opinionem ſequitur,quod res ſunt verę,& falſę inſimul:qm̃,ſi multi homines putãt de eodem exiſtimationes contrarias,vt ſi vnus exiſtimat aliquid de aliquo, alius vero exiſtimet de eodem aliquid ab aliquo,ita quod vnus affirmat aliquid,& alius negat illud,& alter putat alium peccare:quare contingit quod idem ſit verum, & falſum,quoniam conſequitur ad vtranq; exiſtimationem. Vnde ſequitur ad opinionem hanc quod idem ſit ens,& non ens in omnibus entibus:qm̃,cum omne ens, quod aliquis eſſe exiſtimat,poſsibile eſt vt aliquis putet illud non eſſe:& breuiter omne exiſtimatum eſſe,poſsibile eſt vt ab alio ſit negatum eſſe, & cũ omnis exiſtimatio,ſecundum Protagoram,ſit vera,ſequitur quod affirmatio, & negatio ſint ſimul verę:vnde neceſſe eſt ꝙ omnes homines verum dicant: quia poſsibile per imaginationem eſt poſsibile ſecundum rem,vt ipſe dicit: Vnde manifeſtum eſt quod cognitio. & opinio eorum eſt vna,ſed Ars,per quam iſti remoueantur ab hac opinione,non eſt vna;cum aliqui per ſermones ſufficientes in diſſolutione dubitationum ab hac opinione ſint remoti,quibus eorum opinionibus acci dunt: Alij vero ab hac opinione per hos ſermones diſſoluentes non remoüẽtur, ſed per Artem cogentem eos aliquod poſitum concedere quouſq; eorum defici cognoſcant:ideo Ariſ.non vult eis contradicere rationibus intrinſecis,ac ſufficientibus,ſed verbis,vt violenter concedant,& ab hac opinione ſint remoti:contradictio enim,quę facta eſt contra iſtos, non erit per inſtitutionem ſignificationis dictionum,& vti diſputatione cum eis donec verificentur: ſed per verificationé

Protagoræ opinio eſt, ꝙ exiſtimatio ſequitur ens,

Aliqui indigent violentia,ut fateantur veritatẽ.

A intentionis, in qua errauerunt soluendo illam quęstionem, quę accidit eis in illa intentione: Sophistę autem, qui fingunt res non posse firmari nisi per sermonem verum, & quęrunt a nobis verificationem huius principij, non possumus eis in hac quęstione respondere, nisi primo significationes nominum verificemus: sed, si concesserint nomina habere significationes proprias, tunc erit possibile cum eis disputare: & Aristo. fecit hoc in principio huius sermonis: & ista existimatio accidit eis, qui sermoni obediunt, & non cōsiderant vtrum sit aut non sit sensui conformis: & ideo contingit eis contradictio in rebus, & opinari quod contraria sint insimul: & multi Antiquorum putabant hoc esse verum, quoniam videbant contraria ex eodem generari, credebantque generationem non esse ex nihilo, id est ex non ente, ideo dicebant, quod contraria existunt insimul in rebus, ex quibus generantur, quoniam oportet vt res, ex qua est generatio, sit composita ex ente, & non ente: ideo dicebat Anaxagoras quod partes consimiles, id est elementa, sunt admixtę cum toto, & per consequens cum omnibus: Democritus quidem idem sentit, etenim ipse vacuum, atq; plenum in qua vis parte corporis mixti esse censebat, qm̄ ex qualibet parte fieri vacuum, & plenum censebat, & tamen horum alterum ens, alterum non ens esse dicebat, & ita cōtradictoria, quia plenum ens esse dicit, inane vero non ens.

Non possumus cū quopiam disputare, nisi prius ꝓprias nominū significationes admiserit.

Anaxagor. Democritus

B Et Protagoras est illorum, qui opinantur hoc, scilicet ꝙ affirmatiua & negatiua sunt insimul. & omnes dicentes hoc coguntur ad dicendum ꝙ res sunt, & ꝙ nihil est. quoniam qui dicit ꝙ omnis existimatio est vera, & ꝙ res consequuntur existimationes, continget ei dicere ꝙ res sunt veræ & falsæ insimul. Deinde declarat hoc, & dixit. multi enim homines, & cætera. id est, & necesse est vt res sint veræ & falsæ, si consequuntur existimationes. quia multi homines existimant in eodem existimationes contrarias, scilicet ꝙ vnus existimat ꝙ est affirmatiuum, & alius negatiuum, & alter existimat alium peccare: ex quo cōtingit ꝙ idem sit verum & falsum, quia consequitur vtranque existimationem, quapropter necesse est secundum hunc sermonem vt idem sit ens & non ens. & hoc intelligatur accidere in omni ente, scilicet ꝙ omne ens, quod aliquis existimat esse, possibile est vt aliquis existimat ipsum non esse. Deinde dicit. &, si ita sit, necesse est, & cætera. id est. & si negatiuum & affirmatiuum sunt vera insimul, necesse est vt omnes existimationes sint veræ; existimantes enim aliquid esse, & alij, qui falsant illam existimationem, existimant existimationes contrarias. Deinde dicit. &, si entia sunt huius dispositionis, & cætera. id est, & si entia consequuntur dispositiones hominum, contingit vt omnes homines vere dicant. Deinde dicit. Et manifestum est, ꝙ isti sermones, & cætera. id est, & manifestum ꝙ cognitio & opinio eorum est vna: sed ars, per

C quam remouentur ab hac opinione, non est vna. quidam enim remouentur ab hac opinione per sermones sufficientes in dissolutione dubitationum, quibus accidit eis opinio: & quidam non remouentur per * discolitatem. Et ars in hoc est, vt cogatur ad concedendum aliquod positum, quousque videatur suus defectus. iste enim non vult concedere per rationem intrinsecam, quapropter necesse est vt faciant ipsum concedere violenter per * verbera. Deinde dicit. Qui igitur existimauerit hoc, & cætera. id est, qui igitur existimauerit hoc propter dubitationem contingentem ei ex debilitate cerebri, potest curari ab hac ęgritudine dissoluendo illam dubitationem. Deinde dicit. disputatio enim cum istis non est, & cæte. id est contradictio enim contra istos non erit per institutionem significationis dictionum, & vti disputatione cum eis, donec verificantur: sed per verificationem intentionis, in qua errauerit dissoluendo illam quęstionem, quæ accidit eis in illa intentione. Deinde dicit. Qui autem dixit per verificationem s rmonis, &c. id est Sophistæ autem fingentes ꝙ res non firmantur nisi per verum sermonem, & quærunt a nobis verificare hoc principium, non possumus loqui cum eis in hac quæstione, nisi prius verificemus significationes nominum. &, cum cōcesserint ꝙ nomina habent significationes proprias, tunc possibile erit disputare cum eis. & hoc fecit ipse in principio istius sermonis. & hoc intēdebat, cū dixit, vt incipiamus in verificatione significationis.

* a. l. difficultatem.

* a. l. verba.

vocis, & nominis. D.d. Et accidit ista existimatio, &c. id est, & accidit ista exi D stimatio obedientibus sermoni, & non considerantibus vtrum sermo conueniat sensui, aut non. & qui hoc facit, continget ei cõtradictio in rebus, & opinari ꝙ contraria sunt insimul. Deinde dicit quid mouit ad opinandum quosdam, ꝙ cõtraria sunt insimul, & dicit: quia opinabantur ꝙ contraria, &c. id est, & multi Antiqui opinabantur hoc, quia videbant ꝙ cõtraria generantur ex eodem, & opinabantur cum hoc, ꝙ nõ sit generatio ex nihilo, scilicet ex nõ ente. vnde dixerunt ꝙ contraria existunt insimul in eodem, scilicet ex quo generantur. & hoc intendebat, cum dixit, necesse est vt res, aut sit communis ex vtroque, id est, ꝙ res, ex qua est generatio, sit composita ex vtroque, scilicet ex ente & nõ ente. Deinde dicit sicut dixit Anaxagoras, &c. id est, propter hanc opinionem dixit Anaxagoras, ꝙ partes similes, quæ sunt elementa, apud ipsum sunt admixtę cum toto, scilicet quia omnes sunt admixtæ cum omnibus. & sermo Democriti est propinquus isti cum dixit partem esse indiuisibilem, quę est apud ipsum ex vacuo & pleno admixtis, & sic opinatur ꝙ plenum est ens, & vacuum est non ens.

De hoc vide 1. Physi. tex. com. 32.

Ad illos itaque, qui ex his ita arbitrantur, dicemus quòd quodammodo quidem vere dicunt, quodammodo vero ignorant. ens nanque E dupliciter dicitur. quare aliquo modo quidem possibile est aliquid ex non ente fieri, aliquo vero modo non est. simulq; idem ens & non ens esse, sed non secundum idem ens. potentia nanque contingit simul idem contraria esse, actu vero minime. Item eos efflagitabimus aliam quoq; substantiam entium existimare, cui neq; motus, neque corruptio, neq; omnino generatio insit.

Nos igitur dicamus cum istis, qui existimant istas turpes existimationes, quòd sermo eorum est verus aliquo modo, & aliquo modo impossibilis. cõtrarietas enim dicitur duobus modis. est igitur aliquo modo possibile vt aliquid fiat ex nihilo, & possibile est vt non fiat alio modo. & possibile est vt insimul ens & non ens diuidantur duobus modis, non ens, quod fit ens existens, scilicet quòd homo fiat terra, neque ens, sicut entia, sed non sunt idem. possibile enim est vt contraria sint in eodem insimul potentia, actu autem non. Dicetur F igitur eis ad opinandum quòd entia habent aliam substantiam etiã, quæ non habet motum, neque corruptionem, neque generationem omnino.

20 Ad eos vero, qui ex istis dubitationibus ita existimauerunt contradictoria insimul verificari, dicimus ipsos partim recte dicere, & partim non recte dicere. Quoniam contrarietas dicitur duobus modis potentia, & Actu: dicere autem contraria esse in eodem simul in potentia verum est, sed non est verum quod sint in eodem simul in actu: & similiter dicere ens ex non ente generari contingit duobus modis, vno modo possibile est vt ens ex non ente generetur. alio modo impossibile est, quoniam ens diuiditur in duo, scilicet in ens actu, & in ens in potentia. & similiter non ens aliud est actu, & aliud est in potentia. vt homo singularis, cum fiet terra, non erit amplius homo in actu, neque in potentia propinqua, aut remota. Sed si ista terra fuerit homo, potentia erit alius homo numero, & non ille idem homo corruptus, contrarium vero, quod est ens in potentia, & quod est ens in actu, non sunt idem, quia homo in actu est non homo in potentia. & ideo, cum isti homines nesciuerunt distinguere inter potentiam, & actum, errauerunt errore maximo, quia posuerunt contraria hoc modo simul esse in eodem actu, quod est impossibile, quoniam contraria esse simul in potentia, nõ solã

Cõtrarietas duobus modis dicitur.

Contraria simul in eodẽ esse in poten

A verum est, sed est necessarium propter generationem: vt in semine, in quo planta est in potentia, & terra similiter: quare melius est vt non prohibeantur ponere substantiam aliam esse a sensibili carentem motu, & generatione, & corruptione omnino, sicut plato dicebat substantiam aliā esse, vt ideam, de qua dātur definitiones, & fiunt demonstrationes, vt certa scientia habeatur, & necessaria, cum de sensibilibus propter mutabilitatem, contrarietatisque permixtionē scientia haberi non possit, & hoc modo esset error peior priori.

tia necessarium est.

Et qui existimauerit ex hac dubitatione ꝙ contraria sunt insimul, nos dicemus in hoc, ꝙ sermo eorum est verus aliquo modo, & aliquo modo non est verus. contrarietas enim non dicitur vno modo esse, sed duobus modis, potentia, scilicet & actu. dicere autem ꝙ contraria existunt insimul in eodem, potentia est verum, actu autem est falsum. D.d. est igitur aliquo modo, &c. id est & similiter hoc, quod dicunt, ꝙ impossibile est vt ens generetur ex nō ente, dicitur etiam duobus modis: quorum vno possibile est vt fiat, alio autem non. D.d. & possibile est vt insimul ens, & non ens, &c. id est, quia vtrunq; istorum, scilicet ens, & non ens diuiditur in duo, scilicet in ens actu & ens potentia, & similiter non ens diuiditur in duo, scilicet in nō ens actu & in non ens potentia, homo hic singularis, cum fiet terra, nō est iste homo in actu, neq; potentia propinqua, aut remota,

Vide ꝑ hoc cō.6. & 52. quinti Phy.

B sicut entia. sed, si ista terra fuerit homo, potentia erit alius homo numero, non ille idem homo corruptus. D.d. sed non sunt idem, id est, sed contrarium, quod est ens in potentia, & quod est actu, nō sunt idem. D.d. possibile est enim vt contraria, &c. id est isti enim homines errauerunt, & non potuerunt distinguere inter potentiam & actum, scilicet quia inuenerunt cōtraria esse insimul in eodem, existimauerunt ꝙ possibile est ea inueniri in actu. sed actu est impossibile, potētia autem est necessarium propter generationem. D.d. Dicetur igitur eis, &c. id est & ideo melius est vt non prohibeantur ponere substantiam aliam esse a sensibili, carentem motu & generatione & corruptione omnino, sicut Plato dicebat, s. substantiam, de qua pendet scientia necessaria. & hęc est quasi causa per accidens, & immutatio de errore maiori ad minorem errorem.

Idē 2. de Gene. tex. com. vltimi.

Similiter autem veritas in his quoque, quæ apparent, quibusdam ex sensibilibus aduenit. At enim verum non pluralitate neque paucitate iudicari censere debent. idem autem quibusdam gustantibus dulce, quibusdam amarum esse videtur. quare, si omnes ægrotarent, aut omnes insanirent, duo vero, vel tres sani, aut mētis compotes essent, hi vtique videri possent ægrotare, ac insanire, cæteri vero minime.
C Item multis aliorum animalium contrario apparent quam nobis, ac nostrum cuique non eadem ad seipsum semper secūdum sensum apparent. Qualia igitur horum vera vel falsa, non est manifestum. nihilominus enim magis hæc quàm illa vera sunt, sed æqualiter: propter quod Democritus, aut nihil esse verum, aut nobis ignotum ait. Et simpliciter propterea quòd sensum quidem prudentiam putant, hanc vero alterationem esse, quod secundum sensum apparet, necessario verum esse aiunt. Ex his enim & Empedocles, & Democritus, cæterorum quoque singuli, talibus opinionibus irretiti fuere. Empedocles etenim habitu mutato, prudentiam quoq; mutari ait.

Ad præsens nanq; prudentia hominibus augetur.

In aliis quoq; dicit.

Quatenus mutantur, eatenus semper etiam altera sapere eis affuit.

Parmenides quoq; eodem asserit modo.

Vt enim cuiq; complexio membrorum flexibilium se habet,

Ita intellectus hominibus adeſt. D

Idem nanque eſt, quod ſapit membrorum natura hominibus, & omnibus, & omni, quod enim plus eſt, intelligentia eſt. Anaxagoræ autem ſententia ipſa quoque a quodam ſuorum neceſſariorum memoriæ tradita eſt, quòd talia eis entia erunt, qualia ea eſſe putarint. Homerum etiam talem aiunt opinionem habere videri: quippe, qui faciat Hectorem, cum a vulnere inſaniret, iacere, aliud ſapientem, tanquam & inſanientes ſaperent quidem, ſed non eadem. Patet itaq; quòd, ſi vtraque prudentia eſt, entia quoque ſimul ita, & non ita ſe habent. Qua ex re difficillimum quod ſequitur eſt. ſi enim qui maxime poſsibile verum vident, hi autem ſunt, qui maxime illud quærunt, & amant, hi tales opiniones habent, & talem de veritate ſententiam ferunt, quomodo non ſecordia illis ſit, qui philoſophari conantur? nam quærere veritatem non eſſet niſi volucres perſequi.

E

Et ſimiliter non crediderunt quidam veritatem cognitionis in rebus manifeſtis ſenſibilibus. Et impoſsibile iudicare verum per multitudinem, aut paucitatem. idem enim ſentitur a quibuſdam dulce, & a quibuſdam amarum: &, ſi omnes homines eſſent infirmi, aut tranſmutati intellectus, ſani autem eſſent duo vel tres, aut habentes intellectum eſſent duo, aut tres, tũc exiſtimarentur iſti eſſe infirmi & trãſmutati intellectus, & quòd reſidui non ſunt ita. Et etiam pluribus animalibus apparent res econtrario illis ſecundum quòd ſunt, & nobis etiam apparet hoc, quòd vnicuique in ſe apparent aliqua in ſenſu econtrario illi, quod exiſtimatur. & non ſunt ita. Et non manifeſtatur eis, vtrum ſint vera, aut falſa. iſta enim non redduntur contraria magis quàm illa, ſed ſunt conſimilia in eo quòd reddunt. & ideo dixit Democritus quòd aut nihil eſt verum omnino, aut non manifeſtatur nobis. Et vniuerſaliter, cum exiſtimauerunt quòd intellectus eſt ſenſus, & ſenſus eſt certitudo, dixerunt quòd verum neceſſario apparet per ſenſum. Et ex iſtis opinionibus crediderunt exiſtimationes Empedocles, & Democritus, & vnuſquiſq; aliorum. Empedocles enim dixit, quòd ille, cuius compoſitio tranſmutatur, tranſmutabitur ſuus intellectus. Et Parmenides etiam dicit quòd intellectus appropriatur homini ſecundum complexionem membrorum vniuſcuiuſque hominum. Et quidam ſocii dixerunt ſermonem Anaxagoræ, in quo dicit, quòd entia apud homines ſunt ſecũdum exiſtimationem eorum. Et dicitur quòd Homerus prius videbatur opinari hoc. dixit enim in ſuis verſibus Hectorem, & dixit quòd, cum fuit percuſſus, valde timuit & amiſit intellectum proprium, & intellexit alio intellectu: qua ſi videret quòd qui perdit ſuum intellectum, intelligit etiam. Et non eſt ita. & eſt manifeſtum quòd, ſi in vtraque diſpoſitione habebat intellectum, tamen intelligebat quòd entia ſunt ſimul, & quòd ſunt in aliqua diſpoſitione, & in ſuo cõtrario inſimul. Et accidit ex vtraq; F

A dispositione aliquid difficile. si igitur quod isti viderunt, est possibile de veritate, magis quàm alii sunt solliciti in quærendo eam, & si existimationes istorum secundum hanc diuersitatem, & sermones eorum sunt tales in cognitione veritatis, quomodo non oportet illum, qui vult incipere in Philosophia, quòd quiescat sua voluntas? quoniam, si ita fuerit, tunc quærere veritatem est simile ad currere ad volantem.

21 Dubitatione dissoluta ducente ad dicendum contraria esse, & insimul existere, incœpit modo ponere aliam dubitationem contingentem quibusdam negantibus scientiam esse de rebus sensibilibus, & nullam esse per consequens veritatem in eis: quoniam aliqua sensibilia videntur dulcia ab aliquibus esse, & ab aliquibus videntur amara, & econuerso, quod non esset, si in sensibilibus rebus veritatem haberetur: nec valet, si aliquis diceret, quod hæc contrarietas est propter hoc, quoniam illi, qui sentiunt dulcia esse amara, sunt infirmi, & qui sentiunt ea esse dulcia, sunt sani. quoniam ad hoc vt aliquid sit verum necesse est vt a pluribus, & a paucioribus simul tale esse iudicetur, & ideo non B oportet credere existimationem eorum, qui sani sunt, ex hoc, ꝙ infirmi intellectũ, & sensus habeant transmutatos: & causa huius, est multitudo, & paucitas, quia si plures infirmos esse posuerimus, & pauciores sanos, tunc infirmi essent sani intellectus, & sensus, & sani essent econuerso: & isti antiqui dabant aliã rationem: ex hoc, quoniam plura animalia videntur in eodem obiecto sensibili contraria comprehendere, quæ tamen sana fore iudicantur, quorum aliqua idem obiectum tanquam malum, ac sibi inimicũ fugiunt, & aliqua ipsum vt bonum, & amicum amplecti videntur: similiter etiam ab aliquibus animalibus aliquæ res sunt, quę bonum saporem habere videntur, tamen ab aliquibus alijs malum saporem habere iudicantur: & sicut cæteris animalibus contingit, ita quoque hominibus contingit, sed sic est quod aliqua animalia circa aliquod obiectum sensibile contristãtur, & aliqua circa idem delectantur, sequitur ergo quod aliqui homines sunt, qui circa aliquod obiectum contristantur, & aliqui sunt, qui circa idem delectantur: & hoc non solum multis hominibus contingit, sed & idem homo in diuersis temporibus differenter de sensibilibus iudicat, quod nunc videtur, dulce atque sapidum, alio tempore videtur amarum, atque insipidum: & propterea quę nam igitur horum vera sint, aut falsa incertum est: quoniam nõ potest certa ratio assignari quę harum opinionum sit vera, aut falsa: & cum ita sit, C tunc sensibilia non habent in se ipsis veritatem comprehensibilem, sed sunt sic vel aliter, ex parte differentię eorum, qui comprehendunt: quapropter Democritus ait, aut nihil in se verum esse extra animam, aut si verum est, nobis est incertum, ac incognitum: & causa erroris istorum est, quia putabant intellectum esse sensum, ita quod nulla esset differentia inter ipsos, & quod scientia necessaria comprehendatur sensu: & cum viderunt quod sensibilia habent dispositiones diuersas apud sensum, crediderunt nullam esse scientiam necessariam omnino, sed quod omne visum sit verum, & falsum: ex dubitationibus ergo prędictis Antiqui putauerunt istas existimationes. quorum Empedocles dicebat varios intellectus habere diuersa iudicia, & quod vnusquisque intellectus propriã sequatur complexionem, & ideo dixit eum, qui mutatur de vna cõplexione in alteram, transmutari de vno intellectu in alterũ, & mouebatur Emped. ex infirmis, qui mutant intellectum mutatione complexionis: & Parmen. etiam eodem modo dicit de intellectu, vt dixerunt Empedocles & Democritus, qui etiam opinabatur quod entia existimationes hominum consequuntur, & non habent esse extra animam, nisi secundum quod homines intelligunt: propter quod putatur Homerum fuisse huiusmodi opinionis, cum plures intellectus esse opinabatur, qui modos complexionis insequebantur: dicebat ipse quod ille, qui suum intellectum amisit propter complexionis mutationem, intelligit alio intellectu

Ad hoc, vt aliquod existat verũ, necesse est a pluribus & paucioribus ita iudicari.

Circa obiectũ idẽ aliq̃ aĩalia, tristãtur, & aliqua delectãtur.

Democritus aut non esse verũ, aut nobis incertũ asseruit.

Antiquorũ motiua ad ponẽdũ existimationes quasq; ueras esse.

Parmenides Emp. Democri. & Homerus eandem de intellectu habuere existimationẽ.

a primo, vt ī Hectore visum est, qui ex vulnere accepto, aliud sapere videbatur: D si ergo insani sapiūt, & sapere est verum cognoscere, etiam insani verum cognoscent: manifestum est ergo quod homo in vtraq; dispositione cōstitutus, s. in proprio, aut diuerso intellectu non intelligit entia ita simul, & nō ita se habere: q̄m nullus est intellectus siue sit existens secundum propriam complexionem, siue secundum eius contrarium, qui intelligit entia contraria insimul existere, aut idē esse: Cum igitur ex hac magnorum virorum cōtrouersia talia impossibilia oriantur, Nōne deficiet animus eorum, qui nouitij ad philosophandum accedunt? & animus eorum dehortabitur ad inquirendum veritatem, quoniam existimabunt quod ille, qui querere veritatem in philosophia voluerit, sit similis illi, qui volatilia cœli pedibus persequebatur, eaq; manibus capere cupiebat: ꝙ erat imposs.

Cum dissoluit dubitationem inducentem ad dicendum contraria existere insimul, incœpit dicere aliam dubitationem, ex qua etiam accidit quibusdam negare scientiam, & dicere nullam esse veritatem, & dixit. Et similiter non crediderunt, &c. id est, & similiter dixerunt quidam, ꝙ illud, quod sensus comprehendit ex sensibilibus, nullam habet veritatem: & dicunt ratiocinando ꝙ quędam sentiuntur a quibusdam dulcia, & a quibusdam amara. & non differunt nisi in hoc, ꝙ illi, qui sentiunt ea dulcia, sunt plures, s. sani: & qui ea sentiunt amara, sunt pauciores, s. infirmi. & non est iudicandum aliquid esse verum per testimonium plurium absq; paucioribus. D.d. &, si omnes homines essent infirmi, &c. id est & E dixerunt ꝙ non oportet credere existimationem sanorum: quia infirmi habent transmutatos sensus & intellectus. causa enim in hoc non est nisi multitudo & paucitas. quoniam, si posuerimus ꝙ plures sunt infirmi, & pauciores sunt sani, tunc diceretur ꝙ sani sunt infirmi, & ꝙ intellectus, & sensus eorum sunt transmutati, & ꝙ alij sunt sani. Deinde dedit aliam rationem, & dixit. Et etiam pluribus animalibus, &c. id est & etiam dabant aliam ratiocinationem super hoc, dicendo ꝙ plura animalia videntur comprehendere in eodem sensibili contraria. videntur enim quędam fugere idem tanquam nociuum, & quędam sequi tanquā delectabile. & simile huic accidit etiam nobis cum animalibus. plura enim animalia videntur iuuari a rebus nocentibus nobis, & noceri a rebus delectabilibus nobis. Deinde dicit, & nobis etiam apparet hoc, &c. id est & sicut accidit hoc animalibus, ita etiam accidit homini. quidam enim delectatur in hoc, in quo contristatur alius. & non tantum hoc accidit diuersis hominibus, sed & idem homo videtur comprehendere in eodem per sensum contrarium illius, quod habet per existimationem, &, cum ita sit, tunc sensibilia non habent in se veritatē comprehensibilem, sed sunt secundum comprehendens. Deinde dicit. & non sunt ita, id est & manifestum est, ꝙ non sunt, secundum ꝙ sentiuntur. Deinde dicit. F Et non manifestatur eis, vtrum sint vera, vel falsa, id est & dicebant ꝙ propter omnia ista nobis nō declarabitur quid sit verum, & quid sit falsum. Deinde dedit causam in hoc, & dixit. ista enim &c. id est iudicium enim sensus in eadem re esse alterum contrariorum non est firmius iudicio alterius sensus in illa re esse aliud contrarium. uerbi gratia ꝙ iudicium sensus alicuius animalis, ꝙ hoc est delectabile, non est firmius iudicio sensus hominis illud esse contristabile. Deinde dicit. & ideo dixit Democritus, &c. id est, & ideo dubitauit Democritus, & dixit ꝙ cōtingit ex hoc alterum duorū, aut ut nihil habeat ueritatem in se extra animam, aut vt nō comprehendatur aliquo modo. D.d. Et vniuersaliter, cum existimauerit, &c. id est & causa erroris eorum est: quia existimabant ꝙ intellectus est sensus, & ꝙ nō differunt in aliquo: & opinabantur ꝙ scientia necessaria comprehenditur sensu: & cum viderunt ꝙ sensibilia videntur habere dispositiones diuersas apud sensum: crediderunt ꝙ nulla scientia est necessaria omnino. D.d. Et ex istis opinionibus, &c. id est, & ex istis dubitationibus prędictis existimauerūt isti homines istas existimationes. Empedocles enim dicebat plures intellectus esse habētes iudicia diuersa, & ꝙ quilibet intellectus sequitur cōplexionem propriam. & ideo dixit ꝙ qui mutatur de aliqua complexione in aliā, transmutabitur de aliquo intellectu in alium. & ratiocinatur super hoc per hoc, quod apparet de transmutatione intellectus in infirmis pp transmutationem com

Vide 2. de Ani. te. com. 150. de opinione Empedo. & Homeri.

A plexionis. Deinde d.& Parmenides etiam dicit, &c,idest, quoniam iste dicebat ꝙ intellectus appropriatur hominibus secundum complexiones,& compositiones eorum. Deinde dicit.Et quidam socij,&c. i.& isti etiam opinabantur, ꝙ entia consequuntur existimationes hominum,& ꝙ nō habent esse extra animam,nisi secundum ꝙ homines intelligunt. Deinde dicit. Et dicitur ꝙ Homerus.idest,& existimabatur ꝙ Homerus opinabatur plures intellectus esse, qui consequuntur modos complexionis. Deinde induxit vnam narrationem scitam inter illos de vno versu. Deinde dicit.quasi videret, & cæte.idest, & ex hoc sermone apparet ꝙ Homerus opinabatur ꝙ quisquis amisit suum intellectū propter transmutationem complexionis,ꝙ intelliget alio intellectu a primo. Deinde dicit. Et non est ita,&c.idest, & hoc,quod existimant,non est verum. manifestum est enim ꝙ & si in vtraque dispositione intelligit diuerso intellectu, tamen neque hoc intelligit,ꝙ entia sunt eadem, aut ꝙ entia sunt in aliqua dispositione,& in sua contraria insimul.Et intendebat per hoc,ꝙ nullus intellectus intelligit ꝙ entia contraria existunt insimul,aut sunt idem. Deinde dicit. Et accidit ex vtraque dispositione,&c.idest,quoniam imposibile accidit, siue intellectus fuerit positus secundum dispositionem intellectus istius existentis,aut secūdum aliud contrarium. Deinde dicit,si igitur isti,&c.idest,si igitur isti videntur B magis quærere veritatem quam alij, & sermones eorum in veritate sunt tales imposibiles,quomodo non accidit audientibus illos vt voluntas, & sollicitudo eorū quiescat in inquirendo veritatem? quoniam tunc qui quærit veritatem,similis est currenti ad apprehendendum volantem:quod nunquam fiet.

Nullus intellectus intelligit ꝙ entia cōtraria sunt insimul, aut ꝙ sunt idē. Vide cōsimile supra. t.c. 9. cogita instātiā de vnitate intellectus. Vide con. Zim.

Causa vero huius opinionis his fuit, quia veritatem quidem de entibus considerabant.entia vero sola arbitrati sunt sensibilia esse.In his autem magna indeterminati natura inest, & eius, quod ita ens est,vt prædiximus.quare verisimiliter quidem, sed non vere dicunt. ita enim magis conuenit dicere,quam vt Epicharmus in Xenophanem. Item cum hanc omnem naturam moueri viderent, de eo autē, quod mutatur,nihil verificari,circa illud,quod omnino mutatur,nihil verificari posse putabāt. Ex hac enim existimatione summa illa eorum opinio pullulauit,qui se Heraclitum sequi affirmabant,qualē & Cratylus habebat,qui tandem nihil putabat dicere oportere, sed solum digitum mouebat,& Heraclitum,ꝙ bis dixisset in eundē fluC uium non esse intrare,reprehēdebat.ipse enim existimabat ne semel quidem. Nos autē ad hanc etiam rationem dicemus, ꝙ id quod mutatur,cum mutatur,habet aliquam veritatem non esse putare, quanquam etiam ambiguū est. Abiiciens enim habet aliquid eius, quod abiicit.ac necesse est aliquid etiam eius,quod fit,esse. & simpliciter,si corrūpitur,erit aliquid ens.& si fit,necesse est esse,ex quo fit, & a quo generatur,& hoc nō esse in infinitum. Sed his omissis, illa dicamus, ꝙ non est idem secundum quantitatem,& secundum qualitatē transmutari.detur itaque non permanere secundum quantitatem,attamē secundum formam omnia cognoscimus.

Et causa in existimationibus istorum est,quia quærebant perscrutari de veritate entium,& existimabant ꝙ entia sunt sensibilia tantū, & naturæ istorum sensibilium non sunt terminatę, & maximam habent diuersitatem,& omnia entia,quæ sunt eiusdem dispositionis ēt. & ideo assimilantur dicere veritatem,sed nō dicūt veritatem. opor-

tet enim hoc dicere, sicut dixerunt errantes in Xenophane. Et etiam D cum viderunt totam istam naturam moueri, & quòd nihil dicitur in rei veritate de rebus, quę non transmutantur, existimauerunt impossibile esse aliquid dici in rei veritate aliquo modo de rebus, quę trāsmutantur secundum totum. Et ex ista opinione ramificatæ sunt opiniones Heracliti. Heraclitus enim in fine vitæ suæ opinabatur ꝙ nō oportet aliquid dicere, sed tantum mouebat digitum, & reprehendebat Sticum in hoc, ꝙ dixit ꝙ impossibile est tāgere aquam fluminis currentis bis. dicebat enim ꝙ nec semel est hoc sensibile. Nos autem dicamus in hoc sermone ēt ꝙ illud, quod transmutatur, habet apud transmutationem aliquem sermonem, qui vere dicetur de eo, & existimatur, quod non est, & si hoc est dubium. Qui enim negat aliquid, necesse est vt habeat aliquod esse, quod possibile est negare. necesse est igitur, vt aliquod esse habeat illud, quod est. & vniuersaliter, si aliquid corrumpitur, habet esse. & si generatur, necesse est vt habeat esse E illud, ex quo generatur illud, quod ex eo generatur, & illud, per quod generatur, & quòd hoc non sit infinitum. Sed dimittamus ista, & dicamus ꝙ transmutatio secundum quantitatem non est eadem cum transmutatione secundum qualitatem. & scientia non est tantum per quantitatem, sed omnia cognoscuntur per formas.

32 His explicatis Asignat modo causam erroris eorum, quæ fuit, quoniam ipsi, cum de veritate entium perscrutari volebant, non intelligebant sophisticam intentionem, quoniam omnia esse tantum sensibilia existimabant: & quia naturæ rerum sensibilium transmutabiles sunt, & non permanentes, ideo dicebant nullam fore scientiam, cum omnis scientia debet esse rerum permanentium, ac æternarum: & opinio istorum in aliqua parte videtur vera, in qua dicunt sensibilia transmutabilia esse, & quod in eis non est scientia, non tamen veritatem dicunt in hoc, quod ponunt scita esse sensibilia, & dubitationem hanc euitare oportet, quemadmodū euitauerunt eam illi, qui in sermonibus Xenophanis errabant: & super duo vniuersaliter fundati erant, quorum vnus erat ꝙ videbant istā naturā sensibilem per se transmutabilem esse, alter vero erat cum opinabantur nullā esse rem, quæ vere de rebus transmutabilibus in recto prædicetur ꝓpter velocitatē suę transmutationis: & sic nulla erat in aliquo tēpore scientia permanēs, & sempiterna. Et propterea dicebat Hæraclitus quod non oportet alicui quæsito neque affirmatiue, neq; negatiue respondere, quia sermo erat falsus antequā cōpleretur, & hoc, propter transmutationem rei in suum coutrarium, sed digito conceptum mentis ostendere debemus. putabat enim ipse breuiori spatio digitum mouere, quam lapidem, vel lignum aliquod esse, vel non esse appellare: F increpabatque virum antiquum, propterea quod dixisset fieri non posse vt bis eundem fluuium quisquam ingrediatur, quia antequam intrasset secundo, aqua, quæ erat fluminis, iam defluxerat, sed etiam, neque semel dicere debebat, quoniā antequam aliquis semel ingrederetur, & exiret, aqua fluminis deflueret, & alia superueniret. & ista est similiter entium dispositio, quasi nulla scientia acquiritur de eis neque in instanti: Nos autem dicimus respondendo eis, quod omne, quod transmutatur, habet aliquid, quod vere de eo in recto prædicetur secundum quod est transmutatum, verbi causa dicitur quod non sit permanens, & aliud huic oppositum, quod falso dicitur de eodem, videlicet, quod sit permanēs, vbi patet iudicium quod non sit permanens esse simpliciter inuariabile, & omnino certum: & ideo qui negat aliquid de aliquo, oportet vt negatum habeat aliquam naturam terminatam, ita vt necesse sit, aliquod ens esse: quod si necesse sit

Erat Xenophanis opinio ꝙ nihil in recto de transmutabilibus ṕdicari pōt pp velocē transmutationem.

Heracliti erat opinio potius digito, q̄ dictione mētis cōceptū ostendere.

Diluit Xenophanis opinio.

A aliquod ens esse, necesse erit non esse eius oppositum, & ita ex parte sensibiliū erit aliqua opinio certa, & determinate vera, cuius contradictoria erit determinate falsa. &, si in rerum natura est aliquod generatum, oportet vt habeat ens, ex quo generetur, & quod tale nullo modo sit corruptibile, ne in infinitum sit processus: similiterque id, quod corrumpitur, oportet vt corrumpitur in aliquod incorruptibile. His ergo omissis, quæ pertinent ad redarguendum eos, dicamus non esse idem mutari secundum quantitatem, idest secundum partes materiales quantas, & secundum qualitatem, idest secundum formam. nam in auctione partes materiales quantæ fluunt, & refluunt, partes autem formales, quæ sunt secundum formam, manent eędem semper: & ideo scientia non est per quantitatem tātum, sed per qualitatem, idest per formam: cum igitur partes formales sint permanentes, sequitur quoque quod scientia est permanens.

Mutatio alia est secūdum quātitatē, & alia secūdū qualitatem.

Cum induxit dubitationes inducentes quosdam ad dicendum omnia esse vera, & quosdam ad negandum scientiam, modo dat causam erroris istorum, & dicit. Et causa in existimationibus, &c. i. & causa erroris istorum est, quia isti volebant perscrutari de veritate entium, & non intendebant intentionē sophisticā. & existimabant cum hoc, ꝙ entia sunt sensibilia tantum: & naturæ sensibilium sunt transmutabiles, & non permanentes. scientia autem, si est, debet esse permanens, & ex rebus permanentibus. & propter hoc ambigebant, & negabant sciē-
B tiam. & hoc intendebat, cum dixit, & maximam habent diuersitatem, &c. i. & diuersitas in omnibus sensibilibus est maxima. & similiter in omnibus entibus, quæ sunt per res sensibiles. Deinde dicit. & ideo assimilantur &c. i. & sermo eorum videtur verus vno modo, scilicet in hoc, quod dicunt, ꝙ sensibilia sunt transmutabilia, & ꝙ in eis non sit scientia, sed in hoc, quod dicunt, quod scita sunt sensibilia, falsantur. Deinde dicit. oportet enim hoc dicere, &cæ. i. oportet enim euitare hanc dubitationem sicut euitauerunt eam errantes in sermonibus Xenophanis. Deinde dicit. Et etiam, cum viderunt, &c. idest, & vniuersaliter sustentati sunt super duo. quorum vnum est, quia viderunt istam naturam sensibilem transmutabilem per se. secundum autem est, quia opinati sunt ꝙ nulla res est, quæ vere dicatur de rebus transmutabilibus secundum totum propter velocitatem transmutationis eorum. & secundum hoc nulla erit scientia permanens, nec semper, nec aliqua hora. Deinde d. Et ex ista opinione, &c. i. & ex ista opinione ramificatæ sunt opiniones Heracliti opinantis ꝙ non oportet respondere ad aliquam quæstionem sic, aut non: quoniam erit falsum. antequam enim compleat responsionem, transmutabitur res in contrarium. & ideo, cum ille quærebat de aliquo, innuebat per digitum, & non loquebatur. Deinde dicit. & reprehendebat, &c. i. & reprehendebat quendam virum Antiquum, qui opinabatur hoc in hoc, quod dicebat, quod impossibile est tangere aquam fluuij bis.
C dicebat enim ꝙ debebat dicere ꝙ impossibile est tangere aquam fluuij semel, nedum bis. Et intendebat per hoc, ꝙ ista est dispositio entium in cursu, & ꝙ nulla scientia acquiritur de eis, neque in minimo tempore. Deinde dicit. Nos autem dicamus &c. i. nos autem dicamus contradicendo istis ꝙ quicquid transmutatur habet sermonem, qui vere dicitur de eo, secundum ꝙ est transmutatum, verbi gratia dicitur ꝙ non est permanens: & alium, qui falsat super ipsum, verbi gratia dicere ꝙ est permanens. & hoc intendebat, cum dixit. & existimatur ꝙ non est. i. & potest iudicari ꝙ est non permanens. & erit iudicium non transmutabile. Deinde d. & si hoc est dubium, &c, idest & vniuersaliter qui negat aliquid de aliquo, necesse est vt negatum habeat aliquam naturam terminatam, & vniuersaliter necesse est vt aliquod ens sit. Et intendit ꝙ contingit negantibus scientiam vt scientia apud eos habeat aliquam naturam terminatā: et sic erit aliquod ens. & si nō, nihil esset negatū omnino. Deinde d. necesse est igitur, &c. idest, & vniuersaliter omne, qđ generatur, necesse est vt habeat ens, ex quo generetur secundum naturā, & ens per qđ generetur, & ꝙ illud nō sit corruptibile, & vt hoc nō procedat in infinitum. & similiter corruptū debet peruenire ad aliquod incorruptibile. Deinde dicit. Sed dimittamus ista, &c. i. sed dimittēda est ista contradictio, & procedamus ad magis manifesta, & est, ꝙ transmutatio,

quam fingunt eſſe perpetuam in entibus,eſt in quantitate, non in qualitate, & forma & ſcientia neceſſaria non erit per quantitates rerũ tantum,ſed & per formas.ſi igitur formæ ſunt permanentes,ergo ſcientia erit permanens. D

Item dignum eſt reprehendere eos,qui ita arbitrantur, quoniam, cum & ipſorum ſenſibilium pauciora numero ita ſe habere viderent, de toto tamẽ cœlo ſimiliter ſenſerunt.hic.n.qui circa nos eſt, ſolum ſenſibilium locus in corruptione & generatione eſt, qui nulla, vt ita dicam,vniuerſi pars eſt.Vnde iuſtius fuiſſet propter illa,iſta ẽt abſoluiſſe,quã propter iſta,illa cõdemnaſſe.Item manifeſtum eſt quòd & ad iſtos eadẽ dicemus,quę olim dicta ſunt.quòd enim eſt immobilis quędam natura oſtẽdendum,& perſuadẽdum eſt eis.at accidit eis,qui ſimul dicũt eſſe,& nõ eſſe,magis dicere quieſcere cuncta,quam moueri.nõ enim eſt in quo quicquã moueretur,nã omnia omnibus inſunt.

Et etiã cõtradicẽdi ſunt exiſtimãtes iſtas exiſtimationes, quoniã, cum viderũt in rebus ſenſibilibus quòd pauciores ſunt talis diſpoſitionis,iudicauerunt de toto cœlo.locus enim ſenſibilis, in quo eſt generatio & corruptio,eſt ille,qui cõtinet nos tãtũ. & iſte poſsibile eſt, vt aliquis poteſt dicere,vt non ſit in reſpectu totius pars ſenſibilis. Rectius eſt igitur negare a toto,quod eſt in iſtis paucis,quã affirmare in toto,quod affirmatur de eis. Et manifeſtum eſt etiam,quòd dicendum eſt de iſtis,quod prius diximus in aliis,& demonſtremus eis ſufficienter naturam eſſe immobilem.etſi accidit dicentibus quòd dignius eſt affirmare & negare inſimul,dicere quòd omnia ſunt quieſcentia quam dicere mobilia.non eſt enim aliquid,in quo transmutetur aliquid quoniam in quolibet eſt quodlibet.

23 **Fallacia antiquorũ ĩ ponẽdo cuncta in trãſmutatione verſari,**

Præterea increpandi ſunt ij,qui ita de cunctis rebus exiſtimauerunt, propterea quod, cum pauciores numero ſenſibilium rerum ita ſe habere viderent, de cœlo,& omnibus partibus eius ſimilem ſententiam attulerunt,& ita res omnes in continuo fluxu,& mutatione verſari putabant,cum hoc in paucioribus rebus ſenſibilibus animaduerterent:locus enim,vbi fit generatio & corruptio in ſenſibilis eſt reſpectu totius vniuerſi,ſi illis conceſſum fuerit quod de rebus ſenſibilibus nulla ſit ſcientia.non eſt igitur argumentandum a minima rerum parte ad omnes vniuerſi partes:ſed rectius feciſſent,ſi non iudicarent de toto illud, quod de partibus ſenſibilibus iudicabant,& negare ab eo transmutationem in partibus exiſtentem.præterea patet & in hos ipſos ea nos dicere poſſe, quæ olim dicta ſunt:oſtendendum enim eſt ipſis naturam quandam immobilem eſſe, & per naturam immobilem intelligit ſpecies,& genera,quæ ſunt Platonis ideæ:et forte intelligit ſubſtantias abſtractas,quæ ſunt Deus,& intelligentiæ, & etiã his, qui affirmationem,& negationem ſimul eſſe dicunt,euenire videtur vt quieſcere magis,quam moueri omnia dicant:& affert cauſam.quoniam nihil mutatur in illud,quod ſibi ineſt:quare,cum omnia inſint cuilibet, quia omnia ſunt vnũ, fit, vt nihil ſit extra ipſum mobile, in quod poſsit mutari. & ſic omnia quieſcentia ſunt.

Et etiam contradicendum eſt iſtis hominibus primo.quoniam, cum viderunt quædam entia pauciora,ſcilicet quę ſunt in generatione & corruptione in diſpoſitione transmutabili,iudicauerunt ꝙ plura,ſcilicet cœli ſunt huius diſpoſitionis. & locus autem,in quo eſt generatio & corruptio,eſt inſenſibilis reſpectu totius. & hoc,ſi conceſſum fuerit eis,ꝙ iſta,in quibus eſt generatio et corruptio,nõ habẽt ſcientiam, **Deinde Rectius eſt igitur negare a toto, &c,i,rectius igitur eſt non**

A iudicare de toto illud, quod iudicatur de parte insensibili, & negare ab eo toto transmutationem existentem in parte. Deinde dicit. Et manifestum est, &c.i.& isti digni sunt, vt sufficiamus eis per illud, per quod sufficimus alijs, declarando eis naturam immobilem esse. Et intendit per istam naturam, species & genera, & forte substantias abstractas. D.d.etsi accidit dicentibus, &c.i.& licet dignius est ponentibus ꝙ affirmatio & negatio sunt insimul in omnibus rebus, vt omnia sunt quiescentia magis quam mobilia. Deinde dedit causam in hoc, & dixit. nõ est enim aliquid, &c.i.secundum enim istos non est distinctum aliquid ab aliquo, in quod transmutatur, sed omnia sunt admixta, & quodlibet in quolibet. quapropter oportet secundum hoc, vt omnia quiescentia sint.

De veritate vero, ꝙ non omne, quod apparet verum sit. Primo quidem neque sensus proprii fallax est. sed imaginatio non est idem, qđ sensus. Deinde admiratione dignum est, si hoc dubitant, vtrum tantæ sint magnitudines, talesque colores, quales eminus, an quales cominus apparent. & vtrum qualia sanis, an qualia ægrotantibus. & grauiora, vtrum qualia debilibus, an qualia robustis. & vera, vtrum qualia dormientibus, an qualia vigilantibus. Quod enim nõ arbitrãtur,
B patet. nemo etenim, si noctu existimet se Athenis esse, cum in Libya sit, ad * Ariopagum vadit. Item de futuro (vt Plato quoque ait) non est profecto similiter certa Medici, & ignari opinio: vtputa de futuro sano, aut non futuro.

* ὠδεῖον.

Sermo autem eorum in sensus veritate nõ omne, quod apparet, est verum. Primo, quia falsitas nõ appropriatur sensui, sed phantasiæ, quæ non est eadẽ cum sensu. Mirandum est igitur de eis, qui ambigũt in istis rebus, & quærunt vtrum magnitudines, & colores sint in illa dispositione, in qua videntur ex remoto, aut in illa dispositione, in qua videntur ex propinquo. & vtrum sint secundum quòd sani videntur, aut infirmi. & in grauitate, vtrum sint secundum quòd debiles, aut secundum quòd fortes. & in veritate, aut in falsitate, vtrum sint secundum quòd sunt apud dormiẽtes, aut apud vigilantes. Et manifestum est quòd impossibile est hoc: & nullus enim potest existimare
C modo album, sicut Plato. Et consilium Medici sapientis in rei veritate non est simile cõsilio nescientis, in eo quòd sanat de infirmitate, & in eo quòd non sanat.

Vult dicere, sicut ostensum est, quod nõ omnia sunt mutabilia, quæ apparent 24
mutabilia: ita Arist. intendit probare quod non omne, quod apparet est verum: idest sit illud, quod apparet: & hoc probatur multis modis, quorum primus est: quoniam falsitas propria est imaginationi, sed sensui non competit nisi per accidens: & in hac debet aliquis dicere quia illud, quod ex ea fit, non est verũ: quoniam per istam virtutem imaginantur aliquę res, quæ videntur esse impossibiles: & dignum est admiratione, cum aliquæ sint dispositiones, in quibus opinatur sensus contrario modo se habere in veritate, & falsitate, vt in dispositione rerum visui apparentium, quoniam magnitudines prope videntur maiores, & ita sunt maiores, procul vero videntur minores & ita sunt minores: propter quod aliquid videtur magnum, & paruum: & similiter est in dispositione sanitatis, & ęgritudinis: & in somno & vigilia: & est dignum admiratione vtrum verus sapor sit illud, quod a sanis apprehenditur, an illud sit, quod apprehenditur ab infirmis; & vtrum graue sit illud, quod apprehenditur a robustis, aut illud, quod

Per imaginatiuã percipimus etiam ipossibilia.

percipitur ab imbecillibus: & har ũomnium quæstionum maior est illa, vtrum ea sint vera, quæ dormientibus, an ea, quæ vigilantibus apparent, cum ęqueuera videantur apparendo vigilantibus, & dormientibus: & sic manifestum est q̃d hoc est impossibile. quod omne, quod apparet sit verum: & quia nos habemus, primam cognitionem, propter quam distinguimus inter veritatem, & falsitatem sensus: quoniam qui dubitat diuidere inter sensibilia falsa, & sensibilia vera, est sicut, qui dubitabit vtrum simus dormientes, an vigilantes, & vtrũ simus, aut nõ simus: similiter nemo ambigit veras quantitates, verosque colores esse, qui de vicino apparent, non autem qui est remoto, & quod apparet sanis, non quod apparet ægris. & si omne, quod videtur est verum, nulla esset differentia inter iudicium sapientis, & iudicium insipientis, & ita consilium medici sapientis esset simile consilio nescientis sanare ægros.

Falsitas propria est imaginatiõi, sed sensui nõ cõpetit nisi per accidens.

Sermo autem eorum, ꝙ omne, quod apparet, non est verum, est falsus. & hoc destruitur multis modis. Primo autem, quoniam falsitas non est propria sensui. quoniam falsitas non accidit sensui nisi per accidens. illud autem, cui falsitas est propria, est imaginatio. in hanc enim debet aliquis dicere ꝙ illud, quod ex ea fit, non est verum. Et dixit hoc, quia per istam virtutem imaginantur res, quæ præcise videntur impossibiles esse. Deinde dixit. Mirandum est igitur. i. &, quia sunt dispositiones, in quibus opinantur sensum esse verum, & aliæ, in quibus opinantur sensum esse falsum. verbi gratia sicut dispositio rerum apparentium visui ex remoto & propinquo, & in sanitate & in infirmitate, & vigore & debilitate, & magis in somno & vigilia. Mirandum etiam vtrum de quærentibus, vtrũ vera quantitas corporis est, quæ apparet in propinquo, aut quæ in remoto. idem enim apparet magnum in propinquo, & paruum in remoto. Et similiter quærentibus vtrum verus color apparet in propinquo, aut in remoto. & vtrum verus sapor comprehenditur a sanis, aut ille, qui comprehenditur ab infirmis. & vtrum verum pondus est illud, quod comprehenditur a fortibus, aut quod a debilibus. & maior quæstio est, vtrum quod dormiens videns est verum, aut quod vigilãs. Deinde dixit. Et manifestum est ꝙ hoc est impossibile. nullus enim potest modo, & hic abscinditur sermo Aristot. quia diminutus est. Et intentio eius est, ꝙ nos habemus primam cognitionem, per quã distinguimus inter illud, in quo sensus falsat, & in quo veridicat. quoniam qui dubitat diuidere inter sensibilia falsa & sensibilia vera, est, sicut qui dubitat in istis rebus, scilicet vtrum simus dormientes, aut vigilantes. & vtrum simus, aut non simus. & similiter nullus dubitat ꝙ veræ quantitates, & veri colores sunt, qui apparent ex propinquo, nõ ex remoto, & quod apparet sanis est verum, non quod apparet ægris. & ideo incipiunt curari. Et si omne, quod videtur, esset verum, sicut quidam dicunt, etiã nõ esset differentia inter sermones nescientis, & sapientis, v. g. Platonis. & tunc consilium Medici sapientis esset simile consilio nescientis sanare, aut non sanare infirmos. & omnia ista sunt impossibilia.

Item in ipsismet sensibus non est similiter certus, qui alieni est, & qui proprii, nec illius, qui prope est, & ipsiusmet: sed de colore quidem visus, non gustus, de sapore gustus, & non visus, quorum nullus vnquam ait eodem tempore circa idem simul ita, & non ita se habere. At nec in alio tempore circa passionem dubitarint. sed circa illud, cui passio accidit. dico aũt veluti idem quidem vinum, aut ipsum mutatum, aut corpore mutato, videri possit quandoque dulce, quandoque non dulce, sed non ipsum dulce, cum quale est sit, vnquam mutatum est, sed semper verificatur de eo. & quod futurũ est dulce, necessario tale est. Attamen omnes illæ orationes hoc perimunt. & quemadmodum substantiam non esse vllius, ita nec quicquã necessario esse. necessarium enim non contingit aliter, & aliter se habere.

A quare, si quid necessario est, non ita, & non ita habebit. Et simpliciter, si sensibile solum esset, nihil esset profecto, cum animata non essent. sensus nanque non esset. neque sensibilia itaque, neque sensiones esse fortassis verum esset. sentientis enim hæc passio est. Ipsa vero subiecta, quæ sensum faciunt, non esse etiam absque sensu, hoc impossibile est. Sensus nanque non ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiã præter sensum, quod necesse est prius sensu esse. mouens enim natura prius est moto. etsi ad seinuicem dicuntur hæc ipsa, nihil minus.

Sensus non est ipse sui ipsius.

Et etiam dicamus hoc in ipsis sensibus. quoniã sensus rei proprius non est simul in rei veritate ei, qui est alterius, & non est simul sensus propinquus rei propriæ remotæ alterius: visus. n. est colorũ, non saporũ: gustus aũt est saporũ, non colorum. & vnusquisq; eorũ sentit aliquid in vno tpe, & nunquã affirmat aliquis sensus, vt aliquid sit in sua dispositione, & alia contraria insimul, neque in alia contraria ẽt, neque in alio tpe etiã. Rixa autem de passionibus, v.g. quoniam existimatur ꝙ transmutatio est ex eodem, sicut vinum ex sapore, & existimatur ꝙ transmutatio est propter diuersitatem complexionis corporis gustantis, & sic existimatur. ꝙ vinum quandoque est dulce, & quandoque non dulce. & non est rixa in ipso dulci, cum fuerit dulce, nec quando trãsmutatur: sed si sermo verus est in eo, & erit necessario dulce illud, quod erit secundum hanc dispositionem. Et, si isti sermones negant secundum hæc, omnia, & similiter negant vt non sit substantia etiam alicuius rei, & vt nihil sit necessario omnino. quod enim est necessario, impossibile est vt sit alio modo. si igitur aliquid fuerit necessario, impossibile est vt sit in hac dispositione, & in sua contraria, & alio modo. Et, si sensibile est relatiuum, tunc sensibile solũ non est alicuius, si non est animatorum, quoniam non erit sensibile. & est verum, quemadmodum nõ erunt sensibilia etiam. sunt enim passiua sentientis. Et impossibile est vt subiecta facientia sensum sint, si sensus

B (margin letter beside "neque in alio tpe etiã")

C non fuerit. Sensus enim nihil aliud recipit quam sensum, & est prius sensu necessario. motor enim est prior moto natura. &, si ista dicũtur relatiue, tunc neutrum eorum erit sine altero.

Nititur in hac parte soluere dubitationem contingentem eis secundũ sensum, & ostendere id, quod dixerat, videlicet quod sensus circa proprium obiectum semper est verax. non autem in aliis sic se habet: quoniam non est æqualis comprehensio sensibilis ꝓprij a sensu, quũ fuerit propinquũ, cõprehensioni communi ab eo sensu, quũ fuerit remotum illud cõc: visus. n. est proprius sensus coloribus, gustus vero saporum, auditus sonorum, olfactus odorum, & tangibilium tactus. & quilibet quinque sensuum habet proprium obiectum, in quo iudicat, neq; diuersas dispositiones in eodẽ tempore, aut diuerso in eo comprehendit: sed dubiũ est, qm̃ econtrario videtur accidere sensui gustus, cum idem vinum aliquãdo dulce, & aliqñ amarum alicui videatur: vnde quæritur, nunquid hoc forte contingat propter transmutationem vini, aut contingat forte propter transmutationem complexionis gustus, propter quod non possumus dicere quod hoc sit dulce in sua natura in aliqua hora? Sed dicendum est quod hoc non accidit quia hoc vinũ aliquando sit dulce, & aliqñ amarum secundum suam naturam, 25

Quilibet sensus habet ꝓpriũ obiectũ in quo iudicat.

Dubitatio.

Solutio.

sed quæstio est: vtrum conuersio dulcedinis in amaritudinem sit ex sua transmutatione, aut ex transmutatione complexionis gustantis: quoniam, si est amarum propter naturam mutatam, tunc verum erat dicere quod erat dulce, dum permanebat in natura dulcedinis, si vero est amarum propter mutatam complexionem gustantis, tunc non sequitur ex hoc, quod sit dulce, & amarum simul, neque in vna hora dulce, & in alia amarum, quoniam tunc dulce est, dum habet naturam dulcedinis, & quando ex mutatione suæ naturæ efficitur amarum, tunc verũ est dicere vinum tale Amarum fore: vnde manifestum est quod iudicium sensus verum est de ipsa dulcedine, vel de ipsa amaritudine: quia sensus circa proprium obiectum semper verum dicit: & sic secundum sermones eorum aliquid erit determinate verum in rebus, tamen affirmatio, & negatio non erunt simul vera: quoniam (vt diximus) nunquam sensus gustus de proprio obiecto simul dicit dulce, & non dulce. Et omnes hæ opiniones non solum negant omnia entia, sed etiam negant ꝙ aliquid substantiam habeat. & sic omnino necessarium auferunt, & faciunt etiam ꝙ omne alio modo sit ab eo, quod est. quoniam, si aliquid fuerit necessario, impossibile est vt sit in alio modo, secundum quem est in alio. sensibile enim est relatiuum cum in se nullam habet naturam nisi relatiuam, quare contingit, vt sensibilia non sint, nec habeant esse, si animalia sensibilia, siue sententia non fuerint: sensibile non est relatiuum ad aliud, nisi ad sensum: & ita, si sensus non fuerit, non erunt sensibilia: & hoc, quod contingit verũ est alio modo, scilicet si posuerimus sensibilia esse relatiua. contingit enim vt sensibile sit sensus, cum ipse sit passio sentientis: quare oportet vt non sit sensibile absque sentiente, cum accidens esse non possit absque suo subiecto: & videtur contingere huic opinioni, vt sensibilia non sint nisi sit sensus, quoniam sensus non est sensibilium, sed alterius a sensibilibus, quod est prius sensu naturaliter: & causa huius est, quia sensibilia mouent sensus, & omne mouens est prius naturaliter moto. Vnde, si sensus, & sensibilia dicuntur relatiua, tunc sensibilia non essent sine sensibus.

Sensus circa ppriũ obiectũ, semper verũ dicit.

Si sensus nõ fuerit nec sẽsibilia oppositũ. 7. me. t. c. 58. sensibilia sũt entia, licet nõ sentiãtur. Quod pondera.

Intendit in hoc sermone dissoluere dubitationem contingentem eis ex sensibus, & dicit. Dicamus etiam dubitantibus in sensibus, & ponentibus omnia apparentia æqualiter in veritate. quoniam iudicium alicuius sensus in proprio sensibili non est simile sui iudicio de sensibili alterius, scilicet communi. verior. n. est in proprio, ꝙ̃ in sensibili communi, & alijs. Deinde dicit. & sensus propinquus rei proprie, &c. i. & magis isto est ꝙ non æqualis est comprehensio sensibilis proprij a sensu, cum fuerit propinquum comprehensioni communi ab eo sensu, cum fuerit remotum illud sensibile commune. Deinde incœpit dicere sensibilia propria vnicuique sensui, & d. visus enim est colorum, &c. i. visus enim est proprius coloribus in verificando de eis, & similiter gustus saporum, & auditus sonorum, & olfactus odorum, & tactus tangibilium. Deinde d. & vnusquisq; eorum, &c. i. & vnusquisque quinque sensuum habet proprium vnum sensibile, quod comprehendit vno tempore, scilicet subito. Deinde dicit. & nunquam affirmat, &c. i. & nunquã videmus ꝙ aliquis sensus iudicat in suo proprio sensibili diuersas dispositiones in eodem tempore, aut in duobus temporibus diuersis. Et, quia accidit in hoc sermone aliquid ex hoc, quod apparet in sensu gustus in sanitate, & in infirmitate d. Rixa autem, &c. i. dubitatio autem, quæ accidit in passione, quæ dicitur gustus, verbi gratia ꝙ aliquis dicat ꝙ idem vinum modo videtur dulce. & alia hora amarum, dubitatur: quoniã hoc forte accidit ex trãsmutatione gustanti, & forte ex transmutatione complexionis gustantis. vnde nullo modo possumus præcise dicere hoc esse dulce in sua natura in aliqua hora. Deinde dedit responsionem, & d. & non est rixa in ipso dulci, &c. i. & ista dubitatio non oportet vt sit dulcis naturaliter. quoniam, si fuerit amarum ex sua transmutatione, manifestum est ꝙ natura dulcis transmutata est, & habet naturam propriam, & ꝙ erit dulce, quando illa natura reuertetur ad illud. Si autem ex transmutatione complexionis gustantis, hoc erit manifestius, s. ꝙ dulcedo habet naturam propriam, sed ista rixa non est illa, in qua eramus in proprio: sed ista rixa est vtrum conuersio dulcis in amarum est ex sua transmutatione, aut ex transmutatione complexionis gustantis. Et hoc intendebat, cum d. & rixa

non

A non eſt in ipſo dulci, &c.id eſt & rixa non eſt in dulci,& cum tranſmutatur in amarum, vtrum ſit per ſuam tranſmutationem, aut per tranſmutationem complexionis guſtantis: & ſi ſit per illam tranſmutationem, quando tranſmutatur, neceſſe eſt enim, vt ſit dulce, dum habuit iſtam naturam, antequam tranſmutetur. & hoc intendebat, cum dicit, ſed ſi ſermo verus eſt, &c.i.d eſt ſed, ſi verum eſt dicere ipſum eſſe dulce in aliqua hora, neceſſario erit dulce omne, quod fuit in illa diſpoſitione, aut erit. Deinde dicit Et, ſi iſti ſermones, &c.id eſt & iſti ſermones, ſicut negant omnia entia, ita negant vt aliquid habeat ſubſtantiam: et ita negant aliquid eſſe neceſſario omnino. Deinde dicit. quod enim eſt neceſſario, &c. id eſt iſti enim ſermones faciunt, vt omne ſit alio modo ab eo, quod eſt, & quod eſt, impoſsibile vt ſit alio modo ab eo, quod eſt. Deinde dicit, ſi igitur aliquid fuerit neceſſario, &c.id eſt, quoniam, ſi aliquid fuerit neceſſario, impoſsibile eſt vt ſit in illo modo, ſecundum quem eſt in alio. Senſibile enim eſt relatiuum, cum nullam habet in ſe naturam niſi relatiuam. contingit enim vt ſenſibilia non habeant eſſe, ſi animalia ſenſibilia non fuerint. ſenſibile enim non eſt relatiuũ ad aliud niſi ad ſenſum: &, ſi ſenſus non fuerit, non erunt ſenſibilia. Deinde dicit, & eſt verum, quemadmodum, &c.id eſt, & hoc, quod contingit, verum eſt etiam alio modo, ſcilicet cum poſuerimus ꝙ ſenſibilia ſunt relatiua. contingit enim vt
B ſenſibile ſit ſenſus, & ſenſus ſit paſsio, id eſt accidens in ſentiente. vnde neceſſe eſt vt ſenſibile non ſit niſi ſentiens ſit. accidens enim impoſsibile eſt vt ſit ſine ſuo ſubiecto. Deinde dicit. Et impoſsibile eſt vt ſubiecta, &c.id eſt, & contingit huic ſermoni vt ſenſibilia nõ ſint, niſi ſenſus ſit. Deinde dedit cauſam & dicit. Senſus enim nihil aliud recipit ꝙ̃ ſenſum, id eſt ſenſus enim non eſt ſenſibilium, ſed alterius a ſenſibilibus. Deinde dicit & eſt prius ſenſu neceſſario, id eſt ſed ſenſus eſt alterius, quod eſt prius ſenſu neceſſario, ſcilicet prius naturaliter. Deinde dedit cauſam in hoc, & dicit motor enim, &c.id eſt & cauſa in hoc eſt, ꝙ ſenſibilia mouent ſenſus, & mouẽs eſt prius naturaliter moto. D.d. &, ſi iſta dicuntur relatiue, &c.id eſt &, ſi ſenſus, & ſenſibilia eſſent relatiua, tũc ſenſibilia non eſſent ſine ſenſibus, quemadmodum ſenſus nõ ſunt ſine ſenſibilibus.

Accidẽs impoſsibile eſt vt ſit ſine ſuo ſubiecto. Idẽ 1. Phy. 14.39. & 7. Met. te.c.2.

Caput Quartum. Contra eos, qui uel contradicendi ſtudio, vel alia quapiam de cauſa in dictam opinionem deuenerunt. Item contraria ſimul eidem ineſſe non poſſe.

C SVnt autem quidam eorũ, quibus de his perſuaſum eſt, quique has orationes ſolum dicunt, qui dubitant. quærunt etenim, quis eum, qui ſanus eſt, & omnino qui circa ſingula recte iudicarit, examinet. Tales autem dubitationes ſimiles ſunt, ac ſi quis dubitaret, vtrum dormimus nunc, an vigilamus. tales nanque cunctæ dubitationes idem poſſunt. de omnibus etenim hi dignum ducunt rationem eſſe. principiũ nanque (& hoc per demonſtrationem) accipere quærunt. Quòd autem non eſt eis perſuaſum, ex eorum actionibus manifeſte apparet: ſed, vt diximus, iſte eorum affectus eſt. rationem nanque eorum quærunt, quorum non eſt ratio, demonſtrationis enim principium non eſt demonſtratio. His quidem facile hoc perſuadebitur. non enim eſt difficile perceptu. Qui vero in oratione ſolum vim quærunt, impoſsibile quærunt. contraria nanque dicere dignum cenſent, mox contraria dicentes. Si autem non ſunt omnia ad aliquid, ſed quædam ipſa per ſeipſa ſunt, non erit vtique verum omne, quod apparet. apparens

Demonſtrationis principium nõ eſt demõſtratio.

Qui dicit oĩa vera, q̃ apparẽt eẽ, oĩa entia facit ad aliqd.

enim alicui eſt apparens. quare qui dicit omnia vera, quæ apparent D eſſe, omnia entia facit ad aliquid. Quare obſeruandum eſt his, qui vim in oratione quærunt, ſimulq; reddere orationes dignum ducũt, quòd non quod apparet eſt, ſed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, & quatenus, & quomodo. Quòd ſi reddant quidem orationem, non tamen ita reddant, accidet eis quamprimum contraria dicere. poteſt etenim eidem ſecundum viſum quidem mel apparere, guſtu autem non. & cum oculi duo ſint, ſi ſint diſsimiles, non eadem vtrique viſui. Cæterum ad eos, qui propter olim dictas cauſas, quod apparet verum eſſe dicunt, & ob hoc omnia ſimiliter eſſe falſa & vera, nec ſane omnibus eadem apparere, nec eidem ſemper eadem, ſed plerunque contraria, etiam eodem tempore. tactus etenim duo dicit in digitorum variatione, viſus autem vnum: ſed neque eodem ſenſu, & ſecundum idem, & eodem modo, & in eodem tempore. Quare hoc eſſet verum profecto.

Et quidam contenti ſunt per iſta, & dicunt iſtos ſermones, & quærunt quis eſt ille, qui quærit, & veridicat, & ſcit omnia ſecundum veritatem. Et iſtæ quæſtiones ambiguæ ſunt ſimiles quæſtionibus ambigentium in hoc tempore in uigilia & ſomno. & uis omnium iſtarum quæſtionum una eſt. iſti enim dicunt quòd omnia habent cauſas. primo enim quærunt quid, deinde quærunt comprehendere hoc per demonſtrationem. Quoniam autem non ſunt contenti, manifeſtum eſt ex ſuis operationibus. ſed infirmitas iſtorum eſt, quia quærunt terminum in quo non habet terminum. non enim habet demonſtrationem principium demonſtrationis. Et medicinatio iſtorum eſt facilis, & comprehendere hoc non eſt difficile. Illi autem, qui quærunt ſermonem tantum, & quærunt uictoriam, quærunt impoſsibile. uolunt enim dici ſermones contrarios, & illi in illa hora dicunt ſermones contrarios. Si autem non omnia dicuntur relatiue, ſed quædam ſunt per ſe etiam, tunc non omnia, quæ apparent ſunt uera. quod enim apparet, aliquid apparet. quod enim diximus quòd omnia apparentia ſunt uera, facit omnia entia relatiua. Et ideo oportet præſeruare nos ab eis, qui quærunt uictoriam per diſputationem, & cum hoc dicunt quòd illud, quod apparet, non apparet illud, quod eſt, ſed apparet illud, quod eſt, ſecundum illud, cui apparet, & in hora, in qua apparet. Et exiſtimant aliquid dicere, ſed non eſt ita. accidit enim eis a propinquo dicere contrarium. poſsibile enim eſt ut idem appareat uiſui eſſe mel, & guſtui non mel. & ſimiliter duo oculi cum fuerint diuerſi, non uidebunt unum. Illis igitur, qui dixerunt in iſtis, quæ apparent cauſas prædictas, In Græco album. iſta apparent & non apparẽt eadem, ſed apparent contraria multotiens in eodem tempore. ſenſus enim exiſtimatur duo mutationem digitorum, & uiſus idem, & non quod terminatur, & inuenitur. & quod eſt per unum ſenſum, & uno mo-

A do,& ſecundum unam diſpoſitionem, & in eodem tempore, & hoc
eſt uerum.

Et ex iſtis,qui in prędictam inciderunt opinionē,ſunt aliqui,qui dubitant per- 26
ſuaſi ex argumentis,quę neſciūt diſſoluere,& quęrūt ſcire diſtinguere quis apud
comprehenſiones contrarias vere iudicat,quos admonitione probabili facile ſa-
nari poſſe dixit:& qui ſolum has ſententias dicunt pertinacia quadam inducti,
non propter inductam de rebus perſuaſionem , & quęritant vtrum magis ſanis,
ꝙ infirmis credēdum ſit:& ſimiliter vtrum illud,quod in remoto apparet,ſit ma
gis verum illo,quod in propinquo videtur,ſunt ſimiles illo, qui ſtultas quęrit du-
bitationes,videlicet an nūc dormiamus,an vigilemus:nemo enim in re tam ma
nifeſta rationem quęreret:& omnes hę dubitationes valent quatenus ex eodem
capite proficiſcuntur,ex hoc videlicet ꝙ omnium rerum rationem aliquam,cau
ſam,principiumq; quęrunt,atq; hoc per demonſtrationem, cum principium inde
monſtrabile nullum eſſe putant,nec quicquam eſſe aiunt,quod per ſe,& ex ſe fi-
dem faciat:ſed,ſi ſcirent diſtinguere inter illud,quod eſt per ſe cognitū,& illud,
quod non eſt per ſe cognitum,tunc cauſa iſtius erroris ab eis auferreretur: & qm̄
iſti homines,qui talia dicunt,non ex pertinacia negant hoc, ſed diſputandi glo-
ria,vt peripatetici faciunt,ſed in facto,cum occurrerit,magis credunt iudicio vi-
gilantium,ꝙ dormientium:& ideo,cum talia dicunt, non ex animi ſententia lo
quuntur,ut ex ipſorum actionibus intelligi poteſt. Verum error,ac ipſorum infir
mitas eſt,qm̄ rationem eorum quęritant,quorum nulla eſt ratio,neq; demonſtra
tio:cum principij demonſtrationis nulla ſit demonſtratio:idcirco quęſtio iſtorum
non manat ex diſpoſitione aliqua,& opinione pertinaci,ſed,vt diximus,ex glo
ria diſputandi:quapropter hos ab errore huius opinionis eximere non erit ma-
gni negotij,quamprimum quæſtio fuerit ſoluta.& ex his,quæ dixit,infert vnum
contra eos,qui dicunt omnia apparentia eſſe vera , videlicet quod omnia entia
ſint ad aliquid,ideo cauendum eſt his, qui vim in ratione quęritant , & ob hoc
ſubeunt diſputationes in philoſophia contrarias,ideo oportet eis contradicere in
his,in quibus ſibi ipſis ſunt contrarij.Dicunt enim ꝙ id,quod videtur , abſolute
non eſt verum,ſed oportet vt ſit verum,cui videtur,et in eo tempore,in quo ap-
paret,verum eſſe videatur.& ſic videntur omnino negare,quod res habeant eſ-
ſe extra animam.& ideo iſti ne conuincantur, coguntur per cautelā addere hu-
iuſmodi limitationes.quoniam,cum de veritate alicuius rei diſputationē faciunt,
illico contingit eis vt contraria dicant,quod autem ſequatur ſtatim vt dicant op-
poſita,oſtendit,& dicit, fieri nanque poteſt vt eadem res viſu quidem mel eſſe ,
guſtu vero non eſſe videatur.& ſimiliter etiam fieri poteſt vt idem ſimul ſecun-
dum diuerſos oculos appareat album, & non album, ſi forte aſpiciens oculo al-
tero ęgrotet,altero vero recte valeat : & ſimiliter accidit , vt vna res duę appa-
reat,ꝙ fit ſemper,cum oculus in comprehenſione ſibi facta variat ſitum . Vnde
manifeſte apparet quod illi,qui rationes,& cauſas prędictas dixerunt, contingit
eis , vt duo contradictoria ſint ſimul vera , non ſolum ſecundum diuerſos homi-
nes , ſed ſecundum vnum tantum : nihilominus iſti , vt opinor , non concedunt
quod contraria eidem homini appareant,& in eodem tempore,quamuis dicant,
quod apparent , & non apparent in eodem ſimul : quia omnia hęc cum limita-
tione intelligunt,videlicet non idem homini, ſed diuerſis hominibus, & in tem-
poribus diuerſis,& quamuis eis aliquando contingat vt contraria ſimul eſſe idē
homini appareant,& in eodem tempore:cauſa iſtius erroris eſt, quia ſenſus non
eſt in ſua ſana diſpoſitione.quapropter viſus aliquando iudicat rem vnam duas
eſſe.Sed,cum ſenſus eſt in ſua ſana diſpoſitione,& ſenſerit rem eādem in diſpo-
ſitione eadem,& in eodem ſenſu,tunc comprehenſio erit vna, quia comprehen-
ſio,quæ fit vno ſenſu,& vno modo ſemper vera eſt,& nunquam diuerſa.

Dicit ꝙ illi,qui vtuntur iſtis ſermonibus,ſunt bipartiti.quidam enim quęrunt
per illos victoriam & dominium , & quidam ambigunt ex diſputationibus con-
tingentibus iſtis rebus,& quærunt ſcire diſtinguere quis iudicat vere apud com
prehenſiones contrarias. & medicina iſtorum , ſicut poſt dicet , ab hac tant-

Principij demonſtrationis nō eſt demonſtratio. Idem 1.Poſte.te.c.21.

Senſus ponētium apparētia.

Limitatio ponentium apparentia.

mitate est facilis. Deinde dicit, Et istæ quęstiones ambiguæ, &c. id est & qui [illegible] ambigit in similibus quęstionibus, & dubitat vtrum illud, quod sani comprehendunt, est verum, aut illud, quod infirmi comprehendunt, & etiam illud, quod apparet ex remoto, aut illud, quod apparet ex propinquo, similis est dubitanti vtrū nos cum dicimus hoc, simus in somno, aut in vigilia. Deinde dicit. & vis omnium istarum, &c. id est & vis omnium istarum quęstionum in eo ꝙ dant de dubitatione, & ambiguitate, est eadem. Causa enim ambiguitatis earum est eadem, scilicet quia opinantur omnia habere causas, ex quibus cognoscuntur, & quęrūt principia, ex quibus demonstrentur. & si distinxerint quod est cognitum per se ab eo, quod non est cognitum, tunc iste error auferetur ab eis. Deinde dicit. Quoniam autem nō sunt contenti, &c. id est, quoniam iste modus hominum [illegible] negat ista proteruiendo, et propter gloriam, sicut faciunt Logici, sed quia accidit eis non habere certitudinem. hoc enim manifestum est ex sermonibus istorum hominum. sed infirmitas eorum est, quia quærunt terminum in eo, quod non habet terminum, & demonstrationem in principio demonstrationis. Deinde dicit. Et medicinatio istorum est facilis, id est quia non quęrunt ista intendendo victoriam, & ideo quæstione dissoluta abscindetur illa dubitatio ab eis. Deinde dicit. Illi autem, qui quærunt, &c. id est illi, qui dubitant in istis, & quærunt non ad aliud nisi ad vincendum aduersarios, quærunt impossibile, & quod non possunt facere. quærunt deinde facere vt cōtingant illis sermones contrarij. & cum laborant in hoc, statim inducunt sermones contrarios. & ideo contingit eis conclusio, quam volebant inducere super aduersarios. Deinde dicit. Si autem non omnia dicuntur relatiue, &c. id est, sed manifestum est ꝙ, si non omnia comprehensibilia per sensus sint relatiua, sed quędam eorum sunt per se, non in respectu ad sensum, tunc non omnia apparentia erunt vera, sicut isti opinabantur. Deinde dicit, quod enim diximus ꝙ omnia, &c. id est contingit enim dicentibus ꝙ omne, quod apparet cuilibet hominum, est verum, vt omnia entia apud ipsum sint relatiua. Deinde dicit. Et ideo oportet præseruare, &c. id est & propter corruptionem istius hominis, & quia multum nocet in Philosophia, oportet nos prçseruare ab istis quęrentibus in hac intentione victoriam & dominium in disputatione. cōtradicunt enim sibi, qm̄ dicunt ꝙ illud, quod apparet res, nō est illud, quod est, sed illud, quod est secundum vidētem, & in eo tempore, in quo apparet, & sic negant vt res extra animam esse habeant omnino. D. d. Et existimant aliquid, &c. id est & accidit eis, cum voluerunt dicere in aliquo quid sit, vt dicant statim in eo, quod nō est. D. declarauit quomodo contingit hoc in eis, & dicit possibile enim est vt idem appareat, &c. id est contingit enim istis iudicare idem esse mel per visum, & non esse mel per gustum. & sic contradicent sibi. Deinde dicit. & similiter duo oculi, &c. id est quādo alter oculorum fuerit diuersus ab altero in situ. tunc enim accidit eis idem apparere duo, quādo exprimitur oculus, intantum ꝙ situs sit diuersus. D. d. illis igitur, qui dixerunt causas prædictas. hic abscinditur sermo Arist. & potest intelligi sic. declaratum est igitur ꝙ illi, qui dixerunt in istis rebus illas causas prędictas, & illas ratiocinationes, accidit eis vt duo contradictoria vera sint insimul, nō secundum diuersos homines tantum, sed secundum eundem hominem. Isti enim, vt reputo, non concedunt ꝙ contraria apparēt eidem homini in eodem tempore, & in eadem dispositione. & ideo dixit ista apparent, & nō apparent in eodem. fingunt enim ꝙ cōtraria apparent insimul, sed nō eidem homini, & in eodem instanti, sed duobus hominibus in duobus temporibus. D. d. sed apparent cōtraria multotiens in eodem tempore, &c. id est sed contingit eis vt contraria appareant multotiēs in eodem tempore, & eidem homini. D. d. sensus enim existimatur apud mutationem, &c. & causa erroris in hoc, licet sensus sit idem, & sensatum idem est. quia, qū vnus videt vnam rem, & qū videt illam duo, nō est in eadem dispositione. cum autem senserit rem eandem in dispositione eadem & eodem sensu, tunc erit vnū. & hoc intendebat, cum dicit, & nō quod terminatur, &c. id est comprehensio autē, quæ fit vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione, est vera semper, & **nunquam diuersatur.**

Contra Sophistas.

Cōprehēsio, quę fit vno sensu, et uno modo sēsus, & in eadē dispositione, est vera sp.

A *Caput Quintum. Inter contradictionem non dari medium.*

SEd ob hoc fortaſsis his,qui non propter dubitationem,
ſed orationis gratia dicunt, neceſſe eſt dicere quòd hoc
non ſit verum,ſed huic verum.& , vt antea dictum eſt,
neceſſe eſt ad aliquid,& ad opinionem,& ad ſenſum om
nia facere. Quare nec factum eſt,nec erit quicquam , ſi
nemo prius opinatus ſit.quòd ſi factum fuit,aut erit,patet quòd non
ad opinionem omnia ſunt.Item ſi vnum ad vnum, aut ad determina
tum,& ſi idem eſt & dimidium , & æquale , non tamen ad duplum ,
quod æquale eſt.ad opinionem itaque,ſi idem eſt homo,& quod opi-
natum eſt,non eſt homo,quòd opinatur,ſed quod opinatū eſt.Quòd
ſi vnumquodque ad illud erit , quod opinatur , infinita ſpecie quòd
opinatur erit.Quòd igitur omnium certiſsima opinio eſt non eſſe ſi-
mul veras oppoſitas dictiones,& quid illis,qui ſic dicunt accidat , &
B cur ita dicunt,hæc demum dicta ſint. Cum vero impoſsibile ſit con-
tradictionem ſimul de eodem verificari,patet quòd neque contraria
ſimul eidem ineſſe contingit.contrariorum enim alterum non minus
priuatio eſt:ſubſtantiæ vero priuatio negatio a quodam determina-
to genere eſt. Si impoſsibile itaque eſt ſimul affirmare , & negare ve-
re,impoſsibile eſt etiam contraria ſimul ineſſe . ſed aut ambo ſecun-
dum aliquid , aut alterum ſecundum aliquid , alterum ſimpliciter.
At vero nec inter contradictionem poſsibile eſt quicquam medium
eſſe,ſed neceſſe eſt dicere,aut negare vnumquodque de vno. Manife
ſtum autem eſt primo quidem definientibus quid verum, quidue fal
ſum eſt.dicere nanque ens nō eſſe , aut hoc eſſe,falſum:ens autem eſ-
ſe, & non ens non eſſe,verum eſt.quare & qui dicit eſſe, aut non eſſe,
verum dicet,aut mentietur.ſed nec ens dicitur non eſſe,aut eſſe , nec
non ens.Item medium inter contradictionem , aut erit quemadmo-
C dum fuſcum inter album & nigrum , aut quemadmodum neutrum
inter hominem & equum.Si itaque ita eſt,non mutabitur profecto .
ex non bono nanque in bonum mutatur, aut ex hoc in non bonum.
nunc vero ſemper apparet.non enim eſt mutatio , niſi ad oppoſita &
media.quòd ſi eſt medium,etiam ſic aliqua erit in album non ex non
albo generatio.nunc autem non videtur.Item omne intellectuale,aut
intelligibile mens aut affirmat , aut negat : hoc vero ex definitione
patet, cum verum dicat,aut mentiatur.cum enim ſic componens di-
cat,aut neget,verum dicit: cum vero ſic,mentitur. Item in omnibus
contradictionibus eſſe oportet , niſi orationis gratia dicatur . quare
neque verum dicet aliquis,neque non verum,& præter ens & nō ens.
quare etiam præter generationem & corruptionem tranſmutatio ali-
qua erit.Item in quibuſcunque generibus negatio contrarium indu-
cit,in his etiam erit, vtputa in numeris,nec impar,nec non impar,nu
merus. ſed impoſsibile eſt.ex definitione autem eſt manifeſtum . Itē

in infinitum procedet,& entia non solum sexquialtera, sed etiam plura erũt.rursus nanq; hoc negare erit ad affirmationem & negationẽ. & hoc quicquam erit.substantia nanque eius est alia quædam. Item, cum aliquo interrogante,an album est dicat ꝙ non, nihil aliud negauit nisi ipsum esse,ipsum vero non esse negatio est

Et dignum est vt cogantur ad dicendum hoc, qui nõ dicunt arguendo,sed disputando tantum,ꝙ hoc non est verum , sed verum p... hoc.& sicut prius fuit dictum,necesse est vt dicens hoc , faciat omnia relatiua ad existimationem,& sensum esse. Ergo nõ fuit aliquid, nec erit si aliquis prius non existimauerit.&,si res sunt iam generatæ aut erunt , manifestum est ꝙ non omnia referuntur ad existimationem. Quoniam autem refertur vnum ad vnum, & ad terminatum , & ad idem,& similiter duplum,& æquale,& non refertur æquale ad duplū. & cum hoc,si refertur homo, & existimant per illum ad suam existimationem ad illud,quod existimatur,& finxerunt ambo idem , tunc illud,quod existimat,non est homo,sed existimatur per illum etiam. Et,si vnaquæq; rerum refertur ad illud,quod existimatur,tunc illud, quod existimatur,refertur etiam ad res infinitas in forma. Iste igitur est sermo noster in istis sermonibus suis,& quare sermo eorum est huiusmodi.Et,si est impossibile vt duo contradictoria vera insimul sint in eodem,manifestum est ꝙ impossibile vt contraria sint insimul in eodem etiam.alterum enim eorum est non esse.& non esse non est minus substantia,& nõ esse est negatiuum de aliquo genere terminato. Et si impossibile est dicere ꝙ affirmatio & negatio sunt insimul, recta videtur vt sit impossibile vt contraria sint insimul . & forte dicet aliquid ex vtroq;,& forte alterum eorum dicetur modo simplici . Et ẽt impossibile est vt aliquid sit inter duo contradictoria , sed necessario aut affirmatiua,aut negatiua altera earum erit de aliquo vno, postq̃ verum & falsum prius determinantur. Dicere enim ꝙ ens nõ est, aut illud,quod non est,est falsum:& dicere ꝙ illud,quod non est, nõ est, est verum.dicens igitur ꝙ hoc est,& non est,veridicat & falsat:& dicens hoc non dicit ꝙ ens non est,neq; illud,quod non est.Et etiam ... aliquid est inter contraria, verbi gratia pallidum inter album & nigrum.& hoc erit verum in homine.Quoniam secundum hanc dispositionem erit transmutatio.& videtur ꝙ illud,quod trãsmutatur in bonum aut hoc in eo,quod non est bonum.& hoc non est manifestũ modo,quoniam non est transmutatio,nisi ad res oppositas in situ, & media etiam.si igitur medium fuerit secundum hanc dispositionem, t... erit aliquid,quod transmutatur in album ex nõ albo. & hoc nõ videtur modo.Et etiam omne cogitatum,& intellectum aut affirmatur , aut negatur.& hoc manifestum est ex definitione, vtrum sit verum , aut falsum.quoniam, cum conuenerit aut affirmatiue aut negatiue , erit verum:cum autem non conuenerit erit falsum . Et etiam oportet ... illud sit in omnibus contradictoriis,si non fuerit dictus sermo tãtum.

A & si hoc, continget vt aliquis non veridicet, neque credatur etiam. erit hoc in ente & non ente etiam. & erit transmutatio alia a generatione & transmutatione. Et oportet etiam ut hoc sit in omnibus generibus, in quibus accidit contrarium ex negatiua, uerbi gratia in numeris, & ut in eis sit nnmerus, neq; par, neq; impar: quod est impossibile. Et est manifestum quòd de numero proceditur in infinitũ, & eruntres non totum, neq, medietas tantum. Et, cum quęritur si est album, & dicit quòd non est aliud, tunc dicet negatiua, non quia est negatiua, aut quæ non est.

27

Nam ijs quoq; , si uelint redargutionem euadere, necessarium est vt suis dictis determinationes, quas diximus, adiiciant: fortasse enim propter hoc, s. vt contradictionem euadant, necesse est his dicere, qui non ob dubitationem, sed pertinaciter disputationis gratia dicunt non esse hoc verum absolute, & simpliciter, sed huic verum, id est cuicunq; suum. & sic contingit hoc impossibile, quod euitare non possunt, videlicet si omne visum est verum non simpliciter, sed huic, id est B cuiq; suum, tunc omnia entia sunt ad aliquid, aut ad opinionẽ, aut ad sensum, & sic nihil erit alicui, quod esse aliquis non opinatur, nec quicquam erit de quo præ existimauerit nemo, quoniam isti rerum substantiam, atq; naturam ad sentẽtiam opinantis, sentientisq; referunt. Sed, cum manifestum sit, quod aliqua sunt entia, quę extra animam existunt, licet quispiam ea prius esse nunquam existimasset. vnde manifestum est non omnia entia fore existimationes, quia nulla esset tunc generatio, & loquens, dum loquens est, non esset nisi aliquis ipsum esse prius existimauerit: & etiam si omnia entia ad aliquid efficiuntur secũdum hominum existimationes, & ea, quę sunt ad aliquid sunt simul natura, & ad aliquod terminatum referuntur, sequitur vt homo, ad cuius existimationem entia referuntur, sit ens per se, & non ad aliquid omnino: si igitur hominis essentia, & existentia nõ est per se, sed ad opinantem, opinans erit specie infinita, quoniam tot erunt relationes in ipso opinante, quot in rebus ipsis, de quibus habẽtur opiniones: sed res, de quibus habentur opiniones, sunt infinitę tam in pręterito quam in futuro, ergo rela iones in opinante erunt infinitę, quare opinans erit specie infinita: sed istis sermonibus contradicere oportet, & demonstrare causam erroris istorum. quoniam, cum manifestum per se sit, ac ab omnibus concessum, & etiam apud illos, qui negant, ꝙ non simul verę sunt enunciationes oppositæ, sequitur correlarie, vt impossibile sit quod contraria sint simul vera de eodem: & causa in hoc C est, quoniam opposita, quorum alterum est priuatio alterius, non possunt de eodem simul esse vera, quia inquantum ipsa opponitur enti, non est minus non esse, quod substantię opponitur: & causa huius est, quia impossibile est vt idem sit cum illo, cuius est contrarium. Deinde dicit, sicut negatio est proprium contrarium affirmationi alicuius generis, ita dispositio in genere substantiæ est contrarium priuationi: quoniam quicquid negatur a specie negatione simplici, negabitur ab eadem negatione propria: & forte vtraque in eodem inuenietur, vt in cõtrarijs habentibus medium, licet potentia inueniatur: vt in pallore, in quo albedo, & nigredo inuenitur in potentia tamen, sed non in actu, neque perfecte. Sed, si alterum horum contrariorum in aliquo actu, simpliciter, ac perfecte inuenitur, tunc suum contrarium in illomet inueniri potest, in diuersis temporibus: cum contraria non possunt in eodem simul esse in eodem tempore, sed quandoq; vnum, & qñq; aliud inuenitur: quia definitio veri est vt sit illud, quod nõ est falsum, & definitio falsi vt sit illud, quod non est verum, fit, vt nihil posit esse simul uerum & falsum: & ideo qui negat id, quod est, falsum dicit, & qui affirmat id, quod nõ est, similiter falsum dicit: quoniam verum est illud, quod extra animã est, quemadmodum est in anima: falsum uero, si fuerit ecõuerso: cũ ergo impossibile sit vt verum, & falsum simul in eodem subiecto cõgregentur: tunc omne illud, qđ aliqs de aliquo esse affirmabit, aut negabit esse, de necessitate uerũ, aut falsum dicit:

Ponẽtes apparentia coguntur fateri entia omnia esse ad aliquid.

Absurda ponentium apparentia.

Quicqđ negatur a spẽ negatione simplici, negabitur ab eadem negatione ꝓpria.

Definitio veri, & falsi.

Verum.

Falsum.

quoniam, ſi illius, quod aliquis affirmabit de aliquo verum eſſe, ita erit extra ani D mam, de neceſsitate verum erit, ſi autem nõ ita erit extra animam, erit falſum: quapropter iſti ſic opinantes nõ putant ens eſſe nõ ens, neque non ens eſſe ens.

Oſtẽditur rationibus ꝙ inter cõtradictoria nõ datur mediũ.

Rõ prima.

Deinde dicit. ſi cõtraria habent medium, vt pallidum, quod eſt medium inter album, & nigrum, tũc inter hominem, & nõ hominem erit medium, & per conſequens inter priuationem hominis, & hominem erit medium. Sed, cum probatum ſit quod oppoſita, inter quę datur medium, tranſmutãtur inuicem, ſequitur etiam quod erit quoq; tranſmutatio ex nõ eſſe ad eſſe, et ex nõ bono ad bonum: qđ eſt abſurdum. quoniam tolleretur mutatio, quę eſt de extremo ad extremum, quæ ſunt ineſſe, & adinuicem maxime diſtant, aut ex medijs quę ſunt inter ipſa: ſi igitur medium erit inter affirmationem, & negationem, tunc mutatio, quæ eſt ad album, nõ erit ex nõ albo, ſed ex nigro, & ex priuatione albi: quod abſurdum eſt, cum nõ eſſe non alteratur ineſſe, neq; eſſe in non eſſe:

Oẽ intelľm, qđ ſubmẽte cadit, mens aut affirmat, aut negat, quatenus extra aĩam exiſtit.

& manifeſtũ eſt quod omne intellectum, quod ſub mente cadit, mens de illo aut negat, aut affirmat, cũ hac tamen conditione, quod ſit, vel non ſit extra animam, id eſt in re verum, vel falſum:

Rõ ſecũda.

prçterea ſi contradictionis aliquod medium neceſſario habetur, in vniuerſis contradictorijs illud etiam eſſe oportet, quoniam quod eſſentialiter inuenitur in aliquo, inuenitur etiã eſſentialiter in omnibus alijs eiuſdem ſpeciei, & non in quibuſdam ſic, & in quibuſdam nõ, niſi diſputationis gratia ab eis hoc dicatur, E ſed non ratione: quare, neque verum, neque non verum quiſpiam dicet, quod abſurdum eſſe oſtenſum eſt:

Rõ tertia.

Præterea, ſi cõtradictionis aliquid eſt medium, contingit vt nullus homo in altero contradictoriorum verum, & in altero falſum dicat: vt in ente, & non ente cõtingit: quoniam in his duobus poteſt falſum dicere, ſicut in oppoſitis, in quibus datur medium: quare pręter generationem, & corruptionem, tranſmutatio quædam erit diuerſa a generatione, & ab omnibus alijs quatuor tranſmutationibus. contingit quoque, vt eo modo in his medium inueniatur, in quibus negatio nihil aliud quam poſitionem contrarij ſignificat, vt in numeris fiet: quod aliquis numerus ſit, qui neque par, neque impar ſit: quod eſt abſurdum: quoniam iſte numerus medius diuiditur ſimiliter in numerum parem, & imparem, & medium habebit, quod etiam eo modo, in parem, & imparem diuidetur, & habebit etiam numerum medium, quod etiam ſimiliter diuidetur, & ſic erit proceſſus in infinitum: quod eſt inconueniens.

Numerusnõ diuiditur in infinitum, ſicut magnitudo. Idem 3. Phy. cõ. 69.

Rõ quarta.

quoniam numerus nõ diuiditur in infinitum ſicut quantitas continua, quę poteſt diuidi in medietates infinitas. Prçterea, in reſponſionibus, quę dantur ad interrogata, nõ datur medium: cõtradictio omnis reſponſio eſt, ergo in ea nõ datur medium: maior & minor probatur, qm̃ ad interrogationẽ, quę de albo fit, ſi quiſpiam interrogetur ſi eſt albũ, & dixerit nõ eſt album, nihil niſi ipſum nõ eſſe negauit, ꝙ negatio eſt, q̃ eſt altera cõtradictionis pars: eadẽ ratione, ſi dixiſſet qđ eſt album, nihil niſi ipſum eſſe F affirmaſſet, quod eſt affirmatio altera contradictionis pars: & ſic patent duo, ſ. ꝙ in nulla reſponſione, quę datur ad interrogationem, datur medium inter ſic, & non, et quod ſic & non eſt affirmatio, & negatio, & ita cõtradictio erit quędã reſponſio: quare patet quod inter affirmationẽ, & negationem nõ datur mediũ.

Et rectum eſt vt qui non dicit hunc ſermonem propter dubitationes contingentes ei, & ambiguitatem, ſed dicit proteruiendo & contradicẽdo, ſcilicet hoc non eſſe verum, vt cogatur ad dicẽdum impoſsibile contingens ei prius. D. dedit illud impoſsibile, & d. & ſicut prius fuit dictum, &c. i. contingit enim dicẽti hoc, vt omnia entia ſint relata ad ſenſum, & ad cognitionem. & hoc intendebat, cum d. ad exiſtimationem. D. d. Ergo nõ fuit aliquid, &c. i. & cõtingit huic ſermoni hoc, ſcilicet ꝙ nũquam fuit aliquid, & nunquam erit, ſi aliquis prius non exiſtimauerit illud. & d. hoc, quia entia ſecũdum opinionem hanc non erunt præter exiſtimationes hominum. Deinde d. &, ſi res ſunt iam generatæ, &c. i. ſed, quia manifeſtum eſt aliqua generata eſſe, & exiſtentia extra animam, licet aliquis nunquam exiſtimauerit in eis aliqua exiſtimatione, manifeſtum eſt ꝙ entia nõ ſunt exiſtimationes tunc. n. nulla generatio eſſet omnino: & tunc loquẽs loquẽdo, ſi aliquis nõ exiſtimaret ipſum eſſe, non eſſet. D. d. Quoniã aũt referrur vnũ **ad vnum, &c. i. & ẽt, ſi omnia entia ſunt relatiua ad exiſtimationes hominum,**

A & relatiuum refertur ad aliquid terminatum, necesse est vt homo, ad cuius existimationem referuntur entia, sit ens per se, & non relatiuum omnino. D.d.& cũ hoc, &c.i.si igitur homo existimans non est ens per se, sed relatiuum ad suam existimationem, tunc etiam existimatio erit relata ad aliquam existimationem. & hoc procedet in infinitum. & hoc intendebat, cum d. Et si vnaquæque rerũ refertur. &c. D.d. Iste igitur est sermo, &c.i. istis igitur sermonibus contradicemus, & demonstrabimus causas erroris eorũ. D.d. Et, si est impossibile, &c.i. cum manifestum est per se, & concessum apud negantes illud per istos sermones prædictos, manifestum est ꝙ impossibile est ꝙ affirmatiua, & negatiua congregentur in eodem: ergo & impossibile est vt duo contraria congregentur in eodem. Et causa in hoc est, quia alterum duorum contrariorũ est priuatio alterius. & istud, inquantum est oppositum enti, non est minus ꝗ̃ non esse, quod opponitur substantiæ. Et in alia translatione loco huius dicit. contrariorum autem alterum est non esse nõ contradictoriorũ, non esse.n. est substantiæ. D.d.& non esse est negatiuum de aliquo genere terminato, i. & causa in hoc, ꝙ istud nõ esse est æquale ad non esse, quod est in substantia, in hoc ꝙ impossibile est vt sit cũ illo, cuius est. D.d.& si impossibile est vt affirmatio & negatio, &c.i. quia contrarium est negatio propria alicuius generis, sicut est dispositio in priuatione sub

Alterũ duorũ cõtrariorũ est priuatio. Idem. 2. ph. c. 150. & quæ ibi.

B stantiæ. quoniam quicquid negatur a specie, s. negatione simplici, negabitur a specie, s. negatione propria. D.d.& forte, &c.i. sed forte vtraque inuenietur in eodem. & hoc erit in contrarijs habentibus medium, sed in potentia, sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore, sed non in actu, nec perfecte. D.d.& forte alterũ eorum dicetur modo simplici. i. & forte alterum inuenietur in re simpliciter, i. perfecte. & tunc non inuenietur in eo alterum, nisi in diuersis temporibus. Et in alia translatione loco totius istius est aliud manifestius sic. & si impossibile est vt insimul negetur, & affirmetur. impossibile est enim vt contraria sint insimul, sed quandoque hoc, & quandoque hoc. D.d. Et etiam impossibile est vt aliquid sit inter duo contradictoria, postꝗ̃ inuenitur verum & falsum, i. quia definitio veri est illud, quod non est falsum: & definitio falsi est illud, quod non est verum: vnde manifestum est ex hoc, ꝙ congregentur in eodem est impossibile. D.d. Dicere enim ꝙ ens non est, &c.i.& cum declaratum est ꝙ definitio veri est diuersa a definitione falsi, tunc qui dicit in eo, quod est, ꝙ non est, falsat, & qui dicit in eo, quod non est, ꝙ est, falsat etiam. Et intendit per verum esse, siue affirmatiuum siue negatiuum sit, illud, quod est extra animam, secundum ꝙ est in anima: falsum autem, si econuerso. D.d. dicens igitur ꝙ hoc est & non est, veridicat, & falsat, i. cum impossibile est ꝙ verum & falsum congregentur in eodem, tunc dicens in aliquo ꝙ est hoc, aut non est hoc necessario, aut veridicat,

Vide. 5. ph. 6. 19. 52. & 6. ph. 32.

C aut falsat. qm̃, si illud, quod veridicauerit, fuerit secundum id, quod est extra animam, siue esse siue non esse erit verum: sin autem falsum. D.d.& dicens hoc, nõ erit, &c.i.& qui hoc opinatur, non opinatur ꝙ ens est non ens, & neque ꝙ non ens est ens. D.d. Et etiam, si aliquid est inter contraria, sicut pallidum, &c.i.& si contraria habent medium, tunc inter hominem & non hominem erit medium, D.d. Quoniam secundum hanc dispositionem erit transmutatio, &c.i.& si inter hominem, & eius priuationem est medium: & opposita, inter quæ est medium, sunt illa, quæ transmutantur adinuicem: tunc erit transmutatio ex non esse in esse, v.g. vt sit transmutatio ex non bono ad bonum, & ex bono ad non bonum. D.d.& hoc non est manifestum, &c.i. quoniam cognitum est primum, ꝙ transmutatio est ex oppositis, quorum vtrunque est ens, & quæ maxime distant in esse, aut ex medijs, quæ sunt inter illa. D.d. si igitur medium fuerit secundũ hanc dispositionem, &c.i. si igitur medium fuerit inter affirmationem & negationẽ, tunc mutatio eius, quod mutatur ad album, non erit ex albo, sed ex nigro, & ex priuatione albi. & hoc est impossibile, s. vt non esse alteretur in esse, & esse in non esse. D.d. Et etiam omne cogitatum, &c.i.& etiam manifestum est ꝙ omne imaginatum, aut affirmatur de eo aliquid, aut negatur de eo aliquid, aut ipsum affirmabitur, aut negabitur. D.d.& hoc manifestum est ex definitione, &c.i.& manifestabitur ex definitione veri & falsi ꝙ nõ habent medium. D.d. qm̃, cum

Cognitũ est primum, ꝙ trãsmutatio est ex oppositis, aut ex medijs inter ipsa. Idẽ. 1. Ph. a. 43. vsque ad 50. Idẽ. 1. de Gene. 50. Idem 10. Met. 23. & 2. de Aia c. 44. 5. Ph. 6. & 12. Meta. te. 60. 6.

Quod īuenitur in aliquo naturaliter, nō inuenitur ī quodā eius et quodā nō. Idē. 2. Cœ. cō.59. & 1. Poste,t.c.8.

conuenerit,&c.i.quoniam,cum conuenerit affirmatiue,aut negatiue, illud,quod D
est extra animam,erit verum: & si non conuenerit, erit falsum. D. d. Et etiam oportet vt illud sit in omnibus,&c.i.& etiam si fuerit necesse vt inter contradictoria secundum affirmationem & negationem sit medium, oportet vt hoc sit in omnibus contradictorijs.quod enim inuenitur in aliquo naturaliter, non inuenitur in quodam eius,& quodam non:nisi hoc sit verbis tantum,non ratione.D.d. & si hoc,continget vt aliquis non veridicet,&c.i. & si contradictoria habeant medium, continget vt nullus homo veridicet in altero contradictorium & falset in altero. sed potest falsare in ambobus, sicut in duobus oppositis,quę habent medium. D.d.& erit transmutatio alia a generatione & corruptione.i.& continget secundum hoc vt alia transmutatio sit transmutatione,quæ dicitur generatio,& vniuersaliter ab alijs quatuor transmutationibus. & in alia translatione est inter generationem & corruptionem. D. d. Et oportet etiam vt hoc sit in omnibus generibus,&c.i.& contingit secundū hanc dispositionem, vt inueniatur inter contraria,quorum vnum est vis affirmatiuæ,& negatiuæ,adeo ꝙ inter parem & imparem sit numerus neuter. D. d. Et est manifestum, &c.i.& hoc est impossibile:quoniam, si inter parem & imparem fuerit numerus, tunc ille numerus diuidetur in parem & imparem,inter quos erit numerus neuter.& similiter ille neuter diuidetur,& sic in infinitum. D.d.& erunt res non totum, E
neque medietas tantum. & in alia translatione sic.& non erit numerus medietas totius tantum,nec alij modi etiam,& iste sermo est difficilis ad intelligendū.

Documētū.

Et per hoc intendit,vt mihi videtur,ꝙ secundum hunc sermonem contingit vt natura numeri diuidatur in infinitum, sicut quantitas continua diuiditur in medietatem,s. ꝙ cum positum fuerit aliquod totum continuum,diuidetur in duo media,& vtraque medietas illarū diuidetur etiam in duo media, & sic in infinitū. & est manifestum ꝙ numerus nō diuiditur sic semper. hoc.n.non inuenitur nisi in continuo.D.d.Et cum quæritur,si est album,&c.i. & ille, a quo quæritur in aliquo,qđ est album,& dixerit ꝙ non est aliud,concedit ꝙ non est aliud ab albo,& ista est cōcessio,ꝙ affirmatiua,& negatiua non habent medium.

Caput Sextum. Contra eos,qui omnia falsa, aut qui omnia uera esse dicebant. Et contra eos etiam, qui omnia quiescere,aut moueri dicebant.

ADuenit autē quibusdam opinio ista, sicuti cæterę quoque pręter cōmunem opinionem sunt.cū enim nō possint cōtentiosas rationes soluere,cedunt rationi, assentiuntque verum esse quod syllogizatum est. Quidam itaque ob talem causam dicunt. quidam vero, propterea ꝙ omnium causam quærunt, principium vero ad hos omnes ex definitione. fit autem definitio ex eo,ꝙ necessarium est aliquid eos significare.ratio.n.cuius signum est nomen,definitio fit. Videtur autē Heracliti quidem opinio,omnia esse & non esse dicens, vera omnia facere. Anaxagoræ vero,esse aliquod contradictionis medium,quare omnia falsa.cum enim miscentur,neque bonum, neque non bonum est illud mistum.quare nihil est dicere verum. His autem determinatis,manifestum est ꝙ illa quoque, quæ vno modo, & de omnibus dicūtur,impossibile est esse,vt quidā aiunt.quidā quidē,nullū dicētes verū esse,nihil.n.prohibere ita cūcta esse aiūt,vti diametrū cōmēsurabilē esse : quidā vero oīa vera.fere.n.rationes eorū eædē, quæ & Heracliti sunt.Qui.n.dicit ꝙ omnia vera & omnia falsa,etiam si pa- F

Rō,cuius signum est nomen, est definitio.

A ratim vtranque harum orationum dicit. quare, & si hæc impoſsibilia ſunt, illa quoque impoſsibilia eſſe neceſſe eſt. Item patet ꝙ contradictiones ſunt, quas nõ poſsibile eſt ſimul veras eſſe, neq; falſas: etſi id videri poſsit magis contingere ex iam dictis. Verũ ad omnes tales orationes petere oportet, vt in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt, non ſi ſit aliquid aut non ſit, ſed ſi aliquid ſignificat. quare ex definitione diſputandum eſt accipientibus quid verum, quidue falſum ſignificat.

Et contingit iſta exiſtimatio hominibus ſicut aliæ opiniones mirabiles. quia non potuerunt diſſoluere ſermones aduerſariorũ, & ideo dixerunt ſermones illorum, & verificauerunt argumentationes illorũ. Quidam igitur dicunt iſtos ſermones propter iſtã cauſam. & quidam, quia quærunt rationẽ in omnibus rebus, & principium in omnibus iſtis rebus erit ex definitione. & definitio eſt illa, quæ ſignificat B rem neceſſario. & definitio eſt illa ratio, quam nomen ſignificat. Et videtur ꝙ ſermo Heracliti affirmat quòd omnia ſunt vera, & quòd non omnia ſunt vera. Sermo autem Anaxagoræ affirmat aliquid eſſe inter duo extra contradictoria. omnia igitur ſunt falſa. quoniam, cum admiſcentur, mixtum non erit bonum, neque non bonum. ergo impoſsibile eſt vt aliquid dicatur vere. Et, cum iſta ſint diſtincta, declaratum eſt quòd impoſsibile eſt vt res ſint illa, quæ dicuntur eodem modo, & neque quæ dicuntur de omni, ſicut quidam dixeruut. quidam enim dixerunt ꝙ nihil eſt verum, & nullum, Album in Græco iſti ſermones ſunt ſicut ſermones Heracliti. Qui enim dicit eos eſſe veros & falſos. non diuidit inter iſtos duos ſermones, & dicit vtrunq; eſſe. & cũ illa impoſsibile eſt vt ſint iſta, & manifeſtum eſt ꝙ impoſsibile eſt. Et hoc declarabitur etiam ex hoc, ꝙ contradictoria ſunt illa, quæ impoſsibile eſt vt ſint inſimul vera, aut falſa omnia: et ſi exiſtimetur ex prædictis hoc eſſe impoſsibile. Sed oportet vt C ſint contradictiones ſuper omnes, qui ſunt, ſicut iſti ſecũdũ ꝙ prædictum fuit in ſermonibus prædictis aliquid eſſe & non eſſe, ſed ſignificat aliquid, & tunc diſpurabimus cum eis ex definitione, cũ inuenerimus quid ſignificat verum.

Orta eſt aũt hæc opinio, ſ. quod inter contradictoria detur mediũ, de qua mul ti philoſophi mirabãtur, ſicut ẽt ortę ſunt cęterę opiniones admirabiles, & abſur dę: cũ rõnes cõtẽtioſas, & ſophiſticas illorũ, qui hãc opinionẽ tuebãtur, ſoluere nemo poterat, tũ ob Artis ſoluẽdi cauillos imperitiã, tũ ẽt aſſentiẽdo vt verũ eſſe qđ p ſophiſticã rationẽ cõcluſum erat: et hi fuerũt bipartiti, quidã. n. per hãc cãm ſic dicũt: & quidã dicũt hoc idẽ, ꝓpterea qa volũt inquirere rõnes probantes de omnibus: cũ oĩa aſſerũt habere definitiones naturales. Sed quia ſenſibilia omnia definitiones non habẽt, negauerũt ſcientiã omnino eſſe, vt Heraclitus dicebat: ſed principium, quo mediante debemus contra has opiniones diſputare, eſt, vt definitiones verificemus, ſecundum qđ res diuerſę habent diuerſas definitiones. quoniam, ſi definitiones rerũ nobis cõceſſerint, tunc omnes illorum opiniones deſtruẽtur: ſed, ſi noluerint nobis hoc cõcedere, inanis erit cũ eis omnis noſtra diſputatio: quoniam peremptis definitionibus, nomina de neceſsitate non erunt, & ſermo noſter auferetur; ſit autem definitio ex eo, quod per nomina

28

Antiqui logices ignari.

Sẽſibilia nõ oĩa habẽt definitionẽ.

Dẽptis definitionibus ñ erunt noĩa.

fignificare neceffe eft, quod videlicet fit definitum, & proprium: ratio enim, quã D
fignificat nomen, rei definitio eft, & hoc in fpeciebus, & non in indiuiduis earũ intelligitur: quoniam, fi conceffum fuerit fpecies habere nomina propria, neceffario habebũt proprias, ac neceffarias definitiones, & fic affirmatiua definitio, erit diuerfa a definitione negatiua, & per confequens affirmatiua, & negatiua non erunt idem, neque quodlibet erit in quolibet, & fic fcientiæ omnes non erũt falfæ, quia omnia non erunt femper in tranfmutatione, ficut non nulli finxerunt omnia in tranfmutatione fore, & dicebant nullam rem habere definitionem neceffariam: confequenter dicit quod ad pofitionem Heracliti, qui dicebat omnia fimul moueri, & per confequens effe, & non effe, quoniam, cum omnia fint in motu ac tranfmutatione, quæ media eft inter effe & non effe, ideo quod tranfmutatur, poteft dici ens, & non ens, & fic erit ens & non ens fimul: quoniam id, qd mouetur, habet non effe admixtum cum effe, vt patet ex definitione motus: fequitur ergo vt omnia fint vera: & quia Anaxagoras dicebat quod mixtum neutrum extremorum erat, quia illud erat mixtum, quod non eft ens, neque nõ ens, ideo erat medium inter ens & non ens: cum ergo omnia in omnibus mixta effe putaret, omnes contradictiones in quacunque re falfas effe dicebat, & per confequens omnes hominum exiftimationes falfæ erunt: & quia dictum eft quod impofsibile eft vt res vniuerfales, & particulares fint, vt aliqui dicebant, & ꝙ nulla earum funt veræ, fed quod omnes funt falfæ: dictum eft etiam ꝙ opinio illorum, qui ponebant omnia effe falfa, & fimiliter quoque eorum, qui dicebãt omnia effe vera, eft opinio falfa. quoniam falfum eft dicere omnia effe falfa, & omnia vera effe: quapropter erat falfum dicere omnia vera, & falfa effe infimul. & qui hoc modo dicebant, ponebant infimul duos fermones cõtrarios, non putantes eos contrarios fore, quia impofsibile eft vt vera fint falfa, & econuerfo: veruntamen ad vniuerfos hos fermones poftulare oportet, & fuperioribus fermonibus dictum eft, quod duo contradictoria non diuidunt nifi verum & falfum, quoniam oportet quod fi alterum contradictoriorum eft verum, quod de necefsitate alterũ fit falfum, licet ifti ex prædictis dubitationibus, exiftimabãt fore pofsibile quod omnia contradictoria effent vera: fed cum Auctoribus trium opinionum difputare voluerimus, vtrum de aliqua re quod eft, aut quod non eft, fit verum dicere, oportet eos prius obligare, vt nobis refpondeant affirmatiue, aut negatiue, videlicet vtrum alterum horum fignificat intentionem fuæ definitionis diuerfam a definitione alterius, aut quod neutrum horum fignificat fecundũ intẽtionem fuam: &, fi concefferint quod dictiones talium rerum fignificant aliã intẽtionem, tunc quæremus de illa intentione, & cum ipfis ex definitione veri & falfi difputabimus. E

Negãtiũ definitiões fundamentum.

Hoīum exiftimationes falfę fecũdũ Anaxag.

De obligatione negantiũ primum principiũ in difputatiõe.

Ideft, & accidit ifta exiftimatio mirabilis quibufdam hominibus, ficut accidũt aliæ opiniones mirabiles, quæ non exiftimantur dici ab aliquo homine. & ex hoc, quia non potuerunt diffoluere quæftiones hominum quærentium & dicentium hanc opinionem effe, & ideo dixerunt fermones eorum. i. & ideo opinati funt hanc opinionem, & ftuduerunt in confirmando & verificando argumentationes eorum Deinde d. Quidam igitur dicunt, &c. i. quidã igitur dicebant iftos fermones propter dubitationes contingentes eis. & quidam propter hoc opinabantur ꝙ neceffe eft, fi verum fit, vt omnia habeant definitiones naturales: & cum viderunt ꝙ fenfibilia non habent definitiones naturales, negant fcientiam. & innuit Heraclitum. D. d. & principium in omnibus iftis rebus erit ex definitione. i. & principium difputationis cum iftis in omnibus iftis fermonibus erit ex verificatione definitionum, fecundum ꝙ res diuerfæ habent diuerfas definitiones. quoniam, fi hoc concefferint, deftruentur fermones eorum. &, fi hoc non concefferint, difputatio cum eis deftruetur. quoniam, fi definitiones non funt, nomina non erunt. & fic auferetur fermo. D. d. & definitio eft illa, & c. i. & definitio eft illa, quæ fignificat illud, quod nomen fignificat. fermo enim qui fignificat illud, eft definitio neceffario. & hoc eft in fpeciebus & non in indiuiduis, & d. hoc ad declarandum ꝙ, cum fuerit conceffum ꝙ fpecies habẽt nomina propria, continget vt habeãt definitiones proprias, & neceffarias, &, cum ita fuerit, defi F

A nitio affirmatiuæ erit alia a definitione negatiuæ. & ideo impoſsibile eſt vt affirmatiua & negatiua ſint idem, & vt quodlibet ſit in quolibet: quemadmodum impoſsibile eſt etiam vt omnes ſcientiæ ſint falſę. non enim omnia ſunt ſemper in tranſmutatione, ſicut finxerunt exiſtimantes ꝙ nulla res habet definitionem neceſſariam propter hoc, ꝙ ſemper ſunt in tranſmutatione. D.d. Et videtur ꝙ ſermo Heracliti, &c.i. & videtur ꝙ ſequitur ex ſermone Heracliti, in quo dixit ꝙ omnia ſunt ſemper in tranſmutatione, ꝙ omnes ſermones ſunt veri, & omnes etiam ſunt falſi, non tamen ꝙ omnes ſunt falſi, ſicut fingebat Heraclitus: tranſmutatio enim media eſt inter eſſe & non eſſe. & ideo tranſmutatum poteſt dici ens & non ens, & erit ens & non ens inſimul. motus enim componitur ex eſſe & non eſſe: & ideo deſcribitur ſic, motus eſt perfectio eius, quod eſt in potentia, in eo ꝙ in potentia. D. dicit. Sermo autem Anaxagoræ, &c.i. quia medium eſt neutrum extremorum, & Anaxagoras dicebat mixtum eſſe quod non eſt ens neque non ens, videbatur dicere medium inter ens & non ens. D. d. omnia igitur ſunt falſa, &c.i. quoniam affirmatiua & negatiua falſant inſimul in mixto, quapropter omnes exiſtimationes erunt falſæ. D. dicit. Et, cum iſta ſint diſtincta, &c.i. declaratum eſt igitur ꝙ impoſsibile eſt vt res ſint particulares aut vniuerſales, ſicut quidam dicebant, ꝙ nullum eorum eſt verum. & ꝙ omnia ſunt falſa. Et inuenimus in vno loco aliter in alia translatione ſic. illa autem omnia ſunt vera, ideſt declaratum eſt igitur ꝙ ſermo dicentis ꝙ omnia ſunt falſa eſt falſus: & ſimiliter ſermo dicentis ꝙ omnia ſunt vera. Et videtur mihi ꝙ diminuitur etiam a libro hoc, ſcilicet ꝙ cum falſum eſt omnia eſſe falſa, & omnia eſſe vera: ergo falſum eſt dicere omnia eſſe falſa & vera inſimul: ſicut ſermo Heracliti. D.d. Qui enim dicit, &c.i. qui enim dicit hoc, congregat duos ſermones, & non reputat eos eſſe contrarios. D.d. & cum illa impoſsibile eſt, &c.i. impoſſibile eſt, vt vera ſint falſa. vel econtra. D.d. Et hoc declarabitur etiam, &c.i. & dicere in eis, quæ ſunt vera & falſa inſimul, declarabitur ex hoc, quod diximus, & declarauimus ꝙ duo contradictoria diuidunt verum & falſum, & ꝙ neceſſe eſt vt alterum ſit verum & alterū ſit falſum: licet exiſtimetur de prædictis dubitationibus hoc eſſe poſsibile, ſcilicet ex dubitationibus dicentium ꝙ omnia contradictoria ſunt vera. D.d. Sed oportet vt ſint, &c.i. ſed oportet, cum voluerimus diſputare cum iſtis in iſtis tribus opinionibus, ponere cum eis pacta, quæ aut negabunt, aut ſuſtinebunt, ſicut fecimus prius quærendo ab eis, vtrum dicere in aliquo ꝙ eſt & ꝙ non eſt, vtrum ſcilicet alterum iſtorum dicere ſignificet intentionem, quæ habet definitionem aliam a definitione intētionis, quam ſignificat alterum, aut neutrum ſignificet intentionem. Si igitur conceſſerint ꝙ ſignificant aliam intentionem, queremus ab eis de illa intentione, & diſputabimus cū eis. & ideo dixit. ſed ſignificat aliquid, &c. ideſt cum igitur conceſſerint ꝙ dictiones ſignificant res terminatas, diſputabimus cum eis de definitionibus, ſ. de definitionibus veri & falſi.

Tranſmutatio eſt media inter eſſe & non eſſe.

Motus componitur ex eſſe & non eſſe. 3. Phy. t. c. 6.

B (margin letter beside "nia ſunt vera, ideſt declaratum eſt")

C (margin letter beside "eis. & ideo dixit. ſed ſignificat aliquid")

†[Si autem nihil aliud eſt, quam quod verum eſt affirmare, aut quod negare falſum eſt,] impoſsibile eſt omnia falſa eſſe. neceſſe eſt enim alteram contradictionis partem veram eſſe. Item, ſi omne aut affirmare, aut negare neceſſe eſt, impoſsibile eſt vtraque falſa eſſe. altera enim contradictionis pars falſa eſt. Accidit autem, quod etiam publice fertur, his omnibus orationibus eas ſeipſas perimere. quæ.n. omnia vera dicit, contrariam quoque ſibi orationem verā facit: quare ſuam ipſius non veram. contraria nanque, dicit eam non eſſe veram. quæ vero omnia falſa, & hæc ſeipſam. Quòd ſi excipiant illa quidem contrariam, quòd ſola non vera eſt, hæc vero ſeipſam, quod ſola non falſa, nihilominus infinitas accidit eis petere orationes veras, & falſas: qui enim dicit veram orationem eſſe veram, conſentit

†Si autē nihil aliud verum ſignificat, ꝙ affirmare, vel ē negar̄ et falſum ſimilr̄.

huic, quòd vera eſt. hoc vero in infinitum procedet. Clarum autem eſt, quòd nec illi, qui omnia quieſcere dicunt, verum dicunt, nec qui omnia moueri. Etenim, ſi omnia quidem quieſcunt, ſemper eadem vera, & falſa erunt. apparet autem hoc tranſmutari. qui enim hoc dicit, aliquando ipſe non erat, & rurſus non erit. Si vero omnia mouentur, nihil erit verum. cuncta ergo falſa. ſed demonſtratum eſt hoc impoſsibile eſſe. Item neceſſe eſt ens tranſmutari. ex aliquo nanque ad aliquid tranſmutatio. At vero nec omnia quieſcunt, aut mouentur aliquando, ſemper vero nihil. Eſt enim quidam, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur. & primum mouens, ipſum immobile eſt. D

Dicamus igitur quòd non eſt verum aliquid, niſi quòd, cum affirmatiua ſit vera, & negatiua ſit falſa, impoſsibile eſt igitur vt omnia ſint falſa. quoniam neceſſe vt alterum duorum extremorum cõtradictionis ſit verum. Et etiam, ſi affirmatiua & negatiua dicuntur de omnibus rebus neceſſario, neceſſe eſt vt non omnia ſint vera. quoniam alterum duorum extremorum contradictorie eſt falſum. Ablatio in Græco. Et in alia translatione inuenitur loco huius diminuti ſic. Sed qui dicit contraria eſſe, exiſtimat quòd omne, quod dicit, eſt verum, & quæ ſunt contrariorum omnia ſunt falſa. & ipſe veridicat ſe. Si ergo deſtruunt ſermones contrarios, neceſſe eſt ſermonem non eſſe: & ipſe affirmat ſuum ſermonem, qui non eſt falſus. & hoc, quod accidit, non eſt diminuens, ſi fuerit quæſitum ab eis omnia infinita vera & falſa. & qui dicit in ſermone quòd eſt verus, illud, quod dicit eſt verum. & hoc procedit in infinitum. Manifeſtum eſt igitur ꝙ neque qui dicit ꝙ omnia ſunt vera, dicit verum, neque qui dicit ꝙ omnia mouẽtur. Quoniã, ſi omnia mouẽtur, & ſemper ſunt idem, quoniam videtur hoc tranſmutari, & ille, qui dicit ꝙ non, quia dicimus quod non eſt, erit. Et etiam impoſsibile eſt qui dicit ꝙ omnia, & nihil eſt verum. omnia igitur ſunt falſa. Et etiam declaratum eſt hoc eſſe impoſsibile. neceſſe eſt enim ens tranſmutari, & tranſmutatiò eſt ex aliquo. Neque, ſi etiam quieſcant, & mouentur. Et poſt album in Græco. E F

29 Et, cum iſti eandem opinionem habeant, quam nos in hoc habemus, videlicet quod nomen contrariorum ſignificat aliquod terminatum, & quod verum eſt, quod falſo opponitur. tunc dicemus illud verum eſſe: cum affirmatiua fuerit vera, ſua negatiua de neceſsitate erit falſa, cum impoſsibile ſit quod eſſe, & non eſſe alicuius rei ſimul in eodem congregentur, ac in eodem, tempore, & ſic impoſsibile eſt omnia falſa eſſe, cum ſua contradictoria de neceſsitate eſt vera. Nam qui omnia oppoſita vera eſſe dicunt, ſermonem quoq; contrariũ huic verũ faciunt: qm̃ faciũt vt ille ſit verus, nihil eſt verũ, qui cõtrarius ſui ſermonis eſt: nec ſolum faciunt, vt contrarius ſermo verus ſit, ſed vt contradictorius, & ſubalternus. quare faciendo ſermonem contrarium verum, ſuum non verũ efficiunt. contrarius nanque ſermo ſignificat eum non eſſe verum per legem contrariorum, quæ eſt quod ſi alterum contrariorum eſt verum, alterum erit falſum: quare qui dicit omnia eſſe vera, facit hoc, quod ipſe dicit, non eſſe verum: qui ve

Regula contrariorũ q.

A ro dicit omnia opposita esse falsa, etiam suum sermonem dicit esse falsum. qm̄, si omnia falsa sunt, hoc quoque falsum est, omnia sunt falsa: & accidit istis hominibus, qui contradictorium illius, quod prius posuerant, concedunt, cum quæsitum fuerit ab eis de definitione veri, nihil eis prohibet vt concedant sermones oppositos veros, & falsos infinitos fore: quoniã opinantur ꝙ ille sermo, qui dicit verum sermonem esse verũ, est verus, & iterum iste sermo, verum sermonem esse verũ est verus, & sic in infinitum. simili modo deduci potest de falsis: qm̄, si detur vnus sermo falsus, deducetur infinitos esse falsos: cuius ratio est, quia qui dicit de sermone falso quod sit verus, falsus sermo est, & sic in infinitum: vnde manifestum est quod neque illi, qui omnia esse vera dicunt, verum dicunt, neque illi, qui omnia dicunt esse falsa, verum dicunt, neque etiam dicentes omnia quiescere verum dicunt, neque qui omnia moueri aiunt: Dicentes omnia moueri, consentaneum est, vt nihil verum dicant: quoniam ea, quæ sunt in motu, aliquando sunt in dispositione vera, & aliquando in dispositione falsa, qñ res particulares semper de vna dispositione in aliam transmutantur, quia aliqua res aliquando non erat, & postea fuit, & postq̃ fuit rursus non erit: neque sermo dicentis, quod omnia opposita sunt falsa est verus, quia omnia sunt in motu: quoniam impossibile est quod omnia moueantur, cum transmutatio semper sit ex aliquo quiescente in aliquod quiescens, & maxime in transmutatione recta. Quare nõ erit

Dicẽtes oĩa moueri nihil verũ dicũt.

B verum omnia semper moueri, aut omnia semper quiescere, et erit diuisio talis vt aliqua semp moueanť, & nullo modo nõ moueantur, et aliqua semper moueãtur, & nunquam quiescant, & aliqua moueantur & interdum quiescant, vt manifestum est in physicis auscultationibus. hactenus de tractatu quarto.

Diuisio mouẽtiũ, & qescentium.

Dicit. Et, cum conuenerint nobiscum in hoc, ꝙ nomen contrariorum significat aliquid terminatum, & est ꝙ verum sit illud, cui opponitur falsum, dicemus eis nihil aliud est verum, nisi ꝙ, cum affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falsa: quoniam impossibile est esse alicuius, & non esse congregari insimul in eodem tempore. Deinde dicit impossibile est igitur vt omnia sint falsa, &c. i. impossibile est igitur dicere ꝙ omnes sermones sint falsi. alterum enim extremorum contradictorij necesse est vt sit verum. Deinde dicit. Et etiam, si affirmatiua & negatiua, &c. idest sed qui opinatur ꝙ omnia opposita sunt vera, opinatur cum hoc ꝙ contradictorium istius est falsum. & cum hoc etiam credidit ꝙ omnia opposita sunt vera: ergo contradicit sibi in sermone dicenti ꝙ omnia opposita sunt vera. oppositum enim istius non est verum apud ipsum. Deinde dicit. Si ergo destruunt, &c. idest, si ergo dicentes ꝙ omnia opposita sunt vera destruunt sermonem oppositum isti, & est ꝙ nihil est verum, manifestum est ꝙ sermo, dicens ꝙ omnia sunt vera, non est verus. dicens enim ꝙ omnia opposita sunt vera, aut falsa, non confirmat suum sermonem, nisi per hoc, ꝙ sermo oppositus isti

C est falsus. Et hoc intendebat, cum d. quoniam qui affirmat suum sermonem, secundum quod est non falsus, idest quoniam qui verificat suum sermonem, non verificat illum, nisi per hoc, quod est falsus. qui enim ponit quod omnia opposita sunt vera, accidit ei vt non omnia sint vera. & qui ponit ꝙ omnia sunt falsa, accidit ei vt non omnia sint falsa. Deinde dicit, & hoc, quod accidit, non est diminuens, &c. idest, & quod accidit istis hominibus de hoc, ꝙ concedunt contradictorium eius, quod posuerunt, non prohibet, cum quæsitum fuerit ab eis de definitione veri, vt concedant sermones oppositos esse veros, & falsos infinitos. Deinde declarauit quomodo contingit eis hoc de definitione veri, & d. & qui dicit in sermone, &c. idest, quoniam qui opinatur in aliquo sermone quod est verus, opinatur quod ista opinio est vera, & opinatur in ista secunda opinione quod est vera, & sic in infinitum, & vnaquæque istarum opinionum quod est vera, & ꝙ oppositum vniuscuiusque est falsum. opinatur enim sermones falsos esse infinitos, cum hoc ꝙ opinatur ꝙ omnes sermones sunt veri. & hoc est valde improbabile, & impossibile. D. d. Manifestum est igitur, &c. i. & manifestum est quod neq; dicens ꝙ omnia opposita sunt vera, quia omnia entia sunt quiescentia, dicit verum, neque dicens ꝙ omnia sunt falsa, quia omnia mouentur, dicit etiam verum. D. d. Quoniã, si omnia mouentur, & semper sunt idem

idest,& qui dicit quod entia ſunt ſemper,non eſt verum,dicens quod omnia ſunt D vera. quoniam entia ſemper videntur quandoque vera, cum fuerint in aliqua diſpoſitione,& quandoque falſa, cum fuerint in alia diſpoſitione. Deinde dedit cauſam in hoc,& dicit quoniam videtur hoc tranſmutari. ideſt quoniam iſtæ res particulares tranſmutantur ſemper ab vna diſpoſitione in aliam. Deinde dicit quia dicimus quod non eſt, erit,ideſt quia videmus multa, in quibus dicimus aliquando, quod non ſunt, deinde tamen erunt. Deinde dicit. Et etiam impoſsibile eſt,&c. ideſt,& neque eſt etiam verus ſermo dicentis quod omnia oppoſita ſunt falſa,quia omnia ſint mota. Deinde dicit. Et etiam declaratum eſt ꝙ hoc eſt impoſsibile, ideſt & cauſa in hoc eſt,ſcilicet impoſsibile vt omnia ſunt mota:quia tranſmutatio erit ex aliquo quieſcente,& in aliquod quieſcens, ſcilicet tranſmutatio recta. Deinde dicit. Neque, ſi etiam quieſcant, & mouentur. neque eſt verum etiam vt omnia entia moueantur quandoque,& quieſcãt quandoque.& intendit ꝙ quædam ſunt talia,et quędam ſunt quieſcẽtia ſemper, & quædam mouentur ſemper. & hoc manifeſtum eſt in ſcientia Naturali, & ſic completus eſt Quartus tractatus.

8. Ph. 2 t.c. cõ.21,vſque ad 27.

Quarti Metaphyſicorum cum dupl. expoſitio. Auer.

F I N I S.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER QVINTVS, cum dupl. Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac Summa vnica nonnullorum nominum multipliciter dictorum significationes distinguuntur.

Caput Primum. De Principio.

A PRincipium, hoc quidē dicitur illud rei, a quo quis primū mouetur, vtputa magnitudinis, & viæ, hinc quidem hoc principium est. Ex opposito uero aliud principium est illud, vnde quodq; optime fiat, vt doctrinæ, non a primo, ac rei principio aliquando inchoandū est, sed vnde quis facilius discat. Aliud autem, a quo primo inexistente fit. vt nauis carina, & domus fundamentum. animalium quoq; quidā cor, quidam cerebrum, quidā quodcunq; tale contingit, putāt. Aliud vero, a quo primo non inexistente fit, & a quo primo natura aptus est motus, & transmutatio inchoari. vt proles ex patre & matre, & bellū ex contumelia. Aliud porro id, ad cuius electionem mouētur quę mouentur, & mutantur quæ mutantur, quemadmodum ciuitatum prin-
B cipatus, potentiæ, regna, & tyrannides: principia dicuntur etiā artes, & ex his maxime architectonicæ. Item vnde primum res cognita est, illud quoq; principium rei dicitur. vtputa demonstrationum suppositiones. Toties autem causæ quoq; dicuntur. omnes nanq; causæ principia. Omnibus igitur principiis commune est esse primum, vnde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum vero quædam intrinsecus, quędam extrinsecus sunt. Quare natura quoq; principium est, & elementum. mens ēt. & electio, & substantia, & quod cuius causa. multis etenim & cognitionis, & motus principium ipsum bonum, & malum.

Vide Auer. in Epit. Tracta. primo.

Nō a primo aliqñ inchoandū, sed vnde quis facilius discat.

Initium dicitur illud, ex quo prius mouetur aliquid, verbi gratia principium longitudinis. Et dicitur etiam illud, ex quo melius est aliquid fieri, verbi gratia doctrina. quoniam forte non recipitur de principio rei, sed de illo, de quo facilior est disciplina. Et dicitur etiam illud, ex quo prius fit res, & est in re, verbi gratia fundamentum, nauis, & domus, & sicut quidam dicunt cor in animali, & quidam cerebrū, & quidam aliud secundum existimationem vniuscuiusq;. Et dicitur

* a.l.& non est in re.

etiam illud, ex quo fit res prius,* & est in re, ex qua fit initium motus, & transmutationis, verbi gratia filius a parentibus, & lis ab odio. Et dicitur etiam illud, propter cuius voluntatem mouetur quod mouetur, & transmutatur quod transmutatur. verbi gratia dominium in ciuitatibus & regnum, quæ dicuntur esse principia. & similiter in artificiis, & maxime in principiis artificiorum. Et dicitur initium etiam illud, ex quo res scitur primo, verbi gratia propositiones in demonstratione. Et similiter dicuntur causæ etiam. omnes enim causæ sunt principia. Et omnia principia habent aliquid commune, quod est primum, & sciendum est quomodo est, & quomodo erit. Et quædam principia sunt in rebus, & quædam extra res. Et similiter natura est principium, & elementum etiam. & cogitatio, & voluntas, & substantia, & illud propter quid, & bonum & largitas est principium pluriũ, & cognitio, & motus etiam. D

Quõ in hoc libro declarantur noĩa Metaphysicalia.

Hic tractatus est cõis oĩbus artib'.

Principiũ distinguitur sicut & ens.

Prĩcipij primum significatum.

Scdm significatum.

Tertiũ significatum.

Cor est primũ, quod generatur.

Quartum si-

2 INcipit commentum medium super quinto Metaphysicę, mei Auerrois Cordubensis, in quo declarabimus secundum intentionẽ Arist. nomina, quę vsitãtur in hac scientia, significantia super causas, & non tñ super ipsas, sed etiã super subiectum, & passiones subiecti: & ideo incœpimus distinguere in hoc tractatu significationes eorum secundum intentiones considerandas in dogmate ad vnum quid modis diuersis, nõ secundum prius & posterius, neq; vniuoce, sed secundum habitudinem ad vnum, sicut in principio tractatus pręcedẽtis dictũ est: & ideo expositio istorum nominum est pars istius scientię essentialis: ꝙ est, qm̃ ista nominũ expositio est cõis omnibus scientijs, & non sicut consuetudo est in naturali scientia exponere nomina in quęstione, ad quam pertineant: qm̃ distinctio nominum fit illic solummodo ad distinguendum quęsitum ab alia intẽtione: sed hic est tm̃ distinctio ad numerandum ea, de quibus considerat hęc scientia. Consideratio igitur de noĩbus oportet vt sit de genere considerationis in modis subiecti, de quo considerat hęc scientia: ideo oportet ponere vt sit pars per se: & qm̃ ista scientia primo & principaliter considerat de principijs entis, in eo quod ens, ideo incœpit distinguere secundum quot modis dicitur principium, sicut distinxit in quarto, quot modis dicitur ens: & quia ens dicitur multis modis, igitur principium dicitur multis modis. & hoc fecit, vt declaratum sit ei primum, a quo deriuatur hoc nomen principium ad alia, quia cõmunius est ceteris: & quia initium est ex principio, ideo diuisit initium loco principij, & dicit. Principium dicitur multis modis: vno modo significat, ex qua parte rei aliquis incipit primo moueri, sicut in longitudine, & in via quacunq;: ex illa parte est principiũ unde incipit motus: & hac ratione in auctione principium erit a longitudine, auctio enim prius fit secundum longitudinem, deinde fit secundum latitudinem, demum secundum altitudinem: finis etiam principium dici potest hinc vel inde incipientibus: quam ob rem huiusmodi principium aliqñ efficitur finis. Secundo modo dicitur principium transmutationis: vnde vnumquodq; bene & facile fieri potest, vt in eruditione, & disciplinis, in quibus non ab eo, quod est principium simpliciter atq; secundum naturam, sed ab eo, vt facillime quispiam addiscere poterit, inchoandum esse videtur. vt Arist. in multis locis fecit, incipiendo ab illis, quæ sunt nota apud nos, quę interdum posteriora sunt secundum naturam: & dicitur principium tertio modo illa rei pars, quę primo generatur, & ex qua rei generatio in opere dicitur: vt nauigii carina, quę est fundamẽtum, & principium nauis, super qua omnia ligna nauis compaginantur: & ędium fundamentũ, vt in rebus artificialibus. in naturalibus vero illud membrum, quod primo generatur, ut cor, vel cerebrum, vel aliquod aliud, fungens loco istorum, vt in animali imperfecto videtur, & radice in plantis: & hoc nomen principium dicitur quarto modo, secundum quod est commune omnibus, & prędicabile secundum analogiam de

A hoc principio in animali, & de principio secundum elementum, & de principio motus localis crementi & alterationis, & dicitur etiam principium generans, & agens: ex est illud, quo fit principium generationis vsquequo res efficiatur: ut ex patre matreq; fit proles, & ex conuicijs pugna: ex patre enim, & matre fit proles: quoniam mater, vt materia, & pater tanquam agens, sunt generationis principia, ex & quibus proles fit. ex conuicijs vero bellum, quoniã cõuicia concitãt animos hominum ad bellum: & breuiter principium dicitur agens & mouens: & similiter dicitur principium causa finalis, vt patet in rebus voluntarijs: quoniam in eis magis, & valde longe manifestatur, q̃ in naturalibus rebus, & magis in artificialibus, quam in voluntarijs: & causa finalis maxime dicitur principium cæteris, quoniam omnia sunt ordinata propter finem: & dicitur etiam principium maxima dignitas, & premissę propositiones, & omnes positiones, & suppositiones cuiuslibet doctrinę, & disciplinę: & sic duplex est principium, aut in arte, aut inesse: in aliquibus tamen artibus accidit vt idem sit essendi, & doctrinę principium, vt in Mathematicis; omnes enim causę principia sunt, sed non conuertuntur: nam in plus se habet principium, quam causa: deinde dicit sicut se habet hoc nomen causa ad omnes quatuor causas, ita se habet hoc nomen principium ad omnia principia: sed omnia, quę dicuntur de causa, dicuntur per compa

gnificatum.

Quintum significatum.

Sextũ significatum.

Septimũ significatum.

B rationem ad vnam primã. igitur omnia, quę dicuntur de principio, dicuntur per comparationem ad aliquod, quod inter principia dignius est dici principium: & hęc comparatio est secundum modos diuersos, vt de propinquo, & remoto: sicut est dispositio in nomine entis: & de hoc principio in scientia ista perscrutandum est, quomodo est in se principium, & quomodo primum, cum tale principium sit causa finalis, de qua considerat hęc scientia, quoniam omnes alię causę non dicuntur principia nisi respectu huius: & quoniam principiorum aliqua sunt in re, vt materia & forma, & aliqua extra rem, vt agens, & finis: nihilominus sunt eorum principia ab eis extrinseca, quorum sunt principia: addit etiam & substãtia, & est id, quod est cuius causa cætera sunt, & fiunt. appellans substantiam principium formale: hoc enim est cuiusque substantia, cuius causa vero, finem dicit, quæ idcirco conjunxit, quoniam in rebus efficiendis, forma perfectio, & finis esse videtur.

Principia in re, & extra rem quæ.

Intendit in hoc tractatu distinguere significationes nominum secundum intentiones considerandas in hac scientia. & omnia ista nomina dicuntur secundum relationem ad vnum quid modis diuersis. et ideo expositio istorum nominum est pars istius scientiæ per se, non sicut consuetudo est in scientia Naturali, scilicet exponere nomina in quęstione, ad quam hoc pertinet. quoniam distinctio nominum fuit illic solummodo ad distinguendum intentionem quęsitam ab alia inten

C tione: hic aũt est ad numerandum ea, de quibus considerat ista scientia. Consideratio igitur de nominibus est de genere considerationis in modis subiecti, in quo considerat ista scientia: & ideo oportet poni per se. Et, cum hoc latuit Nicolaũ, videbit ꝙ melior ordo est in hac scientia exponere nomen apud considerationem de intentione illius nominis, non vt ponatur pars istius scientię per se, sicut latuit illum dispositio, & ordo sermonum logicorum in hac scientia, sicut diximus in tractatu Tertio. Et quia ista scientia primo & principaliter considerat de principijs entis, secundum ꝙ est ens, incœpit distinguere secundũ quot modos dicitur principium, vt sit declaratum ei primum, a quo deriuatur hoc nomen ad alia. &, quia initium est ex principio, diuisit initium loco principij, & d. Initium dicitur, & c. id est & illud, ex quo fit initium transmutationis, quod dicitur principium dicitur multis modis. dicitur enim illud, ex quo fit initium motus localis in longitudine: & sicut dicitur ꝙ initium motus augmenti prius erit ex magnitudine in longitudinem, deinde in latitudinem, deinde in profundũ. D. d. Et dicitur etiam, & c. id est & initium transmutationis, ex quo fit, non erit ex illo, quod est principium illius rei, sed ex illo, ex quo fit facilius, v. g. principium doctrinę. est enim in scientijs aliud ab eo, quod est in rei veritate principium, sicut Arist. fecit in multis libris. Deinde dicit. Et dicitur etiam, & c. id est & dicitur initium prima pars generata in aliquo eorum, quę generantur ex partibus

Principium doctrinæ in scientijs est aliud ab eo, qđ est principiũ in rei veritate. Idẽ 1. Phy. c. 8,

diuersis, v.g. quoniam initium parietis est fundamentum: & initium nauis est lignum curuatum: et principium animalis est primum membrum generatum in eo. v.g. cor, aut cerebrum, aut aliud. & cõe est huic principio hoc, quod est principii secundum elementum, s. illud, ex quo fit principium rei: & primum, ex quo est principium transmutationis, s. motus localis, & crementi, & alterationis. Et cum induxit modos principiorum, ex quibus est res in substantia & accidente, incepit dicere modos principiorum agentium, & dixit. Et dicitur etiam, &c. id est & dicitur principium generans & agens: & est illud, a quo fit initium generationis rei, quousq; generatio perficiatur. v.g. generatio filij a parẽtibus, & in sua diuersitate opinionum, & vniuersaliter ista causa est agens & mouens. Et in exẽplari inuenitur. & est in re. & videtur mihi ꝙ est error scriptoris, & debet legi & nõ est in re. Et si non est hic error, tunc forte dixit hoc, quia est dispositio istius causę in rebus naturalibus, s. ꝙ non est extrinseca ab eis. v.g. semen maris & fœminę in speciebus generabilibus: in artificialibus autem & voluntarijs extra rem, sed vniuersaliter pater & mater sunt causę extrinsecę remotę: pater tanq̃ agẽs, & mater tanquam materia. D.d. Et dicitur etiam illud, &c. id est & dicitur etiam principium causa finalis. & ista causa etiam est in natura, & est illud, pp quod fit generatio. & descripsit ipsum in rebus volũtarijs, quia in eis manifesta est magis q̃ in naturalibus. D.d. & similiter in artificijs, &c. id est & istud principium quęsitum est in artificijs: & maxime in initio introitus in artem. quoniam illud, quod homo inuenit apud introitum in artificio, non inuenit ipsum primo nisi propter finem. deinde illud, quod post inuenietur, non inuenietur nisi propter illud, quod primo fuit inuentum propter finem. Illud igitur principium est principium inuentionis & generationis in rebus artificialibus & naturalibus. D.d. Et dicitur initium, &c. id est & hoc nomẽ principium etiam dicitur de principio doctrinę, v.g. de propositionibus in demonstratione. & istud est aliud a principio, quod est principium doctrinę. istud enim est principium sciẽtiarum quęsitarũ in arte: prędictum autem est principium disciplinę artis, secundum ꝙ addiscitur. & vniuersaliter omne principium aut est principium in * arte, aut est principiũ in esse. & in quibusdã artibus accidit vt principium essendi sit idem cum principijs doctrinę, & in quibusdam non, vt determinatum est in alijs locis. D.d. Et similiter dicuntur. &c. id est & similiter hoc nomẽ causa dicitur de omnibus rebus, de quibus diximus ꝙ hoc nomen principium dicitur de eis. D.d. & omnia principia, &c. id est & omnia, quę dicuntur de principio, dicuntur secundum comparationem ad aliquod principium in eis, quod est dignius dici principium q̃ illa. sed comparatio ad illud principium est modis diuersis secundum propinquum & remotum, sicut est dispositio in hoc nomine ens. D.d. & sciendum est quomodo est, & quomodo erit, id est et istud principium intenditur ad sciendũ in hac sciẽtia quomodo est in se, & quomodo est primum, & istud principium est causa finalis. omnes enim causę non sunt principia, nisi propter istud primum. D.d. Et quędam principia sunt in rebus, &c. id est & principiorum quędam sunt in re, verbi gratia vt forma & materia, & quędam extra rem, vt agens, & finis. D.d. & cogitatio, & voluntas, &c. id est & omnia ista sunt principia eorum, quorum sunt principia extrinseca ab eis. & intendit per substantiam formam generatiuã sibi similem in specie. & intendit per largitatem & bonum, & per illud propter quid idem, id est principium finale: sed tamen non sunt synonyma simpliciter.

Cã agẽs nõ est extrinseca in rebus naturalibus, sed in artificialibus. Pr̃ est causa agens, & mater est tanq̃ materia. Vide ĩ calce c.31.2. Phy.

* a.l. doctrina.

In quibusdã artibus accidit vt principiũ essendi sit idem cum principio doctrinę. vide 1. Phy. c.8. uel etiã vide c.2.1. Phy.

Oẽs cãę nõ sunt principia, nisi pp primũ principium. vide 2. Met. c.4.

Caput Secundum. De Causa.

Vide hęc eadem. 2. Phy, tex. 28. & ĩde. Vide Auer. in Epi. Tra. primo.

CAusa vero vno modo dicitur, ex qua inexistẽte aliquid fit, vt æs statuæ, & argentum pateræ, & horum genera. Alia vero forma, & exemplar. hæc autẽ est ratio ipsius quid erat esse, & horum genera. vt ipsius diapason, duo ad vnum, & simpliciter numerus, & partes, quæ in ra-

A tione sunt. Item, vnde principium mutationis primum, aut quietis: vt qui consuluit causa, & pater prolis, & simpliciter faciens eius, quod factum est, & transmutatiuum transmutati. Item vt finis. hæc autẽ est cuius causa. vt ambulandi, sanitas. propter quid enim ambulat, dicimus vt sanetur. & cũ ita dicamus, putamus causam reddidisse. & quæcunq; inter illud mouens, & finem media fiunt. vt sanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut instrumenta. omnia etenim hęc finis gratia sunt. differunt vero abinuicem, eo quòd hæc quidem instrumẽta, illa vero vt opera sunt. Causæ itaque fere toties dicuntur. At, cum multifariam causę dicantur, accidit multas quoq; eiusdem nõ secundum accidens causas esse, vt statuæ & ars statuaria, & ipsum æs, nõ secundum aliud quippiam, sed prout statua est: non tamen eodem modo, sed hoc quidẽ vt materia, illa vero vt vnde motus Et inuicẽ causas esse, vt laborare bonæ habitudinis, hæc vero laborandi. nõ tamen eodem modo: sed hæc quidem, vt finis, illud vero vt principium motus. Item, idem aliquando contrariorum causa est. quod enim cũ adsit, alicuius causa est, idem cum absit, causam contrarii nonnunquam dicimus. vt absentiam gubernatoris, naufragii, cuius præsentia salutis causa erat. ambę autem, & præsentia, & priuatio, tanquam mouentes causæ sunt. [margin: B]

[margin: Cãs accidit sibi inuicem causas esse. Idem aliqñ contrariorũ causa est.]

Causa dicitur secundum vnum modum illud, ex quo fit aliquid, & est in eo, vt cuprum in idolo, & argentum in annulo. Et dicit alio modo forma & exẽplar. & hoc significat esse alicuius & genera eius. sicut proportio duorum ad vnum attribuitur ad diapason, & similiter omnes numeri, & partes definitionis. Et etiam dicitur alio modo, secundum q; est principium transmutationis & quietis primo. sicut dicitur q; ambulatio est causa agens sanitatem, & pater filii, & vniuersaliter agens acti, & transmutans transmutati. Et etiam dicitur alio modo tanquam complemẽtum. & hoc est, propter quid fit aliquid. v. g. C q; sanitas est causa ambulationis. Si igitur quæsitũ fuerit a nobis quare ambulamus, dicemus vt sanemur. & hoc dicto videmus nos reddere causam necessario. & similiter alia, propter quæ fit complemẽtum per motum alterius, & est medium. sicut dicitur quòd causa sanitatis est dieta, & ieiunium, aut medicina, aut instrumenta. omnia enim ista adunantur ad quærendum complementum. & differunt, qm̃ quędam sunt tanquam instrumenta, & quædam tanquam actiones. Et causa dicitur igitur in maiori parte de istis modis. Quia igitur causæ dicũtur multis modis, accidit vt plures causæ sunt eiusdem, sed modo accidẽtali. v. g. idoli ars idolorum est causa, & cuprũ etiam, & nõ per aliud, nisi per hoc, quòd est idolum: sed nõ est eodem modo, sed alterum est vt materia, alterum vt illud, ex quo fit motus. Et exercitium, & sanitas suiipsius adinuicem: exercitium enim est causa sanitatis, & sanitas est causa exercitii: sed non eodem modo, sed hoc tanquã complementum, & hoc tanquam principium motus. Et etiam erit eadem causa

rerum contrariarum, verbi gratia illud, quod cum fuerit præſens, cau ſa alicuius, & cum fuerit abſens, illud idem forte erit cauſa contrarij, verbi gratia quoniã abſentia gubernatoris nauis forte erit cauſa deſtructionis nauis, & præſentia eius cauſa ſaluationis illius. & hęc ambo, ſ. præſentia, & abſentia ſunt cauſæ tanquam motus.

Cauſa quot modis dicatur.

Diapaſon quid.

Ordinata ad finẽ ſunt in duplici dr̃ia.

Cauſæ ſunt plures quam quatuor.

Eadẽ res interdũ cõtrariorum effectuum cauſa eſt, & q̃uo.

2 Et etiam cauſa dicitur ſecundum diuerſos modos, ſecundum quot dicitur principium: nam cauſa dicitur de materia, ſicut ęs eſt cauſa ſtatuę per modũ materię: Alio modo dicitur cauſa ſpecies & exemplar, & hęc eſt cauſa formalis, quę formam propriam rei ſignificat, ac ſuorum generum: q̃m ea, quę ſunt formarũ genera, ſunt rerum formę, vt cõcentus duorũ ad vnũ: quod eſt genus ad diapaſon: q̃m, q̃n duo ſoni ſe habent adinuicem in dupla proportione, tunc eſt inter eos concentus, qui dicitur diapaſon, vt in muſicali ſcĩa declaratum eſt: & ſilr̃ numerus eſt vl'is forma partium numerorum: & definitio, genus eſt partium definitionum. Et dicitur ẽt cauſa de agente, ex quo fit rei generatio: ſicut dicimus ambulationẽ eſſe cauſam ſanitatis, id eſt efficiens ſanitatem: Et quarto modo dicitur cauſa de fine, quod agens intendit, qui eſt ipſa ſanitas, propter quam ambulationes, ac exercitia efficiuntur: q̃m ad interrogationem factam propter quid eſt, ꝙ exercitio ac ambulatione vtimur? reſpõdendum eſt, vt ſani efficiamur: Et omnia hęc, quæ ad finem ordinata ſunt, in duplici ſunt differentia: nam aliqua immediate finem efficiunt, & aliqua id efficiunt, ſed mediãte alio vt eſt victus ratio, & euacuatio: hęc enim humores malos euacuat, illa vero eos rectificat, & ad hoc immediate ſequitur ſanitas: Medicamenta vero, & exercitationes, ventoſę, & alię corporis præparationes, nõ cauſant ſanitatem, hoc modo, ſed mediantibus alijs, ſed ſunt inſtrumenta, quibus mediantibus ſanitas acquiritur: & q̃uis ſint in eis differentia, nihilominus in fine conueniunt, qui eſt ſanitas: & ſic hoc nomen cauſa pro maiori parte prędicatur, de iſtis quatuor: & dicit in maiori parte, cum alię ſint cauſę has inſequentes, ac earum accidentia, de quibus hoc nomen cauſa dicitur: & ideo, cũ cauſę ſint modis diuerſis, accidit vt eadem res plures habeat cauſas. vt ſtatuaria Ars eſt cauſa ſtatuę: & ęs ſilr̃ eſt ipſius cauſa, ſed diuerſimode: q̃m æs eſt cauſa materialis, Ars vero eſt cauſa agens & efficiens ſtatuę: illę aũt cauſę quę ſunt in eadem re, ſunt ſibi inuicem cauſę, vt exercitium eſt cauſa ſanitatis, tanq̃ agens, ſanitas vero eſt cauſa exercitij tanq̃ finis: contraria quoq; habent cauſas cõtrarias, nihilominus aliq̃n accidit, vt eadem res ſit cauſa contrariorum effectuum, ſed non eodem modo, vt nauta eſt cauſa conſeruationis ſuę nauis, ac etiã eſt cauſa ſui naufragij: ſed hoc efficit, dum pręſens eſt, & dum eſt abſens ab ipſa naue: q̃m pręſentia conſeruationis eſt cauſa, abſentia vero deſtructionis cauſa eſt: & hoc efficit in genere cauſę agentis, & mouentis.

Vide 2. Ph. 48.

Dicit ꝙ cauſa dicitur de materia, ſicut dr̃ ꝙ cuprum eſt cauſa idoli. Et dicitur de forma, & exemplari. D. d. & hoc ſignificat eſſe alicuius, et genera illius, id eſt & iſta cauſa eſt, quę ſignificat formam propriam rei, & formam ſuorũ generum. D. induxit exemplũ formę, quę eſt genus, & d. ſicut proportio, & c. id eſt & forma, quę eſt forma generis, eſt ſicut proportio duorum ad vnum. eſt enim tanquã genus ad diapaſon, ut declaratum eſt in muſica. D. d. et ſimiliter oẽs numeri, & c. id eſt & ſilr̃ numerus eſt forma vl'is partium numerorũ, & ſimiliter definitio eſt generatio ſpecierum definitionum. D. d. Et etiam dicitur alio modo, & c. & intendit cauſam agentem, ſ. ex qua primo fit generatio rei. D. d. ſicut igitur ꝙ ambulatio eſt cauſa agens ſanitatem. & cum induxit cauſas ſcd̃m materiam & formam, & agens, d. & ẽt alio modo dicitur tanq̃ complementum & c. id eſt & dicitur etiam cauſa modo quarto, ſ. complementum, quod intẽdit agens. v. g. ſanitas, propter quam fit ambulatio, & exercitium. Et ſignum eius eſt. q̃m, ſi aliquis quęſiuerit quare exercitamus, dicemus propter ſanitatem. D. d. & ſilr̃ alia, & c. id eſt & rerum, quarum actio eſt propter finem, quędam faciunt finem & complementum primo & per ſe, & quędam mediantibus alijs. v. g. ꝙ ſanitas fit ex dieta & inanitione, inanitio enim abſtrahit humorẽ corruptum: dieta aũt & abſtinentia

A rectificat ipsum, ex quo sequitur sanitatem esse. & silr est de medicinis, & instrumentis, s. φ non faciunt sanitatem nisi mediantibus alijs, & similiter exercitium. D.d. & differunt, qm̄ quędam sunt quasi instrumēta, &c. & omnia ista conueniūt in inueniendo finem, s. sanitatem. sed differunt eo φ quędam sunt actiones, s. ambulatio: & quędam instrā, s. pręparationes, & ventosę. D.d. Et causa dicitur in maiori parte, &c. id est & hoc nomen causa dr̄ in maiori parte, & famosius de istis quatuor causis. & d. hoc, quia etiam dicuntur causę consequentia istorum, & accidentia eorū. D.d. Quia igitur causę, &c. i. &, quia causę sunt diuersis modis, accidit vt idem habeat plures causas. & d. quia accidit φ quędam sunt, quae non habent nisi quasdam causas, s. quędam genera causarum. D. dedit exemplum famosum in suo tempore, & d. verbi gratia idoli, &c. id est. v.g. φ ars idolificandi est causa idoli, & silr cuprum est causa idoli: sed duobus modis, cuprum enim est causa materialis, ars aūt idolificandi est causa mouēs & generans. D.d. Et exercitium, & sanitas, &c. id est & causę, quę sunt in eadem re, sunt causę suiipsius ad inuicem. ambulatio enim est causa sanitatis tanquam agens, sanitas aūt est causa ambulationis tanq̄ finis. Et cum numerauit causas in modo secundo, incœpit dicere dispositiones earum, v.g. qm̄ accidit eis vt sint causę eiusdem rei, & φ accidit φ quędam sunt causę quarundam, incœpit ēt dicere aliam dispositionem, & d. Et ēt erit eadē, &c. i. & contraria habent causas contrarias, sed qn̄q; accidit ut
B idem sit causa contrariorum duorum, non tn̄ eodem modo, sed diuersis modis. v. g. φ gubernator, cū abfūt, est causa destructionis nauis: &, cū adest, est causa saluationis illius. D.d. & hęc ambo, &c. i. & hę duę dispositiones sunt causę saluationis, aut destructionis nauis de genere causarum mouentium, & agentium.

Agens præparans perficiens. 2. Ph. 29.

Idē 2. Phys. 30.

Idē diuersis modis p̄t eē cā contrariorum. Idē 2. Phy. t.c. 30.

Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor incidunt manifestissimos modos: elementa etenim syllabarum, & materia factibilium, & ignis, & terra, & omnia huiuscemodi corporum. partes quoque totius, & suppositiones conclusionis causæ sunt, vt ex quo. Harum vero hæc quidem tanquam subiectum, vt partes, hæc vero tanquam ipsum quid erat esse, vt totum, & compositio, et forma. Semen vero, et medicus, et consiliator, et simpliciter efficiens, omnia vnde transmutationis, aut status principium. Cætera vero tanquam finis, & bonum aliorum. ipsum enim cuius causa optimum, & finis aliorum vult esse. nil autem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur Hæ itaquæ causæ, ac tot specie sunt. Modi au-
C tem causarum numero quidem multi sunt, in pauciores autem reducuntur. Dicuntur etenim causæ etiam earum, quæ eiusdem speciei sunt multipliciter, prius videlicet, & posterius alia, quam alia. ut sanitatis medicus, & artifex: & ipsius diapason duplum, & numerus: & illa semper, quæ continent quodcunque particularium. Item ut ipsum accidens, & eorum genera, ut statuæ aliter Polycletus, & aliter statuarius, quia accidit statuario Polycleto esse. Et ea, quæ continent accidens. ut homo causa statuæ, aut simpliciter animal, quoniam Polycletus homo, homo autem animal est. Est autem accidentium quoque alıud alio remotius, & propinquius. utputa, si albus, & musicus dicantur statuæ causa, & non solum Polycletus, aut homo. Pręter omnes autem, quę proprie dicuntur, quęve secundum accidens, alię ut potentia dicuntur, alię ut agentes, ut ędificii extruendi ędificator, aut ędificans ędificator. Similiter autem illę quoque dicuntur de his, quorum causę sunt, vt huius statuę, aut

ſtatuæ, aut ſimpliciter imaginis. aut huius æris, aut æris, aut ſimpliciter materiæ. & de accidentibus ſimiliter. Item hæ, & illę coniunctę dicentur. vtputa non Polycletus, nec ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. Attamen hæ omnes multitudine quidem ſex ſunt: dicuntur autē dupliciter. aut enim vt ſingulare, aut vt genus eius: aut vt accidēs, aut vt genus accidentis: aut vt coniunctæ, aut ſimpliciter dictę. item tanquam, agentes, aut ſecundum potentiam. Differunt autem, eo quòd agentes quidem, & ſingulares ſimul ſunt, & non ſunt tam ipſæ, quam illa, quorum cauſæ ſunt. veluti hic medicans huic conualeſcenti, & hic ædificator huic, quod ædificatur. Quòd vero ſecundum potentiā, non ſemper. corrumpitur enim non ſimul domus, & ædificator.

Omnes igitur cauſæ, quæ modo fuerunt dictę cadunt ſuper quatuor modos famoſos valde. literæ enim ſyllabarum, & materia artificialium, & terra, & omnia corpora ſimilia, & partes totius, & propoſitiones concluſionis ſunt ſicut cauſæ, quæ ſunt ex aliquo. Et quædam iſtarum ſunt ſicut ſubiectum, & quædam ſicut partes, & quædā ſicut illud, quod ſignificat alicuius eſſe, ſicut totum, & compoſitio, & forma. Semen autem & medicus, & ambulatio, & omne, quod agit aliquam actionem, ſunt ſecundum principium tranſmutationis & quietis. Et quædam ſunt ſicut complementum & largitas aliis. illud enim, propter quod fit largitas aliis, vult etiam eſſe complementum. & non eſt differentia inter dicere hoc eſſe largum, & hoc videri largum. Cauſæ igitur ſunt iſtæ, & numerus ſuarum formarum eſt iſte numerus. Et modi cauſarum ſunt plures: ſed, cum referuntur, fiunt pauciores etiam. Dicuntur enim cauſæ multotiens ea, quæ conueniunt in forma, & dicuntur quædam ante, & quædam poſt. ſicut dicitur quòd cauſa ſanitatis eſt medicus peritus, & ars: & duplum eſt cauſa ad diapaſon, & numerus etiam: & ſimiliter etiam illud, quod continet aliquid particularium, eſt tale. Et etiam ſicut accidens, & genera eius, verbi gratia idolum. cauſa enim eſt idoli artifex idolorum, ſcilicet Polycletus, ſed diuerſis modis. accidit enim vt nomen artificis eſſet Polycletus. Et ſimiliter alio modo etiam illud, quod continet accidens. ſicut homo cum fuerit cauſa idoli, aut aliquod aliud. Et quædam accidentia ſunt remotiora quibuſdam, & quædam propinquiora, verbi gratia cum dicimus quòd albū & muſicum eſt cauſa idoli, & non Polycletus tantum, aut homo. Et dicuntur cauſæ alio modo ab omnibus iſtis proprie, & vniuerſaliter: & potentia, & actu, verbi gratia ædificator rei ædificandæ, aut ædificator, qui ædificat. Et dicuntur tales ſermones in rebus, quare cauſæ habeāt cauſas. & etiam ſicut cauſa iſtius idoli, quod eſt idolum, aut quod eſt alia forma, aut cuprum. & cauſa cupri eſt alia materia, & ſimiliter in accidentibus. Et etiam dicuntur iſtæ, & illæ ſecundum compoſitionem, verbi gratia non Polycletus, neq; artifex idoli, ſed Polycletus artifex idoli. Sed multitudo iſtorum omnium eſt ſenarius: & di-

A cuntur duobus modis . aut tanquam genus, aut tanquam totum. Ablatio in Romano. Et differunt quòd agentia & particularia sunt, & non sunt insimul.& quæ habent causam etiam, v. g. sanans, & iste ædificator istius ædificati. Quę autem sunt in potentia, non sunt semper insimul. domus.n.& ædificator non corrũpuntur insimul.

Cum Arist. enarrasset generã causarum magis probata esse quattuor, & attributa illarũ, quæ cõiter cõceduntur in esse eis: vult modo in hac parte duo dicere, quorum primum est quod omnes reducũtur ad hæc genera: secũdo, qũo causarum modos cognoscere debemus: de primo probat illud inductiue in causis materialibus, & dicit literæ enim sunt elementa syllabarum, & Artificialium omnium materialis causa est terra, & omnium corporum consimiliũ partium, & Hæc corpora sunt partes totius, & similiter propositiones se habent conclusioni, quia sunt tanquam causæ materiales, idest reducuntur ad genus causæ materialis: Modus vero causarũ formaliũ, & istarum, quas numerauimus, est materia & elementum, totum ac partes eius: qm̃ totum est veluti forma, partes vero eius vt materia: similiterque litterę, & syllabæ sunt elemẽta, sed cõpositio ex omnibus istis est tanquã forma: & sicut causa materialis dicitur multis modis, ita &
B causa formalis. Aliæ vero causæ, vt semẽ, medicus, & exercitiũ, & breuiter omne, aliquid agens, reducitur ad causam mouentẽ, quæ est trãsmutationis principiũ post quietẽ: finis vero, & perfectio rei, bonum, & largitas, nõ inueniũtur in istis rebus nisi per causam finalẽ, ideo omne illud, qđ caret fine, caret omni bono, ac perfectione, & per consequens nihil est. causæ ergo sunt tot genere, quia quatuor, & tales. s. specie, quot, & quales dictæ sunt: sed modi causarum plures sunt: nam vnusquisque modus, cũ per numeralem differentiam dissecatur, & secundũ indiuidua cõsideretur, est multiplex: veluti homo, cum consideratur, quatenus est sor. & plato, & alij tales, est multiplrx. Sed, si ipsi modi referantur adinuicẽ secundũ oppositionem, idest cũ diuiduntur ad opposita, tunc determinabuntur, qm̃ redeunt in quatuor. Nam prima diuisio per opposita est per commune, & propriũ: secunda per secundũ se, & secundũ accidẽs: Tertia per actum & potentiam. Quarta denique per simplex & complexum: & non sunt plures modi: Et hoc manifeste apparet in causis cõicantibus in forma; nam aliquæ ipsarũ sunt remotæ, & aliquæ propinquę: veluti compositio est forma remota sanitatis, cõplexio vero æqualis est propinquę: simili modo in causis agentibus, Ars est causa remota sanitatis, Medicus vero propinqua: & similiter dispositio ista in causis finalibus & materialibus inuenitur. qm̃ in genere causæ finalis aliqua sunt propinquiora alijs, & aliqua sunt in respectu, remotiora, & propinquiora: simi-
C literque in genere causæ materialis hoc idem reperitur: & nõ solũ in causis istis essentialibus, sed etiam in accidentalibus: quoniam Polycletus est causa per accidens statuæ propinqua, Album vero est causa remota, sed magis propinquior istis, & per se causa est homo Artifex idoli: & ex hoc vult inferre causam per accidens dici multis modis, vt manifeste videtur: quoniam causa per accidens propinqua & remota inuenitur, sicut in essentialibus reperitur: & exemplificat de Musico & albo, quæ sunt causæ ydoli per accidens, quia Musicum & albũ nihil faciunt in idolo siue statua. Homo autem, & Polycletus faciunt statuam, sed ex accidenti: quoniam ea ratione, qua eis accidit statuarius: at musicus, & album ea ratione, qua accidunt Polycleto, & homini, causæ ex accidenti dicũtur: & causarũ aliqua vniuersalis, & aliqua particularis est. i. propria: & rursus causarum aliqua est actu, & aliqua dicitur potẽtia: Actu, qñ est in operatione: potentia, quando non operatur: veluti Domus ædificator, qui dũ ædificat, eũ in opere & actu causam esse dicimus, dum vero nõ ædificat, sed dormit, causam domus, in potentia, fore dicimus: & omnes ij modi causarum propinqui & remoti, vniuersales & particulares non inueniuntur nisi, in illis rebus, in quibus causæ illarum ab alijs causis sunt causatæ, quæ etiam causas habent donec ad vnã primam deueniatur: & isti modi de quibus causæ dicuntur, sunt sex, videlicet, essen-

3 Oĩa causarũ gñã ad quatuor reducũtur.

Propositiones sunt cã materialis cõclusionũ.

Causa materialis & formalis dicitur multiplr.

Quod caret fine, caret oĩ perfectione, & nihil est.

Modi causarũ multiplicIter.

Causarũ diuisiones.

In causis accidentalibus quædã propinqua, & quædã remota.

Causarũ qdã particularis, et quędam vlis.

Modi causarũ quõ sex quõue duodecim sint.

Causę hecconis & iridis.

Dria inter cãm inactu, & cãm i potentia.

tialis,& accidentalis,propinquus,& remotus,simplex, & cõpositus: communis vero & proprius modus ad propinquum , & remotum reducuntur : & cum isti sex causarum modi , in duobus reducuntur videlicet in Actum, & Potentiam, tunc omnes causarum modi erunt duodecim, videlicet sex simplices totidemq; compositi:& sic vniuersaliter quicquid erit extra hos causarũ modos,nihil erit: & ideo res,quæ easdem causas habent,causæ illæ erunt specie,aut genere eędē, veluti hecconis,& iridis causæ sunt eædem genere:cum hi duo effectus a reflexione sint causati; Prima causa est radiorum solis conuersio, secunda est Aeris conuersio,& simili modo iridis, & lunæ circuli causæ sunt eædem specie, cum ambo hi effectus a conuersione radiorum solis efficiantur:sed aliquando potest, etiam esse vt idem effectus diuersas habeat causas ,vt in Analyticis posterioribus declaratum est. & differentia est inter hos modos causarum Agentium, quæ res singulares agunt,videlicet actu,& potentia:quoniam causa,quæ est in actu, idest in opere simul est cum effectu, circa quem operatur, & simul esse desistit, vt hoc ædificans cum hoc ædificato,non enim potest aliquid in actu ædificari, nisi sit in actu ædificans:sed illæ causæ,quæ sunt potentia,non semper causę & effectus simul sunt & non sunt:non enim Domus & ædificator simul corrũpuntur.Si enim est qui Domum potest facere,non protinus est necesse vt domus sit aliqua,quæ ædificetur,neq;,si huiusmodi faber intereat,qui potẽtia causa domus est,necesse est,vt domus ab ipso confecta deleatur: D B

Oppositũ.1. Phys. c.58. vbi d. nõ dicimus fieri ex hoc. Vide cõ.Zim. Totũ est forma', & ptes sũt materia. vide 7.Me. cõ.35. & 4. Ph. ç.49.& 2.Ph. 31. Bonũ, et largitas nõ iueniũtur in rebus,nisi per cãm formalē. Idem. 3. Me.te.c. 3. & 2. Me. t. cõ. 8.& 2. Ph.31.

2.Phy.28.

Cum dixit genera causarum famosa,s.quatuor,& dispositiones earũ famosas, vult in hoc cap.dicere duo, quorũ vnum est ꝙ omnes causæ reducũtur ad hæc quatuor genera.secũdum autem est cognoscere suos modos.Et d. Oẽs igitur causæ,&c. D.d.literæ.n.&c. i.contingit literas esse causas syllabarum,& materias artificialium causas artificialium,& naturalium causas naturalium,v.g.terræ & aliorum corporum,quæ sunt materiæ corporum consimilium partium,& corporum consimilium partium,quæ sunt materiæ organicorum,& illa ,quæ sunt partes rei,& quasi propositiones esse causas conclusionum. Hoc tamen totum reducitur ad vnum genus illorum quatuor generum, scilicet materiale,quod demonstratur ex hac præpositione,ex:cum dicimus ꝙ omne generatum generatur ex aliquo. & hoc intendebat, cum d. sicut causæ, quæ sunt ex aliquo. D.incœpit declarare etiam modos causarum formalium, & d. Et quædam istarum sunt sicut subiectum,&c.i.& quædam istarum causarum rerum,quas numerauimus est materia elementum,sicut diximus:& quædam sicut totum & partes.totum.n.est forma,& partes materia.& similiter lrẽ,& syllabæ,& elementa.cõpositio.n. in omnibus istis est tanꝙ forma.& quasi intendebat notificare ꝙ quemadmodũ materia dr̃ multis modis,sic forma.D.d.Semen aũt, &c.i. causæ autẽ, quæ sunt semen,& medicus,& ambulatio,& omne agens aliquid reducuntur ad causam, quæ est principiũ transmutationis post quietẽ,quæ dr̃ motus. D.d. Et quædam sunt sicut complementum,&c.i.cõplementum.n.& bonum, & largitas non inueniuntur in rebus nisi per causam finalẽ. & ideo quod caret causa finali, caret bono.D.d.Causæ igitur sunt istæ,&c.i.& genera igitur causarum sunt ista quatuor & species causarum sunt tales,quales numerauimus. D.d. Et modi causarum,&c.i.& modi causarum sunt plures:sed cum referuntur adinuicem secundũ oppositionem,s.cum diuiduntur in opposita,tunc determinabuntur. D.incœpit eas determinare, & d. Dicuntur.n.causæ, &c.i.causarum enim conuenientium in forma, s.quæ sunt vnius generis, quædam sunt ante quasdam in essendo cãm alicuius.& secundum hoc causarum aliæ sunt propinquæ,aliæ remotæ. D.dedit exemplum, & d. sicut dicitur ꝙ causa sanitatis,&c.i.ver.g. in causis agentibus medicus,& ars.vtrunque enim est causa sanitatis. sed ars causa remota,& medicus propinqua . In formalibus autem duplum, & numerus. vtrunque enim est forma ad diapason,quæ est in proportione dupla:sed numerus est forma remota,& duplum forma propinqua. D.d.& similiter etiam illud,quod continet aliquod particularium est tales.i.& istæ formæ sunt remotiores abinuicẽ,quia quędam continent quasdam.& ideo dispositio in eis, quæ continent alia particularia est talis,scilicet ꝙ quædam sunt propinquiora quibusdam,& quædam remo- F

A tiora. & iste modus etiam, scilicet propinquitas & remotio, inuenitur etiam in Propinquitas,
causa finali & materiali. Et, cum dedit istos duos modos oppositos, dedit etiam & remotio i
alium modum oppositum, & d. Et etiam sicut accidens, &c. i. & etiam causarum uen itur et i
quædam sunt causæ essentialiter, quędam accidentaliter. v.g. ꝙ causa idoli essen cā materiali
tialiter est artifex idolorum, & accidentaliter Polycletus: cui accidit ꝙ fuerit & finali.
artifex idolorum. D.d. Et similiter alio modo etiam illud, quod continet acci- 2. Phy. 34.
dens, &c. i. & quoniam illud, cui attribuitur aliud per accidens, quandoque col-
locatur sub eo quod est essentialiter, & quandoque continet ipsum. v.g. ꝙ illud, quod
collocatur sub eo, quod est essentialiter, est Polycletus, qui facit idola. qui igitur
facit idola essentialiter, est artifex idolorum. & iste collocatur sub artifice sim- 5. Ph. 1. & 7
pliciter. & ideo, cum attribuitur ei actio idoli, erit per accidens. illud etiam, quod Phy. primo.
continet illud, quod est essentialiter, est sicut homo artifex idoli, s. ꝙ, cum actio
idoli attribuitur homini est per accidens, & magis si attribuitur animali. & d. si-
cut accidens, & genera eius, quia quod est per accidens, est multis modis. D.d.
Et quædam accidentia, &c. i. & in causis, quæ sunt per accidens, inuenitur etiam
causa propinqua, & remota, sicut in causis, quæ sunt essentialiter. v.g. album &
musicum sunt causæ idoli per accidens, sed remotæ. & Polycletus, & homo cau-
sæ sunt per accidens, propinquiores illis, quæ sunt essentialiter. homo. n. secundũ
B ꝙ est homo, non est artifex idolorum, quoniam tunc omnis homo esset artifex
idolorum, sed secundum quod habet artem idolificandi. Sed tamen iste modus
propinquior est modo essentiali, quàm ille modus prædictus, scilicet de mu-
sico & albo. musicus enim & albus nihil faciunt in idolo. homo autem &
Polycletus faciunt idolum, sed accidentaliter. Deinde dicit. Et dicuntur
causæ alio modo, &c. idest, & etiam causarum alia est vniuersalis, alia pro-
pria. & iterum causarum quædam sunt actu, quædam potentia. potentia autem
est sicut ædificator rei ędificandę: in actu vero est sicut ędificator, dum ędificat.
D.d. Et dicuntur tales sermones, &c. i. & modi istarum causarum, s. propinquus 2. Phys. 38.
& remotus, & communis & proprius non inueniuntur nisi in rebus, quarum cau
sę sunt causatę ab alijs causis, & illę alię causę habent alias causas, donec perue
niatur ad primas causas. verbi gratia causa istius idoli singularis est ꝙ est agens
idolum simpliciter, aut quod est habens aliam formam. & similiter causa est ma-
terialis. D.d. & similiter in accidentibus, &c. i. & etiam accidit causis, quę sunt
per accidens, vt quędam sunt propinquę, quędam remotę. D.d. Et etiam dicun
tur istę, & illę, &c. i. & istarum causarum quędam dicũtur secundum compositio
nem, & quędam simpliciter. v.g. vt non dicatur ꝙ Polycletus tantum est faciẽs
idolum, neque artifex idolorum: sed dicatur ꝙ Polycletus artifex fecit idolum. 2. Phy. 36.
hoc enim componitur ex essentiali & accidentali. D.d. Sed multitudo, &c. i. &
C intendit per sex, propinquum & remotum, & essentiale & accidentale, & com-
positum & simplex. commune. n. & proprium reducuntur ad propinquum & re
motum. & , cũ ista sex multiplicentur in duo, s. in potentiam & actum, tunc om-
nes modi causarum erunt duodecim, compositi, & simplices. D.d. & dicuntur Idē. 2. Phy.
duobus modis, &c. i. & habentia easdem causas, aut erunt eadem specie, aut ge- 36. Vide 2.
nere. Causę autem, quę sunt eędem in genere, sunt sicut reflexio, quę est causa de Aīa tex.
heconis, & causa iridis: prima enim est conuersio aeris: secunda autem est cõuer cō. 80.
sio radiorũ, hę vero in species sunt sicut conuersio radiorũ, quę est causa iridis,
& circuli Lunę. Et forte est econuerso, scilicet ꝙ idem habet diuersas causas
genere. v.g. hoc, quod dr̃ in causa exitus Nili. & hoc declaratum est in Analy-
ticis Posterioribus. Et forte istud diminuitur in isto loco. D.d. Et differunt, &c.
idest & differentia inter istum modum causarum agentium, & agentium, quę
agunt res particulares, est, quũ agens, quod facit particularia, erit, & non conse-
quitur suum actum: & in illo primo modo semper erunt insimul, s. causa & cau-
satum. D.d. & quę habent causam. &c. i. & quę sunt huiusmodi, sunt sicut domus
& ędificator. ędificator. n. est, licet non sit domus. D.d. quę autem sunt in poten-
tia, non sunt semper insimul, &c. i. causa autem, quę est potentia, cum fuerit in
actu, non remanebit insimul cum suo actu. domus enim & ędificator non corrũ-
puntur insimul: sed alterum corrumpitur, & reliquum manet.

Caput Tertium. De Elemento.

Vide Auer. in Epi. Tra. primo.

ELementum dicitur, ex quo componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem. vt vocis elementa, ex quibus componitur vox, & in quæ vltima diuiditur: illa vero non amplius in alias voces ab ipſis ſpecie diuerſas. ſed & ſi diuidantur, particulæ tamen eorum eiuſdem ſpeciei ſunt: vt aquæ particula, aqua, ſed non ſyllabæ. Similiter etiam corporum elementa dicunt, ea dicentes vltima, in quæ corpora diuiduntur, illa vero non amplius in alia ſpecie differentia corpora. & ſiue vnum, ſiue plura huiuſcemodi ſint, hæc elementa aiũt. Similiter autem* figurationum quoque elemẽta dicuntur: ac ſimpliciter demonſtrationum. primæ enim demonſtrationes, quæ in pluribus demonſtrationibus inſunt, hæ elementa demonſtrationum dicuntur. ſunt autem tales primi * ex tribus per vnum medium ſyllogiſmi. Hinc autem transferentes appellant etiam elementum, quod vnum & paruum exiſtens, ad plura vtile ſit. Quare & paruũ, & ſimplex, & indiuiſibile, elementum dicitur. Vnde euenit, quæ maxime vniuerſalia ſunt, elementa eſſe. quoniam cum vnumquodq; aut eorum vnum, & ſimplex ſit, in multis, aut omnibus, aut quampluri-mis ineſt. Et vnum, & punctum principia quibuſdam eſſe videtur. Cum itaque illa, quæ genera vocantur, vniuerſalia, & indiuiſibilia ſint (vna enim eſt ipſorum ratio) genera quidam dicunt elementa: & magis quã differentiam, quoniam genus magis vniuerſale eſt. cuicunque enim differentia ineſt, genus quoque ſequitur illud: cui vero genus, non vtique differentia. Omnibus vero commune eſt, illud cuiuſque eſſe elementum, quod primum cuique ineſt.

* designationum.

* a.l. trium mediorum.

Elementum dicitur illud, ex quo res cõponitur primo, & eſt in ea & nõ diuiditur ſecundum formam in aliam formam. v.g. ſicut elemẽta ſoni ſunt ex quibus componitur ſonus, & ad quæ perueniunt vltimo: & illa non diuidũtur in alios ſonos diuerſos ab eis ſecundũ formam. ſed ſi diuidãtur, partes eorum erũt cõſimiles ſecundũ formam: ſicut aqua, cuius pars eſt aqua, nõ ſicut ſyllabæ. Dicentes igitur quòd corpora habent talia elementa, in quæ diuiduntur primo, & non diuiduntur in alia corpora diuerſa ſecundum formam, dixerunt vnum elementum & plura talia. Et elementa linearum dicũtur proprie ſecũdum hunc modum, & vniuerſaliter elementa omnium demõſtrationũ. primæ. n. demõſtrationes, q̃ ſunt in pluribus demr̃ationibus, dicunt eleméta demr̃ationũ. & primæ cõgregationes ſunt ſimiles iſtis, q̃ ſunt ex tribus terminis, quorum vnus eſt medius. Et ẽt dr̃ elemẽtũ ſecundum translationem illud per ſimilitudinem, quod eſt vnum minimum, & nõ diuiditur, & indigetur in pluribus rebus. Et ideo dicitur minimum ſimplex, quod non diuiditur, elementum. Vnde illud nomen fuit poſitum rebus, quæ ſunt elementa vniuerſalia, magis quã

A alia. quoniam vnumquodque eorum, quia est vnum simplex, inuenitur in pluribus, & in omnibus rebus, aut in multis. Et ideo existimauerunt quidam quòd vnum, & punctus sunt principia. Et, quia illa, quæ dicuntur genera, sunt vniuersalia, & non diuiduntnr, quia non habent definitionem, dixerunt quidam q; genera sunt elementa, & quod sunt magis in elementatione, quoniam genus est maioris vniuersalitatis. quod enim habet differentiam, habet genus etiam: & omne, quod habet genus, non habet differentiam necessario. Et elementum est commune omnibus rebus, quod est primum cuiuslibet, & in quolibet primum.

QVoniam causa de elemento prædicatur, ideo hic vult distinguere quot mo- E
dis dr̄ elementū, & quia ista nomina Principium, causa, & elementū sunt
nomina propinqua synonymis cōibus appropriatis.i.æquiuocis: nō enim.
Nomina, quæ in hoc quinto distinguit, sunt æquiuoca omnino, sed Analoga,
elementum dicitur de causis intrinsecis, & ita de forma, & de materia, sed di-
gnius de materiali causa: Principium vero dignius de causis exterioribus: cau-
B sa vero est minus vniuersalis quā sit principium, quoniam causa solum dicitur de
quatuor causis, at princiuium dicitur & de causis, & de motus initio: & ideo po-
nit definitionem elementi, & est, quod elementum sit id, ex quo primo quippiā
componitur, ita vt sit indiuisibile secundum formam in aliam formam: et per hoc
quod dicit primo quippiam componitur, excludit illud, ex quo res componitur
secundo: compositiones enim, quæ sunt in eadem re, quędam sunt primę. & quę-
dam non primæ: & per hoc quod dicit, ita vt insit, assignat differentiā inter ele-
mentum proprie dictum, & materiam, quæ transmutatur, cum aliquid generatur
ex ea, vt caro generatur ex sanguine, tamen sanguis non dicitur elementū car-
nis, quia nō remanet in carne, & per hoc quod dicit indiuisibile secundū formā,
excludit elementa membrorū organicorum, quæ componuntur ex partibus si-
milaribus, quæ sunt diuisibiles secundum formam: & dat exemplum de elemen-
to sillabarum, nā talia elementa diuiduntur in vocales & consonantes, & istæ
literæ sunt indiuisibiles in alias literas ab eis diuersas, nec secundum formā nec
secundum quantitatem: sed dictiones omnes dissoluuntur in eas literas, quæ sunt
in eis dictionibus: & non dixit in definitione elementi, vt non sit diuisibile secū
dum quantitatem: quoniam si elementa diuiduntur secundum quantitatem, tunc
erunt indiuisibilia secundum formam, vt sunt quatuor elementa, quæ indiuisibi-

Principium causa, & elementū sunt propinqua sinonimis.

Nomina, ꝗ describūtur in hoc quinto, sunt analoga, & non æquiuoca.

Elementum quid.

Differētia inter elementum, et materiam.

C lia sunt secundum formam, sed diuisibilia sunt secundum quantitatem, & in par-
tibus similaribus diuiduntur, quibus definitio totius & partis competit, veluti in
elemento ignis, quod in multas partes similares diuisibile est, & cuilibet parti
eius definitio ignis conuenerūt, & est similiter dicēdū de Partibus aliorū elemē
torum. Ponitur modo differentia inter quatuor elementa, & elementa dictionū
qm̄ sillabæ diuiduntur in indiuisibilia forma & quantitate: Aer vero, & Aqua,
& reliqua duo diuiduntur secundum quantitatem, & in partes consimiles secun-
dum formam: simili modo & ea elementa veteres dicunt esse corporum, quæ ge-
nerantur & corrumpuntur in quæ ipsa vltima corpora, quæ generantur & cor-
rumpuntur diuiduntur, & quæ non in alia corpora specie differentia diuidi pos-
sunt, siue sit vnum ex iamdictis quatuor, vt quidam dixerunt, aut plura vno, vt
alij dicebant: simili modo dicuntur elementa ea, quæ sunt elementa designatio-
num geometricarum: veluti triangulus (qui quoniam primus est, & ex nulla alia
figura constans, dicitur elementum cæterarum figurarum, quæ in Geometria fi-
gurantur: corpus etiam igneum apud nonnullos naturales est elementum corpo-
rum, quæ generantur: aut aliter, intelligit puncta, quæ sunt elementa linearū de-
signatarum, & lineas elementa planorum, & plana elementa corporum; & hoc
secundum eorum sententiam, qui afferebant corpora componi ex indiuisibili-
bus, pro qua opinione est sententia eorum, qui dicūt corpora componi ex atho-

Exponitur definitio elementi.

Triangulus elemētū mathematicarū designationum.

Antiqua elemẽti definitio.

mis, quę corpuſcula ſunt indiuidua: vnde elemẽtum apud iſtos eſt illud, in quod D omnia diuidũtur, & ipſum nõ diuiditur in aliud nec ſecundũ formã, nec ſecundũ quantitatẽ, vt Aer, aqua, & reliqua duo elemẽta: & forte hæc eſt vera definitio elemẽti vt poſtea dicet; & elementum dicitur etiam de demonſtrationibus, cum quędã ſint demõſtrationes, vt elemẽta aliarũ demõſtrationũ, quæ ſunt cõpoſitæ demõſtrationes, qm̃ quatuor primi modi primæ figuræ ſunt ſimplices ex tribus terminis, ad quos cęteri alij reducũtur, & iſti in nullũ aliũ modũ reſoluũtur niſi in primas propoſitiones, quæ in ſuos terminos reſoluũtur, qui in cõceptus, & conceptus in res reſoluũtur, Res vero in nullũ aliud reſoluitur: & dr̃ etiã elementũ illud, quod ſecundũ qualitatẽ eſt indiuiſibile, exiſtẽs in pluribus v. g. pars indiuiſibilis eſt elemẽtum, vt minimũ naturale eſt, ideo nõnulli dicebãt intẽtionẽ vniuerſalẽ fore elementũ, & magis elementũ fore illud, quod in ſe maiorẽ veritatẽ habebat; ratio vero iſtorũ erat, qm̃ nihil nomẽ elemẽti habere põt niſi illud, qđ in omnibus, aut pluribus exiſtit: ideo putabãt punctũ fore corporũ elemẽtũ, cum in pluribus indiuiſibilis ſit. Aliqui ẽt dixerũt generaliſsima fore rerũ elemẽta, qm̃ nõ diuiduntur & in oibus inſunt cũ careãt genere & diuiſiua differẽtia, et ſi genus habere videãtur, tñ dr̃iam generis diuiſiuã carere omnino dicimus, cũ vera ſit Hæc propoſitio, omne habẽs differentiã, habet genus, ſed nõ ecõuerſo: & genus nõ dr̃ de generaliſsimis generibus niſi ſecundũ attributionẽ, & Analogicæ, vt vnũ & ens, ideo tria ſunt ſignificata elemẽti: quorũ primũ eſt vt ſit id, ex E quo intrinſece, & primo res cõponitur: ſecundum, vt ſit vniuerſale indiuiſibile definitione vt genera ſuprema: tertiũ vt ſit indiuiduũ quantitate: quorũ ſignificatorũ primũ dicitur elementũ proprie, cætera vero duo tranſlatitie: & ſic elementum primũ eſt, & hoc cõe eſt omnibus elemẽtis: & quia eſt primũ compoſitione, relinquetur vltimũ reſolutione, & aliorũ cauſa eſt: & hoc modo materia prima fortaſſe elementũ appellari conſueuit.

Res nullatenus reſoluit.

Tria elemẽti ſignificata.

Materia prima dr̃ elementũ.

Cõtinuatio.

Elementum dr̃ de cãis intrinſecis. Idẽ 2. Ph. c. 1. 12 Met. 23.

Expoſitio.

Compõnes, quæ ſunt in eadẽ re, quędã ſunt primæ, & q̃dã nõ primę. vide. 1. Ph. cõ. 1. & 28. et 2. Phy. 10.

Exemplũ.

Vult diſtinguere ſecundũ quot modos dr̃ elementũ: qm̃ iſta nomina ſunt propinqua ſynonymis, & cõibus appropriatis. Elementum. n. non dr̃ de cauſis extrinſecis: & dr̃ de intrinſecis, & dignius de materia. Principiũ aũt dignius eſt dici de cauſis extrinſecis: & cauſa eſt minor principio in hoc. principium autẽ eſt quaſi vniuerſalius cauſa cũ dicatur principiũ de principijs tranſmutationis, & de quatuor cauſis. Et d. Elementũ dr̃, &c. i. hæc eſt deffinitio elemẽti, ſecundũ q̃ eſt elementum, Per hoc igitur, quod d. ex quo res cõponitur primo, excludit illud, ex quo res cõponitur ſecũdo. cõpoſitiones. n. quæ ſunt in eadem re, quædam ſunt primæ, & quædam nõ primæ: & primũ elementũ eſt illud, quod nõ componitur ex aliquo omnino. Et per hoc, quod d. & eſt in ea, excluditur elementum, quod tranſmutatur, cũ aliquid generatur ex eo. ſicut cum caro generatur ex ſanguine, tunc ſanguis non remanebit pars carnis. Et per hoc, quod d. & non diuidi F tur ſecundum formã, excluduntur elemẽta propria alicui ſpeciei: ſicut organica cõponuntur ex ſimilibus. Organica. n. primo cõponũtur ex illis, & ſunt partes eorũ: ſed ſunt diuiſibilia ſecundũ formã. & innuit per hoc, q̃ nõ eſt conditionandũ vt nõ ſit diuiſibile ſecũdũ quantitatẽ. Et, cũ deſcripſit elemẽtũ, dedit exemplũ, & d. ſicut elemẽta ſoni, &c. i. v. g. ſicut elemẽta ſyllabarũ, quæ diuiduntur in conſonãtes & vocales. iſtę. n. litterę nõ diuidũtur in alias diuerſas ab eis, & omnino neq; ſecũdũ formã, neq; ſcdm quãtitatẽ. & cũ voces cõpoſitæ, ſ. dictiones diſſoluẽtur, ad iſtas peruenĩẽt, & ex iſtis cõponũtur primo, & ſunt in eis. Et, q̃a nõ eſt cõditionandũ in definitione elemẽti, vt nõ ſit diuiſibile ſecũdũ quãtitatẽ, d. ſed ſi diuidãtur, &c. i. ſed ſi elemẽta diuidantur ſcdm quantitatẽ, tũc partes eorũ ſunt indiuiſibiles ſcdm formã: ſicut aqua, & terra, & ignis, & aer. Oĩa. n. cõpoſita ex iſtis in illa diuidũtur ſecundũ formã: ſed iſta nõ diuidũtur in alia ſecũdũ formã, ſed ſecundum quãtitatẽ, & in partes cõſimiles ſcdm formã. Et ideo dr̃ deſcribẽdo. Partes cõſimiles ſunt illę, in quibus definitio partis, & totius ſunt ſimiles, & in eadẽ. D. d. nõ ſicut ſyllabę, &c. i. q̃ aqua, & aer nõ ſunt ſicut ſyllabæ, quę diuidũtur in indiuiſibilia forma, & quãtitate. D. d. Dicẽtes igitur q̃ corpora, &c. i. opinãtes igitur q̃ corpora hñt talia elementa, ſ. talia, in quę cõpoſita diuiduntur vltimo, & illa non diuiduntur in alia ſecundum formam. quidam. n.

Partes conſimiles.

A dixerũt ꝙ illud, quod est tale, erit vnũ tm̃ quatuor corporũ, & quidã plura vno. D.d. Et elemẽta linearũ, &c. i. & elementa figurarũ, v.g. triãgulus in figuris, & corpus igneum in corporibus. Et forte intendit puncta secundum sententiã eorum, qui dicunt ꝙ lineę cõponuntur ex punctis. & prope hoc est sententia eorũ, qui dicũt ꝙ corpora cõponuntur ex corporibus indiuisibilibus. Elementũ enim apud istos est, quod non diuiditur secundum formam nec secundũ quantitatem. & ꝙ hoc vocatur conditio, & suppositio indiuisibilitate secundum quantitatem, quam indiuisibilitas sequitur secundum formam, quæ est vera conditio in definitione elemẽti. ideo definitio istorũ propinqua est definitioni veræ, vt post dicet. D.d. & vniuersaliter elemẽta oĩum demonstrationum, &c. i. & hoc nomẽ elemẽtum dicitur prope hunc modũ de demonstrationibus. quædã.n. demonstrationes sunt de alijs demonstrationibus quasi elementa de compositis. Primæ enim demonstrationes, quæ componuntur ex primis propositionibus, sunt elementa omniũ demonstrationum, quæ componuntur ex eis. demonstrationes.n. compositæ dissoluuntur in demonstrationes simplices: istæ autem non dissoluuntur in alias. & quia hoc non accidit demonstrationi, nisi secundum ꝙ est syllogismus, s. ꝙ syllogismi cõpositi dissoluũtur in simplices, d. & primæ congregationes, &c. i. & primi syllogismi, qui sunt ex tribus terminis tantum, sunt etiam elementa syllogismorum compositorum. D. d. Et etiam dr̃ elementum secundum translationem, &c. i. & dicitur elementũ secundũ mutationem nominis propter similitudinem illud, quod est minimũ vnum indiuisibile secundũ quantitatem & est existens in pluribus. D.d. Et ideo dicitur, &c. i. in quantitate, v.g. hoc, quod dicitur ꝙ pars indiuisibilis, est elementum. D.d. Vnde illud nomen fuit positũ, &c. i. & quia elementum existit in pluribus, existimauerũt quidã ꝙ intentio vniuersalis est elementũ, & ꝙ illud, quod est maioris vniuersalitatis est magis elementum. D.d. qm̃ vnumquodque eorum, &c. i. vnũquodque enim eorum non habuit hoc nomen elementum, nisi quia existit in pluribus. sed quod existit in omnibus, aut in pluribus, est dignius hoc nomine elementum. D.d. Et ideo existimauerunt quidam, &c. i. & ideo existimauerunt quidam punctum esse elementum corporum, & quidã vnum, quia viderunt ea esse indiuisibilia, & in pluribus. D.d. Et, quia illa, quæ dicuntur genera, &c. i. & quia genera generalissima non diuiduntur secundum definitionem, cum non habeant genus, & differentiã, et elementũ est illud, quod non diuiditur, existimauerunt quidam ꝙ genera generalissima sunt elementa. D.d. & ꝙ sunt magis in elementatione, i. & existimauerunt propter hoc, hoc esse in omni genere, sed magis in generalissimis, quia sunt maioris vniuersalitatis. D.d. quod enim habet differentiam, &c. i. & causa in hoc, ꝙ genera generalissima sunt magis elementa q̃ alia genera, est, quia sunt simpliciora: alia.n. habent differentiam. & quod habet differentiã, habet genus: & sic cõponitur ex duobus. genera aũt generalissima non habẽt differentias. omne enim quod habet differentiam, habet genus: & non omne, quod habet genus, habet differentiam. & hoc intendebat, cũ d. & omne, quod habet genus, nõ habet differentiam. genera.n. generalissima non habent genus, nisi genus dictum multipliciter. Et forte intendit per hoc, quod d. & omne, quod habet genus, non habet differentiam, huiusmodi genera. ista.n. genera non habent differentias, cũ non dicantur vniuoce de alijs, sicut vnum & ens. & testatur huic expositioni hoc. qm̃ opinantes vniuersalia esse elementa, nõ opinabantur hoc nisi in vno, & ente, & similibus. Et, cum narrauit ꝙ elementum dicitur tribus modis, qui cõueniunt in diuisibilitate, Quorum vnus est illud, quod est indiuisibile secundum definitionem, Secundus illud, quod est indiuisibile secundum speciem: & istud aut est vniuersale, aut particulare, Et tertius est illud, quod est indiuisibile secundum quantitatem: & illud aut est vnum numerale, aut punctus, D.d. Et elementũ est commune, &c. i. &, cum definitio elementi sit illa prædicta, quam diximus, manifestum est ꝙ verum elementum est commune omnibus cõpositis, quod est primũ, ex quo cõponuntur omnia, & est existens in vnoquoque eorum, & in quod dissoluuntur omnia. & istud elementum debet esse causa aliorum elementorum. & hoc, quod dixit, est prima materia.

(Margin, beside section B: B; beside section C: C)

Priç demõstrationes, q̃ cõponuntur ex primis ꝓpositionibus sunt elemẽta oĩum demõstrationum, quę cõponũtur ex eis.

Oẽ, quod habet drĩã, habet genus, et non ecõtra. Gña gñalissima nõ hñt genus, nisi genus dictũ multipl̃r. Distinctionẽ de duplici gñe reqre. 4. me. c. 2. & 1. de Aĩa. cõ. 7. et 2. de Aĩa c. 30. & 3. de Aĩa. cõ. 4. Materia prima est vere elemẽtũ. Idẽ 2. de Gene. & corrup. c. 6. & 3. Cœ. cõ. 31. & 10. Met. c. 2.

Caput Quartum. De Natura.

D

Vide Auer. in Epi. Tr. primo.

NAtura vero dicitur, vno quidem modo naſcentium generatio. vt ſi quis producta voce dicat Y. Alio vero, ex quo primo inexiſtente generatur quod gignitur. Item vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt. naſci autem dicũtur, quæcunque incrementum per aliud habent, tangendo, & connaſcendo, aut adnaſcendo, ſicuti embryones. Differt autem connaſcentia a tactu. hic enim nihil aliud præter tactum neceſſe eſt eſſe. in connaſcentibus vero eſt quiddam vnum in ambobus idem, quod propter id, quod ſe contingant, facit, vt connaſcantur, & vnum ſecundũ continuationem & quãtitatem, non ſecundum qualitatem ſint. Itẽ natura dicitur, ex quo primo inordinato exiſtente, & immobili ex ſua potentia, aut eſt, aut fit aliquid eorum, quæ natura ſunt, vt ſtatuæ, vaſorumque ęneorum æs natura dicitur, ligneorum vero lignũ. E ſimiliter autem & de cæteris. ex his enim vnumquodque eſt, prima materia ſalua. hoc enim modo & eorum, quæ natura ſunt, elementa dicunt eſſe naturam, quidam ignem, quidam terram, quidam aerẽ, quidam aquam, quidam aliquid aliud tale dicentes, & quidam aliqua horum, quidam vero hęc omnia. Alio item modo natura dicitur ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt, ſicuti qui dicunt naturam eſſe primam compoſitionem. aut, ſicut Empedocles dicit, ꝙ nullius entium natura eſt, ſed miſtio ſolum, & mixtorum permutatio eſt. natura vero ab hominibus nominatur. Quare & quæcunque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente, ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non habeant. Natura igitur, quod ex ambobus his eſt. vt animalia, & partes eorum. Natura vero hæc, prima materia. & hæc dupliciter, aut quæ ad ipſum prima, aut ſimpliciter prima. vtputa operum æneorum ad ipſa quidem æs primum, ſimpliciter autem aqua fortaſsis, ſi omnia quidem liquabilia F aqua. Et forma, & ſubſtantia, hæc autem eſt generationis finis. Metaphorice vero omnino omnis ſubſtantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura eſt aliqua ſubſtantia. Ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, eſt ſubſtãtia eorum, quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent. materia enim, eo ꝙ huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura. generationes autem, ac ipſum naſci, eo ꝙ ab hac motus ſiunt. principium quoque motus eorum, quæ natura ſunt hęc eſt, inexiſtens quodammodo, aut potentia, aut actu.

Et dicitur Natura vno modo de omnibus pullulantibus. Et etiam dicitur natura illud, in quo pullulat pullulans primo. Et eſt in eo et illud, ex quo eſt primus motus in vnaquaque rerum naturalium. & eſt in eis ſicut eſt in rei veritate. & dicitur pullulare, omne, quod habet crementum in alio ſecundum contactum, aut ſecundum conſo-

lidationem.

A lidationem, ſicut embryones. Et inter contactum & conſolidationem hæc eſt differentia. in contactis enim non eſt neceſſarium quòd aliquid ſit in actu a tactu. in conſolidatis vero eſt vtrunq; aliquid, quod facit ea eſſe conſolidata in loco contactus, & vt ſint vnũ ſecundm cõtinuationem & quantitatem, non ſcd̃m qualitatem. Et etiam dicit̃ natura illud, ex quo primo fit eſſentia rei naturalis, & ſua generatio, & eſt immutabile, & intranſmutabile a ſua virtute, quam habet. Sicut dicitur ꝙ cuprũ eſt natura idoli, & cyphi cuprei, & lignũ eſt natura cyphi lignei. & ſimiliter alia. vnũquodq; enim eorum, quę ſunt ex iſtis, prima materia eſt in eis ſaluata conceſſa. & ſecundũ hunc modum dixerunt ꝙ elementa ſunt natura rerum naturalium. & quidam dixerunt ꝙ eſt definitio, & quidam ꝙ terra, & quidam quòd ignis, & quidam ꝙ aer, & quidam ꝙ aqua, & quidam aliud tale, & quidã omnia. Et etiam dicitur natura alio modo ſubſtãtia rerum naturalium, ſicut
B dicitur ꝙ natura eſt prima compoſitio. aut, ſicut dicit Emp. ꝙ natura entium nihil aliud eſt niſi mixtum. & huiuſmodi vocãt homines naturam. Et ideo omnia, quæ ſunt per naturam, aut ſunt ex aliquo, aut quod eſt ex eo, & ex eo naturaliter eſt ſuum eſſe, non dicitur quòd habeant naturam, ſi non habuerint formam & exemplar eius. Natura enim eſt illud, quod eſt ex iſtis duobus, ſicut animal, & membra animalis. Et dicitur natura prima materia. & iſta dicitur duobus modis. dicitur enim primum in reſpectu alicuius, & primũ in rei veritate. ſicut res factæ ex cupro. cuprum enim, cũ refertur ad iſta, eſt primum. & dignum eſt vt dicatur primum in rei veritate, ſi omnia liquabilia ſunt aqua. Et dicit̃ etiam natura forma & ſubſtantia & iſta eſt finis generationis. Formæ aũt, & omnes ſubſtantiæ dicuntur naturę, quia hoc nomen imponitur eis. natura autem eſt aliqua ſubſtantia. Manifeſtum eſt igitur ex dictis quòd prima natura, quæ dicitur in rei veritate, eſt ſubſtantia rerum, quæ habent principium motus in eis. & mate
C ria dicitur natura, quia recipit iſta. & ſimiliter eſt generatio & pullulatio pullulantis, qua ſunt motus ex natura, & quia ſunt idem principium motuum rerum naturalium, & ſunt in eis ſimpliciter, aut potentia, aut actu.

Quia iſta ſcientia conſiderat de cauſis oĩm entium, & natura eſt vna entium 5 cauſarum. igitur hęc ſcientia conſiderat de natura: neç ab ratione, q̃m hoc nomen natura quo philoſophus vtitur, prędicatur de multis, quorũ, de quibuſdam principaliter prędicatur, & de quibuſdam in reſpectu. ideo eſt vniuerſalius eo, de quo vtitur naturalis: quoniã Metaphyſicus diſputat cum eis, qui naturam eſſe negant, ſaltem ex conceſsis ab eis, ergo oportet vt diſtinguat nomen naturę: & ſimiliter, quia hic agitur de omnibus cauſis, modo natura inter cauſas enumeratur, ergo debet agi de natura, ſaltem, quatenus eſt cauſa. vnde credidit Auicen. (licet falſo) naturam eſſe demonſtrari in hac ſcientia, & naturalem philoſophum accipere hoc a Metaphyſico, ergo hic debet diſtingui nomen naturę. Verum hæc opinio Auicennę reprobata eſt a nobis ſecundo Phyſic. auſcultationis: aſsignat ergo primum ſignificatum huius nominis natura, & dicit natura dicitur vno modo eorum, quę naſcuntur, & pullulant generatione, quę generatio in ſtirpibus dicitur germinatio proprie, in animalibus vero fœtura: & omne illud, quod in alio

Metaph. loquitur de natura vniuerſaliori modoq; naturalis.

Auic. error.

2. Phy. cõ. 3. & 6.

Naturę primũ ſignatũ.

augetur,& continuum eſt cum eo,cum quo augetur aut ſecundum contiguitatē, D aut ſecundum continuitatem,pullulare dicitur,vt fœturæ in vtero,quę cū in vtero habentibus creſcunt:& ſimiliter fructus & ſtirpium ſemina, ſimul cū ſuis ſtirpibus augentur,& pari modo membrorum partes adinuicem collocantur aut cōtactu,aut conſolidatione:& ponit differentiam inter conſolidata,& contacta,& dicit inter conſolidationem & contactum eſt differentia:quia carent termino cōmuni,per quem poſſunt fieri vnum:qm̃ conſolidata fiunt vnum per aliquod conſolidans,in quo communicant,& illud,quo fit conſolidatio , eſt illud,quod facit conſolidata eſſe vnum ſecundum continuationem,& non vnum ſecundum qualitatem,ſed vnum ſecundum continuationem, & econuerſo immiſcibilibus, cum ipſa reuertuntur in vnum ſecundum qualitatem,& cōtinuationem:& dicitur natura id,ex quo res generatur abſq; tranſmutatione ſuę formę ſubſtantialis, per quam eſt:nam,cum ex cupro fit idolum,remanet cuprum,& cum ex ligno re fit Arca,remanet lignum,& cum ex elemento fit mixtum,remanet elementū.quare ex proxima materia fit id,quod fit abſq; eo,& ꝙ ipſa proxima materia vlterius tranſmutetur.propter quod Antiqui dixerunt naturam omnium rerum generabilium,et corruptibilium eſſe elementorum naturam,& iſti ponebant ſolū ſubſtantiam eſſe ipſam materiam,& formam eſſe negabant:& illi, qui tenebant terram fore omnium rerum naturam,dicebant omnia eſſe terrena : & ſimiliter illi, E qui tenebant omnia eſſe ignem,dicebāt quod natura omnium rerum erat ignis, & ſic de reliquis duobus elementis:& dicitur natura vltimo & ſtricto modo de forma,quę dat eſſe,& eſt illa ſubſtantia rerum naturalium, quę eſt forma primæ compoſitionis in vnaquaq; rerum naturalium:quoniam,cum illa aduenit, quam primum compoſitum eſſe dicitur:illi uero,qui dicunt elementa adinuicem nō admiſceri,ſed eſſe actu exiſtentia in eo,cuius ſunt elementa, negant formam rei factæ ex elementis,ſed non in compoſitione,& figura:vt forma domus,quę confecta eſt ex lateribus,& lignis;& ideo Empedocles naturam hoc modo dictā non cognouit,quia compoſitorum nullam fieri vnionem dicit , ſed dicit mixtionem mixtorum eſſe mutationem,non autē ſubſtantiā,quę ſit forma totius: & iſte philoſophus non appellabat veram mixtionem eſſe,ſecundum quod Ariſt.narrauit alibi,ſ.naturam,ſed per mixtionem intelligebat vnionem accidentalem tantū. Quod aūt forma totius,& perfectio dicatur natura, probat argumēto ſumpto ab eo,quod ſecundum naturam eſt: quoniam nunquam aliquid dicitur eſſe ſecundū naturam,niſi forma totius adſit,etiam ſi materia præfuerit,vt patet in artificialibus:quia non appellatur artificium niſi poſtquam factum eſt , neq; factū eſt niſi quando habuit formam: & ſimiliter in naturalibus rebus , nihil dicitur naturale niſi id,quod duabus naturis,videlicet ex materia,& forma eſt compoſitū: quarū vna dicitur ſimpliciter,& eſt forma,& alia eſt in reſpectu,et eſt materia:& ideo F hoc nomen natura non dicitur primo niſi de ſubſtantia,quę eſt forma,& principium motus eſſentialiter ī rebus naturalibus,& materia nō dicitur natura niſi reſpectiue ad formam,quam recipit,& ſimiliter motus generationis , & augmenti non dicuntur natura,niſi quia ſunt vię ad formā, quę eſt illis motus principium, & forma exiſtit in motu modo ſimplici,qui eſt inter potentiam puram,& actum purum,ita quod vna pars eius eſt in potentia,altera vero in actu.

Cōſolidata , & contacta differunt.

Significatū ſecundum.

Antiquorū motiuum quo materiā tantum eſſe naturam arbitrantur.

Tertiū naturę ſignatū.

Empe.quam naturam nō cognouit.

Forma dr̄ natura ſimpliciter, materia vero in reſpectu.

Quia hoc nomen Natura dicitur de cauſis: & iſta ſcientia conſiderat de cauſis:neceſſe eſt vt Philoſophus determinet ſecundum quot modos dicitur natura. Hoc nomen enim natura,quo Philoſophus vtitur, eſt vniuerſalius eo,quo Naturalis vtitur.& etiam Philoſophus debet diſputare cum negantibus naturam eſſe: & etiam perſcrutatur de cauſis ſuis.& Auicenna putauit ꝙ Philoſophus demonſtrat naturam eſſe,& ꝙ Philoſophus Naturalis accipit hoc a Philoſopho.& nō eſt ſicut exiſtimauit,& etiam declarauimus hoc in ſcientia Naturali.Et dicit.& etiam dicitur natura illud,in quo pullulat,&c.id eſt & intēdit per pullulans creſcens ex aliqua re,& diſtinctum ab ea in creatura,licet ſit continuum cum ea.& quia intendebat ꝙ natura dicitur de cremento creſcentis,quod eſt diſtinctum ab eo,in quo creſcit in forma & creatura,ſicut embryones, & fructus in ſeminibus, & in hoc genere collocantur generabilia ex ſe. Deinde dicit,& etiam dicitur

2.Phyſ.c.3. 22.& 1.Ph. cō.vltimo.

A natura.&c.id est & dicitur natura illud,ex quo pullulat pullulans primo, & est in eo. Deinde dicit,pullulare,&c.id est & dicitur pullulare,omne,quod crescit in alio,& est continuum cum eo,aut secundum contactum,aut secundum consolidationem,sicut embryones,qui crescunt continui cum impregnatis: & sicut fructus,& semina,quę crescunt consolidata, aut continua cum habentibus semina. & hoc modo collocantur partes membrorum continuæ adinuicem secundum cõtactum,aut secundum consolidationem. Deinde dicit,& inter contactũ & consolidationem,&c.id est & contacta non congregantur per aliquod commune in eis,per quod fuerint vnum , consolidata autem fiunt vnum per aliquod consolidans,in quo communicant.& hoc intendebat,cum dicit in consolidatis vero est vtrunq; aliquid,&c.id est consolidata consolidantur per aliquod commune utrique. Deinde exposuit hoc & dicit & est illud,quod facit ea consolidata , &c. id est & illud,quo fit consolidatio,est illud,quod facit consolidata vnum secundum continuationem,non vnum secundum qualitatem.& d.quoniam consolidata non sunt vnum secundum qualitatem,sed secundum continuationem,ecõuerso miscibilibus.ista enim reuertuntur in vnum secundum qualitatem & cõtinuationem. Deinde dicit.Et etiam dicitur natura illud,ex quo fit, &c.id est & dicitur natura materia rei,ex qua generatur , absq; eo ꝙ transmutatur sua natura. B sicut cuprum,ex quo fit idolum remanente cupro : & similiter cyphus ligneus, qui fit ex ligno remanente ligno. D.d.& similiter alia ,&c.id est qm̃ vnumquodq; eorum est ex istis,& materia in eis est saluata,id est & similiter in alijs rebus generatis ex talibus rebus,qm̃ natura cuiuslibet earum est natura materię absq; eo ꝙ transmutentur.& hoc intendebat,cum d.saluata. D.d.& secundum hunc modum dixerunt,&c.id est & secundum hunc modum naturę dixerunt ꝙ natura rerum naturalium est natura elementorum.& ista scientia est negantium formas esse,& dicentium substãtiam nullam esse nisi materiam.Et ideo Antiqui opinabantur ꝙ naturę rerum sunt naturę elementorũ.qui enim opinabantur terram esse elementum,dicebant ꝙ naturę omnium rerum sunt terra aut terrestria : & qui opinabantur elementum esse ignem, dicebant ꝙ naturę omnium rerum sunt ignis,aut ignea. D.d.Et etiam dicitur natura alio modo,id est & etiam dicitur natura tertio modo illud,quod est substãtia rerum naturalium,quę datur ad interrogationem factam per quid,s.forma. sicut quidam dicunt ꝙ natura rerum naturalium est forma primę compositionis in vnaquaq; rerum naturalium , qui enim opinabatur elementa non admisceri,& ꝙ sunt existentia in actu in eo, cuius sunt elementa,non tenet formam rei factę ex elementis,nisi in compositione & figura,sicut est dispositio in domo,quę fit ex lateribus & lapidibus. D.d.aut, sicut dicit Empedocles,&c.id est aut sicut d.Emped.ꝙ mixtio et mutatio mixto C rum in mixto est rerum generabilium,scilicet ꝙ formę & substantię rerum generabilium sunt in mixtione & mutatione,scilicet in mutatione partium. Et iste homo,licet expresserit hoc nomen mixtio,tamen nõ opinabatur veram mixtionem esse,secundum ꝙ Arist.narrauit alibi;sed solummodo per mixtionem intendebat compositionem. D.d.& huiusmodi vocant homines naturam,&c.id est & lignum eius,ꝙ natura simpliciter dicitur de forma , est, qm̃ oẽs homines non dicunt in eo ꝙ generandum est,antequam generetur, ꝙ habeat naturam donec habeat formam & exemplar,sicut non dicunt in aliqua rerum artificialium esse factum , donec acquiratur forma. D.d. Natura enim,&c.naturalia enim constituuntur ex duabus naturis,scilicet materia & forma,verbi gratia animalia et membra animalium.vtraq; enim componuntur ex materia & forma. D.d.Et dicitur natura prima materia,&c.id est & natura dicitur de materia , & materia dicitur de duobus modis.dicitur enim materia prima communis omnibus,& dicitur etiam materia propria vnicuique enti. Deinde dedit exemplum,& dicit sicut res factę ex cupro,&c.id est & materia propinqua , quę dicitur esse prima in respectu alicuius generis,aut alicuius speciei, est sicut cuprum ad omnia facta ex eo.et materia,quę est prima in rei ueritate ad omnia facta ex cupro,est aqua, si aqua est prima materia liquabilium, quorum cuprum est vnum. Deinde dicit.Et dicitur natura,&c.id est & dr̃ hoc nomẽ natura de formis,& de alijs sub.

Pullulare quid est.

Dr̃ia iter cõtactũ,& con solidationẽ.

Vide idẽ 2. Ph.t.c.9. & 8. Me.cõ.8. & 2.de Anima 36.

2.de Gener. & Cor.te.c. 37.& primo eiusdẽ . te.c. 85 . Idem 2. Phy. 10.11.

Distinctio secundi modi . Idẽ 2.Phys. 9.& hic infra,29.

ſtantiꝭ,ſ.de materia,& compoſito ex materia & forma, ſecundum ꝙ hoc nomẽ D fuit tranſumptum. qm̄ hoc nomen natura iu rei veritate proprium eſt alicui ſubſtantię,ſ.formę:alię autem ſubſtātię,quę dicuntur natura in reſpectu alicuius generis aut alicuius ſpeciei,eſt ſecūdum tranſumptionem nominis de cauſa ad cauſatum. D.d.Manifeſtum eſt igitur ꝙ prima natura , &c.id eſt declaratum eſt igitur ex prędictis ꝙ hoc nomen natura primo dicitur de ſubſtantia, quę eſt forma,quę eſt principium motus in rebus naturalibus eſſentialiter & primo , & ꝙ materia non dicitur natura,niſi quia recipit iſtam naturam.& etiam motus generationis,& augmenti non dicuntur naturę,niſi quia ſunt vię ad iſtam naturā,quę eſt forma,& principium illi:& forma exiſtit in eis modo ſimplici,ſ.in motu inter potentiam puram & actū purum,ſ.ꝙ una pars eius eſt potentia,& alia actu.

Natura dr̄ primo de forma. Idem 2. Ph.c.12. & 1.Cœ.c.5.et 7. Meta.39. Sed vide oppoſitū.2.ph.cō.1. Idē.2. Phy.t.c.14. Vide contr. Zim.

Caput Quintum. De Neceſſario.

Vide Auer. in Epi.Tra. primo.

Neceſſarium dicitur, ſine quo non contingit viuere tanquam concauſa.vt reſpirare,& alimentum animali neceſſariū eſt , impoſsibile enim eſt abſq; his animal eſſe. B Et ſine quibus bonum non contingit aut eſſe , aut fieri, ſiue aliquid mali repellere,aut eo priuari. vt bibere potionem medicatam neceſſarium eſt,vt non ęgrotet,& in Aeginam nauigare,vt pecuniam recipiat.Item violentum , & vis. hoc autem eſt, quod præter propoſitum & electionem obſtat,& prohibet.violentum enim neceſſarium dicitur.quare etiam triſte , vt Euenus quoque ait. omnis nanq; neceſſaria res triſtis eſt , & vis neceſsitas quædam eſt. quemadmodum Sophocles dicit,

Etiam vis me cogit hæc facere.

Et recte neceſsitas videtur ineuitabile quiddam eſſe. contrariū enim voluntario,& ſecundum cogitationem motui eſt.Item,quod non cōtingit aliter ſe habere,neceſſe dicimus ita ſe habere . & ſecundum hoc neceſſarium,cætera quoq; omnia dicuntur quodammodo neceſſaria, nam & ipſum neceſſarium aut agere, aut pati tunc dicitur , cum non contingat propter illud,quod vim infert,ſecundum propoſitum fieri,tanquam illa exiſtente neceſsitate,propter quam non contingit aliter.Et in eis,quæ concauſæ viuendi,& boni ſunt,ſimiliter.cum enim non contingat hic quidem ipſum bonum , hic vero ipſum viuere , & eſſe ſine quibuſdam,hæc neceſſaria , & hæc cauſa neceſsitas quædam eſt.Item demonſtratio neceſſariorum eſt:quoniam non contingit aliter ſe habere,ſi ſimpliciter demonſtratum eſt.Huius vero cauſæ ipſa prima, ſi impoſsibile eſt aliter ſe habere , ex quibus fit ſyllogiſmus. Quorundam itaq; alia eſt cauſa,vt neceſſaria ſint : quorundam vero nihil,ſed propter hæc,alia neceſſario ſunt.Quare & proprie neceſſarium eſt,quod ſimplex eſt.hoc enim non poteſt multipliciter ſe habere quapropter nec aliter & aliter:etenim multipliciter ſe haberet. Si igitur aliqua perpetua,& immobilia ſunt,nihil in eis violentum, aut præter naturam eſt.

Et neceſſarium eſt illud,quod impoſsibile eſt vt res ſit niſi cū ipſo,

A & eſt tanquam cauſa.ſicut anhelitus,& nutrimentum in animalibus,
quæ ſunt neceſſaria,& ſine his impoſsibile eſt vt animal ſit. Et etiam
neceſſarium illud eſt, quod impoſsibile eſt,niſi per illud vt ſit, aut nõ
ſit bonum,aut negare bonum,aut priuare ipſum. ſicut dicitur quòd
accipere medicinam eſt bonum,ne ei accidat infirmitas. & nauigare
ad Athenas eſt neceſſarium, vt recipiatur debitum. Et etiam dicitur
neceſſarium de re faciente violentiam,& de violẽtia & hoc eſt,quod
impedit voluntatem.faciens enim violentiam dicitur neceſſarium.&
ideo eſt contriſtans etiam,ſicut dixit Euenus , ꝙ omne neceſſarium
eſt contriſtans,& violentia eſt aliqua neceſsitas,ſicut d. Sophocles, ꝙ
violentia de neceſsitate cogit me vt hoc faciam. Et exiſtimatur quòd
neceſsitas nõ facit opinantem aliquod verum reuerti,& mutari a ſua
opinione:quia eſt contrarium motui qui fit per voluntatem,& cogi-
tationem etiam. Et etiam dicitur neceſſarium illud,quod impoſsibile
B eſt vt ſit alio modo.& ſecundum huiuſmodi neceſſarium dicunt om-
nia alia neceſſaria aliquo modo.dicitur enim actio neceſſaria,vel paſ
ſio neceſſaria,vel illud,quod impoſsibile eſt ire propter faciens vio-
lentiam.& ita neceſsitas eſt illud, propter quod impoſsibile eſt vt ſit
aliquid alio modo.Et ſimiliter in cauſis vitæ,& boni.quoniam , cum
impoſsibile eſt vt bonum ſit in quibuſdam rebus,neque eſt vita, ne-
que generatio ſine aliquibus aliis.Illa igitur ſunt neceſſaria , & cauſa
eſt aliqua neceſsitas.Hæc igitur eſt declaratio neceſſariorum : quoniã
impoſsibile eſt ut ſint alio modo ab eo,quod demonſtratum eſt mo-
do ſimplici.Et cauſa eius prima eſt,ſi fuerit poſsibile ut ſit alio modo
ut ſit ſyllogiſmus congregatio.Quædam enim habent aliam cauſam
neceſſariam,& quædam nihil,ſed alia erunt neceſſaria propter iſta.
Manifeſtum eſt igitur quòd primum neceſſarium in rei ueritate eſt
ſimplex.& impoſsibile eſt ut illud ſit multis modis . ergo neque alio
modo.ſed, ſi non , erit multis modis. Si igitur ſunt res ſimplices , &
C æternæ, & immobiles, nulla earũ erit uiolenta,neq; extra naturã.

Et dicitur neceſſarium multis modis: vno modo dicitur neceſſarium in volun- 6
tarijs,alio modo in naturalibus:& neceſſarium voluntarium eſt in duplici diffe
rentia:nam aliquid eſt neceſſarium electiue,ut medicinam aſſumere,& Athenas
nauigare.iſtud propter pecuniam a debitore exigendam.illud propter ſanitatem
acquirendam: Aliud vero eſt neceſſarium voluntarium,non electiue,ſed coacte,
vt ſi aliquis pręcepto regis hominem interficiat neceſſario : & ſimiliter in natu-
ralibus neceſſarium dicitur duobus modis,vno modo vt eſſentia rei conſeruetur,
vt nutrimentum,& anhelitus in rebus animatis,qm̃ hęc duo ſunt neceſſaria pro
conſeruatione ipſorum. Alio modo dicitur neceſſarium illud , quod impoſsibile
eſt aliter ſe habere,nec alio modo,& eſt neceſſarium abſolute, & famoſum pro-
pter quod cætera dicuntur neceſſaria participatione,& tranſumptiue propter cõ
ſimilitudinem veram inter illam:& induxit modum conſimilitudinis,& dicit ꝙ
oĩa iſta,quę fore neceſſaria iudicantur,non ſunt in ueritate neceſſaria niſi per cõ
uenientiam,quam habent cum vero neceſſario. Actiones enim non dicuntur ne-
ceſſarię,niſi quia neceſſarium eſt illud,quod impoſsibile eſt ut aliquid agat diuer
ſum ab actione illa,quę cogit nos ſic facere,et dum in nobis illa actio inuenitur,
cogens nos ſic agere, neceſsitate in nobis etiam inuenitur modus verę neceſsi-

Neceſſariũ duplex naturale , & voluntarium.

Modus verę neceſsitatis quis eſt.

tatis, qui eſt non poſſe aliter ſe habere: & hoc idem eſſe in cõcauſis dicimus, quæ D neceſſariç ſunt ad bene recteq; viuendum, cum fieri non poteſt vt in quibuſdam bonum & in aliquibus viuere inueniatur, & eſſe ſine iſtis, vt in hominibus vita, ſine reſpiratione eſſe poteſt, neq; bonum ſine diuitijs: & ſic vniuerſaliter illę res ſunt neceſſarię, quarum generatio eſt ex cauſis neceſſarijs, ſine quibus eſt impoſſibile vt alio modo ſint, & hę concauſę dicuntur neceſſarię propter ſuas cauſas neceſſarias: illę vero res, quę neceſſarię propter quid diuerſum a ſuis cauſis, dicũtur quoquomodo neceſſarię. cum neceſſaria entia ſint illa, quę in rei veritate ſunt per ſe tantum, & non per aliud, cum abſq; cauſa ſint: relinquitur ergo vt ratio neceſſarii ſit iſta, quod impoſsibile ſit poſſe aliter ſe habere: & diuiditur hoc neceſſarium duobus modis, quorum vnus eſt ſimpliciter neceſſarium, quod moderni ineuitabile appellant: ſecundus modus eſt illud, quod ex alio ſit, & debitum vocatur, et neceſſarium per aliud: quare neceſſarium ſimpliciter oportet vt ſimplex ſit, & non compoſitum, & hoc modo in omnibus rebus neceſſarijs, quę hoc modo ſe habent, intelligi debet, vt non ſit alio modo. & dedit ſignum ſuper hoc, q̃m cauſa rerum, quas alio modo ſe habere eſt impoſsibile, eſt medium accept̃um in ſyllogiſmo demonſtrante: quoniam, ſi medius terminus erit ex rebus poſsibilibus, ita quoq; & res demonſtrata erit huiuſcemodi, & ſi erit ex neceſſarijs, ita quoq; & res demonſtrata erit neceſſaria: ſed hoc duobus modis, aut terminus medius rei concluſę cauſa erit, & hoc pacto res non erit neceſſaria niſi per aliud neceſſarium, aut non erit cauſa rei, & ſic illę erunt per ſe neceſſarię, & nõ per cauſam dantem eis neceſsitatem, vnde erunt ſimplices cauſa carentes, & ſic ens neceſſarium ſimplex erit in rei veritate, ita quod inſit compoſitum ex materia & forma, nec ex actu, & potentia, alioquin pluribus modis ſeſe haberet, & ſic eſſet mutabile. quare oportet primum neceſſarium, quod in genere ſempiternorum eſt primum, & proprie neceſſarium eſſe ſimplex. E

Ratio ꝓpria neceſſarij q̃ ſit.

Dicit ꝙ neceſsitas & neceſſarium dicuntur multipliciter. dicitur enim illud, quod impoſsibile eſt ꝙ eſſe rei conſeruetur niſi per illud, & eſt quaſi cauſa illius in permanentia eius, ſicut anhelitus & cibus animalium. Deinde dicit. Et etiã neceſſarium illud, &c. id eſt & neceſſarium dicitur alio modo, ſcilicet illud, quod impoſsibile eſt acquirere aliquid, aut ſuam priuationem, niſi per illud, ſiue bonũ fuerit ſiue malum. ſicut dicitur ꝙ accipere medicinam eſt neceſſarium, ne accidat malum. & nauigare ad Athenas eſt neceſſarium ad recipiendum pecuniam a debitore. & hoc eſt acquirere malum propter bonum. Et iſtud differt a primo: quia primum eſt in rebus naturalibus, & iſtud in voluntarijs. Deinde induxit tertium modum, & d. Et dicitur neceſsitas de actione violenta. faciens enim violentiam coget rem ad illam violentiam. ſicut dicitur ꝙ res cogit ſeruum neceſſario ad interficiendum Platonem: & quia neceſsitas eſt contra voluntatem: & volũtas eſt delectabilis, & neceſsitas eſt contriſtabilis: ſicut dicitur de Verſificatore, qui dicit ꝙ omne, quod cogit hominem, neceſſario eſt contriſtabile. D. d. Et exiſtimatur ꝙ neceſsitas, &c. id eſt & dicitur neceſsitas vera opinio, de qua impoſſibile eſt reuerti. Opinans enim opinionem hanc non habet opinionem, vt a ſecunda vertatur, & eſt ſicut dicit contra voluntatem. Deinde induxit quartum modum, & dicit. Et etiam dicitur neceſſarium, &c. i. & etiam dicitur neceſſarium illud, quod impoſsibile eſt vt ſit alio modo, ſ. ꝙ impoſsibile eſt tranſmutari, aut inueniri alio modo ab eo ſecũdum ꝙ eſt, & iſte modus eſt famoſior omniũ iſtorum. & ideo d. & ſecundum illud neceſſarium dicũtur, &c. i. & ex hoc modo trãſumptum eſt hoc nomen neceſſarium ad omnia, quę dicuntur neceſſaria propter conſimilitudinem veram inter illa. D. induxit modum conſimilitudinis inter ea, & d. dicitur enim actio neceſſaria vel paſsio neceſſaria, &c. i. et iſta de quibus dicitur neceſſarium, non dicuntur neceſſaria niſi propter conſimilitudinẽ, quam habent cum vero neceſſario. Nõ enim dicuntur actiones neceſſarię, niſi quia neceſſarium eſt illud, quod impoſsibile eſt vt aliquid agat aliud ab actione illa propter faciens violentiã. & illud, quod ĩpoſsibile eſt vt ab eo inueniatur illa actio, ſecundum quam patitur violentiam, neceſſe eſt vt in eo inueniatur modus veræ neceſsitatis, & eſt illud, in cuius natura eſt vt non ſit alio modo. D. d. & ſimi F

1. de Anima 100.

Secũdus modus.

Tertius modus.

Quartus modus.

A liter in causis vitę, & boni, &c. id est & similiter hoc, quod dicimus de causis, q̃ sunt necessarię in vita, et in essendo bonum, istę causę sunt acceptę ex hoc modo vero. D. exposuit hoc, & d. quoniam, cum impossibile est, &c. id est impossibile est vt inueniatur in eis bonum, aut vita, & vniuersaliter generatio sine causis, sine quibus illę res dicuntur necessarię. quoniam, cum impossibile est vt sint alio modo, s. sine illis causis, et istę sunt necessarię propter suas causas: illa autem, quę sunt necessaria propter alia, sunt necessaria quoquo modo. & hoc intendebat, cũ dicit, & causa est aliqua necessitas. Et d. hoc, quia entia necessaria in rei veritate sunt illa, quę sunt necessaria per se sine causa. & ideo descriptio necessarij est illud, quod impossibile est vt sit alio modo. Et hoc diuiditur duobus modis: Quorum vnus est iste, ꝙ impossibile est vt sit alio modo per se. & est hoc necessarium simpliciter: quod quidam Moderni appellant ineuitabile inesse. Secundus est illud, quod fit propter aliud, secundum quem modum dicunt quidam Moderni debitum, & necessarium per aliud. Et, cum induxit hunc modum modorũ necessariorum, d. hęc igitur est declaratio, &c. id est & declarat rationem necessarij, & facit eam etiam intelligi in omnibus rebus necessarijs hoc, ꝙ impossibile est vt sit alio modo ab eo secundum ꝙ est. & hoc est illud secundũ quod est simplex non compositum. D. d. Et causa eius prima, &c. id est & causa rerum, quę
B impossibile est vt sint alio modo, est pars media accepta in syllogismo concludente: quoniam, si terminus medius fuerit de natura possibili, erit illa res de natura possibili: & si fuerit de natura necessaria, erit illa res de natura necessaria. Et hoc etiam est duobus modis: aut vt terminus medius sit causa illius: & tunc non erit ex rebus, quę sunt necessarię, nisi propter hoc ꝙ causę eorum sunt necessarię. & si terminus medius non fuerit causa, erunt illę res necessarię per se, nõ per causam dantem eis necessitatem, & istæ res sunt simplices, quæ non habent causas. D. d. Manifestum est igitur, &c. i. declaratum est igitur ꝙ ens necessarium in rei veritate est simplex, quod nõ componitur ex materia & forma. & ꝙ impossibile est vt sit multis modis. & similiter est impossibile, vt sit alio modo ab eo, secundum quem est. quoniam, si esset possibile vt esset alio modo, possibile esset vt esset multis modis. Et dixit hoc, quoniam, si fuerit possibile vt substantia eius mutaretur in alium modum, non erit illic natura cogens vt mutatio non fit in multos modos. Quoniam, si fuerit possibile mutari in aliquam speciem, tũc natura eius erit de natura possibilis recipientis multas species. D. d. Si igitur sunt res simplices, &c. i. si igitur sunt entia [a] simplicia, & æterna, & immobilia, vt declaratum est alibi, nullum eorum acquiret esse necessarium ab aliquo alio in eis, neque est extra naturã. Et dicit hoc, quia in cõpositis [b] est natura addita naturæ componentium, scilicet illud, quod fit ex compositione.
C

Quarti modi distictio.

a Si fuerit entia sĩplicia, & ęterna, & immobilia, nullũ eorum acq̃rit eẽ necessariũ ab aliquo alio. Sed vide oppositum. 2. Me. cõ. 4. & 2. ca. de substãtia orbis. Vide cõtra. Zim.

b In cõpositis ẽ natura addita naturæ cõponentiũ. Idẽ. 3. de Aĩa. cõ. 5. in solutione. ij. q̃onis, iuxta dimidiũ cõ. Idẽ. 7. Met. 26. 27. & 60. cõtra Mod.

Caput Sextum. De Vno.

VNum dicitur vno modo sc̃d̃m accidens, altero per se. Secundũ accidens quidem, vt Coriscus & musicũ, & Coriscus musicus. idem enim est dicere Coriscus & musicũ, & Coriscus musicus: & musicũ & iustũ, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim hęc vnum dicunt secundũ accidens. iustum quidem & musicũ, quoniam vni substantiæ accidunt: musicum vero & Coriscus, q̃m alterum alteri accidit. similiter ẽt quodãmodo musicus Coriscus cũ Corisco vnum est, q̃m altera partiũ earum, q̃ in oratione sunt, alteri accidit. vtputa musicũ Corisco, & musicus Coriscus iusto Corisco, quoniã vtriusq; pars vna eidẽ vni accidit. nihil. n. differt, aut Corisco musicũ accidere, aut isti hoc. Similiter aũt, tam si de genere q̃ si de aliquo uniuersalium nominum accidens

Vide Auer. in Epit. Tr. 1. Zim. elicit ex text. ꝓpõnẽ, sup qua notat cõtrad.

dicatur. vtputa, quòd idem homo, & muſicus homó. aūt enim homi- D ni, qui una eſt ſubſtantia, muſicum accidit, aut quoniam ambo alicui ſingularium accidunt, ueluti Coriſco. non tamen eodem modo ambo inſunt: ſed hoc quidem ut genus fortaſsis, & ut in ſubſtantia, illud uero ut habitus, aut paſsio ſubſtantiæ. Quęcunq; itaq; ſecundum accidens unum dicuntur, hoc modo dicuntur.

Vnum dicitur aut per accidens, aut per ſe. per accidens, ſicut nauigator & muſicus. Dicere enim quòd nauigator & muſicus ſunt unū non eſt per differentiam eſſentiæ, quia accidit nauigatori muſicum. Et ſimiliter dicitur unum per accidens in genere etiam, & in rebus vniuerſalibus, verbi gratia ꝙ homo, & homo muſicus ſunt vnum, aut quia muſicus accidit utrique homini, qui eſt ſubſtantia una, aut quia uterque accidit alicui particularium, ſicut nauigatori. ſed eſſe utriuſque non eſt eodem modo, ſed unum eorum debet eſſe quaſi genus in ſubſtantia etiam, & aliud quaſi habitus, aut paſsio in ſubſtātia. E Omnia igitur, quę dicuntur unum per accidens, hoc modo dicunt.

Vnum ſcđm accidēs multis modis dr̄.

7 Poſtquam diſtincta ſunt nomina ſignificantia ſuper cauſas entis, inquantum ens: modo vult diſtinguere nomina ſignificantia ſuper vnitatem entis, & dicit quod vnum dicitur duobus modis: vno modo ſecundum ſe, alio modo ſecundum accidens. Vnum vero ſecundum accidens dicitur etiam duobus modis: vno modo in conceptu ſingulari, alio modo in generali. Vnum in conceptu ſingulari ēt duobus modis dicitur: vno modo comparādo accidens ad ſubiectum ſuum, vt dicendo nauigator & muſicus, qm̄ ſunt vnum & idem per accidens: Alio modo dicitur vnum comparando accidens ad accidens: vt dicendo duo accidētia eodem ſubiecto in eſſentia eſſe vnum, v. g. album, & Geometra ſunt vnum ſecundū ſubiectum, quod eſt homo. Vnum vero ſecundum accidens in conceptu communi dicitur duobus modis, aut ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem. Vnum ſecundum accidens in genere eſt cum dicimus hominem, & hominem muſicum ſunt vnum ſecundum accidens: vnum vero ſecundum accidens in ſpecie eſt, cum dicimus hominem & muſicum eſſe vnum, conſequenter ponit differentiam in ther hęc: qm̄ prędicata hęc accidentalia prędicātur prius de ſingulari, vt Coriſcus eſt muſicus, & per poſterius de homine, vt homo eſt Geometra, vel albus: & ſe habet animal ad hoīem in hoc, ſicut ſe habet homo ad ſingularem hominem, quod F eſt, qm̄ nullum accidens poteſt prędicari de homine niſi prius de ſingulari homine prędicetur, qm̄ homini non ineſt niſi propter hoc quod vni ſingulari accidit, & ſilr̄ homo non eſt ſubſtantia, niſi quia homo particularis eſt ſubſtantia, quæ neq; in ſubiecto eſt neq; de eo prędicatur. ſed homo de ſubiecto prędicatur, vt de ſingulari homine, & non eſt in ſubiecto: & ideo humanitas & muſica non inſunt in vno particulari homine eodem modo, quia unum iſtorum eſt tanquam genus in eo, quod eſt prędicabile de multis, vt humanitas, & aliud vt accidens videlicet muſica: quoniam omnia, quæ in vno particulari inſunt, & eodem modo, dicuntur accidentia: humanitas aūt ineſt particulari vt ſubſtantia.

Accidēs nō prædicatur de ſpecie, niſi quia prius accidit ſingulari.

Dixit per accidens, ſicut nauigator & muſicus, verbi gratia quando accidit ꝙ aliquis ſit nauigator & muſicus. dicitur enim ꝙ nauigator & muſicus ſunt idem per accidens. nauigator enim & muſicus ſunt differentiæ accidentales eſſentiæ illius, de quo dicuntur, ſcilicet hominis. Et dicit hoc. quoniam, ſi eſſent differentię ſubſtantiales eius, de quo prędicantur, tunc congregatum ex eis eſſet vnum eſſentialiter: ſed ſunt accidentia ſubiecti. & hoc intendebat, cum dixit, quoniam accidit nauigatori muſicum, id eſt & hęc duo ſunt vnum per accidens, quia accidunt vni. Deinde dicit. Et ſimiliter dicitur vnum per accidens, &c, id eſt & ſimiliter dicitur vnū per accidēs de genere, quod eſt vnū cum

Idē 5. Phy. t. 2. Ph. 49. & 50.

A aliquo accidente magis particulari.v.g.dicere iste est homo musicus: aut dicere ꝙ homo, & homo musicus sunt vnum.Deinde dedit modum,secundum quē congregatum ex istis est vnum per accidens, & d. aut quia musicus, &c.i.aut quia musica accidit ambobus hominibus,qui sunt subiecta, scilicet homini,qui est tanquam genus,& homini,cui accidit musica.quoniam isti duo homines,vniuersalis,& particularis,scilicet cui accidit musica,sunt vnum essentialiter: & musica accidit particulari:ergo accidit vniuersali. Aut dicitur ꝙ homo musicus est vnū quia humanitas & musica accidunt vni particularium & in vno. Et, quia hoc non est simile dicere,quia ædificator & musicus sunt vnum,quia sunt in vno subiecto,dedit differentiam,& d. sed esse vtriusque, &c.i.sed esse humanitatis & musicæ in vno,s.particulari non est eodem modo:sed vnum istorum est tāquam genus in eo,quod est sub particulari:& ambo sunt de natura substantiæ,s.humanitas existens in homine particulari, & aliud est tanquam accidens, s. musica existens in isto particulari,sicut accidens existit in suo subiecto & passio. Et dixit hoc, quoniam dicere ꝙ musicus & ædificator sunt vnum per accidēs, est quia existunt in vno particulari,& eodem modo,& habent eandem naturam, scilicet naturam accidentis. humanitatem autem & musicam existere in vno particulari non est sic:hoc enim est substantia,hoc autem accidens.

Hō vl̄is & particularis sunt vnū essentialiter, Differentia iter modos,

Illorum vero,quæ per se Vnum dicuntur,hæc quidem dicūtur,eo
B ꝙ continua sunt,vt fascis vinculo,& ligna visco. linea quoque etiā, si curua sit,sed continua,Vna dicitur.sicuti partium etiam vnaquęq;, crus,& brachium.Ex his autem ipsis illa magis vnum sunt, quæ natura,quam arte continua sunt. Continuum vero dicitur, cuius vnus per se motus,& non potest aliter esse. vnus vero,qui indiuisibilis.indiuisibilis aūt secundum tempus. Secundum se autem continua, quæcunque non tactu vnum sunt. si enim pones inuicem tangentia ligna,nō dices ea vnum,neque lignum,neq; corpus, nec aliquid continuum esse. Igitur & illa, quæcunque omnino continua sunt, vnum dicuntur,etiam si habeant flexionem.& adhuc magis, quę nō habent,vt tibia aut femur,quam crus:quoniam contingit vnū non esse motum cruris.& recta magis,quam curua,vnum est, curuam vero,& angulum habentem & vnam,& non vnam dicimus: quoniā cōtingit & non simul eius,motum, & simul esse. rectæ vero semper simul,nullaque particula magnitudinem habens, hæc quidē quiescit,
C hæc vero mouetur,quemadmodum curuæ.

Eorum autem,quæ dicuntur Vnum per se,quoddam dicitur Vnum per continuationem.vt lignū conglutinatū,aut illa,quæ congregantur a ligamento.& linea,si fuerit tortuosa, dicitur etiam vnū continuum:sicut dicitur vnumquoque membrorum,& sicut crus, & focile. Et istorū est magis vnum,quod est continuum per naturam, quā illud,quod est continuum per artificium. Et dicitur continuum illud,cuius motus est unus per se,& non potest esse alio modo. & dicitur unus motus ille,qui nō diuiditur neq; secūdum tempus. Et continua per se sunt illa,quę sentiūtur scd̄m tactū unū. ligna.n.cōtinua adinuicem non dicūtur unū,cū tangūtur,neq; corpus,neq; aliud cōtinuū.Illa aūt,quę sunt perfectę continuationis,dicūtur unū, & si habeāt tortuositatem.& istorū est magis unū qđ non habet tortuositatē,sicut crus,& coxa posibile.n.est ut crus non sit unū.& dicitur ꝙ

linea recta est magis in vnitate quã tortuosa.& dicitur ꝙ linea tortuosa, quę habet angulum, etiam est vna & non vna. posſibile enim est vt motus eius ſit vnus inſimul, & non ſit inſimul. linea autem recta oportet vt motus eius ſit inſimul, & nullũ corpus habens magnitudinẽ quieſcit in vna parte, & mouetur ſecũdũ aliam, ſicut partes lineæ tortuoſæ. D

Continuum prius de linea q̃ de ſuperficie aut de corpore p̃dicatur.

Parteslineę obliquę non mouentur ęqualiter.

8 Et vnum per ſe prædicatur ẽt de multis eſſentialiter, ſed primo de naturali, poſterius vero de artificioſo.& naturale primo de cõtinuo prędicatur, poſtremo de cõtiguo.& continuũ primo de linea prędicatur, poſtremo de ſuperficie & ſuperficie primo, & poſterius de corpore.& linea primo vnum prędicatur de recta, poſterius de obliqua, quia linea obliqua nõ eſt vna ſimpliciter, quare nõ mouetur vno motu cõtinuo, cum ex tribus punctis conſtare videtur quorũ quilibet eſt terminus motus, vt manifeſtum eſt, qm̃ partes lineę flexę cũ mouẽtur ſecundum totũ, non mouentur ęqualiter, ſed quædã citius quibuſdã, quod nõ eſt ſic de linea recta, cum motus eius ſit in eodem tempore, & partes eius inſimul, quę ſecundum vnãquanq; partẽ ſemper ad vnum terminum mouẽtur, quod in hoc modo in linea flexa non inuenitur: & per lineã rectã, ac flexã intelligit corpus rectũ, & flexum, qm̃ linea nõ mouetur, ſed corpus ipſum dumtaxat. B

5.Phy.23.

* a.l.modis

* a.l.vna.

2.de Anima 64.

Dixit Ariſt.ꝙ vnum per ſe & eſſentialiter, quoddam dicitur vnum, quod eſt cõtinuum, & continuum aut eſt per conglutinationem, aut per ligamentum, aut naturaliter, ſicut linea, & ſuperficies, & corpus. D.d.& linea, ſi fuerit tortuoſa, &c.id eſt & cõtinuum naturaliter, aut eſt rectum, aut tortuoſum, ſiue curuum ſicut crus, & multa membra, in quibus tortuoſitas. D.d.Et iſtorum, &c.id eſt & eorum, quę dicuntur vnũ per continuationem, magis eſt vnum illud, quod eſt cõtinuum per naturam, q̃ illud, quod eſt cõtinuum per artificium, v.g.per ligamẽtum, aut per conglutinationem. D.d.Et dicitur continuum illud, cuius motus, &c.id eſt & dicitur cõtinuum in rei veritate illud, quod mouetur ex ſe vno motu, in quo non eſt poſſibile vt ſit motus alterius modi, ſicut eſt motus corporis cœleſtis. D.narrauit qualis eſt vnus motus, & dixit, & dicitur vnus motus ille, qui nõ diuiditur neq; ſcd̃m tempus.i.quia non diuiditur neq; ſecundum tempus, neq; ſecũdum intẽtionem, ſ.quia non erit in duobus temporibus, neq; erit in duobus * motis, licet ſit in vno tempore. D.d.Et continua per ſe ſunt illa, &c.& hoc, quod dixit, manifeſtum eſt.& eſt ꝙ corpora cõtinua ſunt illa in rei veritate per tactum & viſum * cõtinua.& forte erunt neceſſarij iſti duo ſenſus, ſ.qa unus iuuat alterum.& multotiens coniunguntur corpora per artificium, tali modo ꝙ tactus & viſus falluntur, & reputant ea eſſe cõtinua.& cauſa huius eſt, quia continuatio eſt de ſenſibilibus communibus. D.d.Illa autem, quę ſunt perfectę cõtinuationis, &c.id eſt illa autem, quę ſunt perfectę continuationis, ſ.per naturã, dicũtur vnum, licet non ſint recta, ſed in eis fuerit aliqua tortuoſitas ſicut crus, & coxa, ſ.quia dicitur vnum crus, & vna coxa. D.d.poſſibile eſt enim vt crus non ſit vnum, id eſt & tortuoſum minus eſt vnum, quia poſſibile eſt diuidi crus in duas partes, & non remanere, ſ.in loco tortuoſitatis. D.d.& dicitur ꝙ linea recta, &c.id eſt & linea recta magis vnum eſt q̃ tortuoſa, qm̃ tortuoſa eſt quaſi compoſita ex duabus lineis.in linea.n.tortuoſa ſunt tria puncta, cũ habuerit angulum.& ideo dixit.& dicitur ꝙ linea tortuoſa, &c.i.& dicitur ꝙ linea habens angulum eſt vna vno modo, & non vna alio modo.ſecundum enim ꝙ terminatur a tribus punctis, eſt non vna: ſed ſecundum ꝙ vnum extremorum eſt apud angulum, eſt vna, econtrario de linea recta. Deinde dedit cauſam in hoc.& d. poſſibile enim eſt, &c.id eſt partes enim lineæ tortuoſæ, cũ mouentur ſecũdum totũ, non mouentur partes ęqualr̃, ſed quędam citius quibuſdã.& ſic iudicatur de illa ꝙ motus partiũ ſunt inſimul, quia motus eſt in eodẽ tpe: & non inſimul, quia diuerſantur in velocitate & tarditate. linea autem recta mouetur ſecundum totum inſimul. Et poteſt intelligi ꝙ, cum linea tortuoſa mouetur, poteſt diſtingui altera linearum ab altera apud angulum, & non mouębuntur inſimul: quo d mu- F

Partes linęę tortuoſę nõ ęque velociter mouẽtur, ſicut partes lineæ rectę.

A possibile est in linea recta. Et intelligendum est hic per lineam corpus. linea enim non mouetur. Deinde dicit.& nullum corpus habens magnitudinē, &c. idest,& nulla magnitudo recta inuenitur, cuius quædam pars quiescat, & quædam moueatur, sicut inuenitur in linea habente angulum, quia est composita ex duabus lineis. Linea non mouetur, sed corpus. Idē 6.Phy.32.

Alio item modo vnū dicitur, cum subiectum sit forma indifferens. Indifferens autem, quorum forma indiuisibilis secūdū sensum est. subiectum vero, aut primum, aut vltimum ad finem. etenim vinū vnū, & aqua vna dicitur, quatenus indiuisibilis secundum formam est: liquoresque omnes, vt oleum, vinum & liquabilia vnum dicūtur, quoniam omnium vltimum subiectum idem est, aqua nanque & aer hęc omnia sunt.

Et dicitur etiam vnum alio modo, quorum subiectum non diuiditur secundum formam. Et illa non diuiduntur secundum formam, quorum formæ non diuiduntur secūdum situm, & subiectum aut B primum, aut vltimum, quod est proprie complementum. dicitur enim vinum vnum, & aqua vna, cum non diuidantur secundum formam: & dicuntur omnia liquabilia vnum, sicut oleum, & vinum, & oīa liquida. subiectū enim omniū istorum est vnum, & omnia sunt, aut aqua, aut aer.

Et, cum declarasset ea esse vnum, quorum quantitas est continua, nunc affert secundum modum principalē, quo aliqua dicuntur vnum, & ideo dicit, & dicitur ēt vnum illa, quę non discrepant forma: vt homogenea, quorum partes sunt eiusdem rationis, atque nominis cum suo toto: vt caro est vna, quoniam tota caro est caro, & quælibet eius pars est caro: sic quoque os est vnum, & Neruus, & vnumquodque id genus, qm̄ non diuiduntur secundum subiectum: cum forma, in qua cōmunicāt, aut est vltima vt finis in generatione, aut non vltima, sed prior ista, in qua conueniunt videlicet in liquiditate, vt aqua, oleum, & vinum, quę est forma remota ab vltima, quæ est finis in generatione. 9 In homogeneis totū & pars in noīe et rōne communicant.

Idest, & dicuntur vnum illa, quæ sunt vnum secundum formam, & diuisibilia secundum quantitatem, & sunt illa, quæ sunt consimilium partium, quæ partes conueniunt in nomine & definitione. & ista, sicut d. non diuiduntur secū-C dum subiectum & secundum locum. Et, quia forma, in qua conueniunt, aut est vltima forma, quæ est finis in generatione, aut forma prior ista, dedit exemplum de postrema forma, scilicet per quam vocatur compositum, scilicet verbi gratia per quam vinū dicitur vinum, & aqua aqua. partes enim aquæ sunt aqua, & vini vinum. Deinde dedit exemplum eorum, quæ conueniunt in forma remota a postrema forma, sicut aqua & oleum, quę conueniunt in forma liquiditatis. & hoc intendebat, cum d, subiectum enim omnium istorum est vnum, & omnia aut sunt aqua, aut aer.

Dicuntur autem unum, & quorū unum genus differens oppositis differentiis. ac cuncta hæc unum dicuntur, quoniam unum est genus subiectum differentiis. ut homo, equus, canis, unum quid, quoniam omnia animalia, & quodam simili modo, sicuti materia una. Hæc autem quandoque quidem ita unum dicuntur, quandoque uero superiore genere, qđ idem dicitur, si ultimæ generis species sunt, illa autem superiora ipsis. utputa triangulus duorum æqualium laterum una & eadem figura cum triangulo trium æqualium laterū est.

ambo etenim trianguli, ſed non iidem trianguli. D

Et etiam dicuntur vnum, quorum genus eſt vnum, & differunt per differentias ſubiectas eis. ſicut homo, & equus, & canis, & ſicut dicitur omnia animalia ſunt vnum. & prope iſtum modum eſt dicere ꝙ materia eſt vna. Iſta igitur forte dicuntur vnum ſecundum hunc modum, & forte dicuntur vnum ſecundum genus ſuperius, cum ſint poſtrema forma ſuperioris generis. verbi gratia ſicut iſoſcheles, & iſopleuros: dicuntur enim figura vna eadem: ambæ enim ſunt trianguli, & non dicuntur idem triangulus.

10 Et dicitur vnum ſecundum genus: & hoc dupliciter, aut ſecũdum genus propinquum, aut ſecũdum genus remotum: exemplum primi eſt, ſicut homo, ęquus, & canis, qui ſunt vnum in genere, videlicet in animali exemplum ſecũdi, vt iſopleuros et iſoſcheles, ideſt triangulus duorũ ęqualiũ laterũ, & triãgulus omnium ęqualium laterũ ſunt vnũ ſecundũ figuram, quia vterq; triangulus eſt. & homo quoque, & bos ſunt vnum ſecundum ſubſtantias, & ſecundũ hunc modũ omniũ generabilium & corruptibiliũ materia eſt vna, & omnia quoque ſpecie differen- E tia ſunt vnum in genere, propinquo, & remoto: quoniam, poſtremæ formæ ſunt ſpecies vltimæ, in quas diuiditur genus propinquum: vt figura, quæ in poſtrema diuiditur, vt in triangulos: & ſic iſoſcheles, & iſopleuros diſcriminibus figurę nõ differunt, cum vterque triangulus ſit, quia in rectilinearum differentiam, quę triãgulum conſtituit, cadunt, at non ſunt idem trianguli quia diſcriminibus trianguli diſſentiunt.

Vnũgenere quę dicãtur.

Sermo eius in hoc capitulo manifeſtus eſt: & eſt, ꝙ hoc nomen vnum dicitur de ſpeciebus, quæ conueniunt in genere. verbi gratia ꝙ homo, & equus, & canis ſunt vnum in animalitate. Et quia genus eſt ſimile materiæ, d. & prope iſtũ modum, &c. ideſt, & conuenit cum iſto modo modus, ſecundum quem dicunt aliqua eſſe vnum in materia. v.g. ꝙ canis, & equus, & aſinus, & animalia anhelantia, & ambulantia ſunt vnum, in eo ꝙ ſunt ex ſanguine, aut ex carne, & oſſe. Et, quia eorum, quę ſunt vnum in genere, aut ſunt vnum in genere propinquo, aut vnum in genere remoto, dixit. Iſta igitur forte dicuntur, &c. i. iſta igitur dicuntur forte eſſe vnum in genere propinquo, ſicut dicimus ꝙ homo & canis ſunt vnum in animalitate, & iſopleuros & iſoſcheles ſunt vnum in figuratione. & d. cum ſint poſtrema forma ſuperioris generis, ideſt poſtremæ ſpecies. ſpecies enim poſtremæ ſunt vltimæ formæ, in quas genus ſuperius diuiditur, ſicut F figura, quę in poſtremo diuiditur in triangulos. Deinde dicit. dicuntur enim figura, & cęte. ideſt, & figura eſt genus ſuperius & remotum a ſpeciebus triangulorum, quia non ſunt figuræ propter hoc, ꝙ ſunt triangulus, ſcilicet propter hoc, ꝙ congregantur in figura: ſed propter hoc, ꝙ congregantur in triangulo. & iſta eſt forma generis remoti. Deinde dicit. & non dicuntur idem triangulus. i. ꝙ triangulus, aut iſocheles, aut iſopleuros dicuntur eſſe vnum per figuram, ideſt in genere remoto. i. quia triangulus non eſt vltima ſpecies. & hoc intendebat, cũ d. & non dicuntur triangulus idem. i. non triangulus ſimpliciter eſt hoc, ꝙ inuenitur collocari ſub figura mediante collocatione eorum ſub vltima ſpecie. quoniam, ſi ita eſſet, tunc non eſſet medium inter illum & figuram.

Item vnum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens, indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificãtem. ipſa.n. per ſeipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim & auctum, & diminutũ vnum eſt, quoniam ratio vna: quemadmodum in ſuperficiebus eſt ipſius ſpeciei vna. Et omnino quorumcunque intellectio, quæ quod quid erat eſſe intelligit, indiuiſibilis eſt, neque ſeparari poteſt nec tẽpore, nec loco, nec ratione, hæc maxime vnum ſunt. & horũ, quęcũq;

A ſubſtantiæ ſunt. Vniuerſaliter nanque quotcunque nō habent diuiſionem, quatenus non habent, eatenus vnum dicuntur. vtputa, ſi prout homo non habet diuiſionem, vnus eſt homo: ꝙ ſi prout animal, vnū animal: ꝙ ſi prout magnitudo, vna magnitudo. Plurima itaque vnū dicuntur, eo ꝙ aliquid vnum aut agunt, aut patiūtur, aut habent, aut ad aliquid vnum ſunt. Quę vero primo vnum dicuntur, illa ſunt, quorum ſubſtantia vna: vna vero, aut continuatione, aut forma, aut ratione. numeramus etenim tanquam plura, aut quæ non continua ſunt, aut quorum forma non eſt vna, aut quorum ratio non eſt vna. Item eſt quidem, vt quodcunque dicamus continuitate vnum eſſe, modo quantum & continuum ſit: eſt autem vt non aliquid totum ſit. hoc autem, ſi non habeant formam vnam. non enim dicemus ſimiliter vnum, cum viderimus partes calceamenti quomodocunque compoſitas propter continuitatem, ſed ſi ita vt calceamentum ſit, ac quandam formam habeat, tūc vnū. Quare maxime linearū circuli linea
B vna eſt, quoniam tota & perfecta eſt.

Et etiam dicūtur vnum illa, quorum definitio, quæ ſignificat quid eſt, non diſtinguitur a definitione alterius ſignificante quid eſt. omnis enim definitio diuiditur in ſe. & ſecūdum hunc modum augmentabile & diminuibile ſunt vnum. & etiam definitio eſt vna, ſicut definitio ſuperficierum planarum eſt vna. Et dicitur vnum modo ſimplici de illis, quæ non diuiduntur ſecundum tempus, neq; ſecūdum locum, neq; ſecundum ſermonem. & maxime quod eſt ex eis ſubſtantia: illud enim eſt magis in vnitate. Et dicitur etiam vnum modo vniuerſali illud, quod non habet diuiſionem ſecundum ſuam ſpeciem. Verbi gratia dicere vnum hominem & vnū animal, & vnum os. Et multa dicuntur vnū ſecundum naturam, quamuis agant aliud, aut patiantur ab alio: aut differant per alia, aut referantur ad alia. Et illa, quæ dicuntur vnum primo modo, ſunt illa, quorum eſt ſubſtantia
C vna, & ſunt vnum, aut ſecundum continuationem, aut ſecundum formam, aut ſecūdum definitionem. dicimus enim in numero plura illa, quæ non ſunt continua, neque habent formam vnā. Quodam enim modo dicitur vnum, & ſi fuerit de quātitate, & continuum etiam: & quodam modo non dicitur vnū, ſi totalitas ſua non fuerit perfecta. illud igitur, quod non eſt totū, non dicitur vnum vniuerſaliter. non enim dicimus ꝙ partes ſotularis compoſitæ aliquo modo ſunt vnū propter continuationem: niſi dicatur hoc modo, ſcilicet ſecundum ꝙ ſunt ſotular, & ſecūdū ꝙ habent aliquam formam vnam. Et ſecundum hunc modum dicitur ꝙ linea circuli eſt vna magis quam aliæ lineæ. eſt enim linea perfecta, in qua eſt totum.

Et hoc nomen vnum prędicatur de illis, quorum definitiones ſunt vnum, qm̄ eorum definitiones non diſtinguuntur: nam definitio hominis, quæ eſt corpus animatū ſenſibile, cōpetit, & eſt eadem cum definitione bouis, nam definitio bouis eſt corpus viuens ſenſibile: & ſimiliter ſocratis, & Platonis definitiones non diſtinguuntur, & ideo ſunt vnum ſecundum definitionem: & ratio eſt, quia defini- 11

Quę dicant definitione vnum.

tio cuiuslibet istorum sumitur a definitione sui prædicati essentialis, quod est ho- D
mo: & similiter definitio hominis, & bouis sumitur a definitione prædicati, quod est animal, & sic omnia ista dicuntur esse vnum secundũ definitionẽ: siue sit definitio cõpleta, vt socratis & platonis definitio, tunicæ & indumenti. siue sit imperfecta sicut hominis & bouis, diminutionis, & augmentationis, quibus definitio competit quantitatis: & dicitur etiam vnũ inseparabile, quod prædicatur de aliquo indiuisibili, & inseparabili nec secundũ tempus, nec ratione, nec loco: & nõ solũ reperitur hoc in substantijs, sed etiam in accidẽtibus: & hoc duobus modis, aut simpliciter, aut secũdũ quid. vnũ simpliciter prædicatur de re indiuisibili loco tẽpore, & ratione: & hæc significatio omnibus alijs famosior est ac magis vera, & prædicatur de re indiuisibili omnibus modis diuisionis, & ex istis est substantia, quæ dignissima est, vt hoc vnũ de ea pdicetur: Demũ est ipsa quantitas, quæ dignior est vt de ea prædicetur hoc vnũ, licet duobus modis de ea prædicetur: quoniam, si quantitas habet positionem tunc Punctus est, si vero positionem nõ habet, tunc numerorum principiũ est: vnde tale in vnoquoque genere vnum est simplex in illo genere, & mensura aliorum illius generis, vt declarabitur postea: & prædicatur etiam vnum de indiuiduo indiuisibile in partes homogeneas, quoniam tale indiuiduũ, cum sit corpus organicũ, non potest diuidi in partes eiusdem rationis cum toto: vt, si diuidatur homo in partes suas, tunc quælibet pars eius non est homo: & hoc est cõmune omnibus partibus organicis: & E
ita dicendũ est de animali, quod in multa animalia non diuiditur, sicut os, quod in plura ossa est diuisibile, cum sit vnũ continuitate, qm̃ continuum diuiditur in continuum, sed non est sic secundum totũ: Alio modo dicitur vnum secundũ naturam materialem, & sunt extensibilia per Malleationes, vt aurũ & argentum, & in hoc genere sunt omnia, quæ per calorem liquescunt: & humefiunt, & vniuersaliter omnia, quæ transmutantur ad inuicẽ, vnam materiã cõem habere dicũtur, & ista sunt corpora homogenea, quæ dicũtur vnum secundum continuationẽ: corpora vero, quæ sunt vnũ secundũ totum, sunt corpora heterogenea, & organica, quæ sunt vnum secundũ complementũ, & perfectionẽ per vnam formã: qm̃, si ab eis subtraheret aliqua pars, tũc nõ essent vnũ scdm cõplemẽtũ, vt simular, q dr̃ vnũ per suã formã cõpletã, & nõ per cõtinuationẽ partiũ, qđ nõ est ita de cõtinuo, vt linea, aut corpus: & quemadmodũ ab vno scdm totum & pfectionẽ, nõ est delendum aliquid, ipso remanẽte, ita non est addẽdũ aliquid remanente vnũ secundum perfectionẽ: vt linea circularis, quę est perfectior omnibus alijs in vnitate, cũ impossibile sit reperire diminutionẽ, vel augmentũ aliquod in circulo, ipso remanẽte, & ideo linea, quæ nõ est circularis d: imperfecta, & circularis perfecta. & secũdum hunc modum corpus sphęricũ cęteris perfectius est: & ideo corpus cœleste est vnũ pp tria, videlicet ,ppter cõtinuitatẽ partium, & propter perfectionem totalis formæ, & propter motum vnum, vt postea dicetur, & i
ideo totum non remanet cum aliquid ab eo deletur.

Vnũ inseparabilitatę q̃ dicantur.

Vnũ in quãtitate dupliciter dicitur.

Vnũ continuitate.

Linea circularis cæteris perfectior.

Corpus cœleste dr̃ vnũ tripliciter.

Idest, & dicitur etiam hoc nomen vnum de illis, quorum definitiones diuersę nõ distinguũtur a definitione alterius, qđ est cõe eis. definitio.n. cuiuslibet taliũ nõ distinguitur a definitione subiecti, s. qa definitio subiecti sumitur ĩ definitione cuiuslibet eorũ. Et hoc est, qđ d. quę significat quid est. quia definitio non dr̃ definitio, nisi cũ significat essentiã rei & d. oĩs.n. definitio diuiditur in se: qa definitio semper diuiditur in duas partes, s. in genus & dr̃iam: & vtrũque istorũ diuiditur in definitione alterius rei, s. subiecti eorũ. & hoc est propriũ cuiuslibet definitionis, diuidi. s. in duas partes ad minus. & d. hoc, quia ita est cũ, quare definitiones cõpositę perueniũt ad definitiones vnius rei; sicut accidit in definitionibus specierũ condiuidentium, s. quia perueniũt ad definitionẽ vnius rei, quæ est superius genus, s. generalissimũ. D. d. & scdm hũc modum augmentabile, & diminuibile, i. & hoc modo sunt res diuersę scdm definitionẽ & vnũ secundũ subiectũ, sicut augmẽtabile & diminuibile. Illud, n. quod recipit augmentũ & diminutionẽ, sumitur ĩ definitione augmẽti et diminutionis. D. d. & ẽt definitio est vna, &c. i. & ex hoc modo ẽt sunt definitiones superficierũ diuersarũ, quę cõueniunt in definitione superficiei, quę superius genus est, & d. planarũ, ad excludẽ

A dum cõcauas & cõuexas.istę.n.superficies nõ cõueniunt in eadẽ definitione, sicut linea recta & curua nõ cõueniũt in eadẽ definitione. & iste est alius modus ab eo, scdm quẽ dr̃ vnum secundũ formã. D. induxit alium modum magis famosum, & magis verum, & d. Et dicitur vnum modo simplici, &c.i. & dr̃ vnũ de eo, qđ non diuiditur secundum definitionẽ, neq; scdm tempus, neque secũdum locũ, & vniuersaliter neque aliquo modo diuisionis. & quod ex istis est substantia, aut declarabitur ꝙ aliqua substãtia est talis, illud est dignissimum hoc nomine vnũ. Et debes scire ꝙ illud, qđ est hmõi, est in quantitate tm̃. sed, si nõ habet situm, est principium numerorum. &, si habet, est punctus. & illud, quod est tale in vnoquoq; gñe, est simplex in illo genere. & hoc declarabitur magis post.
D.d. Et dr̃ etiam vnum, &c.i. & ẽt dicitur vnum de indiuiduo, quod nõ diuiditur in partes homogeneas cum toto in definitione. v. g. ꝙ iste homo demonstratus non diuiditur in partes, quarum vnaquæque est homo. & est hoc cõe omnibus corporibus organicis. & hoc intendebat, cũ d. quod non habet diuisionẽ secundum suã speciem. i. quod nõ diuiditur in partes, quę sunt suę speciei. v.g. ꝙ homo nõ diuiditur in partes, quę sunt homo, nec manus in manus. & hoc est vnum secundum figuram, & compositionem. Deinde dicit. et vnum animal, &c.i. ꝙ vnũ animal non diuiditur in multa animalia. D.d. & vnum os, &c.i. & os diuiditur
B in ossa. & hoc est vnum per continuationem. i. qm̃ vnum secundum continuationem diuiditur in partes, quæ sunt etiam continuæ: & similiter ẽt vnum in numero ex corporibus consimilium partium econtrario de vno secundum totum, sicut est dispositio in corporibus organicis. D.d. & multa dicuntur vnum, &c.i. & illa, quę sunt vnum secundum naturam, sunt illa, quę recipiunt vnum idem. v.g. omnia, quæ recipiunt malleationes: dicitur enim ꝙ materia eorum est vna. aut illa, quę patiuntur ab eodem eadem passione. verbi gratia quę liquescunt per calorem: dicuntur etiam habere vnam materiam. & etiã illa, quę transmutantur vna transmutatione. verbi gratia quę liquefiunt aut humefiunt. & vniuersaliter quę transmutantur inuicem, dicuntur habere vnam materiam. & similiter illa, quę attribuuntur vni subiecto. verbi gratia linea & cuprea, & aquosa, & aerea. D.d. Et illa, quę dicuntur vnum, &c.i. & illa, quę dicuntur vnum modo priori, sunt quę dicuntur vnum per continuationem, & vnum per formam, & vnum secundum totum & completum. et illa, quorum formę sunt vnum, sunt cum hoc separata in loco, in tempore. & in hoc differunt a consimilibus in partibus, quorum totum & pars vnum sunt in definitione, & forma. Deinde dicit. ratiocinando, dicimus enim, &cæte. idest, & signum huius, quod vnum dicitur de continuo, & forma, & de illo, quod est totum, scilicet non diminutum, est, quia
C multitudo dicitur de rebus discretis diuersis secundum formam: & non dicitur vnum de illo, a quo diminuitur aliquid ex eis, per quę est totum & completum, verbi gratia ab illo, de quo non diminuitur aliquod membrum. Deinde dicit. illud igitur, quod non est totum, &cęte. idest, & differentia inter vnum secundum continuitatem, et vnum secundum totum et perfectionem non dicitur esse vnum per continuationem partium, sed per suam formam. nihil enim diminuitur ab eo ex eis, quibus est vnum. verbi gratia sotular, quod dicitur vnum per suam formam completam non per continuationem partium. et ideo, si ex eo diminuitur aliqua pars, non dicetur vnum. linea autem et corpus dicitur vnum, licet ex eis diminuatur aliquid. Deinde dicit. Et secundum hunc modum dicitur, &cęt. idest, et quia vnum secundum totum est perfectum, cui impossibile est addere vel diminuere remanente eodem, ideo linea circuli est magis perfecta in vnitate. circulum enim impossibile est recipere augmentum, vel diminutionem remanente circulo. et ideo dicitur quod linea non circularis est diminuta, et circularis est perfecta. et similiter de corpore. et ideo corpus cœleste est vnum per continuationem, et per formam totalem, et per motum vnum continuum: vt ipse post dicet in tractatu Quinto. et ideo non remanet totum vnumquodque prędictorum, quando aliquid diminuitur ab eo. et hoc intendebat, cum dixit, ꝙ linea est perfecta, in qua est totum. i. in qua sunt omnes partes, ex quibus constituitur.

Documẽtũ.

Infra ĩ tex. com. 12.

Homo demõstratus nõ diuiditur ĩ plures partes, quarum vnaqueq; sit homo cõtra Sophistas.

Vr̃ oĩa, quę adinuicẽ trãsmutãtur, hñt vnam materiam. Idẽ. 1. de Generatiõe. t. c. 43.

Linea circularis ẽ perfecta Idem. 1. cœ. t. cõ. 12.

Corpus cœleste est vnũ ꝑ cõtinuationẽ, et formã totalẽ. et per motũ vnum cõtinuũ. ꝑ hoc vide. 2. cœ. c. 4. 2. et 12. Met. cõ. 44. et 2. capitulo de substãtia orbis, et in lib. de structio destructionum distin. 3.

a Quo primo cognoscimus, hoc prima cuiusque generis mẽsura.
* Primus tonus.

Vni aũt esse, principium est alicui numero esse. prima enim mensura principiũ est. [a] quo nanq; primo cognoscimus, hoc prima cuiusq; generis mensura. Principiũ itaque scibilis circa vnumquodq; ipsum vnũ. non est autem idem in cũctis generibus vnũ, sed hic quidem* diesis, hic vero vocalis aut muta. grauitatis autem aliud, & motus aliud. Vbiq; aũt ipsum vnum, aut quantitate, aut forma indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantũ, prout quantũ, indiuisibile est, quod quidem omnino & sine positione est, dicitur unitas: quod uero omnino & positionem habens, pũctum: quod autem secũdum unũ, linea: quod uero secũdũ duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secũdũ quantum diuisibile, corpus. & econuerso. in duo quidem diuisibile, superficies est: quod uero in unũ, linea: quod aũt nequaquam secũdum quantitatem diuisibile est, pũctũ, & unitas est. que quidem sine positione, vnitas: quod uero habet positionem, pũctum. Item alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia unũ sunt. Numero quidem, quorũ materia una. Specie uero, quorũ ratio una. Genere autem, quorũ eadem prædicationis figura. Secundum analogiam uero, quæcũq; se habent, vt ad aliud. Semper aũt posteriora sequũtur præcedentia. utputa quæcũq; numero, specie quoq; unum sunt: quæcũq; uero specie, non etiam numero. sed genere cũcta unum sunt quæcũq; etiam specie: quæcũq; aũt genere, non omnia specie, sed scdm analogiam: quæcũq; uero analogia unũ, non omnia genere. Manifestũ aũt etiã est, ꝙ Multa quoq; uni opposite dicũtur. quædam enim, eo ꝙ non sint continua, quædam uero, eo ꝙ diuisibilẽ secũdũ speciem materiam habeant, aut primam, aut vltimam. quædã aũt, eo ꝙ rationes, quod quid erat esse dicentes, plures sint.

Multa quotupliciter.

Et essentia unius est aliquod principiũ numerorũ. prima enim mẽsura est principiũ. & illud, quo primo scimus, est apud nos prima mẽsura in quolibet genere. Et principiũ igitur cognitionis in vnaquaq; rerũ est vnũ. & non vnũ omnibus generibus est idem. in quibusdam enim tonus est unũ, in quibusdam uocale est unũ, & in quibusdã est consonans unũ. & unũ grauitatis est aliud, & qđ est in motu est aliud. Et in omnibus rebus est unũ illud, quod nõ diuiditur, aut secũdum quantitatem, aut secũdum formam eorũ, aut quæ non diuidũtur. Secundũ quantitatem enim illud, quod non diuiditur omnino, neque habet situm, dicitur vnũ: & quod non diuiditur omnino, & habet situm, dicitur pũctus: & quod diuiditur vno modo, est linea: & duobus modis est superficies: & omnibus tribus est corpus. & dicũtur ista econuerso. quod autem diuiditur duobus modis, est superficies: & qđ vno modo, est linea: & quod non diuiditur aliquo modo secundum quantitatem pũctus est. & vnũ etiam istorum, quod non habet sitũ, est vnũ: & quod habet situm, est punctus. Et etiam istorũ quoddã est vnũ numero, & quoddam vnũ forma: & quoddam vnum secundum æqualitatem, & quoddam vnũ secundũ genus. Et illa, quæ sunt vnũ

numero,

A numero, ſunt illa, quorum materia eſt vna. Et illa, quæ ſunt vnum ſe-
cundum formam, ſunt illa, quorum totalitas eſt vna. Et quæ ſunt
vnum genere, ſunt illa, quorum figura prædicamenti eſt vna. Et illa,
quæ ſunt vnum ſecundum æqualitatem, ſunt quorum proportio eſt
eſt vna, ſicut proportio alicuius rei ad aliam rẽ. Et iſta poſtrema ſem-
per conſequuntur prima. ſicut dicimus quòd omne, quod eſt vnum
in numero eſt vnum in forma: & quod eſt vnum in forma, non eſt
vnum numero vere. & omne, quod dicitur vnum ſecũdum formam,
eſt vnum genere: ſed non, quod eſt vnum genere, eſt neceſſario vnum
ſecundum formam. & non omnia, quæ ſunt vnum ſecundum æquali
tatem, ſunt vnum ſecundum genus. Manifeſtum eſt igitur quòd Plu-
ra dicuntur de oppoſitione vnius. quædam enim, quia non ſunt con-
tinua. & quædam, quia materia eorum adunata cum forma diuiditur
ſecundum formam. & aliud cum oppoſitione, quia definitiones, quæ
B ſignificant eſſentias, ſunt plures.

Et, quia definitio & eſſentia vnius eſt eſſe principium numerorum: quoniam, 12
ita ſe habet eſſe vnius ad numerum, ſicut menſura ad menſuratũ: ſed manifeſtum
eſt quod menſura eſt principium mẽſurati: ergo definitio vnius eſt quod ſit prin-
cipium numerorum, ſed non numerus, ſicut definitio menſurę in vnoquoq; gene
re eſt vt ſit principium illorum exiſtentium in illo genere: vnde illud, quod pri-
mo ſcimus, eſt apud nos prima menſura: qm̃ res non menſurantur primo, et eſſen
tialiter niſi per primum, quod in eis eſt indiuiduũ, ex quo componuntur, quare ta
le primum in vnoquoq; genere eſt primum ineſſe & cognitione, vnde per men
ſuram menſurabile cognoſcitur: Cum igitur vnum ſit menſurans: & omne men-
ſurans eſt cognitionis principium in omni re: ſequitur quod vnum in omni gene
re ſit principium cognitionis in illo genere. & qm̃ vnum in omnibus generibus,
per quod vnumquodq; genus non eſt vnius naturę, ſed diuerſę, & ideo primũ in
vnoquoq; genere differt ab alio in alio genere: vt tonus in muſicis eſt primum
vnum: & ſillaba conſonans in dictionibus cõſonantibus, & ſillaba vocalis in uo
calibus: rurſus in ponderibus aliquid eſt primum & vnum, cuius multitudine, aut
compoſitione pondus cognoſcitur: ſimiliter in motu aliquid eſt primum cognitũ,
& intellectum, quo motus omnis cognoſcitur: nam licet nullus ſit primus motus,
nos tamen vnius ſtadij motum cognoſcimus, aut aliquem, alium, quo totum mo-
C tum menſuramus: vnde vnum in genere motus eſt motus ſimpliciſſimus, & ce-
lerrimus, ſicuti motus diurnus eſt: deinde colligit commune omnibus talibus, &
dicit vbiq; vero ipſum vnum, aut quantitate eſt indiuiſibile, aut forma: indiuiſi-
bile autem ſecundum quantitatem, aut eſt non habens ſitum, & ſic dicitur vnũ,
quod eſt principium numerorum: ſi ſitum habet, tunc eſt vnũ veluti punctus, qui
ſitum poſitionemq; habet, qm̃ eſt finis & principium lineę: quod aũt vnice eſt di
uiſibile, & ſitum obtinet, nuncupatur linea, quę tm̃ longitudine diſſecatur: quod
vero duabus ex partibus diuiſibile eſt. ſ. longitudine, & latitudine dicitur ſuper-
ficies, quod denique; omni ex parte diuiſibile eſt, videlicet longitudine, latitudine,
& altitudine, trināq; habet dimenſionem, corpus vocatur: & ideo vnum eſt ſecũ
dum totalitatem, & perfectionem: inſuper eorum, quæ vnum dicuntur, alia nume
ro ſunt, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rationis ſunt vnũ: Numero qui-
dem ea vnum ſunt, quorũ materia eſt vna, de quibus prędicatur. vnũ vero, quod
principium numeri eſt, non eſt in materia. ſpecie aũt ea dicuntur vnum, quorum
ratio, id eſt definitio eſt vna: eſt aũt vna definitio omnium, quę eidem ſpeciei ſu-
biiciuntur: genere vero ea ſunt vnũ, quorum eadem eſt prędicamẽti figura, id eſt
ſub vno prędicamento collocantur: ea vero, quę ſecundũ ſimilitudinẽ rationis. i.
formę ſunt vnum, dupliciter eſſe poſſunt: aut ſecundum formas ſpeciales ſpecie-
rum, veluti omnia ſana per diuerſas habitudines ad ſanitatẽ, quę eſt in animali.

Definitio vnius eſt vt ſit principiũ numerorũ.

Mẽſurabile per menſurã cognoſcitur.

Motus diarius ſimpliciſſimus, & celerrimus.

Quid linea.
Quid ſuperficies.
Quid corpus

Vnũ, qđ eſt principiũ numeri, nõ eſt in materia.

vel ſecundum formas genericas, quatenus eſt eadem proportio plurium ad plura, vt quies, quę dicitur de maris tranquilitate, & de aeris ſerenitate: & rector dicitur ſimilitudine rationis de ciuitatis gubernatore, & de gubernatore nauis: qm̃ ita ſe habet gubernator ciuitatis ad ciuitatem, ſicut gubernator nauis ad nauem: & ſciendum eſt quod poſteriora ſemper priora conſequuntur: & per priora vniuerſalia intelligimus, & per poſteriora particularia. qm̃ omne, quod eſt unum numero cum eo, a quo differt numero, eſt vnum ſpecie, non tamen econuerſo: quia non ſequitur eſt vnum ſpecie, ergo eſt vnum numero ? & qñq; accidit ut vnum ſpecie ſit etiam vnum numero: & hoc cõtingit, cum ſub illa ſpecie tantummodo vnicum indiuiduum ſubiiciatur, ſicut Sol, Luna, et cęteri Planetę: & omnia, quę ſunt vnum ſecundum formam ſpecificam, ſunt vnum ſecundum formam genericam, vt Socrat. & Plat. ſunt vnum ſecundum ſpeciem, & ſecundum genus, videlicet ſecundum animalitatem: & ſimiliter omnia, quę vnum ſunt ſecundũ ęqualitatem, id eſt proportionem, ſunt etiam vnum ſecundum genus: & hoc eſt manifeſtum, quoniam ęqualitas eſt aliquod genus: et cum vnius mentionem feciſſet nũc oſtendit quot modis dicantur multa, quoniam multum opponitur vni. quædam enim dicuntur multa, quia non ſunt continua, quod eſt per oppoſitum ad primũ modum vnius. & quędam dicuntur multa, quia ſecundum ſpeciem materiam habent diuiſam: diuiditur enim materia duobus modis, aut ſecũdum formam ſpecialem, aut ſecundum contrariam: qm̃ formę, ſecundum quas materia diuiditur, ſunt diuerſę, quia, cum ſignificant quiditates rerum, & quiditates rerum multę ſunt, neceſſe eſt vt formę ſint multę. D

Poſteriora ſemper priora cõſequuntur.

Quot modis aliqua dicantur multa. E

Dicit. Et eſſentia vnius, &c. i. & definitio vnius eſt principium numerorũ, nõ numerus. D.d. prima enim menſura eſt principium, id eſt & vnum eſt principiũ numerorum, quia res non menſurantur primo & eſſentialiter, niſi per primum, quod eſt in eis indiuiſibile, ex quo componuntur. oportet igitur vt omne menſurans primum ſit principium, ſ. in omni genere, in quo inuenitur primum in eſſe, & in cognitione. D.d. & illud, quo primo ſcimus, &c. id eſt, & mẽſura in omni re eſt magis manifeſta apud nos. qm̃ per illam cognoſcitur menſurabile, & propter iſtud cognoſcuntur reliqua in illo genere. D.d. Et principium igitur cognitionis, &c. id eſt & cum vnum eſt menſurans: & menſurans eſt principium cognitionis in omni re: conſequitur vt vnum in omni genere ſit principium cognitionis in illo genere. D.d. Et non vnum in omni genere eſt idem, &c. id eſt & vnum in omnibus generibus, per quod cognoſcitur vnumquodq; genus, non eſt eiuſdem naturę, ſed in quolibet genere differt a ſe in alio. verbi gratia quod vnũ in muſicis eſt tonus, & in dictionibus conſonantibus eſt ſyllaba cõſonans, & in vocalibus ſyllaba vocalis. Et ſimiliter vnum in ponderibus eſt aliquod pondus minimum ſecundum ſenſum, & vnum in motu eſt motus velociſsimus. v.g. motus diurnus. D.d. Et in omnibus eſt vnum illud, quod non diuiditur, id eſt & vnum vniuerſaliter, quod collocatur in hoc genere, eſt illud, quod non diuiditur, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum formam, & qualitatẽ. Quod igitur omnino non diuiditur in quantitatem, neq; habet ſitum, dicitur vnum, quod eſt principium numerorum. & ſi habuerit ſitum, dicitur punctus. punctus enim habet ſitum, quia eſt finis & principium lineę. D.d. & quod diuiditur vno modo, &c. id eſt & quod habet ſitum, & non diuiditur niſi vno modo dicitur linea: & quod diuiditur duobus modis, ſ. longitudine & latitudine, dicitur ſuperficies: et quod diuiditur tribus modis, ſcilicet lõgitudine latitudine et profunditate, dicitur corpus, & eſt vnum ſecundum totalitatem, ſ. perfectum. Deinde dicit. & dicuntur iſta econuerſo, &c. id eſt & intendit per hoc iſtas eſſe definitiones, quia conuertuntur. Deinde incœpit diuidere vnum alio modo, & d. Et etiam iſtorum, &c. Deinde incœpit exponere vnumquodq; iſtorum. & d. Et illa, quę ſunt unum numero, &c. id eſt & vnum numero dicitur de illo, cuius eſt materia vna. & differentia inter illud, & vnum, quod eſt principium numerorum, eſt quia hoc vnum eſt in materia, & vnum, quod eſt principium numeri, non eſt in materia. D.d. Et illa, quę ſunt vnum ſecundum formam, &c. id eſt plura numero, ſ. in materia, quę ſunt vnum ſecũdum formam, ſunt illa, quorum definitio eſt vna, & iſta ſunt, quę

Menſura dr̃ eſſe prima i eſſe & in cognitiõe. Idẽ 10. Me. tex. com. 3.

4. Phy. 103. 2. 98. F

De pũcto, et vnitate. uide 4. Phy. 106. Idẽ 1. Cę. 3.

Quid vnum numero.

Vnũ, qđ eſt principiũ numerorũ, non eſt i materia

Quid vnum ſpecie.

A sunt vnum secundum vnam speciem,* quę diuiditur in indiuidua. Deinde dicit. Et quę sunt vnum genere,&c.id est & illa,quę dicuntur vnum genere,sunt quę collocantur sub vno prędicamento.& hoc intendebat,cum d.quorum figura prędicamenti est vna. Et dixit hoc:quia res,quę sunt vnum secūdum formas, quædam sunt vnum secundum formas speciales,quędam secundum generales. D.d. Et illa,quæ sunt secundum ęqualitatem, &c.id est, & illa dicuntur vnum, quæ sunt vnum secūdum proportionalitatem, sicut dicitur ꝙ proportio rectoris ad ciuitatem,& gubernatoris ad nauem est vna. D.d.Et ista postrema semper consequuntur prima.Et intendit per prima magis vniuersalia: & per postrema magis particularia. D.d.sicut dicimus,&c.id est quod omne, quod est vnum numero, de necessitate erit cum eo,a quo differt in numero,vnum etiam in specie. verbi gratia quia Socrates est vnum numero, contingit vt ipse sit cum Platone vnum in forma. D.d.& quod est vnum in forma,&c.id est & prima eorum consequūtur postrema,secundum ꝙ consecutio non conuertitur in istis.quod enim est unū in specie,non est vnum in numero. vnum enim in specie ad minus dicitur vere de duobus in numero. & dixit vere:quia accidit vt vnum in specie sit vnum in numero,quando de specie non inuenitur nisi indiuiduum. D.d.& omne, quod dicitur vnum secundum formam,&c,id est & omnia,quę sunt vnum secundum speciem, sunt vnum secundum genus. verbi gratia quia Socrates & Plato sunt
B vnum in specie,sunt vnum in genere,scilicet in animalitate, et non conuertitur. D.d.& omnia,quæ sunt vnum secundum ęqualitatem, &c.id est & omnia,quæ sunt vnum secundum proportionem,sunt vnum secundum genus,& non conuertitur.& hoc fuit ita,quia ęqualitas non est aliquod genus. Deinde dicit.Manifestum est igitur,&c.id est, & cum declaratum est ꝙ vnum dicitur multis modis: & multitudo opponitur vni: manifestum est ꝙ multitudo dicitur multis modis, cum omne vnum habeat multum, cui opponitur. Deinde dedit exemplum de quibusdam prædictis,& dicit quędam enim &c.verbi gratia, quia iam declaratum est ꝙ vnum eorum,de quibus dicitur hoc nomen vnum,est continuum,idest & etiam de illis,quorum materia est vna, aut genus, dicetur etiam multum de oppositis istorum.dicitur enim de his,quę sunt non continua, & de illis, quorum materia est non vna propter diuisibilitatem materię,aut secundū formam in specie,aut secundum formas diuersas secundum contrarietatem. Et hoc intendebat, cum dixit ꝙ materia eorum diuiditur secundum formam, &c.id est & illa, quæ dicuntur plura secundum materiam,quędam dicuntur quia materia eorum diuiditur in quibusdam secundum formam specialem,& in quibusdam diuiditur secundum formam contrariam. Deinde dicit,quia definitiones,&c.id est,& formę,secundum quas diuiditur materia,sunt diuersę:quia formę,quę quiditates rerum significant,sunt multæ.
C

* a.l.quæ dicuntur indiuidua.
Quid vnum genere.
Quid vnum ꝓportione.
1.Physi.60.
4.Physi.49.
2.Physi.70.
3.Physi.19.
7.Physi.31.
Locus hic suspectus est, tū ex textu, tū ex Alberto, aliter ipsum legente.
Quot modis dr̄ vnū, tot & multa.

Caput Septimum De ente.

Ens dicitur,aliud secundum accidens,aliud per se.Secundum accidens quidem,vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum,ac musicum hominem : similiter dicentes vt cum dicimus musicum ædificare,quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ędificatori. hoc etenim hoc esse dicere significat hoc huic accidere.Ita igitur de his, quæ dicta sunt,cum hominem dicimus musicum esse, & musicum hominem, aut album musicum, siue hunc album, hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt: illud vero, quoniam enti accidit.Hoc autem musicum hominem, quoniam huic musicum accidit. ita etiam dicitur album esse, quoniam cui accidit, illud est. Quæ

Vide Auer. in Epi.Tracta.1.

igitur ſecundum accidens eſſe dicuntur , ita dicuntur , aut quoniam eidem enti ambo inſunt, aut quoniam illud enti ineſt , aut quoniam ipſum eſt,cui ineſt,de quo ipſum prædicatur. D

Ens dicitur quodam modo accidentali . verbi gratia ꝙ iuſtus eſt muſicus,& quòd homo eſt muſicus,& ſimiliter quòd muſicus eſt homo.verbi gratia quòd homo muſicus ædificat . accidit enim ædificatori vt ſit muſicus, aut muſico vt ſit ædificator:accidit hoc igitur,quia eſt,& quia hoc accidit ei.Et ſimiliter accidit in rebus, quas diximus. ſicut homo,cum dixerimus quòd eſt muſicus, & muſicus quòd eſt albus,& quòd eſt albus muſicus,aut muſicus eſt albus . Iſta enim dicuntur modo accidentali,vno modo,quia vtraque accidunt eidem enti: alio modo,quia accidit enti vt eſſet illa.Entia igitur,quæ dicũtur modo accidentali ſecundum hoc dicuntur,aut quia vtraq; ſunt eiuſdem entis,aut quia eſt quiditas entis , aut quia eſt cum eo cuius eſt , & de quo dicitur,idem. E

23 Quia ens,& vnum conuertuntur conuerſione ſimplici, ac vera, ideo manifeſtum eſt quod ens prędicatur de illo,de quo etiam dicitur vnum:cum igitur oſtẽſum eſt ſupra,quod vnum dicitur de eo,quod eſt vnum per ſe,& de eo, quod eſt vnum per accidens,manifeſtum eſt etiam quod poſitio entis eodem modo ſe habet:& cum ita ſit,incœpit notificare modos entis per accidens, & dicit ens dicitur vel prędicatur quodammodo accidentali,vt iuſtus eſt muſicus:quoniam,cum homo iuſtus & muſicus eſt,ſequitur quod iuſtus ſit muſicus:& hęc identitas accidentalis eſt,qm̃ accidit muſico vt ſit iuſtus,& econuerſo,cum ambo vni ſubiecto accidunt videlicet homini.quare omnis muſicus eſt iuſtus, & iſte eſt primus modus,in quo accidens de acidenti prędicatur: ſecundus modus entis per accidens eſt,cum ex ſubiecto & accidẽte fit vnum ens:vt, cum dicitur homo eſt muſicus: & hoc modo accidens prędicatur de ſubiecto: tertio modo dicitur ens per accidens,quando ſubiectum prędicatur de aliquo accidente,vt cum dicitur iuſtus eſt homo:& ponit differentiam inter hęc tria,quoniam in primo modo accidens de accidente prędicatur,propterea quoniam illa duo accidentia, videlicet muſicus & albus contingit vni ſubiecto videlicet homini, & iſte primus modus differt a ſecundo,in quo vnum accidens de ſuo ſubiecto prędicatur vt de homine,quoniá muſica contingit ei,ex qua,& homine fit vnum ens per accidens, ſed in primo modo dicitur ſecundum accidens per accidens,quoniam accidit vni accidenti vt prędicetur de alio accidente.tertius vero modus differt a primo & ſecundo: qm̃ illę duę p̄dicationes accidentales inſunt homini deſignato.ſed prędicatio in hoc modo eſt prędicatio accidentalis:vt,cum dicitur iuſtus eſt homo,quia homo prędicatur eſſentialiter de iuſto,& dicitur eſſentialiter,quia homo ponitur in definitione iuſti,& ſecundo modo prędicatio dicitur accidentalis,quare muſicus nõ ponitur in definitione hominis.& quęlibet prędicatio dicitur accidentalis, quando prędicatum eſt vnius prędicamenti & ſubiectum alterius prędicamenti , aut qm̃ ſubiectum & prędicatum licet ſint vnius prędicamenti,& accidentia,tamen nõ ſunt ſecundum lineam rectam, vt inferius parebit. F

Quot modis aliquod dicatur per accidens.

Primus modus entis p accidens.

Secũdus modus.

Tertius modus.

Quę,& qm̃ ſit p̄dicatio accidẽtalis.

Quia ens dicitur de illo,de quo dicitur vnum : & vnum dicitur de illo , quod eſt vnum per ſe,& vnum per accidens:ita etiam fuit diſpoſitio entis. & ideo incœpit primo notificare modos entis,quę ſunt entia per accidens , & d.Ens dicitur,&c.id eſt ſicut dicimus ꝙ illud,quod eſt iuſtũ,eſt muſicum,ſ.idem: iſta enim identitas eſt per accidens:quia accidit vnum alteri,& ambo vni ſubiecto , quod deſert muſicam,& iuſtitiam.Hęc igitur eſt intentio vnius modi. & ſuum exemplum eſt,quod dixit,omnis muſicus eſt iuſtus.Secundus aũt modus eſt,ſicut dicimus ꝙ homo eſt muſicus,aut ꝙ muſicus eſt homo.& iſte modus dr̄ vnus per accidens,aut quia homini muſicũ accidit,ꝙ eſt tanꝗ genus:aut quia muſica & hu

A manitas accidunt sibi inuicem vnum alteri, quia sunt in vno subiecto, s. in homine, in quo existit musica per accidens. sicut dicimus ꝙ omnis musicus est homo. sed vnum istorum inest per accidens subiecto, in quo conueniũt, et aliud essentialiter. ecõtra dispositioni ĩ primo modo, in quo dicimus ꝙ musicus est albus. Hoc igitur, quod dixit. Ista enim dicuntur modo accidentali, &c. est exemplũ ad dicendum ꝙ musicus est albus, & non ad dicendum ꝙ homo est musicus. Deinde congregauit ambas intentiones, & d. Entia igitur, quę dicuntur modo accidentali, &c. & intendit per illa, quę ambo sunt vnius entis, sicut albus, & musicus quę sunt vnius rei, cui accidit vt sit albus & musicus. D. d. aut quia non, s. sicut dicimus ꝙ musicus est homo. illud enim, in quo est musica accidentaliter, s homo, idem est cum homine vniuersali, & similiter est, cum dicimus ꝙ homo musicus est, intentio enim istius hominis est homo, cui accidit ꝙ sit musicus. Et determinandum est in eis, quę dicuntur idem essentialiter, hoc, ꝙ sunt duo essentialiter vno modo, & idẽ essentialiter alio modo. sicut dicimus, omnis homo est animal. homo enim essentialiter differt ab animali in vno modo, & sunt idem essentialiter alio modo.

Hõ differt ab aĩali essẽtialiter ĩ uno modo, et sũt idẽ essentialiter in alio modo.

Per se vero esse dicuntur, quæcunque significant prædicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cum ergo
B eorum, quæ prædicantur, quædam ipsum quid est significant, quędã quale, quædam quantum, quædam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam ubi, quędam quando, horum cuiq; idem ipsum esse significat. nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo conualescit: & homo ambulans uel incedens est, aut homo ambulat uel incedit. similiter in aliis quoq;. Item ipsum esse, & ipsum est significat quod uerum est, ipsum uero non esse, quod non uerum, sed falsum similiter, tam in affirmatione, quàm in negatione. utputa, quòd Socrates musicus est, quoniam uerum hoc est: aut quòd Socrates nõ albus, quoniam uerum. quòd autem diameter non sit incommensurabilis, quoniam falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddam eorum, quæ dicta sunt, potentia dici posse significat, quoddam actu. uidens etenim dicimus esse, & quod potentia, ut dicitur, uidet, & quod actu. ipsum quoq; sciens similiter, & quod potest vti scientia, & quod iam
C vtitur. ac etiam quiescens, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. Similiter autem in substantiis. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & lineæ medietatem, ac triticum. quod nondũ maturum est. quando vero posibile, & quando non, in aliis determinandum est.

Et dicuntur entia per se omnia, quæ significant figuras prædicamẽtorum. sunt enim secundum numerum eorum, quæ dicuntur etiã entia. Quædam igĩ prædicamẽta significant quid, & quædam quale, & quædã quantum & quedã ad aliquid, & quædã agere, aut pati, & vbi, & quando. & significatio vniuscuiuslibet istorum est vnius entis. non enim est differentia inter dicere quòd homo est in sanitate, & dicere quòd homo est sanus, aut ꝙ homo ambulat, & est in ambulatione. & similiter in aliis rebus, Et etiam ens significat essentiam, & veritatem rei. quoniam cum dixerimus aliquid esse, demonstrabimus suam ueritatem: &, cũ dixerimus aliquid non esse, demonstrabimus ipsum esse

non uerum,ſed falſum,& ſimiliter in affirmatiua & negatiua.ſicut dicimus quòd Socrates eſt muſicus, hoc enim eſt verum: & dicimus quòd Socrates non eſt albus, & hoc non eſt verum. & ſicut dicimus quòd diameter eſt æqualis coſtę,& eſt falſum. Et etiam quædam entia ſunt potẽtia,& quædam actu.quędam enim ſunt entia per viſum, quia videntur:& quædam,quia habent virtutes,quę videntur.& ſimiliter eſt de ſcientia.in eis enim eſt qui habet virtutem, vt vtatur ſcientia: & in eis qui habent vſum. & dicitur quieſcens illud, in quo eſt quies,& illud,quod habet potentiam, vt quieſcat etiam. Et ſimiliter in ſubſtantia etiam. dicimus enim quòd in lapide eſt idolum Mercurii,& ſemilineæ. D

14 Quot modis dicitur, ens, eſſentialiter, tot modis dr̃ prędicamentum.

14 Et dicuntur entia per ſe omnia illa,quę figurę prędicamentorum ſignificant, id eſt dictiones decem genera prędicamentorum ſignificantes: quare tot modis dicitur ens ſecundum ſe,ſiue eſſentialiter quot modis dicitur prędicamentum.ſed prędicamenti nomen dicitur de ſubſtantia, & de nouem accidentibus,igitur hoc nomen ens dicitur de ſubſtantia,& de nouem conſequentibus,quę ſunt qualitas, & quantitas,&c.quę omnia ſunt entia realia:& declarat hoc et dicit,quod ſignificatio vniuſcuiuſque nominum accidentium cum ſua ſignificatione ſuper illud accidens eſt ſignificatio ſuper prędicamentum ſubſtantię, quoniam non eſt differentia inter hęc duo.homo eſt ſanus, & homo eſt in ſanitate, loquendo in prædicamẽto qualitatis. Vnde intendit per hoc ſignificare,qđ nomen denominatiuum in hac propoſitione, Socrates eſt albus, cuius ſubiectum ſubſtantia eſt,& prędicatum eſt accidens, ſignificat ſubſtantiam & accidens, aut ſubſtantiam,in qua ſit accidens,vt exiſtimauit Auicenna:qui,cum vidiſſet hanc dictionem album ſignificare aliquid,in quo eſt albedo,exiſtimauit denominatiuum omne primo ſignificare ſubſtantiam,ſecundarie vero accidens:ſed non eſt ita: quia primo ſignificat accidens:quia album, vt in prędicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat,ſecundo ſignificat ſubſtantiam, quatenus ſignificat albedinem per modũ accidentis.accidens enim innatum eſt eſſe in ſubiecto,quoniam,ſi album ſignificaret corpus primo,& conſequenter albedinem,vt ipſe Auicenna dicebat,tunc dicendo Socrates eſt albus,eſſet ſenſus,Socrates eſt corpus album:& pari ratione dicendo corpus album,eſſet ſenſus corpus album,& ſic in infinitum:quare denominatiuum primo accidens,deinde ſubiectum ſignificat. Deinde dicit, & etiam, hoc nomen ens ſecundo modo verum ſignificat, quoniam dicimus quod omne illud eſt ens,quod verum ſignificat:& ſimiliter non eſt ens, quod falſum ſignificat,tam in propoſitione ſingulari q̃ in compoſita,ſiue affirmatiua ſit,ſiue negatiua,vt in quęſito compoſito,cum dicimus Socrates eſt muſicus,aut Socrates non eſt muſicus:aut in ſingulari quęſito,cum dicimus Socrates eſt,et Socrates nõ eſt: vnde apparet quod ens in omni quęſito non ſignificat niſi verum,quoniam,cum demonſtramus aliquid eſſe per affirmationem,verum eſſe demonſtramus,vt Socrates eſt albus:& ſimiliter, ſi aliquid non eſſe per negationem demonſtramus, vt Socrates non albus,verum non eſſe demonſtramus: & debes ſcire, quod hoc nomen ens,quod ſignificat eſſentiam rei,eſt aliud ab ente, quod ſignificat verũ. Primo,quia ens,quod ſignificat eſſentiam rei,ponitur in quęſtionibus, ſiue propoſitionibus de ſecundo adiacente.ens,quod ſignificat verum,collocatur in propoſitionibus de tertio adiacente:ſecundo differunt, quoniam ens,quod ſignificat eſſentiam rei,ponitur in quæſtionibus,quæ ſunt de decem generibus, ens,autem quod ſignificat verum,ponitur in quęſtionibus de accidentibus.Et dicitur etiam ens de eo,quod eſt in potentia,& de eo,quod eſt in actu:vt viſus, qui aliquãdo dicitur de eo,quod poteſt videre,& de eo,quod videtur:quoniam, nõ ſolum qui videt,videns appellatur,ſed etiam qui videre poteſt:nam ens de vtroque prædicatur:pari modo ens dicitur de eo,quod eſt extra animam,& de eo, quod eſt in anima,nam,de eo,quod in anima eſt, vt ſcientia, & ars:quę etiam ſunt duobus

Putauit Auicen. denoĩatiuum primo ſignificare ſubiectum, mox autem qualitatem, quod eſt error.

B

A modis:in actu,vt quando ſciens vtitur ſcientia:in potentia , quando habet vires ſciendi,& non vtitur eis : inartificialibus autem dicitur quod in lapide eſt iaclũ in potentia Mercurij,& ſimiliter illud,quod mouetur,eſt in potentia quieſcens, & actu mouetur:& ſimiliter illud,quod quieſcit eſt in potentia ad motum.&c.

Cum declarauit modos entis,quod eſt ſecundum accidens , incœpit declarare ſecundum quot modos dicitur ens eſſentialiter,& dicit.Et dicuntur entia , &c.i. & intendit per figuras genera prędicamentorum, ſcilicet dictiones ſignificantes genera prędicamentorum. Deinde dicit.ſunt enim ſecundum numerum , &c. id eſt dicitur enim ens ſecundum numerum,ſecundum quem dicuntur prędicamẽta. Deinde dicit.quędam enim,&c.id eſt & hoc nomẽ ens dicitur de omnibus, de quibus dicuntur prædicamenta:quia quod ſignificat hoc nomen ens, idem videtur cum eo,quod ſignificant dictiones prędicamentorum. Deinde numerauit prędicamenta,& dicit.Quędam igitur prędicamenta ſignificant quid, &c.id eſt & tacuit prędicamentum ſitus, & habitus propter abbreuiationem ſermonis,aut quia latent. Deinde dicit.& ſignificatio vniuſcuiuslibet iſtorum , &c.id eſt & ſignificatio vniuſcuiuslibet nominum nouem accidentium cum ſua ſignificatione ſuper illud accidens eſt ſignificatio ſuper vnum prædicamentum,ſcilicet prædicamentum ſubſtantię.non enim eſt differentia inter dicere in prædicamento

B qualitatis ꝙ homo eſt ſanus,& ꝙ homo eſt in ſanitate. Et intẽdebat per hoc notificare ꝙ nomen denominatiuum non ſignificat in propoſitione,cuius ſubiectũ eſt ſubſtantia,& cuius prędicamentum eſt denominatiuum. verbi gratia Socrates eſt albus,ſubſtantiam & accidens,aut ſubſtantiam,in qua ſit accidens . Sicut exiſtimauit Auicẽna:qui,cum vidit ꝙ hęc dictio albus ſignificat aliquid, in quo eſt albedo,ꝙ primo ſignificat ſubiectum,& ſecundo accidens . Sed eſt econuerſo.primo ſignificat accidens, ſecundo ſubiectum.accidens enim innatum eſt exiſtere in ſubiecto . Et , ſi eſſet ſicut dicit , ſcilicet ꝙ albus primo ſignificat corpus,tunc idem eſſet dicere Socrates eſt albus , ꝙ dicere Socrates eſt corpus album , & idem eſſet dicere corpus album & album corpus : & ſic in infinitum , quoniam, cum dicimus hoc vocabulum album , collocabitur in eo corpus . Et, cum dicit ꝙ hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis , dixit . & etiam ens ſignificat eſſentiam, &c.id eſt & hoc nomen ens etiam ſignificat illud,quod ſignificat dicere aliquid eſſe verum . Cum enim dicimus aliquid eſſe,demonſtramus ipſum eſſe verum , & quando dicimus aliquid non eſſe , demonſtramus ipſum non eſſe , ſcilicet ipſum eſſe falſum . Deinde dicit, & ſimiliter eſt in affirmatiua & negatiua , &c.& intendit per ens illud , quod ſonat verum aut ſimpliciter, aut compoſite , ſcilicet in quæſito ſingulari & compoſito . in propoſitione autem compoſita , ſicut dicimus quod Socrates eſt muſicus , aut Socra-

C tes non eſt muſicus : in quæſtione autem ſimplici , ſicut dicimus , vtrum Socrates ſit aut non ſit . & vniuerſaliter hoc nomen ens non ſignificat niſi verum. Deinde dicit. ſicut dicimus quod Socrates , & cæte. id eſt & ſimiliter in affirmatiua , cum demonſtrabimus eſſe per affirmationem , in qua eſt hęc copula,& demonſtrabimus eſſe ipſum verum. verbi gratia Socrates eſt muſicus . &, cum demonſtrabimus ipſum eſſe per negationem , demonſtrabimus ipſum non eſſe verum.verbi gratia Socrates non eſt albus.hoc enim demonſtrat ꝙ dicere ipſum eſſe album , non eſt verum. Et hoc intendebat, cum dicit , & dicere ꝙ Socrates non eſt albus , & hoc non eſt verum, id eſt & dicere ꝙ Socrates non eſt albus demonſtrat ꝙ dicere ipſum eſſe album non eſt verum. Sed debes ſcire vniuerſaliter ꝙ hoc nomen ens,quod ſignificat eſſentiam rei, eſt aliud ab ente,quod ſignificat verum.& ideo expoſitores diuerſantur in quęſito ſimplici,ſ.dicere verum aliquid eſt in ſecũdo Topicorum, vtrum collocetur in quęſtionibus accidentis aut generis.Qui enim intelligit de ente illud , quod eſt commune decem prędicamentis,dicit quod collocatur in quęſtionibus generis:& qui intellexit de ente illud,quod intelligitur de vero,d.ꝙ collocatur in quęſtionibus accidẽtis.D.d.& ſicut dicimus ꝙ diameter eſt ęqualis &c.& hoc eſt aliud exẽplũ, quo vtitur in hac intentione.i.ꝙ dicere ꝙ diameter eſt aſſymeter coſtæ , & hoc eſſe verũ ſignificat ꝙ diameter eſt ſymeter coſtę,eſt falsũ,Et itẽdebat diſtingue

Digreſsio, q̃ q̃rit vtrũ nomen denoĩatiuũ primo ſignificet ſubiectum, an accidens.

Op. Auicẽ. Impugna.

Nomẽ denominatiuũ primo ſignãt accidens, ſcdo ſubiectũ. Vide ꝓ hoc.7. Meta.18. & 19.com.Sed 1.Ph.25. & 2.de Ani.c. 8.videbis oppoſitum. Vide cõtra. Zim.

Documẽtũ. Ens, quod ſignificat eſſẽtiam rei , eſt aliud ab ente, qđ ſignãt verum,

re inter hoc nomen ens, quod significat copulationem in intellectu, & ꝙ significat essentiam, quę est extra intellectum. D. d. Et etiam quædam entia sunt potentia & quędam actu, id est & dicitur hoc nomen ens de ente, quod est actu extra animam, & de ente, quod est potentia. quędam enim dicuntur visa, quãdo videntur actu: & quędam dicuntur visa, quia possunt videri in actu. Et similiter sciens qñq; dicitur sciens, quando vtitur scientia: & talis est sciens in actu: & dicitur sciens, qñ non vtitur scientia, s. sciens in potentia propinqua. Et hoc intendebat cum d. & similiter est de scientia, &c. id est dicimus enim scientem illum, qui habet potentiam, qua vtitur scientia, licet non vtatur: & dicimus sciētē illũ, qui vtitur scientia, quando vtitur illa. D. d. & dicitur quiescens, &c. id est & similiter quiescens dicitur quiescens in actu, & est illud, quod quiescit: & dicitur quiescens in potentia, illud, quod non quiescit, sed habet potentiam, vt quiescat. D. d. & similiter inuenitur actus & potentia in substantia, & in forma. dicimus enim ꝙ in lapide est idolum Mercurij & semilineę. & hic fuit diminutio. & intendit ꝙ silr inuenitur actus & potentia in substantia, & in forma. dicimus enim ꝙ in lapide est forma Mercurij, & in potentia & actu. potentia aũt, quia habet naturam recipiendi formam Mercurij: actu vero quia recipit illam. D

Idem 2. de Ani, 54.

E

Caput Octauum. De Substantia.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1.
Vide contr. Zim.

Substantia dicuntur & simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia sunt, & vniuersaliter corpora, & quæ ex his consistunt animalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc vero omnia dicuntur substantia, quoniam nõ dicuntur de subiecto, sed de eis cętera. Alio vero modo quodcunque fuerit causa existentiæ, talibusque inexistens, quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali. Item quæcunque particulæ inexistens sunt in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur. vt superficie, corpus, vt quidam aiũt, & linea superficies. & vniuersaliter numerus videtur quibusdam talis esse. eo etenim perempto nihil esse, & omnia terminare. Item quod quid erat esse, cuius ratio definitio est, & hoc vniuscuiusque substantia dicitur. Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum vltimum subiectum, quod nõ dicitur de alio: & id, quod cum * quod quid sit, etiam separabile fuerit. tale vero cuiusq; forma & species. F

* hoc aliqd.

Dicitur substantia corpora simplicia, sicut terra, & ignis, & similia, & vniuersaliter omnia corpora, & quod ex eis constituitur ex animalibus, & idolis, & membris istorum. omnia enim ista dicuntur substantiæ, quia non dicuntur de subiecto, sed alia dicũtur de eis. Et dicitur etiam substantia alio modo illud, quod est causa essentiæ rerum, quæ dicuntur de subiecto, sicut anima animalium. Et etiam dicit substantia de illo, quod est subiectum animæ, & habentia definitiones, & significantia aliquid, & per quorum priuationem priuatur totum, sicut corpus superficie, & sicut quidam dicunt superficies lineæ, & omnes numeri. quidam enim existimant quòd istis priuatis nihil erit. Et etiam dicitur substantia illud, quod significat quid in omnibus rebus, & definitionem earum. & hoc est substantia cuiuslibet rei. Acci-

A dit igitur vt ſubſtantia dicatur duobus modis.quorum vnus eſt vltimum ſubiectum,quod non dicitur de alio:alius autem,quod ſignificat hoc demonſtratum,& eſt diſtinctum a rebus,ſicut forma cuiuslibet rei,& eius exemplar.

15

Subſtãtia dr̃ multis modis.

Subſtantia prima.

Determinato,quot modis dicitur vnum,& ens, hic determinat quot modis dicitur ſubſtantia: Vnde manifeſtum eſt quod ſubſtantia dicitur etiam multis modis.quoniam primo dicitur de omnibus corporibus.ſ.igne,aqua,terra,& aere,& de omnibus compoſitis ex eis:vt lapides,metalla,plantæ,& alia quæque,& de omnibus eorum membris:D.d.declarationem iſtorum per definitionem: quoniã omnia hæc dicuntur ſubſtantiæ,quæ non ſunt in ſubiecto, neque de ſubiecto dicuntur,ſed omnia de eis dicuntur,& hæ ſubſtãtiæ ſunt ſubſtantiæ primæ,& ſunt indiuidua ſubſtãtię,ſiue ſubſtantię ſenſibiles,quæ in prædicamẽtis primę ſubſtãtię nũcupantur:ſecundo modo ſubſtãtia dicitur, ſiue prædicatur de eo quod eſt cauſa eſſentię intrinſecę alicuius rei ſupradictæ in primo modo ſicut aĩa animalis,& etiã ſubſtantia dicitur de corpore animæ:tertio modo dicitur ſubſtantia de omnibus particulis integrantibus aliquod deſignatum,ſic ſunt membra,& termini eorum:vt linea, ſuperficies,quibus deſtructis deſtruitur totum,& dicuntur termini,eo quia ſuperficies eſt terminus corporis,& linea eſt terminus ſuperficiei,

Pũtus ẽ ſubſtantiali lineę ſecũdũ plato.

B & puncta lineæ,& ſecundũ opinionem platonicorum hi termini ſunt partes eſſentiales corporis,& omnium rerum.Vnde ſecundum iſtos punctus eſt ſubſtantia lineæ,& linea ſuperficiei,& ſuperficies corporis , eo quoniam manifeſtum eſt,quod ipſis peremptis,neceſſario corpus perimitur,vt manifeſte apparet ĩ operatione intellectus:quoniam,cum intellectus deſtruit puncta,linea non remanet, & ex conſequenti nec ſuperficies,nec corpus. & ſimiliter ſecundũ opinionem iſtorum,numerus eſt ſubſtantia omnium rerum, quoniam deſtructo numero nihil remanet:patet igitur,quod non eſt vnum,nihil eſt. patet etiam , quoniã omnia menſurantur numero, quo deſtructo reliqua deſtruuntur menſurata ab eo . quarto modo dicitur ſubſtantia de definitione cuiuslibet rei:patet,quoniam definitio ſiue quiditas comprehendit totam eſſentiam definiti,ſed tota eſſentia definiti eſt ſubſtãtia,ſequitur quod ſubſtantia prędicetur de definitione cuiuslibet rei, & vltimo reducit omnes modos ſubſtantiæ ad duos modos : quorum primus eſt ſubſtantia prima,quæ per ſe ſubſiſtit accidentibus, & eſt hoc aliquid, quod non dicitur de alio,& omnia de eo dicuntur & hoc eſt ab omnibus diſtinctum, ſed reliqua non diſtinguuntur ab eo. Secundus modus ſnbſtantiæ eſt ſubſtãtia multis cõmunicabilis,ideſt vniuerſalis,quæ de multis dicitur,& in multis eſt, vt ſpecies,& genera:& ad hunc motum reducitur quartus modus ſubſtãtię , & tertius modus reducitur ad primum modum ſubſtantiæ.

Definitio totã definiti eſſentiam cõprehendit.

Oĩa ſubſtãtiæ ſignificata reducuntur ad duo.

C

Subſtãtia ꝑ cõiad primã & ſecundã.

Subſtãtia de forma.

Vide 8.Ph. 30.

Subſtãtia de materia.

Cum determinauit quot modis dicitur ens,& vnum eorum,de quibus dicitur, eſt ſubſtantia,& ſubſtantia dicitur multis modis,incœpit etiã diuidere illos modos,& d.Et dicitur ſubſtantia,&c.ideſt & ſubſtantia dicitur de omnibus corporibus ſimplicibus,& de compoſitis ex his,vt mineræ,& plantæ,& animalia,& de membris iſtorum.Et,cum declarauit hoc per exemplum, incœpit declarare illud per definitionem,& d.omnia enim iſta,&c.& intendit neque in ſubiecto. & iſta eſt definitio indiuidui ſubſtantiæ.Et quaſi dicat ſubſtantia dicitur primo de illo,quod non dicitur de aliquo,neque eſt in aliquo,& alia dicuntur de eo.& hoc dicitur indiuiduum ſubſtantiæ. & hoc appellatur in prædicamentis prima ſubſtantia.Et forte intendit per hoc,quod d.de,aliquam intentionem in ea,& ſecundum hoc iſte ſermo continet primas ſubſtantias,& ſecundas. D.d. Et dicitur etiam &c.i.& hoc dicitur ſubſtantia de illo,per quod indiuiduum ſubſtantię fit ſubſtantia,ſcilicet de forma,per quam fit ſubſtantia, ſicut anima in animato. & dedit exemplum de anima,quæ eſt forma in ſubſtantia in actu, econtra de formis ſimplicium.Deinde dicit. Et etiam dicitur ſubſtantia de illo,quod eſt ſubiectum animæ,verbi gratia de corpore animalium.& hæc eſt ſubſtantia modo materiæ. Deinde dicit.& habentia definitiones,&c.i.& dicitur hoc nomen ſubſtãtia etiam de definitione & in rebus habentibus definitiones , Deinde dicit. &

Subſtãtia de definitione. Subſtãtia ꝑ oĩ, quo remoto, remouetur ſubſtantia.

per quorum priuationem, &c. i. & dicitur ſubſtantia de rebus, quæ ſunt priores D ſecundũ definitiones rebus ſenſibilibus, de quibus quidam opinantur illas eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium. quoniam, quando intellectus abſtulerit eas, auferentur cum eis res ſenſibiles, ſicut eſt diſpoſitio de corpore ſimplici cum corpore ſenſibili, & de ſuperficie cum corpore, & de linea cum ſuperficie. &, quia Ariſto. non opinatur hoc, dicit. quidam enim exiſtimant, &c. i. & quidam appellant iſtas ſubſtantias, quia exiſtimant ꝙ illud, per cuius priuationem ſecundum intellectum priuatur aliquid, debet eſſe ſubſtantia illius. & ideo appellauerunt iſtas ſubſtantias. vnde quidam fingunt numerum eſſe ſubſtantiam entium. Deinde dicit. Et etiam dicitur illud ſubſtantia, quod ſignificat quid, &c. i. & dicitur ſubſtãtia de illo, quod datur ad interrogationem factam per quid in vnaquaque rerũ, & hæc eſt ſubſtantia cuiuslibet rei. D. d. Accidit igitur vt ſubſtantia, &c.

Caput Nonum. De Eodem, Diuerſo & Differenti.

Hęc duo ſequẽtia Capita. 9. & 10. Auer. nõ hẽt in hac cõmẽtatione. Vide ipſum in Epi. Tractatu. 1.

EAdem vero, quædam ſecundum accidens dicuntur. vt album, & muſicum idem, quoniam eidem accidũt: ac homo & muſicum, quoniam alterum alteri accidit. B muſicus vero homo, quoniam muſicum homini accidit. vtrique vero hoc, & huic vtrunque illorum. etenim homini muſico & homo, & muſicum idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc vniuerſaliter non dicuntur. non enim eſt verum dicere quòd omnis homo idem & muſicum. vniuerſalia nanque per ſe exiſtunt, accidentia vero non per ſe, ſed de ſingularibus ſimpliciter dicuntur. idem enim videtur Socrates, & Socrates muſicus eſſe. Socrates enim non de multis. quare nõ dicitur omnis Socrates, ſicuti omnis homo. quædam igitur ita dicuntur eadem. Quædam vero per ſe, ſicuti & vnum. etenim quorũ materia, aut ſpecie, aut numero vna, eadem dicuntur: & quorum ſubſtantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam eſſentiæ eſt, aut plurium, aut cum vt pluribus vtatur. vt puta cum dicat ipſum ſibi ipſi idem. vt duobus enim ipſo vtitur.

Diuerſa.

Diuerſa vero dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ. & omnino diuerſum dicitur oppoſite ad id, F quod idem dicitur.

Differentia.

Differentia vero dicuntur, quæcunque diuerſa ſunt, cum idẽ quid ſint, modo non ſint idem numero, ſed aut ſpecie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuerſum genus, & contraria, & quæcunque diuerſitatem in ſubſtantia habent.

Expo. med.

DIſtinctis noĩbus, ſubiectũ huius ſciẽtię ſignificãtibus, hic incipit diſtinguere noĩa ſignificãtia partes eius, quę ẽt ſunt cõſideratę in hac ſciẽtia: & ſunt idẽ, & diuerſum: quorũ vnũquodq; dr̃ multis modis: qm̃ idem dr̃ ſecundum ſe, & ſecũdum accidẽs, ſicut & vnũ, quia idẽ non addit ſupra vnũ, niſi relationẽ ad diuerſum. idẽ ſcd̃m accidens dicitur tribus modis: vno modo de duobus accidentibus, qñ inſunt vni ſubiecto, vt albũ, & Muſicũ, quę in ſunt vni, & eidẽ homini: ſecũdo modo aliqua dicũtur idem. ſ. qñ homo, & muſicũ ſunt idẽ videlicet, qñ dicimus qđ iſta cõuerſio eſt vera, ſortes eſt muſicus, muſicus eſt ſortes: nã hic dicitur qđ ex accidente &, ſubiecto fit idẽ: Tertio modo aliqua dicũtur idem in genere vel ſpecie, qñ dicimus animal eſt muſicũ, muſicũ eſt animal, vel homo eſt albus, albus eſt homo, qm̃ oẽs hæ prędicationes ſunt veræ per accidens, quia

Quid intendat ĩ hac pte philoſophus. Idẽ ſcd̃m accidens tripliciter dictũ.

A prædicatum est idem cum subiecto per accidens, & hoc est de his, quæ idem sunt secundum accidens: idem autem secundum se dicitur multis modis: primo enim dicitur de naturali ente, posterius de artificiali, de naturali enim idem dicitur, vt de his, quorum materia est vna, aut specie, aut numero, vt cera, & sæuum, quæ sunt idem in liquando ad ignem, plumbum quoque & stagnum similiter idem sunt in materia metallica liquabili per ignem: & breuiter illa sunt idem, quorum materia est vna, siue accipiatur materia secundum speciem, siue secundum materiã, quoniam omnes modi, quibus aliqua dicuntur idem reducuntur ad duos modos: quorum vnus est secundum quod dicuntur vnum illa, quorum materia est vna, aut speciẽ aut numero. Secundus modus est secundum quod dicuntur vnum illa, quorum substantia est vna, aut ratio est vna, aut indiuisibilitas rationis est vna. exemplum primi modi est, quando dicimus omnes homines esse idem specie, aut quod vnus homo idem est sui ipsius numero. exemplum secundi modi est, vt lapis, & planta. quæ sunt idem secundum substantiam: vel vt intelligentia, & homo, qui sunt idem secundum esse aliquod in quo conueniunt, aut sunt idem secundum esse reale, tamen intellectus vtitur eo vt pluribus, quando non intelligitur relatio nisi inter duo extrema: vt cum dicitur aliquem idem esse sibi ipsi. & in hoc intellectus vtitur eo, quod est idem secundum rem, & duobus secundum relationem: alias eiusdem

Idẽ secdm se dicitur multis modis.

Relatio nõ intelligitur nisi ĩter duo extrema.

B ad se ipsum relationem assignare non posset: & sic patet quod relatio semper requirit duo extrema, aut secundum rem, aut secundum intellectum tantum: & hoc modo secundum intellectum tm̃ idem dicitur simpliciter, ꝙ secus est quãdo aliqua duo dicuntur idem genere vel specie, si enim relatio identitatis esset res aliqua præter illud, quod idem dicitur, tunc res, quæ relatio est, cum sit sibi ipsi idem, haberet relationem, & sic in infinitũ: & hoc in relatione reali intelligitur, quoniam de relatione, quæ est per intellectum tantum nihil prohibet: quoniam, cum intellectus reflectitur super suum actum, tunc se intelligere intelligit, & sic in infinitum: Deinde dicit. Diuersa enim dicuntur quot modis dicitur idem: quoniam diuersum eidem opponitur. Sed cum idem dicatur quinque modis, igitur diuersum dicitur quinque modis. Primo modo enim aliqua dicuntur diuersa numero, vt sor: & Plat. Secũdo aliqua specie diuersa dicuntur, vt bos, & agnus, Tertio aliqua dicũtur genere diuersa, vt homo, & Planta, Quarto aliqua dicuntur diuersa, quæ secundum rationem substãtiæ ęquiuoca sunt. Quinto diuersa aliqua esse dicuntur, quarum definitiones sunt diuersæ, vt Plato, & hoc albũ: Differẽs quoque multis modis dicitur. vno modo secundum numerum, vt sor. & Ioannes. alio modo secundum speciem, vt homo, & bos, aut secundum genus, vt planta, & cœlum, quæ differunt genere: & vniuersaliter illa dicuntur genere differre, quæ nullo modo conueniunt: alio modo aliqua dicuntur differre propor

Diuersũ tot modis dicitᷣ, quot idem.

C tione, vt dupla proportio, & tripla, & similia his. Deinde dicit & omnia dicuntur differentia, quorum non solum genus est diuersum, sed contraria: & omnia habentia in substantia diuersitatem, & vniuersaliter quæ sunt differentia, sunt diuersa, sed non conuertuntur.

Commentum vacat.

Cap. Decimum de simili & dissimili, de oppositis, contrariis, diuersis, & eisdem specie.

Similia dicuntur, & quæ idem passa sunt. & quæ plura eadem quam diuersa passa sunt. & quorum qualitas vna. ac secundum quæcunque contrariorũ alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. Opposite vero similibus dissimilia dñr.

Similia.

Dissimilia.

Vide Auer. i Epit. Tractatu, 1.

Oppoſita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio, & ha D
bitus, & ea, ex quibus, & in quæ vltima. vt generationes & corruptio
nes, & quæcunque ſuſceptiuo amborum non contingit ſimul adeſſe,
hæc opponi dicuntur, aut ipſa, aut ex quibus ſunt. fuſcum nanque &
album ſimul eidem non inſunt. quare ea, ex quibus ſunt, opponuntur
ipſis. Contraria dicuntur, quæ non poſſunt ſimul eidem adeſſe, cũ eo
rum ſint, quæ ſecundum genus differunt. & quæ plurimum differũt,
cum in eodem genere ſint. quæue plurimum differunt, cum in eodẽ
ſuſceptiuo ſint. ac etiam quæ plurimum differunt, cum eorum ſint,
quæ ſub eadem potentia ſunt. & quorum differentia maxima, aut ſim
pliciter, aut ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem. Cætera vero cõ
traria dicuntur, quædam, eo ꝙ talia habent: quædam, eo ꝙ ſuſceptiua
talium ſunt: quædam, eo quòd actiua aut paſsiua talium ſunt, aut agẽ
tia, aut patientia, aut abiectiones, aut ſumptiones, aut habitus, aut pri
uationes ſunt horum, ac talium. Cum autem vnum & ens multipli E
citer dicatur, neceſſe eſt, vt cætera quoque, quæcunque ſecundũ hæc
dicuntur, ſequantur. quare & idem, & diuerſum, & contrarium vt ſe
cundum vnumquodque prædicamentum diuerſum ſit. Diuerſa vero
ſpecie dicuntur, quæcunque, cum eiuſdem ſint generis, non ſunt ſub
alterna. & quæcunque, cum in eodem genere ſint, differentiam habẽt.
& quæcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Contraria quoq;
diuerſa ſpecie inuicem ſunt, aut omnia, aut quæ primo dicuntur, &
quorum in vltima generis ſpecie rationes diuerſæ. vt homo & equus
indiuidua genere, rationes vero eorum diuerſæ. & quæcunque, cum
in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent. Eadem vero ſpecie
ſunt, quæcunque his oppoſite dicuntur.

Contraria. Diuerſa ſpecie. Eadem ſpẽ.

Expo. med.

Poſtquam poſuit nomina ſignificantia ſuper partes ſubſtantiæ, ſubiecti huius
ſcientiæ, conſequentur ponit nomina ſignificantia ſuper qualitates eius, & dicit,
ſimilia dicuntur tribus modis. vno modo, quando aliqua plura in aliqua paſsio
ne efficiuntur ſecundum ſpeciem, ſimilia dicuntur illa etiam paſſa: quamuis cotã F
paſsiones ſint ſpecie differentes: & ſimilia ſimiliter ſunt, quorũ qualitas eſt vna,
& ſimilia vniuerſaliter omnia, quæ ſecundum plures qualitates generales ſimul
conueniunt. Vnde ſimilitudo eſt rerum diuerſarum qualitas eadem: vnde illa in
differentia omnia ſunt, iſta autem in æqualitate, vt in figura trianguli artis paruę
explicitum eſt. oppoſita vero horum ſunt diſsimilia, quę tot modis dicũtur, quot
ſimilia prædicantur. Deinde dicit quot modis dicuntur oppoſita, quæ dicuntur
contraria, & quatuor modis dicuntur. vno modo dicuntur contrarie, contradicto
rie, relatiue, & ſecundum priuationem, & habitum, vt in prædicamentis dictum
eſt: deinde poſt duas regulas, ſecundum quas poteſt cognoſci aliqua eſſe oppoſi
ta, & dicit quod oppoſita cognoſcimus per comparationem ad motum, quoniam
in quolibet motu, & in omni mutatione terminus a quo opponitur termino ad
quem, quapropter omnia, ex quibus eſt mutatio, & in qua eſt motus opponũtur,
vt patet in omni generatione, quia generatio albi eſt ex non albo, & ignis ex
non igne, aqua ex non aqua, & compoſitum ex ſimplicibus. Secunda regula
eſt per comparationem ad ſubiectum: quod eſt, quoniam quæcunque nõ poſſunt
ſimul eſſe eidem ſubiecto, oportet vt ſe opponantur adinuicem, ſicut Album, &
Nigrum, quæ non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. licet ſecundum genus
inſint vt aliter album, & aliter nigrum, rationale animal & irrationale: & ideo

Simile tribus dr̃ modis. Similitudo quid. Cõtraria q̃tuor modis. Idem in 3. par. prædic. cap. 1.

A homo, & equus non possunt de eodem prædicari, quia habent in se contrarias differentias, vt rationale, & irrationale, pallidum, & album: quoniam pallidum componitur ex Nigro, quod opponitur albo, & non tantum dicit eidem suscepti bile, propterea quia sunt aliqua, quæ non possunt esse simul in eodem subiecto, non propter contrarietatem, quam habent, sed propter subiectum, quod non est susceptibile eorum, sicut albedo, & Geometria, quæ non insunt in equo simul. Deinde dicit contraria sunt duobus modis: vno modo improprie, alio modo proprie. Contraria improprie sunt illa, quæ possunt adesse eidem, licet differant secundum genus, vt quantum, & quale. Sed contraria proprie sunt illa, quæ sunt vnius generis, quæ in tribus conueniunt. videlicet in genere, in subiecto, & pote state: & ideo secundum hæc tria dicit quod illa, quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem genere, dicuntur contraria, vt album & nigrum in genere co loris: & iterum illa, quæ plurimum differunt in eodem subiecto susceptibili exi stentia sicut sanitas, & ægritudo, & similiter quæ plurimum differunt in eadem potestate, vt congruitas sermonis, & incongruitas: & vniuersaliter omnia ea, quorum differentia maxima est, vel simpliciter, vel in eodem genere, vel in eadem specie sunt contraria, & per simpliciter intellexit contraria secundum locũ vt terminus a quo, & terminus ad quem: & per genus, intellexit differẽtias specificas generum diuisiuas: & per species intellexit accidentales differẽtias, qui-

B bus indiuidua vnius speciei differunt inter se. & Aliqua alia dicuntur contraria secundo modo propter habitudinem, quam habẽt ad illa, quæ principaliter sunt contraria: & hoc duobus modis: vno modo, quia habent contraria in actu, vt ignis, & aqua, quæ dic untur contraria: alio modo quoniam sunt contrariorum susceptibilia in potentia, vt sanabile, & ægrotabile: vel quia sunt actiua vel passiua contrariorum in potentia, vel ęqualiter contrariorum agentia, & patientia in actu: vel quia sunt abiectiones, siue acceptiones cõtrariorum, vel etiam habitus, & priuationes eorum: & causa, quare contraria dicuntur multipliciter est propter hoc, quoniam ens, & vnum dicuntur multipliciter, quare oportet vt omnia ea, quæ collocantur sub eis, etiam dicantur multipliciter per habitudinem, quam habent ad illa: quare idem & diuersum, & contrarium simul coincidunt secundum vnam quãque prædicationem. i. secundum decem prędicamenta: D. dicit quod aliqua etiam sunt diuersa primo secũdum esse: vt illa, quæ sunt diuersarum specierum sub vno genere generalissimo, & non sunt subalterna, vt scientia & albedo. hæc enim duo dicuntur diuersa primo modo. Secundo modo dicũtur diuersa quæcunque sub eodem genere diuiduntur ad inuicem per differentiam, siue differentiæ sint contrarię, siue non, vt bipes, & quadrupes: tertio modo diuersa sunt quæcunque per differentias diuisiuas generis diuiduntur, vt in accidente, album, & nigrum, quę diuiduntur per congregatiuum, & disgregatiuum visus. in

C substantia vero vt homo, & equus, qui diuiduntur per rationale, & irrationale, & hic est quartus modus. quinto modo dicuntur diuersa quæcunque sunt vnius speciei, specialissimæ habentia accidentia diuersa: vt homo, & Socrates: quorũ naturæ sunt contrarię vt communicabilitas hominis, & incõicabilitas Socratis.

Cõtraria p prie, & improprie.

Cõtraria simpliciter, secũdũ genus, & scdm specie que sint.

Cõtraria cur multiplr dicantur.

Diuersa quot modis dicantur.

Commentum vacat.

Caput Vndecimum. De Priori & Posteriori.

Priora, & posteriora dicũtur, uno quidẽ modo tanquã aliquo primo & principio in quoque genere existente, quod propinquius est principio cuidam determinato, aut simpliciter & natura, aut ad aliquid, aut ubi, aut ab aliquibus. Vtputa quædam secũdũ locum, eo qđ propinquiora sunt alicui loco natura determinato medio uidelicet, aut

Vide Auer. in Epi. Tra cta. 1.

vltimo, aut ad quoduis. Quod vero remotius, eſt poſterius. Quædã D ſecundum tempus. aliqua enim, eo quòd remotiora a nunc ſunt: vt de eis, quæ facta ſunt. quæ enim in Troia fuerunt, priora ſunt his, quæ apud Mediam facta ſunt, quoniam remotius a nunc diſtant. aliqua vero, eo quòd propinquiora ipſi nunc ſunt: vt de futuris. prius enim feſtum, quod apud Nemeam futurũ eſt, quam quod apud Delphos, quoniam propinquius ipſi nunc eſt, vt principio, & primo ipſo nunc poſito. Quædam ſecundum motum. quod enim propinquius primo mouente eſt, prius eſt: vt puer viro. etenim quoddam & hoc ſimpiiciter principium eſt. Quædam ſecundum potentiam. quod enim excellit potentia, & fortius eſt, prius eſt. tale vero eſt, cuius electionem, vt alterũ, & quod poſterius eſt, ſequatur neceſſe eſt, ita vt non mouente illo, non moueatur, & mouente moueatur. electio enim principium eſt. Quædam ſecundum ordinem. hæc vero ſunt, quæcunque ab aliquo vno determinato ꝓportionaliter diſtant. vt in tripudiis qui ſecundum locum obtinet, prior eſt eo, qui tertium B tenet,* & paranete, quam nete. illic enim tripudii ductor, hic vero media principium eſt. Hæc itaque hoc modo priora dicuntur. Alio vero modo, quod cognitione prius, tanquam & ſimpliciter prius. Horum autem aliter ea, quæ ſecundum rationem, atque ea, quæ ſecũdum ſenſum. Secundum enim rationem vniuerſalia priora, ſecundũ vero ſenſum ſingularia. Et ſecundum rationem accidens toto prius. vt muſicum homine muſico. non enim erit ratio tota abſque parte. tametſi non contingit muſicum eſſe, ſi non ſit aliquis muſicus. Item priores dicuntur paſsiones priorum, vt rectitudo læuitate. iſta enim lineæ per ſe paſsio, hæc vero ſuperficiei. quædam igitur ita priora & poſteriora dicuntur. Quædam vero ſecundũ naturam, & ſubſtantiã, quæcunq; contingunt abſq; aliis eſſe, iſta vero ſine illis minime: qua diuiſione vſus eſt Plato Cum autem ipſum eſſe multipliciter dicatur, primo quidem ſubiectum eſt prius, propter quod ſubſtãtia prior. F Deinde aliter quæ ſecundũ potentiã, & quę ſecundũ actum. quędam enim ſecundũ potentiã priora ſunt, quædam vero ſecũdũ actum. veluti ſecũdũ potentiã quidẽ dimidia quã tota, & particula quã totum, & materia quã ſubſtantia. ſecundũ actũ vero poſterior, diſſoluto etenim ſecundũ actum erit. Quodam modo igitur omnia, quęcũque prius & poſterius dicuntur, ſecundum hæc dicuntur. Quędam enim ſecundũ generationem contingit abſque aliis eſſe, vt totum partibus. quædam vero ſecundum corruptionẽ, vt pars toto. ſimiliter ẽt cętera.

* penultima q̃ vltima.

Dicuntur quædam ante, & poſt, tanquã primum ens & principiũ in vnoquoque genere, & quod eſt proximum alicui principio terminato, aut modo ſimplici, aut naturaliter, aut modo relationis, aut vbi, aut quando, aut quia ſunt, ſicut dicimus illa, quæ dicuntur ante ſecundum locum, qui eſt proximus alicui loco terminato, verbi gratia loco medio, aut vltimo, aut naturaliter, aut caſu. Et remotum di-

A citur post. Et ẽt dicitur ante secũdum tẽpus, aut in præterito, & est il-
lud, quod est remotius ab instanti. sicut bella Troianorum fuerũt an-
te bella Medorum. & in futuro, & est illud, quod est præsenti propin
quius alio modo. sicut dicimus ꝙ fuit Clitus ante Hirinum, quia est
propinquior præsenti. & præsenti vtitur hoc, tanquam primo, & po-
steriore principio. Et dicitur ante secundũ motũ illud, quod est pro-
pinquius ad motorem. sicut puer, qui est ante virum secundũ motũ.
& ista principia sunt modo simplici. Et dicitur ante scd̃m potentiam,
vel virtutem, sicut dominus ante dominatum. dominus enim, quia
est superior, in potẽtia dicitur ante. & ẽt illud, quod est fortius, dici-
tur ante. & tale illud est, quod coget alterum sequi suam voluntatẽ,
ita ꝙ, si illud, quod est ante, nõ mouetur, non mouebitur illud, quod
est post, & si mouebitur, mouebitur. & voluntas est initiũ hic. Et dicũ
tur ante scd̃m ordinẽ illa, quę adunãtur in se scd̃m relationẽ ad aliq̃d
vnũ, & diuersant scd̃m definitionẽ, sicut dicimus ꝙ stãs est secũdus in
B propinquitate ante tertiũ, & neuma, quod dr̃, i. barbatica, mediũ acu
torũ est ante mediũ discretorũ. in illis. n. est principiũ illud, quod stat
capite, in istis est neuma, qđ est mediũ. ista igitur dicũtur ante secũdũ
hunc modũ. Et dr̃ ante alio modo illud, quod ante per scientiã est, &
dr̃ etiã ante modo simplici. Et ẽt dicit ante scd̃m definitionẽ, & sen-
sum. Secundum aũt definitionẽ illud, quod est ante modo vniuersa-
li. scd̃m vero sensum res particulares. Et scd̃m definitionẽ vniuersali
ter ẽt accidens ante totũ. sicut musicus ante hoĩem musicũ. totum. n.
non erit penitus sine parte: & cũ hoc impossibile est vt musicus sit, si
nõ fuerit aliquis musicus particularis. Et ẽt dicũtur ante passiua, si-
cut res, quæ sunt ante, sicut rectitudo & ęquitas. vnũ. n. istorũ est pas-
siuum lineę per se, & aliud superficiei. quędã. n. dicuntur ante, & post
scd̃m hos modos. Et quædã dicũtur naturaliter & substantialiter, &
sunt illa, quæ possibile est vt sint, & non alia: illa autẽ non erunt, ne-
C que ista. & ista diuisione vtebatur Plato. Et cũ ens igitur dr̃ multis mo
dis, dicitur primo secũdũ subiectum, quod est ante, & per quod sub-
stantia erit ante. Et dicitur alio modo, qui sunt in potẽtia, & in actu,
sicut dicimus. potentia aũt est, sicut medietas est de toto, & pars de
toto, & materia de substantia. actu vero, sicut illud quod est post. erit
enim, postquã dissoluit in actu quoquo modo. Omnia igit, quę dicũ
tur ante & post, scd̃m hos modos dicuntur. Et quędã possibile est vt
sint, & non alia, sicut totum & partes. & quædam sunt possibilia vt
corrumpantur, & non alia, sicut definitio totius & alia similiter.

Ante, & post sunt dictiones, quibus comprehenduntur ordines rerum in vno-
quoque prędicamẽto: quod est, qm̃ illud, quod est primũ principiũ in vnoquoque 16
genere, vt in genere substantię, est primũ principiũ, qm̃ pręest cæteris in illo ge
nere: & similiter in omnibus alijs generibus: in omni genere principiorum est
dare vnum ante, omni alio terminato principio: vnde principium primum, de
quo dicitur ante, dicitur multis modis. vno modo dicitur ante de primo simpli-
citer, & est illud, quod est primũ in genere principiorũ. Secundo modo dicitur

In omni gñe principiorũ ẽ de re vnũ ante.

Ante quot modis dr̃.

de eo, quod naturaliter est primum, vt aliter est prius homine. Tertio modo dici- D
tur ante de eo, quod est primum secundum relationem, vt Pater prior est filio,
& Dominus seruo. quarto modo dicitur ante de eo, quod prius est secundum lo-
cũ, vt ignis sursum, et terra deorsum. Quinto modo dr̃ ante de eo, qđ est primũ se
cundum tempus, & quod magis distat a presenti, vt Troianum bellum, quod bel
lo mædorum fuit prius. Sexto dr̃ ante de eo, quod primum est secundum esse, vt
puer dicitur habere esse propinquum generationi quam senes, ideſt Puer prior
est sene secundum esse. Septimo dr̃ ante omne illud, quod primum est secũdum
dignitatem, vt Rex dicitur prior dignitate in regno suo, & vniuersaliter dicitur
prius omne illud, quod cæteris fortius, ac dignius est, & est illud, quod cogit po-
sterius, vt eius voluntas pareat voluntati suæ, quoniam posterius nullo modo
mouetur, nisi prius eum moueat, quia ad motum prioris posterius mouetur: &

Principium ante & post est uolũtas,

ideo principium ante, & post hic enumeratum, est voluntas: quoniam voluntas
debilioris voluntatem fortioris insequitur: & etiam omnia illa, quæ congregan-
tur inuicem secundum relationem, dicuntur priora & posteriora, sed in respectu
alicuius in eis positi: vt in militum exercitu, in quo secundus miles est ante ter-
tium ratione ordinis in respectu primi, & talis cantilena est ante aliam in ordi-
ne, & respectu alicuius primæ cantilenę: vt cãtus est prior tenore, & acutus gra

Prius cognitione quot modis dr̃.

ui: & secũdum quoque cognitionem dicitur prius & posterius, sed tribus modis, E
videlicet aut secundum intellectum, aut secundum sensum, aut secundum defini-
tionem: secundum intellectum, vt vniuersale prius est particulari: secundum sen
sum vt totum est pars partibus: secundum definitionem, vt genus & differentia
est prior sua specie, quoniam omne constituens est prius constituto: & similiter
secundum definitiones accidentales accidens est prius in definitione rerum com
positarum ex substantia & accidente: quoniam partes sunt priores suo toto: &

Inter passiones est prius et posterius,

& cum accidens in hmõi definitionibus sit par, & similiter substantia, sequitur
quod accidens sit prius suo definito: & similiter passiones dicuntur ad inuicem
priores, & posteriores, cum passio subiecti prioris sit prior passione subiecti po-
sterioris, vt manifestum est in passionibus quantitatis continuæ: cum rectitudo,
quæ est passio lineæ prior sit planicie: & dixit prioris subiecti, quoniam linea
est prior sua rectitudine, & superficies sua leuitate, siue planicie: & cum omnis
linea est prior superficie, sequitur quod passio lineæ est prior passione superfi-
ciei: & declarat quæ sunt priora secundum naturam, & sunt illa, quæ esse sine
alijs possunt, & sine quibus alia nequeunt esse. hoc pacto linea prior est superfi-

Prioritatis gña quinq;.

cie, & superficies prior corpore, quo modo prioritatis vsus est Plato in vniuersa
libus, ideſt in fine libri prædicamenti: & sunt quinque genera famosa, videli-
cet prius natura, tempore, ordine dignitate, & facilitate: cum autem ipsum ens
pluribus modis dicatur quia de decem prædicamentis: & cum ens sit subiectum F
aliorum nouem prædicamentorum, quod est substantia: & subiectum antecellit
illud, cuius est subiectum: sequitur quod substantia antecedit omnia accidentia: et
similiter ens, ex quo fit, est prius ipsa substantia: & simili modo ens in potentia
est prius ente in actu, quoniam potentia est sicut dimidium, quod est duplum in
potentia & pars, quæ est in potentia totum, & materia, quæ substantia in poten-

In gñatione partes p̃cedunt totũ, in corruptione uero ecõuerso.

tia est: actus enim, posterius vnumquodq;, eorum est: & hoc contingit, cum com
positum vt intellectus dissolutum erit in materiam & formam, & sciet ipsum cõ-
poni ex his duobus: quare, quæ priora & posteriora dicuntur, ea omnia quodam
modo secundum hunc modũ potentiæ, & actus dicuntur: nã in generatione sub-
stantiarum partes prius potentia, quam tota generantur, tota vero actu prius quã
partes: in corruptione vero, econtrario: & intelligit per totum, & partes genus,
& species: & per partem, & totum species, & genus.

Et vnum eorum, de quibus dicitur ante & post, est illud, quod est principiũ pri
mum in vnoquoque generũ. verbi gratia principiũ in genere substantiæ, & in
alijs generibus. & vniuersaliter dicitur ante de omni principio terminato, & de
omni, quod est propinquius alicui, scilicet principio terminato. D.d. aut modo
simplici, & c.i. & primum principium, de quo dicitur, & de cuius propinquo an-
te, aut est primum simpliciter, aut naturaliter, aut secundum relationem, aut secũ
dum

A dum locum, aut secundum tp̄s, aut secundum suum esse. D. dedit exemplū de illo, quod est prius scd̄m tempus, & d. Et etiam dr̄ ante secundum tempus, &c. i. & illud, quod est prius in tp̄e preterito, est illud, quod magis distat a presenti. sicut dr̄ ꝙ bellum Troianum fuit ante bellum Medorū. D. d. & in futuro est illud, quod est presenti propinquius, &c. i. & prius in tpe futuro est econtra priori in tpe præterito. prius enim in tempore futuro est propinquius presenti, sicut dr̄ presenti in preterito: aut est remotius a presenti, sicut Agamenon a Cesare. D. d. & presenti vtitur hoc, tanq̄ primo, & posteriore principio. i. in priori & posteriori. nō enim est principium naturaliter, sed positione. D. d. Et dicitur ante secūdum motū, &c. id est & intendit per primum motorem primam generationem hominis. puer. n. est propinquior prime generationi viro. D. d. & ista principia sunt modo simplici, &c. i. & ista initia, in quorum respectu dicitur post & ante, sunt initia simpliciter non secundum relationem, sed alio modo. D. d. Et dicitur ante, &c. i. & dicimus ꝙ dn̄s est ante dominatum, quia dn̄s est in digniori ordine. & vr̄r dr̄ ante, illud, quod est fortius & dignius, & est illud, quod cogit illud, quod est post, ut uoluntas eius consequatur voluntatem suam, adeo ꝙ, si illud, quod est prius, nō moueatur, non mouebitur illud, quod est post. & initium, secūdum ꝙ dicitur ante & post, est voluntas. qm̄ s. voluntas debilioris consequitur voluntatem fortioris. &
B hoc intendebat, cum d. & voluntas est initium. D. d. Et dicuntur aut secundum ordinem, &c. i. ꝙ illa, que existunt insimul, non possunt imaginari priora & posteriora, nisi respectu alicuius positi in eis, tanq̄ vnum & principium, s. considerando suum ordinem de illo, & suum ordinem adinuicem. Dicimus enim in acie hominum ꝙ secundus est ante tertium in respectu primi, qui est in capite, & sil'r dicimus ꝙ tale neuma est ante tale in respectu alicuius primi in eis neumatibus. D. d. diuersantur secundum definitionem. i. & diuersantur secūdum definitiones, & nomina in respectu illius vnius. illud enim, quod consequitur illud vnum, dicitur secundum, & quod consequitur secundum, dicitur tertium, & indifferenter, siue differant in nominibus, & definitionibus habitis, secundum ꝙ sunt aut conueniunt. non enim habent ante & post nisi secundum ordinem: ordo autem nō fit nisi respectu alicuius primi positi aut subintellecti. D. d. Et dicitur ante alio modo. & d. hoc. quia illud, quod est notius apud nos, s. prius in cognitione, non est prius in esse. & ideo iste modus est alius a prioribus modis. D. d. Et etiam dicitur ante secundum definitionem, & sensum, &c. i. & illa, que dicuntur ante secundū comprehensionē, diuersantur ab intellectu & sensu. in *intellectu enim notius est vniuersale q̄ particulare: in sensu aūt econuerso. D. d. Et secundum definitionē accidens ēt, &c. i. & accidēs etiam prius est in definitione rerum compositarum ex substantia & accidente. definitio enim compositi ex istis constituitur ex istis
C duabus partibus, s. substantia & accidente, & partes cuiuslibet sunt priores illo, quia sumuntur in ipsa definitione. v. g. ꝙ homo & musicus sunt priores definitione hominis musici. & cum hoc homo est prior musico: musicus enim nō erit nisi homo fuerit. D. d. Et etiam dicuntur ante passiua, &c. i. & dicitur ꝙ passiua passionibus proprijs sunt ante passiones & accidētia. sicut dr̄ ꝙ superficies est ante hanc passionem propriam, que dicitur leuitas: & ꝙ linea est ante rectitudinem, que est propria passio linee. D. d. quedam igitur dicuntur ante & post, &c. i. specierum igitur prioris & posterioris quedam sunt ista, que determinauimus. Et quedam dicuntur priora naturaliter: & sunt illa, que cum fuerint, nō sequitur vt posteriora sint, & si posteriora fuerint, illa erunt. & hoc intendebat, cum dixit. & sunt illa, que possibile est vt sint, & non alia. D. d. & ista diuisione vtebatur Plato. & innuit ꝙ hec diuisio, qua ipse vsus fuit in priori & posteriori, est quam dixit in fine predicamentorum, s. quinq; genere famosa, & non est dubium ex hac diuisione, Hec dicta diminuuntur hic primum in dignitate, sicut diminuitur ex illa diuisione prius in cognitione. D. d. Et cum ens igitur dicitur multis modis, &c. i. & cum hoc nomen ens dicitur de decem predicamentis, ens, quod est subiectum aliorum nouem entium, est ante omnia entia: & ens, ex quo fit substātia, est ēt ante substantiam: & sil'r ens in potentia est prius ente in actu. D. d. exēplum de vtroq; ente, & d. potentia aūt est sicut dimidium, quod est duplū in po-

Ordo nō fit nisi respectu alicuius primi positi aut ītellecti. Idē 1. Ph. c. 41. contra Thomistas.

* In ītellectu notius ē vl'e q̄ particulare cōtra Noīales. cōsidera tn̄ instantiā. 12. Meta. cō. 4. Vide contr. Zim.

tentia. & sic pars, quę est totum in potentia. & similiter materia, quę est substantia in potentia. actus vero, cum refertur huic, videbitur posterius. & hoc contingit, quando intellectus dissoluerit compositum in materiam & formam, & sciuerit ipsum componi ex his duobus. D.d. Oĩa igitur, quę dicũtur ante, & post, &c. id est & isti modi, quos numerauimus, determinant omnes modos prioris & posterioris. D.d. Et quędam possibile est vt sint, & non alia, &c. id est & priorum quędam possibile est vt sint, & non sint posteriora, & quædam possibile est vt corrumpantur, & non corrumpantur posteriora, & istæ sunt causæ, ad quas consequuntur causata. Et videtur tacere consequentia propter manifestationem eorum. Et intendit per totum & partes genus & species, & per partem & totum speciem & genus. D

Caput Duodecimum. De Potentia, & Impotentia.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1.

Potentia dicitur, quædam quidem principium motus, aut transmutationis in altero, prout alterum est. vt ædificatiua potentia est, quæ non inest ædificato. sed ars medendi cum sit potentia, inerit vtiq; in eo, qui sanat, sed non prout sanatur. Quædam igitur omnino principium trãsmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum est. Quędam vero ab altero, aut prout alterum est: secundum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quandoq; igitur, si quodcunq; pati possibile est, dicimus illud posse pati: quandoq; vero non secundum oẽm passionem, sed si ad melius. Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut secundum electionem. aliquãdo enim eos, qui solum ambularunt, aut dixerunt, non aũt bene, nec vt proposuerunt, non dicimus posse dicere, aut ambulare. similiter quoq; de pati. Item quicunq; habitus, secundum quos impassibilia omnino, aut immutabilia sint, aut non facile ad deterius moueantur, potẽtiæ dicuntur. franguntur nanq;, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter posse, sed propter non posse, & in aliquo deficere. impassibilia vero a talibus sunt, quæ propter potentiam & posse, & aliquatenus se habere vix & parum patiuntur. Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoq; vno quidem modo dicetur, quod motus, aut transmutationis principium habet. etenim sedatiuum potens quid est in altero, aut prout alterum est. Alio vero, si quid eius aliud talem potentiam habet. Alio vero, si quid ad quodcunq; transmutetur, siue in peius, siue in melius potentiam habeat. etenim quod corrumpitur, videtur possibile esse corrumpi. aliter non corrumperetur, si impossibile esset. nunc autem habet quandam dispositionem, causam, & principium huiuscemodi passionis. quãdoq; enim, propterea quòd habet, quandoq; propterea quòd priuatur, tale videtur esse. Quod si priuatio habitus quodammodo est, omnia, propterea quòd habent, profecto aliquid erunt. æquiuoce autem dicimus ipsum ens. Quare, propterea ꝙ habet habitum quendam, & principium, possibile est, & propterea quòd habet huius priuationem, si

De Possibili.

B

E

A possibile est priuationem habere. Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuam. Item hæc omnia, aut eo quòd solum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eò quòd bene. etenim inanimatis etiam talis potentia inest, vt instrumentis. aliquam enim posse sonare lyram aiunt, aliquam minime, si non bene sonans est. Impotentia vero potentiæ priuatio est, & quędam talis principii oblatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus est habere, aut & cum natura aptus sit iam habere. non enim similiter dicent impossibile esse puerum generare, & virum eunuchum. Item vtrique potentiæ est impotentia opposita, & ei, quę solum motiua, & ei, quę bene motiua est. Impossibilia quoque quædam secundum hanc impotentiam dicuntur, quædam alio modo, vti possibile, & impossibile impossibile quidem, cuius contrarium necessario verum est. veluti diametrum commensurabilem esse, impossibile est, quoniam falsum huiuscemodi est, (De Impotētia.)
B & cuius contrarium nō solum verum, sed necessarium quoq; est, vt ꝙ incommensurabilis sit. commensurabile igitur non solum falsum, sed necessario etiam falsum est. Ipsum vero possibile huic contrarium, cum non sit necessarium, contrarium falsum esse. vt sedere hominem possibile est, non enim necessario non sedere falsum est. possibile itaque vno quidem modo significat, vt dictum est, quod non necessario falsum est: alio vero, ipsum verum esse: alio autem, contingens verum esse. Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur possibilia, non secundum potentiam. Quæ autem dicuntur, secundum potentiam, omnia ad primam vnam dicuntur. hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est. cætera nanque possibilia dicuntur, quædam, eo ꝙ eorum aliquid talem potentiam habet: quædam, eo ꝙ non habent. quædam, eo ꝙ sic habent. Similiter etiam impossibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profecto erit, principium transmutatiuum in altero,
C prout alterum est.

Potentia dicitur multis modis, Dicitur enim potentia principium motus, aut transmutationis in alio, secundum quòd est aliud. sicut ars ædificandi, quæ est potentia, & non est in eo quod ædificatur. sed ars medicinæ est potentia, & est in eo qui sanatur, sed non secundum ꝙ sanatur. Principium igitur vniuersale transmutationis, & motus dicitur potentia in alio, secundum quòd est aliud. Et dicitur potentia illud, per quod possibile est vt aliquid moueatur ab alio, aut secundū ꝙ est aliud. Et ēt illud, per quod patiī aliquid, in quo facta est aliqua actio ab eo, qđ agit in ipso, & habet potentiam patiendi quod est bonū, & conuenientiam ad recipiendum. Et etiam dr̄ potētia, per quod aliquid fit melius, & actio fit sc̄dm ꝙ oportet. sicut dicunī potētes homines, q̄ possunt in bonitate sermonis, & illi, q̄ sermocinanī non sc̄dm ꝙ oportet, non dicunī esse potentes. & similiter est in passione etiam,

Et etiam dr̄ potentia in omnibus entibus, quibus res non patiuntur D
omnino, nec tranſmutant, aut quibus motus rerum nō erunt ad priora. omne enim, quod frangitur, & deſtruitur, aut corrumpitur aliqua corruptione, accidit ei hoc, non quia habet potentiam, ſed quia non habet potentiam, aut quia diminuitur ab eo aliqua potentia. & dicuntur non tangibilia iſta, in quibus difficilis eſt tactus, aut quorū tactus eſt æqualis propter potentiam exiſtentem in eis: & quia ſunt potētia aliquo modo. Cum igiē potentia dicatur his modis, potens ēt dicit vno modo illud, quod habet principium motus, aut tranſmutationis in alio, ſecundum ꝙ eſt aliud. Et alio modo dicitur potēs illud, quod habet potentiam talem, quæ alicuius eſt, quod eſt aliud. Et etiā illud, quod habet potentiam, vt trāſmutetur in aliquid, aut in peius aut in melius. quod enim corrumpitur, exiſtimatur eſſe potens ad corrumpi. & niſi hoc eſſet, non corrumperetur, ſ. niſi haberet hanc potentiā. ſed tamen habet aliquam diſpoſitionem, & cauſam, & principium ut B
recipiat talem paſsionem. & forte exiſtimatur eſſe ſecundum hanc diſpoſitionem, quia habet aliquid, aut quia forte habet priuationem, illius. Et cum non eſſe igitur eſt eſſe aliquo modo, omnia igitur habentia aliquid ex quo, dicuntur modo æquiuocationis, & per quod dicuntur potentia. Non enim dicitur ꝙ aliquid habet hanc priuationem niſi in tempore, in quo poſsibile eſt vt ſit illa priuatio. Et, cū non habuerit potentiam illius, tunc dicetur habere aliquid principiū corrumpens aliud. Et etiam omnia iſta accidunt, quia accidit aut ſola generatio, aut non generatio, aut bonitas generationis. iſta enim potentia eſt in rebus inanimatis, ſ. in inſtrumētis. dicimus enim ꝙ quędam inſtrumenta. v. g. illud, quod lutina loquitur, & quædam non loquuntur, cum non fuerint boni ſoni. qm̄ impotentia eſt priuatio potentię. Et initium, quod eſt ſimile dicto, aut modo vniuerſali, aut illud, quod habet naturam recipiendi generationem, & in tempore in quo habet naturam recipiendi. non enim ſunt ſimiles ſermones, dicētes ꝙ impo E
tentia eſt puerum generare, & caſtratum. Et etiam vtraq; potentiarū habet impotentiam oppoſitam in ſitu illi, quę mouet tantum, & illa per quam fit motus melior. Et ſecundum impotentiam dicuntur res non habere potentiam. & dicuntur res alio modo potentes, & nō potentes. dicitur enim impotēs illud, cuius contrarium eſt verū neceſſarium. vt diametrum eſſe ſymetrum coſtę, non habet potentiam, quia hoc eſt falſum. ſuum aūt contrarium non ſolummodo eſt verum, ſed neceſſarium. ſymeter igitur non eſt tm̄ falſum, ſed falſum neceſſariū. Et contrarium huic eſt potens, & non eſt neceſſarium, ſed contrarium huic eſt falſum. quoniam, ſi hominem ſedere eſt potentia, non eſt neceſſarium tamen: ergo non ſedere eſt falſum. Potentia igitur ſignificat alio modo falſum, quod nō eſt neceſſariū: & alio modo ſignificat eſſe verum: & alio modo illud eſt poſsibile vt ſit verū. Et modus tranſumptionis in Geometria potentiæ. Iſta igitur dicuntur poſſe, nō

A in potentia. Quæ aũt dicuntur in potentia omnia dicunt̃ in reſpectu
primi vnius, ſ. principii tranſmutationis in alterum, ſecundum ꝙ eſt
alterum. Alia enim dicuntur potentia, quia quędam habent talẽ po-
tentiam, & quædam non: & quædam habent iſtam potentiam, ſcdm
quòd oportet. Et ſimiliter illa, quæ non habent potentiam. Definitio
igitur, quæ eſt primæ potentiæ, eſt principium tranſmutationis in alte
rum, ſecundum quòd eſt alterum.

Potentia ẽt dicitur multis modis: dr̃ enim potentia principium motus, aut trãſ-
mutationis in alio, ſcdm quod eſt aliud, i. in cã agente per ſe. qm̃ principium agẽ 17
di, mouendiue non poteſt eſſe in eo, quod patitur, & mouetur per ſe. ſed bene põt
eſſe per accidens, qualis eſt ędificandi facultas, q̃ quidem potẽtia eſt nõ in eo, qđ Potẽtia mul
ędificatur atq; extruitur, ſed in ędificatore & ſtructore: per accidens vero, in eo tipliciter dr̃.
quod mouetur, & tranſmutatur, põt eſſe principium motus, vt medendi facultas,
quę poteſt ẽt eſſe in ęgroto, qui medicamenta ſuſcipit atq; ſanatur, non quo me-
dicus agens eſt, ſed quo ęgrotat: vnde ſicut accidit medico ęgrotare, ita accidit ſe
B ipſum curare, & ſic paſſum per accidens põt cum agente coincidere, & ideo di-
xi: ſcdm quod eſt in aliud: & hoc modo potẽtia primo modo ſumpta dr̃ pro prin Paſſum per
cipio mouendi vel tranſmutandi aliud, quatenus eſt aliud: ſecũdo mõ dr̃ de prin- accidẽs põt
cipio paſsiuo, ſcdm quod patitur aliquid ab agente, qm̃ eadem potẽtia actu patiẽs cũ agẽte co-
dr̃, et aptum pati: actu patiẽs dr̃ a potẽtia paſsiua, aptum pati ſilr̃ dicetur a potẽtia incidere.
paſsiua. ſed differunt, qm̃ patiens ſemper dr̃ patiens a potentia: quod aũt pati po-
teſt, non ſemper a potentia, ſed qñq; ab impotentia: & hęc potentia ſecundo mo
do eſt duobus modis: vno modo ad melius: alio modo ad peius: vt potens in ſer-
mone, & in opere, qui in aliquibus ſcdm melius ſe habet, et in aliquibus ſecundũ
peius: & hęc potentia eſt quaſi genus in prędicamento qualitatis, & eſt ſecunda
ſpecies qualitatis. & vl̃r hoc nomen potentia dr̃ quinq; modis: vno modo de po
tentia actiua. ſecundo modo de paſsiua potentia. tertio modo dr̃ de potente ad be
ne agendum, vt orator potens ad bene loquendũ. quarto modo dr̃ de eo, quod be Potẽtia q̃n-
ne contrarijs reſiſtit, vt corpus temperatũ. quinto modo dr̃ de eo, quod paſsionẽ que modis
non recipit, vt terrę centrũ, quod potens eſt ad reſiſtendum omni motui, ita quod dicitur.
propter hoc dr̃ carere cauſis motus in omni genere motus: vel ſubſtantia ſepara
ta, quę potens eſt ad non eſſe tangibilem de illo, quod eſt potens ad expellendũ
nociuum: cũ ergo declaratũ ſit quod hoc nomen potentia prędicatur ſecundum
iſtos modos, oportet ẽt quod potens ẽt dicatur ſecundum iſtos modos: vno modo
C dicitur potens ille, qui habet poſſe tranſmutãdi aliquod in aliud: vt ignis, qui põt
tranſmutare lignum in cinerem. ſecundo modo dr̃ potens omne id, quod potens
eſt ad reſiſtendũ: vt aurum, quod manẽdo in igne, nunq̃ ab eo diminuitur, cõpa-
rando ipſum ad alia metalla, q̃ recipiunt diminutionem ab igne. tertio modo dr̃ Potens dr̃ ẽt
potens aliquod eſſe, cũ eſt in potentia tranſmutandi ſe in aliud ab alio in peius, quinq; mo-
aut in melius: & affert exemplũ, corruptibile enim vr̃ poſsibile corrumpi: qm̃, ſi dis.
non eſſet poſsibile corrumpi, nõ corrumperetur: & tñ cum hoc habet principiũ
& cauſam, vt talem paſsionẽ recipiat, & tale principium eſt ipſa natura in eo: D.
d. & cũ non eſſe ſit eſſe, neceſſe eſt dicere, quod priuatio potentię tot modis di-
catur, quot modis dr̃ habitus. Cũ oppoſitorũ eadem ſit diſciplina: vnde impoten
tia, quę eſt priuatio potentię, dr̃ multis modis ſecundũ ęquiuocationẽ: & pari mo Oppoſitorũ
do potentia, q̃ opponitur ei, qm̃ non dr̃ aliquid habere hanc priuationem niſi in eſt eadẽ di-
tpe, in quo eſt poſsibile vt in eo ſit talis priuatio. v. g. homo dr̃ carere potentia ſciplina.
ambulandi, qñ caret potẽtia ambulandi, in tempore, in quo eam habere deberet:
vt patet in paralitico hoĩe, qui impotens eſt ad ambulandũ: propter quod neceſ- Impotentia
ſe eſt quod in tali hoĩe, vel ente ſit aliud principium, quod corrumpit illã ambu- dr̃ multis mo
landi potentiã, vel quod facit priuationẽ talis potentię in tali ente: et in omnibus dis.
iſtis accidit aut ſola generatio, aut non generatio, i. priuatio generationis, aut bo
nitas generationis, & iſta potentia non ſolũ eſt in rebus animatis, ſed ẽt in rebus
inanimatis, vt in inſtrumenti, quorum ſoni ſequuntur modulationes hominum:

nam aliquos dicunt bene posse sonos emittere, alios non posse, si non sint sonori: D
& hoc prouenit ex impotentia, quia impotentia est priuatio potentię: & alio mo
do dr̄ impotentia vt sit ablatio habitus pro certo tempore in subiecto apto habe
re: vt priuatio generandi in puero, hęc.n.inest non simplr̄, sed toto tpe Pueritię,

Priuatio generationis i puero, & in Eunucho æquiuoce dr̄.

& silr̄ in homine Eunucho, q̄muis ęquiuocę, qui priuatur potētia generandi ēt in
tpe, quo est aptus habere, & sic oīs potētia passiua ordinē habet ad aliquam acti
uam, cū sint noīa relatiua, potentia enim dr̄ de necessario affirmato, impotentia
vero de necessario negato. D.d. & impossibile dr̄, cuius contrarium est verū de
necessitate, vt Diametrum quadrati esse cōmensurabilē eius lateri est impossibi
le: quia hoc est tale falsum, cuius contrarium non solum est verum, sed ēt necessa
rium, quod quidem est esse non cōmensurabile. & propter hoc esse cōmensura
bile est falsum de necessitate: & hoc est īpossibile. q̄m possibile sequitur ad po

Impoīe sequitur impotentiam. Quot modis dr̄ possibile.

tentiā, & impossibile ad impotentiam: ideo tot modis dr̄ possibile, quot modis dr̄
potentia: & non solū possibile, & impossibile reperitur in rebus, sed ēt in propo
sitionibus, quare vno modo dr̄ possibile illud, qd̄ est falsum, sed non de necessita
te. Scdo modo dr̄ possibile illud, qd̄ est verū, sed non ex necessitate. Tertio mō
dr̄ possibile illud quod licet nondū sit uerum, tn̄ contingit secundū propositionē
esse verū: sed impossibile dr̄ illud, cuius de necessitate suū contrarium est verū.

Hoc cōmētū multa nō exposita relinquit.

Deinde d. Et ēt illud per quod patitur, & c.i. & ēt dr̄ potentia de principio, per 5
quod patitur aliquid ab agente aliquam actionē in eo passione meliori & conue
nientiori ad recipiendū illam actionem. Et d. hoc, quia patientia ab aliis quędam
patiuntur ad melius: & hoc dn̄r habere potentiam. & quędā ad peius: & hoc non
dicuntur habere potentiam. D. d. Et etiam dr̄ potentia & c.i. & dr̄ potētia de for
ma & habitu, per quas aliquis agit bona actione. sicut dr̄ ꝙ illi, qui bene sermo
cinantur, habent potentiam in bono sermone. bonitas.n. inuenitur in potentiis

Bonitas inuenitur ī potētijs actiuis, & passiuis.

actiuis & passiuis. & dn̄r habere potentiam alio modo a duobus modis narratis.
hoc enim est quasi genus eorum. Sunt igitur quatuor modi, secūdum quos dr̄ hoc
nomen potentia. D. induxit modum quintum, & d. Et etiam dr̄ potentia in omni
bus entibus, & c.i. & dr̄ potentia de formis, et habitibus, quibus res non recipiūt
passionem & transmutationem, & vlr̄ non facile mouentur ad peius, sed corru
ptionem & diminutionem. oīa.n. quę franguntur, & vlr̄ quę facile transmutātur
ab extrinsecis, accidit eis hoc, non quia habent potentiam, sed quia diminuitur
ab eis potentia aliqua: & ista potentia est genus qualitatis, quę dr̄ naturalis potē
tia vel impotentia. D.d. & dicuntur non tangibilia, & c.i. & ista, in quibus exi
stit potentia, & cum dn̄r non tangibilia, i. non potentia apud contactum, q̄m diffi
cile patiuntur ab eis: immo alia, a quibus tanguntur, magis patiuntur propter po
tentiam in istis. D.d. & quia sunt potentia aliquo modo. i. & hoc nomen potētia
dr̄ de istis, quia existit in eis principiū potens, i. expellens ab eis. D.d. Cum igi
tur potentia dicatur de istis, & c.i. & cum declaratum est ꝙ potentia dr̄ secūdum
istos modos: ergo subiectum potentię dr̄ secundum istos modos. Dicitur.n. primo
modo illud, quod habet principiū transmutationis in alio, scdm ꝙ est aliud. D.d.
Et alio modo dr̄ potens, & c.i. & dr̄ potens alio modo illud, quod habet potētiā,
qua patiatur ab alio. D.d. Et ēt illud, quod habet potētiam, vt transmutetur, & c.
id est, & ēt dr̄ potentia illud, in quo existit principiū, quo possibile est vt trāsmu
tetur ab alio in aliud, & illud aliud aut erit peius, aut melius. D.d. quod enim cor
rumpitur, & c. i. & dr̄. in eo, quod transmutatur ad peius, quod habet potētiā. q̄m,
si illud, quod transmutatur ad corruptionē non haberet potentiam, non transmu
taretur. v.g. ꝙ, si illud, quod corrumpitur, non haberet potētiam in corruptione,
impossibile esset vt corrumperetur. Et cum ita sit, ista habent dispositiones in se,
& causas, & principia, quibus recipiunt trāsmutationem. D.d. & forte existima
tur, & c.i. & illud, quod dr̄ potens, dr̄ quia existimatur habere aliquā dispōnem,
qua sit potens in illud: & illud, quod dr̄ non habere potentiam, dr̄ quia existima
tur carere dispositione, qua sit potens. D.d. Et cum non esse est, & c.i. &, cū priua

Priuatio est aliquis habitus. Vide ꝓ

tio, qua dr̄ aliquid non habere potentiam, dr̄ multis modis secundū ęquiuocatio
nem, quia priuatio est aliquis habitus, manifestum est ꝙ impotētia dr̄ multis mo
dis secundum ęquiuocationem, & similiter potentia, quę opponitur ei. D.d. Nec

A enim dr̄ ꝙ aliquid habet hanc priuationem, nisi, &c.i.&,cum dicimus aliquid non habere potentiam in hoc,s.aliquid carere dispositione, qua sit potens, hoc dicimus in tpe,in quo habet illam priuationem.v.g.ꝙ homo non dr̄ non habere potentiam ad ambulandum,nisi in tpe,in quo caret potentia,qua possit ambulare.D.d.Et,cum non habuerit potentiam illius.i.qm̄ in tempore,in quo in aliquo existit priuatio potentię,in illo existit aliud principium, quod corrumpit illam potentiam,& quod facit priuationē. D.d.Et ēt omnia ista accidunt.i.& cōe est istis omnibus,ꝙ propter oīa ista,s.potentias & priuationes, accidit aut generatio,aut non generatio,aut bonitas generationis.Et,quia per hoc,quod dixit,non gn̄atio,intēdebat priuationem,& malitiam generationis,incœpit declarare hoc. & dixit.ista.n.potentia est in rebus,&c.i.& dicimus non generationē,intelligē do malitiam.quia manifestum est in idiomate Gręco ꝙ malitia actionis demonstratur per priuationem actionis.& hoc manifestum est non tm̄ in potentijs animatis,sed ēt in inanimatis.instrā enim,quorum soni sequuntur modulationes hominum,quędam dicuntur loqui,& quędam non, intelligendo non bene sonare. D.d.qm̄ impotentia est priuatio potentię.i.qm̄ malitia prouenit ex impotentia: & impotentia est priuatio potentię.D.d.Et initium,quod est simile dicto,&c.i.et initium,quod est simile prędicto,s.de quo dr̄ potentia & impotentia,aut demonstrabit intentionē cōem omnibus modis potentiarum,aut non potentiarum: aut
B solummodo demonstratur per hanc potentiam illud,quod habet potentiam naturaliter,& in tempore,in quo habet potentiā, & per non potētiam demonstratur illud,quod caret potentia in tpe,in quo caret potentia,aut de omnibus,de quibus dicitur non habere potentiam.hoc enim multipliciter narratur.dicere enim puerum non habere potentiam generandi & virum perfectum castratum non habere potentiam generandi,non significat idem.D.d.Et ēt vtraq; potentiarum,&c. id est,& hoc debet esse ita,s.ꝙ potentię sunt tot,quot impotentię.quia omne,qđ dicitur potens,habet oppositum,quod dicitur impotens.v.g.& omne habens potentiam aliquam potentiarum mouendi,habet oppositū proprium,quod dr̄ impotentia,& scdm illum modum mouendi.D.d.Et secundū hanc impotentiam dicūtur res non habere potentiā.i.secundum has intentiones, quas numerauimus, dr̄ potentia & impotentia in rei veritate.D.d.& dn̄r res,&c.i.& secundum trāsumptionem dr̄ potentia,& non potentia de alijs non considerandis hic, sed dicūtur ęquiuoce cum prędictis,quę attribuuntur vni rei.D.incœpit numerare ista & dicit,dr̄ enim impotens, &c.i.& intendit per hunc sermonem ꝙ potentia dicitur de necessario affirmato,& non potentia de necessario negato,econtra dispositioni,& potentię & impotētię,quę dicuntur possibiliter.& d.dr̄ enim impotēs,&c. id est qm̄,qn̄ fuerit dictum de illo, quod non potest in Geometria, ꝙ est potens
C erit falsum:& suum contrarium,quod est verū,erit verum necessarium.v.g.ponere diametrum costę symetrum,hoc erit falsum & impossibile:sed suum oppositū erit verum semper. Et hoc intendebat,cum d.vt diametrum esse symetrum, &c. D.d.suum aūt contrarium,id est contrarium aūt huius propositionis,s.ꝙ diametrum est potens,s.ꝙ diametrum non potest non esse aliquod verum, sed verum est semper.D.d.symeter igitur non est tm̄ falsum, &c.i.dicere enim diametrum esse symetrum non est tm̄ falsum,sed falsum necessarium,non possibile. Et,cum declarauit ꝙ falsum in istis est falsum necessarium,& verū verum necessarium, incœpit notificare ꝙ econuerso est impotentia vera, & d.Et contrariū huic est potens,&c.i.& dicere potens in rei veritate,& est illud,quod est in rebus naturalibus potens,& dicere posse est ecōuerso Geometrię.cū enim dixerimus in rebus aliquibus possibilibus aliquid esse & fuerit verū,tunc suum contrarium erit falsum,non semper,sed quod potest esse verū.D.d.qm̄,si hominem sedere, &c. id est qm̄,si hominem sedere fuerit potentia,antequam existet in actum, non tm̄ ipsum sedere est necessarium,sed potest transmutari.D.d.ergo non sedere est falsum.i.& cū sedere non est necessariū, ergo dicere de sedente ipsum esse non sedentē,dum sedet est falsum:sed possibile tm̄ est vt sit verum.D.d.Potentia igitur significat,&c.id est vera igitur potentia est illa,q̄ qn̄ res,in qua pōt,fuerit posita in actu qn̄ potest,erit falsum,sed non falsum necessarium, sed falsum possibile,s.

hoc.10.Me. tex.c.15. & 2.Ph.cō.15. & quę ibi.

Potētię sunt tot,quot impotentiæ.

ꝙ posſibile eſt in verũ reuerti. D. d. & alio modo ſignificat, &c. i. & verũ & fal D
ſum, quę inueniuntur in impoſsibili, ſunt alio modo ab eis, quę inueniuntur in ne
ceſſario. & potentia non dr̃ vere niſi in poſsibilibus. in Geometricis aũt dr̃ ęqui
uoce ſcd̃m tranſumptionẽ. D. d. Iſta igitur. i. iſta aũt, quę dicũtur potentia in Geo
metria, non vere dñr, ſed tranſumptiue, illa aũt, de quibus dr̃ hoc nomen poten-
tia, in rei veritate, ſ. res mobiles, omnia dñr ſecundũ ſimilitudinẽ ad illud, de quo
dr̃ hoc nomen potentia in hoc genere principaliter: & eſt principium in re, per
quod innatum eſt agere in aliud, aut pati ſub alio ſecundũ ꝙ aliud. D. d. Alia. n.
dñr potentia, &c. i. potentia aũt, quę dr̃ de rebus, quæ ſunt generis paſsionis ab
illo, dicitur, quia hoc accidit eis, quia in eis exiſtit potentia, ſicut potentia vera
agens. & dr̃ hoc nomen impotentia de rebus, quę ſunt velocis paſsionis ab alijs,
quę carent potentia vera. & dr̃ potentia naturalis q̃nq; de eo, quod habet verã
potentiam agentẽ, ſecundum ꝙ oportet, ſ. in fine bonitatis. Et hoc intendebat cũ
d. quędam habent iſtã potentiam, ſecundũ ꝙ oportet. & per totũ hoc intendebat
ꝙ hęc noĩa potentia & impotentia, quę ſunt genera qualitatis, dñr his modis pp
hoc, ꝙ habent in ſe aliquid ex eo, de quo dr̃ nomen in rei veritate, ſ. de potẽtijs
agentibus in aliud, ſecundum ꝙ eſt aliud, & patientibus ex alio, ſecundum ꝙ eſt
aliud. D. d. Definitio igitur, quæ eſt, &c. i. definitio vera, quę eſt primę potentię
prior omnibus definitionibus eorũ, de quibus dr̃ hoc nomen potentia, eſt defini-
tio, dicens ꝙ eſt principium tranſmutationis in alterũ, ſecundũ ꝙ eſt alterũ. E

Potentia in Geometricis eſt tranſumptiue, ſed in rebus mobilibus reperitur vere.

Caput Decimumtertium. De Quanto.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1. ſub ca. de accidẽte. Vide cõtradictio. Zim.
*** hoc aliqd.**

QVantum dr̃, quod eſt in ea, quę inſunt diuiſibile, quorũ vtrunq;, aut ſingulum vnũ quid, & * quod quid aptum eſt eſſe. Multitudo igitur quantũ quid, ſi numerabilis eſt: magnitudo vero, ſi mẽſurabilis. Dicitur aũt multitudo quid ẽ, quę potentia diuiſibilis eſt in non continua: magnitudo vero, quę in continua. Magnitudinis aũt, quę quidẽ ad vnũ continua eſt, longitudo: quę vero ad duo, latitudo: quę autem ad tria profunditas eſt. Horum aũt multitudo quidem finita numerus, longitudo vero linea, latitudo aũt ſuperficies, profunditas vero corpus eſt. Item alia per ſe quanta quædã dicunt, alia ſecundum accidens. vtputa linea quidem quãtum quiddam per ſe eſt, muſicum vero ſecundũ F
accidens. Eorum vero, quę per ſe ſunt: quædam ſcd̃m ſubſtantiã ſunt: vt linea quantum quiddam. in definitione nanq;, quod quid eſt dicẽti, quantũ qddam ineſt quędam paſsiones, & habitus huiuſcemodi ſubſtantię ſunt: vt multum & paucũ, longum & breue, latũ & ſtrictũ, profundum & humile, graue, & leue, & cętera quoque huiuſcemodi. Sunt aũt magnum etiam & paruum, maius & minus, tam ſcd̃m ſe, q̃ ad ſeinuicem dicta quanti per ſe paſsiones. transferuntur autẽ & ad alia iſta nomina. Eorum aũt, quę ſecundum accidens dicunt quanta, quoddam ita dicit, vt prædictum eſt, quod muſicum, & album quantũ eſt: eo ꝙ illud, cui inſunt, quantum quid eſt. Quędam, vt motus & tẽpus. & hęc enim quanta quædam & continua dicunt, eo ꝙ illa diuiſibilia ſunt, quorum hæc ſunt paſsiones. dico autem non quod mouetur, ſed quo motum eſt. etenim quoniam illud quantum eſt, & motio eſt quanta. tempus autem, propter illam.

A Dicitur quantitas illud, quod diuiditur in res, quę sunt in eo, quorũ vnũquodque, aut vnum habet naturam, vt sit aliquid vnum. Et dicitur multa quantitas illud, quod numeratur: & magna quantitas illud, quod mensuratur aliqua mensura. Et dicitur multum illud, quod diuiditur secundnm numerum in rebus discretis: magnum autem est illud, quod diuiditur in rebus continuis. Et magnitudo continua secundum vnam partem est longitudo, & secundum duas latitudo, & secundum tres est profundum. Et multitudo ex istis rebus finitis est numerus, & longitudo etiam linea, & latitudo in superficie, & profundum in corpore. Et etiam quantitatum quędam dicuntur per se, & quędam per accidens. verbi gratia linea est quantitas per se, musicus autem per accidens. Et quantitatum, quę dicuntur per se, quędam est substantia, sicut linea. est enim aliqua quantitas in definitione, quę significat quid sit aliqua quantitas,
B & quędam sunt pasiones, & essentię talis substantię: sicut multum & paucum, & longum & breue & latum & strictum, & profundũ & tenue, & leue & graue, & alia similia. Et etiam magnum & paruũ, & maius & minus, dicuntur esse pasiones quantitatis per se, cum secundum sermonem referantur. per se autem ista sunt nomina, quę transmutantur, & de aliis etiam. Quantitates autem, quę dicũtur per accidens, quędam dicuntur sic, sicut dicitur ꝙ musicus est quantitas, & album etiam. illud autem, cuius sunt, habet aliquam quantitatem. Et quędam dicuntur sicut motus & tempus. ista.n. dicta sunt quantitates continuę. illa.n. quorum istę sunt pasiones, diuiduntur. & dico non motum, sed quo mouetur. quoniam, quia illud est quantitas, & motus etiam est quantitas, et tempus etiam propter motum.

CVm superius disseruisset de substantia. hoc in loco quanti multiplicem 18
intellectũ exponit, & primo quid quantum sit, & dicit quantũ est illud,
C quod diuisibile est in ea, quæ insunt, quorum vtrunque, aut singulũ horũ habet vnam naturam, vt sit aliquid vnum: & hæc definitio ostendit diuisionem quãtitatis in continuam, & discretam quantitatem. qm̃ omne diuisibile aut diuiditur in partes indiuisibiles: vt numerus, qui diuiditur in vnitates indiuiduales ideo est quantitas discreta. aut diuiditur in partes diuisibiles, & est quãtitas continua, quæ magnitudo est. Multitudo enim quantum discretum quoddã est, quia numeratur per vnitates numerales. Magnitudo vero quantitas cõtinua est, cũ magnitudo in partes continuas mensurabilis sit. Hæc igitur est differentia, quod quantum discretum sit numerabile, continuum vero mẽsurabile: & ideo omne, quod in res indiuisibiles diuiditur, numerus est: & omne illud, quod in res diuisibiles diuiditur, Magnitudo est. Deinde enumerat species magnitudinis, & dicit magnitudo, quæ vna ex parte continua est tantum, linea est, quæ in longũ solum continua est: si vero ex duabus latitudo* est, quæ in lõgum, & latus continua est, & superficies appellatur: At ea, quæ ex tribus partibus continua est, corpus est, quod ex his tribus dimensionibus constat, sine quibus corpus esse nõ potest: superficies, vero duas tm̃ dimensiones habet videlicet latam, & longam: linea vero vnam tantum habet dimensionem, ita quod linea est magnitudo lõga sine latitudine, superficies vero est magnitudo, longa, & lata, sine profunditate: Corpus vero est magnitudo longa, lata, & profunda: & quantum alio modo diuiditur videlicet in quantum per se, & in quantum per accidens, quantum vero

Definitio quanti.

Quod numerabile, quodue mensurabile sit.

* Latitudo ꝑ supficie.

Quãtũ in ꝑ se, & ꝑ accidens diuidit.

per ſe eſt, vt linea, ſuperficies, & corpus: atque item numerus per ſe, ac proprie D
quantum eſt, Muſicũ vero, & albũ per accidens quanta ſunt: qm̃, iccirco quanta vocantur, quia alicui quanto accidunt, cum ſuapte natura talia vere nõ ſint: vt, ſi quis ad diuiſionẽ continui album diuidat: D. dicit & eorum, quæ per ſe quanta ſunt, alia quidem quãta ſunt per propriam ſubſtantiam, ita quod in ratione ſubſtantiali & eſſentiali eorum ponatur quantitas. Alia vero per ſe quãta ſunt, quę ſe habent per modum affectus, & eſt quantitas contingens quantitati per ſe: & ſunt paſsiones proprię, & affert exemplũ vt multum & paucũ, quę numeri ſunt affectiones: longum, & breue, quæ lineę affectiones ſunt: latum, & anguſtum, quæ ſuperficiei: atque profundum, quę viciſsim corporis affectiones ſunt: ſitus quoq;, & priuatio eius, leue, & graue, paruũ, & magnũ, maius, & minus, & hijs ſimilia paſsiones quantitatis per ſe fore dicimus: & licet paſsiones iſtę quantitatis ſint ei eſſentiales, nihilominus, cum ſe inuicem reſpiciuntur, videntur collocari in prędicamento relationis: quare videtur quod relatio accidit quantitati, & alijs prędicamentis: D. d. & quantitas, quę eſt quantitas per ſe, dicitur de continua, & de alijs, ita quod ens videtur prędicari de quantitate per ſe, ac de alijs paſsionibus quantitatis, vt de ęquali, & inęquali, & ſimilibus: D. d. eorum autẽ, quę per accidens quanta dicuntur, ſunt duobus modis: vno modo non ſecundum quod inſequitur ad magnitudinem, vt muſicũ & album. alio modo ſecũdũ quod inſequitur, vt motus, & tempus: nam motus conſequitur ad magnitudinem, & ad B
ſuam diuiſionẽ diuiditur, & tempus conſequitur motum, ideo dicuntur paſsiones quanti, & nõ ſubſtantia eius, quoniam ſi non eſſet magnitudo neq; motus, neq; tempus eſſet: & ſi motus non eſſet, ſimiliter non eſſet tempus, qm̃ tempus ad motũ conſequitur, & ſimiliter ſpatium: quare, propter hoc tempus, & ſpatiũ in prędicamento ſunt quantitatis, & ideo motus menſuratur tempore, & ſpatio.

Quę ſint q̃titatis paſsiones.

Quãtũ p accidẽs duobus modis.

Tempus, & motus in p̃dicamẽto quãtitatis.

Iſtę ſermo poteſt eſſe quaſi diſſolutio continuę & diſcretę quantitatis. omne enim, quod diuiditur, diuiditur in res, quę naturaliter ſunt vnum. Et poteſt intelligere quantitatem diſcretam, quę diuiditur in vnitates indiuiſibiles naturaliter. quantitas vero continua diuiditur in vnitates, ſed tamen recipiunt diuiſionem. Et quia multa, aut ſunt multa ſecundum vnitates diſcretas, aut ſecundum vnitates continuas, dixit. Et dicitur multa quantitas, &c. ideſt & dicitur multa quantitas omne, quod numeratur per vnũ numerale: & dicitur magna quantitas omne, quod menſuratur per menſuram continuam. Deinde dicit. Et dicitur multum, &c. ideſt & multum dicitur de rebus diuiſibilibus in vnitates numerales. magnitudo enim, quę eſt quantitas continua, eſt quę diuiditur in continua. & cum ſi intendebat declarare ꝙ quicquid diuiditur in indiuiſibilia naturaliter eſt numerus: & quicquid diuiditur in res indiuiſas, ſed receptibiles diuiſionis, eſt magnitudo. D. numerauit magnitudines, & d. & magnitudo continua, &c. i. magnitudo extenſa in vna parte tantum eſt linea: & quę extenditur in duabus partibus eſt ſuperficies: quę autem in tribus eſt corpus, quod habet longitudinem & latitudinem & profunditatem. & accipit latitudinem loco ſuperficiei. quoniam quicquid habet latitudinem habet longitudinem: & quicquid habet longitudinẽ & latitudinem, eſt ſuperficies. & eodem modo accepit profundũ loco corporis. D. d. Et etiam quantitatũ, &c. i. & intendit per illa, quę dicũtur accidentaliter, illa, quibus contingit menſuratio: quia ſunt in quantitate eſſentialiter, ſcilicet continua. D. d. exemplũ, & d. ſicut linea, quę eſt aliqua quantitas per ſe. muſicus aũt & albus diuiditur per accidens, qm̃ accidit albo & muſico vt ſint in continuo. D. d. Et quantitatum, quę, &c. i. & quantitatũ, quę ſunt eſſentialiter, quędam eſt quantitas per ſe, & quędam eſt quantitas, quę accidit quantitati quę eſt per ſe, ſicut magnum & paruum, & longum & breue, & latum & ſtrictũ, & profundũ & non profundũ, & ſitus & priuatio ſitus. leue aũt & graue numerantur in accidentibus quantitatis ſecunda intentione: ſunt enim quantitates naturales, ſed collocantur ſub accidentibus quantitatis, quia grauitas & leuitas diuiduntur eadem diuiſione, qua magnitudo diuiditur. eſt igitur de quantitatibus ſecũda intentione. D. d. Et etiam magnum, & paruum, &c. i. magnum & paruũ, cum accipiuntur ſecũdũ ꝙ ſunt diſpoſitiones magnitudinis eſſentiales, dicũtur eſſe paſsiones & ac-

Differẽtia inter multũ, et magnum.

Vide ſpẽs magnitudinis. 1. Cœ, t. cõ, 3.

Idem 1, Ph. 15.

Grauitas, & leuitas ſunt ĩ p̃dicamento q̃titatis ſc̃da intẽtionẽ. vide oppoſitũ. 2. de Anima

A cidentia quantitatis.&,cum respiciunt vnum in respectu alterius, videtur collo- 108.& 4.cœ
cari in capitulo relationis.relatio enim accidit quantitati & cæteris prædicamē li.com.2.
tis. D.d.per se autem,&c.i.quantitas,quę est quantitas per se, dicitur de cōtinua, Vide cōtra
& de alijs.& intendit vt mihi videtur ens. Et potest intelligi de alijs accidenti- Zim.
bus quantitatis.v.g.ęquale,& alia. D.d.Quantitates aūt, quæ dicuntur per ac- Quomō ma
cidens,&c.i.illa autem,quę dicūtur accidentaliter,non dicuntur quantitates,nisi gnū & puū
illud,in quo sunt,sit quantitas per se. D.d.Et quędā dicūtur sicut motus,&c.i.& diuersimode
quantitatum est motus & tempus.ista aūt sunt quantitates per se, & continuę. sunt relatio-
D.dedit causam,& d.illa enim,quorum istę sunt passiones, diuiduntur, &c.i.& nes, & q̄titā
ista sunt quantitates,quia sunt accidentia consequētia essentialiter illa, quę sunt tes.
quantitates per suam substantiā,s. magnitudinem, quę diuiditur essentialiter, & Quo motus,
primo:motus enim consequitur magnitudinem,& diuiditur per suam diuisionē: & tēpus sunt
& tempus consequitur motum. Ista igitur sunt de passionibus quanti,nō de sub- q̄titates p se.
stantia quanti. Deinde dicit.& dico non motum,&c.i.& dico ꝙ motus sunt pas- Vide 6.Ph.
siones quantitatis,non propter motum,sed propter illud, in quo est motus,s.ma- 10.
gnitudinē,per quam est motus. D.d.qm̄ quia illud est quantitas, &c.i. quoniam
illud,per quod est motus.est quantitas,motus etiam erit quantitas. & quia motus
est quantitas,tempus etiam erit quantitas: consequitur enim motus spatium, & 4.Phys.98.
tempus consequitur motū. Et posuit hic motū de speciebus quantitatis, quod nō 103.
B fecit in libro prędicamentorū:& illic locū,quod non fecit hic. Et forte dimisit Documētū.
hic locū,quia apud ipsum est de passionibus quantitatis: & ideo non posuit ip-
sum in eis, quę sunt quantum per suam substantiam. Motus autem non est cōsue
tudo vt mensuretur per suam partem, sed per suum spatium aut per tempus. &
& ideo non nominauit illū in prędicamēto quantitatis in prędicamētis; & illic Vid de loco
solummodo intendit numerare species famosas quantitatis. 6.Phy.37.

Caput Decimumquartum. De Qualit

QVale dicitur vno modo differentia substantiæ, vtputa
quale animal homo,quoniam bipes, equus vero qua- Vide Auerr.
drupes. & circulus qualis quædā figura,quoniā absque in Epi. Tra
angulis est, tanquam differentia,quæ secundum substā cta.1.sub ca.
tiam,qualitas sit. Vno itaq; modo qualitas dicitur sub- de Accidēte.
stantiæ differentia. Alio,vt immobilia,& mathematica,veluti nume
ri quales quidam sunt,vt qui compositi:& non solum, qui ad vnum
sunt,sed hi,quorum imitatio superficies & solidum. hi autem sunt,
C qui quoties quanti aut quoties quanti quoties. & omnino quod in
substantia,præter quantum existit.substantia nanque cuiusque est qđ
semel,vtputa ipsorū sex,nō qui bis,vel ter,sed qui semel.sex.n.semel
sex sunt. Itē quęcunque substantiarū,quæ mouentur passiones,vt ca- Sex semel
liditas & frigiditas,albedo & nigredo,grauitas & leuitas, & quæcun sex sunt.
que similia,secūdm quę dicūtur alterari corpora,ipsis mutatis. Itē,secū
dū virtutē & malitiā,& oīno bonū & malū. Fere itaq; secundū duos
modos dici possit ipsum quale,& horū vnū maxime proprium.prima
etenim qualitas substantiæ differentia est.huius autem pars,& quę in
numeris qualitas est.etenim differentia quædam substantiarum est:
sed non aut eorū,quæ mouentur,aut non prout mouētur:hæc autem
passiones eorū,quæ mouētur,prout mouētur sunt, & motuum diffe
rentiæ.Virtus autem,& malitia passionum quædam partes sunt.dif-
ferētias n.motus,& actionis quasdam manifestāt secundū quas be-

ne, vel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu ſunt. Quod enim D hoc modo poteſt moueri, aut agere, bonum: quod vero illo modo & contrario, prauum. Maxime autem bonum & malum ſignificant qualitatem in illis, quæ animata ſunt, & in illis maxime, quæ habent electionem.

Qualitas dicitur vno modo illud, per quod differt ſubſtantia. ſicut dicimus ꝙ homo eſt animal quale, & equus dicitur ſic etiam. & ſi queſitum fuerit a nobis quę eſt qualitas figuræ circuli, dicemus ꝙ eſt figura ſine angulo. & iſta eſt qualitas, per quam differunt ſubſtantiæ. qualitas igitur dicitur quoque vno modo, ſecundum quod narrauimus, de alietate ſubſtantiæ. Et etiam dicitur alio modo, ſicut res, quæ non mouentur, & mathematica etiam, ſicut numeri. dicuntur enim qualitates aliquę ſicut compoſiti, & qui non ſunt ſecundum eandē diſpoſitionem tantum, ſed qui aſsimilantur ſuperficiei planę, & corpori. iſti igitur ſunt qualitates in quantitatibus, vel quantitates in E qualitatibus, & vniuerſaliter quantitas quę eſt in ſubſtantia. ſubſtantia enim cuiuslibet illud, quod eſt, eſt ſemel. verbi gratia ſex non eſt bis tres, ſed ſemel ſex. Et etiam omnes paſsiones mobiles, ſicut caliditas & frigiditas, & albedo & nigredo, & leuitas & grauitas, & omnia, de quibus dicuntur, & omnia, per quorum transmutationē transmutantur corpora. & quę attribuūtur ſtudioſitati et prauitati, et vniuerſaliter bono & malo. Qualitas igiť fere dicitur duobus modis, quorum vnus eſt verus. quale igiť primum differt a ſubſtantia. et qualitas, quę eſt in hominibus, eſt pars earum. ſunt enim aliquę transmutationes ſubſtātiarum immobilium, ſecundū ꝙ ſunt immobiles. paſſiua igitur ſunt res mobiles, ſecundū ꝙ ſunt mobiles, & modi motuum. Et ſtudioſitas & prauitas ſunt aliqua pars paſsiuorū, quia ſignificāt differentias motus & actionis, & per illas agunt aut patiuntur modo bono aut malo illa, quæ ſunt in motu. Quoniam iſtorum, quæ F habent potentiam vt moueantur aliquo motu, aut vt agant aliqua actione, eſt bonum: & quod eorum mouetur econtrario, eſt malum. Et in maiori parte bonum & malum ſignificant qualitatem in animatis, & iſtorum in maiori parte in eis, quę habent voluntatem.

19 Diuerſimode loquitur Ariſ. de qualitate hic, & in lib. prędicam.

Primū ſignificatū qualitatis.

NVnc tranſit ad qualis diuiſionem, & oſtendit quod multipliciter dicatur. Sed nō vult hic Ariſt. de ſpeciebus qualitatis, quatenus ſunt in prędicamentis, loqui: ſed, ſolummodo vult oſtendere intentiones, quas hoc nomen qualitas ſignificat, & propterea hic oſtendit differentiam ſubſtantialem inter qualitates: & d. qualitas dicitur multis modis. Primo modo dicitur de illa, ſecundum quam ſubſtantiæ differunt ad inuicem videlicet de generibus, & ſpeciebus ſubſtantialibus, vt homo differt a plantis per animalitatē, quæ eſt in eo qualitas, qua differt a plantis, & ab alijs: & in hoc genere includuntur omnes differentiæ ſubſtantiales ſpecierum vltimę ſpeciei, ſed non vltimæ, quæ ſunt generum, quoniam, ſecundum intentionem propinquam: qualitas primo modo hic dicit, prout eſt differentia ſubſtantialis, per quā aliquid differt ab aliquo ſubſtantialiter: quæ differentia intrat definitionem ſubſtantiæ rei, vt ad interrogationem factam de circulo, qualis eſt Circulus? reſpondemus quod eſt figura ſi-

Circulus qd.

A ne angulo, quæ differentia essentialis est Circuli, et ideo dixit quod est qualitas, per quam differunt substantiæ qualitatum, & non quod sint substantiæ simpliciter: & ideo posuit hæc in genere isto, quoniam istæ sunt differentiæ substantiales, quasi formæ substantiales de substantijs. quapropter relinquitur, quod qualitas dicitur de formis, secundum quod differunt in suis substantijs. Alio modo dicitur qualitas: vt immobilia, ac immaterialia ipsa, & mathematica. (vt quidam opinati sunt fore substantias separatas) secundum quam dicuntur qualia: quoniã mathematica dicuntur immobilia, quia abstrahunt a motu. Sunt autem hæc numeri, & magnitudines, quæ vtraque qualia dicunt Mathematici nam numeri, qui in Arithmetica dicuntur compositi, & non ij, qui sunt solũ ad vnum, qui solum vnitate mensurantur: vt numeri lineales, qui hoc modo vocantur. & ideo Arithmetici dicere solent aliquos numeros esse superficiales, aliquos solidos esse: qua ratione fit, vt qualitas, in talibus sit, secundum quam numerus dicitur cõpositus, superficialis, vel solidus, vel talis id genus: & hi (aut dicendum est) quod substantię eorum sunt qualitates in quantitatibus, aut quantitates multiplicatæ per qualitates, & ideo quantitas, quæ est essentialis, est substantia vna, cũ substãtia cuiuslibet rei sit illud, quod semel est, & non bis: vt sex, qui non est bis ter, sed semel sex. Cum omne illud, quod est tanquam substantia quantitatis discretæ ac forma, vnicum est in quantitate, non in qualitate quantitas:

Secũdũ signi ficatum. — *Numeri superficiales, & solidi.* — *Substãtia cuiuslibet ꝙ semel est.*

B Tertius modus qualitatis est, secundum quem qualitates dicuntur passiones substantiarum mobilium, secundum quas corpora per alterationem mutantur, vt caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, & hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis in prędicamentis: Quartus modus est, secundum quem qualitas dicitur de formis in animatis: vtputa de habitu, & dispositione, secundum quos qualitas dicitur virtus, aut vitium, vt vniuersaliter omnis habitus, & dispositio ad bene agendum. qm̃ virtus est principium, secundum quod aliquis bene agit & patitur: & vitium est principium, secundum quod aliquis male agit & patitur. vnde secundum diuersas species virtutum distinguitur actus & species virtuosi. Vnde virtus, quæ est cum cognitione finis, perfectior est illa, quæ est sine cognitione: vnde ratio bonitatis, & malitię magis reperitur in actionibus humanis, quam in alijs.

Tertiũ significatũ. — *Quartum significatum.* — *Virtus quid.* — *Vitiũ quid.* — *Bonitas & malitia vbi magis reperiatur.*

Non intendit hic de speciebus quantitatis & qualitatis, secundum ꝙ sunt prædicamenta, sed solummodo intendit numerare intentiones, quas significanthæ dictiones quantitas & qualitas. & ideo incœpit hic a qualitate, quæ est substantia, & d. Qualitas dicitur, &c. i. & qualitas, quæ dicitur modo primo, est illa, quæ dicitur de illo, secundum ꝙ differunt substantiæ adinuicẽ, scilicet de generibus, & speciebus substantialibus. v.g. quoniam homo differt a plantis per animalitatem: animalitas igitur in eo est qualitas. & similiter in equo: quoniã animalitas

Documẽtũ. — *5. Phy. 18.* — *Quinto Ph. 18.*

C est in eo qualitas. & in hoc genere concluduntur vniuersaliter omnes differentiæ substantiales vltimæ, scilicet differentię specierum vltimarum, sed non vltimæ, scilicet differentiæ generum substantiales. Deinde dicit. &, si quæsitũ fuerit a nobis, &c. i. & secundum intentionem propinquam, qua hic dicitur qualitas, constans circa quantitatem, secundum ꝙ est quantitas: quoniam per illã differunt quantitates in suis substantijs. v.g. ꝙ, si quæsitum fuerit a nobis quam figuram habet circulus, aut quæ est figura circuli, dicemus figura non habens angulum. & hæc vox, non habens angulum, est differentia substantialis figuræ. Et hoc intendebat, cum d. & ista est qualitas, per quam differunt substantiæ. & intendit substantiam quantitatum, non illud, quod est substantia simpliciter. & supposuit hoc in hoc genere, quia ista sunt de suis substantijs, quasi formæ substantiales de substantijs. Deinde dicit. qualitas igitur, &c. i. &, cum ita sit, sicut narrauimus, ergo qualitas dicitur de illo, secundum ꝙ differunt res in suis substantijs, scilicet de formis suis. D. d. Et etiam dicitur alio modo. i. & dicitur quale de illo, secundum ꝙ differunt etiam entia immobilia, scilicet quæ non existunt in materia, aut verbis tantum, aut sermone & esse, sicut quidam opinantur mathematica esse substantias abstractas. Deinde dicit. sicut numeri, &c. i. sicut numeri, qui dicuntur in Arithmetica compositi non primi. numerorum enim compositorum, quidam sunt, qui assimilantur superficiei circulari, & quidam corporali, &

Vide 7. Ph. 18. — *Secũdus modus.*

quidam corporeo. & ideo Arithmetici solent dicere, iste numerus est superficialis, & iste solidus. Deinde dicit. isti igitur sunt qualitates in quantitatibus, &c. i. & isti numeri aut est dicendum ꝙ substantiæ eorum sunt qualitates in quantitatibus, aut quantitates multiplicatæ per qualitates. Deinde dicit. vniuersaliter quantitas, quæ est in substantia. substantia enim cuiuslibet est illud, quod est semel. verbi gratia sex, &c. i. sed vniuersaliter apparet ꝙ omne, quod est de quantitate discreta, tanquam substantia & forma, est vnicum in quantitate, non quantitas in qualitate. sicut sex, cuius substantia est vnicum sex, non tres binarij. Deinde d. Et etiam omnes passiones, &c. i. & dicitur qualitas etiam alio modo de omnibus passionibus, de quibus est transmutatio motus, verbi gratia calore, frigore, albedine, nigredine, & omnibus rebus attributis istis, per quas transmutantur corpora, in quibus inuenitur motus. Et d. hoc, quia qualitates, per quas differunt corpora, & quantitates in suis substantijs, non pertinent motui, neque per illas mouentur corpora, vt declaratum est in Septimo Phy. D. d. Et quę attribuuntur studiositati, &c. i. dicuntur qualitates de formis, quæ sunt in animatis, quæ attribuuntur studiositati aut prauitati, aut malo aut bono. D. d. Qualitas igitur fere, &c. & intēdit per duos modos, qualitates, quibus pertinet motus: & qualitates, quibus non pertinet. D. d. & istorum modorum, quorum vnus est verus. & intendit qualitates substantiales, in quibus non est motus. D. d. quale igitur primum, &c. i. per quod differunt entia in suis substantijs. Deinde dicit. & qualitas, quæ est in hominibus, est pars, &c. i. ꝙ qualitates, quæ sunt in animatis, sunt de qualitatibus, in quibus non est motus. Deinde exposuit hoc, & d. sunt. n. aliquæ transfigurationes, &c. i. & causa, propter quam studiositas & prauitas concluduntur in qualitatibus, est, quia sunt passiones, & formæ substantiæ immobilis essentialiter, s. animæ. Deinde dicit. Et studiositas & prauitas, &c. i. & studiositas & prauitas quoquo modo intrant qualitates, & in qualitatibus & in quibus est motus, quæ consequuntur differentias motus, qui est in corporibus, s. alterationis veræ, quam consequitur studiositas & prauitas. ex eis enim mutantur motus animatorum, aut ad melius aut ad peius, aut ad studiosum aut ad prauum. D. d. & per illas agunt aut patiuntur, &c. i. & istas differentias patiuntur ad peius, aut agūt ad melius res animatæ, in quibus est motus. Et hoc intendebat, cū d. Quoniam istorum, quæ habent potentiam vt moueantur, &c. i. quoniam formarū animatarum illa, per quam homo potest moueri voluntarie a voluntate & intellectu motu ad aliquod bonum, est passio, quæ est bona: & illa, per quam non potest hoc, sed patitur a volūtate, & mouetur ab eo, est malum. D. d. Et in maiori parte bonum & malum significant, &c. & hoc manifestum est. quoniam hęc nomina bonum & malū non dicūtur simpliciter in maiori parte, nisi de accidentibus prouenientibus a formis, quæ sunt in animatis, & præcipue in animatis rationabilibus. & quandoque dicitur bonum & non bonum de actionibus eius, quod non est rationabile, sed raro. Artius. etiam non videtur hic numerare in qualitate genus, quod dicitur secūdum potentiam & impotentiam naturalē. ista enim sunt propter præparationes, & actiones potentiæ, non qualitates in actu. et istæ præparationes consequūtur qualitates substantiales. & inquantum sunt potentiæ, numerauit eas inter potentias: & inquantum sunt præparationes sunt priuationes* non est perscrutatus de eis Septimo Physi. vtrum in eis sit motus, aut non, & nota hoc, quia melius est.

Tertius modus.

Qualitates, p quas differūt corpa in suis substantijs, & q̄titates nō ptinēt motui. Vide 7. Ph. 18. 19. 20. & 5. Ph. 10. & 4. Ph. 84.

Bonū et malum nō dr simplr, & in maiori pte, nisi de accidentibus puenientibus a formis, quæ sunt ī aiatis. sed oppositū vr̄ velle philosophus 6. Me. t. cō. 8. Vide cōtra Zim.

Documētū. Vide 7. Ph. 29.

D E F

Caput Decimumquintum De Ad aliquid.

Vide Auer. in Epi. Tra ca 1. sub ca. de accidēte.

Ad aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad excessum. Quędā, vt calefactiuū ad calefactibile, & sectiuū ad secabile, & omnino actiuū ad passiuū. Quędā, vt mensurabile ad

A mẽsurã,& scibile ad scientiã,& sensibile ad sensum. Dicũtur aũt prima quidẽ secundũ numerum, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnũ. vtputa duplũ quidẽ ad vnũ numerus determinatus. multiplex vero scdm numerũ ad vnum, non tamen determinatum, vt hũc vel hunc. sexquialterũ vero ad subsexquialterum secundũ numerum ad numerũ determinatum. superpartiens autem ad suppartientẽ secundũ indeterminatũ, sicuti multiplex ad vnum. excedens autem ad excessum, omnino indeterminatum secundum numerũ. numerus.n. commensurabilis, secundũ vero incommensurabilem numerum dicitur. excedens.n. ad excessum tantum est, & vltra hoc vero indeterminatum est, quodcunque.n. contingit, est aut æquale, aut non æquale. Hæc itaq; ad aliquid oĩa secũdum numerũ dicuntur, & numeri passiones sunt. Et adhuc æquale, simile, & idem secũdum alium modũ. secũdũ vnũ etenim omnia dicuntur. Eadem.n. sunt, quorũ substãtia vna. Similia vero, quorũ qualitas vna. Aequalia aũt, quorũ quan-
B titas vna. ipsum vero vnũ numeri principium, & mensura. vnde hæc omnia ad aliquid dicũtur, secundum numerũ quidem, non tamẽ eodem modo. Actiua vero, & passiua secundũ actiuã & passiuam potentiam, & potẽtiarũ actiones. vtputa calefactiuũ ad calefactibile, quoniam possunt. & rursus calefaciens ad id, quod calefit, & secans ad id, quod secatur, vt agentia. Eorum autẽ, quæ secundũ numerũ sunt, nõ sunt actiones, nisi quemadmodũ in aliis dictũ est, sed scdm motum actiones nõ existũt. Eorũ vero, quæ secundũ potentiã, etiã secundum tẽpora iã dicuntur ad aliquid. veluti quod fecit, ad id, quod factum est: & id, quod facturũ est, ad id, quod faciendũ est. sic.n. pater quoq; filii pater dicitur. hoc.n. fecit, at illud passum quid est. Item quædam secundũ priuationẽ potentiæ, vt impossibile: & quæcũque ita dicuntur, vt inuisibile. Quæcunque igitur secundũ numerum, & potentiam ad aliquid dicũtur, cuncta sunt ad aliquid, eo q; ipsum, quod est alte-
C rius, dr ipsum, quod est, sed non eo q; aliud ad illud. Mensurabile autem, & scibile, & intelligibile, eo q; aliud ad illud dicitur. Nam intelligibile significat q; eius est intellectus. Non est autem intellectus ad illud, cuius intellectus est. idem enim profecto bis dictum esset. similiter & visus cuiusdam est visus, non cuius est visus (etsi verum est hoc dicere) sed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo vero modo bis idem diceretur, q; visus est, cuius est visus. Eorum igitur, quæ per se ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur, quædam si genera eorũ talia sunt. vtputa Medendi ars eorum est, quæ ad aliquid sunt, quoniã genus eius scientia videtur eorum esse, quæ ad aliquid sunt. Item secundum, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent. vt equalitas, quoniam ipsum æquale: & similitudo, quoniam & ipsum simile. Aliqua vero secundum accidens dicuntur. vt homo aliquid, quoniam accidit ei duplo esse. hoc autem eorum est, quæ ad aliquid sunt. aut album, si eidem accidit duplo, & albo esse.

Quædam dicuntur relatiua, ſicut duplum ad dimidium, & triplũ ad ſubtriplum, & omne quod multiplicatur multotiens ad alterum, & non omne quod multiplicatur multotiens, & eſt ſicut quod eſt ſuperius ad illud, quod eſt magis ſuperius. Et quoddam dicitur, ſicut calefaciens ad calefactum, & abſcindens ad abſciſſum, & omne agẽs ad patiens. Et quædam, ſicut menſuratum ad menſuram, & ſcitum ad ſcientiam, & ſenſatum ad ſenſum. Primum autem relatiuorum dicitur modo numeri, aut illud, quod eſt modo ſimplici, aut terminatur, & per illud refertur ad illa, aut ad vnum. ſicut duplum ad vnũ, quod eſt numerus terminatus. numerus autem multiplex non eſt relatiuũ ad vnum terminatum ſicut iſtud. & iſtud terminatum ex ſimplicibus eſt ante duplum. multiplex autem ſuperpartiens non eſt terminatũ. totum enim & dimidium ad totum dimidium, & numerus ad numerum eſt terminatum. totum autem & pars ad diminutum in parte nõ eſt terminatum, ſicut multiplex ad vnum. ſuperius autem ad magis ſuperius modo vniuerſali non eſt terminatum ſecundum numerum. numerus enim eſt æqualis. & iſta dicuntur ſecundum numerum non æqualem & ſuperius ad magis ſuperius, ſicut illud ad illud non terminatum, quia eſt vnum duorum, quod ex eis comprehenditur, aut æquale, aut non æquale. Omnia igitur iſta relatiua dicuntur per numerum, & per accidentia numeri etiam. Et dicitur etiam alio modo æquale, & ſimile, & idem. ſunt igitur eadem. omnia enim iſta dicuntur ſecundum vnum modum, quia conueniunt in aliquo. Sunt quædam igitur eadem, quia ſubſtantia eorum eſt vna. Et ſimilia, quorum qualitas eſt vna. Et æqualia, quorum quantitas eſt vna. Et vnum eſt principium numerorum, & menſura eorum. omnia igitur iſta dicuntur relatiua, ſed non eodem modo. Actiua autem & paſsiua per potentiam actiuam & paſsiuam, & actionem potentiarum. ſicut calefactiuum ad illud, quod calefacit, quia poteſt. etiam calefaciens ad illud, quod calefacit, & abſcindens ad illud, quod abſcinditur. Secũdũ autem modum numeri non habent actiones, niſi ſecundum modum dictum in aliis. actiones enim, quę non ſunt per motum, non habent. Et dicuntur relatiua illa, quæ ſunt ſecundum tempus. vt agens ad patiens: & illud, quod aget, ad illud quod patietur. & ſic dicitur pater eſt pater filii, pater etiam: quoddam enim eſt agens & patiens etiam. Et etiam quoddam dicitur de eo, quod caret potentia. ſicut illud, quod non habet potentiam. & omnia, quæ dicuntur ſimilia, ſicut non terminatum. Omnia igitur relatiua, quæ dicuntur modo numeri & potentiæ, ſunt relatiua, quia eſſentia eorum dicitur ad aliquid, & non quia illud aliud dicitur ad illa. Menſuratum autem, & intellectum, & ſcitum dicitur relatiuum, quia ad illud dicitur aliud aliquid. Intellectus enim ſignificat habere intellectum. Et intellectus non eſt relatiuus ad illud. quod eſt intellectus quoniam, ſi hoc dicatur, tunc idẽ dicetur bis. & ſimiliter, ſi viſus eſt viſus ad aliquid, nõ eſt viſus illius,

quod

D

A quod est. & si iste sermo est verus, sed dicitur respectu coloris, aut aliud aliquid tale. secundum hoc autem idem dicetur bis, aut illud, cuius est visus. Et relatiuorum, quæ dicuntur per se, quædam dicũtur hoc modo, & quædam dicuntur quia sunt genera talia. sicut Medicina, quæ est relatiua, quia suum genus, quod est scientia, existimatur esse relatiuum, & etiam omnia, quæ sunt in eis. Et dicitur relatiuum, sicut æqualitas, quia æquale, & consimilia propter similitudinem. Et relatiuorum est quod dicitur modo accidentali. sicut homo, qui est relatiuus, quia accidit ei esse duplum alicuius. & hoc est relatiuorũ. & similiter album accidit eidem vt sit duplum, & album etiam.

20

Ad aliquid multipliciter dr̃.

Nunc prosequitur diuisionem eorum, quę ad aliquid dicuntur; & dicit, relatiuorum species sunt secundum duos modos; secundum se, & secundum accidens: secundum se, & hoc dupliciter: aut secũdum relationem terminatam, vt relatio dupli ad dimidium, sicut duo ad vnum, videlicet dicendo duo duplum est, vnus & tria triplex, & sic de alijs speciebus numeri ad vnitatem comparati: quod est,
B qm̃ omnia hęc sunt multiplicatiua vnius multiplicatione terminata. vel sic, relatiuorum duo sunt genera, videlicet generis intrinseci, & extrinseci generis relatiui. Genus intrinseci est relatiuorum essentialium, sine quibus res nõ habet esse, nec potest habere, vt in Deo Deitatiuum, Deitabile, & Deitare, & in homine Homeitatiuum, Homeitabile, & Homeitare: sed genus extrinseci est etiam duobus modis, aut per se, aut per accidens. Relatiua per se sunt etiam duobus modis: vno modo secundum relationem terminatam, vt relatio dupli ad dimidium: & qm̃ relatio est cuidam respectus vnius ad aliud, & tot modis dicitur relatio, quot modis dicitur respectus, siue ordinatio vnius rei ad aliam: sed tribus modis ordinatur vna res ad aliam, & sic etiam relatio dicitur tribus modis. ordinatur enim vna res ad aliam, aut secundum esse dependentię: & sic est modus, in quo relatiua fundantur, vt in habitudine mensurati ad mensuram, vt relatio scientię ad scibile: vel secundum actionem & passionem, scilicet secundum quod vna res ab alia recipit, vel aliquid infert alteri: vel secundum quod qualitates vnius rei mẽsurari possunt per alias: & sic patet quod modi relatiuorum secũdum se sunt tres: secundum accidens similiter modi relatiuorum sunt tres, videlicet relatio secundum genus: vt medicina, quę non dicitur sani & ęgri medicina, sed dicitur sani, & ęgri scientia: & hoc contingit his, in quibus genus est relatiuum secundum dici. Secundus modus est relatio abstracti ad concretum, vt similitudo, quia simile.
C Tertius modus est, cum dicimus subiectum relationis, ac etiam fundamentum immediatum eius esse ad aliquid, vt diceremus hominem esse ad aliquid, quia est subiectum paternitatis.

Alia diuisio

Relatio est respectus vnius ad aliud

Quot modis vna res ad aliam ordinatur.

Quot modis dr̃ relatiuum scdm se, tot modis dr̃ secundum accidens.

Id est, ꝙ vna specierum relationis terminatę est sicut duplum & dimidium, & omnes, qui multiplicãtur per numeros ad numerum productum, cũ numerus productus sit multiplex ad illos duos numeros ductos vnum in alterum secundum vnitates vtriusq; eorum. D.d. quod multiplicatur multotiens, est, &c. id est ꝙ relatio numerorum multiplicatorum est relatio terminata: & relatio numeri superioris ad magis superius est relatio non terminata, sicut relatio pauci ad multum. D.d. Et quoddam sicut calefaciens, &c. id est & quoddam relatiuorum est in potentijs actiuis & passiuis, sicut calefaciens. non enim acquirit hanc dispositionem nisi in respectu illius, quod calefacit. & similiter abscindẽs ad abscisum, & vniuersaliter agens ad patiens, & d. sicut mensura ad mensuratũ, &c. Et, cum dixit istos tres modos relatiuorum, d. Primum autem relatiuorum, &c. id est, & relatiuorum existentium in numeris quędam sunt, quibus relatio est terminata, verbi gratia ꝙ duplum est duplum dimidij, & ꝙ duo est duplum vnius, & tria triplex vnius. & similiter alij modi numerorum attributorum ad vnum. & hoc intendebat, cum dicit. & per illud refertur ad illa, aut ad vnum. quoniam relatio terminata est, sicut diximus esse duo, tria, quatuor, quinque, omnia enim ista sunt

Expõ primi modi.

multiplicatiua vnius multiplicatione terminata. Deinde dedit exemplum de D
non terminato, & dicit numerus autem multiplex, &c. id eſt & intendit ꝙ, cum aliquis dixerit iſte numerus eſt multiplex, hoc non dicetur in reſpectu alicuius numeri terminati, niſi determinet multiplicationem, verbi gratia vt dicat quadruplum aut ſexcuplum. Deinde dicit, & iſtud determinatum ex ſimplicibus eſt ante duplum, id eſt ꝙ numerus terminatus, qui eſt dimidium, eſt ante duplum in ordine numerorum, & vterque eſt terminatus. Deinde dicit, multiplex autem ſuperpartiens non eſt terminatum. & intendit niſi numeretur numerus multiplicis, & numerus ſuperpartientis. D. dicit totum enim & dimidium, &c. id eſt proportio enim & dimidium, &c. id eſt proportio enim totius ad totum & dimidium eſt proportio terminata: & ſimiliter talis numerus ad talem numerum. Deinde dicit totum autem & pars, &c. id eſt proportio enim totius ad partem, & illius partis ad magis diminutum non eſt proportio terminata, ſicut dicimus iſte numerus eſt multiplex ad vnum ſine determinatione. Deinde dicit ſuperius aūt, &c. id eſt dicere autem ꝙ iſte eſt ſuperior iſto, & iſte ſuperior alio, eſt proportio nō terminata, quia iſti excedunt ſe ſecundum numeros & non ęquales: & illud eſt terminatum ex eis, quia ſuccedit per numeros æquales: iſti autem poſſunt excedere ſe ſecundum numeros ęquales & non ęquales. Deinde dicit. Omnia igitur
iſta relatiua, &c. id eſt omnia igitur iſta relatiua, quę numeri vnius ſunt relatiua, g
aut quia ſunt ipſius numeri, aut quia ſunt in accidentibus numeri, & accidentia numeri ſunt minus & plus, & addens & diminuens, & ęquale & inęquale, & ſimilia.

Expō modi ſilis primo.

Deinde dicit. Et dicitur etiam alio modo, &c. id eſt & dicuntur etiam relatiua alio modo de ęquali in quantitate, & ſimili in qualitate, & de eodem in ſubſtantia. Deinde dicit. Omnia enim iſta, &c. id eſt & proprium eſt iſtis tribus generibus relatiuorum, quia proportio in eis eſt eadem in vtroq; extremo. ſimilium enim vtrunque eſt ſimile alij, & ſimiliter ęqualia. & hoc intendebat, cum dicit, quia conueniunt in aliquo, econtra in alijs ſpeciebus relationis. Deinde dicit. Et vnum eſt principium numerorum, &c. id eſt et vnum, ſecundum ꝙ eſt principium numerorum, & menſura eorum, concluditur etiam in relatiuis, quę ſunt in numero. Deinde dicit. Omnia igitur, &c. id eſt quia eorum eſt quędam, cuius ratio eſt terminata, & quędam cuius eſt oppoſita, & quędam cuius eſt communis in vnitate, & quędam in accidentibus numerorum, & quędam eſt in ſubſtantia numerorum.

Expō ſcđi modi.

Deinde dicit. Actiua autem, & paſsiua, &c. id eſt relatiua autem, collocata in genere actionis & paſsionis, ſunt relatiua per potentias exiſtentes in eis. & intendit ꝙ non ſunt ſicut numerus. in numero enim non eſt actio neque paſsio. & ideo dicit. Secundum autem modum numeri non habent actiones, &c. id eſt relatiua autem, quę ſunt in numeris, non habent actiones neque paſsiones, & accidentia exiſtentia in rebus mobilibus.

In numero nō eſt actio, neq; paſsio. Vide 4. Ph.

Deinde dicit. Et di F
cuntur relatiua, &c. id eſt & relatiuorum quędam ſunt, quę non ſunt relatiua niſi in terminatis temporibus, ſicut res actiuę, & paſsiuę, quę appropriantur temporibus terminatis, ſicut quod agit in aliquo tempore, & non agit in alio: & ſicut agit quod eſt in pręterito, & agit quod eſt in pręſenti. Deinde dicit. & ſic dicitur pater, &c. id eſt, quia pater & filius ſunt de genere agentis & patientis, in quo non inuenitur actio, & paſsio niſi in tempore terminato. vir enim & mulier non generant in qualibet ętate, ſed in temporibus vitę determinatis. Deinde dicit. Omnia igitur relatiua, &c. id eſt omnia igitur relatiua, quę ſunt in numeris, & potentijs, ſunt relatiua, quia eſſentia vtriuſque eorum collocatur in relatione eodem ordine, non quia alterum intrat in relationem per ſe, & alterum non in relationē per ſe: ſed quoniam alterum accidit ei, ſcilicet illud, quod eſt relatiuum per ſe, & accidens alterius, propter quod fuit relatiuum.

Expō tertij modi.

Deinde dicit. Menſuratum autem, & intellectum, &c. id eſt, quod autem eſt de modo relatiuorum, ſicut intellectum & ſcitum ſenſatum dicitur eſſe relatiuum, quia illud, quod eſt relatiuum per ſuam ſubſtantiam, accidit ei, ſcilicet intellectus, qui eſt in ſua ſubſtantia relatiuus, cum accidit ei quod fuit relatiuum intellecti, accidit intellecti, quod fuit relatiuum: non quia relatio eſt in ſubſtantia intellecti, ſicut eſt in ſubſtantia intellectus, ſed quia relatio accidit ei, hoc igitur intendit, cum dicit

A talia eſſe relatiua, ſcilicet quia aliud relatiuum per ſuam ſubſtantiam prædicatur de illis. Et quaſi dicat, quia relatio eſt duobus modis, ſcilicet aut relatio in ſubſtantia vtriuſque relatiui, aut relatio in ſubſtantia alterius tantum, & in altero propter iſtud. Et, cum induxit hos duos modos relationis, incœpit declarare naturam ſecundi modi, & dicit. Intellectus enim ſignificat, &c. id eſt & intellectus non refertur ad intelligentem, ſed ad intellectum. quoniam, ſi ita eſſet, tunc intellectus conſtitueretur per intelligentem. ſed videtur eſſe econuerſo: ex quo conſequeretur ꝙ illud, quod conſtituitur per aliquid, conſtituat illud, ſcilicet quia contingit vt cauſa conſtitueretur per cauſatum. & ſic idem eſſet in reſpectu eiuſdem cauſa & cauſatum inſimul. & hoc intendebat, cum dicit, tunc idem dicetur bis, & tunc erit cauſa & cauſatum eiuſdem. Deinde dicit, & ſimiliter ſi viſus, &c. id eſt, verbi gratia. quoniam, ſi viſus fuerit relatiuus ad viſum, videns non eſt relatiuus ad viſum. Deinde dicit, & ſi iſte ſermo, &c. id eſt, & ſi ſermo dicens ꝙ viſus non eſt relatiuus ad viſum, ſic viſus erit relatiuus ad aliud, aut ad colorem, aut ad aliquid ſimile. Deinde dicit, ſecundum autem hoc idem dicetur bis, ſcilicet ſi autem poſuerimus viſum eſſe ſecundum relationem ad viſum, continget idem eſſe duo oppoſita ſecundum cauſam & cauſatum, id eſt ſi poſuerimus ꝙ viſus non eſt viſus, niſi per viſum, non per rem viſam. Deinde dicit. Et relatiuorum, quę dicuntur per ſe, & cætera. id eſt,
B & relatiuorum, quæ dicuntur per ſe, quædam ſunt huiuſmodi. & quædam exiſtimantur collocari in eis, quia genus collocatur in eis, verbi gratia. Medicina, quæ exiſtimatur eſſe huius ſpeciei relatiuorum, quia ſuum genus eſt huius ſpeciei, ſcilicet ſcientia. & exiſtimatur ꝙ illud, cuius genus eſt relatiuum, eſt etiam relatiuum. Sed iſta exiſtimatio accidit ſecundum hoc, ꝙ ſcientia eſt modi relatiuorum, quæ referuntur adinuicem, propter hoc, ꝙ conueniunt in eodem, ſicut æquale & ſimile. æqualia enim ſunt relatiua, quia conueniunt in eodem. & quia exiſtimatur ꝙ ſcientia eſt huiuſmodi, quia eſt idem, in quo conueniunt ſciens & ſcitum, continget vt Medicus ſit ex hoc modo relatiuorum. Et intendebat per hoc declarare cauſam, propter quam accidit ꝙ aliquod genus ſit relatiuum, & ſua ſpecies non ſit relatiua. & cauſa in hoc eſt, ꝙ nō eſt genus in rei veritate. ſcientia enim non eſt genus Medicinæ in rei veritate, niſi ſcientia diceretur ſecundum relationem ad ſcientem, & Medicina ad Medicum. tunc enim ſcientia eſſet genus Medicinæ, & ſciens genus Medici. Deinde dicit. Et relatiuorum eſt, quod dicitur modo accidentali, & cætera, id eſt ꝙ quando homini accidit vt ſit duplum ad aliquid, accidit ei vt ſit relatiuum, ſicut accidit ei vt ſit album, homo enim ſecundum ꝙ homo non eſt duplum, neque album.

Relatio eſt duobus modis.

Modi improprij.

Documētū.

C

Caput Decimumſextum. De Perfecto.

PErfectum dicitur vno quidem modo, extra quod nō eſt vllam accipere particulam. vtputa tēpus ipſum, vniuſcuiuſq; perfectum eſt. extra quod non eſt vllum accipere tempus, quod pars huius temporis ſit. Et quod ſecundum virtutem. & quod eſt eius, quod bene, non habens exceſſum ad genus. vt perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecundum propriæ virtutis ſpeciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferētes dicimus calumniatorem perfectum, & furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, vtputa furem bonū, & calumniatorem bonum. Virtus quoq; quædam perfectio eſt. vnūquodque nanque tunc perfectum eſt, cunctaque ſubſtantia tunc perfecta, cum ſecundum ſpeciem propriæ virtutis nulla deſit particula

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1.

Nota hic dari magnitudinem virtutis. Idem 10. huius te. 13.

magnitudinis naturalis. Item, quibus finis ſtudioſus eſt, ea perfecta dicuntur. etenim ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare, cum finis vltimorum quippiam eſt, ad praua quoque transferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte corruptũ eſſe, cum nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in vltimo ſit. propter quod & mors metaphorice dicitur finis, quoniã vltima. finis autem & quod cuius gratia, vltimum. Quæcunq; igitur per ſe perfecta dicuntur toties dicuntur. Quædam, eo quòd ſecũdum bene in nullo deficiunt, nec habent in aliquo genere exceſſum, nec eſt quicquam extra. Quędam, eo ꝙ omnino in vnoquoq; genere exceſſum non habent, nec quicquam eſt extra. Cætera vero iam ſecundum ipſa, eo quòd aut tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta ſunt, perfecta dicuntur. D

Perfectum dicitur vno modo illud, quod impoſsibile eſt habere aliquam partem omnino extra illud. ſicut tempus. tempus enim perfectum cuiuſlibet rei eſt illud, quod impoſsibile eſt vt extra illud ſit aliquod tempus, quod ſit pars iſtius temporis. Et ſimiliter illud, quod habet ſtudioſitatem, & quod dicitur modo bonitatis, quando nullam habet dignitatem ſuper genus. ſicut dicitur medicus perfectus, & muſicus perfectus, cum non habuerint diminutionem in modo ſtudioſitatis propriæ. Et ſecundum hunc modum dicimus in rebus turpibus ſecundum tranſumptionem ſermonis. dicimus enim mendacem perfectum, & latronem perfectum, quia vocamus eos nomine bonitatis. & etiam ſicut dicimus quòd iſte eſt bonus latro, & bonus mẽdax. Vnumquodq; igitur omnium rerum perfectarum, & omnes ſubſtantiæ dicuntur perfecta, quando non diminuitur in modo ſtudioſitatis ſuæ aliqua pars omnino. Et etiam dicuntur perfecta illa, quæ habent perfectionem nobilem. ſunt enim perfecta per ſuam perfectionem. Perfectio igitur eſt aliquis finis per ſuam trãſumptionem a rebus malis. & dicitur quòd aliquis corrumpitur perfecta corruptione, & deſtruitur perfecta deſtructione, quando de corruptione nihil diminuitur, ſed eſt valde malum. & ideo dicitur corruptio modo trãſumptionis perfectio, quia vtraq; eſt finis. perfectio igitur, & illud, propter quod fit aliquid, ſunt fines. Et quæ dicuntur perfecta per ſe ſecũdum hos modos dicuntur. Quædam, quia non diminuitur aliquid ab eis de bonitate, neq; in eis eſt magis etiam, & nihil inuenitur extra illa. Et quædam modo vniuerſali, ita quòd in eis non eſt nobilitas in vnoquoque generum, & quibus nihil eſt extra. Alii autem modi ſecundum hunc modum, aut quia agunt aliquid tale, aut quia habẽt, aut quia æquabuntur, aut quia dicũtur aliqua alia proportione, quæ attribuitur ad illa, quæ dicuntur perfecta primo modo. E F

21 Perfectum multiplr dr. Perfectum dicitur ſimiliter multis modis: vno quidem modo dicitur perfectũ illud, cuius eſſe non deficit, ſicut eſſe neceſſarium: ſecundo modo dicitur perfectũ, cuius quantitatis nulla pars deeſt, vt homo, qui dicitur perfectus, quia nulla pars

A eius desit, quoniam habet totam quantitatem conuenientem suę naturę humane, & virtutem sibi determinatam. vnde omne corpus particulare est quātitas perfecta secundum suum genus, quia habet tres dimensiones, quibus non sunt plures: Tertio modo dicitur perfectum secūdum virtutem, scientiam, vel artem: vt, cum dicimus quod aliquis est perfectus prudens, aut perfectus musicus, vel perfectus Physicus, aut perfectus Medicus, siue pictor, vel faber, vel qui habet perfectam excellentiam ī aliqua alia virtute, vel scientia, eo quia in istis nulla reperitur cōditio, seu pars talis virtutis, quę in illis non sit: Quarto modo dicitur perfectum in rebus prauis, & secundum vitia, vt cum dicimus aliquem perfectum latronem, perfectum adulatorem fore, & hoc per quandam similitudinem, ex eo quod malus se habet in malis, sicut bonus in bonis, vt cum nihil deest alicui malo, puta latroni, vel furi de arte furandi: quare vnumquodq; perfectum esse dicitur, cum secundum qualitatem, & quantitatem, vt suum esse postulat, nihil sibi desit: Alio modo dicitur perfectum quantum ad extrinsecum: vt quādo dicimus aliquid esse perfectum, quoniam eius finis est perfectus. finis nanque est perfectio quædā, ad quam vnumquodq; naturaliter inclinatur, propter quod dicitur causa mouens omnia.

Perfectum transumptū ēt in malis.

Finis encomium.

Id est, Perfectum dicitur multis modis, quorum vnus est, illa, quorū nulla pars

B sua diminuitur, sed est totum. totum enim est illud, cuius nulla pars inuenitur extra: & quod non est totum, est illud, cuius aliqua pars est extra illud. Deinde dedit exemplum de rebus, quę dicuntur perfectę hoc modo, & dicit sicut tp̄s. &c. id est sicut tempora permanentię entium naturalium, quę dicuntur mensurę essentię vitę. tempus enim vitæ perfectum in vnoquoq; ente est illud, extra quod non inuenitur tempus, quod sit pars illius temporis. Et secundum hunc modum dicitur mundus esse perfectus. & secūdum hunc modum dicitur homo perfectus, quando nullum membrum est extra illum, id est quando non habuerit aliquod membrum diminutum. & secundum hunc modum dicitur corpus esse perfectum, quia nulla dimensio inuenitur extra illud, scilicet dimensio quarta, & vniuersaliter dimensio illa est perfectio secundum quantitatem. Deinde induxit perfectionem etiam secundum qualitatem, Et dicit: & similiter illud, quod habet studiositatem, &c. id est & dicitur etiam perfectum secundum qualitatem, quando nihil diminuitur ab eo in modo studiositatis suæ: & quando nihil inuenitur dignius eo in suo genere. medicus enim perfectus est ille, a quo nihil diminuitur ex eis, quę pertinent ad actionē medicinę, & quo nullus medicus est perfectior. D.d. Et secundum hunc modum dicimus in rebus turpibus, id est & hoc modo sonat hoc nomen perfectum in rebus prauis secundum transumptionem. sicut dicimus iste est mendax perfectus, cum fuerit in summo mēdacij. & iste latro perfectus, cum fuerit in summo latrocinij. D.d. quia vocamus eos, &c. id est & hoc nomen perfectio transumptum est ad istos, quia hoc nomen bonitas transumitur ad eos: ergo magis transumitur ad eos hoc nomen perfectio. Et cum induxit hęc duo genera perfectionis, dixit Vnumquodq; igitur oīm rerum perfectarum, &c. id est omne igitur, quod perfectum dicitur in substantia, dicitur perfectum quādo nihil diminuitur in sua studiositate propria & in suis partibus naturalibus. perfectio enim substantię prouenit ex perfectione in magnitudine & in qualitate. D. induxit alium modum perfectionis, & d. Et etiam dicuntur perfecta, &c. id est et dicitur omne perfectum habens finem studiosum. illa enim dicūtur perfecta, quę habent finem perfectum. D.d. Perfectio igitur est aliquis finis, &c. id est, & quia perfectio est finis, & finis est perfectus, ideo vtitur transumptione in rebus, quæ sunt valde prauę. et sic dicitur. iste destruitur destructione perfecta, qn̄ venerit ad finem destructionis. D.d. & ideo dicitur corruptio, &c. id est & hoc modo dicitur corruptio, quę est contraria generationi perfecta transumptione, quia vtraq; est finis. D.d. perfectio igitur, & illud, propter quod, &c. id est perfectio igitur alicuius, & illud propter quod aliquid fit, vtrūq; est finis. & ideo dicitur de eis hoc nomen perfectio. D.d. Et quę dicuntur perfecta per se, &c. id est illa igitur, quę dicuntur perfecta per se, sunt a quibus nihil diminuitur in bonitate, & quibus nihil est nobilius in illo genere, sed sunt in summo nobilitatis per se. Et dixit hoc,

C

Primus modus.

1. Cœ. 4.

Secundus.

Perfectio substātię prouenit ex perfectione in magnitudine, & ī qualitate.

2. Phy. 23.

quia iſta ſunt perfecta in qualitate, & quantitate primo, & eſſentialiter. D.d. & quędam modo vniuerſali, &c. id eſt definitio eorum vł'iter eſt talis. perfecta ſunt illa, quorum nihil inuenitur in eis, per quod dicuntur imperfecta in eis, aut extrinſecum. & iſta eſt diſpoſitio primi principij, ſ. Dei. Et forte intelligit per hoc, quod dixit, & quibus nihil eſt extra. i. & a quibus nihil diminuitur ex eis, quæ ſunt. Et hoc poteſt intelligi per hoc, quod dixit, ita ꝙ in eis non eſt nobilitas in vnoquoq; generum, id eſt qñ de eis non diminuntur nobilitas ex eo, quod inuenitur in vnoquoq; generum. D.d. Alij aũt modi, & c. id eſt alij autem, de quibus hoc nomen perfectio dicitur, dicuntur perfecta, aut quia agunt illa, quę ſunt perfecta per ſe, aut quia in eis eſt aliquid iſtorum perfectorum, aut quia aſsimilantur eis, aut quia attribuuntur eis aliquo modo attributionis.

Diſpō primi principij eſt ſimpl'r perfecta. Idē 3. de Ani. t 5. c. in ſolōne. 3. q. & c. 14. & 12. Met. 37.

Caput Decimumſeptimum. De Termino.

* Extremũ.

TErminus * dicitur, quod vltimũ cuiuſq; eſt, extra quod nihil eſt accipere primum, & intra quod omnia primũ. Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habẽtis. Et cuiuſq; finis. tale vero eſt, ad quod motus & actus, & non a quo. quandoque autem ambo, & a quo, & ad quod. Et cuius cauſa. Et ſubſtãtia vniuſcuiuſq;, ac quod quid erat eſſe vnicuiq;. cognitionis enim hoc terminus eſt. ꝙ ſi cognitio, rei quoq; eſt. Quare patet ꝙ quoties dicitur principiũ, toties etiam terminus, & adhuc amplius. principium nanq; terminus quidam: ſed non omnis terminus principium.

Dicitur finis illud, quod eſt vltimum vniuſcuiuſq; rerum, & a quo nihil extra inuenitur vt ſit primum, & quod eſt primum, & oẽs partes eius ſunt intra. Et quod eſt forma magnitudinis, aut habẽs magnitudinem. Et complementum cuiuſlibet rei. & ſicut illud, ad quod eſt motus, & non illud ex quo eſt motus. Et forte vtrũq;, & illud ex quo, & illud ad quod. Et etiam illud, propter quod. Et ſubſtantia vniuſcuiuſq; rerum, & etiam quod ſignificat eſſentiam cuiuſlibet. hæc enim eſt finis cognitionis. & quod eſt cognitionis, eſt etiam rei. Declaratũ eſt igitur ꝙ ſecundum numerum modorum principii dicitur etiam finis, & magis etiam. principiũ enim eſt aliquis finis: & hoc in vtroq; non dicitur ſemper omnibus modis.

22 Finis quid.

Circa ſignificata finis ponit Philoſophus definitionem communem finis, & dicit, finis eſt vltimum rei, & cuius extra nihil eſt accipere prim̃, & intra quem omnia ſunt. & dicitur multis modis: vno modo dicitur, ſecũdum quem dicitur terminus alicuius magnitudinis, aut magnitudinem habentis, ut pũctus lineę, ſuperficies corporis. Secundo modo dicitur finis, ſecundum quem vltimum motus dicitur terminus motus vel mutationis: quamuis interdum principium motus & finis dicantur termini, vt dicimus quod omnis motus eſt inter duos terminos. ſcilicet a quo, & ad quem, magis proprie tamẽ terminus, ad quem dicitur terminus ſiue finis motus. Tertio modo dicitur finis id, cuius aliquid fit, quod eſt primũ in intentione, & vltimum in executione. Quarto modo dicitur finis cognitionis, & eſt definitio, ſiue ſubſtantia rei, ſiue eſſentia: cum finis ſit vltimum vniuſcuiuſq; rerum, extra quod nihil eſt reperiri, vt ſit primum: ſicut orbis ſtellatus, qui eſt finis omnium corporum, quę ſunt infra, quod eſt quoniam nihil eſt ſupra. quare ex vtraque finis dicitur de fine magnitudinis, ut ſuperficies corporis, lineę ſuperfi-

Terminus ad quẽ finis magis ꝓprie dicitur.

A cierum, & puncta linearum: & dicitur etiam finis terminus ad quem est motus, siue motus sit ad formam, siue ad vbi, siue ad augumẽtum, siue ad diminutionem, quomodocunq; sit talis terminus dicitur finis. & dicitur etiam finis illud, in quo naturaliter omnia quiescunt, vt Deus in abstractis, & homo in concretis. & dicitur finis, etiam quiditas rei cuiuslibet, quiditas enim est finis cum cognitione, & est finis inexistens.

Finis, in quo naturaliter quiescũt omnia.

Id est, finis aũt dicitur multis modis. dicitur enim finis de vltimo magnitudinis. v.g. ꝙ superficies sunt vltima corporis, & lineę sunt vltima superficierum, & puncta sunt fines linearum. D.d. & a quo nihil extra inuenitur, i. & dicitur primum de illo, extra quod nihil est, ita ꝙ sit primum rei collatę in eo. sicut dicimus ꝙ orbis, & oẽs partes eius sunt intra ipsum, & ꝙ orbis stellatus est finis corporum, quę sunt intra, qm̃ extra ipsum nihil est, & silr̃ cutis animalis cum partibus animalis. D.d. Et quod est forma, &c. i. & dr̃ ꝙ forma est finis eius * quod est finis compositi ex subiecto & forma. sicut dicimus ꝙ forma hominis est finis suę materię, & finis hominis, qui componitur ex materia & forma. D.d. Et complementum cuiuslibet rei, &c. i. & finis etiam dr̃ de illo, ad quod cum generata peruenerint, cessat motus generationis, non illud, a quo incœpit iste motus. D.d. & forte vtrunq;, &c. id est & forte hoc nomen finis dicitur de fine, & principio motus.

1. Cœ. 18. 2. de ani. 37. & 38. 4. Ph. 14.

* a. l. qđ continet compositum.

B D.d. Et etiam illud, propter quod, &c. & dñr finis, & causa propter quid. complementum enim est finis illius, quod est ante complementũ. Et dicitur finis etiam de quiditate & substantia rei, & de sermone, qui significat substantiã vniuscuiusq; rei. Definitio enim est finis in cognitione, & esse. quod enim est finis in cognitione, est finis in esse. & hoc intendebat, cũ dixit, & quod est cognitionis est etiam rei. D.d. Declaratum est igitur, &c. i. declaratũ est igitur ꝙ scdm numerum intentionum, de quibus dr̃ principium, dicitur etiam hoc nomen finis. principium enim est aliquis finis. & cum hoc dr̃ modo vniuersaliori eo, quod dicitur principiũ. D.d. Et hoc in vtroq;, &c. & intendit, vt mihi videtur, ꝙ vtrũq; istorum nominum non significat communiter omnes intentiones, de quibus dicitur, sed secundum mutationem.

Definitio est finis ĩ cognitione. vide oppositum. 1. de Animate. c. 11. vbi dr̃ ꝙ ẽ principium. vide contr. Zim.

Caput Decimumoctauum. De Secundum quod.

SEcundum quod multipliciter dicitur. Vno modo, forma & substantia cuiusque rei, vt secundum quod bonus, ipsum bonum. Alio, in quo primo fieri aptum
C est, vt color in superficie. Quod igitur primo dictum est secundum quod ipsa forma est. secundo vero, tanquam cuiusq; materia, & primum cuiusque subiectum. Et omnino ipsum secundum quod, toties dictum erit, quoties dicitur causa. secundum quod enim venit, aut qua causa venit dicitur & secundum quod paralogizatum, siue syllogizatum est, & quæ syllogismi, siue paralogismi causa est. Item secundum quod dicitur, quod secundum positionẽ est. secundum quod sterit, aut secundum quod vadit. etenim hæc omnia positionem & locum significant. Quare & secundum se multipliciter vt dicatur necesse est. Vno nanq; modo secundũ se est quod erat esse cuilibet. vt Callias, & quod quid erat esse Calliã. Alio vero, quęcunq; in eo quod quid est insunt. vtputa Callias scdm se animal est. in ratione enim animal inest. Callias enim quoddam animal est. Itẽ si in seipso primo suscepit, aut in aliquo sui. vtputa superficies alba secundum se, & homo secundum se viuens. anima nanque pars quæ-

Vide Auer. in Epi. Tra. 1. sub cap. de essentia.

dam hominis est, in qua prima ipsum viuere est. Item cuius non est D aliqua alia causa. hominis nanq; multæ causæ sunt, animal, bipes. attamen secundum se homo est homo. Item quæcunq; soli, prout soli insunt. quare quod * separatum est secundum se est.

* a.l. coloratum.

Quod est per se dicitur multis modis. Vno modo dicitur forma & substantia cuiuslibet rei. sicut dicitur per se bonum illud, quod est bonum. Et alio modo illud, in quo est aliquid primo naturaliter, vt color in superficie. Illud igitur, quod primo dicitur per se, est illud, quod dicitur per formam. & dicitur secundo modo materia, & subiectum cuiuslibet. Et vniuersaliter illud, quod est per se, & causa æqualia sunt in essentia. dicitur enim ad quam essentiam facit hoc, & dicitur quare fecit hoc. & etiam dicitur ad quam essentiam non concludit veram conclusionem, & dicitur quæ est causa veræ conclusionis, aut non veræ. Et etiam dicitur per se illud, quod est situm per se, sicut stans, aut ambulans. omnia enim ista significant locum aut situm. Manifestum est igitur quòd illud, quod est per se dicitur multis modis. E Primo enim dicitur per se illud, quod significat quiditatem cuiuslibet rei. sicut dicitur quòd Callias est per se. in sua definitione enim est viuus, & Callias est aliquod viuum. Et etiam alio modo est, cum in aliquo apparuerit primo. sicut superficies, quæ est alba per se, & homo est viuus per se, quia anima est aliqua pars homine, & in ea est vita propria. Et etiam illud, quod non habet aliam causam. causę enim hominis sunt multæ, & viuus, & bipes, sed causa eius per se secũdum quòd est homo est homo. Et etiam quæ sunt eiusdem [a] scilicet humanitas. est enim humanitas sicut generans per se.

a Iste locus est suspectus tũ ex textu fideli, tũ ex cõmẽta. expositione.

23 Quot sint modi per se.

Illud, quod est per se dicitur multis modis: vno modo dicitur illud, quod existit per suam substantiam, sicut dicitur per se bonum illud, quod est tale per suam formam & substantiam, quare substantia est bona per se. Et dicitur per se etiam, quãdo aliquid existit in alio per se, cum in eo fuerit sine medio: vt cum dicimus colorem existere in superficie per se, & in corpore non per se, sed mediante superficię: & dicitur similiter aliquid stare per se, quando per suam formam stat; F aut quando per suum subiectum: vt in artificialibus apparet, quoniam scamnum est lignum per se, & idolum est per se æs, & homo est vnus per se, & vniuersaliter omne compositum est per se per suam materiam, & per suam formam. Et dicitur per se illud, quod in eo causam quęrimus: vt cum dicitur quare est hoc? verbi causa ad cuius essentiam fecit Polycletus hoc? & similiter, quare iste syllogismus verã non concludit conclusionem? aut ad eius essentiam concluditur cõclusio vera? & omne illud ẽt, quod in pręedicamento est situs, dr̃ per se, vt Ambulans, & quiescens dicuntut habere situm per se in loco: vnde manifestum est quod per se dicitur multis modis: dicitur enim per se illud, quod quidditatem significat cuiuslibet rei, sicut genus & differentia, ex quibus definitio cõstituitur. & similiter dicitur per se omne, quod existit in alio: & hoc duobus modis, vno modo, qñ est aliquod in alio sine medio, vt color in superficie, aut cum medio vt color in corpore, & sicut exemplo manifestum est in accidentibus, ita quoq; patet in substantia, vt in homine, qui anima viuit, & corpus superficie album est: & ista duo dicuntur esse per se cum medio, sed absq; medio, est ipsum rationale, & superficies colorata: dicitur ẽt aliquid existere per se illud, in cuius esse non est aliqua alia causa: homo enim & similia non existunt nisi per suas causas; quia habent multas causas, nihilominus, propter quam homo per se existit, est

Oẽ significans quidditatẽ dr̃ per se.

A homoeitas: quo circa per ſe eſt id, quod eſt ſeparatum, qm̄ determinate illi ſoli inſit: dicitur. n. aliquid alicui ſoli in eſſe, quia ei, & non alteri ineſt, vt coloratum per ſe ſuperficiei ineſt: omnia autem alia, quæ colorata ſunt citra ſuperficiem, nō ſunt per ſe colorata, cum ſolę ſuperficiei inſit per ſe coloratum eſſe.

Solę ſuperficiei ineſt p ſe coloratū.

Ideſt ꝙ vnus modorum, ſecundum quos dicitur aliquid eſſe per ſe, eſt forma & ſubſtantia. dicimus enim ꝙ aliquid exiſtit per ſe. v. g. dicimus enim ꝙ aliquid eſt bonum per ſe, cum fuerit bonum per ſuam formam, & per ſuam ſubſtantiam. D. d. Et alio modo, &c. i. & dicitur alio modo ꝙ aliquid exiſtit in aliquo per ſe, cum fuerit in eo ſine medio. v. g. cum diximus colorem exiſtere in ſuperficie per ſe, & in corpore non per ſe. in ſuperficie. n. exiſtit primo per ſe, & ſecundo in corpore. D. d. Illud igitur, quod primo dicitur per ſe, &c. i. illud igitur, quod dicitur per ſe, dicitur duobus modis: quorum vnus eſt & primus illud, quod dicitur ſecundum ſuam formam, & alius ſecundum ſuam materiam, i. primum ſubiectum formæ cuiuslibet rei. ſicut dicimus ꝙ ſcamnum eſt lignum per ſe, & idolū eſt per ſe æs, & homo eſt viuus per ſe, & vniuerſaliter omne cōpoſitum eſt per ſe per ſuam materiam & formam. & omne, quod eſt in aliquo per ſe, aut eſt per ſe per materiam eius, aut per formam, aut per vtrunque. D. d. Et vniuerſaliter illud, quod eſt per ſe, &c. i. ꝙ cauſæ ſunt in re per ſe, & quæ ſunt in re per ſe ſunt

Primus modus.
Secundus.
Idē. 4. Phy. 24.
Dr̄ia primi a ſecūdo.
Ōis cā p ſe.
Vr̄ oē compoſitū p ſe ē p ſuam materiā, & p ſuā formam.

B cauſæ: ſignificant igitur eandem naturam. v. g. quia dicitur ad cuius eſſentiā fecit Polycletus hoc, ſicut dicimus ad cuius cauſam fecit hoc. in vtroque enim loco quæritur cauſa. & iſte modus viſus eſt in Arabico malus. D. d. aliud exēplū, & dixit. Et etiā dicitur, &c. i. & exemplum in vtendo eſſentia loco cauſę, & cauſa loco eſſentiæ eſt, cum quæritur quare iſte ſyllogiſmus non concludit verā cōcluſionem, aut ad cuius eſſentiam concludit veram concluſionem. hoc enim idē eſt cum hoc, quod quæritur, qua de cauſa iſte ſyllogiſmus non concludit veram concluſionem, aut concludit veram concluſionem. Deinde d. Et etiam dicitur per ſe, &c. ideſt, & dicitur per ſe omne, quod eſt in prædicamento ſitus. ver. g. ambulans & ſtans. dicuntur enim habere ſitum per ſe in loco. D. d. Manifeſtū eſt igitur ꝙ illud, quod per ſe eſt, dicitur multis modis. Vno. n. modo dicitur per ſe, quod ſignificat quiditatem cuiuslibet rei. ſicut dicimus quod Callias eſt per ſe viuus. & vniuerſaliter illud, quod eſt per ſe, dicitur multis modis: quorum vnus eſt illud, quod primo diximus, & eſt acceptus in ſua ſubſtantia rei ſcilicet aut genus, aut differentia, aut definitio, quæ fit ex ambobus. ſicut dicimus ꝙ ſermo eſt vnus per ſe, quia vnum accipitur in ſua definitione, & demonſtrat ſuam quiditatem. D. d. Et etiam alio modo, &c. i. & dicitur per ſe etiam de prædicabilibus de ſubiecto propter naturam ſubiecti ſine aliquo mediante. ſicut dicimus ꝙ ſu-

Prio Poſt. 91 & 100.
Situs per ſe, quia quæ in ſitu p ſe ſūt
Diſtinctio modorū per ſe.
Septio Me. 21. & 43.
De pdicabilibus inhęrētibus.

C perficies eſt alba per ſe, i. primo & ſine medio. corpus enim non eſt album niſi per ſuperficiem. & hoc eſt quod dixit, & homo, quia anima, &c. eſt exemplum huius, quod dixit: qm̄ in aliquo apparuerit ſicut hoc, quod diximus. Et hoc quod dixit, ſicut ſuperficies, quæ eſt alba, eſt exemplum huius, quod dixit, aut eſt in aliquo, &c. i. ꝙ res habent cauſas, quæ dicuntur exiſtere in illis rebus per ſe, licet attribuantur eis propter alias cauſas. ſicut dicimus ꝙ homo eſt viuus per ſe, quia eſt viuus propter animam, & eſt animatum per ſe, non propter alium. Et ſimiliter omne, quod exiſtit in aliquo per ſe, aut exiſtit in eo tanquā accidens, aut tanquā ſubſtantia. & vtrunque iſtorum, aut per medium, aut ſine medio. ſubſtantia cum medio, aut per medium eſt, vt homo viuus: & accidens per medium, vt corpus coloratum: & ſubſtantia ſine medio * rationale: & accidens ſine medio ſuperficies colorata. Deinde dicit. Et etiam illud, quod non habet aliam cauſam, &c. i. ēt & dr̄ aliquid exiſtere per ſe illud, quod non habet cauſam, propter quam exiſtat niſi per ſe, ſi aliquid eſt tale. homo enim & ſimilia non exiſtunt niſi per ſuas cauſas, quia habent multas cauſas. Deinde dicit. ſed cauſa eius per ſe, &c. i. quamuis exiſtat homo per plures cauſas, tamen cauſa eius, qua exiſtit p ſe, eſt humanitas. D. d. Et ēt quę ſunt, &c. & vl̄r omnē, qđ exiſtit, in aliquo ſcđm ꝙ eſt, & illud, in quo exiſtit, ſunt vnū eſſentialiter nō accidētaliter, ſicut color in ſuperficie. dr̄ enim exiſtere per ſe, ſicut dicimus ꝙ ſuperficies eſt colorata; dicere aūt ꝙ homo eſt coloratus nō dr̄ ita, ꝙ ſit ei per ſe.

Ōē, qđ exiſtit ī aliquo per ſe; aut exiſtit ī eo tāquā ſubſtātia, aut tanquā accidens. & vtrūq; iſtorū aut ineſt cum medio, aut ſine medio.
* a. l. hō rōnalis.
De illo, qđ non habet cauſam.

Caput Decimumnonum. De Diſpoſitione.

DIſpoſitio dicitur ordo partes habentis, aut ſecundũ locum, aut ſecundum potentiam, aut ſecundum formã. poſitionem enim quandam eſſe oportet, ſicut ipſum ét diſpoſitionis nomen ſignificat.

Situs autem dicitur in habente partes ſecundum ordinem partium, aut ſecundum locum; aut ſecũdũ potentiã, aut ſcdm formã. debet. n. habere ſitum aliquẽ ſicut ſonat hoc nomen ſituatum.

Quæ habẽt ſitũ, & quæ non.

24 SItus, quidẽ eſt ſecũdũ ordinem partium in loco, & in omnibus partes habẽtibus inuenitur, & ſic ſitus quoddã eſt prędicamentũ. ſiue partiũ ordinatio rei ad inuicẽ. & iſte ſitus eſt vna differentiarũ quãti, ſecundũ quod alibi dictum eſt, q̃m quantũ aliud eſt habens poſitionẽ, & aliud nõ habẽs poſitionẽ, vt linea, ſuperficies, corpus, & locus, cũ rei partes adinuicẽ diſtinguãtur ſecũdũ formam, vt in rebus compoſitis ex partibus homogeneis, aut eterogeneis, vt homo, vel animal, in quo ſunt partes aliquæ in actu, & aliquę in potentia, quæ diſtinguuntur inuicem actu, & potentia. B

Quõ ſitus, vt eſt p̃dicamẽtũ, diſtinguitur a ſitu, vt eſt differẽtia quãti.

* a.l. ſecundum imaginationem.

* a.l. imaginatione.

Dixit. Situs inuenit̃ in omni habẽte partes, aut p ordinẽ partiũ in loco: & iſte eſt ſitus, q eſt p̃dicamentũ. Aut per ordinationẽ partiũ rei adinuicẽ: & iſte ſitus eſt vna dr̃iarum quãti, ſcd̃m ꝙ dictũ eſt in prædicamẽtis, ꝙ quantũ aliud habet poſitionẽ, aliud nõ habet poſitionẽ, & ꝙ partes rei diſtinguũtur ab inuicẽ. Aut ſcd̃m formã. & hoc eſt in rebus cõpoſitis ex partibus diuerſis ſecundũ formam, aut* in magnitudine ſicut in* magnitudine partiũ lineæ, & corporis, & vniuerſaliter corporũ cõſimiliũ partiũ. & iſtę partes nõ ſunt diſtinctę in hac diſpoſitione niſi potẽtia, actu aũt nõ. Et ideo dixit, aut ſecũdũ potentiã, aut ſecundum formam. & quaſi intendebat ꝙ ſitus dicitur in habente partes ſecundum ordinem partium, aut in loco, aut adinuicem. & hoc eſt, q̃ñ diſtinguuntur partes, aut ſecundum potentiam, aut ſecundum formam.

Caput Vigeſimum. De Habitu.

HAbitus autem dicitur vno modo, tanquã quidã habentis, & habiti actus, ſicuti actio quædam aut motus. nam cum hoc quidẽ efficit, illud vero fit, eſt media effectio. ita & habentis veſtem & veſtis habitæ eſt medius habitus. Hunc itaque habitum, ꝙ non contingit habere manifeſtũ eſt. in infinitũ enim progrederetur, ſi habiti eſſet habitum habere. Alio modo habitus dicitur diſpoſitio, ſecundũ quã bene vel male diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud. vt ſanitas quidam habitus eſt. diſpoſitio etenim talis eſt. Item habitus dr̃, ſi particula talis diſpõnis ſit. quare partiũ quoq; virtus quidãhabitus eſt.

Diſpoſitio dr̃ vno modo, quaſi aliqua actio eius cuius eſt, ſicut aliqua ars aut motus. cũ. n. aliquid agit, & aliud patit̃, paſsio eſt inter ea. & ſimiliter inter veſtiẽs, & veſtitũ eſt diſpoſitio. Manifeſtum eſt. n. ꝙ ĩpoſsibile eſt ꝙ iſta diſpoſitio ſit alterius. Et dr̃ diſpoſitio alio modo ſcd̃m poſitionẽ, & eſt ſcd̃m quã poſitio rei aut eſt bona, aut eſt mala, aut per ſe, aut in reſpectu alicuius. vt ſanitas. eſt. n. aliqua diſpoſitio, quia talis ſecundum vnam diſpoſitionem. Et dicitur etiam diſpoſitio, cum fuerit pars alicuius, quod dicitur ſecundũ poſitionem tali modo. & ideo bonitas partium eſt aliqua diſpoſitio.

A Disposítio, siue habitus dicitur multis modis: vno quidem modo de actione 25
agentis in aliquo patiente, vt cũ aliquis aliquã actionẽ egerit in alio, qui talem patiatur passionem, tunc illud, quod resultat ex actione agẽtis in passum, & ex passione patientis, dicitur dispositio, quæ est actio media, quoniã respectu agentis dicitur actio, & respectu patientis dicitur passio: & ita dicitur habitus vtriusque sicut inter vestem & habentem ipsam mediat habitus: qui quãuis intelligatur mediũ inter habens, & id, quod habetur, quod est vesteitas, non tamen oportet quod ipse habitus habere dicatur, aliter in habitibus esset ꝓcessus in infinitum. Alio modo dicitur dispositio ea, quæ ex cõpositione multorum resultant in vnum per formam, & talis dispositio dicitur habitus secũdum quod aliquid bene, vel male disponitur ad agendũ vel patiendum, vt sanum ad bonũ, & ægritudo ad malũ, qm̃ dispositiones, quæ ex compositione partiũ rei sunt, aut malæ, aut bonæ sunt in respectu ad aliud, vt robustus est bene dispositus ad bene aliquid agendũ, & hoc modo habitus est de prima specie qualitatis: & non solũ habitus dicitur dispositio totius, sed etiam dispositio partis, quæ est pars dispositionis totius. sicuti bonæ dispositiones partium animalis sunt partes bonæ habitudinis in toto animali.

Dispositio multis modis dicitur.

Dispositio dicitur multis modis. dicitur enim de actione agentis alicuius in aliquo patiente, sicut aliqua ars aut aliquis motus. ver. g. ꝙ cum aliquid egerit in aliquid aliquã actionẽ, & illud aliquid patiatur ab eo, illud, quod fit inter ea, dispositio dicitur: sed in respectu agentis dicitur actio, & in respectu patientis dicitur passio. D. dedit exemplum, & dixit. & similiter inter vestiens, &c. i. & dicitur hoc etiam in dispositione, quæ fit inter vestiens & vestitũ, quæ dicitur vestitio. D. d. Et dicitur dispositio alio modo, &c. i. et dicitur dispositio alio modo de illo, quod fit ex cõpositione, & est dispositio, ex qua compositio rei est, aut bona, aut mala. sicut sanitas, quæ est dispositio istarum dispositionum. est enim dispositio facta ex compositione membrorum, & humorum. D. d. aut per se, &c. i. & dixit hoc, quia dispositiones, quę sunt ex compositione partium rei, sunt bonæ aut malæ in se, aut respectu alterius dispositionis. vt sanitas Socratis in respectu sanitatis Platonis. Et vocauit compositionem positionem, quia compositio est in positione partium adinuicem. [a] D. d. Et dicitur etiam dispositio, &c. idest & dicitur dispositio de dispositione, qua positio totius aut partis est bona aut mala. & ideo bonitas partium in composito est aliqua dispositio. & intendit ꝙ dispositio bona aut mala, aut erit ex positione omnium partium adinuicem, aut in vna parte respectu totius.

B Primus modus. Prĩo de Gene. 55. Secundus. Sanitas ẽ dispõ facta ex cõpõne mẽbrorũ, & humorũ. Idem 7. Ph. 17. Compõ est in positionẽ partiũ adinuicẽ. Vide oppositũ. 1. de Gener. t. cõ. 35. Vide cõtra Zim. a Tertius.

C

Caput Vigesimumprimum. De Passione.

Passio dicitur vno quidem modo qualitas, secundũ quã alterari contingit. vt album & nigrum, dulce & amarũ, grauitas & leuitas, & quæcunque alia similia. Alio vero horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum & tristium magnitudines passiones dicuntur.

Passio dicitur vno modo qualitas, qua possibile est transmutari album & nigrum, & dulce & amarum, & graue & leue, & alia. Et alio modo transmutationes, & actiones istorum. Et etiam dicitur magis specierum nocentes transmutationes & motus, & maxime nociui, & maxime contristantes. Occasiones autem maxime delectabiles & cõcontristabiles dicuntur passiones.

26 Pasio, vel pasibilis qualitas dicitur multis modis: vno modo de potētia, qua D aliquid transmutatur de contrario in contrarium, vt frigidum ad calidum, album ad nigrum: & hæc dicitur potentia passiua, vel materiæ: Alio modo passiones dicuntur operationes harum qualitatum, quæ enumeratæ sunt, vt albescere, nigrescere, calefieri atque refrigerari, & sic accipiendo passionem erit ipsa prædicamentum per se: & dicitur etiā passio alterationes motionesque, quæ detrimentū afferunt, & temporanei quidā motus corporis, vt morbus, passio, & tristitia, gaudium ira, concupiscentia, risibilitas, & huiusmodi.

Pasio, vel pasibilis qualitas.

Passio dicitur vno modo de potentia, qua aliquid transmutatur de cōtrario in contrariū, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinem. Potentia enim, qua aliqua transmutantur adinuicem, dicitur potētia passiua: & ista est materia passiui. sicut cum aliquid transmutatur ad nigredinem de albedine, & de nigredine ad albedinem: & de dulcedine in amaritudinem, & de grauitate in leuitatem. D.d. Et alio modo, &c. i. & etiam dicuntur passiua ipsa accidentia, quæ recipit prima materia, s. caliditas & frigiditas. D.d. Et etiam dicitur magis, &c. i. & magis dicitur hoc nomen passio in istis modis in eis, quæ sunt nociua & contristantia animalium, aut delectabilia, s. tangibilia. & ideo dixit. Occasiones enim maxime, &c. i. & ideo dicitur illud, quod accidit ex occasionibus maximis contristabilibus, & illud, quod accidit delectabilibus maximis in maiori parte passiones. B

Primus modus. Nono Meta. 16. Secundus modus. Tertius.

Caput Vigesimumsecundum. De Priuatione.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1.

PRiuatio dicitur Vno modo, si non habeat aliquid eorū, quæ apta sunt haberi, etiam si ipsum nō sit natura aptū habere. vt plāta dicitur oculis priuari. Alio modo, si cū aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat. vtputa aliter cæcus homo visu priuatur, & aliter talpa: hæc quidem secundum genus, ille vero secundum se. Item si aptum sit, & quando sit aptum habere, non habeat. cæcitas nāque priuatio quædam est cæcus autem non secundum omnem ætatem, sed si, in qua aptus est habere, non habet. Similiter si in quo, & secundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus sit, non habeat. Item violenta cuiusque ablatio priuatio dicitur. Et quoties negationes ab I N, vel simili negatione incipientes dicuntur, toties etiā priuationes dicentur. Inæquale nanque dicitur, eo q non habeat æqualitatem, aptum existens habere. inuisibile vero, eo q nō habeat omnino colorem, & quod exigue. & impes, eo q & non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item cum parum quid habeat. vt cum dicimus* exossem, hoc autem est, eo q exile quiddam habet. Item, cum non facile, aut non bene. vt insecabile, non solum eo q non secetur, sed etiam eo q non facile, nec bene. Item, cum omnino non habeat. cæcus nanque dicitur non qui Vnoculus est, sed qui vtriusque oculi visu caret. Quare nō omnis, bonus vel malus, aut iustus vel iniustus, sed etiam intermedium est. E

* innucleosum.

Priuatio dicitur Vno modo, cum aliquid non habuerit illud, in cuius natura est esse in aliquo, licet ipsum non habeat illam naturam. V.g. quoniam dicitur quòd plantæ carent sensu. Et alio modo, cum

A non habuerit illud, quod debet habere per suam naturam. vt homo cæcus. modus enim carendi visu in homine alius est a modo carendi visu in talpa. hæc enim est priuatio secundum genus: hoc autem per se. Et etiam, cum hoc fuerit in sua natura, & in tempore, in quo debet habere, aut non habere. cæcitas enim est aliqua priuatio. cæcus enim non est in omni, sed in tempore, in quo debet habere visum. Et similiter si fuerit per se, aut refertur ad aliquid. Et etiam abstractio, quę fit violente in vnaquaque rerum, dicitur priuatio. Secundum igitur numerum modorum, qui fuerint per negationem, erit numerus modorum priuationis etiam. Dicitur enim non æquale illud, in cuius natura non est. & dicitur non visibile, quod non habet colorem omnino. & dicitur non habens pedem, qui non habet pedem omnino, & quia est claudum, & etiam quia parum ambulat, sicut dicitur non habere potentiam illud, quod est debile. Et etiam illud, quod non est facile, aut illud quod non est aptabile, vt non abscindibile. non enim di-
B citur illud, quod omnino non abscinditur, sed illud quod non facile abscinditur, aut illud, quod non bene abscinditur. Et etiam illud, qđ non habet omnino. nõ enim dicitur cœcus, qui habet vnũ oculũ, sed illud, quod non habet visum in vtroque oculo. Et ideo dicitur non omne, bonum aut malum, aut iustum aut iniustum, sed inter hæc.

27 Priuatio quot modis dicitur.

PRiuatio etiam dicitur multis modis. nanque priuatio dicitur de eo, in cuius esse est negatio habitus: & hoc duobus modis, aut ex parte rei priuatæ, aut ex parte subiecti. ex parte rei priuatæ dicitur de eo, quod caret aliqua re ex natura propria, quæ non habere apta nata est: vt planta, quæ oculis priuatur, quoniam suum esse, ac ex natura sua non habet aptitudinem, vt oculos habeat; ex parte vero subiecti dicitur priuatio alicuius rei, cuius esse subiecti habet aptitudinem ad illam habendam; & hoc contingit duobus modis, vno modo secũdũ genus suũ: vt homo, qui priuatus est volare, nihilominus in genere aĩalis est species aliqua volans, vt aquila: & talpa dicitur priuari visu, non secundum se, sed quia non habet aptitudinem ad videndum, sed animal bene est aptum natũ ha-
C bere visum, & ideo licet cęcitas sit priuatio visus, tamen animal non dicitur cęcum nisi in tempore, in quo debet habere visum, quoniam in tempore, in quo nõ habet aptitudinem ad videndum, non dicitur cæcus: vt catulus non dicitur cęcus quando nascitur, cum per nouem dies non videat. Sed, cum post hoc tempus caret visu, dicitur cæcus, quoniam per id tempus est aptus videre: Alio modo dicitur priuari aliquo, quod non habet illud tempore, loco, & parte, secundum quod natum est habere, & hæc est vera ratio priuationis. & alio modo dicitur priuatio cuiuslibet rei per violentiam ablatio. v.g. quando lapis violenter non mouetur ad inferius. Carentia igitur huius motus, quæ fit per vim, priuatio dicitur; & vniuersaliter dicitur priuatio tot modis, quot modis potest negatio designari, addita per compositionem alicui non habenti habitum: primo modo dicitur talis negatio per hoc, quod est omnino non habere per aptitudinem tamen ad ipsum: vt inuisibile, quod non habet colorem, & sine pede, qui pedem non habet. Secundo modo dicitur negatio non per hoc, quod est omnino non habere, sed per hoc, quod est turpiter habere, vt inuisibile, quod turpem habet colorem, & ingressibile, quod ineptos habet pedes. Tertio dicitur negatio, quod est parũ habere, vt non ignitum, quod modicum habet de igne. Quarto modo dicitur negatio, quod est non bene, vel faciliter se habere, vt insecabile quod faciliter se-

Talpa, & catulus quõ dicãtur cęci.

Ratio vera priuatiõis q̃.

Negatio est multiplr dicta.

cari non poteſt: Quinto modo dicitur negatio quod eſt omnino nõ habere, & ſic monoculus non dicitur cæcus, ſed qui in ambobus oculis viſum non habet, & ſic patet de modis priuationis.

Ideſt Priuatio dicitur multis modis. Dicitur enim quando aliquid caruerit aliquo, in cuius natura eſt vt ſit in alio, non in illo neque in ſuo genere. ſicut dicitur ꝙ plantæ carent aliquo, quod animalia habent naturam habendi, ſ. ſenſu. D.d. Et alio modo, &c.i. & videtur aliquid carere hoc, quando caret aliquo, qd innatum eſt inueniri in ſua ſpecie. ſicut cæcitas in homine. & hoc eſt illud, quod innatum eſt inueniri in aliquo per ſe, aut quod innatum eſt inueniri in ſuo genere. ſicut cæcitas talpæ. eſt enim priuatio alicuius, quod innatum eſt inueniri in animali, quod eſt genus talpæ. Et, quia aliquid carere illo, quod naturaliter debet habere, eſt duobus modis aut in tempore in quo natum eſt habere, aut in tẽpore in quo non natum eſt habere, incœpit diſtinguere hoc, & d. Et etiam, cum hoc fuerit, &c.i. & aliquid carere illo, quod naturaliter debet habere, aut eſt in tempore, in quo debet, aut in tempore, in quo non debet habere, v.g. quia cæcitas eſt priuatio viſus in animali, quod naturaliter habet viſum: ſed non dicitur cæcum, niſi in tempore, in quo debet habere viſum. ver.g. ꝙ catulus non dicitur cæcus, quando naſcitur, licet non videat tunc. catulus autem, carẽs viſu poſt hoc tempus, dicetur cæcus. D.d. Et ſimiliter, &c.i. & hoc contingit in eo, quod caret aliquo, quod innatum eſt inueniri in ſpecie eius, aut in genere eius, quod non habet naturam vt inueniatur in illo, ſecundum quod illud, quod innatum eſt inueniri in genere alicuius, aut eſt innatum inueniri in aliquo tempore, aut in quolibet tempore. v.g. ꝙ talpa caret illo, quod innatum eſt inueniri in canibus in aliquo tempore, & in homine in qualibet ætate, D.d. Et etiam abſtractio, &c.i. & etiã dicitur priuatio omne, quod caret aliquo, non tantũ naturaliter, ſed violenter. v.g. quando lapis violenter non mouetur ad inferius. D.d. Secundum igitur numerum modorum, &c.i. & numerus modorum priuationis inuenitur ſecundũ numerũ modorũ intentionum, quæ ſignificãtur per nomina priuatiua, vel infinita. D.d. Dicitur.n. non æquale, &c.i. dr̃ enim non tale illud, quod caret aliquo, quod non habet naturaliter. v.g. dicere ꝙ color eſt non æqualis, quia non habet naturã habendi æquale, aut priuationem æqualis. aut dicere non viſibile, in eo quod non habet colorem. quod enim caret colore nõ eſt natum videri, quemadmodũ quod caret quantitate non eſt natum eſſe æqualè, aut inæquale. D.d. & dr̃ nõ habens pedem, &c.i. & priuatio eius, quod debet naturaliter haberi, inuenitur tribus modis, aut priuatio pura, ſicut in eo, quod nõ habet pedem omnino: et alius, ſicut in eo qui habet pedẽ tortuoſum, ita ꝙ male ambulat: tertius, ſicut dicitur in eo, quod habet pedem debilem. D.d. Et ẽt illud, quod non eſt facile, &c.i. ſicut dicimus non abſcindibile. non.n. dicitur illud, quod non eſt impoſsibile abſcindi tm̃, ſed etiã illud, quod difficile abſcinditur, aut illud, quod male abſcinditur. D.d. Et etiam illud, quod non habet omnino, &c. ideſt & etiam priuatio non dicitur niſi de illo, quod caret aliquo ſecũdũ totũ non ſecundũ partem. non.n. dr̃ cæcus ille, qui habet vnũ oculũ. D.d. Et ideo non dr̃, &c.i. & ideo priuatio, & habitus non diuidunt verũ & falſum in omnibus rebus. falſant.n. in ſimul in medijs. v.g. qm̃ nõ omnis homo eſt aut malus aut bonus. homo a enim nõ ciuilis neq; dr̃ bonus, neq; malus, & ſimiliter iuſtus aut iniuſtus. Et quaſi intẽdebat declarare cauſam in hoc, ꝙ priuatio, et habitus diuidũt verũ & falſum in ſubiecto proprio v.g. ꝙ iuſtitia & iniuſtitia diuidũt verum vel falſum in homine ciuili.

Carere aliquo apto haberi eſt duobus modis.

2. de Anima 66.

Priuatio formæ aptę hr̃i ẽ tribus modis. Idẽ. 2. de Anima. 103 120. & 3. Phy. 34.

Priuatio, & habitus non diuidunt verũ, et falſum in oĩbus rebus.

a Idẽ. x. me. com. 16.

Priuatio, & habitus diuidũt verũ, & falſum in ſubiecto proprio. Vide 3. Ph. 24. & 4. Ph. 109. et 1. Cœ. 129. & 10. me. 16.

Caput Vigeſimumtertium. De Habere.

HAbere multipliciter dicitur. Vno modo, cum quid ſecundũ ſuam naturã, aut ſuã inclinationẽ agat. quare dicitur ꝙ febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & induti veſtem. Alio modo, in quo quid tanquam ſuſceptiuo exiſtit.

A vt æs habet ſtatuæ formam, & corpus ægritudinem. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta ſunt. in quo nanque contentum quiddam eſt, haberi ab eo dicitur. vt vas habere humidum dicimus, & vrbem homines, & nauem nautas. ſic & totum partes habet. Item quod prohibet aliquid ſecundum ſuā inclinationem moueri, aut agere, habere dicitur hoc ipſum. vt & columnæ impoſita onera. & vt Poetæ Atlantem faciunt cœlum habere, tanquam, niſi ipſe teneret, caſurum ſuper terram, vt quidam Phyſiologorum tradunt. Hoc autem modo & continens dicitur, quæ continet habere, tanquā ſepararetur ſecundum ſuam inclinationem vnumquodque. In aliquo ēt eſſe ſimiliter & conſequenter, ſicuti habere dicitur.

Habitus dicitur multis modis. Vno modo dicitur quod poteſt acquirere aliquid ſecundum ſuam naturam, aut ſecundum ſuum ſtudium. & ideo dicitur ꝙ homo habet caſtrum, & victores habent ciuitates, & veſtientes habent veſtimentum. Et alio modo, cum aliquid
B fuerit in aliquo ſimili recipienti. vt cuprum, quod habet formā idoli, & corpus, quod habet infirmitatem. Et alio modo ſicut contentum continens. contentum enim dicitur habere continens. ſicut cyphus, qui dicitur habere aliquid humidum, & ciuitas habere homines, & nauis habere nautas. & ſecundum hunc modum dicitur totum habere partes. Et etiā dicitur habere illud, quod prohibet aliquid moueri aut agere aliquid. ſicut dicimus quòd domus habet res graues poſitas ſuper ſe. & ſicut Verſificatores dicunt quòd cœlum habet Atlantem altantem, qui ſi non eſſet, cœlum caderet ſuper terram, ſicut dicunt quidam loquentes in Naturalibus. Et ſecundum hunc modum dicitur etiam continens cum rebus, quas continet, quòd habet illas, quas vnaquæque earum eſſet ſeparata ab alia. Et ſpecies, quæ dicuntur in aliquo etiam, ſunt ſimiles ſpeciebus habitus.

C HAbitus dr̄ multis modis: primo modo dr̄ aliqd hr̄e alterū, qn̄ habens dicitur ad naturā habentis, & extra naturā habiti, vt in naturalibus febris dr̄ habere hominē, & in ciuilibus victores habere ciuitatem dicūtur: & hoc modo dr̄ habere veſtimentū, quia trahitur ad figuram veſtiti: Secūdo modo dicitur ſubiectum habere omne accidens quod in eo eſt, vt æs dicitur habere ſpeciem ſtatuæ, & corpus formā ſanitatis. Tertio modo dicitur aliquid habere alterum, quia ipſum continet, vt lagena habet vinū, & ciuitas homines. Quarto modo dicitur aliquid habere alterū, quia prohibet alterū moueri ſiue operari ſecundum ſuum impetum, vt columna dicitur habere pondus graue ſupra ipſam poſitum, vt Poetę dixerunt Athlantem prohibere cœlum ne cadat deorſum: & hæc de diſtinctione, quæ ad entis perfectionem pertinent. 28 Habitus multiplicitas.

Ideſt Habitus dr̄ omne habēs potētiā acquirēdi aliqd. dicitur.n. ꝙ habet illud. ſicut dr̄ ꝙ homo habet vel pecuniā, & habet caſtrū: & victores habent ciuitates, quas illi regūt poſſeſſorie, & hoc habere ſignificat poſſeſsionē. D.d. Et alio modo, &c.i. & dr̄ habitus de attributione formę ad habēs formā, ſ. recipiēs illā. ſicut dicimus ꝙ cuprū habet formā idoli, & ferrū formā gladii, & corpus formā ſanitatis. D.d. Et alio mō, ſicut cōtentū cōtinēs, &c.i. & iſte ſermo ita cecidit ī libro. ſed exēplū nō cōuenit exēplificato. dicere.n. ꝙ cōtentū habet cōtinens eſt ſicut aīal habere cutē, & arborē habere cortices. & hoc eſt prędicamentū habitus. cyphū autem habere aquam, & ciuitatem habere homines eſt econuerſo, Vide 2. cœ. tex. com. 4.

scilicet quia continens habet contentum. & secundum hunc modum dicitur ꝙ locus habet locatum. & hoc est in prædicamento vbi. & vniuersaliter respectus in hoc prædicamento est conuersus illi, qui est in prædicamento habitus. Et forte fecit hoc, quia isti duo modi sunt propinqui, & quasi eiusdem generis. Est enim respectus comparationis inter continens & contentum. si igitur fuerit* comparatio continentis ad contentum, erit prædicamentum habitus: sed econuerso de vbi. Per primum igitur sermonem intendebat primum respectum, & per exemplum alium respectum. & dicitur ꝙ multotiens vtitur hoc Aristo. Deinde dicit. Et etiam dicitur habere, &c. i. & dicitur habere omne, quod habet deferens. delatum enim dicitur habere deferens, & quod prohibet delatum a casu aut a motu. sicut dicitur ꝙ domus habet tectum, & sicut dicitur ꝙ Versificatores dixerunt antiquitus cœlum habere angelum, qui defert cœlum. D. d. & secundũ hunc modum, &c. i. ꝙ respectus inter ea inuenitur ex hoc, ꝙ continens impedit contentum vt agat illud, quod naturaliter debet agere. sicut cyphus ne fluat. nisi igitur contentio esset, tũc separaretur vnũ ab altero. Deinde dicit. Et species, quę ... idest, ꝙ numerus respectuum, qui demonstratur per habere, sunt secũdum numerum respectuum, qui* demonstrantur per hanc dictionem in. sed hic hæc præpositio, in, dignius dicitur de respectu cõtenti ad continens, & recepti ad recipiens, & hoc verbum habere dignius dicitur de respectu continentis ad contentum, & possidentis ad possessum.

* a. l. respectus.

* a. l. denotantur.
Vide 4. Ph. t. cõ. 23.

Caput Vigesimumquartum. De Ex aliquo.

EX aliquo esse vno modo dicitur ex quo, vt ex materia est. & hoc dupliciter, aut secũdum primum genus, aut secundum vltimam speciem. vtputa omnia liquabilia quodam modo quidem ex aqua sunt, quodam modo vero ex ære statua est. Vno modo dicitur ex primo mouente principio. vt ex quo pugna? ex conuicio. quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex composito ex materia, & forma. sicuti ex toto partes, & versus ex Iliade, & lapides ex domo. finis nanque est forma: perfectũ vero, quod habet finem. Quædam vero tanquam ex parte forma. vt homo ex bipede, & syllaba ex elemẽto. aliter nanq; hoc atq; statua ex ære. ex sensibili nanque materia composita substantia est. forma quoque ex materia. Quædam itaque ita dicũtur. quædam, siquis horum modorum secũdum aliquam partem sit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plantæ, quia ex aliqua eorum parte. Vno modo, post quod tempore. vt ex die nox, & ex sereno tẽpestas. quoniam hoc post illud. Horũ autem quędam, eo quòd habent mutuam transmutationem, ita dicũtur, sicuti & quæ nunc dicta sunt. quædam, eo quòd solũ secũdũ tempus consequentur. vt ex æquinoctio facta est nauigatio, quoniã post æquinoctiũ facta est. & ex Bacchanalibus Thargelia, quia post Bacchanalia.

Thargelia, ludi in honorem Apollinis.

Ex aliquo dicitur vno modo, sicut dicitur aliquid esse ex materia. & hoc dicitur duobus modis, aut secũdũ primũ genus, aut secũdum vltimam formam. sicut forte dicitur quòd omnia liquabilia sunt ex aqua, & forte dicitur sicut idolum est ex cupro. hoc enim est ... trarietatis. Et alio modo illud, quod est compositum ex materia & forma

A forma. vt partes ex toto, aut metrum carminis, sicut metrum versuũ, qui dicuntur Iliades, & sicut lapides ex domo. forma enim est complementum: & complementum est illud, quod habet complementum. Et quoddã dicitur sicut forma ex parte, & sicut homo est ex bipede. & etiam alio modo, sicut idolum ex cupro, qui est ex materia sensibili, aut substantia sensibili. & etiam sicut forma, quæ est elementum formæ. Quædam igitur istorum dicũtur his modis. & quædam, quando quędam partes istorum fuerint alicui istarum specierum. vt filius ex patre & matre, & ex terra, & ex plantis. sunt enim ex quibusdam partibus. Et alio modo, quæ sunt post in tempore. vt nox ex die, & pluuia ex sereno. sunt enim post illa. Et quædam istorum dicuntur hoc modo illa, quæ habent potentiam transmutari adinuicem, sicut illa modo dicta. & quædam, quæ sequuntur se adinuicem in tempore tantum. sicut dicimus quòd ex meridie fit occasus solis, id est

B post meridiem. & dicimus quòd ex motibus Dionysiis fiũt Dionysia.

Et ex aliquo etiam dicitur multis modis. vno modo dicitur esse ex alio vt ex materia, siue remota & communi, siue propinqua & propria: vt materia remota statuę diceretur Aqua; propinqua vero æs: æs enim est illud, in quo existebat non esse contrarij formę statuę. Secundo modo dicitur aliquid fieri ex aliquo vt ex principio mouente: vt bellum ex conuicio, & domus ex ędificatore. Tertio modo dicitur aliquid fieri ex aliquo per viam resolutionis: vt ex composito fiũt materia, & forma, & partes siue essentiales, siue integrales fiunt ex toto suo, & iste modus sumitur secundum viam resolutionis, & primus secundum viam compositionis. Quarto modo dicitur aliquid fieri ex aliquo sicut species: ex parte generis sumplit partes secundum rationem, vt homo ex animali, & bipede, aut secundum rem, vt syllaba ex literis: & addit quintum modũ, quo aliquid fit ex aliquo, non ex vniuersa materia, sed ex parte materię eius, vt puer ex patris substantia, & planta ex terra. stirpes enim ex terra quasi ex materia idcirco esse dicuntur, quoniam aluntur nascunturq; ex terra, sed non ex omni terra, sed vt ex parte ipsius. statuam quoq; ex ære esse dicebamus, & rursus filius ex patre, & matre fit non ex vniuersa materia, sed ex parte materię. Alio modo aliquid ex aliquo dicitur transumptiuę, prout ex denotat ordinem temporis, vt ex die nox est: quoniam post diem fit nox, & ex tranquillitate tempestas, quę fit post tran-

C quillitatem: deinde subdiuidit hęc, & dicit, & quędam istorum dicuntur hoc modo, quia mutationem mutuam inter se habent, vt ea quoq;, quę modo sunt dicta, vt nox in diem, dies vicissim in noctẽ mutatur, tranquilitas in tempestatem, & econuerso: nam mutationes ex contrarijs fiunt: hęc autem cõtraria sunt, & quædam, quę sequuntur se adinuicem in tempore, vt ex meridie fit Solis occasus, ꝓpterea quod post meridiem fit Solis occasus, & ex motibus Dionysii fit Dionysia, quia post baccanalia fiũt saturnalia: neq; enim meridies transit in occasum, neq; saturnalia in baccanalia transeunt: quia omnis motus est ex termino a quo & ex termino ad quem, terminus enim ad quem est, ex quo aliquid mouetur, quod est, quoniam finis est, ex quo vnumquodq; mobile mouetur.

Cum autem numerauit secundum quot modos dicitur habere, & in, vult modo numerare secundum quot modos dicitur ex, & d. Ex aliquo dicitur, &c. id est aliquid esse ex aliquo dicitur multis modis. Dicitur enim sicut dicitur aliquid esse ex sua materia. & ista est significatio famosior ex significationibus ex. Deinde dicit, & hoc dicitur duobus modis, id est ex materia, ex qua dicitur aliquid [illegible] est prima materia, quę est tanquam genus altissimum. & forte est propinqua materia, quæ est vltimum [illegible] in generatione, scilicet quę re[illegible]. Deinde dat exemplum vtrisq;, & dicit sicut forte dicitur, & [illegible] est materia remota est sicut aqua in liquefactibus rebus, vt plumbo,

29 Quot modis dicitur ex.

Quõ stirpes ex terra esse dicuntur.

Famosior ex significationibus ex, est quã aliquid dr̃ esse ex aliquo, tanq̃ ex materia.

cupro, ferro. iſta enim dicuntur eſſe ex aqua. Materia autem propinqua eſt, vt idolum ex cupro. cuprum enim eſt illud, in quo exiſtebat non eſſe contrarium formę idoli. & hoc intendebat, cum dicit hoc enim eſt initium cõtrarietatis, &c. id eſt hoc enim eſt primum ſubiectum recipiens formam idoli, & ſuam priuationem ſucceſsiue.

1. Ph. 78. 80. Sedc modus

Deinde dicit. Et alio modo, &c. id eſt & dicitur ex, alio modo, ſicut dicimus ꝙ partes ſunt ex toto, & vniuerſaliter ſicut dicimus ꝙ manus eſt ex homine, & tale carmen ex tali metro, & iſta ſunt partes ſecundum quantitatem. iſtę enim partes ſunt ęquales toti in hoc, ꝙ vtrunque componitur ex materia. ſ. partes & totum. ſicut dicimus lapides ex domo.

Idē ſupra te. com. 3. & 2. Phy. 31.

D. d. forma enim eſt complementum, &c. id eſt & dicitur ꝙ lapides ſunt ex domo, quia forma domus eſt complementum domus, & domus eſt completa per complementum quod habet, & partes domus ſunt ex domo, id eſt ꝙ partes domus fiunt ex domo per diſſolutionem, & domus ex ſuis partibus per compoſitionem, denudando a ſe ſuas formas, & recipiendo formam domus.

Tertius modus.

D. d. Et quoddam dicitur ſicut forma ex parte, id eſt & quoddam dicitur econuerſo. ſ. totum ex parte, ſicut homo ex bipede. D. d. & etiam alio modo, &c. id eſt ꝙ iſte modus eſt generatio formæ ex materia, ſ. ꝙ hęc propoſitio, ex, dicitur tribus modis, aut compoſitum ex materia & forma: aut partes ex toto: aut totum ex partibus. & ſecundum hunc modum videtur quaſi reiterare primam intentionem. Et forte intendit ꝙ aliquid eſſe ex aliquo dicitur ſic, ꝙ natura generati eſt natura illius, ex quo generatur. ſicut dicimus, ꝙ idolum eſt ex cupro, id eſt ꝙ natura idoli eſt natura cupri. Deinde dicit. Quędam igitur iſtorum, &c. id eſt, ꝙ quędam eorum, quę dicũtur eſſe ex aliquo, dicuntur duobus modis: quorum vnus eſt vt aliquid ſit ex toto alicuius. ſicut dicimus animal ſanguineũ eſſe ex carne. tota enim caro concluditur in animali ſanguineo. filium autem eſſe ex patre & matre dicimus, quia eſt pars eorum. & ſimiliter eſt ex terra, & ex plantis. & intendit per plantas nutrimentum.

Quartus modus.

Deinde dicit. Et alio modo, &c. id eſt, & iſta prępoſitione, ex, vtitur tranſumptiue in loco huius prępoſitionis poſt. vt dicitur nox eſt ex die, non ita ꝙ dies ſit materia noctis aut pars, ſed quia nox eſt poſt diem. D. d. Et quędam iſtorum dicuntur hoc modo, &c. id eſt & omnes intentiones, quę ſignificantur per hanc prępoſitionem, ex, concluduntur duobus modis. quorum vnus eſt in quibuslibet duobus, quorum alterum tranſmutatur in alterum. tranſmutatum enim dicitur eſſe ex eodem, de quo tranſmutatur. Materia igitur tranſmutatur ad compoſitum & ad formam, & compoſitum etiam tranſmutatur ad materiam, & totum tranſmutatur ad partes apud ſuam corruptionem & generationem partium, & partes tranſmutantur ad totum apud generationem totius.

Vide 5. Ph. 25.

Tempus autem dicitur ſucceſsiue. res autem, quæ ſequuntur ſe adinuicem, dicuntur eſſe ex ſe adinuicem, ſed iſta præpoſitio, ex, ſignificat in hoc loco idem, quod ſignificat poſt. Deinde dicit, & dicimus ꝙ ex motibus, &c. id eſt ꝙ poſt motus alicuius fuit quidam, aut mouebatur. & ſecundum hunc modum dicimus ꝙ motum eſt ex eo, ex quo eſt, & ad quod eſt.

Caput Vigeſimum quintum. De parte.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 1.

PArs dicitur vno quidem modo, in quod quoquo modo quantum diuidi poteſt. ſemper enim quod a quanto, prout quantum, aufertur, pars illius dicitur. vt duo pars trium quodam modo dicitur. Alio modo, ex his ea dũtaxat, quæ metiuntur. quare duo quodam modo quidem ſunt pars trium, quodam modo vero non. Item in quæ forma abſq; quando diuidi poteſt, hæc quoq; partes eius dicuntur. quare ſpecies generis aiunt partes eſſe. Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipſa forma, aut quod formam ha-

A bet. vt sphæræ eneæ, aut ænei cubi & ipsum æs pars. hoc autem est materia, in qua forma, & angulus pars. Item quæ in ratione vnũquodq; significante sunt, hæc quoq; pars totius sunt. quare genus pars etiam speciei dicitur. aliter vero species generis pars est.

Pars dicitur vno modo, in quo possibile est quantitatẽ diuidi quoquo modo. quod autem diminuitur ex quantitate, secũdum quòd est quantitas, semper dicitur pars illius, ex quo diminuitur. sicut dicitur ꝙ duo sunt pars triũ quoquo modo. Et alio modo dicitur illud, quod numerat ista tantum. & ideo forte dicitur ꝙ duo sunt pars trium, & forte non. Et etiam illud, in quo possibile est formam diuidi absque quantitate, dicuntur etiam partes. & ideo dixerunt ꝙ formæ sunt partes generis. Et etiam illa, in quæ diuiditur aliquid, ex quibus componitur totum aut forma, aut habens formam. sicut sphæra cupri. cuprũ enim est pars illius. & hæc est materia, in qua forma est. & angulus
B etiam est pars. Et etiam illa, quæ sunt in definitione, quæ significant vnamquanq; rerum, sunt etiam partes totius. & ideo dicitur quòd genus est pars formæ.

Et dr̃ pars multis modis: vno modo dr̃ pars quęcunq; quantitas in quam diuiditur totum siue illa possit adequare mensurare totum siue non, veluti duo sunt pars quodam modo trium, & tria pars quatuor: Secundo modo dr̃ pars illa quantitas, quę adequate mensurat totũ: & sic duo non sunt partes trium, sed bene sunt partes quatuor: Tertio modo dicitur pars illa, ex qua aliquid cõponitur: & hoc modo materia & forma sunt partes entis naturalis, & indiuidua sunt partes speciei & species generis. Quarto modo dicitur pars, quę ponitur in definitione cuiuslibet rei: & hoc modo pars dicitur rationis vt bipes, qui est pars hominis & animalis: vnde primus modus quantitate comprehendit: secundus: & tertius substantiam comprehendunt, & qualitatem: quartus modus spectat ad partes rationis, que quiditatis: quare vnumquodq; pars est, cum ex eo aliquid componitur & mensuratur: vt vnitas, quę est pars numeri, & binarius pars media quaternarij, & angulus pars trianguli: & similiter etiam mensura rei mensuratę, & extremitates pars medij. & sic vnumquodq; pars est cum in illo aliquid resoluitur, ac diuiditur, & species dicitur pars generis, & indiuiduum pars speciei, & mate-
C ria pars indiuidui, & dimensiones partes corporis, & genus, & differentia partes definitionis sunt, subiectum & pręedicatum partes propositionis, & multa alia huiusmodi, & hęc de modis partis.

30 De multiplicitate nominis partis.

Nota de significato partis.

Id est ꝙ pars dicitur multis modis. Vno modo illud, in quod diuiditur quantitas, secundum ꝙ est quantitas aliquo modo diuisionis. illud enim quod cum diuiditur a quantitate, diminuitur quantitas, secundum ꝙ est quantitas, dicitur pars illius. Et dicit quoquo modo, pręseruando se a parte mensurante. Dicitur enim ꝙ duo sunt pars trium, & tria pars quatuor, & nullum istorum mensurat totum. Deinde dicit. Et alio modo dicitur illud, quod numerat, &c. id est, & dicitur pars alio modo illud istorum, quod numerat, aut mensurat illud, cuius est pars. & ideo forte dicitur ꝙ duo sunt pars trium, & forte non, cum non numeret tria. Pars igitur secundum quantitatem alia est mensurans, alia non. & Geometræ vtuntur hoc nomine pars de parte mensurante. D. induxit tertium modum, & dixit. Et etiam illud, in quod possibile est formam diuidi, &c. id est & dicitur pars etiam illud, in quod diuiditur forma, secundũ ꝙ est forma. & ista diuisio est secundum qualitatem non secundũ quantitatem: & est formarum cõpositarum, quę diuiduntur in formas. vt formarum, q̃ sunt genera, quę diuiduntur in formas, quę ẽt sunt differentię illorum generum. D. d. Et etiam illa, in quæ

Idem supra 18. & 1. Ph. 15.

Secundus.

Pars quantitatiua duplex est.

Tertius.

Quartus.

diuiditur aliquid, id est & dicuntur partes illę, in quæ diuiduntur composita ex materia & forma, s. materia & forma. dicitur enim q̃ sphęra cupri diuiditur in cuprum & in sphęricitatẽ. & hoc est aliud a primo. in primo enim diuiditur forma in formam, vt species in genus: hic autem aliquid diuiditur in formam & materiam. D. d. & hęc est materia. in qua est forma, id est q̃ diuisio alicuius in materiam & formam est alio modo a diuisione speciei in formam communem & propriam. D. d. & angulus etiam est pars. Potest autem intelligi sic. & angulus etiam est pars figurę duobus his modis, quantitate, s. & qualitate. Vel sic. enim angulus diuiditur in angulos. diuisio enim anguli in angulos est secundum quantitatem & qualitatem. & ideo dubitauerunt quidam, in quo genere magnitudinis continetur angulus, adeo q̃ quidam eorum fecerunt illum quartum genus, & dixerunt genera magnitudinum esse quatuor. corpus superficiem, lineam, et [illegible]

Quintus. D. induxit quintum modum partiendi, & dicit. Et etiam illa, quæ sunt in definitione, &c. id est & etiam illa, ex quibus componuntur definitiones significantes quiditatem cuiuslibet rei, dicuntur et partes definiti & definitionis. & ideo genus dicitur pars formę. & ideo dicimus q̃ genus est pars formarum specierum. forma enim speciei diuiditur in genus & differentiam. Hic aũt est modus quintus. quia forma, secundum q̃ est genus & differentia, differt a formis, secũdum q̃ sunt formę. illas enim esse genus, aut differentiam est accidens, quod accidit eis.

Formæ, vt sunt gña & drię, differũt a seipsis, vt sunt formæ tm̃. illas .n. esse genus, aut drĩam accidit eis. Vide 7. Meta. com. 46. Vide Auer. in Epi, Tra ctat. 1.

Caput Vigesimumsextum. De Toto.

TOtum dicitur, cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, vt vnum quid illa sint. hoc autem dupliciter. aut enim vt vnumquodq; vnum, aut ex his illud vnum. ipsum enim vniuersale, & quod omnino vt totum quippiam ens dicitur, sic est vniuersale, vt multa continens, eo q̃ de singulis prædicatur, & vnum omnia sunt singula. vt homo, equus, deus, quoniam omnia animalia. Cæterum continuum & finitum, cum è pluribus inexistentibus vnum quid sit, maxime quidem potentia non actu. horum autem ipsorum, magis quæ natura, quam arte talia sunt: sicut & de vno dicimus, tanquam totalitas vnitas quædam sit. Item, cum quantum habeat principium medium, & vltimum, quorumcunque positio non facit differentiam, omne dicitur: quorumcunq; vero facit, totum: quæ autem ambo facere contingit, & omne, & totum. Sunt autẽ hæc, quorum natura quidem eadem manet in transpositione, forma vero minime, vt cera, & vestis. etenim totum & omne dicuntur. ambo nanq; habent. Aqua vero, & quæcunq; humida, ac numerus, omne quidem dicuntur: totus vero numerus, totaq; aqua non dicuntur, nisi translatione. Omnia vero dicuntur, de quibus omne tanquam de vno, de his omnia, vt de diuisis, omnis hic numerus, omnes hæ vnitates.

Totum dicitur illud, a quo nõ diminuitur aliqua pars eorum, quorum dicitur totum. Et dicitur totum naturaliter continens ad contentum, ita quòd contenta sunt vnum. & hoc duobus modis. aut sicut vnumquodq; rerum est vnum, aut sicut vnum istorum. totum enim, & illud, quod dicitur vniuersale, est vniuersale, sicut aliqua, quæ conti-

A nent plura,& prædicatur de particularibus , & erunt omnia vnum , ſicut pars . ſicut in homine , & equo.ambo enim ſunt animal . Continuum etiam , & infinitum eſt , cum fuerit aliquod vnum ex pluribus exiſtentibus in eo , maxime in potentia , & ſi non aliquo actu etiam.& plura iſtorum , quæ ſunt talia naturaliter , aut artificialiter, ſicut diximus de vno . & vnitas eſt aliqua vniuerſalitas quantitatis . Et , cum habeat initium , & medium , & vltimum , omnia , in quorum ſitu non eſt diuerſitas , dicuntur omnia : & omnia in quorum ſitu eſt diuerſitas dicuntur totum : & omnia , in quibus eſt poſsibilis vtraq; diſpoſitio,dicitur omne, & totum . Iſta igitur ſunt omnia , quorum natura in ſua diſpoſitione immutatione,in forma autē non. ſicut cera & pix,quę dicuntur totum,& vniuerſum,quia habēt vtrāq; diſpoſitionem.Aqua autem,& vnumquodq; humidorum , & numerus dicuntur omne: & nō dicitur eſſe totus numerus,& tota aqua,niſi tranſumptiue.Et dicuntur omne illa , de quibus dicitur omne , ſicut
B congregatum dicitur de vno, ſicut dicitur in diſcretis collectio iſtorum modorum,& omnes iſtæ vnitates.

31 Totum equidē dicitur multis modis. vno modo dr̄ totum illud,cuius nulla partium deeſt,ex quibus dicitur totum:& in hac ratione totius duo comprehenduntur,in quibus conſiſtit ratio totius:primo,quod perfectio totius integratur ex partibus eius . Secundo,quod partes vniantur in toto : Alio modo dicitur totum id omne,quod continet aliqua tali continentia,vt cōtenta ſint vnum quippiam: & in hoc toto comprehenditur vniuerſale.& totum ſimiliter dicitur de omni continuo finito:& diſcreto.& dicitur etiam totum illud,quod de pluribus prędicatur : vt animal,quod continet ſub ſe hominem,& capram:eſt enim animal pars hominis,& caprę, quia ambo ſunt animal:& totū etiam totum dicitur de cōtinuo, & finito: vtrunq; non ſolum continet ſub ſe continens & contentum, ſicut menſura menſuratum,& animal hominem,& equum,ſed etiam continet ſub ſe continuum & finitum,& continens partes in potentia,et tale totum integrale dicitur: & dicitur etiam totum de naturale,& artificioſo.totum artificiale,vt totum ędificium,naturale vt totum vniuerſum:quare totum de his omnibus prędicatur analogice,vt manifeſtum eſt.& ſic patet totum in ſe cōtinere naturam vniuerſalis, & cum eo habere ſimilitudinem manifeſtam intellectui,& in hoc vnitas eſt nō
C ſolum perfectio vniuerſalis,ſed etiam totius:qm̄ de eis prędicatur ſuum concretum,vt dicendo vniuerſale eſt vnum totum,& vnum vere,ſicut vere vnum dicitur de vnaquaq; ſpecie quantitatis & ſubſtantię,& ſic de alijs ſuo modo: vt forma vna,materia vna:& ex vna forma,& vna materia fit vnum totum compoſitum,de quo hoc nomen totum prędicatur.

De ſignificatione nominis totius.

Totū analogice dr̄.

Totum dicit naturā vl'is.

Id eſt, Totum dicitur multis modis.quorum vnus eſt illud,a quo non diminuitur aliqua pars,in quarum reſpectu dicitur totum.totum enim eſt totum partium. D.d.Et dicitur totum naturaliter , &c.id eſt & dicitur totum naturaliter & primum,cum continens & contentum in eo eſt vnum. D.d.& hoc duobus modis, id eſt & hoc vl'e,quod eſt continens dicitur duobus modis.quorum vnus eſt , ſicut dicimus in vnaquaq; rerum demonſtratarum,quod eſt totum,qm̄ ab ea nō diminuitur aliqua pars ſuarum partium.Scdm autem dr̄ per ſimilitudinem , & eſt vl'e.& hoc intendebat,cū d.aut ſicut vnum iſtorum,i.aut illud,de quo dr̄ hoc nomen ſecundū ſimilitudinem.D.incœpit declarare modum ſimilitudinis inter vl'e & totum,& d.totum enim,& illud,quod dicitur vniuerſale,&c.id eſt totū enim & vniuerſale ſunt ſimilia,ex eo q universale continet particularia,quemadmodum totum continet partes. D.d.& prędicatur de particularibus,id eſt & aſsimilatur toti , quia prædicatur de particularibus, & facit ea vnum modo ſimili vni

Totū contentum

Totū naturale.

Similitudo inter vl'e & particulare.

Idē 1.Phy. com.4.

Secunda ſimilitudo.

Tertius modus totius.

particulati, scilicet q̃ totũ facit partes adunatas. vt homo, & equus, qui sunt vnũ in animalitate. Deinde dicit. Continuum enim, &c. id est, & totum, quod dicitur de continuo finito, scilicet discreto ab alio, dicitur totum & vnum, cum fuerit ex pluribus, quæ in maiori parte existunt in eo in potentia, aut prope potentiã, & hoc intendebat, cum dicit, & si non aliquo actu. & quandoq; dicitur totum de illo, in quo sunt partes in actu, sed continuę aut contiguę. Deinde dicit & plura istorum, &c. id est, & istorum dicitur totum magis omne, cuius partes sunt continuę naturaliter, aut artificialiter. sicut dicimus de vno, quod dicitur de cõtinuo. Deinde dicit, & vnitas est aliqua vniuersalitas quantitatis, &c. id est & etiam totum & vnum sunt similia, quia vnitas est quasi aliqua vniuersalitas quantitatis, & intendit vnitatem, quę dicitur de continuo. est enim, quasi totum continens partes. Deinde dicit. Et, cum habeant initium, & medium, &c. id est, & cum in partibus, ex quibus est totum, est primum & medium & vltimum, tunc tota, in quibus non accidit formas diuersari propter diuersitatem situs partium, dicuntur omnia: & in quibus accidit diuersitas in forma propter diuersitatem situs partium, dicitur totum. & ista sunt sicut res compositę ex partibus diuersis in figura & quantitate. &, cum fuerint diuersa in situ, corrumpetur forma in situ totius, & natura partis, sicut est dispositio in partibus animalium. Deinde dicit & omnia, in quibus est possibilis, &c. Et, cum dixit istos modos, dedit exempla eorum, & dicit ista igitur sunt omnia, &c. id est, & illa, in quibus inuenitur vtraque dispositio, sunt illa, quorum partes cum transmutantur in situ, remanebit natura eorum obseruata in substantia: in figura autem diuersantur, sicut cera, & pix. cera autem remanet cera, partibus mutatis, sed figura diuersatur. De istis igitur, sicut dixit, dicitur totum, & omne, quia habent dispositionem vtranque, scilicet transmutationem: & non transmutationem, quando situs partium adinuicem mutatur. D.d. Aqua autem, &c. id est, aqua autem, & omnia humida, & numeri dicuntur omne. forma enim aquę non diuersatur per diuersitatem situs partium, scilicet per mutationem locorum earũ adinuicem. Deinde dicit, & non dicitur omne, &c. id est, & non dicitur iste numerus est totum, aut congregatum, neq; in aqua, & vniuersaliter in carentibus toto, nisi transumptiue. D.d. Et dicũtur omne, &c. id est, & uniuersaliter illud, de quo dicitur omne, in rei veritate est illud, in quo significat omne illud, in quo significat collectio. sicut dicitur q̃ numerus est collectio vnitatum.

Caput Vigesimumseptimum. De Mutilo.

Vide Auer. In Epi. Tra. 2. sub noie imperfecto.

MVtilum dicitur quantorum non quodcunque, sed & diuisibile, & totum illud sit oportet. Duo etenim non sunt mutila, altero ablato vno. non enim æquale mutilamen & reliquum vnquam est. nec omnino numerus vllus. substantiam nanque manere oportet. si calix mutilus, adhuc oportet esse calicem. numerus vero non amplius idem. Et ad hæc etiam, si partium dissimilarium sint, nec hæc omnia. numerus etenim est, vt etiam dissimilares habeat partes, vtputa binarium & ternarium. Cæterum nihil omnino eorum, quorum positio differentiam non facit, mutilum est, vt aqua vel ignis: sed oportet talia esse, quæ secundum substantiam positionem habent. Item cõtinua. harmonia nanque & ex partibus dissimilaribus est, & positionem habet, mutila autem non fit. Et ad hæc nec illa, quæ tota sunt cuiuscunque particulæ priuatione, mutila sunt. non enim oportet, nec quæ principales ipsius substantiæ, nec vbicunque existentes. vt si per-

A foretur calix, non mutilus, sed si ansa, aut extremum aliquod. homo quoque, non si carnem, aut splenem, sed si extremitatem: & hanc non omnem, sed quæ tota ablata non habeat generationem. quare calui, non mutili.

Et quantum dicitur diminutum membrum, & non quolibet modo, sed oportet vt illud sit aliquid non distinguibile. Et dicere duo, quando ab eis diminuitur vnum, nō dicitur diminutum membrum. quoniam diminutum membrum non est æquale membro, neque dicitur æquale in aliqua hora, neque in aliqua partium numerorum omnino. substantia autem oportet vt permaneat. quoniam, si ab arca diminuitur membrum, & arca permanet. numerus autem non est idem. Et cum hoc, quod narrauimus, & si fuerint consimilium partium, neq; sunt omnia etiam. numerus enim permanet, ergo habent partes non consimiles, vt duo, tria, & alia. Et vniuersaliter omnia, B ex quorum situ non fit diuersitas, non fit ex eis aliquod diminutum membrum, vt aqua & ignis, sed oportet vt ista sint sicut habentia situm in substantia. Et etiam vt sint continua. compositio enim est ex non consimilibus partibus, & habent situm etiam, sed non est membri diminuti. Et cum hoc & non erunt omnia, quæ sunt per suum vniuersum, neque illa, quæ carent aliqua parte, sunt diminuta membris. non enim dicitur diminutum membrum, quando diminuitur aliquid ex eis, quæ sunt substantiæ in rei veritate, neque vbicunque fuerit ex locis. sicut arca, cum perforatur, non dicitur diminuta a membro, sed cum diminuitur, aut aure, aut aliquo extremorum. homo etiam, non quando diminuitur caro, aut splen, sed quando diminuitur aliquod extremum: & hoc etiam non omne, sed illud, quod cum extrahitur totum, non generatur. & ideo caluities non est diminutio membri.

C Et diminutum etiam dicitur quinque modis: primo modo dicitur de eo, cuius aliqua pars deest: & hoc duobus modis: vno modo de diminuto, secundum membrum, non tamen quocunque modo. Alio modo dicitur diminutum secundum aliquam dimensionem per comparationem ad aliud, vt corpus inanitum. Tertio modo dicitur diminutum secundum virtutem, ut surdus, & cæcus, & sterilis mulier, & vir. qui sunt diminuti in virtute. Quarto modo dicitur diminutum secundum perfectionem: vt mulier, quæ homine est diminuta, & imperfecta. Quinto modo dicitur diminutum nutrimentum, vt animal marasmatum: differentia tamen inter hos modos est, quoniam diminutum secundum membrum est illud, cuius esse caret parte aliqua integrali: & hoc duobus modis contingere potest, a natura, est monstruositas, & ab arte, vel a casu, quando per sectionem tollitur aliqua pars. Sed diminutum secundum dimensionem aliquam est illud, cuius esse contrarium est aut secundum longitudinem vt homo gibosus, qui quāuis ab eo nulla pars desit, tamen est diminutus secundum longitudinem, vel latitudinem, siue profunditatem per comparationem ad aliud, & in hoc differt a primo: Diminutum secundum virtutem est illud, cuius esse caret aliqua operatione: vt cæcus qui licet ab eo nulla pars desit, secundum dimensionem aliquā, inest tamen ei peccatum in organo visus, propter quod caret operatione illa, quæ est ad bene esse, & ideo dicitur diminutum: Diminutum autem secundum perfectionem comprehendētem totum esse est illud, cuius esse caret perfectione

32 Diminutū, siue mutilum quot modis dicitur.

Mulier est iuri perfectus.

Cęcus quare dr̄ mutilus.

Mulier est homo diminutus dr̄.

ultima suę speciei. vt mulier, quoniam, cum ab ea non desit pars integralis aliqua nec secundum dimensionem, nec secundum aliquam virtutem potentiarum animę sed quia non est capax doctrinę, sicuti vir. ideo dicitur homo diminutus secundum perfectionem vltimam speciei, quę est adeptio intellectus. Quintus vero modus, manifestum est ipsum differe ab alijs quatuor.

Id est, & dicitur in eis, quę sunt ex quantitate diminutum membrum, sed hoc non dicitur simpliciter, sed quando diminutum, & diminutio fuerint in dispositionibus terminatis. D. incœpit dicere illas dispositiones, & dicit, sed oportet et illud, & c. id est & vna illarum determinationum est, vt diminutio non sit in nam diuidi a diminuto. & ideo, qm̄ pili diuiduntur ab homine, et plumę ab auibus, non dicuntur diminuta in membris. D. d. Et dicere duo, & c. id est & cum aliquid fuerit compositum ex duabus partibus, ex quo altera diminuitur, non dicitur diminutum membro: oportet enim vt sit compositum ex pluribus duabus partibus. D. d. causam, & dicit quoniam diminutum membrum, & c. id est, quoniam compositum ex duobus, quando ab eo diminuitur alterum, tunc diminutum est ęquale diminutioni, & talia non dicuntur diminuta. Deinde dicit neq; aliqua pars numerorum omnino. potest intelligi, & non dicitur diminutum membro in eo quod est de quantitate discreta omnino, & si diminutum non sit ęquale diminutioni, verbi gratia ꝙ quando ex tribus diminuitur vnum, non dicitur ꝙ est diminutum membro. Deinde dicit substantia autem, & c. id est & diminutum membrum nō dicitur diminutum membrum, nisi quando nomen & forma eius non sunt amissa per diminutionem illius partis, sed forma dicitur permanere, & diminutio est tantum in numero, non in substantia, vt cum ab arca diminuitur aliqua pars, per cuius diminutionem arca non debet amittere nomen. & similiter est de homine, scilicet ꝙ non dicitur diminutum membro, quando diminuitur ab eo ex membris illud, per quod sit homo. Deinde dicit. Et cum hoc, quod narrauimus, & c. id est & cum istis dispositionibus narratis nō dicitur etiam diminutum membro, nisi dum sit ex corporibus consimilium partium. quoniam, quādo ab eis diminuitur aliqua pars, tunc illud, quod remanet, potest diuidi in numero partiū, in quas diuiditur totum, vt existimatur, verbi gratia ꝙ, si ab aqua, quę existimatur diuidi in tres partes, diminuitur aliqua pars, possibile est vt illud, quod remanet, diuidatur in tres partes: & diminutum membro est illud, cuius numerus non remanet. Deinde dicit, ergo habent partes non consimiles, & c. id est necesse est ergo vt diminutū membro habeat partes non consimiles, aut vt duas partes, aut tres. D. dicit. Et vniuersaliter, & c. id est, & vniuersaliter oportet diminutum membro vt non sit ex eis, ex quorum situ partium non accidat diuersitas in forma, vt aqua & ignis. quoniam, quando partes talium diuersantur in situ, non diuersabuntur formę econtrario eis, quę sunt composita ex partibus non consimilibus. Deinde dicit, sed oportet vt ista sint, & c. id est sed oportet vt talia sint composita ex partibus habentibus situm, & situs intrat earum substantiam, id est necessarius ad earum esse, sicut hepar. quoniam vnum eorum, ex quibus constituitur, est suus situs ex membris vicinantibus. Deinde dicit. Et etiam vt sint cōtinua, & c. id est & etiam est necessarium, vt partes non consimiles sint continuæ adinuicem. quoniam, cum non fuerit continuę adinuicem non erit ex eis totum, neque aliquid vnum. Deinde dicit compositio enim & c. id est, & potest intelligi sic. composita enim ex non consimilibus habent situm. sed non dicuntur diminuta a membro, nisi fuerint continua. D. d. Et cum hoc, & c. id est neq; omnia, quę existunt secundum totum, ex quibus diminuitur aliquod membrum, quodcunque membrum sit, dicuntur diminuta illud enim membrum potest esse tale, ex quo constituitur illud totum, vt cor in animali. Deinde dicit neque vbicunque fuerit, & c. id est neq; in quacunq; quantitate fuerit diminutio, neq; in quocunq; loco dicitur diminutum membrum. vt arca perforata. perforatio enim est diminutio, & non dicitur esse diminuta membro. Deinde dicit, sed cum diminuitur, aut aure, & c. id est quando diminuitur aliquod membrum organicum secūdum totum, non fit diminutio in quantitate. & ideo dicit non quando diminuitur caro, aut splen, id est quoniam quando caro, aut splen diminuitur, non dicitur diminu-

A tum membro, sed cum diminuitur aliquod extremum. Deinde d.& hoc etiam non omne, &c. idest, & non omne extremum, quando diminuitur, dicitur esse diminutum membro: sed illud extremum, quod cum abscinditur, non rectum generatur. Deinde d.& ideo caluities, &c. idest neque etiam omne, quod non potest regenerari, dicitur diminutum membrum, sicut caluities in homine.

Caput Vigesimum octauum. De Genere.

Genus dicitur, hoc quidem, si generatio eorum, quę eãdem speciem habẽt, continua sit. vtputa dicitur quousque genus hominum sit, quia donec eorum generatio continua sit. Hoc vero, a quo sint primo ad esse mouẽte. ita enim Græci genere, alii vero Iones dicuntur: eo q illi quidem a Græco, hi vero ab Ione primo generante sunt. & magis qui a generante, quam qui a materia. dicuntur etenim a fœmina genere, vt a Pyrrha. Item vt superficies figurarum superficialiũ B genus, & solidum solidarum. quæq; enim figurarum, hæc quidem superficies talis, illa vero solidum tale. hoc autem est, quod subiectum differentiis est. Item, vt in rationibus quod primum inest, quod dicitur in eo quod quid est, hoc genus. cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus itaque toties dicitur. hoc quidem secundum generationem continuam eiusdem speciei. hoc vero secundum primum mouẽs eiusdem speciei, hoc autem vt materia. cuius enim differentia, & qualitas est, hoc est subiectum, quod dicimus materiam. Diuersa autem genere, quorum primum subiectum diuersum est, & non resoluitur alterum in alterũ, nec ambo in idem. vtputa forma, & materia diuersa genere. Et quæcunque secundum diuersam figuram prædicationis entis dicuntur. quædam enim entium quid est significant, quædam autem quale quid, quædam vero vt est prius diuisum. nec enim hæc resoluuntur in inuicem, nec in vnum quiddam.

Vide comm. Zim.

Diuersa genere.

Dicitur genus quoddam, quando generatio rerum, quarum forma C est eadem, fuerit continua. vt dicitur, dum genus hominum fuerit, idest dum generatio hominum fuerit continua. Et quoddam illud, ex quo sunt & est primus motor in generatione eorum. & secundũ hoc genus dicitur, q quidam homines sunt Hellini, & quidam Iocini: quoniam quidam sunt ex Hellino, & quidam ex Iocino primo patre. & denominantur a patre magis quam a matre. genus etiam dicitur de fœmina, sicut qui nominatur a patre. Et etiam sicut plana superficies, quæ est genus figurarum planarum, & corpora corporalium. omnis enim figura, aut est plana superficies sicut hæc, aut corpora sicut hec. & hoc est subiectum differentiarum. Et etiam omne, quod est vniuersaliter primum, & est in eis, & dicitur secundum quid, illud est genus, & est illud, cuius differentiæ sunt qualitates. Genus igitur dicitur secundum istos modos. quoddam secundum generationem eiusdem formæ generatione continua, quoddam sicut primus motor similis

in forma,& quoddam ſicut materia.habens enim differẽtiam & qualitatem eſt ſubiectum,quod dicitur materia. Et dicuntur diuerſa genere,quorum ſubiectum primum eſt diuerſum,& non alteratur vnũ in alterum,neque vtrunq; in aliud idem.ſicut forma & materia vnũ in genere. Et omnia,quæ dicũtur alio modo de prædicamẽtis entis. quædam enim entia ſignificant quid,& quædam quale,& quædã quãtum,ſicut prius fuit determinatum:quæ non alterantur ad idem,neque ad inuicem.

33 Generis ſignificata.

ET dicitur genus etiam multis modis:vno modo dicitur de generatione continua eorum, quæ ſub eadem ſpecie ſunt, & ſecundum hunc modum dicimus gentem Caldeorum originem ſumpſiſſe ab Adamo, qui fuit primus Caldeorum,& hæc eſt generatio continua formæ eiuſdem parentelæ: ſecundo modo dicitur genus illud,quod generat res conſimiles in forma: vt pater qui dicitur genus filiorum. Tertio modo dicitur genus illud, in cuius eſſe recipiuntur differentiæ,& qualitates,& tale videtur eſſe materia:ſed illæ, quæ ſunt diuerſa genera,ſunt illa,quæ ſunt diuerſa ſecundum ſubiectum, & in materia remota:& hæc non alterantur ad inuicem,neque ad aliud idem:nam quæcunque adinuicẽ alterantur,habent eadem materiam,ſed quæ alterantur ad aliud idem, habent pro materia illud idem:& ſic ex materia & forma fit vnum:vnde omnia prædicamenta ſunt talia in genere, nam quædam ſignificant ſubſtantiam,& quædam quantum, & quædã quale, & hæc non collocantur in eadem natura, quoniam neque alterantur ad inuicem,neque ad vnum.

Quæ ſint gener̃ diuerſa.

Primus modus.

Ideſt, & dicitur genus multis modis: quorum vnus eſt de generatione continua eorum,quæ ſunt eadem in forma. vt dicitur dum genus hominum fuerit,i. dum generatio hominum fuerit. Deinde dicit.Et quoddam, &c. ideſt & dicitur etiam generatio de primo patre,cui attribuitur tota generatio. Deinde dicit & ſecundum hoc genus,&c.ideſt & ſecundum hunc modum dicitur,ꝙ quidam homines ſunt ex tali genere,i.ex tali patre. D. d.& denominantur a patre, &c.i. & homines attribuuntur proprie patri magis quam matri. motor enim nobilior eſt materia. Deinde dicit genus etiam,&c.i.& dicimus ꝙ mater dicitur genus: quoniam quandoque homo attribuitur matri ſicut patri:& ſi magis patri. Deinde dicit. Et etiam ſicut plana ſuperficies,&c.ideſt & dicitur genus de illo, quod commune eſt rebus diuerſis in forma.ſicut dicimus, ꝙ plana ſuperficies eſt genus omnium figurarum planarum,& corpus omnium corporum. omnis enim figura plana dicitur eſſe ſuperficies plana.& ſimiliter de corpore. Deinde dicit. Et etiam omne,quod eſt vniuerſaliter primum.ideſt & vniuerſaliter genus eſt primum vniuerſale in vniuerſalibus,ſcilicet quando duo vniuerſalia fuerint,primum eorum erit genus,& ſecundum ſpecies,ſcilicet quando fuerit in ſubſtantia eius. Et forte intendit hic genera generaliſſima, quæ ſunt prima ſimpliciter. Deinde d.& dicitur ſecundum quid iſtud eſt genus,&c.ideſt & cum dicitur quid eſt genus,dicetur eſt illud,quod recipit qualitates. Et d.hoc, quia iam deſcripſit genus,& eſt illud,qđ diuiditur p differẽtias.D.d.Genus igitur dr̃,&c.i.genus igitur dr̃ vniuerſaliter tribus modis.quorũ vnus eſt de generatione continua eiuſdẽ formæ.ſecundus de proprio patre,quia generat res conſimiles in forma: & ideo dicitur genus,ſcilicet quia facit genus.tertius de materia. genus enim eſt illud, quod recipit differentias & qualitates,& tale eſt materia. Deinde d. Et dicuntur diuerſa,&c.i. & illa, quæ dicuntur diuerſa genere,ſunt quæ ſunt diuerſa ſecundũ ſubiectũ,& in materia remota.& iſta non alterantur adinuicem,neq; ad aliud idem.quæ enim alterantur adinuicem habent eandẽ materiam: & quæ alterantur ad aliquid idem,habent illud idem pro materia. D.d.ſicut forma & materia vnum in genere.ideſt ſicut ex materia & forma fit vnum. D.d. Et omnia, quæ dicuntur, &c. ideſt, & omnia prædicamenta ſunt talia in genere. quædam enim ſignificant ſubſtantiam, & quædam quantum, & quædam quale, &

Motor nobilior eſt materia. Idem.3. de Aia.tex.cõ.19.

Secundus.

Tertius. Genus aſsimilatur materię. Idẽ.1. Me. 17. & 7.Me.43.& 12.Met. 14. & 10. Met. 24.

Quę alterãtur adinuicẽ hñt eãdẽ materiã. Idẽ.1. de Gen. t.c.

A ista non collocantur in eadem natura: non enim alterantur adinuicem, neque alterantur ad vnum. 43. & 53. & 1. ca. de substãtia orbis.

Caput Vigesimum nonum. De Falso.

FAlsum dicitur vno modo, vt res falsa. & huius, hoc quidem eo ꝙ non componitur, aut ꝙ impossibile sit componi. quemadmodum dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere. horum enim illud quidem semper, hoc vero aliquando falsum est. sic. n. non entia hęc. Alio vero, quæcũq; sunt quidẽ entia, apta tamẽ natura sunt apparere, aut non qualia sunt, aut quæ nõ sunt. vt vmbra picturæ, & insomnia. hęc enim sunt quidem aliquid, sed nõ sunt ea, quorũ faciũt imaginationẽ. res itaq; falsę sic dicuntur, aut eo ꝙ nõ sunt, aut eo ꝙ imaginatio ab eis facta nõ entis est. Oratio vero falsa, prout falsa est, quę B non entiũ est. vnde omnis oratio falsa alterius est, quã eius, cuius est vera. vtputa quæ circuli, falsa trianguli. Cuiusq; vero oratio quodãmodo quidẽ vna, quæ est ipsius q̃d erat esse, quodã modo vero multę, qm̃ idẽ quodã modo est ipsum, & ipsum passum. vt Socrates, & Socrates musicus. falsa vero oratio nullius est simpliciter oratio. Quare Antisthenes inscite putabat, nihil ducens dignũ dici, nisi propria ratione vnum de re vna. ex quibus accidebat nõ esse cõtradicere. fere aũt, neq; mẽtiri. est aũt vnũquodq; dicere, nõ solũ sua ratione, sed ẽt ea, quæ alterius est, & false quidẽ omnino, quodã aũt modo ẽt vere. quẽadmodũ octo dupla sunt, ratione dualitatis. Quædã igitur ita falsa dicũtur. Homo vero falsus, qui promptus tales eligit orationes, nõ ꝑpter aliquid aliud, sed ꝑp idipsum, & qui aliis taliũ orationum causa. quemadmodũ res falsas esse dicimus, quę falsam imaginationẽ faciunt. Vnde oratio, quæ apud Hippiã est, sophistica est, ꝙ idẽ sit C mendax & verax. Eũ namq;, qui potest mentiri, accipit vt mendacẽ. hic vero sapiens & prudẽs est. itẽ eũ, qui sponte prauus est, meliorem ait. hoc autem falsum per inductionem accipit. qui enim sponte claudicat, melior est eo, qui inuitus, claudicare dicens, pro imitari. nam si claudus sponte, esset peior fortassis. quemadmodum in moribus & hoc.

Falsum dicitur vno modo, sicut aliquod falsum. quoddam, quia est compositum, aut quia est impossibile componi. sicut dicitur quòd diameter est symeter costæ, aut te sedere. illud enim semper est falsum, hoc autem in aliquo tempore. & ista non sunt idem. Et quædam, sicut illa, quæ non apparent, sicut sunt in natura, aut apparent quæ non sunt. sicut vmbræ imaginatæ, & somnia. ista enim sunt aliquid, sed non sunt illa, quæ imaginantur. res enim dicuntur falsę secundum hũc modum, aut quia nõ sunt, aut quia imaginatio non est alicuius. Et dicitur sermo falsus ille ex eis, quę nõ sunt, scd̃m

quòd eſt falſum.& ideo omnis ſermo, qui dicitur de alio, eſt falſus præter illum, qui dicitur de eo, cuius eſt verus. ſicut ſermo circuli, qui eſt falſus de triangulo. Et definitio cuiuslibet rei, quæ ſignificat eſſentiam rei, forte eſt ſicut vnum, & forte eſt ſicut plura. ſunt enim tum paſsiuis idē, & ſunt idem quoquo modo. vt Socrates, & Socrates muſicus. ſermo autem falſus non eſt ſermo alicuius. Et ideo Antiſthenes opinabatur quòd non oportet aliquid dicere omnino præter illud, quod dicitur proprio ſermone, qui eſt vnius ex vno. & accidit ex hoc vt ſermo non ſit omnino, neque falſum etiam poſsibile. poſsibile eſt enim dicere quodlibet eſſe falſum omnino non ſecundum ſuam definitionem tantum, ſed ſecundum definitionem alterius etiam aliquo modo. & alio modo poſsibile eſt ipſum dicere verū. & ſicut octo, qui eſt multiplicatio per definitionem duorum. Quædam igitur dicuntur falſa hoc modo, & ſunt omnia, quæ faciunt imaginari falſa. Et ideo dicitur in quodam ſermone quòd falſidicus, & veridicus ſunt idem. Accipit enim falſum illud, quod poteſt falſificare, & iſte eſt intelligens, apud quem eſt cognitio. & etiam accepit quòd faciens malum ſponte eſt melior. & hoc eſt falſum. & ipſe accepit hoc ex ſermone ſequenti, & eſt quòd qui humiliatur ſponte, eſt melior, quam ille, qui humiliatur vi. & dico hoc modo ſimilitudinis. & ſi non, ille qui humiliatur ſponte eſt peior, ſicut illa, quæ dicuntur in moribus.

34

Significata nois falſi.

FAlſum dicitur multis modis: vno modo de eo, quod poteſt permutari in verum, & de falſo ſimpliciter, quod impoſsibile eſt vt in verum permutetur. exemplum primi, vt cū dō dicimus Socrates ſtat, quomodo Socrates ſedet, hoc enim falſum poteſt redire in verum. exemplum ſecundi eſt, quando dicimus quod Diameter eſt commenſurabilis coſtæ. Et hæc falſitas dicitur impoſsibilis, illa vero contingens. Vnde ſe habet falſum, ſicut ſe habet verum: Dicimus enim verum dupliciter. ſ. verum neceſſarium & verum poſsibile: quod eſt, quoniam falſum opponitur vero cum ſit eius priuatio, & hęc veri priuatio non ſolum contingit in rebus, ſed etiam in intellectu. In rebus, quando dicimus quod diameter ſit commenſurabilis coſtæ, & quod chriſtallus ſit adamas, & quod hypocrita ſit ſanctus Heremita, & quod ſtannum ſit argentum, & æs citrinum ſit aurum. in intellectu autem dicitur falſum, quando in eo creditur id, quod non eſt, vt quod definitio competat alteri à definito, vt definitionem circuli competere triangulo, vel quadrangulo eſt falſum: & ſic patet quod falſum dicitur de re, & intellectu: & ſermo omnis in hæc duo diuiditur, videlicet in verum et falſum ſermonē, & ſic patet quod eſt eorum genus.

Verū dupl'r dicitur.

Falſum ī re, & in intellectu.

Ois ſermo ꝗ verū & falſum diuidit.

Ideſt & falſum dicitur, quod non conuenit deſcriptioni rei poſsibilis, & eſt opinari aliquid econuerſo eſſe ei, quod eſt. & hoc duobus modis, aut poſsibile vt reuertatur verum. verbi gratia cum dicimus ꝙ Socrates eſt ſtans, quando Socrates eſt ſedens. hoc enim falſum poteſt redire in verum. aut impoſsibile. ſicut dicimus quod diameter eſt ſymeter coſtæ. D.d. & iſta non ſunt idem, &c. & intendit ꝙ falſum poſsibile, & falſum impoſsibile ſunt duæ naturæ diuerſæ. Deinde dicit. Et quædam, ſicut illa, & c. ideſt, & falſum dicitur etiam de rebus, quæ imaginantur ſecundum ꝙ non ſunt in eſſe, aut non ſunt omnino. Et iſte modus falſitatis eſt in intelligere, & primus in credere. Deinde dicit ſicut vmbræ imaginatæ & ſomnia, ideſt ſicut illud quod imaginatur in ſomnijs, & in vmbris rerum, ſcilicet ipſas eſſe res. Deinde dicit iſta enim ſunt aliquid, &c. ideſt, iſtæ enim imaginationes ſunt aliqua exiſtentia in intellectu: ſed illud, quod imaginatur

Vide primo Cœli. 119.

Secūdus modus.

A ex eis, non existit extra animam. Deinde dicit res enim dicuntur falsæ, &c. i. & falsum dicitur duobus modis. In fide autem est opinari illud, quod non est quod est, aut econuerso, scilicet falsum, quod est in compositione. Intelligere autem est vt aliquid intelligatur, non secundum ꝙ est, aut intelligatur illud, quod non est. Deinde dicit. Et dicitur sermo falsus, &c. i. & dicitur falsum de sermonibus veris, cum dicuntur non de illis, de quibus veridicant, vt definitio circuli, quæ falsat in triangulo, & in omni figura, quæ est præter circulum. Et quasi intendebat ꝙ falsum intelligendo aliquid est duobus modis. vno modo, qui omnino non veridicat, & est falsus essentialiter. & alio modo, qui veridicat, quando prædicatur de illo, cuius est definitio, & si prędicetur de alio erit falsum, & hoc est falsum quasi per accidens. Deinde dicit. Et definitio cuiuslibet rei, &c. idest & dictiones, significantes essentiam, & substantiam rei, quãdoque significant de definito vnam intentionem, & sunt definitiones substantiarum: & forte significant ex re plures intentiones vna intentione, & sunt definitiones accidentium. In definitionibus enim accidentium sumuntur subiecta, in quibus existunt. vnde definitiones eorum componuntur ex pluribus natura vna. & ideo dixit. sunt enim cum passiuis, &c. idest accidentia enim, & eorum receptibilia sunt idem quoquo modo. & ideo habent definitionem aliquam, vt post declarabitur. Deinde dicit, vt Socrates, &c. idest vt definitio Socratis musici, quæ com-
B ponitur ex Socrate & musico. Deinde dicit sermo autem falsus, &c. idest & definitiones falsæ essentialiter, quæ non sunt definitiones omnino alicuius. Deinde dicit. Et ideo Antisthenes opinabatur, &c. i. & ideo opinabatur ꝙ non debet aliquid definiri omnino, neque significari nisi per vnicam dictionem, quæ significet ex eo vnicam intentionem. & opinabatur ꝙ verum est vnius cũ vno. vnde omnino definitiones intentionum vniuersalium non veridicantur de proprijs. Deinde dicit & accidit ex hoc, &c. idest sed accidit ex hoc vt non inueniatur sermo falsus omnino, neque verus. & dicit hoc, quia sermo, qui est genus veri & falsi, est ex compositione. &, cũ compositio non fuerit, non erit verum & falsum. Deinde d. possibile est enim, &c. idest, contingit enim secundum hũc sermonem vt omnia sint falsa non ex suis definitionibus tantum, sed ex definitionibus aliorum, ex eo quod omnes definitiones componuntur ex pluribus. Deinde dicit & alio modo possibile est, &c. idest &, cum dicimus ꝙ definitiones eorum falsant de aliquo, non est verus sermo: sed quoquo modo falsant, & quoquo modo veridicant. vt octo, in cuius definitione accipitur definitio duorũ, cum dicitur ꝙ sit ex multiplicatione duorum per quatuor: & quoquo modo nõ veridicant: duo enim aliud est ab octo. Deinde d. Quædam igitur dicuntur falsa, &c. i. quædam igitur eorum, quæ dicuntur falsa, dicuntur falsa, quia falso intelliguntur: & quædam, quia falso creduntur. Deinde dicit. Et ideo dicitur in
C quodam sermone, &c. i. & ideo quidam homo fecit fallaciam in hoc sermone, & d. ꝙ ille, qui veridicat, & falsificat in eodem, est idem homo. Deinde respondit, & d. Accepit enim falsum, &c. idest & causa deceptionis illius hominis est in hoc, quod d. ꝙ verum est idem quod falsum est, quia putauit ꝙ verum potentia & actu est idem, & similiter falsum. &, cum accepit actum loco potentiæ, imaginatus est quod falsum in potentia & actu idem est. Deinde dicit, & iste est intelligens, &c. idest & ille, qui falsificat in potentia, est intelligens & cognoscens: qui autem falsificat in actu, non habet cognitionem. Deinde d. & etiam accepit, &c. idest & similiter ille homo accepit quod qui facit malum sponte est melior, quam qui facit malum vi. ergo qui facit malum sponte, est melior q̃ qui facit malum vi. Deinde dicit & ipse accepit hoc, &c. i. & ipse ratiocinatur super hoc ex inductione, dicendo ꝙ qui humiliatur sponte, est melior, q̃ qui humiliatur vi. & hoc est falsum. Deinde dico hoc modo similitudinis. i. ꝙ agere malum sponte est peius. quia quod agitur sponte est magis per eorum in similitudine inter ea, quæ aguntur sponte, scilicet ꝙ actio eorum perficitur, siue fuerit bona, siue mala. Deinde dicit. & si non, &c. idest & dicere ꝙ omne, quod agit spõte, est melius, est fallatia. quod enim agit malum sponte, est peius q̃ quod agit vi, vt dictum est in Ethica.

Documẽtũ.

Definitiões accĩtiũ non sigñant vnã materiã. Vide. 7. Meta. 17. & 19. & 5. Met. 14. Septio Me. t. c. 12. 14. 17 18. & 19.

Contra Antisthenem.

Sermo, q̃ est genus veri & falsi, est ex cõpõne. Vide 3. de Anima. 21.

Quod agit malum sponte, est peius q̃ qd agit vi. De hoc vide. 3. Ethic. diffuse.

Caput Trigeſimum. De Accidente. D

Vide Auer. In Epi. Tractа.1.

ACcidens dicitur, quod ineſt alicui, & quod verum eſt dicere, non tamen neque neceſſario, nec vtplurimum. vtputa ſi quis pro planta fodiens foſſam, inuenit theſaurum. hoc itaque accidens fuit fodiendi foſſam, theſaurum inuenire. nec enim neceſſario hoc ex hoc, aut poſt hoc, nec vtplurimum, ſiquis plantet, theſaurū inuenit. muſicus quoque fuerit quiſpiam albus; ſed cum nec neceſſario, nec vtplurimum hoc fiat, accidens ipſum dicimus. Cum igitur ſit exiſtens aliquid, & alicui, & horum quædam etiam alicubi, & quandoque, quod vtcunque exiſtit quidem, ſed non propter id hoc, aut nunc, aut hic, accidēs erit. nec itaque vlla cauſa determinata accidentis eſt, ſed quæcunque contingit. hæc autem indeterminata. vt abire in Aeginam accidit, ſi non propter hoc euenit, vt illuc iret, ſed a tempeſtate pulſus, aut a latronibus captus. factum fuit igitur, & eſt ipſum accidens, ſed ſecundū ſe, ſed non ſecundum alterum. tempeſtas enim cauſa, vt iret, quo non nauigabat. hoc autem erat Aegina. Dicitur etiam aliter accidens, vt quæcunque exiſtunt in Vnoquoque ſecundum ſe, non exiſtentia in ſubſtantia. vt triangulo duos rectos habere, & hæc quidem contingit ſempiterna eſſe, illorum vero nihil. ratio autem huius in aliis. E

Et accidens etiam dicitur illud, quod eſt alicuius, & dicitur de eo vere, ſed non neceſſario, neque in maiori parte. vt ſi aliquis foderit foueam ad aliquam intentionem, & inuenit theſaurum. non enim eſt neceſſarium vt hoc ſit ex illo, neque in maiori parte, ſcilicet inuenire theſaurū poſt foſſurā foueæ. & ſimiliter vt aliquis muſicus ſit non albus. dicitur enim ꝙ accidit hoc. non enim eſt hoc neceſſarium, neque vt ſit in maiori parte. Ergo, quia eſt aliquid alicuius, & quia quædam ſunt in loco, & in aliquo tempore, ſecundum ꝙ ſunt, non ſecundum cauſam, quæ eſt hic primo modo, nunc autem hic, eſt accidens. & accidens non habet cauſam terminatam omnino, niſi caſu. & ſecūdum F hoc non eſt terminatum. vt dicitur ꝙ accidit ire Athenas caſu, i. ſed non intendebat ire illuc, ſed ſubito venit ventus fortis, aut latrones occupantes, & ducentes eos illuc. & hoc eſt accidens, & non eſt quod eſt, ſed aliud. ventus enim eſt cauſa eundi ad illum locum, qui nō intendebatur. Et dicitur accidens alio modo, vt omnia, quæ ſunt alicuius per ſe, & non in ſubſtantia. vt triangulus habet rectum. iſta autem poſsibile eſt vt ſint æterna etiam, ex illis autem nullum. & ſermones de hoc ſunt in aliis.

Per accidēs quot modis dicatur.

Et illud, quod eſt per accidens dicitur duobus modis: vno modo de accidente in aliquo vere, ſed nō de neceſsitate exēpli gratia Socrates fodit gratia plātādi vineā. & inuenit theſaurū. alio modo dr̄ accidens de accidēte neceſſario contingere alicui ſubiecto, vt æqualitas triāgulorū duobus rectis, & de albedine viuisi quare, qn̄ accidens habet cauſam vnā propriam, ſine qua tale accn̄s non habet eſſe, tunc eſt accidens neceſſario ſi vero habet plures cauſas, tūc eſt accidēs vere, ſed non neceſſario.

A Ideſt, Et accidens dicitur de illo, quod exiſtit in aliquo vero, ſed non neceſſa- Primus mo
rio, neque in maiori parte v.g. vt aliquis fodiat foueam ad plantandum, & inue- dus.
niat theſaurum. dicitur enim quod accidit foſſori. inuenire enim theſaurum per Idē ſecundo
foſſuram ad plantandum non eſt neceſſarium, neque in maiori parte. Deinde di Phy.48.
cit. Et ſimiliter, &c.i. & prope hanc intentionem eſt ꝙ muſicus non eſt albus. Secūdus mo
differunt tamen hæ duæ intentiones. prima enim eſt de caſu, hoc autem de prædi dus.
cabilibus per accidens. & differunt in hoc, ꝙ prima eſt cauſa, & hoc non eſt cau
ſa, ſed adiunctum cum cauſa, ſcilicet ꝙ foſſura eſt cauſa inueniendi theſaurum,
ſed per accidens. non album enim non eſt cauſa muſici, neque per ſe, neq; per
accidens: ſed accidit homini, qui eſt cauſa muſici, ꝙ fuit niger. & iam dedit diffe-
rentiam in Secundo Phyſicorum. Deinde dicit. Ergo, quia eſt aliquid, &c.i. 2. Phyſ.49
quia omne, quod eſt in tempore, & loco, dicitur in omni, quod conuenit loco aut & 50.
tempori, quod eſt cauſa per accidens non vere, ſed quia tantum conuenit in tem-
pore aut in loco. in loco autem, ſicut foſſura conuenit theſauro in loco foſſuræ: in
tempore autem, vt ſi cum fiat aliqua corruſcatio, moriatur aliquod animal D.d.
& accidens non habet cauſam. ideſt quod dicitur fieri per accidens, non habet 2. Phyſ.40.
cauſam, niſi caſum. caſus vero neceſſario nō eſt cauſa. cauſa enim terminata eſt, & 50.
& non caſus. & intendit per hoc, quod dicit, terminatum, terminatum in reſpe-
B ctu cauſati, ideſt ꝙ cauſatum non poteſt fieri niſi per illam. quod enim fit a plu-
ribus cauſis, non erit a cauſa terminata. & hæc eſt diſpoſitio eius, quod eſt a ca-
ſu. & illa duo exempla, quæ induxit, ſunt intellecta per ſe. Deinde induxit aliū Tertius mo
modum de accidente, & d. Et dicitur accidens alio modo, &c. i. & hoc nomen dus.
accidens dicitur alio modo ſic, & eſt omne, quod naturaliter prædicatur de ali-
quo, ſed non eſt ſubſtantia illius. de quo prædicatur. ſicut dicimus ꝙ triangulus
habet tres angulos æquales duobus rectis. D.d. iſta autem, &c. ideſt & iſtud ac-
cidens differt ab accidente prædicto in hoc, ꝙ ex iſto inuenitur aliquod ne-
ceſſarium, in prædicto autem nullum eſt neceſſariū. & dicit hoc, quia ac-
cidentia, quę dicuntur poſitione ſubſtantiæ, quędam ſunt neceſſaria,
quædam nō neceſſaria, ſcilicet ſeparabilia. & ſermo de hoc eſt
in alijs, ideſt & loqui de accidentibus, & de modis ſuis
pertinet ad alium tractatum. etenim hic non
intendit niſi exponere tan-
tum nomina.

Quinti Metaphyſicorum cum dupl. expoſitio. Auer.

F I N I S.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER SEXTVS, cum dupl. Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima declaratur, de quo ente prima Philosophia consideret, ex distinctione considerationis, & modi definiendi aliarum scientiarum, quarum hic fit diuisio.

In Secunda declarantur quædam entis species, quæ ab hac scientia secluduntur.

PRINCIPIA, & causæ entium quærũtur, & patet, ꝙ prout entia sunt. Est etenim aliqua sanitatis, bonæque habitudinis causa. mathematicorũ quoq; principia, elemẽta, & causæ sunt. & simpliciter omnis intellectualis scientia, siue aliquo modo intellectu participans, circa causas, & principia, aut certiora, aut simpliciora est. Attamẽ hæ omnes, circa vnũ quid, & quoddam genus circunscribentes, de eo tractant, sed nõ de ente simpliciter, nec prout ens est, neque ipsius quid est vllam rationem faciunt: sed ex hoc, quædam sensu illud manifestum facientes, quædam suppositione ipsum quid est accipientes, consequenter ea, quæ per se generi insunt, circa quod sunt, aut magis necessario, aut debilius demonstrant. Quare manifestum est non esse demonstrationem substantiæ, ipsiusue quid est ex ipsa inductione, sed aliam aliquem manifestationis modum. Similiter autem nec si est, aut non est genus, circa quod tractant, quicquam dicunt, eo quòd eiusdem mentis est & ipsum quid est manifestare, & si est hoc. Cum autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus scientia sit (etenim circa talem substantiam est, in qua principium est motus, & status, qui in ea est) patet quòd nec actiua, nec factiua est. Factiuarum etenim in faciente principium est, aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. actiuarum vero in agente electio. idem enim agibile & eligibile. Quare, si omnis intellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut speculatiuus est, Naturalis speculatiua quædam profecto est. sed speculatiua circa tale ens, quod possibile moueri, & circa substantiam secundum rationem vtplurimum inseparabilem solum est.

Manifestum est quòd principia, & causæ entium sunt quæsita, secundum quòd sunt entia simpliciter. Aliqua enim est causa sanitatis, &

sanitatis.

A infirmitatis.& res exercitabiles habent principia,& elementa,& cau ſas.& vniuerſaliter omnis ſcientia cogitatiua habet principia,aut ſecundum finem perſcrutationis,aut ſecundum perſcrutationem ſimplicem.Et quia vnaquæq; iſtarum continet aliquod ens, & aliquod genus,ideo vtitur illo:& non vtitur,& quærit ens vniuerſale, neque ſecundum eſt ens,neque aliqua earum perſcrutatur per quod eſt omnino:ſed quædam ſecundum hanc intentionē affirmat quod eſt ſenſu,& quædam affirmat ſecundum poſitionem,& ſecundum hunc modum demonſtrant,& declarant quæ ſunt per ſe generis, ſub quo continetur,aut neceſſario,aut facilius.Et ideo manifeſtum eſt ex ſequentibus quòd ſubſtantia non habet demonſtrationem, & ſi nō cuius eſt, ſed aliam ſignificationem quoquo modo. Et ideo non narratur omnino ſi genus,quo vtitur, eſt, aut ſi non eſt. in vna enim cogitatione declaratur quid ſit,& vtrum ſit. Et, cum ſcientia Naturalis eſt etiam
B alicuius generis entis(continet enim ſubſtantiam, in qua eſt principium motus,& quietis)manifeſtum eſt quòd non eſt actiua,neque artificialis.Principium enim rerum actiuarum eſt in agente, aut intellectus,aut ars,aut aliqua virtus.& principium artis eſt in artibus,ſcilicet voluntas.artificiatum enim & voluntatum fuit idem. Omnis igitur cogitatio agens & ſpeculans habet aliquam conſiderationem. & ipſa perſcrutatur de ente ꝙ impoſsibile eſt moueri, & de ſubſtantia, quæ in maiori parte eſt quaſi definitio non abſtracta.

QVoniam,iam dictum eſt de ente,quod aliud eſt per ſe,& eſt ſubſtantia,& aliud eſt ens per accidens,& ſunt cętera nouem prędicamenta,& cū accidens ſit ſubſtantia notius quo ad nos,ideo incœpit in hoc tractatu commemorare id, quod declaratū eſt in tertio huius:& eſt vtrum iſta ſcientia habet conſiderare de ente per accidens, cum iam ſcrutatum ſit per iſtā ſcientiam de ente,ſecundum quod eſt ens, & ens per accidens comprehenditur ſub ente ſimpliciter,inquantum eſt ens.quoniam illud diuiditur in prima ſua diuiſione in
C ens per ſe,& in ens per accidens.quare videtur quod ſcientia hęc habet conſiderare de ente per accidens:quod eſt,q̄m cuiuſcū̄q; rei,cuius ſunt cauſę, principia, & elementa,eſt ſcire,& intelligere, vt in naturalibus oſtenſum eſt:ſed cuiuslibet accidentis ſunt principia,cauſę,& elementa:ſequitur quod de ipſis ſit aliqua ſcientia,cuius directrix eſt hęc ſcientia prima.C igitur hęc ſcientia habet perſcrutari de ſimplici ente, expedit vt habeat perſcrutari de cauſis eius ſimplicibus:q̄m omnis ſciētia,& ars habet cauſas,de quibus perſcrutatur: quod patet ex inductione:nam ſanitas,& ęgritudo,de quibus eſt ſcientia medicinę, habet cauſas,principia,& elemēta ſcrutari,& ſimiliter ſcientię exercitabiles,id eſt mathematicę habent principia,cauſas,ac elementa,& vniuerſaliter omnis ſcientia ſpeculatiua,& ſcientia,quę non eſt valde certa,habet principia,cauſas,& elementa,de quibus perſcrutatur:quare omnes ſcientię communicant, & in hoc conueniunt ꝙ vnaquęq; ipſarum habet,& continet aliquod determinatum ens,& genus aliquod particulare entis,& illo vtitur, ſed non inquantum eſt ens ſimpliciter,vt facit hæc ſcientia:q̄m aliqua earum conſiderat cauſas,& paſsiones numeri,& aliqua conſiderat magnitudinē, ſed non conſiderat numerum vt Arithmetica,inquantum numerus eſt ens,nec magnitudinem geometria conſiderat inquātum ens,ſed ſolum,inquantum eſt magnitudo:& differūt etiam hę ſcientię a mathematica per conſiderationem ipſius quod quid eſt,q̄m aliqua earum, quamuis conſideret & perſcrutetur per quod eſt,omnino t̄n aliqua earum intentionem cir

1 Accidēs ſubſtātia notius idē 1.de ani. tex.cō.11.

Ens prima diuiſione in ens per ſe,& ens per accidens.

Hęc ſciā perſcrutatur de cauſis entis.

ca illud affirmat per sensum, vt scientia de quiditate animalis, quę sumitur a sensu. & aliqua earum assumit ipsum quicquid est positione, vt scientia Geometriæ, quæ recipit a Metaphisico quiditatem magnitudinis. Vnde scientię omnes preter hanc recipiunt medium suę demonstrationis, aut a sensibus, aut ab alijs scientijs superioribus eis: hęc aũt scientia nec a sensu, nec ab alia scientia superiori recipit quidditatem sui generis subiecti: eo qm̃ nulla est ei superior: et* quia definitio est medium in demonstratione propter quid, ideo modus demonstrationis cuiuslibet scientię est diuersus: nanq; aliquę demõstrant magis necessario, vt sunt Mathematicę, & quędam non de necessitate, vt naturales, quę vt plurimum recipiunt demonstrationes ex his, quę non semper sunt, sed frequenter: & qm̃ principium demonstrationis est definitio, palam est ex tali inductione, quod demõstratio nõ est de essentia eius, nec de definitione, quę significat quid est res: sed est aliquis alius modus, quo ostendantur definitiones, & est diuisio, et compositio: quod est, qm̃ plures definitiones sunt ex his vijs, & ideo nulla scientia potest demonstrare aliquam speciem sui generis subiecti, de quo considerat vtrum sit, aut non sit: eiusdem enim scientię est scire aliquid esse, id est scire terminare quęstionem an est, & manifestare quid est, quod fit per simplicem demonstrationem. Et propterea, quia iam ostensum est, quod est vna scientia, quę considerat ens, inquantum ens, ostendit quod illa non potest esse naturalis, sicut dicebant antiqui, nã scientia naturalis non est operatiua: quod est, quia scientia naturalis est in omnibus rebus mobilibus, & quiescentibus. Sed omne, quod est tale, non est operatiuum: sequitur quod naturalis scientia non sit operatiua: & dedit signum in hoc, quoniam principium rerum a nobis factarum est in intellectu, vel arte, aut in alijs potentijs arti similibus, & in nobis non est principium faciens naturalia, qm̃ agendorum rerum principium, cum sit ipsa voluntas, in ipso agente est, cum artificiatum & voluntas idem sit in forma: & ideo ea, quę sub voluntatis electione consistunt, diuersa sunt ab illis, quę a natura sunt, cum principium horum, quæ a natura sunt, illorum esse est naturale. illorum vero, quorum principium est electio, esse suum est artificiosum. & per consequens istarum rerum scientię diuersę sunt. omnis igitur mens aut actiua, aut effectiua, aut ea, quę argumentatione vtitur, est secundum aliquid, & non simpliciter. quoniam scientia in ipsa non est nisi propter opus: & in hoc differt scientia speculatiua a scientia factrice, vt in naturali sciẽtiam manifestum est, cum ipsa de ente immobili speculetur vt de forma, & anima, quæ sunt immobiles essentialiter, & plures partium eius non sunt per definitionem abstractę: quoniam intellectus quoquo modo consideratur a naturali philosophia, & tamen ratione est a materia separatus.

Metaphysi. nec a sensu, nec a superiori scĩa recipit sui subiecti quidditatẽ.

* Mediũ demõstrationis definitio.

Definitionẽ diuisione, vl' cõpõne venamur.

Scĩa naturalis nõ est operatiua.

Inter naturalia, & artificialia discrimen.

Aĩa immo[illegible] essentia [illegible]

E[illegible] diuiditur [illegible] p se, et [illegible] p accñs. Vide oppositũ. 2. Ph. c. 6. & 5. Met. te. c. 14. & 3. Ph. 3. Vide contrad. Zim.

Scĩa ista nõ cõsiderat entia ĩ pticulari. Idẽ 1. Ph. 11. & 4. huius prio. Cõsideratio de entibus duobus modis.

Vide ĩ pœmio suo in 1. Phy.

Quia in hoc tractatu intendit perscrutari inter species entis de ente, quod est per se, & ens per accidens, cum ens primo in hęc duo diuidatur, s. in ens quod est per se, & ens quod est per accidens, incœpit rememorationem facere de illo, quod declaratum est in tractatu tertio, s. ꝙ ista scientia habet considerare de omnibus speciebus entium, secundum ꝙ sunt entia, & dat super hoc testimonia, & d. Manifestũ est ꝙ principia, & c. id est manifestum est ꝙ iam declaratur scientiam esse perscrutantem de ente, secundum ꝙ est ens, & de principijs entium, & causis eorum, & de ente, non secundum ꝙ est tale ens. Cum enim sint entia diuersis modis, manifestum est ꝙ cõsideratio de eis est duobus modis: aut cõsideratio de vnoquoq; illorum secundum proprios modos habitos: aut consideratio de eis secundum illud, in quo conueniunt, s. inquantum sunt entia. Et, cũ posuit ꝙ necesse est vt ens simplr habeat causas simplices, incœpit declarare hoc, & d. Aliqua enim causa, & c. 1. & per inductionem scientiarum, & per hoc, quod credimus, ꝙ scire aliquid constat ex scientia causarum, apparet ꝙ omnis sciẽtia, & omnis ars habet causas, de quibus perscrutetur. sed hęc est scientia perscrutans de ente simpliciter: ergo habet perscrutari de causis eius simplicibus. Et intendit per res [illegible] les scientias Mathematicas: & per sciãm cogitatiuam scientiam speculatiuam: & per perscrutationem simplicem, illam, quę non est valde certa. scientię enim diuersantur in hoc secundum diuersitatem naturæ subiectę. Et potest intelligi ꝙ quędam scientię perscrutantur de causis respectu alicuius, & quędam de causis

A simpliciter.& ista est intentio exposita magis conueniens. Et, cum declarauit his duabus propositionibus ꝙ scientia considerans de ente simplici, habet considerare causas, incœpit declarare etiam aliquam scientiam esse cõsiderantem de ente simpliciter: hoc enim positum fuit in prædicta argumentatione, & dicit. Et quia vnaqueq; istarum, &c. id est & quia apparet ꝙ nulla scientiarum particularium, scilicet quę proprie considerant de aliquo genere, perscrutetur de ente, secundum ꝙ est ens, manifestum est aliquam scientiam esse perscrutãtem de ente simplici. D.d. sed quędam, &c. id est sed quędam scientiarum perscrutantur de ente proprio, ponendo illud esse sub sensu: & quędam perscrutantur de ente, concedendo illud esse, vt Arithmeticus, qui ponit vnum esse. D.d. & secundum hunc modum demonstrant, &c. id est & demonstratio, qua ipsi vtuntur in singulis artibus, est rerum essentialium existentium in illo genere, sub quo continentur: & demonstratio, quę fit in talibus artibus, constat aut ex necessarijs propositionibus, aut in maiori parte. & hoc intendebat, cum dicit aut facilius. D. d. Et ideo manifestum est, &c. id est, & quia demonstrationes non fiunt nisi ad res essentiales existentes in illo genere, de quo considerat illa ars, non ad genus ipsius artis, neque ad speciem eius, visum est ꝙ substantiæ non habent demonstrationem. demonstratio enim est de substantijs ad accidentia: substantia autem nõ habet substantiam: & ideo substantiæ non habent demonstrationes, quę sunt de- B finitiones transmutatę in situ: sed hoc tantum reperietur in accidentibus. sic autem intelligendum est hoc, quod dixit, ꝙ substantia non habet demonstrationẽ, neq; illud, quod est substantia. id est simplicem demonstrationem, quę reddit causam, & esse insimul. D.d. sed aliam significationem quoquo modo, id est sed substantia habet aliam significationem a modo demonstratiuo, ex quo significatur quid sit aut suum esse. Et forte innuit posteriora in scientijs Naturalibus. & nõ possunt sciri substantię rerum nisi ex posterioribus, id est ex accidentibus. & isti modi demonstrationum dicuntur signa. Et forte innuit per aliam significationem viam diuisionis, & compositionis, aut omnia ista. plures enim definitiones substantiarũ sciuntur his tribus vijs. Deinde d. Et ideo non narratur omnino, &c. id est & ideo nulla scientia potest demõstrare aliquam speciem illius generis, de quo considerat, vtrum sit aut non. [a] eiusdem enim scientię est scire aliquid esse, & quid sit, quod fit per simplicem demonstrationem. Et, cum declarauit ꝙ aliqua scientia debet esse, quę perscrutetur de ente simpliciter, incœpit declarare ꝙ ista scientia non est scientia Naturalis, & prius ꝙ scientia Naturalis non est operatiua, & d. Et, cum scientia Naturalis est alicuius generis, &c. i. Et cum scientia Naturalis est in omnibus rebus naturalibus mobilibus & quiescentibus, manifestum est ꝙ scientia Naturalis est nõ operatiua. D.d. causam in hoc, C & d. Principium enim rerum actiuarum, &c. i. principium rerum factarũ a nobis est in agente, s. aut intellectu, aut in arte, aut in alijs potentijs similibus arti: & in nobis non est potentia, aut principium faciens naturalia. D. incœpit exponere hoc, & d. & principium artis, &c. id est & est manifestum ꝙ primum principiũ rerum artificiatarũ, quod est in nobis, s. in artifice, est voluntas [b]: artificiatum. n. & voluntas idẽ sunt in forma. Et intendebat ipse per hoc ꝙ illa, quorum principium est voluntas, sunt alia ab illis, quorum principium est natura, & ꝙ scientię istarum sunt diuersę. D.d. Omnis igitur cogitatio, id est omnes igitur cogitationes agentes & operantes, & quę vtuntur argumentatione, sunt arguentes secundum aliquid, non arguentes simpliciter, cum scientia in eis nõ sit nisi propter opus. & per hunc sermonem videtur quasi dare differentiam [c] inter scientias speculatiuas & operatiuas; et si tñ det exemplum de scientia Naturali. D.d. & ipsa perscrutatur, &c. id est & intendit scientiam Naturalẽ. & intendit per hoc, quod dixit, formam & animam: sunt enim immobiles essentialiter: & plures partium eius animę nõ sunt abstractę per definitionem, Et dixit in maiori parte propter intellectum. Et si fuerit lectus iste locus, & de substãtia, quę impossibile est moueri, addito illo aduerbio, non, tunc poterimus intelligere ex eo omnia, de quibus considerat scientia Naturalis. sed in omnibus libris, a quibus correximus istũ librum, quem glosamus, inuenimus sine non.

Demr̃o non fit ad genus ipsius artis, neq; ad spẽs eius. Idẽ 2. de Ani. 27. Vide tñ oppositum de igne. 4. Cœ. cõ. 32. Vide con. Zim. Vide 1. de Ani. 11.

Pl'es definitiões substãtiarũ sciũtur his trib' vijs, s. via diuisionis, & cõpõnis, & demõstratione signi. Idem 4. Ph. c. 2. et 1. de Ani. c. 5.

a Eiusdẽ sciẽ est scire aliquid esse, & quid sit. vide instantiã i 2. Ph. te. c. 26. Vide contr. Zim.

b Artificiatũ & voluntas idem sunt in forma.

c Vide 2. meta. tex. cõ. 3.

Eorũ, q̃ deſiniuntur, & ipſorũ quid eſt, quædam ſunt vt ſimũ, quędã, vt cõcauũ. Idem 2.Ph.19. & 3.de Anima 35.& 7.Meta.34. Vide duas contra. Zim.

Idẽ 3.Meta. te.c.3. & 7. Met.c.35.et 2.Ph.18. & 1.de Anima 17.& 2.Ph. 71.

Oportet autem vt non lateat, quomodo ipſum quid erat eſſe, & [illegible] tio ſit. nam abſque hoc quærere, nihil eſt facere. Eorum igitur quę de finiuntur, & ipſorum quid eſt, quædam quidem ita ſunt, vt ipſum ſimum, quædam, vt ipſum concauum. differunt autem hæc, quoniam ſimum quidem vna acceptum eſt cum materia: eſt enim ſimum concauus naſus, concauitas vero abſque materia ſenſibili. Si cuncta igitur naturalia ita, vt ſimum dicuntur, vt naſus, oculus, facies, caro, os, omnino animal: folium, radix, cortex, omnino planta (nullius enim eorum ratio abſque motu, ſed ſemper habet materiam) manifeſtum eſt quomodo in naturalibus oportet ipſum quid eſt quærere, & definire. & cur etiam de quadam anima ſpeculari Naturalis eſt, quęcunque non ſine materia. Quòd igitur Naturalis ſpeculatiua eſt, ex his patet: ſed & Mathematica ſpeculatiua eſt. verum ſi immobilium & ſeparabilium, adhuc non eſt manifeſtum. quòd autem aliqua mathematica, prout immobilia, & prout ſeparabilia ſunt ſpeculatur, dilucidum eſt. Quòd ſi quippiam eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile, patet quòd ſpeculatiuæ eſt cognoſcere, & non Naturalis: de mobilibus nanque quibuſdam Naturalis eſt, nec Mathematicæ, ſed prioris ambabus. etenim circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia. ipſius vero Mathematicæ nonnullæ ſunt circa immobilia quidem, non tamen ſeparabilia fortaſſe, ſed vt materia. Prima vero etiam circa ſeparabilia & immobilia. Neceſſe autem eſt omnes quidem cauſas perpetuas eſſe, maxime vero has. hæ etenim cauſæ manifeſtius diuinorum ſunt. Quare tres vtique erunt ſpeculatiuæ Philoſophiæ, Mathematica, Naturalis, Theologia. Manifeſtum eſt enim quòd, ſicubi diuinum exiſtit, in tali natura exiſtit. & honorabiliſsimam oportet circa honorabiliſsimum genus eſſe. ſpeculatiuæ itaq; aliis ſcientiis præponendæ ſunt, hæc vero ſpeculatiuis.

Sciarum ſpeculatiuarum diuiſio.

Honorabiliſſimam ſciam oportet circa honorabiliſsimum genus eſſe. Idẽ 1.de Ani.te. primo.

Et oportet nos non ignorare illud, quod ſignificat aliquid, quid ſit ſecũdum eſſentiam & definitionem, qualiter eſt, quaſi quærere [illegible] hoc, eſt facere nihil. Illa autem, quæ determinant & ſignificant [illegible] quædam ſunt ſicut ſimum, & quædam ſicut profundum. & differentia etiam eſt, quia quædam accipiuntur cum materia, profundum autem non. ſimum enim eſt profundum in naſo: profunditas aũt [illegible] materia ſenſibili. Et omnia naturalia dicuntur modo ſimili illi, quod dicitur ſimum, vt manus, & oculus, & naſus, & caro, & os, et totũ animal & folia, & radices, & tota planta. definitio enim nõ ſit in aliquo [illegible] rum ſine motu. manifeſtum eſt igitur quòd in rebus naturalibus quæritur quid ſit materia, & determinatur, & quare ſit etiam. Naturalis enim habet conſiderare de aliqua forma, ſcilicet illa, quæ eſt [illegible] ne materia. Manifeſtum eſt igitur ex hoc quòd ſcientia Naturalis eſt aliqua ſcietiarum ſpeculatiuarum. & etiam ſcientia Mathematica eſt ſcientiarum ſpeculatiuarum. ſed manifeſtum non eſt ſi ſcientia rerũ, quæ non mouentur, eſt abſtracta etiam. & ſi ſit manifeſtum q̃ quæ

A dam mathematica, non mouentur, & sunt abstracta. Et si aliquid sit sempiternum non mobile, aut abstractum etiam, manifestum est etiã, quòd cognitio eius erit in aliqua scientia speculatiua alia a Naturali. scientia enim Naturalis est rerũ mobilium. neq; Mathematica, sed illa, quæ est ante omnes istas. scientia enim Naturalis est rerum inseparabilium, sed non immobilium. Et Mathematicarum quædam sunt rerum immobilium, sed non videntur abstractæ, sed quasi in materia. Prima autem scientia erit rerum abstractarum, & quæ non mouentur. Vnde ne, esse vt omnia sint æterna, & maxime ista. quoniam ista sunt causæ rerum apparentium ex diuinis. Modi igitur Philosophiæ essentiales sunt tres, Mathematicus, Naturalis, & Diuinus. Nullus enim ignorat quòd, si diuinus est, quòd est in tali natura. & scientia nobilis debet esse nobilis generis. aliæ enim scientiæ speculatiuæ sunt valde bonæ. sed ista scientia est melior omnibus scientiis speculatiuis.

B

Quoniam diuersitas artium, siue scientiarum attenditur penes modos definitionum, ideo oportet non ignorare modum vtendi definitionibus in vnaquaq; arte, & scientia: nam sine cognitione modi definiendi, non erit inuenire differentiam scientiarũ, cum definitio sit medium demonstrationis, & principium sciendi: quare oportet non latere quo nam modo sit definiendum in vnaquaq; scientiarum: Modus vero, ex quo in huiusmodi cognitione deueniemus, est primo scire, duplicem esse modum definitionis: vnus enim modus in concreto est, alter vero est in abstracto: in concreto vt definitio simitatis, in abstracto vt definitio profunditatis, nam illa est cum materia sensibili, ista vero sine materia, & in hoc differunt, ac diuersę sunt. & exemplificat has duas definitiones, qm̃ simitas est nasi profunditas, & accipitur nasus pro re sensibili, & Profunditas est depressio in superficie, in qua non apparet materia sensibilis, licet intelligibilis possit esse: omnia autem naturalia simili modo definiuntur sicut simũ, vt patet in partibus animalis tam dissimilibus, vt sunt nasus, oculus, & facies, quàm in similibus, vt sunt caro, & os, & etiam in toto animali: & similiter in partibus plantarum, quę sunt folium, radix, & cortex, & similiter in tota planta: Nullius enim prędictorum definitio potest assignari sine motu, cum ergo definitiones rerum naturalium nõ possunt esse nec fieri absq; materia, & forma, sequitur necessario quod ad naturalẽ Philosophum spectat quęrere quid est materia, & quid forma, & similiter causam finalem propter quod est materia, & forma: Philosophus enim naturalis habet considerare de forma, quę non est separata a materia, & de materia propter considerationem compositi, licet consideratio de formis naturalibus sit prima in intentione, de materia vero propter formam: quapropter ex his omnibus apparet quod scientia naturalis nullo modo est operatiua, sed tantum speculatiua: cũ ergo Philosophus considerat ea, quorum definitiones sunt cũ materia sensibili, & naturalia sunt. Mathematica vero considerat ea, quorum definitiones sunt sine materia sensibili, & voluntaria sunt, sequitur quod scientia Mathematica est speculatiua, & per consequens neque actiua, neque factiua, quoniam considerat ea, quę sine motu sunt, sine quo actio, & factio esse non possunt. Sed vtrum ea, de quibus considerat Mathematica scientia, sint mobilia, & a materia separabilia secundum esse suum, adhuc non est manifestum: similiter, si est aliquod ens immobile secundum definitionem & esse, & per consequens sempiternum, & a materia separabile, palam est quod eius consideratio nullo modo Physica, vel Mathematica erit. cum Physica consideratio sit de ente mobili, & Mathematica sit de abstractis secundum definitionem tantum: relinquitur ergo quod consideratio huius entis sit alterius, & altioris scientię, priorisque ambabus prędictis,

2 Diuersitas artiũ & sciarum penes diuersos definiẽdi modos attenditur.

In definitione naturali apparet materia.

Vide Idẽ 2. Ph. te.c. 21. 22. & 23.

C

Scia naturalis speculatiua tantum.

Entia Mathematica an sint scdm eẽ separata.

Et licet Mathematicarum ſcientiarum aliquę ſint, quę omnino circa immobilia verſari videantur, vt Geometria & Arithmetica, nihilominus non abſtrahunt a materia intelligibili, quamuis a materia ſenſibili abſtrahere videantur. Cum ergo res abſtractę ſecundum definitionem & eſſe, ſunt priores quo ad eſſe non abſtractis, relinquitur vt ſcientia, quę de ipſis conſiderat, ſit prior omnibus aliis quo ad eſſe: quoniam conſiderat communes cauſas omnium entium. res enim immobiles ſunt magis ęternę mobilibus rebus, vt corpora Cœleſtia, quę abſtracta ſunt, & ſunt cœlorum cauſę, quia ſubſtantia abſtracta eſt cauſa corporum cœleſtiũ: quare ex antedictis patet quod tres ſunt partes Philoſophię Theoricæ Mathematica, Phyſica, & Diuina, quę eſt philoſophia prima: quoniam in definitionibus diuinarum rerum ponitur Deus, ſicut in definitionibus natutalibus, & voluntarijs ponitur voluntas, & natura in illis: quare nobilitas ſcientię ſumitur a nobilitate ſubiecti.

Metaphyſica eſt alijs ſciẽtijs prior

Tres philoſophię partes.

Quia diuerſitas artium fit per diuerſitatem modi terminorum vtendorum, incœpit declarare hoc, & dicit. Et oportet, &c. id eſt & oportet nos non ignorare modum vtendi definitionibus ſignificãtibus quid, qualiter eſt ille modus in vnaquaq; arte, & in hac arte. quęrere enim aliquid ſcire, hoc non determinato, eſt quaſi non quęrere. Deinde dixit. Illa autem, quę determinant, &c. id eſt & via ad ſciendum hoc eſt, vt primo ſciamus ꝙ definitiones ſunt duobus modis, aut ſicut definitio ſimitatis, aut ſicut definitio profunditatis. Deinde dicit. & differentia etiam, &c. id eſt & iſtę duę definitiones differunt: quia definitio ſimitatis eſt cum materia ſenſibili: profunditatis aũt eſt ſine materia ſenſibili. dicimus enim in definitione ſimitatis, ꝙ eſt profunditas in naſo: & accipitur naſus, ꝙ eſt aliquid ſenſibile, in definitione. et dicimus ꝙ profunditas eſt demiſsio in ſuperficie, in qua non apparet materia ſenſibilis: ſed, ſi apparuerit, erit intelligibilis. Deinde dicit. Et omnia naturalia, &c. id eſt & in definitionibus omnium rerum naturalium apparet materia; ſicut in definitione ſimitatis. & hoc eſt in omnibus membris animalium, ſicut in definitione naſi, & oculi, & faciei, & carnis, & oſsis, & vniuerſaliter conſimilium, & non conſimilium, & in toto animali: & ſimiliter in omnibus partibus plantæ, & in tota planta. nullum enim iſtorum habet definitionem abſque eo, ꝙ illa definitio accipiat aliquod tranſmutabile. Deinde dicit. manifeſtum eſt igitur ꝙ in rebus naturalibus, &c. id eſt &, cum definitiones rerum naturalium non poſsint fieri ſine materia & forma, manifeſtum eſt ꝙ oportet Naturalem quęrere de materia rerum naturalium notificãdo quid ſit, & quęrere ſecundum quod eſt illud, propter quod eſt materia, ſcilicet forma. Deinde dicit. Naturalis enim habet conſiderare, &c. id eſt Naturalis enim habet conſiderare de aliqua forma, ſcilicet de illa, quę impoſsibilis eſt reperiri abſque materia. Et intendebat ꝙ Naturalis habet conſiderare in vtroque, ſcilicet de forma, quæ eſt in materia, & de materia, propter conſiderationem de compoſito: ſed conſideratio eius de formis naturalibus eſt prima intentione, & de materia propter formam. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igitur, &c. id eſt ex hoc apparet, ꝙ ſcientia Naturalis eſt ſpeculatiua, non operatiua. & cum in definitionibus rerum naturalium apparet natura, ſicut in definitionibus rerum voluntariarum apparet voluntas: & etiam eſt manifeſtum ꝙ ſcientia Mathematica eſt ſpeculatiua, & ꝙ eſt ſcientia rerum immobilium: ſed non eſt manifeſtum per ſe, vtrum illa immobilia, de quibus Mathematicus conſiderat, ſint abſtracta a materia, aut ſint in materia. Deinde dicit. & ſi ſit manifeſtum, &c. id eſt & ſi ſimiliter fuerit declaratum ꝙ quædam Mathematica ſunt abſtracta ſecundum definitionem & eſſe, aut alia natura ſit abſtracta, tunc conſideratio de eis nõ erit Naturalis ſcientiæ, neque Mathematicę. Scientia enim Naturalis conſiderat de rebus mobilibus, Mathematica autem de rebus abſtractis ſecundum definitionem, non ſecundum eſſe. ſed conſideratio de abſtractis naturis eſt ſcientię alteris iſtis. & hoc intendebat cum dicit ſcientia enim Naturalis, &c. id eſt & ſcientia rerum abſtractarũ eſt alia a ſcientia Naturali, et a Mathematica: quia ſcientia Naturalis conſiderat de rebus non abſtractis, & cum hoc non immobilibus. Mathematicarum autem licet quædam conſiderent de immobilibus, ſicut Geome-

Idem 2. Ph. 21.

Cõſideratio Naturaliseſt de formis naturalibus prima intentione, & de materia ꝓpter formam.

A tria,& Arithmetica,tamen viſum eſt ꝙ illa,de quibus conſiderat, non ſunt abſtracta a materia,immo coexiſtentia in materia: etſi materia non appareat eſſe in definitionibus eorum. Deinde dicit. Prima autem ſcientia, &c.id eſt,& cum res abſtractæ ſint priores in eſſe non abſtractis, neceſſe eſt vt prima ſcientia in eſſe ſit ſcientia rerum abſtractarum. Deinde dicit. & quæ non mouentur, &c. & intendit ꝙ res immobiles neceſſe eſt vt ſint æternæ magis ꝙ̄ æternæ mobiles diuinæ,ſcilicet corpora cœleſtia.ſunt enim cauſæ iſtorum, ſcilicet ꝙ ſubſtantia abſtracta eſt cauſa corporum cœleſtium. Deinde dicit.Modi igitur Philoſophiæ,&c.id eſt manifeſtum eſt igitur ex hoc ſermone,ꝙ modi Philoſophię ſpeculatiuæ ſunt tres, ſcilicet ſcientia rerum Mathematicarum, & naturalium, & diuinarum, ſcilicet ſubſtantiarum, in quarum definitione accipitur Deus. & intendebat ꝙ, quemadmodum naturalia ſunt illa, in quorum definitione accipitur natura, ita diuina ſunt illa, in quorum definitione accipitur Deus: & voluntaria ſunt illa, in quorum definitione accipitur voluntas. Deinde dicit.Nullus enim ignorat & cęte.id eſt non enim latet aliquem ꝙ, ſi eſt ſcientia Diuina, quin ſit in tali natura,ſcilicet abſtracta. Deinde dicit. & ſcientia nobilis, &c. id eſt & cum manifeſtum eſt per ſe ꝙ ſcientia nobilior eſt generis nobilioris:& ſcientia Diuina eſt ſcientia nobilior: ergo eſt nobilioris. Omnes enim ſcientię, licet ſint nobiles,tamen ſcientia Dei eſt nobilior illis, cuius ſubiectum eſt nobi-
B lius omnibus ſubiectis.

Quare dixerit q̄dam. Vide 12. Met. cō.44. & 1. Meta.19.& 2.Cœ.57.& 2.Phy.18.

In definitione diuinorū̃ ſumitur deus & naturaliū̃ natura,et uoluntariorum voluntas.

Dubitauerit etenim aliquis, vtrum prima Philoſophia vniuerſalis ſit,an circa aliquod genus,& vnam naturam. Non enim idem modus eſt atque in Mathematicis,ſed Geometria quidem,& Aſtrologia circa quandam naturam ſunt, illa vero vniuerſaliter omnibus communis eſt. Si igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia præter eas, quæ natura conſiſtunt,Naturalis profectò prima ſcientia eſt. Quòd ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis,hæc prior,& Philoſophia prima,& vniuerſalis ſic,quòd prima.

Niſi eſſet & aliqua ſubſtantia p̄ter naturales,naturalis ſcīa eſſet prima.

Et dignum eſt quærere vtrum prima Philoſophia ſit vniuerſalis, aut alicuius generis,aut vnius naturæ. Non enim eſt vna ſpecies,neq; in ſcientiis Mathematicis etiam,ſed Geometria, & Aſtrologia ſunt alicuius naturę,& ſcientia vniuerſalis eſt communis omnibus. Si igitur non fuerit ſubſtantia aliqua alia a ſubſtantiis exiſtentibus natu-
C ra,tunc prima ſcientia eſt Naturalis. Et ſi aliqua ſubſtantia immobilis fuerit, illa erit primum,& ſcientia eius erit prima Philoſophia,& vniuerſalis etiam.

Et dignum eſt quęrere,vtrum prima philoſophia ſit vniuerſalis,quaſi conſiderans ens uniuerſaliter,aut eius conſideratio ſit circa aliquod genus determinatū̃, **& naturam vnam**: & hoc non videtur, non enim eſt vnus modus huius ſcientiæ, & Mathematicarum. quia Geometria eſt naturæ diuerſæ a natura, cuius eſt aſtrologia, & vtraque ſcientia eſt Mathematica, ſed philoſophia prima eſt vniuerſaliter communis omnium, & per conſequens communis omnibus entibus: quare manifeſtum eſt quod,ſi non eſt aliqua alia ſubſtantia, pręter ſubſtantias ſenſibiles,quæ conſiſtunt ſecundum naturam,de quibus eſt philoſophia Naturalis,tunc nulla eſſet ſcientia prior naturali. Sed quoniam eſt aliqua ſubſtantia immobilis,iſta erit prior ſubſtantia naturali, & per conſequens philoſophia conſiderans huiuſmod. ſubſtantiam erit philoſophia prima: &,quia eſt prima, ideo erit vniuerſalis,prima vero quo ad eſſe,non quo ad ordinem doctrinę, quia eſt poſterior, ſed eſt prima ſecundum naturam.

3 Metaphyſica an ſit ſcīa vniuerſalis.

Id eſt, **Et rectum eſt quęrere,poſtꝗ̄** declarauit talē̃ ſcientiam eſſe, quę dr̄ prima Philoſophia, vtrū̃ iſta ſcientia ſit vniuerſalis pluribus generibus,aut eiuſdē̃

generis, aut eiusdem naturæ. D.d. Nō est enim vna species, id est apparet enim ꝙ Mathematica non est vnius generis, sed diuersorum generū. Geometria enim est naturę diuersę a natura, cuius est Astrologia & vtraque est Mathematica. D.d. & scientia vniuersalis communis est oībus, id est sed, si scientia ista fuerit vniuersalis, dignius est vt sit cōis omnibus entibus. D.d. si igitur non fuerit, &c. id est & manifestum est, ꝙ si non esset hic alia substantia a sensibili, ꝙ nō esset scientia prior Naturali. Deinde dicit. Et si aliqua substantia mobilis, &c. id est & manifestum est ꝙ, si aliqua substantia immobilis est, ꝙ ista substantia est prima, & ꝙ scientia istius est scientia vniuersalis, & Philosophia prima. Et dixit in esse, quia ordo addiscendi istam scientiam est posterius, & ideo discimus eam post Physicam.

Scīa Diuina est posterior via doctrinę sed est prima secundū naturā. Vide pro hoc 4. Meta. cō. 4. & 7. huius com. 39.

Summa Secunda Declarantur quædam entis species, quæ ab hac scientia secluduntur.

Caput Primum. Dari ens per accidens, quidq́; illud sit.

ET de ente, prout ens est, ac quid est, & quæ ei insunt, prout ens est, speculari huius est. Sed cum ens illud, quod simpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnū quidem erat, quod secūdum accidens, aliud vero, quod vt verum, & non ens vt falsum: præter hæc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quantum, vbi, quando, & si quid aliud hoc modo significat: item præter hæc omnia, quod potentia, & actu: cum itaq; ens multipliciter dicatur, primo de eo, quod secundū accidens est, dicendum, quod nulla circa illud speculatio est. Signū autem, quòd nulli scientiæ curæ est illud, neque actiuæ, neque factiuæ, neq; speculatiuæ. Nec enim qui facit domum, facit simul quæ accidunt domui factæ. infinita nanq; sunt. quibusdam enim delectabilem, quibusdam noxiam, quibusdam vtilem nihil prohibet factam esse, &, vt ita dicam, ob eas res omnes esse aliam, quarum nullius factiua est ædificatiua simili modo, Nec Geometra ea, quæ ita figuris accidunt, speculatur, nec si diuersus triangulus duos rectos habens. & hoc rationabiliter contingit. nam quasi nomine solum ipsum accidens est. Quare Plato non male quodam modo circa Sophisticā ipsum non ens applicuit. Sophistarum etenim rationes circa accidens, vt ita dicam, maxime omnium sunt. vtrum diuersum an idem musicum, & grammaticum, & musicus Coriscus, ac Coriscus. & si omne, quod est, non aūt semper factum est, quare si musicus existens grammaticus factus est, & grammaticus existens musicus, & quæcunq; a ię orationum tales sunt. Videtur etenim accidens propinquum quiddā esse non enti. hoc aūt ex his etiam orationibus manifestum est. eorum etenim, quæ alio modo se habent, est generatio & corruptio: eorum autem, quæ secundum accidens, non est.

Et quia habet considerationem de ente, secundum ꝙ est ens, & quid sit. Sed cum ens, quod dr̄ simpliciter, dicitur multis modis, quo-

A rum vnus, vt diximus, dicitur per accidens, & vnus dicitur quasi verum, & non ens quasi falsum: & aliis modis ab istis modis figurarum prædicamentorum, sicut hoc, & quantum, & vbi, & quando: & etiam præter omnia ista quod dicitur potentia & actu: & cum ens dicatur multis modis, dicamus primo de illo, quod dicitur per accidens. nulla enim scientia speculatiua vtitur tali modo. Et signũ eius est, ꝙ nulla scientia perscrutatur de hoc, neque actiua, neque artificialis. Aedificator enim non facit omnia, quæ accidunt cum artificio domus, quæ sunt infinita. nõ enim facit, vt domus adiuuet vni, & noceat alii, & vniuersaliter vt sit aliis modis, qui non sunt facti a nobis. Et similiter Geometria etiam non considerat de rebus, quæ accidunt figuris tali modo, neque si triangulus alius, & triangulus habet duos rectos angulos alios. & si conueniant in definitione. accidens enim est quasi aliquod nomen tantum. Et ideo non malefecit Plato quoquo mo-
B do, quando ordinauit Sophisticum sub eo, quod non est. sermones. n. Sophistici in maiori parte sunt in eo ꝙ conueniunt accidenti. sicut illud, quod dicitur ꝙ est omnia, & non est. musicus enim & grammaticus sunt idem, & nauta & musicus sunt idem, & omne, quod est nõ secundum ꝙ dicitur de eo sicut ille, qui fuit musicus, & fit grammaticus: aut ille, qui fuit grammaticus, & fit musicus: & omnes alii sermones similes istis. Accidens enim videtur prope illud, quod nõ est quoquo modo. & hoc manifestum est ex sermonibus exemplaribus. res enim, quæ sunt alio modo, habent generationem & corruptionẽ: quæ autem sunt modo accidentali, non habent hoc.

Et, quia declaratum est, quod hæc scientia habet considerare ens, inquantum tale ens: ideo rememoratur hic prima eius diuisio. Diuiditur enim ens vniuersaliter dictum in ens per se, & in ens per accidens, vt dictum est. Alio modo dicitur ens idem, quod verum propositionis, non ens idem, quod falsum. Alio modo dicitur ens, quod continet sub se figuras prædicamentorũ, vt quid, quale, & quãtum alio modo diuiditur, præter prædictos omnes, per potentiam & actum: cum
C igitur ens dicitur multis modis, dicendum est primo de illo, quod est per accidẽs: quoniam oportet nullam contemplationem circa ipsum versari, nullãq; scientiã atque doctrinam: sed incipiemus de hoc ente ad ostendendum quod hæc scientia non considerat de eo, nisi ne nobis noceat ad cognitionem vere entis, quod est essentialiter ens. & tale debet præponi, vt præmuniatur homo ab illo. &, signum quod de ente per accidens non sit aliqua speculatio, est, quoniã nulla scientia speculatiua, neque actiua, aut factiua est, quæ accurate de eo verba facit: q̃m ille, qui domum construit, non facit ea, quæ insunt domui factæ, nisi per accidẽs, vt esse illis voluptuosam, & fortunatam qui in ea prospere viuunt, aliis vero infortunatam, ac molestam qui occasione eius aliquod detrimentum, ceu infortunium incurrunt: cum vero omnia ista, & his similia sint infinita, & interminata, & per consequens Ars edificatiua non est ex istis, sed solum ex his, quæ per se insunt domui: Nec Geometria similiter speculatur ea, quæ sunt accidentia figuris. Sed solum illa, quæ per se accidunt figuris: speculatur enim hoc, quod triangulus est habens duos rectos, idest tres angulos æquales duobus rectis, sed non speculatur si aliquid alterum, vt puta lignum, vel aliquid huiusmodi est trigonũ: hæc enim conueniunt trigono per accidens: quapropter omne illud, quod est per accidens, est ens modo sophistico, qui solo nomine ens dicitur. Vnde Plato non male fecit cum scientias sophisticas circa non ens ordinauit, quod est ens solo 4

Multiplex entis diuisio.

Circa ens p̃ accidẽs nullus artifex versatur.

Ens p̃ accidẽs solo nomine dicitur ens.

nominę: rationes enim sophistarũ maximæ sunt circa accidens: secundum enim D fallaciã accidentis fiunt maxime latentes Paralogismi: vt, si quæratur vtrum diuersum, an idem sit album, & grammaticum. Hoc enim est sophisma, idest interrogatio sophistica, quæ pro vtraque parte habet syllogismos sophisticos: & sic illud, quod dicitur esse idem per accidẽs, est, quod recipit quodlibet, & suũ diuersum, sicut homini accidit, q recipit albedinẽ, Musicã, et equitationẽ, et sic de alijs accidentibus infinitis: talia enim dicuntur idem per accidens, sicut diximus, Musicum esse album, & nauigatorem: & ideo sophista, qui semper est circa ea, quæ apparent, & non existunt, est præcipue circa ens per accidens: ex his ergo rationibus, quibus vtuntur sophistæ, palam est quod ens per accidens est propinquum non enti: quoniam eorum, quæ sunt per se entia, & non per accidẽs est generatio, & corruptio, sed entis per accidens non est neque generatio, neque corruptio.

Sophista circa q̃ versat.

Gñatio & corruptio quorũ sit.

Dñs huius sciẽ primo debet cõsiderare de ente.

Ens prima sui diuisione diuiditur in ens p̃ se & ĩ ens p accñs. Idẽ.5. Met. 13.

Idest, & quia declaratum est, ꝙ ista scientia habet considerare de ente, secundum ꝙ est ens, scilicet quid sit, & quæ sunt res existentes in eo, secundum ꝙ est ens, manifestum est ꝙ dominus huius scientiæ debet primo incipere, & scire de ente. Deinde dicit. Sed cum ens, quod dicitur, &c. i. iam declaratum est ꝙ ens simpliciter diuiditur in prima diuisione in ens per accidens, & ens per se. Prima enim diuisio est talis, aut esse, aut non esse, quod est falsum & possibile, aut essentialiter, aut accidentaliter: quod autem est essentialiter, diuiditur in decem prædicamenta. Deinde incœpit numerare decem genera prædicamentorum, & d. sicut hoc, &c. i. verbi gratia quod dicitur de substantia, & quãto, & quali, & vbi, & quando, & alijs prædicamentis. Et intendit ꝙ, quia hoc nomen ens dicitur de omnibus, oportet artificem huius scientiæ considerare de omnibus, & attribuere illa ad primum ens, quod est causa in omnibus entibus. D. d. & etiã præter omnia ista, & cæ. i. & ens etiam diuiditur præter istam diuisionem in potentiam & actum. D. d. & cum ens dicatur, &c. Deinde d. causam, propter quam incœpit cõsiderare de ente, quod est per accidens, & d. nulla enim scientia, &c. i. & incipiemus loqui de hoc ente, ad demonstrandũ ꝙ ista scientia non considerat de illo, nisi ne noceat in cognitione entis, quod est essentialiter. & tale debet præponi vt præmuniatur homo ab illo. D. d. Et signum eius, & cætera. i. & signum, ꝙ artifex huius artis non habet considerare de ente per accidens, est ꝙ nulla ars considerat de illo, neque speculatiua, neque operatiua. Aedificator enim, cum facit domum, non considerat facere in ea omnia accidentia infinita. verbi gratia vt sit domus fortunata habitatoris, & vtilis. hæc enim accidunt casu. nec etiam vt sit infortunata, & nocens. hoc enim accidunt malo casu, & alia similia infinita, quod enim est infinitum non est determinatum. D. d. & vniuersaliter, &c. i. & vniuersaliter Aedificator non facit domum vtilem, aut nocentem, aut alijs modis rerum contingentium domui. Et similiter Geometer nõ considerat de rebus, quæ existunt in figuris per accidens. non enim considerat in figura habẽte tres angulos, vtrum accidat ei vt in ea sint tres alij anguli. neq; etiam cõsiderat vtrũ accidat illi vt ĩ ea sint anguli, alij a tribus æqualibus duobus rectis, & tres æquales duobus rectis. & hoc accidit triangulis, secundum ꝙ sunt ex ligno & cupro, aut aliqua alia materia. D. d. & si conueniant in definitione. Potest intelligi sic. & si anguli accidentes triangulo cõueniant in definitione cum angulis, qui sunt essentialiter in triangulo in essendo æquales duobus rectis. Et potest intelligi sic. & si illud, quod est per accidens, conueniat cum eo, quod est essentialiter in definitione. & ideo dixit post. accidens enim est quasi aliquod nomen tantum. & quod enim est per accidens in rei veritate, est nomen ziferæ. i. sine aliqua significatione. Deinde dicit. Et ideo non male fecit, &c. i. cum Plato posuit sermonẽ sophisticum in eo, quod est non ens, non male fecit, & non posuit ipsum in ente, & causa fuit in hoc, ꝙ sermo Sophistæ in maiori parte est per accidens. Deinde dicit. sicut illud, quod dr̃, &c. i. quoniam illud, quod dicitur esse idẽ per accidens, est illud, qd recipit quodlibet, & suũ diuersum vno modo: sicut accidit homini vt recipiat albedinem & musicam, & nauigatoriam, & alia infinita. talia enim dicuntur idem per accidens, sicut dicimus ꝙ musicus est albus, & est nauigator. E

Quod est infinitũ, nõ est dterminatũ. Idẽ. 3. Phy. 40. & 50. & 5. Me. com. vltimo.

Vide primo Phy. 21.

A hoc intendebat, cum d. muſicus enim, & grammaticus, ideſt, verbi gratia vt aliquis homo ſit muſicus, & grammaticus. dicetur enim ꝙ grammaticus, & muſicus idem ſunt, ſed per accidens. & ſimiliter nauigator & muſicus dicuntur idem per accidens, quando aliquis homo fuerit nauigator, & muſicus. & ſimiliter dicitur ꝙ homo, qui recipit nauigatoriam, eſt idem cum nauigatore, ſed per accidens. Deinde dicit. & omne, quod eſt, &c. i. & omne, quod dicitur eſſe idem per accidens, non dicitur ſemper, neque in maiori parte. ſicut dicitur ꝙ grammaticus eſt muſicus, aut efficitur muſicus, aut muſicus eſt grammaticus, aut muſicus efficitur grammaticus. Deinde dicit. & omnes alij ſermones, &c. i. & ſimiliter omne prædicabile accidentale. Plato enim poſuit eum in non ente. quia quod eſt propter accidens, ppe videtur ei, quod non eſt, ipſum raro accidat. & hoc intẽdebat. cum d. Accidẽs enim videtur prope, &c. i. illi, quod eſt non ens aliquo modo. Deinde dicit. & hoc manifeſtum eſt, &c. ideſt & enumerare ea, quæ ſunt per accidens ſub non ente, apparet ex rebus, quæ inducuntur. Exiſtentes enim res eſſentialiter ſunt illæ, quæ habẽt aliquam ſpeciem, in quarum indiuiduis exiſtet generatio & corruptio. illa autem, quæ ſunt per accidens, nullam habent ſpeciem: vnde neque generationem neque corruptionem, & intendebat ꝙ nulla ſpecies inuenitur per accidens.

Idem 2. Ph. 48.

Illud, q̃d eſt p accñs, ppe vr̃ ei, q̃d nõ eſt, ideo Plato poſuit illũ in non ente. Vide p hoc 2. Phyſ. 56. & 53.

B Attamen dicendum eſt amplius de accidente, quoad poſsibile eſt, quæ nam eius natura ſit, & ob quam cauſam eſt. ſimul autem patebit, & cur eius ſcientia non eſt. Cum igitur in entibus ſint quædam ſemper ſimiliter ſe habentia, & ex neceſsitate, non ea, quæ ſecũdum vim dicitur, ſed quam dicimus, eo ꝙ non contingit aliter: quædam ex neceſsitate quidẽ non ſunt, nec ſemper, ſed vtplurimum, hoc principiũ & huius cauſa eſt, vt accidens ſit. Quodcunque enim non ſemper, neque vtplurimum eſt, hoc dicimus accidens eſſe: vtputa, ſi ſub cane tẽpeſtas, & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidiſſe, non ſi æſtus aut calor. quoniam hoc quidem ſemper, aut vtplurimum, illud vero nõ. hominem quoque album eſſe accidit: nec enim ſemper, nec vtplurimum. animal vero nõ ſecũdum accidens. & Fabrum ſanitatem feciſſe, accidens eſt. quoniam non eſt aptus ad ſanitatem faciendam Faber, ſed Medicus (verum accidit Fabrum eſſe Medicum) Cocus etiã voluptati intentus facit quicquã ſalubre, ſed non ſecundum pulmentariã. vnde dicimus quòd accidit, & quodammodo quidem facit, ſimpliciter vero minime. Illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ ſunt, horum vero nulla ars, nullaque potẽtia determinata eſt. eorum enim, quç ſecundum accidens aut ſunt, aut fiunt, cauſa quoq; ſecundum accidens eſt. Quare, cum non omnia ex neceſsitate, & ſemper, aut ſint, aut fiant, ſed multa vtplurimũ, neceſſe eſt eſſe, quod ſecũdũ accidens eſt. vtputa nec ſemper, nec vtplurimum: albus muſicus eſt. cum autem aliquando fiat, ſecundum accidens erit. q; ſi non, cuncta ex neceſsitate erunt. Quare materia erit cauſa contingens eius, quod aliter accidit, quam illud, quod vtplurimum eſt. Principiũ autẽ hoc ſumendum eſt, vtrum nihil eſt, quod nec ſemper, nec vtplurimũ, an hoc impoſsibile. Præter hæc igitur aliquid eſt, quod vtcunque cõtingit, & ſecundum accidens. Sed vtrum, quod vtplurimũ, quodue ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt ſempiterna, de his ſane poſterius conſiderandum eſt.

Nulla ſpẽs inuenitur p accidẽs. Idẽ. 7. Met. cõ. 22.

C

Sed tamen loquamur de accidente, secundum quod posibile est in sua natura, & qua de causa sit. & videtur ꝙ cum hoc declarabitur quare non habet scientiam fixam. Et cum in rebus sunt quędam, quę semper sunt in eadem dispositione, & sunt necessariæ etiã, non illa, quæ dicuntur violente, sed quæ dicuntur de illis, quæ imposibile est vt sint alio modo, & quædã non sunt necessaria neq; semper, sed sunt in maiori parte, & hoc est initium, & causa essendi per accidens. Illud enim, quod non est semper, neque in maiori parte, vocetur accidens. sicut pluuia apud ascensum canis. hoc enim accidit, quia nunquã fuit, neq; in maiori parte. & accidit vt homo fuit albus, sed non semper, neque in maiori parte. & Aedificator & Medicus curat, non in eo ꝙ ædificator, sed per accidens. & Cocus potest facere ferculum vtile, sed non est scientiæ coquendi, & ideo dicitur ꝙ accidit. Secundum igitur hanc dispositionem forte virtutes agentes erunt aliæ, & ista non habent artem, neque virtutem terminatam. causa enim eorũ, quę sunt aut erunt per accidens, est etiã per accidens. Et cum nõ omnia sunt necessario semper, sed pluries, & in maiori parte, tunc necesse vt illud, quod est per accidens, sit sicut album. non enim semper est musicus, neque in maiori parte. & cum sit in aliquo tempore, est per accidens. & si non, omnia erunt necessaria. & tunc accidens habebit aliquam causam in maiori parte, & oportet accipere hoc primo posibilitatem alio modo. Et oportet primo, si aliud non fuerit Album in Gręco. principium eorum æternum. de istis perscrutabitur post.

Accidẽs est propinquũ nihilo.
Entiũ differentiæ.

5 Et, quamuis accidens sit propinquum ei, quod est nihil, tamen perscrutabimur de ipso, secundum quod est posibile in natura sua, & narrabimus causam, propter quam est, & declarabitur ex hoc, quare nulla ars de causa eius scrutatur: & cum loqui volumus de eo, expedit vt dicamus quod in rebus aliqua sunt, quæ semper & eodem modo fiunt, & hæc dicuntur necessaria, non quidem secundum quod necesitas ponitur pro violentia, sed pro ut necesitas dicitur, secundũ quã non contingit aliter se habere, vt hominem esse animal: Quædam vero non sunt necessaria nec semper, sed sunt (secundum magis) idest vt in pluribus, vt hominẽ habere duos pedes, & duas manus, & hoc, s. ens vt in pluribus est causa, & principium, quod aliquid est per accidens: quoniam quod non est semper, neque secundum magis, hoc dicimus esse per accidẽs, vt sextus digitus in manu: & ideo, si omnia essent necessaria, tunç nihil fieret p accidens: et hoc est ex defectu eius, quod est in pluribus: vt, si fuerit pluuia, & frigus in ascensu canis, idest in diebus canicularibus, hoc dicimus esse per accidens, non tamen, si tunc fuerit siccitas, & calor hoc enim est semper, & in maiori parte, sed illud non, & ideo qui non ponit aliqua fore per accidens, contingit ei confiteri omnia fore necessaria. & similiter dicimus hominem esse album per accidens, quia hoc nõ est semper, nec in maiori parte: & similiter ædificator facit sanitatem per accidens, quoniã edificator non est aptus natus facere sanitatem, in quantum huiusmodi, sed solus medicus, ædificator autem facit sanitatem, inquantum accidit ei esse medicum: & similiter cocus intendens facere delectationem in cibo faciendo aliquem cibum bene saporatum, facit aliquid salubre. cibus enim bonus & delectabilis quandoque est vtilis ad sanitatem, sed non hoc non est secundum artem coquinariæ quod facit salubre. Sed quod faciat delectabile, & sic facit salubre per accidens, sed Medicus facit salubre per se, & delectabile per accidens: eorũ enim,

Agẽs duorũ effectuũ vnũ per se, & alterũ per accidens.

A quæ fiunt ex accidenti, nulla est ars, nullaque potentia determinata, quoniã cau sę istorum per accidens sunt, & fere infinitæ. cum ergo manifestum sit quod nõ omnia sunt necessaria, sed plura sunt pro maiori parte, sequitur ergo vt ea, quæ sunt per accidens, sint in hoc genere, & si non, tunc omnia essent necessaria, & sic omne, quod est per accidens, habet aliam causam a causa possibili: quia eius, quæ est per accidens, est causa entis contingentis, quod est in maiori parte, quando ex ea non prouenit actio habenda naturaliter, sed alia actio, sed vtrum iterũ id, quod est vt in pluribus, inest alicui, quod autem est semper, nulli inest, aut ẽt insunt aliqua sempiterna, considerandum est posterius, vt in xij.

Dicit, & licet illud, quod est per accidens, non contineatur sub cognitione, tamen loquamur de eo secundum ꝙ est possibile in sua natura, & notificemus causam, propter quam est. videtur enim ꝙ ex hoc declarabitur, quare non continetur sub cognitione, & quare nulla ars perscrutatur de causa eius. Deinde incœpit loqui in eo, & d. & cum in rebus, &c. i. & cum in rebus sint aliqua, quæ semper sunt in eadem dispositione, s. necessaria & non necessaria, quæ dicuntur de rebus patientibus violentiam, sed quæ dicuntur de rebus, quæ impossibile est vt sint alio modo ab eo, quo sunt. Deinde dicit. & quædã non sunt necessaria, &c. i. & cum rerum quædam non sunt necessaria in esse, & quædã habent esse in maiori parte temporis, & tunc istud genus est causa eius, quod est per accidens. qñ
B enim in eis, quæ sunt in maiori parte, non fiet illud, quod innatum est fieri in maiori parte, fiet illud quod est per accidens. & ideo si omnia essent necessaria, nihil esset per accidens. Et cum narrauit ꝙ causa eius, quod est per accidens, est aliqua esse in maiori parte: quoniã, si aliqua fuerint in maiori parte, aliqua erũt in minori, d. Illud enim, quod non est semper, &c. & dicit hoc, quia ex ascensu canis sequitur abscissio pluuiæ essentialiter. & non hoc esset necessarium, si esset pluuia in eo in minori tempore. & ideo qui non concedit aliquid esse per accidens, continget ei vt omnia facta sint necessaria in fiendo. Deinde dicit. & accidit vt homo fuit albus, &c. i. & ex hoc accidit homini ꝙ fuit albus & ꝙ nõ fuit, & ꝙ album fuit multa infinita, verbi gratia musicus & ædificator, & medicus, & alia. Deinde dicit. & Aedificator, & Medicus, &c. i. verbi gratia ꝙ accidit Aedificatori medicari non in eo ꝙ Aedificator, sed quia accidit ei ꝙ fuit Medicus. & similiter Cocus potest facere ferculum vtile, sed tamen per accidens. Cocus enim facit delectabile ferculum, Medicus autem vtile. Deinde dicit. Secundum igitur hanc dispositionem, &c. i. secundum igitur hunc modum virtutes actiuæ, & artes habent alias operationes ab eis, propter quas sunt. Deinde d. & ista non habent artem, &c. i. & ista, quæ sunt per accidens, non habent artem agentem, neque virtutem terminatam, a qua proueniant. Causæ enim eorum, quæ fiũt per accidens, sunt etiam per accidens, scilicet quæcunque causa sit: immo causæ
C infinitæ. Deinde dicit. Et cum non omnia, &c. i. & cum manifestum est ꝙ non omnia sunt necessaria, sed plura sint in maiori parte, necesse est vt illa, quæ fiũt per accidens, sint in maiori parte, ex quo illa, quæ sunt in maiori parte, sunt necessaria. & si non, omnia essent necessaria. & ista sunt sicut album esse musicũ. accidit enim albo ꝙ fuit musicus non necessario, neque in maiori parte. Deinde dicit. cum sit in aliquo tempore, &c. i. & si illud, quod est per accidens, non fuerit, tunc omnia entia erunt necessaria: & tunc quod fit per accidens, habebit causam aliam a causa possibili, quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quia causa eius, quod est per accidens, est causa possibilis, quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quando ex ea non prouenit aliqua actio habẽda naturaliter, sed alia actio, vt dictum est in Physicis. Deinde dicit. & oportet accipere hoc primo, &c. i. oportet accipere ꝙ causa eius, quod est per accidens, est causa rerum, quæ sunt in maiori parte. nulla enim est alia causa, quę potest accipi pro causa eius, quod est per accidens, pręter illam.

Si oĩa essent necessaria, nihil esset ꝑ accidens.

Causę eorũ, q̃ fiũt ꝑ accidẽs, sunt per accidẽs & ĩfinitę. Idẽ 2. Phy. 50. 52. & 53.

Causa rerũ, quę sunt per accñs, est cã rerũ, q̃ sunt in maiori p̃te, & nulla alia.

Quòd autem non est accidentis scientia patet. Omnis enim scientia eius est, quod aut semper, aut vt plurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim vt determinentur, aut per sem-

Vide 2. Ph. com. 48.

per, aut per vtplurimum. vtputa febricitanti proficuum melicratum? est vtplurimum. Quod vero præter hoc est, non habebit dicere quando non, vt in nouilunio. nam etiam in nouilunio aut semper, aut vtplurimum, accidens vero præter hæc est.

Quoniam autem accidens non habet scientiam permanentem manifestum est. Omnis enim scientia permanens, aut est illius quod est semper, aut illius, quod est in maiori parte. quomodo enim potest doceri, aut addisci, quod non est ita? quoniam quod determinatur oportet vt sit semper, aut in maiori parte. verbi gratia, quòd syrupus talis adiuuat febricitantes in maiori parte. Et impossibile est vt aliud dicatur in alio tempore. vt nouitas mensis, quæ est semper, aut in maiori parte.

6 His expositis, concludit quod sciētia nō sit de ente per accidens: quod quidem palam est: qm̄ id, de quo est scientia, est aut semper, aut plerūque. accidens neque est semper, neque plerūque, vt iā ostensum est, igitur accidentis nō est sciētia: & ratio est, qm̄ sciētia nō permanet in scito nisi per causam, quę aut est necessaria, aut pro maiori parte: quare non potest aliquis doceri ab alio, vel docere aliū de eo, quod nō est semper, nec frequenter: Hoc enim, de quo est doctrina, oportet esse definitum, aut per hoc quod est semper, aut per hoc quod est in pluribus, sicut mellicratū, mixtum ex aqua & melle, vtile febricitantibus in maiori parte determinatū est: sed si hoc esset cōtingenter, aut in minori parte, nō haberemus de ipso scientiā permanētē: & similiter de nouilunio qđ accidit in nouitate mensis: quare illud, qđ est per accñs, neq; necessariū est, neque in maiori parte.

De quo est scia, aut est semper, aut ĩ maiori pte.

Cum declarauit quod illud, quod est per accidens, non habet naturam terminatam, cum non habeat causam terminatam, incœpit declarare ꝙ nō habet etiā scientiam, & d. Quoniam autem, &c. & d. scientiam permanentem, quia illud, quod est per accidens, scitur quando accidit, sed non permanenter. quia scientia non est permanens in scito nisi per causam. & dicere permanentiam est iudicare, ꝙ cum causa fuerit, erit causatum, aut de necessitate, aut in maiori parte. & ideo in hoc genere impossibile est aliquam cognitionem esse. Et hoc, quod d. ꝙ scientia permanens non est nisi rerum necessariarū, aut earum, quæ sunt in maiori parte, manifestum est per se. & ꝙ impossibile est addisci, aut sciri quod nō est alterius istarum duarum dispositionum, quoniam, sicut dixit, omne, quod definitur, aut disponitur aliqua dispositione, aut illa dispositio erit ei necessaria, aut in maiori parte. sicut dicimus ꝙ syrupus acetosus adiuuat febricitātes, quia adiuuat eos in maiori parte. & si contingenter adiuuaret eos, aut in minori parte, non haberemus scientiam permanentem in eo. Deinde d. Et impossibile est vt aliud dicatur, & cæte. ita accidit in Luna. & intendit quod nouitas mensis est necessaria non in maiori parte, sed illud, quod est per accidens, neque est necessarium, neque in maiori parte.

Scia nō est permanēs in scito nisi per causam.

Idē. 1. Post. te. cō. 11.

Quid itaque accidens est, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est. Quòd autem sint principia & causæ generabiles, & corruptibiles, absque eo ꝙ generentur, & corrumpantur, manifestum est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius, ꝙ generatur, & corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse sit esse. Vtrum enim erit hoc, an non? Si hoc, fiet. sin vero nō, minime. hoc vero, si aliud. & hoc modo videlicet (tēpore semper dempto a tempore finito) deuenies vsque ad nūc. quare hic morietur ægritudine, aut vi, si exiuerit, hoc autem, si aliud. & sic deueniet ad id, quod

A nunc eſt, aut aliquid eorum, quæ facta ſunt. vtputa, ſi ſitiuerit. hoc vero, ſi comederit acria. hoc vero aut eſt, aut non. quare neceſſario morietur, aut non morietur. Similiter, & ſiquis ad iam facta aſcenderit, eadem ratio eſt. iam enim hoc in aliquo eſt. dico autem quod factum eſt. ex neceſsitate ergo erunt omnia futura, vt mori viuentem. iam. n. aliquid factum eſt, vtputa contraria in eodem corpore. ſed, ſi ægritudine aut vi, nondum, ſed ſi hoc factum fuerit. Patet igitur ꝙ vſque ad aliquod vadit principiũ: hoc vero non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod vtcunque contingit, cauſaque generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualem cauſam talis reductio eſt.

Dictum eſt igitur quid eſt accidens, & quid cauſa accidentis, & ꝙ nullam habet ſcientiam permanentem. Quoniam autem principia, & cauſæ ſunt generabilia & corruptibilia, etiam abſque eo ꝙ generentur aut corrumpantur, manifeſtum eſt. Quoniam, ſi hoc non fuerit, tunc omnia erunt neceſſaria. quoniam, ſi illud, quod generatur, & B corrumpitur non habuerit aliquam cauſam modo accidentali, tunc erit neceſſarium. Sicut dicimus vtrum erit hoc, aut non erit? hoc. n. erit, ſi erit hoc. & ſi non, non. & hoc, ſi fuerit aliquid, & ſecundũ hanc diſpoſitionem. & manifeſtum eſt ꝙ ſemper diminuitur tempus ex tẽpore finito. & ſimiliter peruenit ad illud, quod eſt in inſtanti. ſicut dicimus ꝙ ſi Socrates exierit, morietur aut infirmitate, aut violentia. & hoc erit, ſi aliud fuerit. & ſic perueni etur ad illud, quod eſt inſtans, aut ad aliquid eorum, quæ fuerint. vt tale comeſtum inducit ſitim. et hoc, ſi comederit calida. & hoc aut erit, aut nõ. ergo morietur neceſſario. Et ſimiliter, ſi aliquis ordinauerit, & dixerit illa, quæ iam facta ſunt, ſermo de eis erit talis, & habent eſſentiam exiſtentem. dico illa, quæ iam fuerint eſſentia eorũ, & cognitio eorum, & generatio eorũ. erunt igitur neceſſario omnia generabilia, ſicut mors viui, quia iam præceſsit. fit enim idem, ſicut contraria ſunt eadem, quia ſunt eiuſdẽ, ſed non ſine infirmitate, aut violentia, niſi hoc ſit. Manifeſtum eſt igi C tur ꝙ accedit ad aliquod principium: & hoc non accedit ad aliud. & accedet ad illud, quod comprehenditur caſu, & non eſt cauſa motus omnino. Sed finis, qui eſt talis, erit ad principium habens qualitatẽ, & cauſam habentem qualitatem.

Dictum eſt igitur quid eſt accidẽs, & qđ cauſa eius, & qđ nullã habet ſciẽtiã permanẽtẽ. qm̃ principia, & cauſę eius ſunt generabilia et corruptibilia, ẽt abſq; eo qđ generẽtur & corrũpãtur. Manifeſtũ eſt, quod ſi hoc nõ fuerit. i. ſi fuerit neceſſariũ vt omnis cauſa generabilis ſit generãs, & corruptibilis ſit corrumpens, continget, vt omnia ſint neceſſaria, ſequitur enim hoc, qm̃, ſi illud, quod eſt generandum, non habuit cãm accidentalem. ſed omnem cauſam ſequitur cauſatũ neceſſario, tũc omnia, q̃ fiunt, fiunt neceſſario, & ſic auferetur natura poſsibilitatis. & dedit exẽplũ. qm̃, ſi quæratur de aliquo vtrũ ſit futurũ vel nõ: ſequitur ex iã dictis qđ alterũ ſit ex neceſsitate verũ, quia, ſi oẽ, qđ fit, habet cauſam per ſe ſuæ factionis, qua poſita neceſſe eſt ipſum fieri: ſequitur quod res illa, de qua quęritur vtrum ſit futura, fiat. & ſimiliter oportet dicere quod iſta cauſa erit futura, ſi aliquod aliud, quod eſt cauſa eius, erit futurũ. & iſta quoq; cauſa ab alia erit futu- 7

Ablata cã ꝑ accidẽs, oĩa eueniunt de neceſsitate.

In causis nõ est ꝓcessus ĩ infinitũ. Vide 2. Me. fere per totũ.

ra, & alia ab alia vsquequo ad vltimam deueniamus, cum in causis non sit processus in infinitum. constat ergo quod tempus quantũcunque futurum accipiatur. siue post mille annos, siue post duo mille annos, est finitum, incipiendo a pręsenti nunc vsque ad illum terminum: cum autem generatio causę pręcedat tempore generationem effectus, oportet quod procedendo ab effectu ad causam diminuatur aliquid de tempore futuro, donec perueniamus ad instans præsens, in quo fit causa causę eius, quod est fiendum: quod quidem patet exemplo: vt, si fuerit necessarium quod Sor. moriatur vel per infirmitatem, vel per violentiam, si exit domũ suam. exitus enim a domo sua inuenitur causam esse mortis eius, vel violenter, vt si in latrones inciderit tunc occidetur, vel per infirmitatem, si ex nimio calore in febrem incurrit, & moritur: & eodem modo hoc erit, ex necessitate vt exeat domum ad hauriendum aquam, si sitit, & sitis erit cã vt exeat domum ad hauriendum aquam. similiter per eandem rationem erit de necessitate quod sitiat, si aliquid erit, quod est causa sitis, quoniam comedit res calidas & salsas, quæ faciunt sitim: & ita sequitur quod prędictum futurum erit necessario in alterum duorum oppositorum, videlicet quod iste moriatur, vel non moriatur ex necessitate, et ita omnia futura erũt necessaria, quorum causę proximæ, vel remotę sunt pręsentes: quod est contra sensum & intellectum: vnde apparet quod omnia facta habent essentiam aliquam existentem, vnde exitus eorum ad actũ est necessario, vt dicitur, quod ea, quę debent esse, scripta sunt in fronte, & suo loco, & tempore ad actum deuenient, & sic naturę, & substantię rerum, ex quibus generabilia procreantur, faciant eas generari, & cum generantur, faciãt eas corrumpi, vt interitus viuorum, qui iam pręcessit: & est necesse, vt genitum intereat necessario, & quod antequam intereat necesse fuit vt construeretur, & fieret idem ex contrarijs, & idem fuit, quia formę contrarię erant in eo, & sic necessario corrumpitur, sed non absque infirmitate, & violentia, quarum altera est naturalis, altera vero accidentalis: & sic patet quod omnia, quę generantur, & corrumpuntur habent causas, quę ad primã causam perueniunt: differunt tamen, quoniã corruptio fit de necessitate, nõ autẽ generatio: &, si hoc esset, omnia euenirent de necessitate, vt deductum est: &, si omnia euenirent necessario, tunc generatio esset in substãtia rerum earum, in quibus est generatio, tunc generatio fieret necessario sicuti fit corruptio. quare, cum non quodlibet, quod generatur, habeat causam per se, perspicuum est in futuris contingentibus reductionem futuri effectus de causa per se in causam per se procedere vsque ad principiũ aliquod, quod vlterius non reducetur adhuc in aliquod principium per se, sed ad principium per accidens, cuius non erit vlterius aliqua causa, qm̃ ens per accidens neque causam habet, neque generationem. v. g. qui interficitur a latronibus habet causam per se, quod est vulnerationes, & hę habent causam per se, vt incidere in latrones: sed hoc non habebit causam nisi per accidens, quę est exire domum, quę per accidens est causa inuentionis latronum: & similiter, si exire domum habet adhuc causam, videlicet sitim, & sitis causam, videlicet comedere salsa, tandem veniemus ad causam per accidens, quę nec causam, nec generationem habet: ergo oportet inueniri aliquod, cuius non est aliqua causa, nisi per accidens.

Oĩa de necessitate euenire est contra sensum & intelēm.

Infirmitas est cã naturalis, violentia vero accidētalis corruptionis.

Cã per accidēs nec cãm, nec gñationem habet.

Id est, quoniam aut oportet ex hoc hic esse causas, quę generantur, deinde corrumpuntur absque eo ꝙ generent alia, aut alia corrumpãt, manifestum est. D. d. causam in hoc, & d. Quoniam, si hoc non fuerit, & c. i. quoniam si fuerit necessarium vt omnis causa generabilis sit generãs aut corrumpens, continget vt omnia sint necessaria. Deinde dicit. quoniam si illud, quod generatur, & c. i. quoniam, si illud, quod est generãdum, non habuit causam accidentalem, sed omnem causam sequitur causatum necessario, tunc omnia quę fiunt, fiunt necessario: & sic auferetur natura possibilitatis. Deinde dicit. Sicut diximus vtrum erit, & c. i. qm̃, si omnia fuerint necessario, tunc continget vt sermo dicentis, vtrum hoc erit in futuro, aut non erit, alterum eorum erit necessarium, & alterum impossibile, & continget vt causa illius generãdi sit causa generata necessario, & sic illud erit creatum necessario. & hoc intendebat, cum d. ꝙ erit hoc, si fuerit hoc, & si

non

A non,non. D.d.& hoc ſi fuerit,& ſecundum hanc diſpoſitionem.I.& continget
etiam vt a cauſa eius ſit cauſatum neceſſario,ſi fuerint generata,vt ſit ſecundum
hanc diſpoſitionẽ,ſ.vt ſit neceſſario a ſua cauſa,& ſua cauſa ab alia, & hoc per-
ueniet neceſſario ad aliam cauſam neceſſariam in eſſe.tales enim cauſę nõ pro-
cedunt in infinitum.D.d.et manifeſtum eſt ꝙ ſemper diminuitur,&c.i.ꝙ tẽpus,
in quo fit cauſa rei factę in tempore terminato futuro,diminuitur ex illo tpe, &
diminuitur ẽt ex tempore reſiduo tempus,in quo fit cauſa cauſę,donec peruenia
tur ad inſtans pręſens,in quo eſt prima cauſa eius,quod eſt fiendum. D.d.exem
plum in hoc,& d,ſicut dicimus ꝙ,ſi Socrates exierit , &c.id eſt.v.g.ꝙ,ſi fuerit
neceſſarium ꝙ Socrates moriatur,ſi vulneretur , vt ſi infirmetur ꝙ moriatur.&
ſi hoc fuerit,infirmabitur neceſſario, donec perueniatur ad cauſam exiſtẽtem in
pręſenti.v.g.ꝙ,ſi patiatur ſitim,patietur calorem neceſſario. &,ſi patiatur calo-
rem,patietur febrem.et,ſi febrem patietur,morietur.& ſi materia exiuerit,patie
tur ſitim neceſſario.D.d.vt tale comeſtũ,&c.i.& ſi patiatur ſitim,neceſſario co-
medit aliquod calidũ.& ſic comedere illud calidum erit neceſſariũ, & illa con-
ſequentia erunt neceſſario.cõtingeret.n.ex poſitione eorum,quę fiunt in futuro,
eſſe neceſſario,ſ.alterum duorum oppoſitorum , vt ſint ẽt facta neceſſario, & vt
conſecutio eorum adinuicem ſit neceſſaria.D.d.& hoc aut erit,aut non.et innuit
B aut cauſam,aut cauſatũ,ſ.ꝙ vtrunq; erit neceſſario. D.d.ergo morietur neceſſa-
rio.i.& ſi iſtę cauſę fuerint huius diſpoſitionis,neceſſe eſt vt exeat, & moriatur
neceſſario.D.d.Et ſiŕr,ſi aliquis ordinauerit,&c.i.& ſiŕr cõtinget vt omne,quod
fit,anteꝗ̃ fiat,ꝙ fuit neceſſarium vt fieret,ita ꝙ omnia futura,& omnia pręteri-
ta fuerint neceſſaria.& hoc eſt contra intellectũ & ſenſum.D.d.& habẽt eſſen-
tiam exiſtentẽ.i.continget vt omnia facta habeant eſſentiam aliquam exiſten-
tem,ex quo continget exitus eorũ in actum neceſſario. vt dŕ in exemplis legali
bus,quia oĩa fienda ſunt ſcripta in tabula,& quod eſt ſcriptũ in illa tabula, exi-
bit in actũ,& ideo expoſuit hoc,& d.dico illa,&c.i.continget vt naturę rerũ fa
ciant eas generari neceſſario,quemadmodũ natura generabiliũ facit ea corrum
pi.& ideo d.erunt igitur neceſſario omnia generabilia,&c.i.continget igitur ſe-
cundum hanc poſitionẽ vt naturę & ſubſtantię rerum,ex quibus generabilia ge
nerantur,faciant eas generari:quemadmodũ cum generantur, faciunt eas corrũ-
pi,vt viuus corrumpitur.D.d.fit enim idẽ,&c.i.& eſt neceſſe vt generatũ corrũ
patur neceſſario.quia anteꝗ̃ corrũpatur,fuit neceſſarium vt cõponeretur, & fie-
ret idẽ ex contrarijs.& fuit idem,quia contraria fiunt in eo,ſ.formę.& ſic neceſ-
ſario corrũpitur,ſed non ſine infirmitate,et violentia,ſed corrũpitur ſi aliqua in-
firmitas fuerit,aut violẽtia:quarũ altera,ſ.infirmitas eſt naturaliter & de neceſsi
tate,& altera per accidens,ſ.violentia.D.d.Manifeſtũ eſt igitur, &c.i.declara-
C tum eſt igitur ex hoc,ꝙ omne,quod generatur & corrũpitur,habet cauſas,& ꝙ Corruptio
illę cauſę perueniunt ad primã cauſam.ſed tñ differunt, quia corruptio fit de ne- fit de neceſsi
ceſsitate,generatio aũt non.& ſi hoc eſſet,oĩa eſſent accidentia neceſſario. & ſi tate,non aũt
hoc eſſet,tũc generatio eſſet in ſubſtantia rerũ,in quibus eſt generatio,ſicut cor- generatio.
ruptio exiſtit in ſubſtantijs eorũ. D.d.& accedet ad illud,quod cõprehenditur
caſu.i.qđ aũt ex iſtis cauſis prouenit ad illud, qđ fit caſu, non eſt cauſa alicuius
motus naturalis oĩno,i.ꝙ omne,quod fit caſu,non eſt cauſa alicuius ſpẽi entium.
D.d.Sed finis,qui eſt,&c.i.ſed qđ fit caſu,fit a principio habente naturã termi-
natã & cauſam terminatã,quod.n.eſt accidentalŕ,accidit illi,qđ eſt eſſentialŕ.

Caput Secundum. De ente uero,& falſo; dimmittendumq; eſſe ens per accidens,uerumq; ac falſum:ac de ente ut ens eſt conſiderandas eſſe cauſas, ac principia.

VTrum vt ad materiam,an vt ad cuius gratia,an vt admo-
uens,maxime conſiderãdum eſt.De eo itaq;,quod ſecun
dum accidens eſt,dimittatur:determinatũ enim ſufficien
ter eſt.Quod aũt tanquã verum ens,& non ens vt falſum,

quoniam circa cõpositionem,& diuisionem est, & omnino circa par- D
titionem cõtradictionis. verum etenim affirmationem in compositis habet, negationem vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem. Quo aũt modo quod simul, aut quod separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico aũt ꝙ simul,& ꝙ separatim, vt nõ consequenter, sed vnũ quod fiat. Non enim est falsum,& verum in rebus (vt quod bonũ verum, quod vero malũ falsum) sed in mẽte. quę vero circa simplicia & circa ea, quæ quid sunt, non quidẽ sunt in mente. Quęcunq; igiĩ speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est, posterius perscrutandũ est. Cum aũt compositio,& diuisio in mẽte, nõ in rebus sit; quod aũt ita est, diuersum a proprie dictis, ens est: aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantũ, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanq̃ accidens,& vt verum ens, omittendum est. causa enim illius quidẽ determinata, huius vero, mentis aliqua passio.& ambo circa reliquũ entis genus, & non E
extra ostendunt esse aliquam entis naturã. Propter quod hęc quidem prętereanĩ, cõsiderandę aũt sunt ipsius entis causę,& principia, prout ens est. Manifestum aũt est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodq; dicitur, ꝙ ens est, multipliciter dicitur.

Et oportet nos perscrutari motum, vtrum sit quasi perueniens ad materiam, aut ad aliud propter quid, aut ad illud, cuius est motus. Dimittamus igiĩ loqui de ente accidẽtali: nam sufficit ꝙ determinatum est de eo. Et loquamur de vero ente, qđ non est sicut falsum. est enim in compositione & diuisione,& vniuersaliter in diuisione cõtradictoriorum. quia habet affirmationem, secundum quod est verum, & secundum ꝙ est compositum habet negationem aliquam,& secundum quòd est diuisum habet falsitatem istius diuisionis, quę est contradictoria. Quomodo aũt accidit intelligi simul,& prius, habet alium sermonem.& dico simul & prius, ne aliqd sit post aliquid, sed vt sit idẽ. Verum enim & falsum non sunt in rebus, sicut bonum & malum vt F
verum sit sicut bonum,& falsum sicut malum, sed sunt in cognitione. & nulla cognitio est de simplicibus, aut de illo quod est. Omnia igiĩ perscrutanda de ente, quod est hmõi,& de eo, quod non est, dicenda sunt post. Et cum in cognitione est aut compositio, aut diuisio, non in rebus, quod est aliud secundũ hũc modum: ex rebus enim, quę sunt in rei veritate, est illud quod significat aut quid, aut quale, aut quantum, aut quod copulatur cũ alio,& cogitatio diuidit illud: dimittamus ergo ens, quod est quasi accidens,& quod est quasi verum. causa enim vnius eorum non habet definitionem, & causa alterius est cognitio & vtrunq; est in genere diminuto generum entis,& non sunt ex eis, quæ significant esse entis. Et ideo dimittatur, & perscrutetur. Albũ in exemplari. Iam declarauimus, vbi diximus quod vnaquęq; rerum dicitur multis modis. quoddam enim significat quid. A. bũ in exemplari.

A Cum dixisset causas entium reduci in aliquod principium tandem, cuius non est vlterius aliud principium, ideo quęrendo dicit, & oportet nos multum perscrutari ad quod principium, atque causam talis causa per accidens reducatur, aut ad materialem causam, aut ad agentem, aut finalem: & tacuit formalem causam, quę coincidit in generatione cum fine, & de hoc in secundo Physico. quoniam ibi ostensum est, casum atq; fortunam, & omnem causam per accidens reduci ad genus causę efficientis, ideo relinquamus, cum iam sit determinatum de hoc, quantum sufficit ad propositum huius artis, & dicamus de vero ente, secundum quod est veridicans, & dicimus quod ens uerum est illud, quod est in anima factum ab intellectu, dum entia inuicem componit ac diuidit, et istud ens est unū genus generum entium, quod tantum est in affirmatione, & negatione. Vera namque affirmatiua significat compositionem, & vera negatiua significat diuisionem in entibus quoniam impossibile est quod compositio, & diuisio sint insimul in ente: quapropter, si affirmatiua erit vera, negatiua erit falsa, quoniam affirmatiua vera est ens in compositione, & negatiua falsa est ens in diuisione, & econuerso, scilicet quando negatiua vera est ens in diuisione verum, & eius affirmatiua est ens falsum in compositione: & per hunc sermonem voluit differentiam duorum entium ostendere, scilicet illius, quod in anima est, & alterius, quod est extra animam: quoniam quouis modo sit, siue accidat vt anima intelligat duo opposita simul, quod extra animam fieri non potest, quoniam materia recipit contraria successiue, siue non accidat, de hoc in tertio de anima sermonem faciemus, id autem, quod est recipere in anima duo opposita, est, quoniam ab ea recipitur aliquod complexum ex diuersis, videlicet ex subiecto, & prædicato, quæ sunt diuersa, & sic verum & falsum non est in rebus, sed in mente: & non in mente secundum omnem eius operationem, sed secundum eam operationem, quæ est compositio & diuisio. verum enim, & falsum sunt in cognitione: bonum & malum in materia. & id, quod est in cognitione, non est simpliciter. secūdum quod est extra anįmam, quamuis sint in eodem genere, quia vtrūq; est finis, non eiusdem potentię, cum verum & falsum sit finis intellectus, bonum & malum voluntatis finis est. cum enim ens verum, & non ens falsum in compositione, & diuisione versari dictum sit, quę ad huiusmodi entis, & non entis considerationem pertinet, posterius differendum est, vt libro nono huius scientiæ: & sic compositio, & diuisio, in quibus est ens verum, & non ens falsum est in mente, & non in rebus. quoniam illud, quod est tale, est ens alterum ab his, quę proprie sunt entia, & aliud extra animam sunt, quoniam talia entia sunt, aut quod quid est in substantia, aut quale, aut quantum, aut aliquod aliud incomplexum, quod mens copulat, vel diuidit: & ideo vtrunq; est prętermittendum, scilicet & ens per accidens, & ens quod significat verū, quia huiusmodi entis per accidens causa est indeterminata, ideo non cadit sub arte, illius vero entis veri causa est operatio intellectus componentis, & diuidentis, & vtrunq; ens, scilicet verum, & per accidens sunt circa aliquod genus entis, non circa ens simpliciter per se, quod est in rebus, sed perscrutandę sunt causę, & principia ipsius entis per se dicti, inquantum ens est; hactenus de sexto libro. 8

Vide 2.Ph. a t.c.48.usq; ad t.c.64.

Ens verum quid.

Affirmatiua & negatiua verę quę.

B Vide 3.de Ani.t.c. 21. & vltra.

C Ens verū, et ens per accidens non cadūt sub hac arte.

Modo narrat quid perscrutandum est de causa, ad quam ascendunt omnes causæ, quæ sunt accidentales, aut essentiales, & dicit. Et oportet nos, &c. id est & oportet nos multum perscrutari de causa accidentali, vtrum reducatur ad causam materialem, vel finalem, vel agentem. & ipse iam declarauit in Secundo Physicorum q reducitur ad causam agentem, & forte propter hoc dimisit hic loqui de illo. Et cum iam declarauit q in hoc ente, quod est per accidens, non considerat ista ars, dicit. Dimittamus igitur, &c. id est, quia iam determinauimus de natura eius, quod sufficit. Deinde dicit. Et loquamur de vero ente. id est, & cum iam locuti fuerimus de ente accidentali, loquamur de ente veridicanti, secūdum quod est veridicans. & hoc est illud, quod est in anima. hæc enim entia facta sunt ab intellectu, quando diuidit entia abinuicem, aut componit ea adinuicem. hoc igitur ens est vnum genus generum entium, & est vniuersaliter istud ens tantum in affirmatione aut negatione. D. d. quia habet affirmationem, &c.

2.Ph.t.c.48. & com.54.

3.de Anima tex.com.21.

Quod eſt in aia, cõtingit vt recipiat duo oppoſita ſimul. Sed huius oppoſitũ vide 4.huius textu.cõmen.9. Vide con. Zim.

Verũ & falſum ſunt in cognitione, & bonum et malũ eſt in materia. Vide oppoſitũ. 3.de aia.34. ubi dr̃ ꝙ ens in intellectu eſt bonũ ſimpliciter, & ens extra animã eſt bonũ in reſpectu. Vide cõtra. Zim.

a Idem 3.de Ani. 38. 39.

b Septimo Met. 46.47. & 50.

id eſt, vera enim affirmatiua ſignificat compoſitionem in entibus, & vera negatiua diuiſionem. Et quia idem ens impoſsibile eſt ꝙ ſit compoſitum & diuiſum inſimul, ideo, ſi affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falſa. & quaſi dicat affirmatiua autem quia eſt vera, eſt ens in compoſitione, quaſi haberet negatiuam, cuius falſitas exiſtit in diuiſione. quoniam, cum affirmatiua eſt vera per compoſitionem, negatiua eſt falſa per diuiſionem. et ſimiliter, quando negatiua eſt vera per diuiſionem, affirmatiua eſt falſa per compoſitionem. D.d. Quomodo autem accidit ſimul, &c. & intendebat per hunc ſermonem declarare diuerſitatem duorum entium, ſcilicet entis quod eſt in intellectu, & entis quod eſt extra intellectum. Quod enim eſt in anima, contingit vt recipiat duo oppoſita inſimul. quod autem eſt extra animam, non. & quaſi dicat quoquo modo autem accidit ꝙ anima intelligit duo oppoſita inſimul, quod non poteſt eſſe extra animam, quia materia recipit contraria ſucceſsiue, loqnendum eſt de eo in alio loco, & innuit librum de Anima. D.d. in hoc cauſam, & d. Verum enim & falſum, &c. id eſt, & cauſa in hoc, quod intellectus comprehendit inſimul duo oppoſita etiam; quia natura primorum oppoſitorum in intellectu, ſcilicet veri & falſi non eſt natura primorum oppoſitorum extra animam, ſcilicet boni & mali. verũtamen verum & falſum ſunt in cognitione, & bonum & malum ſunt in materia: & nullum [a] entiũ, quę ſunt in cognitione, dicitur eſſe ſimpliciter ſecundum ꝙ eſt extra animam. E D.d. Omnia igitur perſcrutanda, &c. id eſt, & omnia perſcrutanda, vtrum ſint de ente in cognitione, aut de ente extra animam, dicenda ſunt, vbi [b] perſcrutabitur de vniuerſalibus, & numeris, & alijs ſimilibus. D.d. Et cũ in cognitione, &c. id eſt, & cum illud, quod eſt in cognitione ex hoc ente, eſt compoſitio aut diuiſio, abſq; eo ꝙ ſit extra animã ens, quod differt ab iſto, quod eſt in re, eſt illud, quod ſignificat aut quid, aut quale, aut quantum, aut aliquod continuum cũ alio, & hęc ſunt cętera prędicamenta. D.d. & cogitato diuidit illud, &c. & forte intendit per hoc illud, quod eſt pręter prędicamentum ſubſtantię, & forte intendit prędicamenta, quę communiter habent compoſitionem. iſta enim exiſtimantur ꝙ niſi anima eſſet, non eſſent. D.d. dimittamus ergo ens, &c. id eſt, dimittamus igitur perſcrutari perſcrutationem de ente, quod eſt per accidẽs, & de ente, quod eſt veridicans, ſcilicet ꝙ eſt in anima. Ens enim, quod eſt per accidens, non habet cauſam terminatam: & quod eſt veridicans, nõ habet etiam cauſam niſi animam. & ideo vtrunq; numeratur in genere entis diminuti. & ideo perſcrutandũ eſt de ente perfecto, quod eſt ens extra animam. D.d. Iam declarauimus, &c. id eſt, & determinauimus, vbi locuti fuimus quędam de eis, quę ſignificant multis modis, ꝙ ens dicitur multis modis. quoddam enim dicitur ſecundum quid, ſcilicet de ſubſtantia, quoddam de qualitate, quoddam de quantitate, quoddam de copulationibus iſtorum cum alijs.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS, cum dupl. Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponit de Substantia agendum esse, cum sit primum entium.
In Secunda agit de ipsa substantia.

Summæ Primæ Caput Primum. Substantiam multis modis entium omnium primum esse.

A IN isto tractatu perscrutatur de speciebus entis, de quibus intendit perscrutari in hac scientia. Ista enim scientia diuiditur in tres partes primas. Prima est de diuisione entis in substantiam, & accidens. Secunda de diuisione entis in potentiam, & actum. Tertia de diuisione entis in vnum, & multa. Et iste tractatus est primus eorum, in quibus perscrutatur de substantia. Et, quia substantia alia est separabilis & abstracta, alia inseparabilis, perscrutatur in hoc tractatu, & in sequenti de substantijs inseparabilibus, & non de numero eorum. Deinde in Nono tractatu perscrutatur de potentia & actu. Deinde in Decimo de vno & pluribus. Et post in tractatu Vndecimo de substantijs separabilibus, & cuiusmodi esse habent, & quot sunt. Deinde in Duodecimo & Tertiodecimo perscrutabitur de eis, quę dixerunt Antiqui de naturis separabilium substantiarum. Tractatus autem pręcedentes hunc tractatum sunt quasi pręparatorij ad hoc, quod intendit dicere in istis. Et incœpit in hoc tractatu dicere Ens dicitur multis modis, &c.

B ENs multipliciter dicitur, quemadmodum in his, quę de * quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & * quod quid, aliud vero quod quale, aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur.

* 2.l.eo q multipliciter.

* hoc aliqd.

Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in sermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddam enim significat quid est aliquid, & ꝙ est hoc, & quoddam significat quòd est quale, aut quantum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in sermone secundum hunc modum.

Vide Auer. in Epi, Tracta, 2.

POstquam Arist. remouit a principali consideratione huius scientiæ ens per accidens, & ens, secundum quod significat verum, modo in hoc tractatu intendit perscrutari de speciebus entis simplr, quas intendit in hac scīa, in qua quędam per se ac principaliter tractantur, quędam vero per accidens, quatenus sunt pręparationes ad ea, quæ hic p se ac principaliter considerantur, de quibus dispōnibus, et pręparationibus in sex prioribus libris sermonem fecit, Quę vero per se, ac principaliter in hoc 1

1 Quid ĩtẽdit Arist. in hoc libro.

Libri sex priores sunt pręparatorij

Entis partitiones. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Subiectum, & scopus oĩum sequẽtiũ librorũ. Prima entis diuisio quę.

volumine considerantur, sunt quinq;. primum est de substantia & accidente, cum D est prima entis diuisio. Scdm de actu et potentia, qm̃ secunda entis partitio est ens actu, & ens potentia. Tertium est de vno & multis, quippe cum tertia entis diuisio sit in vnũ, & multa. Quartum est de substantia materiali, & immateriali, potissimum de Deo, quarta partitio entis, quod est substantia, & per materialem, & in materialem, & quoniã quinta entis partitio est substantiarum immaterialium secundum veritatem, & secundum opiniones, ideo quintum est de his. De substantia quidem, & accidente consideratio est in hoc libro octauo qui hunc sequitur. De actu & potentia lib. ix. de vno vero, & multis libro x. de substantiis immaterialibus agitur lib. xj. De immaterialibus vero secundum antiquorũ opiniones sermonem faciet in duodecimo & tertiodecimo. In hoc igitur lib. vij. incipit pertractare ea, quę per se spectant ad consideratiõẽ huius scientię, vt de substantia & accidente, quę est prima entis diuisio. & ideo incœpit replicare illud, quod dictũ fuit in quinto huius, videlicet quod ens multipliciter dicitur: vno modo enim ens significat quid est, id est substantię quiditatẽ: alio modo ens significat quale, id est aliquod accidens in istis substantiis, videlicet quantitatem, aut qualitatem, aut aliquod eorum, quę de substantijs prędicãtur, non prædicatione ostendente esse eorum, neq; ad interrogationem factam per quid est substantia hęc demonstrata, sed de accidente in istis substantijs existente: quorum aliud est quantum, aliud quale, & id genus.

Dicit. &, cum sit declaratum ꝙ hoc nomen ens dr̃ multis modis, vt dictum est in tractatu, in quo declarauimus nomina vsitata in hac scientia. illic enim diximus ꝙ hoc nomen ens qñq; significat quiditatem substantię demonstratę, & qñq; ipsam substantiam demonstratam, & qñq; aliquod accidens in istis substantijs, aut quantitatem, aut qualitatẽ, aut aliud eorum, quę prędicantur de substãtijs non prędicatione declarante substantias eorum, nec in responsione ad quid est hęc substantia demonstrata. Et hoc intendebat, cũ d. & quoddam significat, & cetera id est, & hoc nomen ens qñq; significat in substantijs qualitatem, aut quantitatem, aut aliud accidentium prędicabiliũ de eis: non ita ꝙ declarent substantiam, sed prędicantur secundum quale, aut quantum, aut vbi, aut qñ, aut alio modo.

Cum autem ens toties dicatur, patet primum horũ ens esse ipsum quid est, quodq; substantiam significat. cũ enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut deum. Cętera vero entia dicuntur, eo quòd * vere entis quædam sunt quantitates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.

Vide supra 4. huius te. c. 2. & infra t. 14. & 12. t. c. 3. & 22.
* a. l. taliter entis.

Et, cum ens dicitur multis modis, manifestum est quòd primum ens istorum est illud, quod significat quid, & hoc est illud, quod significat substãtiam. quoniam, cum dicimus de aliquo quale est, dicimus aut bonum, aut malum, & non dicimus homo. &, cum interrogatur quid est, non dicimus album, aut tricubitum, sed homo, aut deus. Et alia dicuntur entia, quia sunt entis, quod est huiusmodi, quædam quantitates, & quædam qualitates, & quędam passiua, & quędam aliud tale.

Ens primo significat substãtiam. Accidentia eẽ entis qũo intelligatur.

2 Et principalius, de quo dr̃ hoc nomen ens, est ipsa substantia: deinde hoc nomen ens significat accidentia inhęrentia substantię, q̃ est ens per se, eo quia cetera prędicamenta nouem per relationem ad substantiã dicũtur entia: & ideo ens primo & principaliter significat substantiam, secundario, & relatiue ad substantiam, alia nouem prędicamenta, q̃ non sunt entia, sed entis, id est substantię accidunt: & ideo, cum declaratum est in quinto, quod hoc nomen ens dicitur multis modis, videlicet de nouem prędicamentorum generibus, manifestum est qđ pri

A ma, & principalis eius prędicatio per quid est hoc indiuiduum: qm̄ prior prędicatio est per quid est, & ideo respondetur per substantiam: quia substantia non prędicatur nisi in quid: & cum substātia sit prior accidentibus: sequitur quod prędicatio quid est est prior prędicatione quale est, & quātum est: & signum quod substantia sit primū entium est, qm̄, cum dicimus de aliquo indiuiduo quale quid sit, dicimus ipsum esse aut bonum aut malum, hoc enim qualitatem significat; q̄ aliud est a substantia: sed, qn̄ dicimus quid est de aliquo, non dicimus ipsum esse albū, nec calidum, quę significāt qualitatem, nec tricubitum, quod significat quātitatem, sed hominem, aut deum, siue orbem, quę sunt de essentia illius demōstrati: ex quo patet quod illa, quę significant substantiā, dicunt quid est absolute: qm̄ quiditas eius est prior in esse quidditatibus accidentium, alioquin indiuiduū accidentis non esset posterius indiuiduis substantię: & qm̄ Aris. vtitur in hac declaratione rationibus logicis, non mirum est, cum antiqui scientiarum authores, logica vti consueuerunt, aut, vt instrumento, ac regula, qua ratione vtimur multis regulis logicę in hac scientia, atq; in cęteris, veluti illa ex duabus affirmatiuis vniuersalibus in prima figura, cōclusio est vl'is affirmatiua. Alio modo per subalternationem, veluti, cum acceperimus positiones in logica declaratas tanq̄ principia, & per eas argumentemur in alijs scientijs. v.g. hęc propositio est perspicua in logica: omne, quod prędicatur de primis substantijs in quid, est prius ens alijs, B quę prędicātur in quale, vel alio modo. iterū hęc est alia perspicua, omne, quod respōdetur ad interrogationem, quę de primis substātijs fit per quid, est prius cęteris, per quę non sic respondemus. Hę igitur sunt rationes logicę, quatenus vim habent per eas propositiones, q̄ perspicuę sunt in logica: & sic ēt rationes Metaphy. sunt logicę. qm̄ Meta. cōsiderat de ente simpl'r, & propositiones logicę sunt entis simpl'r, sicut definitiones, & descriptiones, & id genus: sic igitur Metaphysicę considerationes sunt quoquo pacto logicę pp affinitatē harum sciārum: cum vtraq; sint cōiter de ente. licet logica de ente rōnis, Meta. de ente reali sit.

Signū q̄ substātia sit primum entiū.

Aris. vtitur hic logicis rōnibus, & quare.

Propōnes perspicuę in logica.

Metaphysica, & logicæ sunt scię affines.

Cum declarauit q̄ hoc nomen ens significat substantiā, & accidentia substantię, quę sunt nouem prędicamenta, intendit declarare q̄ hoc nomē ens principaliter, & simpl'r significat prędicamentum substantię, & secundario & determinate, s. relatiue ad substātiam alia prędicamenta accidentium, quę nō dicuntur esse, nisi quia accidunt enti, quod est ens per se, s. substātię. Et d. Et, cum ens dr̄, &c. id est & cum declaratum est q̄ hoc nomen ens dicitur de generibus prędicamentorum, manifestum est q̄ primum, de quo dicitur hoc nomen simpliciter, & principaliter, est illud, quod dicitur in responsione ad quid est hoc indiuiduum demōstratum per se existens, & ista interrogatio est de substantia. D. incœpit declarare hoc ex modo interrogandi, & respondendi, & d. quoniam, cum dicimus de C aliquo, &c. i. & signum eius, q̄ illud, de quo interrogatur per hoc nomen quid in indiuiduis substantię, est dignius hoc nomen ens, est, qm̄, si interrogatur per alia nomina interrogantia de indiuiduis substantię, non respondetur per aliquid determinans quiditatem eius. verbi gratia qm̄, quando interrogatur quale est istud demonstratum, aut eiusmodi, respondemus bonum aut malum, calidum aut frigidum: & non respondemus ipsum esse hominem aut orbem, quod intendebat per deum. Et cum hoc interrogatur quid est illud indiuiduum existens, quod dicitur substantia, non respondemus ad hoc per aliquid extra essentiam eius, verbi gratia album, aut calidum, aut tricubitum, sed homo, aut orbis. Et intēdebat per hoc q̄ prędicabilia, quę declarant quiditatem indiuidui substantię demonstratę, sunt digniora hoc nomine ens, q̄ prędicabilia aliorum accidentium, cum nunquam notificent quiditatem substantię. & ideo quod declarat quiditatem indiuidui substantię est substantia. In hoc ergo capitulo intendit declarare q̄ quiditas indiuidui substantię est prior in esse quiditatibus accidentium. indiuiduum enim substātię prius esse alijs indiuiduis accidentium manifestum est per se. Et sciendum est q̄ ista declaratio est logica. & plures demonstrationes in hac scientia sunt logicę, scilicet quoniam propositiones eius sunt acceptę a Dialectica. Dialectica enim vsitatur duobus modis. vno modo, secundum q̄ est instr̄m: & sic vsitatur in scientijs alijs, alio modo, vt accipitur illud, quod declaratum est in illa in alijs

Primū documentum. Indiuiduum substātię prius est alijs indiuiduis accidētiū. Idē infra te. c. 4. & 47.

Secundum. Dialectica vsitatur dupliciter vide idē 1. Ph. c. 35. & 8. Ph. 70. et 2. Me. cō. 15. & 1. Ethi. cap. 3.

ſcientijs, ſecundum ꝙ accipitur. & ſecũdum ꝙ accipitur illud, quod declaratorũ eſt in aliqua ſcientia ſpeculatiua ad aliam ſcientiam, eſt cum iſta conſiderat de ente ſimpliciter. & propoſitiones dialecticę ſunt entis ſimpliciter. ſicut definitiones & deſcriptiones, & alia dicta in eis.

Vnde dubitauerit aliquis, vtrũ ipſum ambulare, & ſanum eſſe, ac ſedere, & vnũquodq; horum ens an non ens eſt, ſimiliter & de quocunq; cęterorũ ſimiliũ. nihil. n. horũ eſt per ſe natura aptũ, neq; poſſibile a ſubſtantia ſeparari: ſed magis, ſiquidē ambulans entiũ aliquid: & ſedens, & ſanum. hęc aũt magis entia apparent, qm̃ ſubiectum eis determinatum eſt. hoc aũt ſubſtãtia, & ſingulare eſt, quod in tali prędicatione apparet. bonum enim, aut ſedens abſq; hoc non dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoq; ſingula ſunt.

Et ideo quęret aliquis vtrum ambulatio, & ſanitas, & ſeſsio quęlibet ſignificet ens, aut non ens, & ſimiliter in vnoquoq; talium. quoniam nullum eorum eſt exiſtens per ſe, nec poteſt ſeparari a ſubſtantia. ſed; ſi ambulans fuerit de entibus, & ſedens, & ſanus, iſta ſunt digniora, vt ſint entia, vt videtur, quoniam ſubiectũ eorum eſt aliquod terminatum. & hoc eſt de ſubſtantiis, quæ ſunt vniuſcuiuſq; particularium, & hæc ſignificant categoriæ, quæ ſunt tales. ſedens enim, & ſtans non dicuntur ſine hoc. manifeſtum eſt igitur ꝙ hæc eſt cauſa eſſentiæ cuiuslibet illorum, & illa ſunt propter iſtam.

Dubitatio.

3 Et propterea, qm̃ aliquis quęreret vtrũ ambulatio, ſanitas, & ſeſsio, reliquaq; accidentia dicantur eſſe entia: profecto vr̃ quod non, qm̃ non ſunt per ſe ſtantia, nec ſeparari poſſunt a ſubſtantia ſecundum eſſe, licet ſcd̃m rationem. Sed ens, cum ſignificat ſubſtantiam, eſt per ſe ſtans. igitur non ſunt, nec dicuntur entia, ſed ſi concesſerimus, quod iſta accidentia ſint entia, ita quod hoc nomen ens ſignificat illa, tunc ſubſtantia prima dignior eſt vt ſignificatur hoc nomine ens, vt manifeſtum eſt apud ſenſum, qm̃ ſubiecta quiditatum ſubſtantiarũ, & cęterorum accidentium vl'ium, ſunt indiuidua ſubſtantię, quę ſunt ſubiecta determinata per ſe a locis, & ſuperficiebus, igitur maxime ſignificabit ens primas ipſas ſubſtantias: & ſubſtantia ſecunda, quę prędicatur in quid de ſubſtantia prima, eſt pars earum, quę ſunt indiuidua ſubſtantię. cum enim ſubſtantia ſecunda ſit pars ſubſtantiæ primę, non erit eis accidens, quibus eſt prędicamentum ſubſtantię, ſecundũ hæc duo, videlicet primam, & ſecundam ſubſtantiam: & Ariſt. intellexit per ſubiectum, ſubſtantiam primam, quę alia eſt a ſubſtantijs ſecundis, & eſt ſubiectum ſecundarũ ſubſtantiarum ſcd̃m prędicationē, accidentiũ vero ſecũdum inhęrentiã. Quod vero ſubſtantię ſecundę ſint ſubſtantię, patet: tum, quia ſunt partes ſubſtãtiarum particularium, q̃ ſunt ſubſtantię in rei veritate. tum, quia iſta vl'ia, q̃ ſunt ſubſtantię ſecundę, ſignificant prędicamentũ ſubſtantię. Quare manifeſtũ eſt quod ſubſtantię ſunt cauſę eſſentię accidentiũ, & accidentia nõ ſunt niſi per ipſas ſubſtantias, quare, niſi eſſent ſubſtantię, nõ eſſent accidentia hęc videlicet ſeſsio, ſanitas, deambulatio, & ſimilia: ex quibus dictis manifeſtum eſt, quod plura cõueniunt in hoc nomine ens, et non differunt niſi per hoc, quod aliquod eorum dignius eſt habere hoc nomen ens cęteris, & illud eſt cauſa eorum: qm̃, qñ aliquod dicitur de duobus, de altero dignius, & de altero minus digne, illud, de quo dignius dicitur, cauſa eſt eius, de quo minus digne dicitur: & cum ens de ſubſtantia dignius dicatur, de accidente vero minus digne, ideo ſubſtantia accidentium eſt cauſa: & diſpoſitio omnium iſtorum, in communitate nominis, eſt veluti diſpoſitio calidorum adinuicem, cum inter calida aliquod ſit, quod dignius eſt habere nomen calidi, & tale eſt cęterorum calidorum cauſa: & ita ſubſtantię prędicamentum eſt cęterorum prędicamentorum cauſa.

Solutio.

Subſtantia prima eſt dignior hoc noīe ſubſtantia, & hoc noīe ens.

Subſtantia prima ſubiectum eſt dupliciter prędicationis, et inhęſionis.

Subſtãtia cã eſt eſſentiæ accidentiũ.

Documentũ

A Cum posuit ꝙ ens in rei veritate est substantia, & in hoc conueniunt omnes Antiqui, quorum plures propter hoc, quod opinabantur ꝙ substantia est ens in rei veritate, dubitabant vtrũ accidentia sint entia, aut non, d. Et ideo quæret, &c. idest, & ideo dignũ est qui opinatur hoc de substãtia, dubitet in oĩbus accidẽtibus, v.g. ambulatione, et sanitate, et sessione, vtrũ dicãtur esse simpliciter, aut nõ. & hoc dignũ est dubitare, cum nullũ eorum existat per se, aut possit separari a substantia, & ꝙ ens est illud, quod per se est. D.d. sed si ambulans, &c. i. sed, si concesserimus ꝙ hoc nomẽ ens significat ista, tunc substãtia est dignior vt significetur hoc nomine ens, secundũ ꝙ apparet sensui, s. qm̃ est manifestior apud sensum. D.d. causam in hoc, & d. qm̃ subiectũ, &c. i. qm̃ subiecta quiditatum substãtiarum, & vniuersaliorum earũ sunt indiuidua substantiæ, quæ sunt terminata p se, s. quoniam sunt terminata a locis & superficiebus: & quiditas est pars istius substantiæ, quæ sunt indiuidua substantiarũ particulariũ, & secũdũ hæc duo dr̃ prædicamentũ substantiæ. & d. qm̃ subiectũ eorum, &c. intendebat a quiditate substantiarum vniuersaliorum earum. Et cum d. est aliquod terminatum, &c. intendebat indiuidua substantiæ, quæ sunt terminata, quia sunt corpora existentia per se. Deinde dicit. & hoc est de substantijs, &cæ. innuit per hoc quiditates. & quasi d. & ista sunt substantiæ, quia sunt partes substantiarum, quæ sunt substantiæ in rei veritate, s. particularium. Deinde dicit & hæc significant, &c. i. et
B ista vniuersalia, quæ sunt substantiæ, significant prædicamentum substantiæ. Deinde dicit. sedens enim, & stans, &c. idest, & causa in hoc est, quoniam accidentia, verbi gratia stans & sedens, non dicuntur esse entia sine istis. & accepit hoc nomen denominatiuum pro accidente tantum. Deinde dicit. manifestum est igitur, &c. & cum hoc declaratum sit de substantijs, manifestum est ꝙ substãtiæ sunt causæ essentiæ accidentium. & accidentia non sunt nisi propter substãtias. & hoc necessariũ est, quoniã, cum declaratum est ꝙ nomen ens dicitur de decẽ prædicamentis, & dignius de substantijs: & est declaratum ꝙ, cũ plura communicant in eodem nomine, & quoddam dignius quibusdam, illud quod est dignius illo nomine, est causa cæterorum: & dispositio cæterorum ad causalitatem est sicut dispositio illorum cum illo nomine. ex istis igitur propositionibus concluditur ꝙ substantia est causa cæterorum prædicamentorum.

Quare, quod primo est ens, & nõ aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia est. Multis igiť modis primũ dr̃, attamẽ substantia & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omniũ primũ est. aliorum .n. quæ prædicãtur, nullũ est separabile, sed hæc sola. Ratione quoq; hoc primũ. necesse est enim in cuiusque ratione inesse rationem substãtiæ.
C Scire ẽt tunc putamus vnumquodque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quã quale, aut quãtum, aut vbi. nam & horum ipsorum tunc vnumquodq; scimus, cũ quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus.

Ens igitur, quod est principale, nõ illud, quod est aliquod ens, sed ens, quod est simpliciter, est substantia. Et primum dicitur multis modis, sed substãtia est prima omnium rerũ definitione, & cognitione, & tempore. nullũ enim aliorũ prædicamentorum est separabile, & istud solum est separabile. Et est etiam prima secundũ definitionem. necessariũ est .n. vt definitio substantiæ accipiatur in definitione cuiuslibet rei. Et nos videmus etiam ꝙ scimus quodlibet magis, quando scimus ipsum quid sit. v.g. quãdo scimus hominẽ esse aut ignẽ magis, quã cũ scimus ipsum esse quale, aut quantum, aut vbi. & ẽt vnũquodq; istorũ non scitur, nisi quando scitur quid est, aut quale, aut quantum.

Vide ꝓ hoc 1. Ph. 21. 23.

Cũ plura cõicãt i vno nomine, & qdam est dignius qbusdã; dignius est semp cã cæterorum. Vide idẽ. 2. Met. t. cõ. 4. & hic infra t. cõ. 7. & 8. Me. cõ. 7. Vide Auer. i Epit. Tracta. 2.

Accidentiũ definitiones ſunt poſteriores definitionibus ſubſtãtię.

Subſtãtia ab accidẽte ſeparabilis.

4 Quoniã definitiones accidentium ſunt definitionibus ſubſtantię poſteriores, ſicut effectus ſunt poſteriores ſuis cauſis. manifeſtum eſt quod ens principale & primum, quod eſt ſubſtantia, dicitur multis modis. vt in quinto huius dictum eſt, dicitur primum, ratione, cognitione, ac tempore, his tribus modis ſubſtantia eſt prima inter omnia entia. Et quod ſit prima tempore alijs ex hoc probatur: quod eſt ſeparabile ab accidentibus, & accidentia non ſeparabilia ab eo, eſt prius eis: ſed ſubſtantia eſt ſeparabilis ab accidentibus nouem. Et accidentia non ſunt ab ea ſeparabilia: igitur ſubſtantia eſt tempore prior accidentibus: Nullum enim aliorum prædicamentorum eſt ſeparabile a ſubſtantia, & iſtud ſolum eſt ſeparabile, ideſt ſola ſubſtantia eſt ſeparabilis ab alijs: quoniam nullum accidens inuenitur abſque ſubſtantia, ſed aliqua ſubſtãtia inuenitur abſque accidente: Et dicitur prima definitione, ex eo quia, ſicut res ſe habet in eſſe, ita in definitione: accidentia autem in eſſe conſiſtunt per ſubſtantiam: igitur per illam definiuntur, at contra minime: non enim ſubſtantia conſtituitur in eſſe per accidentia, nec per illa conſiſtit, & propterea, cum ſubſtãtia definitur, definitur per ſuas cãs, quibus conſiſtit: Et ſignũ ſuper hoc, quod ſubſtãtia eſt prior accidẽtibus cognitione, eſt, qm̃ vniuerſalia ſubſtãtiæ ſunt priora vniuerſalibus accidentium, ideſt vniuerſalia ſubſtãtię ſunt priora apud intellectũ accidentibus omnibus: res aũt vnaquæque magis noſcitur, qñ ſcitur eius ſubſtãtia, quã qñ ſcitur eius qualitas, aut quãtitas. tũc enim putamus nos maxime ſcire ſingula, qñ noſcitur quid eſt homo, aut ignis, magis quã, qñ cognoſcimus quale eſt, aut quantũ, aut vbi, aut ſecundum aliquod aliud prædicamentũ: & accidentia iſta non ſunt in diſpoſitiones diſponẽtes nos ad ſcire ſubſtantias per ſuas definitiones: eo quia ſcire ſubſtantias per accidentia eſt ſcire per ſigna: ſed ſcire eas per ſuas cauſas eſt ſcire ſimpliciter: & ideo ſcire indiuiduum ſubſtantiæ per prædicata ſubſtantialia perfectius, intimius, ac eſſentialius eſt, quam ſcire ipſum per prædicata accidentalia. Vnde fit, vt ſubſtantia præcedat accidentia cognitione: & hoc, ſigno ſumpto ab indiuiduis accidentiũ, oſtendit, qm̃ album magis per quale ſcitur, quam per quantum, & tricubitũ magis per quantum quã per vbi ſcitur: ſic indiuidua ſubſtantiæ magis cognoſcuntur per ſubſtantiam, quam per quoduis accidens: relinquitur ergo quod ſubſtantiæ prędicamentũ prius ſit cæteris, ratione, cognitione, ac tempore.

Documẽtũ.

Probatio a ſigno.

Et, cum ſit declaratum quod quiditates accidentium poſteriorantur quiditatibus ſubſtantiarum, ſecundum quod cauſata poſteriorantur cauſis, manifeſtum eſt ꝙ ens, quod eſt principale & quod eſt prius & ſimpliciter, eſt ſubſtantia, non illud, quod eſt aliquod ens, ideſt non ſimpliciter nec principaliter. Et hoc intendebat, cum d. Ens igitur, quod eſt, &c. ideſt ens ergo, quod principaliter & ſimpliciter eſt ens, eſt ſubſtãtia. non illud, quod eſt aliquod ens, ideſt nec principaliter nec ſimpliciter. & eſt in verbis eius ordo poſterior. Et, cum narrauit quod ſubſtantia eſt prior cæteris prædicamẽtis. & hoc intendebat quod principale, & primum dicitur multis modis, incœpit declarare quot modis præcedat ſubſtantia accidentia, & d. Et primum dicitur multis modis, ideſt, & primum, quod eſt prius, dicitur multipliciter. & ſubſtantia eſt primum omnium ſecundum definitionem, & cognitionem, & ſecundum tempus. Deinde dedit cauſam in hoc & d. nullum enim prædicamentum, &c. i. & ſubſtantia eſt prior his tribus modis: quoniam nullum accidentium eſt ſeparabile, & ipſa ſola eſt ſeparabilis. & hoc intendebat cum d. i. de ſubſtantia. Et dixit hoc, quia declaratum eſt ꝙ vniuerſalia accidentium ſunt illa, quæ dicuntur in ſubiecto. Et, cum dixit eam eſſe primam ſecundum definitionem, dedit modum, & d. Et eſt etiam prima ſecundũ definitionem, &c. ideſt, & diximus ꝙ ſubſtantia eſt prior definitione cuiuslibet accidentium: quoniam neceſſe eſt vt ſubſtantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium. quoniam partes definitionum ſunt illa, per quę cõſtituuntur res: & quia accidentia conſtituuñtur per ſubſtantias, neceſſe fuit vt accipiantur in definitionibus eorum: & in definitionibus ſubſtantiarũ non accipitur aliquid extra ſuam naturam, cum cauſæ ſuę accipiantur in ſuis definitionibus, quæ ſunt ſubſtantię. Et, cum narrauit ꝙ ſubſtantia eſt prior alijs accidentibus cognitione, dedit modum, & d. Et nos videmus, &c. i. & ſignum eius, ꝙ ſubſtantia apud nos

Nullũ prędicamentũ eſt ſeparabile pter ſubſtãtiã. Idem. 1. Ph. 14. 39.

Partes dfinitionis ſunt illa p quę cõſtituitur res. Idẽ. 1. Ph. c. 28. & 1. de aia. cõ. 5.

A est manifestior accidentibus, scilicet vniuersalia substantię quam vniuersalia accidentium, est scilicet ꝙ scire indiuiduum substantię per sua vniuersalia substantialia est perfectius quam scire illud per vniuersalia accidentium, verbi gratia ꝙ, cum voluerimus scire hominem, & sciuerimus ipsum esse aliquam naturam substantialem, verbi gratia scire ipsum ignem, per hoc prędicabile substantiale erit perfectius, quam scire ipsum esse quantum, aut quale, aut vbi, aut aliud prędicabilium accidentium. Et intendebat ꝙ non sunt accidentia quęsita per se, sed secundum ꝙ sunt dispositiones substantiæ demonstratæ. & primum quæsitū est substantia demonstrata. Et quia scire substantiam hanc per suas dispositiones substantiales est perfectius quam scire eam per suas dispositiones accidentales, necesse est vt dispositiones substantiales sint manifestiores dispositionibus accidentalibus. Deinde dicit alium modum, ex quo declaratur ꝙ scire aliquid per quid est, est manifestius quam scire ipsum per aliquid consequens, siue fuerit substantia siue accidens, & d. & etiam vnumquodque istorum non scitur, &c. 1. & signum eius, ꝙ scire indiuidua substantię per quid est, manifestius est quam scire ipsa per quale, aut quantum, est ꝙ nos videmus ꝙ non scimus vnumquodque suorum accidentium, donec sciamus illud accidens quid sit, aut quale, aut quātū. Et substantia est prior tempore. qm̄, si accidens sit post corpus, in quo est, manifestum est ꝙ illud corpus pręcedit ipsum secundum tempus: &, si fuerit ex accidentibus inseparabilibus a re, in qua sit, tunc substantia subiecta ad illam rem pręcedet illam rem, & accidentia consequentia ipsam, v. g. qm̄ subiectū, ex quo generatur ignis, est prius forma, & calore ignis.

Margin notes: Documētū. — Quō substātia tēpore accidentia pręcedit. (B)

Caput Secundum. Quæ manifestissime uidentur esse substantiæ: & an ea sola substantiæ sint, uel alia etiam, multorum opiniones.

Quod quoque tam olim, quam nūc, & semper quęritur, semperque dubitatur quidnam ipsum ens sit, hoc est quænam substantia est. hoc enim quidam vnum aiunt esse, quidam plura quam vnum: & quidam finita, quidā vero infinita. Quare nobis quoque maxime, & primū, & solū, vt ita dicam, de ente hoc pacto quidnam sit speculandum est. *Vide Auer. in Epi. Tra. c. 2.*

Videtur autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus. quare animalia, & plantas, & eorum partes substantias esse
C dicimus, ac naturalia corpora, vt ignem aquam, & terram, cæterorū quoque singula: & quæcunque aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus, vt cœlum, & eius partes, sydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantiæ sint, an etiam alię, an harum quidē nulla, sed aliquæ aliæ, considerandum est. Videtur autem quibusdā corporis terminos, vt superficiem, lineam, punctum, & vnitatem substantias esse, & magis quam corpus, & solidum. Item præter sensibilia quidam non putant aliquid esse tale. quidam plura, & quę magis sempiterna sunt, sicuti Plato, & ipsas formas, & mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilium corporum substantiam. Speusippus vero etiam plures substantias, ab vno incipiens, & principia cuiusque substantiæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animę. & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturam aiunt, cætera

vero sequentia, lineas, & superficies, vsque ad cœli substantiam, & sensibilia. D

Et etiam illud, quod semper fuit quæsitum a longo tempore, & modo est quæsitum, & semper faciet errorem in quiditate entis, hoc est, quoniam substantiam quidam dixerunt ipsam esse vnam, & quidam plures:& quidam dixerũt eas esse finitas, & quidam infinitas. Et ideo nos primo considerabimus ex eo, quod est huiusmodi magis, & est primum, & vnum, & dicemus quid sit. Existimatur enim quòd esse substantiæ est manifestum in corporibus, & ideo dicimus quòd animalia, & vegetabilia sunt substantiæ, & corpora naturalia, verbi gratia ignis, & aqua, & terra,& aer, & omnes partes istorum:& quæ sunt ex eis,aut ex suis partibus,aut ex suis vniuersalibus,verbi gratia cœlum,& partes eius,& corpora stellarũ, & Luna,& Sol.Perscrutemur igitur de istis vtrum sint substantię tantum,aut sint aliæ substantiæ quã ista,aut quædam ista, aut quædam alia, aut nullum istorum, sed alia. Quidam igitur existimauerunt ꝙ vltima corporis, vt superficies,& linea,& punctus,& vnum,sunt magis substantiæ quam solidum & corpus,& etiam magis quã sensibilia. Et quidam non opinantur ꝙ tale sit omnino,& dicunt quidã plura entia esse,at æterna, vt Plato,qui dicebat ꝙ formæ,& mathematica sunt duæ substãtię,& ꝙ tertię substantię sunt corporum sensibiliũ. Speusippus autem dicebat plures substantias esse,& incœpit ex vno & plura principia esse.& vnaquęque substantiarum habet primum, & quòd substantia & primum numerorum est aliud,& magnitudinũ aliud,& postea animę.& secundum hunc modum multiplicãtur substantię. Et quidam dicunt quòd formæ & numeri habent eandẽ naturam,& quòd alię res sequũtur ea,sicut lineę,& superficies,quousq; perueniant ad substantiam cœli,& similiter sensibilia. E

5 Questio admodũ desiderata d̃ substantia.

MOuet Arist.in præsenti tractatu hanc quæstionem: quænam sit quiditas substantiarum indiuiduarum:& ista quomodo semper fuit desiderata, & ab Antiquis,ac modernis philosophis quæsita,quoniam, cum fuerit scitum illud, quod est quiditas indiuiduæ substantiæ, tunc erit scita prima causa omnium entium:sed ista quæstio semper fuit difficilis propter diuersas Antiquorum opiniones.cum aliqui eorum dicebant substantiam esse vnum, & quidam plures vna,& has alij infinitas,alij vero finitas:& quamuis Aristo. de his opinionibus in lib.Physi.sermonem fecit,non tamen eodem modo hic de eis sermonẽ facit.quoniam in naturalibus agit de talibus principijs, quatenus sunt principia corporum, quæ mouentur & quiescunt:hic vero agit de eisdem, quo sunt principia substantiarum,quo substãtię sunt:quoniã prima diuisio entis est in substantiam & accidens:quare hic considerandum est de rerum naturalium principijs,quatenus sunt principia substantiarum vel accidentium : non igitur superfluit hæc consideratio.cum alia ratione hic,& ibi habeatur:hic enim repetit has antiquorum positiones,vt per earum solutionem proficiscamur ad sciendũ primam formam omnium entium,& primũ finem:in naturalibus vero inducitur vt per earum solutionem proficiscamur ad sciendum primam materiam, & formas naturales,& primum motorem. Vnde Parmenides,& Melissus dicebant vnũ esse ens,& nihil esse præter substantiam,quæ tantum simplex erat,& non com- F

Quõ hic rerũ naturaliũ principia cõsiderantur.

Parmenidis & Melissi opinio.

A posita: Alij erant, qui tenebant compositionem, idest multitudinē in rebus, & asserebant vnum ex quatuor elementis fore omnium entium substantiam. Aliqui vero tenebant medium inter elementa, & dicebant in rebus multitudinem a cõpositione prouenire, hoc est ab illo vno principio multipliciter variato, quatenus vt rarefit, generatur Aer, vel condensatur, fit terra, & cætera id genus eodē modo: Hi vero, qui posuerunt plura quam vnum, fuit Democritus, qui infinitos athomos rerum principia esse affirmauit. & Anaxagoras, qui infinitas partes similares, rerum principia fore asseruit: & Empe. qui quatuor elementa fore principia putauit, nihilominus isti antiqui in hac varietate opinionum non perceperunt de principijs, nisi tantum materiale principium: & ex hac Antiquorũ opinionum varietate expedit nobis vt prius principium substantiæ consideremus, cum omnes hoc vnum esse, ac primum concedunt, quod indiuiduum substantiæ est, & dicere quid ipsum sit. quoniam indiuidua corporum existentiũ per se sunt substantiæ, & natura eius in omnibus corporibus demonstratis est manifesta: & hæc substantia, de qua Aristo. proponit perscrutari, est forma prima, & præcipua substantia, quæ est causa substantiæ demonstrãtę, quæ non sunt substantiæ ac indiuidua nisi ꝑpter illam, quæ vna est, quia substãtia demõstrata nõ est vna nisi per formam substantialem, per quam est substantia, quæ forma est natura

B per se, non dependens ab alio: & hoc manifestum est in indiuiduis per se existētibus. Vnde animalia & Plantas, ac eorũ partes dicimus esse substantias, & etiā alia naturalia corpora, vt ignem, terram, & aquam ac aerem, partesque elementorum omnes, & corpora, quæ sunt ex eis composita, vel ex aliquibus eorum partibus, vt particularia corpora (aut ex omnibus elementis) vt tota sphæra actiuorum & passiuorum, & cœlum quoque, quod est corpus naturale, præter elementa, dicimus esse substantiam, & partes eius vt astra, Luna, & Sol. sed vtrum hæ sensibiles substantiæ sint solum substantiæ, vel etiam sint altæ ab istis, quæ de ipsis sensibilibus substantijs prædicantur, vel etiam istæ non sint substantię, sed solum sint aliæ substantiæ ab istis, perscrutandum est, & ideo Antiqui dicebant quod principia omnium rerum erant magis res, quam ipsa principiata, & quod se habebant sicut principia corporis ad ipsum corpus: nam dicebãt lineas, superficies, & puncta esse magis substantiæ, quam corpus, ideo crediderũt quod dispositiones indiuiduorum substantiarum sensibilium quiditatiuæ essent magis substantię ipsis indiuiduis: &, sicut secundum illos puncta priora sunt lineis, & lineæ superficiebus, superficies solidis, ita quiditas generis est prior quiditatibus specierum, & quiditas speciei est prior quiditatibus indiuiduorum, quare isti dicebant quod vniuersaliora erant magis substantiæ minus vniuersalibus, & vniuersalia magis quam sensibilia: & ideo nonnulli istorũ dicebant puncta esse ma-

C gis substantiæ lineis, & lineæ superficiebus, & superficies corpore, tenentes corpus esse substantiam sensibilem, & consequenter quod partes sunt magis substãtiæ composito: & sunt etiam nonnulli asserentes Mathematica esse substantias. sed sunt bipartiti, quoniam quidam dicebant ea esse alia ab ideis formisque ipsis, quidam vero numeros, & formas esse eiusdem naturæ, & fuerũt illi, qui perceperunt causam formalem propriam ei, cuius est forma: intendebant enim isti dare substantias proprias rebus ex formis vniuersalibus, quia ponebant ea esse principia substantiarum sensibilium: voluerunt enim ideas esse datrices formarũ substantialium, per quas corpora sensibilia generantur. si quidem ponebant huiusmodi ideas principia agentia substãtiarum sensibilium, quatenus sunt formarum substantialium creatrices, per quas res sensibiles sunt, vt Plato, & eius sequaces: & Leucippus dicebat plures substantias esse: quia substantiæ, quæ sunt effectus, sunt diuersæ, vt grauitas, magnitudo, & anima, quoniam vnitas, quę est principium numeri, est aliud a principio magnitudinis, & aliud etiam a principio animæ, ideo effectus substantiales diuersi arguunt causas diuersas, & ecõtrario: quia, si causæ diuersæ sunt, effectus sunt diuersi, & pro numero ac distinctione suarum causarum: & quoniam vnum non dicitur nisi ab vnitate, vnitas est vniformis, ab vniforme non potest fiuere diuersitas rerum: quasi vnum prius est principijs substantiarum diuersarum, quoniam omne principium substantię est

Democriti positio.

Anaxagoras.

Empedocles

Antiqui nõ perceperunt nisi cãm materialē. Idē 1. Ph. cõ. 7. et 2. Ph. c. 9.

Substantia, quã proponit hic Aris. quę sit.

Vide Idē 2. Ph. t. c. 1.

Vniuersalia sunt magis substãtia ꝙ particularia secũdũ antiquos. oppositũ secũdum Arist.

Vide 1. me. a t. c. 6. vsq; ad t. c. 10.

Leucippi opinionē vid 1. me. 1. pœ. tex. 23

Vnũ ab vnitate dr̄.

vnum: non tamē omne vnū est principiū substantię: quare manifestū est q̄d vnū est prius principijs substantiarū diuersarū, quia communius est illis: & fuerunt nonnulli philosophantes, qui ideas, & numeros reduxerunt in vnā naturam, verū dicebant ideas, ac numeros causas esse linearum, ac superficierum, lineas vero, ac superficies causas esse corporum vsque ad primam cœli substātiam, & alia sensibilia; quę sunt in vltimo ordine.

Cum declarauit ꝙ quiditates substantiarum sunt priores alijs entibus, & causa eorum, incœpit quærere quæ sunt quiditates substantiarum sensibilium, & dixit ꝙ Antiqui semper perscrutati sunt de hoc, & ꝙ quo ad suum tempus nihil demonstratiue fuit dictum in hoc, & dixit. Et etiam illud, quod semper, &c. idest, & cum declaratum sit ꝙ substantia est prior alijs accidentibus, quærendum est de substantia illud, quod semper fuit quæsitum vsque ad hoc tempus, in quo nullus dixit aliquid demonstratiue, & est quid est illud, quod est quiditas huius substantiæ. Et augmentauit hanc quæstionem. quoniam, cum fuerit scitum illud, q̄d est quiditas istius substantiæ, tunc erit scita prima causa omnium entium. Et, quia ista quæstio semper fuit desiderata ab omnibus naturaliter, & est valde difficilis, incœpit notificare opiniones Antiquorum in ea, & dixit. quoniam substantiā quidam dixerunt, & cæte. idest. Et istas easdem opiniones dixit, cum perscrutatus fuit de principijs substantiæ mobilis, scilicet substantiæ naturalis. sed illic, scilicet in Physico auditu fuit perscrutatus alio modo ab isto. illic enim perscrutatus est de principijs corporis secundum quod est naturale, idest secundum quod quiescit, aut mouetur: hic autem perscrutatus est de eis secundum ꝙ est substātia tantum. prima enim diuisio, secundum quam diuiditur ens, est secundum quod est in substantiam & accidens. & ista quæstio differt ab illa, quæ est in scientia Naturali. quoniam ista quæstio inducit ad sciendum primam formā omnium entiū, & vltimum finem: & prima quæstio, quam incœpit in scientia Naturali, inducit ad sciendum primam materiam, & formas naturales, & primum motorem. Et dixit, quidam dixerunt, & cæ. forte innuit Parmenidem, & Melissum, dicētes vnū esse ens. isti enim dicebant quod illud, quod est præter substantiam, nihil est: & dicebant quod substantia est simplex non composita. Et forte innuit eos, qui cōcedunt compositionem, & ponunt elementum esse vnum quatuor, aut mediū inter illa. isti enim concedunt multitudinem prouenientem a compositione, & ponunt alia esse accidentia præter illud principium vnum. Deinde dicit. & quidā dixerunt plura entia vno. & innuit dicentes quod principia substantiæ sunt partes indiuisibiles, & dicentes eas esse partes consimiles, vt Anaxagoras: & dicentes ea esse plura vno elemento, vt Empedocles. Et quia istorum quidam dicebāt has esse finitas, & quidam infinitas, dixit. & quidā dixerunt eas esse finitas, &c. & videtur mihi quod [a] omnes isti, quos narrauit, sunt illi, qui non percipiunt de causis, nisi materialem tantum. Deinde dicit. Et ideo nos primo considerabimus, & cætc. idest, propter hanc diuersitatem accidentem inter Antiquos oportet prius nos ponere principium considerationis in principio substantiæ, quam omnes homines concedunt esse primum, & vnum, & dicere quid sit. & innuit principium indiuidui substantiæ. & ideo dixit. Existimatur enim quod esse substantiæ, &cæ. i. & posuimus principium considerationis in principio indiuidui substantiæ. quoniam omnes homines conueniunt in hoc, ꝙ indiuidua corporum existentium per se sunt substantiæ, & ꝙ in eis est principium. & hoc intēdebat, cum d. existimatur enim ꝙ esse substantię, &c. i. omnes enim opinantur ꝙ natura substantię est manifesta in corporibus demonstratis. & ista substantia, de qua dicit se perscrutaturum, est illa, de qua declarabitur esse formam, & dixit ipsam esse primam. quia est causa substantię demonstratę: & substantię demonstratę non sunt substantię nisi per illam. & dixit ipsam esse vnam, quia substantia demonstrata non est vna nisi per hanc substantiam, & per hanc naturam, quę dicitur forma. Deinde dicit, & ideo dicimus ꝙ animalia, &c. idest, & quia natura eius est manifesta per se in indiuiduis existentibus per se, ideo omnes concedunt ꝙ animalia demonstrata per se, & vegetabilia, & suę partes, & vniuersaliter composita sunt substantię, & corpora naturalia simplicia, vt ignis, & aqua, &

Primo Ph. art. com. 6. vsq; ad 41. Differētia cōsiderationis naturalis a cōsideratione diuina, vide pro hoc infra cō. 9. Vide 1. Ph. 8. 32. 54.

a Oēs isti, quos narrauit, nō perceperunt nisi cām materialē. Vide oppositum de Anaxag. 1. Ph. 39. & 1. de Aīa. 8. & 8. Ph. 37. quia ponit īellectū, et 1. Ph. 41. & 8. Ph. 2. Emp. posuit litē et amicitiam. Vide cōtra, Zim.

Substātię demōstratę sūt p formā. Idē 2. de Aīa. 2. 7. 8. & 9. & 8. Met. 7. & 2. Ph. 4. et 1. de Aīa. 99.

A terra, & aer, ex quibus ſunt compoſita: & omne, quod numeratur in iſtis ſub-
ſtantijs, aut in illis, quę ſunt partes contentę, aut in illis, quę ſunt vniuerſalia cō
tinentia, vt cœlum aut ex partibus iſtorum, vt ſtellę, & Luna, & Sol, & omne
quod generatur ex iſtis primo, & ſunt conſimilium partium. Deinde dicit. Per-
ſcrutemur igitur, &c. i. perſcrutemur igitur vtrum iſta ſint ſubſtantię tantum, ſcili
cet diſpoſitiones indiuiduorum ſubſtantiarum, aut ſunt hęc diſpoſitiones ſubſtan
tiarum alię ab iſtis, aut quędam iſtarum diſpoſitionum, quę dicuntur in reſpon-
ſione ad quid ſint ſubſtantię, & quędam non ſunt ſubſtantię, aut nulla iſtarum
diſpoſitionum eſt ſubſtantia. & hoc latet eos. quod autem indiuidua ſubſtantię
ſunt ſubſtātię, manifeſtū eſt, & nullus dubitat in hoc. & hoc intendebat, cum d.
aut quędam iſta, aut quędā alia. D. d. aut nullum iſtorū, ſed alia. i. aut nulla diſpo-
ſitionū exiſtentiū in indiuiduis ſenſibilibus ſit ſubſtantia, ſed ſubſtantię iſtorum
ſunt alię. D. d. Quidā igitur exiſtimauerunt, &c. i. quidā igitur exiſtimauerūt ꝙ
vltima corporū, ſicut ſuperficies, & linea, & punctus, & vnū, ſint ſubſtātię ma-
gis ꝙ̄ corpus, quia ſunt principia. & ideo contingit ꝙ iſta ſint ſubſtantię magis
ꝙ̄ ſubſtantię ſenſibiles demonſtratę. Et dixit hoc, quia quidam opinabātur ꝙ pū
cta ſunt priora lineis, & lineę ſuperficiebus, & ſuperficies corporibus, et dicebāt
ꝙ indiuidua iſtorū ſunt priora indiuiduis corporis ſenſibilis. & vniuerſalia eorū
vniuerſalibus corporis. & ideo d. magis ꝙ̄ ſolidū, & corpus. & etiam magis ꝙ̄
B res ſenſibiles. Et dixit ſolidū et corpus, qm̄ iſti habēt duas opiniones in corpore.
quidam. n. dicunt ꝙ tres dimenſiones ſunt forma ſubſtantialis corporis, & iſti di-
cunt corpus. qui autem dicūt ꝙ corpus ſit ad coniunctionem ſuperficierum adin-
uicem, dignius eſt dici ab eis corporeū. & ſecundū vtrunque ſermonem ſequitur
vt ſuperficies, & lineę, & puncta ſint ſubſtantię magis quam corpora, & priora
eis: aut ſecundū ꝙ forma eſt prior cōpoſito ex materia & forma ſecundū prio-
rem ſermonem: aut ſecundū ꝙ partes compoſiti ſunt priores compoſito ſecundū
ſecūdū ſermonem. Deinde dicit, Et quidam non opinantur, &c. ideſt, & quidam
non opinantur ꝙ aliquod linearum, & ſuperficierum, & punctorum ſit ſubſtātia,
aut vnum numerale. Et quidā non ſolummodo opinantur ꝙ magnitudines, et nu
meri, ſ. mathematica ſint ſubſtantię, ſed opinantur cum hoc ꝙ formę rerum ſunt
ſicut ſubſtantię abſtractę: & opinabantur cum hoc tertiā ſubſtātiam, ſ. indiuidua
ſubſtantię ſenſibilis. Et qui opinabantur ꝙ mathematica ſunt ſubſtantię, quidā
ponebant ea eſſe alia a formis, & quidā ponebant numeros & formas eſſe eiuſ-
dem naturę, vt poſt dicet. & iſti ſunt, qui perceperunt cauſam formalē propriā.
& intendebant dare ſubſtantias proprias rebus ex formis vniuerſalibus, ſ. quia
ponebāt ea eſſe principia ſubſtantiarū ſenſibiliū. D. d. Speuſippus aūt, &c. ideſt.
Speuſippus autem dixit plures ſubſtantias eſſe, quia ſubſtantię ſunt diuerſę, v. g.
grauitas, & magnitudo, & anima, ideo principia ſubſtantiarū ſunt diuerſa. Prin-
C cipium enim numeri, quod eſt vnum, eſt aliud a principio magnitudinū, et a prin
cipio animę: & ſecundum hoc multiplicantur ſpecies, quę ſunt poſt, ſecundū nu-
merū naturarū diuerſarū propter ſuas cauſas diuerſas. & d. vt mihi vr̄, & incœ-
pit ex vno, quia videt ꝙ numeri ſunt priores in ſubſtantia alijs, quia vnū, quod
eſt principium eorum, eſt prius principijs ſubſtantiarum diuerſarum. D. d. Et qui-
dam dicunt, &c. i. & quidam homines nō dicebant ꝙ numeri & formę ſunt duę
naturę, ſed dicebāt ꝙ formę, & numeri ſunt eiuſdem naturę, & ꝙ iſtę ſunt cauſę
linearum & ſuperficierum, & ꝙ lineę & ſuperficies ſunt cauſę corporum cœli,
& aliorum ſenſibilium.

Opinio ponentium ſola mathematica principia vide 1. Meta. 20.

Vide 3. cœli. 60.

Opinio ponētiū ſubſtātiam vna cū mathematicis eſſe principium.

Opinio Speuſippi.

Opinio ponentium numerum eſſe ſubſtantiā. Vide ꝓ hoc 1. Met. 35.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quæ ſubſtan
tiæ ſint: & vtrum aliquæ præter ſenſibiles ſint, necne: & hæ quomodo
ſint: & vtrum eſt aliqua ſeparata ſubſtātia [illegible], & quō, an nulla præ
ter ſenſibiles, perſcrutandū eſt, deſcriptꝰ primo ſubſtātia, quidnā ſit.

Perſcrutemur igitur de iſtis, & qui ſermones fuerunt dicti bene,
& qui econtrario, & quæ ſubſtantia eſt: & verū ſint hic aliquæ ſubſtan
tiæ aliæ a ſenſibilibus, aut non: & iſtę quomodo ſint: & vtrum aliqua

ſubſtantia ſit ſeparabilis, & quare, & quomodo, aut nulla eſt præter ſenſibilia.

Queſtiones in hac ſciã ex aiatę.

6 Cum commemoraſſet tum priorum, tum ſuorum coetaneorum ſententias de ſubſtantia, nunc vult de eis veritatem inueſtigare. cum manifeſtum eſt quod nõ omnes de ipſa veritatem dixerunt, & ideo primo proponit omnia, quæ intendit diſquirere, & dicit, ſe velle primo perſcrutari quid ab iſtis recte dicitur, quid ve perperã, & ait, quod perſcrutandum eſt quæ ſunt ſubſtantię per ſe, quæ ſunt indiuidua per ſe exiſtentia, & vtrum prædicta Mathematica, & ſpecies ſint aliquid præter res ſenſibiles aut non: & illę ſubſtantię, ſi ſint pręter ſenſibiles, quẽ eſſendi modum hebeant. & ſi iſtæ, non ſunt pręter ſenſibiles ſubſtantias, vtrum ſit aliqua alia ſubſtantia ſeparabilis, & quare, & quomodo, aut nulla eſt præter ſenſibilia. Hoc enim determinabit in duodecimo huius: ſed tamen, antequã hęc determinentur, oportet primo ponere, & deſcribere quid ſit ſubſtantia, in iſtis ſenſibilibus, in quibus ſubſtantia manifeſtę inuenitur: quod quidẽ facit in hoc ſeptimo, & in octauo libro facturus eſt.

Cum compleuit numerare opiniones Antiquorum de ſubſtantijs, incœpit numerare queſtiones, conſiderans hic de ſubſtantia, & d. Perſcrutentur, &c. i. perſcrutemur igitur de iſtis omnibus opinionibus, & declaremus quę earum fuerint dictę bene, & quę non fuerint dictę bene, cum non omnes fuerint dictę bene. D. d. & quę ſubſtantia eſt &c. i. & debemus perſcrutari de quiditate ſubſtantiarum, quę manifeſtę ſunt ſubſtantię. ſ. indiuidua exiſtentia per ſe. D. d. & vtrũ ſint hic aliquę ſubſtantię, &c. i. & vtrum ſint hic aliquę ſubſtãtię ſeparabiles, alię a ſubſtantijs ſenſibilibus, quę ſunt cauſę ſubſtantiarum ſenſibilium, vt dicunt dicentes formas mathematicas eſſe: aut nihil eſt tale, vt ſi ſint quomodo ſunt ſubſtantię iſtarum ſubſtantiarum ſenſibilium. D. d. & vtrum aliqua ſubſtantia ſit ſeparabilis. &c. ideſt, & vniuerſaliter oportet perſcrutari, vtrum ſit hic aliqua ſubſtantia ſeparabilis a ſenſibilibus, & ſi eſt, quare eſt, & quomodo, aut nulla ſubſtantia eſt hic pręter ſubſtantias ſenſibiles.

Summa Secunda. De ipſa Subſtantia.

Caput Primum. Subſtantia quot modis dicatur: & quæ proprie ſubſtantia ſit.

DIcitur autem ſubſtantia, ſi nõ pluribus, ſaltem quatuor modis maxime. etenim quod quid erat eſſe, & vniuerſale, & genus ſubſtantia cuiuſque eſſe videtur: & quartũ, ſubiectum. ſubiectum autem eſt, de quo cætera dicuntur: illud vero non amplius de alio. Quare primo de eo determinandum eſt. maxime nanque ſubſtantia ſubiectum primũ eſſe videtur. Tale vero quodam modo quidem materia dicitur, quodam modo vero forma, tertium vero, quod ex his eſt. Dico autem materiam quidem, vt æs: formam autem figurã ideæ: quod vero ex his eſt, totam ſtatuam. vnde, ſi forma prior materia eſt, & magis ens, illud quoque, quod ex ambobus eſt, prius erit ob eandem rationem. Nunc itaque quidnam ſubſtantia ſit, quaſi figura dictũ eſt, quod non de ſubiecto, ſed de quo cætera.

Et oportet ante diſtinguere ſubſtantiam. quoniam ſubſtantia etſi dicitur multis modis, tamen quatuor. exiſtimatur enim quod eſt eſſentia, & vniuerſalis etiam, & genus exiſtimatur eſſe ſubſtantiæ cuiuſlibet,

A bet,& quartum iſtorum eſt primum ſubiectum.& ſubiectum eſt illud,
de quo dicitur aliud,ipſum autem non dicitur de alio. Et ideo primo
perſcrutemur de hac ſubſtãtia.primum enim ſubiectum exiſtimatur
eſſe ſubſtantia magis quàm aliud. Et dicitur tale quoquo modo mate
ria,& alio modo forma,& tertio modo illud,quod eſt ex eis. Et dico
materiam,vt cuprum:& formã,vt figuram ſtatuæ:& quod eſt ex eis,
ſtatuam.ſi igitur forma fuerit ante materiam, & magis ens,erit etiã
ante illud,quod eſt ex vtroque eadem ratione. Diſtinctum eſt igitur
modo quid ſit ſubſtantia,& quòd eſt non illud,quod eſt de ſubiecto,
ſed illud,de quo eſt aliud.

Et ad veram perſcrutationem veritatis de huiuſmodi rebus , oportet prius di- 7
ſtinguere quot modis dicitur ſubſtantia: & dicimus quod ſubſtantia dicitur qua- Subſtantia
tuor modis.vno modo de forma,alio modo de materia,tertio modo de compoſi- quatuor mo-
to ex materia & forma,quarto modo de quiditate : & hi quatuor modi ſunt ma- dis dicitur.
gis famoſi,cęteris: & quoniam hoc nomen ſubſtantia dicitur de vlī longinquo,
prędicabile de aliquo ſecundum quid,quod eſt genus generaliſsimum ſubſtãtię.
B & de genere propinquo,quod eſt genus ſubalternum:& ſecũdum opinionẽ quo-
rundam antiquorum vl'e cõe,hoc eſt generaliſsimum,eſt dignius habere hoc no Genus gñali-
men ſubſtantia,quam vl'e propinquum,quod eſt genus ſubalternum,vt opinatus liſsimum eſt
eſt Plato:quia igitur hęc differunt ſecundum magis,& minus,prius.& poſterius magis ſubſtã
non potuerũt poni in vno modo,propterea poſuit ſeorſum hęc: & ſubiectum ẽt, tia ſecũdum
id eſt ſubſtãtia prima meretur hoc nomine,quoniam eſt illud,de quo omnia præ Platonem.
dicantur,& ipſum de nullo prędicatur , ideo perſcrutandum eſt primo de cauſa
iſtius ſubſtantiæ, quę eſt ſubiectum , de quo cętera prędicantur : qm̃ ſubiectum
aliarum rerum omnium conceditur eſſe ſubſtantia,vt ſubiectum colorũ, & alio-
rum accidentium magis quam hoc,de quo omnia prędicantur in quid.& hoc no
men ſubſtantia,vt dictum eſt,dicitur de materia aliquo modo , qm̃ materia non
eſt ſubſtantia,niſi quia ſubiicitur formę,& compoſitum dicitur ſubſtantia , quo-
niam ex his duobus componitur. Materia enim in naturalibus, ſe habet vt cu-
prum in artificialibus,quod eſt materia ſtatuę,& figura eſt ſtatuę forma:propter
quod dicitur formam eſſe priorem materia,quia dignior eſt ipſa : nã ipſa eſt ens
in actu,materia vero eſt ens in potẽtia:& cum ens in actu dignius ſit ente in po
tentia,& omne dignius eſt prius minus digno : ſequitur quod forma dignior eſt Forma di-
habere hoc nomen ſubſtantia q̃ materia, & compoſitum:quare concluditur qđ gnior ſubſtã
ea ſit magis ſubſtantia,quam compoſitum:qm̃,ſi effectus eſt ſubſtãtia, multo ma tia q̃ mate-
C gis cauſa talis effectus erit ſubſtantia. ria, & com-
Id eſt,& oportet prius diſtinguere ſecundum quot modos dicitur ſubſtantia,et poſitum.
conſiderare quis iſtorum eſt cauſa ſubſtantię quæſitę. D.d.quoniam ſubſtantia
etſi dicitur,&c.id eſt ſubſtantia enim & ſi dicitur multis modis,tamen concludũ
tur in quatuor modis famoſis. Hoc nomen enim ſubſtãtia dicitur de quiditate rei,
& dicitur de vniuerſali prędicabili de aliquo ſecundũ quid,& ſimiliter exiſtima
tur ꝙ genus propinquum prędicabile de aliquo ſit ſubſtãtia. Et forte dixit hoc,
quia Antiqui diuerſabantur in hoc.& quidam dicebant ꝙ vniuerſale cõe eſt di
gnius hoc nomine ſubſtantia q̃ vniuerſale propinquum.& iſta eſt ſentẽtia Pla-
tonis. D.d.& quartum iſtorum eſt ſubiectum , id eſt indiuiduum ſubſtantiæ. Et
ideo induxit ſuam definitionem,qua definiuit ipſam in libro Categoriarum.& d.
& ſubiectum eſt illud,&c.i.& illud,de quo prędicantur alia,ſed de nihilo prędi
catur. D.d. Et ideo primo perſcrutemur de hac ſubſtantia.i.& ideo primum per- Subiectum
ſcrutandum eſt de cauſa iſtius ſubſtantię,quę eſt ſubiectum.qm̃ ſubiectum aliarũ aliarũ rerũ
rerum conceditur eſſe ſubſtãtia magis q̃ aliud. D.d. Et dicitur tale quoquo mo conceditur
do,&c.id eſt & ſubſtantia dicitur de materia quoquo modo , & de forma etiam eſſe ſubſtãtia
alio modo,& de compoſito ex eis tertio modo.& d.quoquo modo materiam & magis quam
alio modo formam :quia materia eſt ſubſtãtia,ſecundum ꝙ ſubſtat formę:& for- aliud . Idem

2.Phy.8. & 9. Idem hic com.ſeq. Vide idē.8. Met.c.7. & 2.Ph.c.4.& 2.de Anima com.7.

ma eſt ſubſtãtia,ſecundum ꝙ conſtituit:& compoſitum ex eis eſt ſubſtantia,ſecũdum ꝙ compoſitũ eſt ex eis.D.dedit exemplũ,& dixit.Et dico materiã,&c. id eſt & intelligo per materiam,cuprum ſubiectũ ſtatuę: & per formã, figuram ſtatuę:& per compoſitũ,ſtatuam.D.d.ſi igitur forma fuerit ante materiã,&c.i. ſi igitur forma fuerit prior in eſſe ꝙ̃ materia,& magis ens,propter hoc ꝙ materia eſt in potentia,& forma eſt in actu,erit ẽt neceſſario prior compoſito ex ambobus.compoſitum enim ex ambobus non eſt in actu, niſi propter formam.& hoc intendebat cum dixit eadem ratione.i.ꝙ modus,ſcd̃m quem forma eſt prior materia,eſt idem cũ eo,ſecundum quem eſt prior compoſito.Et intendebat ꝙ, cum forma ſit prior compoſito ex materia & forma,& compoſitũ eſt ſubſtãtia,ſequitur ꝙ forma ſit magis ſubſtantia ꝙ̃ compoſitum. D.d.Diſtinctum eſt igitur modo,&c.i.iam igitur deſcripſimus ſubſtantiam primam,de qua loquimur,ita ꝙ eſt illud,quod non prędicatur de aliquo,& de quo prędicantur omnia alia.

Oportet aũt non ita ſolum.non enim ſufficiens eſt.& hoc nanque ipſum non eſt manifeſtum.Et item materia ſubſtantia eſt.nam, ſi hæc non eſt ſubſtantia,quæ alia eſt,fugit nos.Demptis etenim cæteris,nihil aliud remanere videtur.cætera nanq; paſsiones corporum & effectiones, & potentiæ ſunt. longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quædam,ſed non ſubſtantiæ ſunt.quantitas etenim nõ eſt ſubſtantia,ſed magis cui hæc ipſa primo inſunt, illud eſt ſubſtantia. enimuero ablata longitudine,latitudine,& profunditate,nihil videmus reliquum,niſi ſiquid eſt,quod ab eis determinetur,vt ita conſiderantibus,materiam ſolam neceſſe ſit apparere ſubſtãtiam.Dico autem materiam,quæ per ſeipſam,neq; quid,neq; quantum,nec aliquid aliud quippiam dicitur,quibus ens determinatur. eſt enim quid, de quo ſingula horum prædicantur:cui eſſe, ac cuiq; prædicationum diuerſum eſt.cætera nanq; de ſubſtantia prædicantur,hæc vero de materia.Quare quod vltimum eſt per ſe, neq; quid,neq; quantum, nec aliquid aliud eſt,neq; etiam negationes.etenim hę quoq; ſecundum accidens erunt.Ex his itaq; ſpeculantibus,accidit ſubſtantiã eſſe materiam.At impoſsibile eſt.etenim ſeparabile,& quod quid videntur maxime ineſſe ſubſtantiæ.propter quod forma,& quod ex ambobus ſubſtantia videtur eſſe magis,quàm materia.

Vide contr. Zim.

Et oportet vt diſtinctio non ſit tali modo tm̃.non enim ſufficit, quoniam hoc non eſt manifeſtum.Et etiam materia eſt ſubſtãtia.quoniam,ſi non fuerit ſubſtantia,ſubſtantia non erit aliud.& ſi non,ſubſtantia erit ignorata a nobis.Quoniam,cum alia fuerint abſtracta,nihil videmus permanere & alia paſsiua corporum,& actiones,& virtutes.& ẽt longitudo,& latitudo,& profundum ſunt quantitates,& nõ ſubſtantiæ.quantitas enim non eſt ſubſtantia,ſed illud cuius ſunt ista primo modo eſt ſubſtantia.ſed,cum lõgitudo,& latitudo,& profundum fuerint abſtracta,nihil videtur permanere præter illud,ſi fuerit aliquid,quod eſt per ſuam definitionem,neceſſarium eſt igitur ſolam materiam videant eſſe ſubſtantiam illi, qui perſcrutantur hac perſcrutatione.Et dico materiam illud,quod per ſe non dicitur quale,nec quantum,nec aliquod eorũ,per quæ terminatur ens. eſt enim aliud,de quo dicitur vnumquodq; iſtorum, & eſſentia illius eſt alia

A ab essentia cuiuslibet prædicabilis. alia enim dicuntur de substantia, & hæc de materia. Vltimum igitur subiectum, quod est per se, nõ est illud, quod dicitur quale, aut quantum, aut aliud omnino, neq; negatio ista enim sunt accidentaliter. Ex istis igitur accidit vt substãtia sit materia. Sed hoc est impossibile. existimatur enim q͞ separabilia, & quæ significant essentiam secundum rationem istius rei, sint substantiæ magis. & ideo existimatur q͞ forma, & illud, quod est ex vtroque, sint substantiæ, magis quàm materia.

Formam esse substantiam creditur non fore manifestum, sed de materia ipsa manifestum est, & quamuis in diuisione substantię dicatur quod forma sit substãtia, nihilominus inducitur hic quod sola materia sit substãtia, quoniam ipsa ablata nihil remanet: q͞ non contingeret, si aliquod aliud a materia esset substantia: & si concedatur quod sola materia sit substantia, sequitur quod substantia sit nõ ens: & si dicatur quod aliquod aliud est substantia a materia, tamen materia est magis substantia, cum de materia omnia predicentur, & ratio substãtię est quod omnia de ea predicantur, & ipsa de nullo. vnde per has rationes incipiemus demonstrare quod materia est sola causa substantię demonstratę. Et ratio sup. hoc quod materia est causa substãtię sensibilis tantum est ista. id, quod cęteris per intellectũ ablatis remanet, est magis substantia, sed materia est id, quod cęteris per intellectum ablatis, remanet, ergo materia est magis substãtia: minorem probat. quoniam, cum per intellectum ab indiuiduo demonstrato abstraxerimus ea, quę sunt abstrahenda, nihil remanet nisi materia: q͞m per ablationem illorũ ipsa non aufertur, sed omnia auferuntur per eius ablationẽ, & ideo materia est magis substãtia cęteris: preterea passiones, & omnes virtutes, & operationes indiuidui demonstrati, si per operationem intellectus, aut quocunq; modo ab eo separentur, remanet tñ materia ipsa, & propter hoc formę videntur cum accidentibus cõuenire, quę possunt adesse, & abesse prêter materię corruptionem: quapropter, aliqui fuerunt ex antiquis Philosophis, qui asserebant multas formas fore accidentia: pręterea corpora sensibilia videntur esse substantię, aut propter tres dimensiones, aut propter materiam, non propter dimensiones, cum dimensiones nõ sint substantię, sed quantitates, quę non sunt substantię. igitur propter materiam, igitur materia est substantia, & magis; ex quibus enim sequitur quod sola materia est principium, & causa indiuidui substantię: quę aũt sit hęc materia monstratur per hóc, q͞m est illud, quod est per se existens, & secũdum sui essentiam considerata, nullatenus est neq; qualitas, neque quantitas, nec aliquid horum generum,

C quibus ens diuiditur, & terminatur, sed est in potentia ad omnia decem prędicamenta: non igitur est aliquid eorum, nec priuatio alicuius predicamẽti, cum ipsa subiectum sit omnium prędicamentorum, atq; priuationum eorundem, quoniam nouem prędicamenta, ac eorum priuationes dicuntur de substantia, & hęc substantia de materia. igitur omnia de materia dicuntur. et quia esse subiecti semper est diuersum ab esse cuiuslibet eorum, q͞ [illegible] subiicitur, ideo prima materia, quæ est vltimum subiectum, nec est quid, nec quale, nec id genus: nec aliqua priuatio alicuius eorum, cum tam predicamenta, q͞ eorum priuationes insunt materiæ per accidens: quare materia, secundum se ipsam considerata, nullaq; forma con[illegible] sellecta, nec prędicamentum est, nec priuatio alicuius prędicamenti. quod autem formę, & priuationes insint materię per accidens, patet quia, si aliqua aut forma, aut priuatio esset essentialiter in materia, nõ reciperet omnes formas specificas, nec omnes priuationes, quod absurdum est: sed impossibile est ut sola materia sit substantia, quoniã substantia est separabilis, & hoc aliquid, materia non est separabilis, neq; hoc aliquid, sed forma & compositũ. igitur non materia est substantia, sed forma & compositum: rationes vero pro vtraq; parte inductę sunt probabiles, & logicę, quia adductę sunt ad destruẽdum formam esse substantiã: quales rationes sunt prius factę, & ad ostendendum formã esse substantiã, vt fuerunt nunc facta, & quia ita est, ideo de re hac pertractabitur postea demonstratiue.

8 — Regula. — Forma cum accidentibus conuenit. — Materia secundũ se nec prędicamentum, nec priuatio.

B

Prima ratio ad probãdũ materiã esse magis substantiam.

Dicit. Et oportet vt non simus contenti hac distinctione tantũ, sine perfectione, & diuisione, s. substantię in materiam & formam, quoniam nõ [illegible] est manifestum per se, s. formam esse substantiam. Et d. hoc, quia materia est [illegible] nifestior in substantialitate, q̄ forma in primo aspectu. & ideo induxit post [illegible] mones ex quibus apparet ꝙ sola materia est substãtia, & ꝙ est causa [illegible] monstratum est esse substantiam. & dixit. Et etiam materia est substantia, & [illegible] materia autem videtur esse substantia magis q̄ alia. Potest enim [illegible] ꝙ si substantia non ponitur materia, nihil erit hic, quod dicatur substantia: & tunc substantia erit non ens. & hoc intendebat, cũ dixit, & si non, s. substantia [illegible] ignorota. Et forte innuit per hoc, quod dixit. Et oportet vt distinctio, & [illegible] ad descriptionem substantię famosam, quæ est, quoniam substantia est [illegible] quo prędicãtur alia, & ipsum de nihilo, & tunc dixit hoc, quia ex hac [illegible] ne sequitur ꝙ materia sit magis substantia q̄ forma. Et ideo incepit [illegible] post rationes, ex quibus sequitur ꝙ materia sola est causę substantię [illegible] tę, & dixit. Et etiam materia, &c. D. d. Quoniam, cum alia fuerint abstracta [illegible] id est, & ratiocinatio super hoc, ꝙ materia est causa indiuidui substantię [illegible] lis tantum, est, ꝙ, cum abstraxerimus in intellectu ea, quę sunt preter materiam ex rebus abstractis in indiuiduo demonstrato, nihil remanebit nisi materia. [illegible] cet quoniam materia non auferetur per ablationem illorum, & auferuntur [illegible] ablationem materię. D. d. & alia passiua, &c. id est, & virtutes passiuę, & [illegible] uę, & actiones prouenientes ab eis videntur ꝙ cum auferũtur, remanet materia, & d. hoc ad declarandum ꝙ formę conueniunt in hoc cum accidentibus: & ex hoc existimauerunt plures formas esse accidentia. D. d. & etiam longitudo, & latitudo, & profundum, &c. id est, & etiam longitudo, & latitudo, et profundum, quę existimantur esse substantię corporis, videntur esse quantum, ꝙ non substantia: q̄m quantum non est substantia. Et intendebat ꝙ, cum concesserimus corpora esse substantias, & ꝙ longitudo & latitudo & profundum, per quę definimus corpus, sit quantum, & non substantia, non remanebit in corpore aliud, quod dicatur substantia, nisi materia. quoniam, cum non fuerit substantia per tres dimensiones, quę existimantur esse substantia magis q̄ alia: quoniam, cum auferuntur a corpore, auferuntur alia residua: sequitur ꝙ substantia sit necessario per materiam. necesse est enim vt indiuiduum substantię sit substantia per aliquid existens in eo, quod sit substantia, si non fuerit per omnes partes eius. D. d. sed illud quod sunt ista, & c. id est & cum ista, quę [illegible] existentia in materia, non fuerint [illegible] tię, necesse erit vt illa, in quibus existunt ista primitus & sine medio, [illegible] tię. & hęc est materia. D. d. sed cum longitudo, & latitudo, &c. id est, & [illegible]

Secũda rõ, ꝙ materia sit magis substantia.

[illegible]

1. Phy. 69.

[illegible]

A mum, quod est subiectum per se, & primo, non est illud, in quo dicitur quale, nec aliud predicamentorum decem, nec priuatio istorum entium: quoniam hoc est ei per accidens. & intendit, subiectum igitur vltimum, quod per substantiam suam est aliud ab vnoquoque predicamentorum, & a suis priuationibus, cum omnia ista sint ei per accidens. Et dixit hoc: quoniam, si aliqua forma, aut aliqua priuatio esset essentialiter in materia, non reciperet omnes formas. Et, cum induxit rationes, ex quibus sequitur quod materia est magis substantia, d. Sed hoc est impossibile, & c. id est, sed impossibile est vt materia sola sit substantia, cum opinatur quod intentiones separabiles in intellectu, s. que nō intelliguntur in respectu alterum, sicut est in materia, sed que intelliguntur per se, sunt magis substantiæ. & ideo existimatur quod forma sit etiam substantia, cum sit quiditas, quam significat definitio, & congregatum etiā ex forma & materia est substantia, & quod hæc duo magis sunt substantia quam materia. Et isti sermones, quos induxit hic, sunt logici famosi. & ideo induxit eos ad destruendum, et ad confirmandum formā esse substantiam, deinde perscrutabitur de hoc perscrutatione demonstratiua.

Si aliqua forma, vel priuatio esset essentialiter in materia, non recipet cēs formas. Idē 1.Ph.63. & 69. & 79. & 1.ca.de substan.orbis. Ratio ad oppositum. Documentū Vide infra 19.& 4.Ph. 3.& 1.Phy. 52.& 3.Ph. 56. & 1.Coeli 85.

At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quæ ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim, & manifesta est. manifesta vero quodam modo etiam ipsa materia. At de tertia cōsiderandum est. hæc enim maxime dubitabilis. Conceditur aūt quasdam esse substantias sensibilium. quare in his primum quęrendum est.

B

Dimittamus igitur nunc loqui de substantia, quæ est ex ambobus, scilicet ex materia, & exemplari, quia est vltima substantia, & manifesta est etiam, & materia quoquo modo. Et perscrutemur igitur de tertia est enim in ea maximus error. Et concessum est aliquas substātias esse sensibiles. quæramus ergo de istis.

Et, non est perscrutandum hic de substantia composita ex materia, & forma, cum ipsa sit posterior in esse duabus substantijs, ex quibus componitur, quoniam perscrutatio huius scientię est de causis, & non de causatis: quoniam, cum substantia composita sit effectus, de ipsa non est agendum ad pręsens, neque de materia est ad presens differendum, ex eo quia materia est aliqua ex parte perspicua, quoniam de materia veteres non omnes eodem modo sentiunt: nam alij dixerunt materiam esse Athomos, vt Democritus, Alij symilares partes, vt Anaxagoras. Alij aliter, vt ignem, vel aerem, vel aliud quicquam id genus, vt est [illegible]

9 Intētio nō ē de substātia composita.

C [illegible] de forma, quæ inducit ad primam formam, est consideratio de forma, quatenus

Metaphysi. cōsiderat de forma.

Documentū Cōsideratio de forma, & in physicis.

forma est substātia, modo scientia naturalis non considerat de formis, vt sunt substantię, sed inquantum sunt principia transmutationis aut operationis: Actio enim materiæ est transmutatio, sed formæ actio est operatio. vnde sicut transmutationes materierum reflectuntur in vnam primam materiam, ita operationes formarum referuntur, siue resoluuntur in vnam actionem primæ formæ, quæ non est in materia, & est primus motor. & quia non spectat declarare ibi vtrū actio huius primi motoris sit substantia, ideo quæritur hic vtrum sit substantia: & principium huius perscrutationis sumitur de substantia sensibili, cum tam manifestum sit, quod formæ substantiarum sensibilium sint substantię: & quod hoc est corpus sensibile, cuius esse est causa cęterorum sensibilium, & prior eis, & declarabitur quod forma primi corporis sit vltima substantia, & principium vltimę substantię sensibilis, quę est vltimum corpus. quoniam, cum fuerit hic declaratum principia substantiarum sensibilium esse substantias, & fuerit ostensum in naturalibus hic esse corpus sensibile cœleste, quod sit causa generationis, & interitus substantiarum sensibilium, & prius eis, declarabitur quod, cū forma istius corporis sit principium cœlestis corporis, quę est vltima substantia sensibilium, erit principium talis vltimæ substantiæ sensibilis, quę est prior alijs substantijs, id est cæteris corporibus cœlestibus, & etiam vltima substantia: & declarabitur etiam illud corpus primum, quod est prima corporea substātia dare alijs compositis generabilibus substātias, quę sunt formę substantiales generabiles, & corruptibiles.

Id est, Dimittamus igitur perscrutationem de substantia composita ex materia & forma, quia est posterior duabus substantijs, ex quibus componitur: & perscrutari hoc non est nisi de causis, non de causatis. & est etiam manifestum per se ipsam esse substantiam. Deinde dicit. & materia quoquo modo, id est concessum est ab omnibus materiam esse substantiam. & dicit quoquo modo, quia Antiqui diuersantur in materia. Quidam enim dicunt partes indiuisibiles esse. & quidam corpora consimilium partium, & alia numerata in Naturalibus. Et quia omnes Antiqui concedunt materiam esse, sed differunt in ea, dixit quoquo modo, notando ꝙ conueniunt in ea secundum genus tantum, & non simpliciter. Et fortasse dixit quoquo modo, quia est substantia diminuta, quia est in potentia. Deinde dicit. Et perscrutemur igitur de tertia, id est de forma. Deinde dicit. Et concessum est, &c. & quia manifestum est per se ꝙ indiuidua substantiæ sunt substantiæ, oportet vt primo quæramus de substantia, quæ est prima substantia istarum substantiarum, & causa earum, id est sine medio. Et sciendum est ꝙ ista perscrutatio differt ab ea, quæ est in Primo Physicorum. quoniam illic, quia est perscrutatio naturalis, non perscrutatur nisi ad declarandum primam materiam esse, secundum ꝙ est materia, non secundum ꝙ est substantia, & ad declarandum formas naturales esse tantum, non primam formam omnium sensibilium rerum, nec formam secundum ꝙ est substantia. & ideo consideratio de formis naturalibus, secundum ꝙ sunt naturales, non inducit da primam formam. Consideratio enim de forma, inducens ad primam formam, est consideratio de ea secundum ꝙ est substantia, & scientia Naturalis non considerat de rebus secundum ꝙ sunt substantiæ. De prima autem materia considerat vtraque scientia. sed Naturalis considerat de illa, secundum ꝙ est principium transmutationis: Philosophus autem considerat de illa, secundum ꝙ est substantia in potentia. Et, quia Aristotel. considerauit de illa in Naturalibus, ideo contentus fuit illa consideratione, & non iterauit considerationem in hac scientia: cum illa, ex qua peruenitur ad cognitionem essentiæ rerum ignoratæ, sint actiones earum propriæ: & actio materiæ est transmutatio. Formę vero, quia sunt plures, & non habent eandem actionem communem, ideo non potuit declarare de suis actionibus in scientia Naturali primam formam. Sed illud, quod fuit illic declaratum, est ex hoc, ꝙ actiones formarum perueniunt ad actionem primæ formæ, quæ non est in materia, & est primus motor: & non fuit declaratum de actione istius formæ, vtrum est substantia aut non. Et in hac scientia quærit de principio primæ substantiæ, &

Actio materię est transmutatio, actio formæ operatio. idē disp. 6. ī sol. 6. dub.

Corpus celeste gñationis & interitus cā ē sensibiliū. Idē 1. Meteo. c. 2.

Documētū, siue digressio, qua ōnditur diuersitas cōsideratōis Naturalis, et Diuinę scię. Vide cōsil'e. 2. Phys. 4. & 21. et 1. Me. cō. 15. 18. & 4. Me. c. 1. et 6. Me. c. 1. et 8. Me. c. 4. et 12. Me. 1. 3. & 6. Idē hic supra c. 5. & infra cō. 39. vide Philosophū in 11. Met. cap. 3. Essentię rerū ignotę cognoscuntur ex actionib' earū ꝓprijs. Vide 1. de Ani. te. c. 11. et 2. de Ani. 33. & 42.

A ideo posuit principium perscrutationis ex hoc de principijs substantiarum sensibilium. Et, cum fuerit ei hoc declaratum ꝙ principia substantiarum sensibilium, scilicet formę, sunt substantię, & est declaratum in scientia Naturali hoc esse corpus sensibile, quod est causa in alijs * substantijs sensibilibus, & prius eis, declarabitur ꝙ forma istius corporis est principium vltimę substantiæ, quæ est prior alijs substantijs, & ꝙ ipsum est illud, quod dat alijs substantias, & formas substantiales generabiles & corruptibiles. * a.l. corporibus.

Caput Secundum. De ipso quid est agendum esse: Et quid ipsum sit.

CVm autem in principio diuiserimus quot modis substã tiam determinamus, ac horum vnum quiddam esse videatur, quod quid erat esse, de eo considerandum est. prodest etenim transcendere ad notius. Ita nanque disciplina fit omnibus, per minus nota naturæ ad magis Vide Auerr in Epi. Tracta. 2.
B nota. & hoc opus est, vt in actionibus ex eis, quæ cuiq; sunt bona facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuiq; bona, ita ex sibi notioribus, quæ naturæ nota sunt sibi facere nota. Quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex eis, quæ parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ipsa, vt dictũ est, transcendentibus.

Et, cum prius distinxerimus secundum quot modos definitur substantia, inuenimus substantiam, & existimatur quòd vna illarum est illud, quod significat essentiam rei, consideremus in eo. ex principiis enim operationum transfertur ad illa, quæ sunt manifestiora. Et similiter est doctrina in vnaquaque rerum, quæ sunt minoris cognitionis ab illa, quæ sunt maioris cognitionis. & similiter est in operatione etiam. operationes enim non sunt nisi ad agendum ex
C illo, quod est aliquod bonum, & bonum singulis rebus ad aliquid, quod est bonum vniuersale, & bonum cuiuslibet. Et similiter ex eis, quæ sunt cognita singulis rebus, ad vniuersalia, quæ sunt cognita per naturam, & erunt cognita cuilibet. Et illa, quæ sunt cognita cuilibet, in maiori parte, sunt paucæ cognitionis, aut paruę, aut nihil est in eis de cognitione entis. sed tamen necesse est vt sciamus ex istis, quę sunt malę cognitionis, sed habent cognitionem particularem, illa quę cognoscuntur modo vniuersali, transferendo, vt dictum est, de istis eisdem.

Cum dixisset esse primo agendum de substantiis compositis atq; sensibilibus, & de earum formis, nec specificat intentionem: nam, cum forma posit considerari, vt quiditas, & vt altera pars compositi, quemadmodum superius dictum est: ideo nunc proponit dicere de forma, quatenus est quiditas: quoniam, sicuti in artibus, ita in sciẽtijs contẽplatricibus: sed in artibus, ac artium cõparationibus artifex semper procedit ex ijs, ꝙ sunt primo nota discipulo, & artifici, ad ea ꝙ sunt ipsis posterioribus nota: ita quoq; fit in contẽplatricibus sciẽtijs, ac doctrinis, Ma 10 Forma bifariam consideratur. Vide Idem 1. Ph. t. c. 2.

thematicis exceptis: nam in Mathematicis processus est a prius nobis notis, & naturę notis est, quia in Mathematicis eadem sunt nobis, & simpliciter nota: & similiter sicut in actionibus humanis, quę sunt in gubernatione reipublicę, & in arte medendi commune & simpliciter bonum: & simpliciter bonum colligitur ex particularibus bonis, quę sunt cuique bona: ita in scientijs simpliciter cognitum colligitur ex his, quę sunt cuiq; cognita, quod tandem sit mihi, & tibi cognitum: &, quia non videtur quod ex cuiq; notis posse fieri nota entia ipsa diuina, quę sunt verissima, atque simpliciter sibi ipsis nota, nobis autem omnino ignota, quoniam ea, quę sunt cuiq; nota, plerunq; sunt exiguę cognitionis, atque exiguę veritatis, & sic per talia non poterimus sufficienter peruenire ad scientiam rerũ diuinarum, quę sunt verissima, atq; simpliciter notissima: verum enitendum est per hęc quo ad fieri potest, per hęc dico, quę cognitionem habent particularem, hoc est quę sunt cuiq; nota, vt per illa perueniamus ad ea, quę cognoscuntur per vniuersalem cognitionem, hoc est simpliciter, i. transferendo de cognitione istarum substantiarum sensibilium ad cognitionem substantię simplicis, quę cõtinet omnes substantias virtute, & causalitate, quę substantia modo vniuersali, id est simpliciter cognoscitur, quemadmodum ex motu sphęrę deuenimus in cognitionem partis eius immobilis, quę est simplicissima pars eius, quia indiuisibilis continens omnes alias partes sphęrę circumadiacentes. B

Entia diuina sunt verissima & sibiipsis notissima, nobis aũt ignota. Substantia simplex cõtinet aľs virtute, & causalitate.

Id est. Et, cum distinxerimus prius secundum quot modos dicitur substantia, & dixerimus ꝙ vna illarum est illud, quod inducitur in responsione ad quid est hoc indiuiduum demonstratum, consideremus de hac substantia, quam significat definitio quid sit. Deinde dicit causam, propter quam incœpit perscrutari de hac substantia, quę est principium istarum substantiarum sensibilium, & dixit. consideremus in eo, &c. id est, quoniã ita est de cognitione speculatiua in istis rebus, sicut de operatiua, quia quemadmodum artificia, quę primo facta sunt, *transfert artifex ab eis ad artificiata, quę sunt manifestiora apud artificium, cum illa sint manifestiora apud nos, ita est de cognitione speculatiua. Et hoc intendebat cum dixit. & similiter est de doctrina. & similiter est processus doctrinę in omnibus scientijs, pręterquam in Mathematicis, scilicet ꝙ in eis proceditur ex eis, quæ sunt maioris cognitionis apud nos, & minoris cognitionis apud naturam, ad illa, quæ sunt maioris cognitionis apud naturam, & ab hoc incœpit librum suum in Physicis. Deinde dicit. & similiter est in operatione, &c. id est, & substantia in operationibus humanis, scilicet artificijs actiuis, vt in arte regiminis ciuitatum, & in arte medicandi. ista enim non inueniunt bonum vniuersale, nisi ex rebus, quæ sunt bonæ vnicuique hominum, cum istæ sunt manifestiores apud nos. Deinde dicit. Et similiter ex eis, quæ sunt cognita, &c. id est & similiter transferuntur de cognitione singularium rerum, quæ sunt manifestiores apud nos, ad vniuersalia, quę sunt manifestiora apud naturam. Deinde dicit. & erunt cognita cuilibet, id est & in postremo erunt vniuersalia cognita cuilibet, quia particularia sunt cognita cuilibet. Deinde dicit. Et illa, quæ sunt cognita cuilibet, & cęte. id est & illa, quæ sunt cognita cuilibet sunt paucæ & paruæ cognitionis in respectu eorum, quæ sunt cognita apud natnram. Deinde dicit, aut nihil est in eis de cognitione entis, id est & in eis, quæ sunt prima cognita a nobis, aut nihil est de cognitione entis, aut modicum, scilicet ex eis peruenitur ad cognitionẽ perfecti entis. Deinde dicit. sed tamen necesse est, &c. id est, sed tamen, cum impossibile sit aliud ab hoc, necesse scire ex eis, quę sunt male cognitionis, quia habent cognitionem particularem ad illa, quę cognoscuntur per cognitionem vniuersalem, transferendo de cognitione naturaliter istarum substantiarum sensibilium ad substantiam simplicẽ, quę cognoscitur modo vniuersali, scilicet quę continet omnes substantias.

* a.l.trãsfer.

2.Ph.te.c.2.

Singularia sunt notiora apud nos ꝙ̄ magis vľia. Vide opposi tũ.1.Phy.4. & 5. & 57. com. Vide con.Zim.

At primo quędam de eo logice dicamus, quòd illud est, quod quid erat esse vnumquodque, quòd secundum se dicitur. Etenim tibi esse non esse musico esse. non enim scdm teipsum musicus es. quod ergo secundum teipsum. Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod

A ita secundum se est, vt superficies alba. quoniam superficiei esse non est albo esse. Quare quoniam hæc inest. In qua ergo ratione ipsum dicente non inerit ipsum, hæc ratio ipsius quid erat esse cuique. quare, si superficiei albæ esse est superficiei læui esse, albo & læui esse vnum & idem est.

Et iam diximus prius hoc in quibusdam nostris sermonibus sermone logico, quid est illud, quod significatur per essentiam rei, & est illud, quod dicitur per se. Aliquid enim esse in loco non est ipsum esse musicum. musicus enim & vbi non sunt idem per se. Nec etiam hoc est vniuersale. nec illud, quod est per se, est secundum hunc modum, vt album superficiei. essentia enim superficiei non est essentia albedinis. Et etiam non est illud, quod est ex ambobus, idest superficies alba. & hoc propter additionem, quæ est in sua definitione. Definitio igitur, in qua dicens non habet quid, est definitio, quæ est rei per suã essentiã in quolibet. quoniã, si essentia superficiei albæ est essentia su-
B perficiei lenis, tũc albedo, & lenitas sunt idem.

Quoniam Arist. pro maiori parte de ipso quid erat esse perscrutatur per propo 11
sitiones dialecticas: quarũ vna est quod, substantia rei, siue quid erat esse sit illud, quod datur in responsione ad quid est, scilicet ad quid est indiuiduum substãtiæ. ideo describens ipsum quid erat esse, vt alibi etiam descripsit, inquit ipsum quid erat esse, illud esse, quod significat sermo, qui dat essentiam rei cuius est sermo: & ipsum quid erat esse est prædicatum per se, quod prædicatur essentialiter, & quidem secundum primum modum eorum, quæ prædicantur per se. quoniam prædicata primi modi sunt tria, videlicet genus, differentia, & definitio, quę componitur ex eis: quoniam definitio est idem, quod rei substantia, sic igitur ipsum quid erat esse est prædicatum primi modi, vt puta definitio, vel definitionis significatum, quę definitio est substantia rei. quoniam non omnis definitio est prędicatum primi modi, nisi sit idem cum rei substantia, hoc est nisi sit substantialis definitio, non enim descriptiua definitio est prędicatum primi modi: quoniã prędicata primi modi sunt illa, quę per se, ac in essentia vniuntur cum subiecto, cuius sunt, atque etiam inter se, vnum scilicet per se faciendo. Secus accidentalia ipsa prędicata, nam nec per se vniuntur cum suo subiecto, nec faciunt inuicem
C vnum per se. Animal enim, & rationale vniuntur cum homine per se, & faciũt inuicem vnum per se, quoniam alterum se habet, vt potentia, & contrahibile, alterum, vt actus, & contrahens, vt Porphyrius inquit: At prędicata accidentalia contra, nec cum subiecto, nec inter se faciunt vnum per se. vt aliquid esse in loco non est ipsum esse musicum, quia musicum, & vbi non sunt idem per se. essentia similiter superficiei non est essentia albedinis, nec est illud, qđ constat ex vtroque scilicet superficies alba. si enim essentia superficiei albę, & essentia albedinis essent idem, tunc superficies & albedo essent idem, & sic essent in eodem prędicamento: quare subiectum, & albedo idem essent: quod est impossibile. quare Palam est quod sermones declarantes extrinseca rei non sunt nisi prędicabilia accidentalia.

Definitio q̃d est.

Prędicata primi modi sunt tria.

Definitio descriptiua nõ est p̃dicatio primi modi.

Prędicata accidentalia non faciunt vnũ per se.

Quia, sicut diximus, perscrutatur hic in maiori parte de propositionibus dialecticis, quarũ vna est, ꝙ substãtia rei est illud, quod dr̃ in responsione ad quid est, & hoc est indiuiduum substantię, ideo dixit. Et iam diximus, &c. i. & iam descripsimus hanc substantiã alibi Dialectica descriptione, ꝙ est illud, quod significat sermo, qui dat essentiã rei, quę est definitio. Deinde dicit. & est illud, quod dicitur per se. i. quod prędicatur essentialiter. & innuit primum modum prędicabiliũ essentialium, s. definitionem. declaratum est. n. ꝙ ista prędicabilia sunt tria, scilicet genus, & differentia, & definitio, quę componitur ex eis: quę definitio est

Com. 2. in hoc. 7.

Prędicabilia essentialiter sunt tria. Idẽ 1. Post. cap. de per se.

idem cum substantia rei. & vniuersaliter prædicabilia substantialia sunt illa, quæ adunantur cum subiecto, & adunantur adinuicem, & accidentalia econuerso. Et cum declarauit ꝙ ista substantia est illud, quod significant definitiones, & partes definitionum, & ꝙ prædicabilia, ex quibus componuntur definitiones sunt illa, quæ adunantur cum definito, & adunantur adinuicem, incœpit declarare quare sermones, qui demonstrant aliquid extrinsecum non inducunt ad interrogationem de quiditate, ꝙ nec sunt definitiones, nec partes definitionis. Deinde dicit. Aliquid enim esse in loco, & cæte. idest, & necesse est vt illa, quæ demonstrantur per aliquid extrinsecum, idest per aliquod accidens, non sint definitiones. quoniam, si essent, contingeret vt accidentia prædicabilia de aliquo, essent eiusdem naturæ. idem enim videtur disponi per plura accidentia. sed illud, quod congregatur ex eis, non est vnum nisi per accidens: & definitio declarat substantiam rei: & illud, quod congregatur ex eis, est vnum essentialiter. Si igitur diuersa accidentia existentia in aliquo declarant substantiam illius, erunt eiusdem rei, & naturæ. Et hoc intendebat cum dixit. Aliquid enim esse in loco, &c. i. & si aliquis interrogauit quid est hoc demonstratum, & responderit quis ꝙ est hoc in loco pro definitione, & alius responderit ꝙ est musicus pro definitione etiam, tunc esset possibile vt natura musici, & vbi esset idem: quod non est. & vniuersaliter ex hac positione nouem prædicamenta essent eiusdem naturæ, i. naturæ substantiæ: quoniam secũdum hoc erunt differentiæ substãtiales. & ideo dixit. Aliquid enim esse in loco, &c. Deinde dicit. Nec etiam hoc est vniuersale, &c. i. nec ista prædicabilia, quando prædicantur de substantia, sunt prædicabilia vniuersalia, quæ describuntur in analyticis Posterioribus. aut intẽdit ꝙ non sunt vniuersalia substantialia, vt dictum est in libro Prædicamentorum. quia sermones compositi ex accidentibus compositione ligata quidã sunt coniuncti per accidens, & quidam per se, s. per secundum modum essentialiũ prædicabilium, quæ enumerata sunt in Posterioribus, s. in quibus subiectum accipitur in substantia prædicati. Et cum declarauit ꝙ illud, quod significat illa, quæ sunt per accidens, non est substantia, incœpit declarare ꝙ neque etiam sermones compositi ex accidentibus essentialibus significant hoc, quod est quiditas substãtiarũ sensibilium, & dixit. nec illud quod est per se, &c. i. nec illud, quod significat definitio substantiæ, et est illud, quod existit per se, est sicut illud, quod significant hæc verba superficies alba. Deinde dicit. essentia enim superficiei, &c. i. albedo enim non est quiditas superficiei, quando dicimus ꝙ superficies est alba, sicut rationabilitas est quiditas animalis: quoniam dicimus animal rationale. Deinde dicit. Et etiam non est illud, quod est ex ambobus, &c. idest nec illud, quod demonstrat iste sermo, est aliquod compositum vnum ex ambobus, sicut illud, quod significat animal rationale, s. homo. D. d. & hoc propter additionem, quę est in sua definitione. i. quoniam compositum ex duobus definitur cõposite ex duabus definitionibus illorũ duorũ. & ideo sequitur vt definitio albi sit cõposita ex definitione albedinis, & definitione subiecti albedinis. Et quia in definitione albedinis accipitur definitio subiecti, cõtingit ꝙ in definitione albi accipiatur definitio subiecti bis. ista igitur est additio, quæ accipitur in definitione albi. & hoc non accidit in compositis ex substãtijs. v. g. qm̃ definitio hominis componitur ex animalitate & rationalitate, & non accidit ex hoc iteratio, quæ accidit in composito ex substantia & accidente. D. d. Definitio igitur, & cæ. i. definitio perfecta est sermo, qui cum completur, nõ remanebit in eo aliquod ens in actu, de quo interrogat per quid, cum in eo sit data quiditas, quod est esse illius rei, & nõ est in eo ens additum suo enti. & ista est differentia inter definitiones substantiarum, & definitiones accidentium. Et quasi dicat, sermo igitur, in quo non inuenitur ens, de quo interrogatur per quid, est definitio perfecta, quæ dat causam rei, quæ est quiditas in vnaquaque rerum. Deinde dicit post. quoniam, si essentia superficiei albæ, &c. i. & si aliquis posuit ꝙ quiditas superficiei est *albatio, aut quiditas albedinis est superficies, disposita per plures dispositiones diuersas, continget vt omnes aliæ dispositiones sint eædem, & ꝙ cõgregatum ex eis sit idẽ, & sic albedo, lenitas, & aliæ dispositiones, quibus disponitur superficies,

Sermões cõpositi ex accidẽtibus cõpositione ligata, qdam sunt p se, & qdam p accidens, idẽ. 4. Met. t. c. 14.

Cõpositũ ex duobus definitur cõposite ex duabus definitionibus illorũ duorum.

* a. l. albedo

A essent eædem. & econtrario in prædicabilibus substantialibus, rationalitas, n. est differentia substantialis, existens in quiditate animalis rationalis.

Caput Tertium. Quomodo substantiarum, accidentium, ac copulatorum sit ipsum quid est, & definitio.

CVm autem secundum cætera quoque prędicamenta com posita sint (est etenim aliquod subiectum cuique, vt qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui) perscrutādum est vtrum est ratio ipsius quid erat esse cuique horū: & vtrum inest etiam his ipsum quid erat. vt homini albo quid erat albo homini: sit autem nomen eius vestis: quid est vesti esse. At vero, nec hoc eorum est, quę secundum se dicuntur. An hoc, non secundū se, dupliciter dicitur. & huius est hoc quidem ex additione, istud vero non. Hoc enim dicitur, eo ꝙ ipsum, quod definitur, alteri adiici-
B tur. vtputa, si albo esse definiens dicit albi hominis rationem. Istud vero, eo quòd aliud ipsi. vt si vestis album hominem significat, ille vero definiat vestem vt album. quod autem est albus homo, est albū quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed vesti esse. Vtrum est quod quid erat esse aliquod, aut simpliciter? An non. ipsum enim quod quid erat esse est ipsum quid erat esse. cum vero aliud de alio dicatur, non est ipsum quod quid. vt homo albus non est quod quid: si ipsum quidē quod quid substantiis solis inest.

Et, cum sint composita ex aliis prædicamentis, etiam aliquid est subiectum cuilibet, verbi gratia quantitati, & qualitati, & quando, & vbi, & motui. perscrutemur igitur vtrum sit definitio cuiuslibet istorum. erit igitur istis etiam illud, quod significat essentiam rei, verbi gratia homo albus. sit igitur ita, ꝙ habeat hoc nomen vestis. si igitur dicatur quid est, dicetur vestis. Sed non est ex eo, quod est per se, nec hoc est aliquid ex eo, quod est per se, sed modo simplici. Et quoddā
C ex additione, & quoddam non. Quoddam enim definitur per definitionem alterius. sicut qui definit essentiam albedinis, & dicit definitionem hominis albi. Et quoddam per aliam definitionem. vt vestis, significat hominem album, & ipse definiuit vestem tanquam album. homo. n. albus est album, sed definitio eius non est definitio albi: & quia est vestis, habet definitionem, quæ significat essentiā eius quod est.* & definitio rei est illud, quod significat quid est essentia rei. & cū fuerit dictū aliud de alio, non est illud, qđ est istud. v.g. homo albus, ꝙ non est istud. hoc. n. non est nisi substantiarum tantum.

Et intēdit ostēdere hic, qđ sicut accidēs nō habet definitionē, ita et cōpositū ex substātia, & accidēte caret definitione: cū sola subā ex mā, & forma cōposita sit 12
illa, q̃ definitionē habet: & , qm̄ apparet qđ substantia est subiectū vniuscuiusq; accidentium, perscrutandū est vtrū compositū ex substātia & accidente habeat definitionē, et vtrū sit definibile, sicut substātia cōposita ex materia, et forma, et dicimus qđ, si cōpositū ex suba & accn̄te haberet definitiones, tūc maxime homo albus haberet definitionē, sed homo albus nō habet definitionē: igitur nullū

Solius substātię cōpositę est definitio.

compositum ex substantia & accidente habet definitionem: antecedens huius argumentationis patet, quoniam oportet vt illud aggregatum, s. homo albus habeat nomen æquale ei significans vnum in actu, & duo in potētia, & sic homo erit genus, & albus differentia: & sic ad interrogationem per quid est albus, vestis, respondendum est quod est homo, sicut ad interrogationem per quid est rationale, respondetur quod est aliud, quia animal est genus, & rationale est differentia: quare patet quod compositum ex substantia & accidente non habet definitionem quiditatiuam, eo, etiam quia non est compositum homo albus ex prædicabilibus essentialibus declarantibus substantiam vnius rei simplicis in actu. & sciendum est quod definitio vestis, siue albedinis alia est a definitione hominis, quoniam in definitione albedinis sumitur homo, sed non, econtra: quare videtur quod definitio compositi, ex substantia & accidente sit composita ex duabus definitionibus diuersis. quod autem definitio accidentis sit alia a definitione hominis, patet, quoniam definitio albedinis nō prædicatur de homine, nec econuerso, sicut definitio hominis prædicatur de ipso homine: & ex aliis, omne habens nomē habet sermonem significantem essentiam suam, quoniam significatum per nomen est terminatum: & ad hoc respondetur, quia ista propositio non est vniuersaliter vera, nisi in his, quæ sunt vnum & totum. Sed albus non est totum & vnum. Albus enim est congregatum ex homine, & albedine, quorum natura vnius est diuersa a natura alterius: quod non est in definitione cuiusque substantiæ compositæ, quoniam significatū hominis, vel cuiusque substantiæ compositæ est quoddam compositum ex duobus, quorum alterum est commune scilicet genus, & alterum proprium idest differentia, de qua dicitur genus: vel est compositum, in quo alterū de altero prædicatur, ita vt natura primi, hoc est generis, sit natura secundi. s. differētiæ, & congregatum ex illis erit totum & per se vnum. quia igitur significatum hominis est hoc pacto compositum, & per se vnum, ideo definitur per prædicata proprij generis, & non per additionem: & hoc non inuenitur nisi in substantijs, & propterea solæ substantiæ per se definiuntur.

In definitione accidentis sumitur substātia sed nō econtra.

Definitio ē ex cōi & ꝓprio.

Solę substātię per se definiuntur.

Intendit in hoc capitulo declarare ꝙ composita ex accidentibus & substantijs non habent definitionem, sicut definitiones compositorum ex materia & forma, & quod accidentia propter hoc non sunt dispositiones accidentales. Et dixit. Et, cum composita, &c. i. & cum sint hic aliqua composita ex substantia & alijs prædicamentis, substantia est subiectum vniuscuiusque accidentium, verbi gratia quantitatis, & qualitatis. perscrutemur igitur vtrum ista composita habeāt definitiones, sicut substantiæ compositæ & sic erit in istis etiam substantia, quæ significat definitionem, & est illa, quæ notificat essentiam rei. Et dixit hoc quia substantiæ compositæ manifestum est ipsas habere definitiones, & nomina æqualia suis definitionibus: sed prędicantur de indiuiduis substantiæ secundum quid aut definitiones, aut nomina æqualia illis definitionibus. scilicet illa, quę congregatę significant illud, quod definitiones significant distinctę. In hoc igitur capitulo vult perscrutari vtrum composita ex substantia & accidentibus habeant tales definitiones, & sic accidentia erunt differentię substantiarum: aut non habeāt definitionem omnino: aut habeant definitiones, quę dicuntur secūdario in respectu definitionum substantiarum. & ideo induxit exemplum compositum ex substantia & accidente, & dixit. v. g. homo albus. idest, si igitur aliquod istorum compositorum habuerit definitionem, sit igitur ꝙ homo albus habeat definitionem, quemadmodum homo habet definitionem. Deinde dicit. sit igitur ita, ꝙ habeat hoc nomen vestis. idest, & si homo albus habeat definitionem, necesse est vt habeat nomen ęquale ei in significatione: ita ꝙ illud, quod congregatur de homine & albo, sit vnum in actu, & duo in potentia, & homo erit genus, & albus differentia, & sit illud nomen vestis. Cum igitur quęritur de aliquibus nominibus compositis ex substantia & accidente, verbi gratia de homine albo per quid contingit respondere congregate, est vestis, & distincte per definitionem declarantem quiditatem eius. sicut accidit, cum aliquis interrogauerit per quid de aliquo composito ex duabus substantijs, vt de homine, qui componitur ex animali

Substātię cōpositę manifestū ē ipsas hr̄e dfinitiones. Idem. 8. Met. cō. vl. Sed vide oppositū hoc ī-fra. c. 37. Vide contr. Zim.

Definitū est vnū ī actu, et duo ī potētia sed vide oppositū infra. 43. vbi dicit definitū ꝑ se

A tate & rationalitate. debemus enim reſpondere ad hoc per definitionem decla-
rantem quiditatem, & eſſentiam hominis. Deinde dicit. Sed non eſt ex eo, quod
eſt per ſe, &c. ideſt, ſed illud, quod ſignificat hoc nomen veſtis, ſcilicet albũ ho-
minem, non eſt ex rebus, quę exiſtunt per ſe, ſed ex rebus exiſtentibus tantũ. &
hoc intendebat cum d. ſed modo ſimplici. i. ꝙ homo albus, ſecũdum ꝙ eſt albus,
non exiſtit per ſe, ſed eſt ens tantum, non ens per ſe, nec pars entis per ſe, quod
eſt indiuiduum ſubſtantię. Et, cum narrauit ꝙ iſte ſermo compoſitus non eſt de-
finitio, quoniam non componitur ex prędicabilibus eſſentialibus, declarantibus
ſubſtantiam vnius rei ſimplicis in actu, ſicut ſignificant definitiones, ſed ſignifi-
cat aliquod compoſitum ex duobus, ſ. homine & albedine, narrauit etiam ꝙ hęc
duo ſunt in hoc ſermone ex duabus naturis diuerſis, & partes ſermonis defini-
ti ſunt eiuſdem naturę, & d. Et quoddam eſt ex additione, & quoddã non. i. duę
partes iſtius ſermonis ſunt diuerſę. In definitione enim albedinis additur ſubie-
ctum, ſecundum ꝙ eſt accidẽs. in definitione vero hominis, qui accipitur in hoc
ſermone tanquam genus, nihil additur extra ipſum, cum nõ exiſtat in ſubiecto,
ſicut albatio. D. incœpit declarare quomodo additio exiſtit in altera duarũ par
tium iſtius ſermonis, & non in reliqua, & dixit. Quoddam enim definitur, &c. i.
v. g. ꝙ qui vult definire quiditatem albedinis exiſtentis in homine, accipiet in
B definitione eius definitionem hominis albi, cum albedo exiſtens in homine non
conſtituatur niſi per hominem & album. D. d. Et quoddam per aliam definitio-
nem, &c. i. & neceſſe eſt ꝙ illud, quod ſignificat hoc nomen veſtis, definiatur
duabus definitionibus, ſ. definitione hominis, & definitione albedinis, cum hoc
nomen veſtis ſignificet vtrun que, ſ. & hominem & albedinem. D. d. & ipſe de-
finiuit veſtem tanquam album. i. & neceſſe eſt vt definitio veſtis ſit compoſita
ex duabus definitionibus duorum: ſicut definitio alicuius albi cõponitur ex dua-
bus definitionibus duorum, ſ. albedinis, & ſui ſubiecti. D. d. homo. n. albus, &c. i.
& definitio albedinis non prędicatur de homine, ita ꝙ dicatur ꝙ homo eſt albe
do, i. ita ꝙ prędicatur hoc nomẽ non ſecundum definitionem, ſicut dixit in Ca-
tegorijs: & ꝙ propter hoc nõ habet definitionẽ. D. d. & quia eſt veſtis, &c. i. ſed
ſecũ dũ ꝙ poſuimus ꝙ hoc nomẽ veſtis eſt nomẽ hominis albi, omne habens no
mẽ habet ſermonẽ ſignificãtem ſuam eſſentiam, cum illud, quod ſignificat nomẽ,
eſt determinatum. D. d. * & vniuerſalitas rei, &c. i. ſed iſtę definitiones non ha-
bent vniuerſalitatẽ, i. non eſt totum vniuerſaliter, i. vnũ, ſed definitio, quę decla-
rat quiditatẽ rei, eſt rerum, quę ſunt totum, & vnum, i. ꝙ albus non eſt totum &
vnum, ſed eſt congregatum ex homine & albedine. D. d. & cum fuerit dictum
aliud de alio, &c. i. & cum aliquod commune fuerit dictum in alio proprio, aut
alterũ fuerit prędicatum de altero, non erit natura alterius natura ſecundi: & cõ-
C gregatum erit totum, cum hoc non inueniatur, niſi in diſpoſitionibus ſubſtantia-
libus. & hoc eſt declaratum in Dialectica.

vnum eſt p hře vnum i actu, et aliud in potẽtia: ergo nõ duo i potẽtia. Vid cõ. Zim.

Definitiões, quę declant qditatẽ rei, ſunt rerũ, q̄ ſunt totũ, & vnum.

Quare quod quid erat eſſe illorum eſt, quorũcunque ratio eſt definitio. Definitio autem eſt, non ſi nomen idem, quod oratio ſignificet (omnes etenim ſermones definitiones eſſent. erit nanque nomen idẽ cuicunque ſermoni. quare & Ilias definitio erit) ſed ſi primi alicuius ſit. talia vero ſunt, quæcunque dicuntur, non eo ꝙ aliud de alio dicatur. Non ergo vlli eorum, quæ non ſunt ſpecies generis, inerit quod quid erat eſſe, ſed his ſolum. hæc enim videntur non ſecundum participationem, & paſsionem, nec vt accidens dici.

Ergo quid eſt per eſſentiam eſt idem omnibus rebus, quarum ſermo eſt definitio. Et definitio non eſt eius, cuius nomen & ſermo ſignificãt eadem. (& ſi non, omnes ſermones eſſent definitiones. omnis. n. ſermo habet nomen. ergo metrum albedinis erit definitio.) ſed cum fuerint alicuius primo. et talia ſunt nomina, quę dicũtur non per illud, quod

dicitur aliud. Ergo illud, quod est secundum essentiam, nõ est aliqua formarum carentium genere, sed illarum tantum. existimatur enim ꝙ non dicuntur modo communi, & passiuo, neque sicut accidens.

13 Et, qm̃ superius est promulgatũ quod omne habẽs nomẽ habet quiditatẽ essentialẽ rei substãtiã significãtẽ: & hic remouetur dubitatio cõtingens huic positioni, & dicit, quod quãuis quiditas, quæ significat essentiã rei, sit definitio: & omnis definitio est sermo: nõ tñ sequitur qđ omnis sermo sit definitio significãs illud, qđ significat nomẽ rei: sed expedit qđ sermo cõueniat nomini significãte prædicabilia substãtialia, per q̃ illud nomẽ cõstituitur. v.g. ex animalitate, & rationalitate cõstituitur homo, cuius prædicata sunt ipsa duo essentialia: quod est, qm̃ animal de homine prædicatur essentialiter, & similiter rationale, ex quibus constituitur quiditas eius, quod est sermo conueniens illi nomini: ex quo impossibile hoc cõtingit illi, qui dicunt, quod sermo cõpositus sufficit in descriptione definitionis, cuius esse sit æquale significationi nois illius rei, cuius est, qđ oẽs sermones noia habentes, essent definitiones, cũ oẽs sermones habeant, vel habere possint noia, & sic sermo iste metrũ albarum esset definitio, quod est inconueniens. quare dicimus quiditatem nõ esse formarũ, quæ carẽt genere. s. formarũ accidentiũ cõcretiue, quarũ subiectũ nõ est ei genus, quæ accidẽtia cõcreta, ideo carent gñe, quia eorũ genus est subiectũ. At subiectũ nõ ꝓprie genus est, cũ sit alterius prædicamẽti. Quod vero eorũ genus sit subiectũ patet ex eo, quia, cũ concreta accidentia describũtur, subiecta accipiũtur pro generibus: Hinc concludit solas substãtias habere quiditatẽ, qm̃ illæ solæ genus obtinẽt, quod est de natura earũ.

Definitio ẽ sermo signi-ficãs essentiã rei definitæ.

Subiectũ nõ est genus.

Dicit Ergo quiditas, quæ dat essentiam rei, est omnium rerum, quarum sermo significans eas est definitio: & definitio non est omnis sermo significans illud, quod significat nomen rei, sed necesse est cum hoc, ꝙ sermo conueniens nomini, vt significet prædicabilia substantialia, per quæ constituitur. Deinde dicit. impossibile contingens ei, qui ponit ꝙ sufficit in descriptione definitionis vt sit sermo compositus, cuius significatio est æqualis significationi nominis illius rei, & dixit. & si non, omnes sermones essent definitiones, i. & cõtingit ponentibus hoc, vt omnes sermones compositi habentes nomina sint definitiones. omnes enim sermones compositi habent, aut possunt habere nomina. Deinde dicit. ergo metrum, &c. idest, & si hoc fuerit, continget vt omnes sermones, quorum sunt nomina, essent definitiones. & d. hoc, quoniam omnia metra fere in eius idiomate habuerunt nomina propria. D. d. sed cum fuerint alicuius primi, idest sed cum nomina æquipollentia significationi sermonum significant rem, i. essentiam rei. D. exposuit essentiam, & dixit. & talia sunt nomina, quæ dicuntur, &c. i. & talia nomina sunt nomina, quibus dicuntur aliqua, non propter aliqua extrinseca ab ipsis, sicut est, quæ nominantur a suis accidentibus. nomina enim non significant essentias eorum prima significatione, sed, si significant mediantibus illis accidentibus. & ideo illi sermones non debent esse definitiones. D. d. ergo illud, quod est secundum essentiam, &c. i. ergo definitiones, quæ significant quiditates rei, non sunt alicuius formarum carentium genere, s. formarum, quarum subiecta sunt eis genus. & d. hoc, quoniam subiecta accidentium sunt alia a naturis eorum & ideo non sunt genera illorum. D. d. existimatur enim &c. i. & formæ substantiales solummodo habent genus, scilicet subiectum ex natura illarum, quia existimatur ꝙ non inueniuntur per communicantiam cum aliis, sicut accidentia. accidentia sunt passiones in aliis. i. in eis, in quibus existunt, & vniuersaliter non sunt de natura accidentium, quorum esse est in alio.

Definitio nõ est oĩs sermo significãs illud, qđ significat nomẽ. Vide oppositum. 4. Meta. te. cõ. 28. Vide cõtra. Zim.

Sed oratio quidem cuiusque etiam aliorum erit quid significat, si nomen sit, q hoc huic inest, vel pro simplici oratione certior. definitio vero non erit, neque quod quid erat esse. An definitio quoque vt & ipsum quid est multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est vno quidem modo substantiam & quod quid significat, alio vero singu-

la eorum,quæ prædicantur,quantitatem,qualitatem,& quæcunque cætera talia ſunt. Quemadmodum enim & ipſum eſt, ineſt quidem omnibus,non tamen ſimiliter,ſed huic quidem primo,illis vero conſequēter,ita & quod quid eſt ſimpliciter ſubſtātiæ,cæteris vero quodam modo. etenim interrogare poſſumus quid eſt ipſum quale. quare & ipſum quale eſt eorum,quorum eſt quid eſt,non tamen ſimpliciter:ſed ſicut de non ente logice quidam aiunt eſſe ipſum non ens, non ſimpliciter,ſed non ens,ita & ipſum quale.

Ergo erit ſermo cuiuslibet aliorum,qui ſignificant quid ſit, aut nomen,ſi fuerit, quod ſignificat quòd hoc eſt:aut loco ſermonis ſimplicis ſermo maioris perſcrutationis. definitionem autem ſimpliciter non habebunt,nec illud,quod eſt per eſſentiam. Definitio enim dicitur multis modis,ſicut dicit̄ quiditas. Illud enim,quod dicitur quoquo modo,ſignificat ſubſtantiam & hoc,& alio modo vnumquodq;
B prædicamentorum, verbi gratia & quantitatem,& qualitatem,& alia talia. Quoniam,quemadmodum de ſubſtātia interrogatur per quid, ſimiliter de quantitate.quantitas igitur,& qualitas ſunt eorum , quæ dicuntur per quid, ſed non vt modo ſimplici,ſed vt quidam dixerūt modo logico,in eo q̄ eſt non modo ſimplici, ſed illud quod non eſt tale,& qualitas etiam.

Cum declaratum eſt quod ſola ſubſtantia habet definitionem, non autē cōpoſitum ex ſubſtantia & accidēte:perquirendū eſt quid habet accidens de ipſa definitione:& cū declaratum ſit quod in omnibus prędicamētis,excepto ſubſtātiæ prędicamēto,nō inuenitur aliqua definitio,nihilominus in omnibus rebus,ſubſtātia excepta,inuenitur ſermo,qui ſignificat ea,quæ definitionē ſimpliciter nō habent,ſiue ſimplices,ſiue cōpoſitæ ſint,quoniam compoſitum nomen habet definitionem compoſitam importantē eſſe ſignificatū per nomē illud, vt homo albus, habet eſſe cōpoſitū ex homine & albedine, igitur habet definitionē exprimentē tale eſſe.& ideo definitio multipliciter dicitur,non ęquiuoce, ſed Analogice. qm̄ dr̄ pro numero prędicamentorū, atque interrogationum, quæ fiunt per quid eſt. Vniuerſa tamē multiplicitas reducitur ad duo,quatenus omnis definitio aut
C eſt ſimpliciter,vt ſubſtantiarū,aut ſecundū quid, vt cæterorum prædicamentorum:quoniam qualis ratio quiditatum eſt,talis definitionū eſt,quæ declarat quiditates. rationes vero reductionis aſsignat,primo argumēto ſumpto ab ipſa interrogatione:qm̄,ſicut interrogando per quid eſt,ita erit ipſum quid eſt.Sed de ſubſtantijs interrogamus per quid eſt ſimpliciter, & de cæteris per quid eſt aliquo modo:igitur ſubſtantiarū erit quid eſt ſimpliciter,cæterorum autem quid eſt aliquo modo.deinde argumēto ſumpto ab ipſa priuatione:qm̄, ſicut de priuatione, ita in accidentibus:ſed priuatio nō dicitur ens ſimpliciter,nec non ens ſimpliciter,ita quid eſt in cæteris accidentibus non dicitur ſimpliciter,ſed aliquo modo: in prædicamento qualitatis nō eſt ipſum quid eſt ſimpliciter,nec in cæteris: cur vero ſignanter in prædicamento qualitatis ſit locutus,eſt, quoniam nullum aliorum videtur magis ſubſtantia ſimile quam qualitas,quoniam per quale interrogamus de ſpeciebus,quæ ſignificant ſubſtantiam,& de indiuiduis, & reſpondemus per differentias,nam differentię ſubſtantiales prædicantur in quale.

Cum declarauit q̄ definitio ſimpliciter non inuenitur niſi in ſubſtantijs,nō in accidentibus,quia ſunt cōpoſitæ ex ſubſtantia & accidēte,vult declarare quantum habent accidentia de intentione definitionis,& d. Ergo erit ſermo.i. cū ſit declaratū q̄ in alijs prædicamētis nō inuenitur ſermo ſubſtātiæ,i.definitio eius, dicamus igitur q̄ in vnaquaque rerum,quæ ſunt non ſubſtātię, inuenitur ſermo, qui ſignificat illud,q̄ eſt in ipſo,nō definitio ſimpliciter. Et ſimiliter,ſi fuerit po-

14

In nullo prędicamēto reperitur definitio excepta ſubſtātia

Definitio dr̄ multiplicit̄.

Documētū.

Definitio ſubſtātię eſt ſimpl'r, accidentiū vero quoquo mō.

Qualitas habet aliqualē cū ſubſtātia proportionē.

situm in eis nomen, illud nomen significat, ꝙ hoc est huius, idest, significabit sermonem compositum ex duabus intentionibus, subiecto, scilicet & prędicato. Et d. hoc. quoniam si iste sermo, homo albus, habet nomen, illud nomen significat hominem, in quo est albedo. Deinde dicit. aut loco sermonis simplicis sermo maioris perscrutationis, &c. i. aut dicamus loco eius, ꝙ diximus definitioné simpliciter, sermonem maioris declarationis quam nomen. quoniá, si habuerint sermonem aut definitioné, non habebunt nisi illud, quod est maioris declarationis quam nomen, non definitionem simpliciter. Deinde dicit. definitionem autẽ simpliciter non habebunt, &c. i. definitionem simpliciter nõ habebunt, nec quiditatem simpliciter, i. dantem esse. & quasi dicit, & ista non habent definitionem simpliciter, quia non habent quiditatem simpliciter. Et, cum declarauit ꝙ ista habent definitiones quoquo modo, declarauit ꝙ ista nominatio potest poni, quoniá definitio dicitur multipliciter, non æquiuoce, & dixit. definitio enim dicitur, &c. i. definitio enim dicitur multis modis secundum numerum eorum, quæ dicuntur in interrogatione ad quid. D. incœpit numerare illos modos diuersæ quiditatis, & d. Illud enim, quod dicitur quoquo modo, &c. idest illud, quod significat quiditatem, est modo priori. & definitio substantiæ, & huius demonstrati, scilicet existentis per se. Deinde dicit. & alio modo vnũquodque prædicamentorum. illud, quod significat quiditatem cuiuslibet prædicamentorum, significat alio modo. & causa in hoc est. quoniam quiditas in substantia inuenitur alio modo ab eo, quo inuenitur in alijs prædicamentis. in substantia enim inuenitur simpliciter, & in alijs prædicamentis secundum quid. & ideo talis est dispositio definitionum, quæ significant has duas quiditates. Proportio enim definitionis ad definitionem debet esse sicut proportio quiditatis ad quiditatem. Et, cũ dixit ꝙ habent definitiones aliquas, & quiditates aliquas, incœpit ratiocinari super hoc, & dixit. Quoniam, quemadmodum interrogatur, &c. i. & signum eius, ꝙ alia accidentia habent quiditates, est ꝙ, quemadmodum interrogamus per quid de quiditatibus substantiarum simpliciter, similiter interrogamus per quid quoque modo de alijs prædicamentis, v. g. quid est quantitas, & quid est qualitas. Deinde d. sed vt quidam dixerunt, &c. i. quoniam nomen definitionis in eis non dicitur modo simplici, sed definitio est in eis, secũdũ ꝙ dictum est in definitione priuationis, ꝙ est illud, quod non est tale, nec tale, i. illud, quod est non esse alicuius, non esse simpliciter. Et dixit hoc, quoniam hoc non est aliquid, quod nõ est simpliciter: quoniam non est nõ esse simpliciter, sicut nec est esse simpliciter, sed non esse in respectu, cum non esse est non esse alicuius. D. d. & qualitas, &c. i. & ita est de prædicamento qualitatis etiam in hoc, sicut de alijs prædicamentis. Et appropriauit qualitatẽ, vt mihi videtur, quoniam hoc nomen quale existimatur significare substantiam, cum quod interrogatur per ipsum in speciebus, quæ significant substantias, & in indiuiduis, significat prædicamentum, quod dicitur quale, quod numeratur in **accidentibus.**

Distictio de quiditate.

Proportio definitionis ad definitionem est sicut proportio quiditatis ad quiditatem. Idẽ in sequenti.

Definitio accidentiũ est sicut definitio priuationis.

Priuatio nõ ẽ nõ ens simpliciter. Vid oppositũ. 1. Phy. cõ. 79. Vide cõtra. Zim.

Oportet igitur considerare & quomodo de quocunque dicere decet, non tamen magis, quã quomodo se habet. Quare nunc quoque quod manifestum quod dicitur sit, ipsum etiam quod quid erat esse similiter inerit, primo quidẽ & simpliciter substantiæ, deinde ceteris, sicut & ipsum quid est nõ simpliciter quid erat esse, sed qualitati aut quantitati quid erat esse. Oportet etenim aut æquiuoce ista esse, aut cũ additione vel ablatione. sicut & quod non scibile, scibile. nam rectius est neque æquiuoce dicere, neque eodem modo. sed quemadmodũ medicinale, eo ꝙ ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamen etiam æquiuoce. nullũ etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur æquiuoce, neque secundum vnum sed ad vnũ. Ista hæc quidem quomodocunque dicere quis velit nihil differt.

Oportet

A Oportet igitur vt latitudo sermonis in vnaquaq; rerum sit secundum quòd oportet,& non sit in sermone magis. Et ideo si iste sermo, quem modo diximus, fuerit manifestus, erit illud, quod est in essentia tale,& erit primo modo & simplici substantiæ, deinde alterius ét, sicut est, non illud, quod est per essentiam modo simplici. Oportet igitur vt non dicantur entia eodem modo æquiuocationis, sed secundũ magis & minus. sicut illud, quod non est notum & verum, etiam de noto & ignoto. sermo enim verus, qui non est modo æquiuoco, sed secundum similitudinem. sicut Medicina, quę attribuitur alicui, ita ꝙ sit idem, non quia est idem cum eis vnum, neq; modo æquiuoco etiã. Non enim dicitur corpus medicinale,& actio medicinalis æquiuoce, nec vno modo, sed respectu vnius. ista igitur dicantur a dicente quocunque modo voluerit: quoniam inter ea non est differentia in sermone omnino.

Postquã vero dixit ipsum quid est in substantia simpl'r dici, quodã vero modo
B in cęteris: nũc modo vult de eo cõsiderare sufficienter, non tñ magis ꝙ̄ res ipsa 15
patitur. qm̃ qui dicit accidentia habere definitiones,& ipsum quid est, dicit ea habere magis ꝙ̄ habeant: qui vero dicit de accidentibus nec ens, nec quid est, nec definitionem dici, affirmat ea non habere id, quod debent habere, & causam affert. qm̃ antiqui habebant de ijs duas opiniones, nam quidam dixerunt accidentia nullo pacto habere quiditatem, nec definitionem vt Platonici, qui idearũ solum quiditatem, ac definitionem esse asserebant. Alij vero dicebant accidentia habere verissimas definitiones,& quiditates, vt Physici, qui pręter accidentia, & materiam nihil aliud posuerunt. quo fit vt Platonici minus dixerunt ꝙ̄ illis competat, Physici vero magis. Arist. vero positionem mediam secutus est: dixit enim eorum esse definitionem, atq; quiditatem secundum quid, substantiarum autem simpliciter: qm̃ ipsum quid, id est ipsa definitio, quemadmodum inest decem prędicamentis, substantię simpliciter, cęteris autem secundum quid: ita quiditas inest decem prędicamentis, substantię quidem simpliciter, cęteris aũt secundum quid: & ideo definitiones erunt secundum duos modos, videlicet simpliciter, & secundum quid. illę enim, quę erunt simpliciter definitiones, erunt substantię definitiones: secundum quid vero erunt illę, quę sunt conuenientes naturę rei secundum quod sunt, sed non simpliciter: & cum sit declaratum substãtiam esse simpliciter ens, accidentia vero esse aliqua entia, quia entia secundum quid. fit vt hoc
C nomen ens non dicatur de eis pure equiuoce, vt sunt quędam nomina, quę dicuntur de affirmatione,& negatione,& vniuersaliter de oppositis, ut Cearam, quod dicitur de luce,& oscuritate: & Alum, quod dicitur de magno, & paruo: & ideo verus sermo de ente est, vt ens dicatur Analogice de substantia & accidẽte: qm̃ non modo equiuoco, sed per attributionem ad vnum: veluti hoc nomen medicina, aut medicinale dicitur de diuersis particularibus per respectum ad vnum & idem, non tñ significat vnum & idem de omnibus, de quibus dicitur: nec etiam dicitur equiuoce, nam herba dicitur medicinalis, & instrumentum dicitur medicinale, non tñ eadem ratione: qm̃, si ita esset, ita medicinale diceretur de herba, & instrumento veluti animal, de equo, cane, & homine, & sic ens esset genus ad substantiam, & accidens: qm̃, cum aliquis prędicatur de aliquibus vniuoce, & secundum eandem rationem, necessario est genus ad illa. Hoc igitur nomẽ ens nec vniuoce, nec equiuoce dicitur de substantia, & accidente, sed Analogice, quoniã ens dicitur de vnoquoq; prędicamentorum, quatenus hoc nomen ens accipitur ab esse. At esse ipsum non est eiusdem rationis in omnibus illis, quemadmodum nec medicinale dicitur secundum eandem retionem de corpore, & opere, & vase, sed quatenus corpus, opus, & vas ordinantur ad vnum finem, & proueniunt ab vno agente, scilicet medico: Cum ergo ens hoc pacto dicatur de substantia,

Platonici negabant accidentia habere quiditatẽ.

Ari. medius inter platonicos, & antiquos.

Definitio duplex.

Documentũ

Ens quod dr̃ de prædicamentis vnde dicatur.

& accidente. homo potest hos sermones accidentia significantes appellare quo vis modo voluerit, aut definitiones, aut si voluerit potest vocare descriptiones. sed sermones, qui substantiam significant, definitiones tantum appellare licebit.

Oportet igitur vt sermo de vnaquaq; rerum sit secundum ꝙ pertinet ad naturam illius rei, & non debet continere magis q̄ illud, quod pertinet ad suam naturam, nec minus. Et d. hoc,[a] quia qui dicit accidentia habere definitiones, dicit ea habere magis q̄ habent. & similiter qui dicit ꝙ non dicitur de eis hoc nomē ens & definitio, dicit ea non habere illud, quod debent habere. Et dixit hoc, vt mihi videtur, quoniam Antiqui habebant in eis has duas opiniones, & ipse induxit mediam, quę est vera. & ideo dixit. Et ideo si iste sermo, &c. id est & ideo, si noster sermo de definitionibus est iustus, necesse est vt noster sermo de naturis, quas significant definitiones, sit talis. Et dixit hoc, quia posuit principium perscrutationis de istis naturis a definitionibus. Deinde dicit. & erit primo, &c. id est & si noster sermo de definitionibus fuerit verus, tunc definitiones erunt duobus modis. Quorum vnus primo, & simpliciter est definitio substātiæ, & hoc intendebat, cum dixit, & erit primo modo & simplici substantiæ. Secundus non primo modo, & simplici, sed modo conuenienti naturæ rei, cuius est definitio. Et hoc intendebat, cum dixit. deinde alterius etiam, sicut, id est definitio erit primo modo substantiæ, quia est ens simpliciter: deinde erit accidentis etiā, sicut est accidens in suo esse, cum non sit modo simplici. Deinde dicit. Oportet igitur vt non dicantur entia, &c. id est &, cum sit declaratum ꝙ ens simpliciter est substantia, & ꝙ ista habent aliqua entia, oportet vt hoc nomen ens non dicatur de eis æquiuoce pure, sicut nomina, quę dicuntur de affirmatiua & negatiua, & vniuersaliter de oppositis. & hoc intendebat, cum dicit secundum magis & minus. quod enim addit affirmatiua, diminuit negatiua. & ideo dixit sicut illud, quod non est notum, & verum etiam, id est sicut illud, quod dixit hoc nomē notum de noto, & ignoto. Et forte intendit per hoc, ꝙ hoc nomen notum dicitur de noto scientia vera, & de noto sophistice. & iste modus ęquiuocationis debet numerari inter modos nominum æquiuocorum. & hoc multum inuenitur in idiomate Arabico, verbi gratia. Cearam, quod significat lucem & obscuritatem: & Alum, quod significat magnum & paruum. Deinde dicit, sermo enim verus, &c. id est sermo enim verus de istis est, ꝙ hoc nomen ens dicitur de substantia, & de alijs prędicamentis non modo ęquiuoco puro, sed secundum ꝙ aliqua attribuuntur eidem, sicut plura attribuuntur Medicinę, & non est idem in rebus attributis. & hoc intendebat, cum dicit non quia est idem cum eis vnum, & cæ. id est, & ista attribuuntur eidem, tamen illud idem non est in eis idem in omnibus modis, sed in respectu, verbi gratia, quoniam cum dicimus herba medicinalis, et instrumentum medicinale attribuuntur eidem, id est Medicinę, sed non est eadem intentio Medicinæ in instrumento, sicut in herba. quoniam, si ita esset, esset sermo in eis ipsa esse medicinalia, sicut sermo in rebus multis viuis ipsa esse animalia. Deinde dicit, neque modo æquiuoco, id est & cum ita sit, hoc nomen ens[b] non significat prædicamenta modo æquiuoco, neque vniuoco. Deinde dicit non enim dicitur corpus medicinale, &c. id est & hoc nomen ens non dicitur de eis æquiuoce, nec vniuoce. quia hoc nomen ens dicitur de accidentibus, sicut dicitur corpus medicinale, & actio medicinalis. & ista non dicuntur æquiuoce, neque vniuoce. Et dicit hoc. quoniam dicere vnumquodque prædicamentorum esse ens, eo ꝙ deriuatur ab esse, sed esse non secundum vnam & eandem intentionem, est in vnoquoque eorum. quemadmodum herba, & instrumentum attribuuntur Medicinę, sed Medicina non inuenitur in eis eadem omnibus modis, nisi inquantum ꝙ inducunt vnum finem, & prouenient ab eodem agente, s. Medicina. D. d. ista igitur dicantur, &c. i. & cum ista intentio fuerit intellecta per hoc nomen ens, tunc homo vocat istos sermones * fingentes naturas accidentium quomodocunq; modo voluerit definitiones. & si uoluerit descriptiones, & definitiones, sunt substantię tamen. & ideo dixit post.

a Qui dixerit accidētia hēre definitiones, dicit ea hēre magis q̄ hn̄t. et qui negat definitionē in accn̄tibus, dicit ea hēre minus q̄ debent hēre.

b Hoc nomē ens n̄ sigñat pdicamenta mō ęquiuoco, nec vniuoco. Vide 4. Me. cō. 2. & 1. Ph. 13. 2. de ani. 30. 12. Met. 21. 22. & 5. Me 12. 14.

* 2. l. sigñantes.

Quo pa. to

Illud autem manifestum est, quòd quæ primo & simpliciter defini

A tio,& quod quid erat esse substantiam est,at cæterorum quoq; similiter est,non tamen primo. Non enim est necesse,si hoc ponamus,huius definitionem esse quodcunque oratione idem significat,sed quod aliqua oratione.hoc autẽ si vnius sit,non continuatione,sicuti Ilias, aut quæcunq; coniunctione,sed si quoties dicitur vnum. Vnum autẽ dicitur,sicuti & ens.ens autem,quoddam quod quid,quoddam quãtum,quoddam quale quid significat. Quare & albi hominis erit oratio & definitio,alio vero modo & albi,& substantiæ.

substãtiarũ, ac aliorũ sit definitio.

Et hoc manifestum est,quòd definitio primo modo,& simpliciter, & quid est per essentiam,est substantię,& est aliorum similiter etiã, sed non primo modo. Nõ enim est necesse, si nos posuerimus aliquod subiectum esse,vt sua definitio,quæ significat ipsum, sit sicut significatio sermonis,sed aliquis sermo.& illud etiam,quãdo fuerit vnum, non ita quòd sit continuum,sicut dictamen Abah,& omnia,quæ co B pulantur per aliquod ligamẽtum:sed cum fuerit vnum ex eis modis, secundum quos dicitur vnum. Ens vero,quoddam significat hanc substantiam,& quoddam quantitatem, & quoddam qualitatem. & ideo homo albus habebit sermonem & definitionem,sed alio modo,& substantia alio modo.

Manifestum est autem ex hoc sermone quod sola definitio coęquãs totam rei essentiam est simpliciter definitio,quæ non conuenit nisi enti simpliciter, ens autem simpliciter dictum non est nisi substantia, est autem substantia illa, de qua primo ens dicitur,& cum ea coæquatur,quoniam non dicitur ens quia entis, vt accidens,sed ens vere,non enim iustum est ponere,siue enumerare definitionem includentem subiectum definiti inter sermones veros,ut sit pars sermonis,aut aliquid sermonis:non enim illud dicitur vnum, quod per aliquod ligamentum cum alio copulatur,quoniam huiuscemodi vnum nec simpliciter, nec secundum quid habet definitionem:ens enim per vnum modum substantiam significat, & per alium modum quantitatem,& per alium qualitatem:ergo vna debet esse oratio, cum qua coincidat definitio,vt naturam vnam,vnamq; substantiam in vno prędicamento existentem significet:& non,si copula vna fuerit,vt homo albus,qui habet sermonem,& definitionem, sed alio modo definitionem habet, per quam C est substantia,& alio modo sermonem,per quem est albus. 16

Definitio simpl'r q̃, & cui cõpetat.

Quod cum aliquo per ligamentũ copulatur,non dr̃ vnũ simpliciter.

Cum dicit, ꝙ nulla est differentia inter hoc, ꝙ homo vocat sermones significantes quiditates cuiuslibet prędicamenti. definitiones autem non s.quando intellexerit naturam essendi in quolibet eorum,dixit. Et hoc est manifestum, &c. id est declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ definitio primo modo,& simpliciter,& quiditas simpliciter,quam significat definitio,est substantiarum.& manifestum est ꝙ alia etiam habent definitiones similiter, sed non primo modo,s.simplici,sed secundario. D.d. Non enim est necesse, &c.i.non enim est necesse, si posuerimus aliquid esse,vt habeat definitionem significantem ipsum ad modum significationis definitionis simplicis:sed tantum est necesse, si non habuerit definitionem simplicem,vt habeat aliquam definitionem. Deinde hoc ne aliquis dicat ꝙ substantia est vna omnium rerum. Et cum dicit ꝙ illa,quę habent definitiones,debent esse vnum,excepit ex eis illa, quę dicũtur vnum per ligationẽ, & contactum,cum ista non habeant definitionem, neque simpliciter,neq; secundum quid. Et d. & illud etiam,&c.i.& est necesse vt aliquid habeat definitionem,quoniam hoc nomen vnum dicitur de eo, non sicut dicitur de aliquo dictamen esse vnum,quia copulatur per coniunctiones,aut quia est eiusdem intentionis,& vniuersaliter,quia omnia dicuntur vnum per ligamenta & copulationem: sed cum dicitur vnum aliquo modo vero eorum, secundum quos dicitur hoc nomen

Illa,q̃ sunt vnũ per ligationẽ & contactũ, nõ habẽt definitionem, neque simpl'r, neq; scdm quid.

5. Met. tex. com. 13.

vnum, vt dictum est in tractatu, in quo distincta sunt omnia. D. dicit. Ens vero, quoddam significat, &c. id est & cum hoc nomen ens significat substantiã hanc, & quoddam hanc quantitatem, & quoddam qualitatem, manifestum est ꝙ non eadem intentione est eis omnibus definitio & nomen. D. d. & ideo albus homo habebit sermonem, &c. i. homo albus habebit etiam nomen, & definitionem, & similiter vnumquodq; prędicamentorum: sed definitio & nomen est eis alio modo, & substantię alio modo.

Caput Quartum. Dubitationes quædam circa copulatorum definitiones, & eorum, quæ ex additione dicuntur: substantiarumque primo & simpliciter, aliorum vero quodammodo esse definitionem.

HAbet autem dubitationem, si quis non dicat definitionem esse eam, quę ex additione fit, rationem, cuius erit definitio non simplicium, sed copulatorum. Ex additione enim necesse est manifestare. Dico autem vt puta est nasus, & concauitas, & simitas, quod ex ambobus dicitur: eo quòd hoc in hoc, & non secundum accidens, neque concauitas, neque simitas passio nasi, sed secundum se. nec vt album Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus, cui accidit homini esse: sed vt masculum animali, & æquale quanto, & cuncta, quæ per se esse dicũtur. Hęc autem sunt, in quibus inest, aut ratio, aut nomen eius, cuius hæc passio est: & non contingit separatim ostendere, sicuti album absque homine contingit, sed non fœmininum absque animali. Quare istorum quod quid erat esse, & definitio, aut nullius est: aut si est, aliter est, quàm quemadmodum diximus.

Si igitur aliquis dixerit quòd sermo, qui recipit additionem, non est definitio, erit in hoc errori. quoniam, si non fuerit, quid igitur est definitio eorum, quæ non sunt simplicia, sed congregata in simul. Necesse est igitur vt significentur, ita quòd recipiant additamentum. verbi gratia nasus, & concauitas, & simitas, quæ dicitur ex vtroque. hoc enim est in hoc, & concauitas non est passio nasi modo accidentali, neque simitas, sed per se. & non sicut Callię, aut hominis, qui est Callias albus: accidit enim ei quòd sit homo: sed sicut masculinitas in animalibus, & ęqualitas in quantitate, & omnia, quę dicuntur per se esse rerum. Et ista sunt omnia, quę sunt in eis, aut definitio, aut nomẽ, cuius est ista passio; & nõ potest significare sine ipso alio modo, sicut album potest sine homine, sed fœmina sine animali non potest. Ergo aut non est habitum ab istis illud, quod est per essentiam, & definitio etiam: aut si fuerit, erit alio modo, sicut diximus.

17 An definitio additamẽtalis sit definitio vere.

Quęrit Arist. vtrum ratio, quę assignatur per additamentum, sit definitio: & si dicetur quod non sit definitio, sequitur hoc absurdum, quod definitiones sint tantũ entium simplicium, & non compositorum ex substantia & accidente essentiali, quę fiunt per additamenta, verbi gratia, nasus, & concauitas, & simitas, quę significant nasum, & concauitatem: oportet vt definitio simitatis sit ex ambobus, eo quia simitas significat nasum, & concauitatem, & concauitas non est passio manens in naso, sicut albedo in homine; sed est per se in ipso naso: & simitas

A quoq; ,quoniam iſta ſunt naſi accidẽtia eſſentialia, illa autem ſunt paſsiones accidentales:& ideo non oportet vt homo accipiatur in definitione albedinis , ſicut naſus accipitur in definitione ſimitatis,& concauitatis: hoc enim nomẽ ſignificat concauitatem & naſum,& ita naſus diuiditur per ſimum,& non ſimum,ſicut animal per maſculum & fœminam,& quantum per ęquale, & inęquale:& iſtę ſunt paſsiones inſeparabiles in definitionibus, in quibus accipitur aut nomẽ rei, cuius eſt paſsio,aut definitio eius:& nomen ſimilium paſsionum,ac earum definitionum non euacuatur ab eo,quod ſignificat ſuum ſubiectum:quod ita non eſt albo,album enim poteſt definiri,homine non intellecto , qm̄ definitio albedinis hominẽ non includit,ſicut definitio ſimitatis,quę includit naſum, qm̄ ſimitas non poteſt intelligi abſq; naſo,ſicut fœmina non intelligitur abſq; animali:non habent igitur accidentia talia quiditatem,nec definitionem niſi ſecundario modo : quoniam definitiones eorum conſtant ex ſubiecto,& paſsione , & ſubſtantiarũ definitiones ex genere & differentia, quare apparet quod ſolis ſubſtantijs competant definitiones verę,& quiditates , non autem accidentibus niſi ſecundario modo,quę deſcriptiones dicuntur.

Concauitas non eſt naſi paſsio. quod conſidera.

Alal per maſculũ, & fœminã diuiditur, ſicut q̃tũ per ęquale & inęquale.

Definitio accidẽtium ex ſubiecto & paſsione, definitio ãt ſubſtãtię ex genere et dña.

Dixit.Si igitur aliquis dixerit,&c.i.ſi igitur aliquis dixerit ꝙ definitiones,in quibus additur natura alia a natura definiti,nõ ſunt definitiones omnino,in hoc
B erit dubitatio. D.d.qm̄,ſi non fuerit,&c.i.ſed huic poſitioni continget improbabile:& eſt vt definitiones ſint ſimplicium,& non compoſitorum ex ſubſtantia & accidente compoſitione eſſentiali,non compoſitione accidentali: vt homo albus.Et ideo d.Neceſſe eſt igitur,&c.i.neceſſe igitur dicere in definitionibus,quę ſignificant res compoſitas eſſentialiter ex ſubſtantia & accidente , eas recipere additionem. D.d.verbi gratia naſus,&c.i.verbi gratia naſus,& concauitas, & ſimitas,quę ſignificant naſum,& concauitatem. D.d.hoc enim in hoc, &c.i.& eſt neceſſe vt definitio ſimitatis ſit ex ambobus:quia ſimitas ſignificat naſum et concauitatem,et concauitas non eſt paſsio exiſtens in naſo per accidens,ſed per ſe.& etiam ſimitas non eſt in naſo,ſicut albedo in Socrate,aut in homine . ſimitas enim eſt in naſo de accidẽtibus eſſentialibus: albedo autem eſt in homine de accidentibus non eſſentialibus.& ideo non neceſſe eſt vt homo accipiatur ĩ definitione albedinis , ſicut eſt neceſſe vt naſus accipiatur in definitione ſimitatis . hoc enim nomen ſignificat ambo,ſ.concauitatem,& naſum. D.d.accidit enim ei,&c.i.accidit enim albo,ꝙ ſit Socrates aut hõ. D.d.ſed ſicut maſculinũ, &c. id eſt,ſed concauitas in naſo eſt ſicut maſculinitas in animalibus,& ęqualitas in quantitate.Et intendit ꝙ naſus diuiditur in ſimum & non ſimum,ſicut animal in maſculum & fœminam,& quantum in ęquale & in inæquale. D.d.Et iſta ſunt omnia,&c.i.& iſta accidentia ſunt accidentia & paſsiones,in quorum definitio
C ne accipitur,aut definitio rei,cuius eſt ipſa paſsio, aut nomen eius. D.d.& non poteſt ſignificare ſine ipſo,i.& nomen iſtius paſsionis,& definitio eius non poſſunt ſignificare ipſam ſine eo,quod ſignificat ſuum ſubiectum , ſicut eſt poſsibile in albo & ſua definitione,ſ.ꝙ non indigent ſignificare hominem : ſed quemadmodum fœmina non poteſt ſignificari a ſuo nomine , aut a ſua definitione ſine animali,ita ſimitas non poteſt intelligi ſine naſo. Deinde dicit. Ergo aut non eſt habitum, &c.i.iſta ergo aut non habent quiditatem veram & definitionem veram:aut ſi habent,habent alio modo,id eſt ſecundario .Et hoc eſt ita . qm̄ ſubiecta talium accidentium non ſunt ſicut genera differentiarum.ſunt enim diuerſa ſecundum genus , & ſecundum naturam : quod non contingit in genere & differentia differentiarum . neque illud , quod congregatur ex eis & ex ſubiecto,eſt vnum in actu,ſicut illud,quod congregatur ex differentia & genere. & ideo ſubſtantię ſunt digniores definitionibus,& quiditatibus.

In definitione accñtium eſſentialium ponitur ſubiectũ,nõ in definitione accidentium per accidẽs.

Eſt autem alia quoque de eis dubitatio. Si enim idem ſimus naſus,& concauus naſus,idem erit ſimum, & concauum . Quòd ſi non, propterea quòd impoſsibile eſt dicere ſimum abſque ipſa re , cuius per ſe paſsio eſt,& ſimum erit concauitas in naſo, naſum ſimum aut

non est dicere, aut bis idem erit dictum nasus, nasus concauus. nasus enim nanque simus, nasus nasus concauus erit. propter quod inconueniens est talibus inesse quod quid erat esse. quod si non, in infinitum progredietur. naso nanque naso simo aliud inerit. Patet igitur quòd solius substantiæ definitio est.

Et in istis rebus est alia dubitatio. Quoniam, si idē est nasus simus, & nasus concauus, idem est simum, & concauorum crurium. Et si nō, impossibile enim est vt dicatur simus ꝑ se, sine illo cuius est passio, & si simitas est concauitas in naso, aut impossibile est vt dicatur nasus simus, aut idē dicetur bis, aut erit nasus, aut simus. & ideo ista non habent aliquid, quod est per essentiam. & si non, procederet in infinitum, ita quòd non erit nasus, postquam non erit alius. Manifestū est igitur quòd definitio est substantiarum tantum.

Dubitatio.
Solutio.

18 Et quoniam aliquis potest dicere talia accidentia habere definitiones substantiarum, quoniam illa se habent vt differentię suis subiectis, & subiecta se habent vt genera. respondendum est huic sermoni, quod hoc non est verum, quā simitas sit differentia substātialis nasi, & quod aggregatum ex simitate & naso, sit sicut dispositio differentię cum genere, quoniam idem esset nasus simus, & nasus concauus, cum concauitas sit differentia substantialis nasi, & sic nasus concauus est idem cum naso simo, & sic crura concaua, & nasus simus idem sunt secundū speciem, si subiectum est tanquam genus, & concauitas vt differentia, & sic omnia, in quibus inuenitur concauitas, sunt eiusdem speciei quod absurdum est: species enim constat ex genere & differētia. & impossibile est fingere quod simitas existat per se sine subiecto: si enim simitas significat concauitatem in naso, sicut homo significat congregatum ex genere & differentia, scilicet ex animalitate, & rationalitate, expedit vt nasus non disponatur per simitatē, dicendo nasus simus, tūc erit dicere nasus simus, sicut est dicere nasus nasus bis, aut dicere animal bis, aut simus significat aliquid oppositum ei, quod significat nasus, aut simitas erit aliquid per se existens sine naso. quando enim concauitas fuerit differentia essentialis, quoniam per sermonem aduersarij nasus est ei tanquam genus, & hoc nomen simitas continet ipsum, sicut genus continet speciem compositam ex genere & differentia. & cum dicitur nasus est simus, accidit necessario nugatio, quod non accideret, si concauitas esset accidens in naso. Hęc enim simitas non significat [illegible] sum nisi per continentiam: propter quod inconueniens videtur dicere quod in talibus accidentibus sit quod quid erat esse: quod si hoc non est verum, quod in eis non sit quod quid erat esse, in infinitum fiet repetitio eiusdem nominis, semper posita definitione nominis pro nomine: constat ergo quod cum dico nasus concauus, loco concaui potest accipi simum, cum concauitas in naso non sit nisi simitas: & loco simi iterum nasus concauus, & sic in infinitum. Manifestum est igitur quod definitio est substantiarum tantum.

Species constat ex genere & dr̄ia.

Cum declarauit ꝙ ista definitio vera est substantiarum tantum, quia habēt genera & differentias, & in suis definitionibus non inuenitur additio, & ꝙ accidentia non habent definitiones, quoniam in suis definitionibus accipiuntur definitiones suorum subiectorum, quę non sunt genera eis, sed aliæ naturę, & accidentia sunt in subiectis duobus modis, aut accidentaliter, vt albedo in homine, aut essentialiter, vt simitas in naso, & masculinitas in animalibus, & primus modus istorum duorum non habet definitionem omnino. definitio enim significat res [illegible] natas in definito. & quia qui considerat ad istum modum accidentium & non ad alium, negat accidentia habere definitiones omnino: & qui considerat etiam in accidentia habentia subiecta essentialia affirmat ea, habere definitiones simpliciter, ideo incœpit declarare ꝙ substantias habere definitiones est manifestum, & ꝙ accidentia habent aliquid de intentione definitionis, & quęstio contingens

Accidētia sūt duobus modis. Idem supra c. 17. & 1. Ph. 29.

Accidentia per accidens non habent

A hoc ex accidentibus, quę sunt in subiectis per accidens, soluitur ex hoc, s. quando accipiuntur in suis subiectis essentialibus: quia tunc habebunt nomina, quę significant vtrũq;, vt simitas. Et, quia aliquis potest dicere in talibus accidẽtibus, quia habent definitionem substantię: & quę sunt tanquam differentię suis subiectis, & sua subiecta tanquam genera, incœpit etiam declarare impossibilia contingentia huic positioni, & dicit. Et in istis rebus, &c. id est, & est quomodo est dicere ꝙ simitas est differentia substantialis nasi, & ꝙ illud, quod congregatur ex eis, est vnum: sicut est dispositio in differentia cum genere. Continget enim dicenti hoc vt nasus simus, & nasus concauus sint idem. quoniam concauitas est differentia substantialis in naso: & sic nasus concauus erit idem cum naso simo. & ex hoc contingit ꝙ crura concaua, & nasus simus sunt idẽ, s. eiusdem speciei: quoniam subiectum concauitatis est tanquam genus concauitatis, & concauitas tanquam differentia. & sic omnia, in quibus inuenitur concauitas, sunt eiusdem speciei: quemadmodum omnia, quę constituuntur per eandem differentiam, sunt eiusdem speciei. D.d. impossibile enim est vt simus sit per se, id est & contingit hoc, quia impossibile est fingere ꝙ simitas existat per se sine subiecto. D.d. &, si simitas est concauitas in naso, &c. i. &, si simitas significat concauitatem in naso, sicut nomen significat cõgregatum ex differentia & genere, vt homo animal rationale mortale, necesse est ut nasus non disponatur per simitatem, dicendo na-

B sus simus. quoniam tunc aut dicetur idem bis, s. ꝙ dicere nasus simus erit tãquam dicere nasus nasus, aut dicere animal homo: aut simus significat aliquod oppositum ei, quod significat nasus: aut simitas erit aliquid existens per se sine naso. & hoc intendebat, cum d. aut erit nasus, aut simus. Et hoc est necesse, quando concauitas fuerit differentia substantialis, quoniã nasus est ei tãquam genus: & sic hoc nomen simitas continet ipsum, sicut genus continet speciem compositam ex genere & differentia. Et, cum dicitur nasus est simus, accidit nugatio, quę non accidit, si concauitas est accidens in naso. hæc enim simitas non significat nasum, nisi secundum continentiam. Et si dicitur aperte, non sequitur impossibile, scilicet cum dicitur nasus simus: cum profunditas est in eo accidens, erit in potentia: & cum dicitur in actu, non sequitur impossibile. Si autem profunditas esset substantia in naso, tunc hoc nomen simitas consignificaret nasum in actu, et tunc esset dicere nasus simus, sicut dicere nasus nasus. Et ideo dicit, & ideo ista non habent aliquid, quod est per essentiam, &c. id est & manifestum est igitur ꝙ, si illud haberet definitionem veram, contingeret vt nasus haberet nasum, & nasus nasum: & sic in infinitum, ita ꝙ impossibile esset inuenire nasum, postquam non esset alius. Et cum declarauit ꝙ sequitur ex his sermonibus talis nugatio, dixit. Manifestum est igitur ꝙ definitio est substantiarum tm̃, id est pro-

C pter impossibile prędictum.

definitionẽ oĩno. Sed cp positũ vr̃ dicere supra 14. & 5. cõ. Vide contr.

C'a, quę cõstituuntur p̃ eandẽ differẽtiam, sunt eiusdẽ spẽi.

Si enim & cæterorum quoq; prædicamentorum, necesse ex additione esse. vt qualitatis, & imparis. non enim sine numero, nec huius, qđ est fœmininum, sine animali. Ex additione autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, sicut in istis. Quòd si hoc verum est, neq; copulatorum erit, vtpote numeri imparis: sed latet quòd nunc non accurate dicuntur rationes. Si autem & istorum sunt definitiones, aut alio modo sunt, aut, sicuti dictum est, multipliciter est dicendum definitionem, & quod quid erat esse. quare quodam modo quidem nullius erit definitio, nulliq; inerit quod quid erat esse, nisi substantiis, quodam modo vero erit. Quòd igitur definitio est ipsius quid erat esse oratio, & quod quid erat esse, aut substantiarum solum est, aut maxime primo & simpliciter, manifestum est.

Et si est aliorum prædicamentorum, necesse est vt sit ex additione. vt definitio quantitatis, & numeri. quoniam non est sine numero, nec

illa, quę est fœminę, est sine animali. Et sermo, qui est ex additione, quę accidit in eis. est dicere bis idem, sicut est in istis. Et si est verum, non erit in congregatis insimul, vt numerus impar: sed latet quòd definitiones non dicuntur perfecte. Si igitur ista habet definitiones, sunt alio modo, sicut dictum est. dicamus igitur quòd definitio, & illud, quod est per essentiam, dicitur multis modis. ergo quoquo modo nihil omnino habet definitionem, aut illud, quod est per essentiam, nisi substantię, & quoquo modo habent. Quòd autem definitio est sermo eius, quod est per essentiam, & illud, quod est per essentiam solummodo substantiarum, aut magis primo modo & simpliciter, manifestum est.

19 Et similiter, si esset definitio aliorum prędicamentorum, vt est in prędicamento substantię, oporteret quod esset ex additione subiecti, sicut definitio ęqualitatis, & imparis. non enim definitio imparis est sine numero, nec definitio fęminę, quod significat quandã qualitatem animalis, est sine animali, nec numerus absq; quantitate, qm̃ ista sunt subiecta eorum, quę adduntur in ipsorum definitionibus. cum sermo ex additione sit compositus ex subiecto & accidente: & ideo definitio accidentis est, qñ nitimur definire compositũ ex subiecto, & accidente, & tũc contingit idem bis dicere. videlicet definire substantiam per se, & in definitione accidentis, bis. & sic patet quod omne congregatum ex duobus in actu nõ habet definitionem: qm̃ congregatũ ex substantijs est vnũ in actu, & plura in potẽtia: & propterea definitio dr̃ multis modis, sicut illud, quod est per essentiam tale & cũ hoc sit concessum, dissoluetur q̃stio asserendo vno modo accidentiũ esse definitionẽ, & alio modo non esse: & demonstratio vr̃ cum rationibus logicis cõuenire: qm̃, sicut demonstratio distinguit partem verã & falsam, sic logicę rõnes, quę pro vtraq; parte fiunt, distingunt partem veram a falsa, non tñ eodem modo: nam demonstratio distinguit verum a falso; ostendendo verum esse verum, et falsum esse falsum. rationes aũt dialecticę, quæ fiunt pro vtraq; parte, distingunt verum a falso conciliando contrarias opiniones, per sub contrarias, inquantum dant contrarias esse falsas, sub contrarias aũt esse veras: & ad hunc modum facere videntur rationes dialecticę, quę hic pro vtraq; parte sunt inductę: qm̃ rõnes, quę probant accidentia nullo modo habere definitionẽ, verum probant in parte, videlicet non habere definitiones simpl̃r: quę aũt probant accidentia habere, et verum probant in parte. qm̃ verum est ea habere definitionem ex additione: cũ igitur definitio sermo significans quiditatem, & quiditas nõ inuenitur nisi in substantijs, igitur definitio non est nisi substantiarum.

Aggregatũ ex duobus ĩ actu non habet definitionem.

Id est, & si alia prędicamenta habent definitionem, necesse est vt in illis definitionibus sit additio supra naturam definiti. D.d. vt definitio quantitatis, & c. sicut definitio quantitatis, & imparis. Impar enim nõ definitur sine numero, nec numerus sine quantitate. Et similiter fœmina non potest definiri sine eo, quod in sua definitione accipitur, s. animal: & ista sunt subiecta eorum. subiecta igitur eorum adduntur in definitionibus eorum. D.d. Et sermo, qui est ex additione, & c. id est & accidit in definitione, in qua est additio, s. definitione accidentis, qñ nititur aliquis definire illud, quod componitur ex subiecto & accidente, dicere idem bis, s. subiectum bis in definitione. necesse est enim definire subiectum per se & accidens per se. sed, quia in definitione accidentis accipitur subiectum, continget subiectum dici bis in definitione. & si est verum ꝙ in definitionibus istorum est additio, i. ꝙ idem dicitur bis in definitione congregati ex duobus, ideo res cõgregata ex duobus non habet definitionem, v.g. numerus impar. Et, quia sermones compositi ex substantijs non dicuntur esse vnum secundum congregationem, cũ sint vnum in actu, plures in potentia, econtrario ei, quod est in sermonibus compositis ex substantijs & accidentibus, Deinde dicit, sed latet, & c. i. sed latet ꝙ definitiones non dicuntur eodem ordine, nec quęritur in eis perfectio eodem mo

A do.& ideo, si ista habent definitiones, sunt alio modo definitiones, s. accidentium, & definitiones eorum, quæ congregantur ex accidentibus & substantijs. D.d. dicamus igitur ꝙ definitio, &c. i. ponamus igitur secundum ꝙ apparet ex sermone hoc definitio dicitur multis modis: ergo quoquo modo debemus dicere ꝙ nihil habet definitionem præter substantiam, & alio modo possumus dicere ꝙ omnia habēt definitionem. Et d. hoc: quoniam quando intelligitur per definitionem illud, quod dat quiditatem rei propriam sibi, & conuenit nomini sine additione & sine iteratione, tunc definitio non erit nisi in substantijs. & cū fuerint accepta alia, quæ sunt præter substantiam, secundum ꝙ sunt entia, cōtinget vt habeant definitiones. Et, cum fuerit positum ꝙ definitio dicitur multis modis, dissoluetur quæstio. & ista est dispositio demonstrationis cum sermonibus logicis, s. quia distinguunt partem veram a falsa. Dicere enim accidentia habere definitiones quodammodo est falsum, quia non habent definitiones substantiæ: & quodammodo verum est, quia habent aliquas definitiones. D.d. Quod autem definitio, &c. i. declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ definitio simpliciter est sermo, qui significat quiditatem rei, & ꝙ quiditas non inuenitur nisi in substātijs tantum, aut magis in substantijs, & modo priori & simpliciori.

Ista ē dispositio demonstrationis cū sermonibus logicis, s. q̄a distinguūt pᵃtem verā a falsa. vide ꝑ hoc. 52. & 53. 1. Phy.

B *Caput Quintum. Quo pacto ipsum quodquid est & unumquodq; in primis, & iis, quæ per se dicuntur, idem sit: in aliis uero, quæ per accidēs quodammodo. Sophisticarum item redargutionum solutio.*

VTrum autem idem est, an aliud ipsum quid erat esse, & vnumquodque, perscrutandum. proderit etenim aliquid ad considerationem de substantia. Nam & vnumquodque non videtur aliud esse a sua substantia: & ipsum quid erat esse dicitur esse vniuscuiusque substātia. De his igitur, quæ secundum accidens dicuntur, videri possit aliud esse. vtputa albus homo aliud est, & albo homini esse. si enim ipsi homini esse, & albo homini idem: idem nanque homo, & albus homo, vt aiunt: quare & albo homini, & homini. An non necesse est quæcunque secūdū accidens eadem esse. non. n. extrema similiter eadē fiūt. sed fortassis illud videatur accidere, extrema eadem secundum accidens fieri. vtputa albo esse, & musico esse. videtur autem minime. In
C his autem, quæ per se dicuntur, semper necesse est eadē esse. vt si quę substantiæ sunt, quibus diuersæ substantiæ non sunt, nec aliæ naturæ priores, quales aiunt aliqui esse ideas. Si enim erit aliud ipsum bonū & bono esse, & animal & animali esse, & enti & ipsum ens, erūt & alię substantiæ, & naturæ, ac ideæ præter eas, quæ dicuntur: & illæ priores substātiæ, si ipsum quid erat esse substantiæ est. Et, si absolutæ ad seinuicem, harum quidē non erit sciētia, illæ vero non erunt entia. Dico autē absolui, si nec ipsi bono est esse bono, nec huic esse bonū. Scientia nanque cuiusque hæc est, quod quid erat illi esse. & de bono, & de cæteris similiter se habet. Vnde, si neq; ipsi bono esse bonum, nec ipsi enti ens, nec ipsi vni vnum, similiter autem omnia sunt, certe nihil est quod quid erat esse. quare si nec ipsi enti ens, nec aliorum alicui. Item, cui non inest bono esse, non bonum est. necesse est igitur

vnum esse bonum & bono esse, & honestum & honesto esse, quæcunque non per aliud dicuntur, sed prima & per se. etenim hoc sufficiens est, si existit, etiam si non sint formæ: fortassis autẽ magis, si formę sint.

Sed perscrutemur, vtrum quod est per essentiam, & singulare sint idem, antequã perscrutemur de substantia. Singulare enim existimatur non esse aliud, quam substantia, in qua est, & dicitur quod quod quid est per essentiam est substantia singularis in eis. Illa autem, quæ dicuntur per accidens, rectum est existimare esse aliud. v.g. homo albus est aliud, & quid est albi hominis per essentiam est aliud. quoniam, si fuerint idem, tunc essentia hominis, & homo albus idem erunt. homo n. & homo albus, vt dicunt, sunt idem: ergo homo albus, & homo etiã. Quoniam autem non est necesse vt sint idẽ omnia, quæ sunt per accidens, quoniam non erunt eadem extrema. sed rectum est existimare hoc accidere eis, vt essentia albi & musici. sed hoc non videtur. In eis autem, quæ dicuntur per se, rectum est vt sint idem necessario. sicut dicimus si aliquæ substantiæ sint primæ, & non sint substãtię aliorum, nec naturæ aliorum, sicut quidam dicunt de formis. Quoniam, si bonum est illud, quod bonum est, erit & essentia boni etiam, & animal & essentia animalis, & essentia entis & ens, & aliæ substantiæ, & naturæ, & formæ aliæ ab eis, quæ dicuntur, & illæ substãtiæ sunt priores, si quid est per essentiam substantia. Et, si fuerint absolutæ abinuicem, quædam non scientur per scientiam, & quædã non erunt entia. Et dico ea esse absoluta, si bonum per se non habet essentiam boni, neque illud, quod dicitur hoc, habet essentiam boni. Scire enim cuiuslibet rei, hoc est scilicet scire quid est per essentiam. & similiter in bono, & de aliis similiter. Si igitur bonum non habet essentiam boni, ergo ens non habet esse, neque vnum vnum, & similiter omnia aut habebunt quid est per essentiam, aut nõ habebunt. & si ens nõ habet, ergo neque omnino aliud. Et etiam quod non habet quiditatem boni non est bonum. ergo necesse est vt bonum & essentia boni sint idẽ, & studium & essentia studii sint idem, & omnia, quæ non dicuntur de aliis. sed sunt prima per se etiam. in istis enim est sufficientia, si fuerit forma, & si non fuerit. sed rectum est etiam vt sint formæ, & non est manifestum si sint insimul.

20 **An indiuiduũ substantiæ, & quiditas sint idẽ.**

SI igitur quiditas significat substantiam, quæritur modo vtrum hæc substantia significata per ipsam, sit hoc aliquid, scilicet indiuiduum substantiæ, ita quod idem sit quiditas, & indiuiduum substantiæ. & si ita est, quęritur vtrũ singulare sit substãtia per suã quiditatem, aut quiditas eius sit aliud ab eo in actu: quoniam Plato posuit formas separatas, & secundum hanc opinionem videretur quod quiditates primarum substantiarum essent aliæ a primis substãtijs, quæ sunt etiam per se existentes: & propterea quærendum est vtrum quiditas substantialis, & substantia singularis sint idem, cum singulare nihil aliud sit, quod substantia, in qua fundatur, quæ dicitur per quid est: quoniam, cum demonstratur quid est singulare essentialiter, respondetur quod est substantia singularis:

Documẽtũ.

si autem demonstratur per quid accidentaliter: alio modo respondetur, quoniam

A homo albus aliud est ab esse & essentia hominis: quoniam, si essent idem per essentiam homo albus, & homo, tunc definitio hominis simpliciter, & definitio hominis albi essent idem, & sic idem esset dicere, homo, & homo albus, & sic esset homo albus tantum homo. quod est absurdum. & quoniam inconueniens est ꝙ in prædicabilibus accidentalibus prædicatum & subiectum sit idem per se, cum sint duo extrema: verbi gratia vnum hominem esse album, & musicum, non est necesse vt musicum sit album, cum sint extrema propositionis, & esse vnius non dependet ab esse alterius, quoniam vnum est sine alio. Sed non est ita in his, quæ per se dicuntur, quoniam sunt idem necessario vt quiditas substantiæ & substantia: qm̃, si substãtiæ sensibiles sunt primę, erunt eædẽ suis quiditatibus, alioquin nõ erant primæ, sed erunt ad huc substãtiæ illarũ priores, vt existimauit Plato de formis, qm̃ ipse putabat quiditates rerum esse substantias separatas a sensibilibus: & iam nos diximus quod substãtię sensibiles, & primæ sunt per se existentes & nõ per aliud, ideo necesse est quod sint eædem cum suis quiditatibus: quoniam, si bonum fuerit aliud a sua quiditate, tunc esset aliquid a sua essentia boni, & sic essentia boni aliud esset a semetipsa, & sic quodlibet esset aliud a semetipso, & similiter ens, & essentia eius essent distincta ac diuersa, & sic erunt hic aliæ substantię a primis, & materia & forma priores indiuiduis substantię: quod est absurdũ. præterea, si quiditas nõ fuerit eadem cum re, cuius est

Imaginatus est Plato quiditates rerum eẽ substãtias separatas.

B quiditas, sed abiuncta ab ea, sequitur quod primarũ substãtiarũ nulla sit sciẽtia. qm̃ vnũquodque scitur per suam quiditatem. quia quiditas est principiũ demonstrationis. Sed primæ substãtię sunt aliud a suis quiditatibus: sequitur ergo quod nõ sunt scibiles: & similiter, si per se bonũ, quod est vniuersale bonũ, non habet quiditatẽ boni sibi identificatum, a pari nullũ ens vniuersaliter habebit quiditatem entis, & nullum vnũ quiditatem vnius, & sic de omnibus alijs oportet dicere. s. quod habeant quiditates sibi vnitas, ac identificatas, aut quod nulla res habeat aliquo modo quiditatem. quare, si ens non est idem suæ quiditati, nihil erit idem suæ quiditati, sicut illud, quod non habet quiditatem boni, non est bonũ. & similiter substãtiæ primæ, quæ sunt indiuidua substãtię, quæ de nullo prædicãtur, idem est in ipsis quiditas, & habẽs quiditatẽ, & similiter siue fuerint, siue nõ fuerint ideæ, ad hoc, vt res sciãtur, sufficit vt quiditas sit eadẽ ei, cuius est quiditas. et similiter, si ideæ sunt, vt Plato dicit, rectũ est vt sint vtiles ad scientiã nostrã, vt per eas homo sciat substãtias, quarũ sunt: sed non necessario patet eas esse, neq; quonã modo se habeant cũ rebus sensibilibus, vt fingunt Platonici.

Quiditas est demõstrationis prĩcipiũ.

Diluit Ideas Platonis.

Cum declarauit quod quiditates simplices non inueniuntur nisi in substantijs, & quod per illas sunt substantiæ, vult hic perscrutari vtrum ista substantia, quæ est quiditas, & substantia singularis, scilicet indiuiduum substantiæ

C sint idem: ita quod quiditas, quæ est substantia eius, sit quiditas singularis, & illud singulare est substantia per istam quiditatem, aut quiditas rei sit aliud a re in actu. Et quæsiuit hoc propter formas, quas dicit Plato. quoniam secundum illam opinionem erunt quiditates primarum substantiarum aliæ a primis substantijs: quia sunt etiam primæ substantiæ existentes per se. Et dicit. Sed perscrutemur, & cæte. idest, &, cum sit declaratum quod quiditates sunt substantiarum singularium, perscrutemur igitur vtrum substantia, quæ est quiditas, & substantia singularis sunt idem, aut non, antequam perscrutemur de substantia, quam significat definitio quid sit. Deinde dicit. Singulare enim existimatur, & cæt. idest, apparet enim ꝙ singulare nihil aliud est quam substantia cuius est, scilicet quiditas eius. & apparet etiam econtrario, scilicet ꝙ substãtia, quæ est quiditas, est substantia singularis. verbi gratia. Socrates est animal rationale. Socrates enim nihil aliud est quam animalitas & rationalitas, quæ sunt quiditates eius: nec animalitas, & rationalitas sunt quiditates nisi Socratis & Platonis. Deinde dicit. Illa autem, quæ dicuntur per accidens, & cæ. i. composita autem ex substantijs & accidentibus, quæ sunt vnum per accidens, dignum est existimare ꝙ prædicabilia eorum non sunt eadem cum quiditatibus eorum, de quibus dicuntur. Deinde dicit. v. g. homo albus est aliud, & c. i. verbi gra, quoniã homo albus est aliud ab homine simpliciter, qm̃, si homo fuis

Socrates nihil aliud ẽ q̃ aĩalitas, & rationalitas, quæ sunt quiditates eius.

plicitér & homo albus essent idē, tunc quiditas hominis & quiditas hoīs albi es- D
sent idē. D.d.homo.n.&c.contingit.n.dicentibus hoc, dicere ꝙ idē est dicere ho
mo, & dicere homo albus. deinde notificauit ēt ꝙ contingit dicere econtrario, &
d.ergo homo albus & homo, &c. i. & etiā homo albus erit homo tm̄. D.d.Que-
niam autem non est necesse, &c.i.qm̄ aūt impossibile est vt prædicatū & subie-
ctum sint idem in prædicabilibus accidentalibus, manifestū est ex hoc, s.ꝙ prę-
dicatum & subiectū, quæ sunt extrema, nō sunt idem per se, v.g. musicus albus.
Et dedit exemplum de hoc modo accidentis. qm̄ dispositio est manifesta in eo, s.
ꝙ non est eiusmodi, de quo est dicere homo albus, vt distinctum fuit prius in eis,
quæ sunt idē per accidens. & hoc intendebat, cum d. qm̄ non erunt eadem extre
ma.i.qm̄, cū prædicauerimus duo accidētia de aliquo vno, v.g. vnum hominem
esse album, & musicū, non est necesse vt musicum sit album. & per extrema in-
tendebat musicum & album, quia sunt extrema propositionis dicentis musicum
esse album. D.d.sed rectum est existimare, &c.i.sed rectum est existimare ꝙ
ista accidentia sunt cum eis, de quibus prædicantur eadem per se: quia sunt eadē
per accidens propter hoc, ꝙ congregantur in eodem. v.g.ꝙ, cum album prædi-
catur de aliquo, & musicum de ipso, existimatur ꝙ propter hoc congregantur in
eodē, ꝙ essentia albi & musici est eadē. sed nō est ita. D.d.In eis aūt, quæ dicū-
tur per se, &c.i. in eis autem, quæ sunt vnum per se, rectum est dicere ꝙ sunt cū E
suis quiditatibus idē necessario. D.d.sicut dicimus, &c.i.v.g.qm̄, si istæ substātię
sensibiles sunt primæ substantiæ, manifestum est ꝙ ipsæ sunt eædē cū suis quidi-
tatibus, i.cū suis definitionibus. & si non, nō erunt primæ substātię, sed erūt sub-
stantiæ aliorum, sicut contingit ponētibus ꝙ quiditates eorū sunt substantiæ se-
paratæ ab eis. & ideo d. non sint substantiæ aliorum, &c.i.qm̄ ex hoc ꝙ posui-
mus ꝙ substantiæ sensibiles sunt substantiæ existentes per se, non per aliud se-
quitur vt sint cum suis quiditatibus idem. D.d.qm̄, si bonum, &c.i.qm̄, si bonū,
quod est bonū, fuerit aliud a quiditate boni, tunc bonum erit aliquid & sua essen
tia etiā aliud, & animal est aliquid & essentia eius aliud est, & similiter ens &
essentia entis. & erunt hic alię substantiæ a primis substantijs, & naturæ, & for-
mæ, & erunt illæ substantiæ, & formæ priores primis substantijs, s.indiuiduis
substantiarū. D.d.Et, si fuerint absolutæ, &c.i.& si quiditates rerum nō sunt ea-
dē per se cū rebus, sed sunt absolutæ abinuicem, continget vt quædam substātię
non sint scitæ, s.primę substātiæ, qm̄ non sciuntur nisi per quiditates suas: & vt
quædam non sint, s.quiditates separatæ. qm̄ quiditates rerum non sunt entes nisi
per esse rerū habentium quiditates. Et hoc intendebat, cū d. Et dico ea esse abso-
luta, &c.i.& dico ea esse absoluta abinuicem, i. vt quiditas boni existentis per
se sit aliud ab eo, vt dicunt ponētes formas. & similiter de quiditate rerum singu- F
larium. D.d Scire.n.&c.i. & diximus ꝙ contingit vt primæ substantiæ nō sint
scitæ. quia res non sciuntur nisi per suas quiditates: & cū suæ quiditates fuerint
aliæ ab eis, qūo poterunt sciri? D.incœpit declarare qūo sequitur vt omnia ha-
beant quiditates adunatas cū ipsis, & d. Si igitur bonum, &c.i.si igitur bonū exi-
stens per se, s.genus vniuersale, non habet quiditatem boni, tūc ens vniuersale
non habet quiditatem entis: & vnum vniuersale non habet quiditatem vnius. &
sermo de omnibus in hac intentione debet esse vnius, s.aut habet quiditates adu-
natas cum eis, aut nullā habebit quiditatem adunatam. D. d. & si ens non ha-
bet, &c.i. & si ens non est idem cum sua quiditate, nihil est idem cum sua quidi-
tate. D.d.& etiam quod non habet quiditatem boni, &c.i.& si illa, quæ sunt bo-
na, non habent quiditatem boni, non sunt bona, cum illud, quod est bonū, habet
essentiam boni. D.d.& omnia, quæ non dicūtur de alio, &c.& intendebat pri-
mas substantias, i.ꝙ etiam ita est de primis substantijs, s.ꝙ quiditas & hñs quidi
tatem sunt idem. D.d.in istis enim est sufficientia, si fuerit forma, & si non fuerit
idest in quiditatibus rerum, quæ sunt eadem cum rebus, est sufficientia in hoc, ꝙ
res sciantur: siue posuerimus formas separari, vt Plato dicit, siue nō. D.d.sed re-
ctum est, &c.i.& rectum est si sint hic formæ, vt Plato dicit, ꝙ nec pro sint
* a.l.naturę in cognitione hominis. nec est ēt manifestum ex scientia* necessaria ꝙ sint cum
formis sensibilibus, sicut fingunt dicentes formas.

A Simul autem patet ēt ꝙ, si ideæ sint quales eas quidam aiunt, quòd etiam non erit subiectum substantia. has enim substantias quidē necesse est non de subiecto quidem esse. essent enim secūdum participationem. Ex his itaque rationibus vnum & idem non secundum accidens ipsum vnumquodque, & quod quid erat esse: & ꝙ scire vnumquodque, hoc est ipsum quid erat esse scire. quare secundum expositionem necesse est vnū quiddam ambo esse. Quòd aūt secundū accidens dicitur, vt musicū, aut albū, propterea quod duplex significat, non est verum dicere, quod idem sit quod quid erat esse, & ipsum: etenim, cui accidit albū, & accidens. quare quodam modo quidem est, quodā modo vero non est idē quod quid erat esse & ipsum. homini nanque, & albo homini non est idem, passione vero idē. Absurdū autem apparet, & si quis vnicuique ipsorū quid erat esse nomē imponat. erit nanq; etiam præter illud, aliud, quod quid erat esse equo.
B At vero quid prohibet nunc quoque e vestigio esse quædā quid erat esse, si substantia quidem est quod quid erat esse? enimuero non solū vnum, sed ratio etiam eorum eadem, vt ex dictis patet. non enim secundū accidens vnum vni esse, & ipsum vnum. Item, si aliud erit, in infinitum procedet. etenim hoc quidē erit quid erat esse vni esse, illud vero vnum. quare de illis quoque eadem ratio erit. Quòd igitur de primis, & quæ per se dicūtur, vnicuique esse, & vnūquodque idē, & vnū est, patet. Sophisticæ autem ad hanc positionē redargutiones manifestū est ꝙ eadem solutione soluuntur, & si idem Socrates, & Socrati esse. nihil enim differt, nec ex quibus aliquis interrogauerit, nec ex quibus soluens obtinuerit. Quo igitur modo idē cuique est quod quid erat esse, & quomodo non idem, dictum est.

Et formæ si sint, sicut dicunt quidam, tunc subiectum nō erit substantia. quoniam necesse est vt illæ substantiæ non sint de subiecto, & si nō sint modo communicationis. Ex hoc igitur sermone quodli-
C bet & quid, est per essentiam idem, & non modo accidentali. & ꝙ sciētia cuiuslibet rei est ista, s. scire quid est per essentiā. per hanc igitur positionem necesse est vt ambo sint idem. Quę autē dicuntur per accidēs vt musicum, aut album, quia significant duo, ideo non est necessarium dicere ꝙ sint idem per essentiam. illud etenim, cui accidit album, & accidens ēt est secundum vnum modum idem, & quid est per essentiā, & secūdum alium non est idem. secundum autem ꝙ sunt hominis, & hominis albi, non sunt idem: secundum autem ꝙ sunt passiones, sunt idem. Et, si aliquis existimauerit ꝙ quodlibet nomen habet quid per essentiam, apparebit contrarium. erit enim apud ipsum quid est per essentiam aliud etiam. verbi gratia equus est aliud, & quid est per essentiam equi est aliud. Et quid prohibet in quibusdam rebus, vt sit quidē per essentiam statim vt modo sit, si quidē per essentiam est substantia? & etiam non erit idem solum, sed definitio eius erit etiam idem, sicut manifestum est de dictis etiā. essentia. n. vnius

& vnum nõ sunt idem modo accidentali. Et si fuerit etiam aliud, procedetur in infinitũ. quoddam enim quid est erit per essentiam vnum, & quoddam quod est vnum. iste igitur sermo dicitur de illis etiam. Manifestum est igitur q in rebus primis, quæ dicuntur per se, etiam essentia cuiuslibet rerum singulariũ, & quodlibet singulare sunt idẽ, & vnum: Et manifestum est q redargutio Sophistarum dissoluitur hac solutione, & quòd Socrates & essentia Socratis sunt idem. non.n. est differentia inter ea, neque ex illo, quod est rectũ quęri ab aliquo, nec ex illo, cuius dissolutio est difficilis. Dictum est igitur quõ quid est, per essentiam est singulare, & quomodo non.

21 Si ideæ sunt substantię separatę, & omnino diuersę a substantia prima (vt dicunt Platonici, substantia prima non erit substantia, quoniam nihil est substantia nisi per formam. sed, cum ideę sint formę separatę per se stantes, sine materia, non communicant primis substantijs nec per inexistentiam, nec per prędicationem, quoniam substantię primę non sunt formę separatę: qm̃, si communicarẽt primis substantijs, & omne cõicatũ per inexistentiam, & prędicationem rei per se corruptibili est corruptibile, cum maior sit mixtio vniuersalis cum singulari, cui per se communicatur, quam accidens cum subiecto: ergo, si accidentia corrumpuntur corruptis subiectis, vniuersalia quoque corrumpentur, & quidem magis, quatenus magis illis communicantur, quod est contra opinionem Platonis, ideo nullo pacto ideę possunt primis substantijs communicari. Ex his igitur rationibus perspicuum iam euasit, ipsum vnumquodque idem esse quod quiditatem ipsius, non ex accidenti, sed per se: quoniam per quiditatem scitur res, cuius est & definitiue, & demonstratiue. quare per positionem Aristo. & Plat. conuenire necesse est, & esse vnum quid (& in vnam sententiam conueniunt quantum ad hoc, quod scientia sit per quiditatem) & entitas: vel necesse est per rationes inductas dicere ambo quiditatem, & vnumquodque esse vnum quid, & idem: quod non est idem in his, quę dicuntur per accidens, vt homo albus, & homo musicus: quia sermo iste duas naturas diuersas significat videlicet musicam, & albedinem, cum sit sermo compositus: quare non habet vnam, nec eandẽ definitionem: quoniam illud, cui accidit albedo, est aliud ab albedine: & hoc non intelligitur de quiditate affectus, sed de affectu ipso: quoniam videtur quod album sit idem, & non idem subiecto: idem, vt prędicatur de subiecto, non idem vero quatenus natura affectus, & subiecti non est eadem: vnde affectus, quo substantiarum sunt affectus, secundum nomina possunt de substantijs prędicari, per se autem, & quiditatiue nequaquã: & si aliquis putaret quod omne habens nomen habeat quoque & definitionem, secundum illud nomen, fieret, vt quiditas rei, quę est rei forma, cum habeat nomen saltem ex noua impositione, habeat definitionem secundum illud nomen. &, si ita esset, contingeret quiditatem equi esse diuersam secundum definitionem ab ipso equo, cũ quiditas & habens quiditatem discrepent. at hoc non est ita, quia nihil prohibet in substantijs esse aliquid, quod non habet definitionem. quiditas enim substantię definitionem habere nequit. definitum enim non est vnum tantum, sed definitio & definitum sunt idem, vt probatum est supra. verbi gratia homo non est vnum tantum, sed vnum cum sua definitione. quoniam, si quiditas esset aliud a re, cuius est quiditas, tunc processus esset in infinitum. nam, si quiditas vnius nomen fuerit impositum, alia erit quiditas nominis impositi, & sic quiditatis erit quiditas. quod si fiat, in infinitum procedatur necesse est: nam vnius quiditas erit rursus alia quiditas, & iterum horum ratio erit eadem: & quemadmodum est in vno, & in sua quiditate, ita intelligendum est in cęteris alijs: nam quemadmodum in vno est, & in sua quiditate, ita intelligendum est in cęteris alijs: nam quemadmodum in vno tione quiditas vnius non est alia ab ipso vno, sic in cęteris omnibus est idem eundum: patet igitur ex his, quod quęlibet substantiarum primarum est idem cum sua quiditate. Et quoniam Antisthenes sophistico syllogismo ostendebat non

Quod p existẽtiã aut p̃dicationẽ rei corruptibili cõicatur, est corruptibile.

Res scitur p eius quiditatẽ definitiue, & demõstratiue.

Dubitatio

Solutio.

Definitio, et definitũ sunt idem.

A esse idem quiditatem, & id, cuius est quiditas: docet soluere sophisticam suam captionem, qui ad hunc modum syllogizabat. homo est vnus, homo est animal & rationale: igitur animal, & rationale sunt vnum animal: & rationale est vnũ, animal & rationale sunt duo, igitur duo sunt vnum. Solutio est per ea, quę dicuntur ad interrogationem principalem, quod homo, & sua definitio est vnum in actu, & plura potentia: ante enim quam homo resoluatur, est vnũ actu, postquam ad genus & differentiam dissoluitur, est plura potẽtia: & forte cauillus hoc modo componitur: homo habet quiditatem, quiditas hominis est homo, igitur quiditas hominis habet quiditatem. respondetur ad minorem per distinctionem, videlicet quod quiditas hominis sit homo, capiendo hominem pro forma hominis, quę significatur per illud nomen concretum homo: capiendo vero hominem pro composito, sic quiditas hominis non est homo, & sicut etiam conceditur albedo est album pro qualitate, & negatur, illa albedo est album, accipiendo album pro aggregato ex corpore, & albo. sic hęc conceditur quiditas hominis est homo, accipiendo hominem pro forma hominis, & negabitur capiendo hominem pro aggregato ex forma & materia, & sic dicimus solam formam rei cõpositę esse quiditatem, Compositum vero ex materia & forma esse habens quiditatem. quo pacto igitur quiditas, & ipsum singulare sit idem, & quo pacto non est idem, dictum iam est.

Antistenes negauit quiditatẽ, & habere quiditatem esse idẽ. Soluit Antisthenis cauillus.

Quiditas hominis ẽ hõ, et nõ homo: vide.

Sola forma est quiditas.

B Idest, Et si formę sunt, vt dicunt, necesse est vt indiuidua substantiarum non sunt idem. Ista enim non sunt substantię, nisi per formas. & formę separatę non dicuntur de subiecto, quia essent non separatę, & communicantes subiecto. & si hoc esset, essent generabiles, & corruptibiles. & hoc est contra positionẽ eorum, qui dicunt formas esse. Deinde dicit ex hoc igitur sermone, &c. idest, ex istis igitur sermonibus, quos diximus, apparet ꝙ quid, & sua quiditas sunt idem, & ꝙ non sunt idem per accidens. verbi gratia. quoniam homo, & sua quiditas, quę est animal rationale sunt idem non separabiles. & similiter rationalitas & animalitas, quę sunt in eo, sunt idem in actu, & duo in potentia. Deinde dicit & ꝙ scientia cuiuslibet rei, &c. idest & manifestum est ex hoc, quod diximus, ꝙ scientia cuiuslibet rei est ex sua quiditate. quoniam omnis res est idem cum sua quiditate. quoniam, si illa, quę significant partes definitionum, & definitiones essent separatę a definitis, essent alia. &, si essent alia, tunc scientia definitorum non esset a definitione. Deinde dicit per hanc igitur positionem, &c. idest, potest intelligi sic. & quia cõuenimus cum aduersarijs in hoc, ꝙ omnes res non sciuntur nisi per suas definitiones, debent concedere ꝙ illa, quę significant definitiones, & partes earum, non sunt separata a definitis, sed sunt idem essentialiter. Et potest intelligi sic. & per has propositiones, quas posuimus, cogitur considerans credere ꝙ quiditas, & habens quiditatem sunt idem. Deinde

C dicit. Quę autem dicuntur per accidens, &c. idest illa autem, quę dicuntur per accidens. verbi gratia. homo albus, & homo musicus, quia iste sermo significat duas naturas diuersas, s. albedinem & musicam, ideo sermo cõpositus ex eis nõ est idem: & ideo non habent vnam cõem definitionem. D. d. illud. n. cui accidit, &c. i. illud enim, cui accidit albedo, est aliud ab albedine: & accidens secũdũ ꝙ potest pdicari de suo subiecto, quia est eius passio, est idẽ: & secũdũ ꝙ natura eius nõ est natura subiecti, non est idẽ. & hoc intendebat, cum d. secundũ autẽ ꝙ sunt hominis, & hominis albi, &c. i. secundũ autẽ ꝙ accidentia sunt in subiectis, non sunt subiecta: secundũ autem ꝙ sunt passiones subiectorum, sunt idem, v. g. homo albus. Et intendit, q̃m secundum ꝙ sunt passiones substantiarum possunt p̃dicari de substãtijs secdm ꝙ nomina nõ secdm definitiones: secdm. n. definitiones nõ possunt prędicari de substãtijs. & hoc d. in categorijs. D. d. Et si aliquis existimauerit, &c. i. & si aliquis existimauerit ꝙ omne habens nomẽ habet definitionẽ, secundũ illud nomẽ, apparebit contrarium. q̃m, si omne nomen haberet definitionem, tunc quiditas rei, i. forma eius haberet definitionem. &, si ita esset, contingeret quod quiditas equi esset aliud ab equo secundum definitionem. D. d. Et quid prohibet in quibusdam, &c. i. & quid prohibet in substantijs ꝙ posuerimus ꝙ illud, quod significant definitiones earum sint substantia, vt sint idem cũ eis,

quæ significant definitiones, & non sunt alia? D. d. & etiam non erit idem solũ, idest & definitum non erit vnum tantum: sed definitum & definitio sunt idem, sicut declaratum est superius. v. g. ꝙ homo non est vnum tantum, sed vnum cum sua definitione. D. d, Et, si fuerit etiam aliud, procedetur in infinitum. i. & si illud, quod significat definitio, habet naturam aliam a natura definiti, i. naturã existentem in actu extra naturã definiti, sequitur vt natura, quam significat definitio, habeat secundã definitionem significantem tertiam naturam extrinsecam a natura secunda, & tertia quartam, & sic in infinitum. D. d. quoddã. n. quid est [illegible] per essentiam, &c. i. idem. n. diuidetur in duas partes, quarum vtraque est vnum, scilicet in formam, & illud, cuius est forma. & intendit, si forma habuerit definitionem, & materia definitionem, cuius quoddam est quiditas & vnum, & quoddam est illud, cuius est quiditas & vnum, aliud habebit aliam definitionem. D. [illegible] iste igitur sermo dicitur de illis etiam. i. v. g. qm̃ forma & materia, si habent definitionem, necesse est vt diuidantur in duas partes: quarum vtraque diuidatur [illegible] definitionem, & definitum: & cum hoc quod congregatur ex eis, est vnum. D. [illegible] Manifestum est igitur ꝙ in rebus primis, quæ dicuntur per se, & essentia [illegible] bet rerum singularium, & quodlibet singulare sunt idem, & vnum, & [illegible]

Dubiũ Antisthenis. ꝑ quo vide, 5. Met. 34.

* 2. 1. qm̃.

stum est igitur ꝙ quælibet primarum substantiarũ est idẽ cũ sua quiditate. D. Et manifestũ est ꝙ redargutio, &c. i. * qm̃ Sophistæ quærebãt si homo est [illegible] si respondetur ꝙ ita, dicunt, nonne homo est animal & rationale? ergo est [illegible] & non vnum. & ideo dixit ꝙ per istam eandem solutionem dissoluitur [illegible] stio, s. ꝙ dicetur eis ꝙ homo & sua definitio sunt vnum in actu, & plura in potentia. & hoc intendebat, cum d. & ꝙ Socrates, & essentia Socratis. &c. [illegible] quæ Sophistarum est ista. quiditas hominis aut est eadem cum homine, aut [illegible] si aliud, tunc homo non habebit quiditatem. si idem, tunc quiditas [illegible] homo: & homo habet quiditatem: ergo quiditas habebit quiditatem. & [illegible] nitam. Et solutio est. qm̃ quiditas hominis est homo vno modo: & non est homo alio modo & est forma hominis, & non est homo, qui est congregatus ex materia & forma. & hoc intendebat, cum d. neque ex illo, quod est rerum [illegible] aliquo, &c. i. & per istum sermonem dissoluuntur omnes quæstiones [illegible] hac intentione, siue fuerint facilis dissolutionis, siue difficilis. D. d. D[illegible] tur quomodo quid est, per essentiam, &c. i. declaratum est igitur ex hoc [illegible] modus, ex quo apparet ꝙ substantia sola est definita, & ꝙ est vnum [illegible] vnum in actu, & non vnum in potentia, i. ꝙ natura actus non est eadem cum natura potentiæ. sed Sophistę accipiebant definitionem, & definitum vnũ quodammodo, & non vnum quodammodo.

Qḡiditas hominis est hõ vno mõ, & nõ est homo alio mõ, & est forma hominis. Idem infra 33. 34. & 43. 12. Met. cõ. 14.

Caput Sextum. Entium alia natura, alia arte, alia casu: omnia vero ab aliquo, ex aliquo, & aliquid fieri.

EOrum autem, quę fiũt, quędam natura, quędam arte, quędam a casu fiunt. Omnia vero, quę fiunt, & ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiunt. Aliquid vero dico, secundum quodque prędicamentum. aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut vbi. Generationes vero, naturales quidem hę eorum sunt, quorum generatio ex natura est. ex quo autem fit, ea est, quam materiam dicimus. a quo vero, quippiam eorum est, quę natura sunt. ipsum autem aliquid, homo, aut planta, aut quicquam aliud similium, quę maxime dicimus substantias esse. Cuncta vero, quę aut natura, aut arte fiunt, habent materiam. possibile enim est esse, & non esse eorum vnumquodque. hoc autem [illegible] materia. Vniuersaliter vero & id, ex quo natura, & illud, per quod [illegible]

quæ

A quod enim fit, habet naturam, vt planta, aut animal. Et a quo, natura quæ ſecundum formam dicitur, quæ eiuſdem ſpeciei eſt. hæc autem in alio eſt. homo nanque hominem generat. ſic igitur fiunt, quæ ob naturam fiunt. Cæteræ vero generationes dicuntur effectiones. Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a poteſtate, aut ab intellectu.

Illa autem, quæ generantur, quædam generantur natura, & quędam artificio, & quædam ex illo, quod eſt per ſe. Et omne, quod generatur, eſt aliquid, & ab aliquo per aliquid. Et dico aliquid, quodlibet prædicabile, aut hoc, aut quantum, aut vbi, aut quale. Generabilium autem quædam ſunt, quorum generatio eſt a natura. & ex eis quoddam eſt illud, ex quo eſt generatio, quod eſt materia: & quoddā illud, per quod fit aliud, quod fit a natura, aut hoc, aut con[illegible]us, aut aliud tale, de quibus dicimus eas eſſe ſubſtantias. Et omnia, quæ ge-
B nerantur aut a natura, aut artificio, habent materiam. quodlibet enim eorum habet potentiam ad eſſe & non eſſe. & hoc in quolibet eſt materia & quod habet naturam, & eſt generatum habens naturam, vt [illegible], aut animal. Et illud, per quod eſt illa natura, eſt illud, quod dicitur per formam, aut ſimile formæ, & eſt in alio. homo enim generat. illa enim, quæ ſunt per naturam, ſecundum hoc generantur. Generabilia autem alia dicuntur actiones. Et eorum actiones, aut ſunt a potentia, aut artificio, aut cognitione, aut caſu, aut ex ſe.

Ariſt. in præſenti textu vult declarare Platonis ideas ad rerum generationes nihil prodeſſe. nam, cum oſtendiſſet eas inutiles eſſe tum ad rerum ſcientias, tum ad rerum exiſtentias, etiam ſi fuerint: vult hic demōſtrare eas inutiles eſſe ad rerum generationes, q̄m pro rerum generatione ſufficiunt agentia particularia, & præmittit primo diuiſiones: quarum prima eſt, quod omne id, quod generatur, ali[illegible] generatur, aut a natura, aut ab arte, aut a caſu. ſecundo, omne, quod fit, eſt aliquid decem prędicamentorum, quanquam nō eadem ratione: nam quod in ſubſtantia generatur ſimpliciter generatur, in cęteris autem prædicamentis generatur ſecūdum quid, vt quantum, aut quale aut aliquid horū quaſi 22

Plato Ideæ ſunt ad rerū gn̄ationē inutiles.

Oē, quod generatur, aut arte, aut natura, aut caſu gn̄atur.

C forma: q̄m in omni generatione aliquid tranſit de potētia in actum, & cum nihil tranſire poſſit de potentia in actū niſi ab agente, ideo tria ſunt, agens, a quo tranſit, potentia, ex qua tranſit, quę materia eſt, ex qua vnumquodq; fit, & id, quod tranſit [illegible] eſt, & forma, quę fit. & iſta ſunt generabilia naturalia, q̄ ſunt a natura, in quibus inuenitur cauſa materialis, & agens naturale, vt homo, aut aliud generabilium: q̄m vera, ac propria generatio fit in prędicamento ſubſtantiæ, cum in alijs prędicamentis ea, quę ſunt generabilia, dicantur magis pati q̄ generari, q̄m hęc generatio nō mutat niſi nomen tm̄, illa autem, quę fit in ſubſtantia, mutat nomen & definitionem [illegible] in hac generatione ſubſtantię quid [illegible] in quiditatem, in qua ſupponitur materia ex qua, & agēs [illegible] quod fit. Vnde ea, quę fiunt ab arte cōicant cum his, quę fiunt a natura in tribus [illegible] in materia, forma, & in agente. forma enim eſt illud, quod generatur [illegible], & agens eſt illud, quod facit compoſitum ex materia, & forma, [illegible] de potentia materię, ſiue talis forma ſit naturalis, vt homo, ſiue artificialis vt domus. conueniunt etiam res naturales inter ſe, q̄m res naturales [illegible], & formam, quę ſunt naturę, ideo vnumquodq. generatur [illegible] materiam, & formam, aut ſimile formę, [illegible] aliqua ſint naturalia, quę [illegible] ſpecie [illegible] vt mulus, qui generatur ab equo, et aſino, habet tā materiam cōem, quod eſt genus in omni generatione, q̄m omne, qđ

Quę gn̄antur in ſubſtātia mutāt nomē & rōnē. Idē 1. Phyſ. c. 62. & 63.

Artificialia in tribus cū naturalibus cōicant.

Cōicātia naturaliū inter ſe.

Poſſunt aliqua tripliciter fieri.

generatur, generatur a ſuo ſimili ĩ ſpecie, vel genere: Cęterę vero generationes, quę non fiunt ab agente naturali, dicuntur magis acta quàm generata, & fiunt aut ab arte, aut a potentia animali, vel naturali per violẽtiam, aut ab intellectu ſine arte. Poteſt enim aliquis agere quędam intellectu arte affecto, & nonnulla intellectu ſine arte: fiunt enim ab arte domus, arca, lectulus, idolum, &c. id genus. fiunt potentia violentante tonitrua, ac terręmotus, & id genus: fiunt nonnulla ab intellectu ſine arte, vt quę a fortuna fiunt, de quibus ſtatim dicetur.

Intendit in hoc capitulo declarare, quod formę Platonis nihil proſunt ad generationem: quoniam, cum deſtruxit eas non prodeſſe in ſcientia, ſi conceſſerimus eas eſſe: vult etiã in hoc capitulo deſtruere eas non prodeſſe in generatione. Et dicit illa autem, quę generantur, &c. i. & manifeſtum eſt quod omne, quod generatur, generatur ab aliquo trium, aut a natura, aut ab artificio, aut ex ſe, ſ. caſu. D. d. Et omne, quod generatur, eſt aliquid, &c. id eſt & omne, quod generatur, eſt aliquid decē prędicamentorum, & generatur ab aliquo, & eſt materia: & per aliquid, & eſt agens. & dico generabile eſſe aliquid, ſ. ſubſtantiam, & aliquod aliorum prędicamentorum. D. d. Generabilium aũt, &c. i. generabilium aũt quędam ſunt naturalia, & ſunt illa, quę ſunt a natura. Et, cum induxit generabilia per naturã, incœpit narrare quod cauſa materialis cuiuslibet eorum eſt ſui generis, & d. et ex eis quoddam eſt illud, &c. i. ex generabilibus per naturam inuenitur cauſa materialis, & agens generabilia, vt homo, aut aliud generabilium. Et d. aut aliud tale, innuendo quod ſermo eius eſt de generabilibus, quę ſunt in prędicamento ſubſtantię, quę dicuntur generari proprie. generabilia aũt, quę ſunt in alijs prędicamentis, magis dicuntur pati, quàm generari. Et, cum declarauit quod generabilia naturalia fiũt a materia, & ab agente, quę ſunt huius generis, i. generabilium naturaliter, incœpit narrare quod artificialia conueniunt cum rebus naturalibus in iſtis tribus, i. quod habent materiam, & quod ſunt per aliquod, & quod ſunt aliquid, & d. Et omnia, quę generantur aut natura, &c. D. d. cauſam, propter quam quodlibet eorum habet materiam, & d. quodlibet enim eorum, &c. i. in quolibet enim eorum inuenitur aliquid, quod poteſt recipere formam naturalem: aut artificialem: aut non poteſt recipere, & quod eſt tale dicitur materia, & eſt illud, ex quo eſt natura totus. D. d. & quod habet naturam, &c. i. & conueniunt ẽt omnes res generabiles habentes naturam & formam in forma & natura generatum enim habet naturam & formam, vt homo in rebus naturalibus, & domus in rebus artificialibus. & d. aut ſimile, propter illa, quę generantur a natura cõi duabus formis diuerſis, vt mulus ab equo, & aſino. D. d. generabilia autem alia dicuntur actiones, i. generabilia aũt alia, pręter illa, quę ſunt in ſubſtantijs, magis dicuntur acta quàm generata. Et cum d. iſta, induxit etiam cauſas agẽtes ea, & d. Et omnes actiones, &c. id eſt & intendit per artificium potentiam artis: & per potentiam virtutem animatam & naturalem: & per cognitionem illud, quod homo agit a cogitatione & voluntate: & per illud, quod eſt ex ſe, caſum, qui eſt a natura, & ab anima: & per caſum, qui eſt voluntarius, vt dictum eſt in 2. Phy. & non dixit in generabilibus per naturam, ſ. generabilibus in ſubſtantia ea generari ab illo, quod eſt per ſe, quoniam nulla ſpecies inuenitur fieri caſu, ſed inuenitur aliquod ſimile ei, quod fit caſu, ſ. ſpecies, quę fiunt ex ſe, non ex ſimili, vt poſt dicet.

2. Phyſi. 57. Nulla ſpẽs inuenitur fieri caſu. Idem 6. Me. c. 4. et 6. & 8. Phy. cõ. 46. tex. com. 32. Hęc nõ reperies ĩ Auer. tex. uſq; ibi, ſanitas uero eſt rõ, ea tñ exponit ex textu Nicolai.

Harum autem quædam etiam a caſu fiũt, & a fortuna, perinde atque in his, quæ a natura fiunt. quædam enim & illic, eadem & ex ſemine, & abſque ſemine fiunt. de his itaque poſtea conſiderandum eſt. Ab arte autem fiunt, quorum forma ĩ anima. formam autem dico ipſum quid erat eſſe vniuſcuiuſq;, & primam ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem forma eſt. priuationis nanque ſubſtantia oppoſita ſubſtantia, vt ſanitas ægritudinis. illius enim abſentia oſtenditur ægritudo. ſanitas vero eſt ratio, quæ in anima & in ſcientia eſt. Fit autem ſanum, ita intelligente. cum hoc ſanitas ſit, neceſſe

A est, si sanitas erit, hoc fieri, vtputa æqualitatem. quòd si hoc, caliditatem. & ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest vltimum facere. Deinde motus, qui iam post hæc fit, effectio ad sanitatem appellatur. Quare quodam modo ex sanitate sanitatem accidit fieri, & domum ex domo, quæ sine materia, eam, quæ habet materiam. Ars enim medendi, & ædificandi est forma sanitatis, & domus. dico autem substantiam absque materia quod quid erat esse. Generationum autem, & motuum, hęc quidem intellectio, illa vero effectio vocatur. quę quidem a principio & forma, intellectio. quę vero ab vltimo ipsius intellectionis, effectio. Similiter autem & in cęteris mediis vnumquodque fit. dico autem, vtputa, si conualescet, oportet adęquari. quid igitur est adęquari? hoc autem erit, si calefiet. hoc autem quid est? hoc quidem. hoc autem potestate inest, hoc vero iam in ipso est. Faciens igitur, & vnde conualescendi motus incipit, si ab arte, forma est in anima. quòd si a casu, ab eo, quod est fa-

B ciendi principium illi, qui ab arte facit. sicuti fortasis & in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis, aut plura. hoc autem vltimum faciens, & quod ita pars est sanitatis, & domus, & aliorum, vt lapides. Quare, quemadmodum dicitur, impossibile est fieri, si nihil pręexistat.

Hic habes Methodos Resolutiuã, ac Compositiuam.

Sanitas vero est definitio, quę est in anima, & scientia etiam. Et erit sanitas eius, qui infirmatur secundum hunc modum. cum illud fuerit sanitas, necesse est, si hoc sanatur, vt habuerit naturam diuersam & si hoc fuerit, erit calor. & secundum hunc modum dicemus vnum post aliud, donec perueniamus in hoc, quod impossibile est vt post ipsum sit aliud. Deinde motus, qui est ex hoc, est actio eius, quod pręcessit ad sanitatem: ita quòd accidit quoquo modo vt sanitas sit ex sanitate, domus ex domo, quę sunt non a materia, illa, quę

C sunt ex materia. Ars enim medicinæ, & ars ædificatoria sunt forma sanitatis, & forma domus. & dico substantiam, & hoc est tale, & est talis in potentia. Et est talis causa agens, & illud, ex quo est principium motus. sanitas enim si est ab artificio, est a forma, quæ est in anima. & si est ex illo, quod est per se, erit illud, quod est ex hoc. & cum principium actionis est agens ex artificio, vt operari per medicinam, rectum est vt principium sit ex calefactione, & erit hoc per confricationem. Calor igitur, qui est in corpore, aut est pars sanitatis, aut aliquid tale sequitur ipsum, & est pars sanitatis, aut erit per plura, quorum vnum est agens, & est secundum hunc modum etiam pars sanitatis, & domus.

Proposuit enim tria, quędam fieri a natura, quędã ab arte, & quędam a casu: &, cum declarauit ea, quæ a natura fiunt, consentaneum rationi est, vt exponat nunc ea, quæ fiunt ab arte, vt ostendat etiam quod id, quod fit ab arte, fieri a sibi simili, quemadmodũ id, quod fit a natura, fit a sibi simili in specie, uel genere. sed, quia vr qd in his, quę ab arte fiunt, quędã fieri possunt a casu & fortuna: et simi 23

Quę sit intētio Philosophi.

liter in his, quę a natura fiunt. ideo asserit quod in his, quę ab arte fiunt, nonnulla
casu, & fortuna fiunt: vt, si aliquis se balneauerit, vt se abluat, veniatq; inde sani
tas pręter intentionem: hęc dicetur casu, aut fortuna accidere: & de his posterius
est considerandum, & in his, quę a natura fiunt, aliqua casu ac fortuna fieri vide
tur, cum nonnulla naturalia ex semine, et sine semine fiunt: si quidem herbę tam

In gñabilibus p naturã nihil fieri casu vr̃. Vide idẽ latius 8. Phys. sex. com. 48.

ex semine, tam absq; semine generantur: sed reuera in generabilibus per natu
ram nihil fieri casu uidetur, qm̃ nulla species potest fieri casu. sed bene inuenitur
aliquod simile ei, quod fit casu: vt species, quę fiunt ex se sine agente per putrefa
nem, quę cum non fiant a simili, videntur fieri casu & fortuna, nõ tamen fiunt re
uera casu, qñ nulla species perfecta potest fieri natura, & casu: Ab arte autem ea
fiunt, quorum formę & quiditates sunt in anima, s. & in prima substantia, & illę
formę sunt quodammodo eadem forma. s. quę est in anima, & quę est in prima
substantia: ideo forma in artificio facta dicitur duobus modis. vt sanitas, quę dici
tur de forma, quę est in anima, & de habitu, qui est in corpore, & ambę sunt idẽ.
& ideo quiditas apprehensa nihil aliud est, nisi species, quę est apprehẽsa ab ani
ma artificis: & ostenditur sic. quod est idem contrariorum: species est in anima,
quiditas rei artificialis apprehensa est eadem contrariorum: igitur quiditas rei
artificialis apprehensa est species in anima artificis. formę enim contrarię existẽ
tes in anima artificis sunt quodammodo eadem forma, & hoc pacto anima reci

Aĩa qũo recipit formas contrarias.

pit formas contrarias, non quia congregantur in anima duę contrarię formę si
mul, sicut non congregantur extra animam, nam & in anima, & extra animã
semper vnius contrarij generatio est corruptio alterius, & econuerso: & sic duo
contraria sunt in anima non per species contrarias, sed per vnam speciem, quę
ambarum est. per quę patet alterum contrariorum corrumpi propter pręsentiam
alterius, nõ autem ignorari propter scientiam alterius, cum per eandem speciem

In gñe artis duo sunt motus.

cognoscantur ambo: & cum ita sit, videtur quod in opere artis duo sint motus, al
ter in anima, & alter extra animam, per motum quidem in anima fit ordina
tio, & deliberatio, quę dicitur propositum, per motum extra animam fit exe
cutio eius, quod in mente erat propositum & ordinatum. verbi causa sanitas dici

Propositum quid in aĩa, & qũo fit.

tur de sanitate, quę est in anima medici, & de sanitate, quę est in corpore, quę p
uenit ab ea, quę est in anima: ista enim est prior in intentione, quod est primus
motus, qui fit in anima: illa vero est posterior in executione, quod est motus ex
tra animam. Vnde sanitas in rei veritate, quę est in anima artificis, est eius defi
nitio, & scire ipsam, non est sanitas, quę est extra animam, sed erit sanitas eius,
qui infirmatur. vnde introducitur sanitas in ipsum a sanitate, quę est in anima: ut,

Quod est in aĩa est cã illius, quod est extra aĩam.

si aliquis ęgrotus debet sanus fieri, expedit vt altcretur eius complexio, neq;
ipsa potest alterari nisi a medicamẽto, inde sequatur fluxus naturę, & non actua
tur medicamentum nisi a calore naturali, ex qua actuatiore, vel alteratione se
quitur naturę fluxus, ad quem sequitur sanitas: medicamentum mẽsuratur in ani
ma artificis ex cognitione sanitatis pręcedentis habita per definitionem sanita
tis, quę est in anima. & sic sanitas in anima est primum principium in cognitio
ne, & vltimum in executione. cętera vero sunt actiones intermedię. ex quibus
apparet quod sanitas extra animam est a sanitate, quę est in anima. finis enim
operationis est principium cognitionis, & econuerso scilicet principium cogni
tionis est finis operationis. & causa huius est, quoniam ars medicinę, quę est ha
bitus animę est eadem cum forma medicinę extra animam, similiterq; de arte
ędificatoria dicendum est, quod est similis ędificiorum formis: vnde tria conside

Tria ĩ vnaquaq; actiõe cõsiderãda.

rantur in vnoquoq; eorum, scilicet forma sine materia, & forma, quę est in mate
ria, id est inconcreto, & forma, quę est in anima. Vnde per hoc apparet quod hic
sunt duę formę in duobus subiectis vnius speciei, quorũ vnum est in anima me
dici, & aliud est corpus animatum, & tertia est forma sanitatis nuda ab omni su
biecto, sicut est etiam in omnibus gẽnerabilibus, & corruptibilibus: namq; quic
quid en aliquid est ex aliquo in potentia existiente per aliquod existens in actu,
quod assimilatur principio motionis. et ideo causalis ipsa sanitas, quę est sic cal
te, & a caliditate, quę est in corpore sanabili, licet interdum sit remissa adeo, vt
indigeat arte, qua perficitur. & Aristo. hoc dicit, vt declaret naturalia ipsa gen

A tia esse similia agentibus ex arte, quoniam in vtrisq; est agere per se, & casu. sanitas enim, quę fit ab arte, rectū est vt fiat ex calefactione, & calefactio fiat ex frictione, aut a medicamento calefactiuo. Calor ergo, qui est in corpore factus a frictione, aut a calefactiuo medicamento, aut est pars sanitatis, aut illud, quod sequitur ab eo, quod est pars eius, quod erit aut vnum, aut plura vno, tamen omnia ista erūt partes sanitatis, quarum vna erit primum agens, vt calor. Et quouis modo fit sanitas est a sanitate aliqua, aut ab illa, quę est in corpore sanabili, aut ab ea, quæ est in anima artificis, & similiter dicendum est de omnibus alijs, quæ arte fiunt. In agētibus tam naturalibus, quā artificialibus accidit casus.

Iste sermo non videtur continuus cum sermone prędicto. & in libro Nicolai Peripatetici, & in eius abbreuiatione ex hoc libro dicit. & actiones residuæ aut erunt ab artificio, aut a potentia. & pauca generabilia erunt ex se, & casu, quemadmodum in rebus naturalibus est etiam aliquid, quod generatur ex seminibus, & aliquid, quod generatur ex non seminibus. Debet igitur legi continuum cum hoc, quod dixit, quod quędam erūt ex se & casu, quemadmodum in rebus naturalibus etiam est aliquid, quod generatur ex seminibus, & aliquid, quod generatur ex non seminibus, id est quod illud, quod generatur ex non seminibus, est simile actionibus, quę fiunt casu. Deinde inuenimus in lib. Nicolai sequi. Et generabilia ab B artificio sunt illa, quorum formę, & quiditates sunt existentes in anima, s. in prima substantia. & illę formę sunt quodammodo eadem forma. Multotiens etiam scimus formam per non esse, & non esse per formam: quoniam non existunt insimul, vt sanitas, & infirmitas, sed corruptio alterius est generatio reliqui. Et sanitas dicitur duobus modis. dicitur enim de forma, quę est in anima, & de habitu, qui est in corpore. & ambo sunt idem: sed sanitas secundo modo inuenitur ab ea, quę est secundum primum modum. Et, cum ita sit, est post istam, aut ista est sanitas. & post hunc sermonem inuenimus sermonem Arist. Et Nicolaus intendit per hoc, quod dicit. & generabilia ab artificio, &c. id est & res existētes ab artificio, sunt illa, quorum formę, & quiditates sunt in anima: & formę contrarię existentes in anima, sunt quodammodo eadem forma: & ideo recipit anima cōtrarias formas. Deinde dicit causam in hoc, & dicit multotiens enim &c. id est & signum huius est, quoniam multotiens scimus formas per suas formas contrarias, & contraria per suas formas. & hoc erit secundum illud, quod est manifestius, non quia cōgregantur in anima duę formę contrarię insimul, sicut non congregantur extra animam: quoniam esse alterius est corruptio reliqui, & corruptio alterius est generatio reliqui. D. d. & sanitas dicitur duobus modis, &c. id est & cum ita sit, manifestum est quod forma artis dicitur duobus modis: quorum vnus est forma, quæ est in anima, & alius est illa, quę est extra animam, & sunt idem: & quod illa, quæ est C extra animam, est ab illa, quę est in anima. verbi gratia, quoniam sanitas dicitur duobus modis. dicitur enim de intellectu sanitatis, qui est in anima, & dicitur de sanitate existente in corpore: & quod sanitas, quę est in corpore, est a sanitate, quę est in anima. et hoc intendebat in hoc cap. declarare scilicet quod artificium in hoc est simile naturæ, scilicet quod in hoc, quod illud quod fit, fit ab eodem in forma, aut a simili. & ideo dicit quod sanitas in anima est sanitas prima intentione. D. d. & cum ita sit, &c. id est sanitas igitur, quę est extra animam, est per sanitatem, quę est in anima: aut sanitas, quę est in anima, est sanitas simpliciter, & quæ est extra animam, est posterior. Deinde incepit dicere quomodo inuenitur sanitas, quę est extra animam, a sanitate, quę est in anima. & hoc est de verbis Aristotel. cum dixit. Sanitas vero est definitio, quæ est in anima, & scientia ēt, &c. id est sanitas vero in rei veritate est definitio sanitatis, quę est in anima. & scire ipsam non est sanitas, quę est extra animam. Deinde dicit. Et erit sanitas eius, qui infirmatur secundum hunc modum, id est & sanitas, quæ est extra animam, a sanitate, quę est in anima, secundum quod dicam. Deinde dicit cum illud fuerit sanitas, necesse est, &c. id est, & cum iste infirmus est modo sanus, necesse est vt fluxus naturę fuerit. & si fluxus naturę fuerit, necesse est calorem fuisse. & si calor est, necesse est potabile laxatiuum. & hoc intendebat, cum dixit. & si hoc est, iam fuit calor. Deinde dicit, & secundum hunc modum dicemus vnum post

Introductio Nicolai.

Formę contrarię existētes ī aīa sunt quodāmodo eadē forma. & ideo aīa recipit contrarias formas. Vide 6. Met. c. 8. Sanitas ī aīa & extra animā sunt idē. vide oppositū 12. huius c. 23.

Hic exponit textum suū.

Diſſolō fit ĩcipiēdo a poſteriori,& ꝑueniendo ad primū principium. Sed oppoſitū.vide 2. Meta. cō.11. Vide contr. Zim.

Principium opatiōis eſt finis cognitiōis,& ecōtra. Idem 2. Phy.c.89.

aliud,&c.i.& ſic dicemus vnum poſt aliud ſecundum diſſolutionem,ſ.incipiendo a poſteriori,& perueniendo ad primum principium in cognitione. D.d.Deinde motus,qui eſt ex hoc,eſt actio,&c.i.deinde motus, qui incœpit ab vltimo in diſſolutione,& eſt compoſitio,dicitur actio procedens ad ſanitatem, ita ꝙ accidat,ꝙ ſanitas,quę eſt extra animam,ſit ad ſanitatem, quę eſt in anima.Et intendebat ꝙ eſſe ſanitatis,quę eſt in anima, eſt in compoſitione ad eſſe ſanitatis, quę eſt extra animam. & hoc eſt illud,quod dicitur, ꝙ principium operationis eſt finis cognitionis: & principium cognitionis eſt finis operationis. D.d.quæ ſunt non a materia,illa,quę ſunt a materia,id eſt & à domo,quę eſt in anima.& hoc intendebat,cum dixit.non a materia erit domus,quæ eſt extra animam, & eſt illā,quę eſt in materia. D.d. Ars enim medicinę,&c.i.& cauſa eius eſt, qm̄ ars medicinę,quę eſt in anima,eſt eãdem cum forma medicinę,quę eſt extra animam.& ſimiliter de arte ędificatoria cum formis ędificatorum.D.d.& dico ſubſtantiam.& forte intendit. & dico ſubſtantiam,i.formam ſine materia,formam, quę eſt in anima:& formam,quę eſt in materia,formam quę eſt extra animam. D.cum hoc copulatur hoc,quod dicit,& hoc eſt tale,&c.et in ſanitate inueniuntur tria,quę inueniuntur in omnibus generabilibus. Eſt enim aliquid,& ex aliquo in potentia,& per aliquid in actu:et eſt illud quod aſsimilatur principio motionis.D.incœpit dicere ſpecies cauſarum agentium,& d.ſanitas enim &c.id eſt

Vide 4.cœl. 24. & 25.

Virtutes naturales gñatiuę ſūt ſiles virtutibus artificialibus. vide 2.Phy.

ſanitas enim & ſi fuerit ab arte medicinę, tunc primum agens ſanitatem eſt forma ſanitatis,quę in anima:& ſi fuerit ſine arte, tunc agens ipſam eſt ex ſanitate,quę eſt in corpore ſanabili.ſed eſt diminutum,& ideo indiget artificio. Et dicit hoc, qm̄ virtutes naturales generatiuæ ſunt ſimiles virtutibus artificialibus. D.d.& cum principium actionis,&c.id eſt.v.g.in ſanitate,quę fit ab artificio,rectum eſt igitur vt ſanitas fiat ex calefactione: & calefactio fiat ex cōfricatione, aut a potu vini,& ſimilibus.Calor igitur,qui eſt in corpore,qui fit a confricatione,aut a potu vini,aut eſt pars ſanitatis,aut illud, quod ſequitur ex eo, eſt pars ſanitatis.& hoc aut erit vnum,aut plura.omnia igitur iſta erunt partes ſanitatis, & vnum eorum erit primum agens,ſ.calor: & etiam eſt quoquo modo pars ſanitatis. Et intendebat ꝙ ſanitas,quę eſt a non artificio. eſt etiam a ſanitate aliqua,aut a parte ſanitatis:cum artificium neceſſario vtatur in inueniendo ſanitatem in iſta parte ſanitatis,ſ.quę eſt in re ſanabili. Et in libro Nicolai inuenitur ſequi.domus igitur,& ſanitas,& ſphęra cupri,quę eſt ex eis exiſtēs in materia: quoniam aliqua pars non eſt cum materia,quę habet illud, quod eſt genus etiã. hoc enim eſt vniuerſale.materia vero, & illud ex quo eſt aliquid, non dicitur

Materia nō ꝑdicatur de eo, cuius eſt materia, niſi ſcd̄m denoiationē. Idē infra 43.44.& 45.cō. & 9. Meta.c. 12. Idē ĩ t.c.ſeq. & 1.Met.c. 17.& in 7. Ph.c.15.ſed vide oppoſitū.2. de Gene.c.4.Vide contr.Zim.

ſemper ſecundum ęquiuocationem,cum illo,quod fit ex ipſa ſecundum ꝙ circulus fit,aut ex cupro, aut ex lapide. hoc enim non nominatur a nomine alterius iſtorum.i.domus autem,& ſanitas pars eorum,quę eſt in materia,ſ.forma,quę eſt extra animam,bene poteſt pręd icari de illa parte nomen formę cōis illi parti,et definitio eius,quę eſt in anima.& iſta forma dicitur genus.pars autē, quę eſt materia domus & ſphęrę,non poteſt pręd icari de compoſito nomen eius,nec definitio eius.ſphęra enim cupri dicitur ſphęra,ſed nō dicitur cuprum.ſed,ſi dicatur,dicetur ſecundum denominationem,verbi gratia cuprea.& ꝙ in hoc capitulo intẽdit declarare naturam generationis.Et hoc inuenitur in ſermone Ariſto.in cap. ſequenti,in quo dicit.dicitur in ſermone, &c.id eſt etiam declarat differentiam inter formam & materiam,& dat propoſitionem in eo,quod vult declarare, * ꝙ forma nec eſt generabilis,nec eſt corruptibilis,niſi per accidens. & ſimiliter eſt de materia,& ꝙ generabile & corruptibile in rei veritate eſt indiuiduum compoſitum ex forma,& materia.

* Forã nō ẽ gñabilis nec corruptibil̃,niſi ꝑ accñs.

Quòd igitur pars ex neceſsitate exiſtet, patet.materia nãq; pars ineſt etiam hæc,& fit. Sed vtrum eorum etiam eſt, quæ in ratione? vtroq; quidem modo dicimus multos circulos quidnam ſint, & materiam dicentes,quòd ęs,& formam,quòd talis figura, & hoc eſt genus,in quo primo ponitur. ęneus autem circulus habet in ipſa ratio-

A ne materiam. Ex quo vero tanquam materia fiunt, aliqua dicuntur cum fit non illud, sed illiusmodi, vt statua, non lapis, sed lapidea. homo autem conualescens non dicitur illud, ex quo.

Idē Ifra 26. 27.31. et 33. Idē 8. Met. t.c.8. & 12. Met. cō.18.

Et dicitur in sermone duobus modis, quòd in eo sunt plures circu li. & dicimus quòd materia est cuprum. & dicimus ꝙ forma est talis figura. & hoc est genus, in quo ponitur primum subiectum. cuprū vero in suo sermone est materia. Illa autem, quæ sunt ex aliquo, sicut illa, quæ sunt ex materia, quędam dicuntur cum fuerint non illud, qđ dicitur illa materia, sed secundum respectum ad illud, verbi gratia ꝙ statua non dicitur lapis, sed lapidea. homo autem sanus non dicitur esse illud, ex quo fit.

24 Et in sermone apparet quod omne generatur ex materia, & a suo simili in forma: vnde in definitionibus duo dicuntur, scilicet materia, & forma, nanque materia est genus, & differentia est forma perficiens illud, pręexistit ergo materia in omni generatione, quod est, qm̄ circulus continet figuram talem, & cuprum, aut lignum & sic definitio continet multos quodam modo, & quodam modo vnū. B cum differentia sit inter materiam & formam, qm̄ ad interrogationem de materia circuli dicimus ipsum ęneum, vel ligneū fore, cum materia sit æs, aut lignū: & ad interrogationem de forma circuli dicimus fore talis figurę, videlicet rotunde. & per hoc distinguitur materia a forma, & compositum ex eis: ideo definitio eius composita est ex ambabus partibus: circulus enim habet materiam, quę est pars compositi vt ęs, sed etiam materiam habet, quę est altera pars definitionis, vt genus, qm̄ illud, quod fit ex cupro, & figura inuenitur in sua definitione, videlicet æs, & figura, qm̄ ad interrogationem idoli, vel circuli dicimus eos ęneos, aut ligneos, fore. & hoc magis apparet in rebus naturalibus: dicimus enim equū sanguineum, vel carneum fore, sed non caro, nec sanguis. & quędam vero non nominata ab illo, ex quo fit, vel trāsmutatur. ita quod dicatur quod homo sanus non dicitur illud, ex quo factus est sanus. non enim dr̄ ęgrotus nec denominatiua prędicatione, nec formali, qm̄ homo sanus fit ex ęgroto tanq̄ ex opposito.

Materia est genus, & drīa est forma.

Drīa inter materiā, & formam.

Et dicitur in sermone, &c. iste sermo est pręcisus a pręcedenti. Et intendit per sermonem definitionem. & intendit per duos modos formam & materiam, i. ꝙ pars composita continet duos modos, s. materiam et formam. v.g. circulum cupri, & ideo definitio continet multos circulos quodammodo, & quodammodo vnū. D.d. & dicimus ꝙ materia est cuprum, &c. i. & dicimus propter hoc, quod diximus de differentia inter formam & materiam, ꝙ materia sphęrę demonstratæ C est cuprum. & dicimus ꝙ sphęra secundum suam formam est figura talis. Et intendebat per hoc distinguere inter materiam & formam, & compositum ex eis, & ꝙ definitio composita est ex ambobus. Et intendebat per hoc, quod dixit talis, rotundum, aut quadratum, aut aliam figurarū. D.d. & hoc est genus, &c. i. & hoc, quod prędicatur de forma, secundum ꝙ est vniuersale de forma, et est illud, in quo prędicatur species, est illud, quod dicitur genus. Et intendebat distinguere per hoc inter materiam & genus. D.d. cuprum vero, &c. illud autem, quod fit ex cupro & figura, inuenitur in sua definitione cuprum, & figura, cum dicitur statua cuprea, & circulus cupreus. D.d. Illa autem, quę fiunt ex aliquo, &c. i. generabilia autem, quę generantur ex alio, scilicet materia, quę componuntur, quędam nuncupantur a nomine eius, ex quo generantur, s. materia eius, sed secundum denominationem. v.g. idolum, quod fit ex lapide, qm̄ non dicitur lapis, sed lapideum. & hoc plus manifestabitur in rebus naturalibus, verbi gratia, qm̄ homo dicitur sanguineus & carneus, sed non caro aut sanguis. D.d. homo autem sanus, &c. id est quędam vero, verbi gratia sanum non denominatur ab illo, ex quo transmutatur, vt in infirmo, ita ꝙ dicatur ꝙ sanum sit laborans, id est ꝙ contrarium est remotius a natura generati q̄ materia, licet vtrunq; non vere prędicetur de illo.

Drīam inter genus et materiā vide infra cō.43. & 1. huius 17.

Materia denoīat ue ṗ dīcatur de materiato. Idē supra cō.23. Vide 2. de Ani. cō.8.

Causa vero est, quia fieri cõtingit ex priuatione, & subiecto, quod dicimus materiam. vtputa & homo, & ægrotus fit sanus. magis tamẽ dicitur ex priuatione fieri veluti ex ægroto sanus, quàm ex homine. quare sanus ægrotus quidem non dicitur, sed homo, & homo sanus. Quorum vero priuatio incerta & innominata est, vt in ære cuiuscunq; figuræ, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicentur fieri, sicuti illic ex ægroto. Quare, sicut nec vbi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic statua lignum, sed deriuatiue dicitur lignea non lignum, & ænea non æs, & lapidea & non lapis, & domus lateritia sed non lateres.

Et causa eius est, quoniam fit ex priuatione, & subiecto, quod dicitur materia, verbi gratia quoniam homo, & infirmus erit sanus, & generatio dicitur ex priuatione magis, vt sanitas ex infirmo, aut ex homine. & ideo non dicitur sanum esse infirmum, sed dicitur homo, & sanus homo etiam. Illa autem, quorum priuatio nõ est manifesta, nec habet nomen vt aliqua figura nuncupatur, aut domus in lateribus, & lignis, existimatur ꝙ ex istis fit, secundum ꝙ dictum est illic ex infirmo. Et ideo, quemadmodum non dicitur illic aliquid a nomine eius, ex quo est ita, hic etiam non dicetur idolum esse lignum sed ligneum, & cupreum non cuprum, & lapideum non lapis, & domus lateritia & non lateres.

25 Et causa, propter quam generatum non dicitur a nomine materię est, quoniam ex priuatione, & materia generatur, non ex materia tantum: priuatio enim est in materia, & ideo id, quod fit, fit ex priuatione, & ex materia, vt homo, & ęgrotus fit sanus, ergo sanus fit ex ęgrotante, & ex homine, quia tam homo, quàm ęgrotus fit sanus. & licet omne, quod fit, fiat ex materia, & priuatione, magis ex priuatione fieri dicitur, quoniam sanus magis ex ægrotante fieri dicitur quàm ex homine sanus: nihilominus sanus, qui fit ab ęgrotante, vt ex priuatione, non denominatur ab ęgrotante, cum ægrotans sit priuatio, quæ nõ permanet in subiecto, vnde non dicitur quod sanus est ægrotus, sed quod homo ægrotus fit sanus. bene ergo sanus denominatur ab homine, qui est subiectum, & materia & non solum sanus dicitur homo, sed etiam dicitur homo sanus, cum subiectum, atque materia permaneat: & ideo ex his patet id omne, quod fit, denominari magis a materia quam a priuatione: cuius causa est, quoniam materia manet, Priuatio abest: generabilia vero, in quibus vera priuatio non est manifesta, & nomine caret, in talibus id, quod fit, dicitur fieri ex materia tantum, ex qua fiunt, sicut dicitur ex lateribus fit domus, & ex ęre statua, & ex lignis scamnum, & ex infirmo sanum: & hoc pacto ista fiunt ex materia tantum & non ex priuatione, cum priuatio non sit manifesta: & ideo non dicuntur ista de eorum materia, nisi secundum denominationem.

Vide 1.Ph. t.c.79.et 80.

Quod fit magis denoĩatur a priuatione ne, an a materia.

Materia manet, priuatio abest. Idem 1.Ph, c,66.

Cum narrauit ꝙ quędam generabilia denominantur ab illis, ex quibus generantur, & quędam non, vult dare causam, propter quam generatum non dicitur a nomine materiæ, a qua generatur, & dicit. Et causa illius est etiam, quõ ex priuatione fit, & subiecto, &c. id est & causa in hoc est, quoniam generatum nõ generatur ex materia tantum, sed ex materia, & priuatione, quæ est in materia. Dicere enim hominem esse sanum est dicere hominem infirmum esse sanum. & generatio dicitur ex priuatione magis, id est & generatũ magis videtur attribui, ꝙ fiat ex priuatione, quàm attribui subiecto priuationis. generatio enim fit ex priuatione, nõ ex esse. & ideo dicitur infirmum fieri sanum, magis quàm dicatur hominem fieri sanus, & hoc intẽdebat, cum dixit, vt sanitas ex infirmo, aut ex homine.

Quorum priuatio patet, nõ fit denominatio.

Vide 1.Ph. 59 & 61.

Gñatio magis vr̃ attri

A D.d.& ideo non dicitur ſanum eſſe infirmum, ideſt & ideo generatum non cõmunicat cum cõtrario, ex quo generatur in nomine. vnde nõ dicitur ꝙ ſanus eſt infirmus, ſed dicitur ꝙ homo eſt homo ſanus, & ꝙ homo non ſanus ſit ſanus. D.d. Illa autem quorũ priuatio, &c.i. generabilia autem, quæ generantur ex ſubiecto, quorum priuatio non eſt manifeſta in ſubiecto, nec habet nomen, exiſtimatur ꝙ dicere in eis ea generari ex ſubiecto, eſt ſicut dicere ex lateribus fieri domũ, aut ex lignis fieri ſcamnum, & ſicut eſt dicere ex infirmo fieri ſanũ. D.d. Et ideo, quemadmodum non dicitur illic, &c.i.&, cum ita ſit, quemadmodũ non dicitur ſanum eſſe infirmum, ita non dicitur idolum eſſe cuprum, nec domum eſſe lateres aut ligna, ſed ſecundum denominationem cupreum, & lapideum.

bui priuatio ni, q̃ ſubiecto priuationis. Sed oppoſitũ vide 1. Ph. c.60. vbi habet ꝙ materia ẽ illud, qđ vere gñatur. Vide cõ. Zim. Quorum priuatio latet, denominatio fit.

Caput Septimum. Formam non fieri, ſed compoſitum ex materia & forma.

CVm neque tãquam ex ligno fit ſtatua, aut ex lateribus domus, ſiquis accurate inſpexerit, profecto ſimpliciter dicet: ꝓpterea ꝙ oporteat fieri, mutato ex quo, ſed
B non permanente. propter hoc igitur ſic dicitur. Cũ autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico vnde generationis principium eſt: & ex aliquo, fit autem hoc non priuatio, ſed materia, iam enim determinatum eſt, quemadmodum hoc dicimus: & quod fit, hoc autem eſt aut ſphæra, aut circulus, aut quodcũque cæterorum euenit, ſicuti neq; ſubiectum facit ipſum æs, ita neq; ſphæram, niſi ſecundũ accidens, quia ænea ſphæra ſphæra eſt. illam autẽ non facit: hoc aliquid enim facere ex omnino ſubiecto hoc facere eſt. Dico autem quòd æs facere rotundum non eſt ipſum rotundũ, aut ſphæram facere, ſed aliquid aliud, vtputa formam hanc in alio. Si enim facit, ex aliquo alio profecto facit. hoc enim ſupponebatur, vtputa facere æneam ſphæram. hoc autem ita, quia ex eo, quod æs, hoc facit, quod ſphæra eſt. Si igitur & hoc ipſum facit, patet ꝙ ſimiliter faciet, & generationes in infinitum procedent.

C Cum igitur ſit ſicut idolum fit ex ligno, aut domus ex lateribus, ſi aliquis bene conſideret, nõ dicet modo ſimplici ipſum eſſe vnum. illud. n. quod eſt ex aliquo, debet eſſe ex aliquo quod tranſmutatur, nõ ex aliquo quod remanet in eadem diſpoſitione. & ideo dixit ſecundũ hunc modum. Et, cũ illud, quod generatur per aliquid, dicitur hoc, ex quo eſt principium generationis, eſt ex aliquo etiam & fit hoc. ergo non priuatio, ſed materia. iam igitur diſtinximus ſuperius, quomodo dicitur hoc, & quod eſt ex hoc. ex hoc autem ſphæra, aut circulus, aut aliud, quod comprehenditur ex aliis. quoniã, quemadmodũ non facit cuprum ſubiectum, ſimiliter ẽt neque ſphæra niſi per accidens. quoniam ſphæra cupri eſt ſphæra. & ideo facit illã. Dico. n. quòd hoc facit hoc ex vniuerſali ſubiecto, ſ. cuprum rotundum, & ſphæram. & hoc non eſt aliud, ſicut iſta forma in anima. Qm̃ ſi facit, ex alio facit. & hoc eſt ſubiectum, ſicut factura ſphæræ cupri. & eſt ſecundum hũc modum, quoniam ex hoc, quod eſt cuprũ, facit hoc, quod eſt ſphæra.

Manifestum est igitur ꝙ illud facit etiam similiter. & sic procedũt generationes secundum hoc in infinitum.

Cõpositũ tm̃ gñatur, non materia, neque forma. Vide opp. 1. Phy. cõ. 60. & 61.

26 Ex his, quæ dicta sunt, vult Arist. declarare quod omne, quod generatur, sit compositum ex materia & forma, priuatione præcedente: quoniam nec forma tantum, nec materia tantum, sed compositum ex materia & forma generatur: quoniam generans non generat nisi transmutauerit materiam, donec efficiat in ea formam, corrumpendo priorem dispositionem. At hoc facere non potest, nisi id, quod generatur, esset compositum ex materia & forma: &, cum genitum sit ex aliquo, quod est principium generationis. manifestum est ꝙ ex materia, & non ex priuatione contingente materiæ, vt in naturalibus diximus in de principijs rerum generabilium & corruptibilium: & quot modis dicitur mater a: dictum enim est ibi genitum ex materia & forma compositum esse, & illud aliud esse ab eis. cum sit subiectum demonstratum, vt circulus, & sphæra ænea. manifestum ergo est ex his, quod sicut agens generando non facit materiam, vel subiectum generationis, quod est æs, ita non facit formam, quæ est sphæra nisi per accidens. Sed facit aliud ab eis, quod est compositum, videlicet sphæram æneam, quæ est sphæra, & sic per accidens facit sphæram. Vnde manifestũ est quod Artifex facit ex alio aliud, & non aliud in alio, videlicet facit ex materia formatum, vt ex ære sphæricum, & non in materia formam, videlicet sphærã simpliciter. quoniam ista sunt abstracta: quia si ita ageret, tunc ex forma formam faceret, & illa rursus ex alia, & hoc in infinitum, & sic generationes absque fine progredientur. quare genitum necessario est illud, quod compositum est ex materia & forma.

Agẽs gñando non facit materiã, nec formam sed aliud ab eis. Artifex nõ aliud ĩ alio, sed ex alio aliud facit.

Idest, & cum omne generatum in substantia non dicitur generari ab hoc, nisi secundum ꝙ dicitur, ꝙ idolum fit ex ligno, & domus ex lateribus, manifestũ est quod, si aliquis bene considerauerit in hoc, ꝙ non est dicendum ꝙ generatũ est vnum simpliciter, idest forma tantum, sed compositum ex materia & forma & priuatione præcedente. Deinde dicit. causam, & dixit. illud enim, quod est ex aliquo, &c. idest, quoniam generatio erit, quando generans transmutat materiam, donec faciat in ea formam. & dixit non ex aliquo, quod remanet in ea forma dispositione. quoniam, si materia remaneat in sua dispositione, quando generans generat generatum, tunc generans nihil faciet nisi formam tantum. Deinde dicit. & ideo dixit secundum hunc modum, idest & generatio dicitur in hoc demonstrato secundum hunc modum, non in hac forma demonstrata. D.d. Et, cum illud quod generatur, &c.i. &, cum generatũ non generetur, nisi per aliquid, ex quo est principium generationis, manifestum est ꝙ generatum generatur ex aliquo, quod est materia, non ex priuatione accedente materiæ. Et, quia hoc distinctum est in naturalibus, d. iam igitur distinximus superius, quomodo dicitur hoc, scilicet quomodo dicitur ꝙ materia est principium, & priuatio principium, & secundum quot modos dicitur materia. D.d. & quod est ex hoc, i. & cum declaratum est ꝙ generatum componitur ex materia & forma, et quod est aliud ab eis: illud igitur, quod generatur est hoc indiuiduum demonstratum in actu. verbi gratia hæc est sphæra demonstrata ex hoc cupro demonstrato, aut circulus demonstratus ex materia demonstrata, aut aliud comprehensum sensu. D.d. rursus rem super hoc, & d. qm̃, quẽadmodũ nõ facit cuprũ, &c.i. & agẽs, cũ facit ex cupro, nõ facit ex cupro formam tm̃, quemadmodum non facit materiam. & hoc intendebat, cũ d. quẽadmodũ nõ facit subiectũ, similiter nõ facit sphærã cupri, sed formã, nisi per accidens. Et dixit per accidens. qm̃, cum fecerit aliquid habens formã, tunc facit formam per accidens. D.d. qm̃ sphæra cupri est sphæra, &c. i. quoniam sphæra cupri est sphæra cuprea, & non sphæra tm̃, nec cuprum tantum. & ideo est illud, quod facit artifex, D.d. Dico. n. ꝙ hoc facit hoc, &c. i. & dum declaratum sit hoc, necesse est vt artifex sit aliquid demõstratum, quod facit aliquod demonstratum, scilicet ꝙ facit cupreum esse rotundum, aut sanguinem esse hominem aut equum.[a] D.d. & hoc non est aliud, &c. i. & non facit aliquid vnum in aliquo vno, v. g. formam in subiecto. quoniam manifestum est ꝙ si facit, facit ex

Gñatum cõponitur ex materia & forma, et est aliud ab eis. Idẽ infra. 27 & 60. cõ. & 5. Me. cõ. 6. & 3. de Aia cõ. 5. iuxta dimidium.

Forma fit p accñs. Idem supra. 23. & 5. Ph. cõ. 54

a Agẽs facit ex alio aliud non aliud in alio. nam facit ex materia formtũ, nõ ĩ materia formã. Idem in sequenti.

A alio aliud, non aliud in alio. facit enim ex materia formatum, non in materia formam. D. d. & secundũ hunc modum, &c. i. v. g. ꝙ artifex facit ex hoc demõstrato illud, quod est sphæra; & est res sphærica, non sphæra simpliciter. i. si igitur facit formam, tunc faciet formam ex forma & materia, & illam formam etiam ex forma & materia, & sic in infinitũ. & similiter est de materia. Generatũ igitur est illud necessario, qđ cõgregatur ex forma & materia, non forma nec materia.

Si agẽs ageret formam, tunc faceret formam ex forma et materia, & sic I infinitũ Idẽ cõ. seq. vide ꝑ hoc com. 12. 12. Met.

Manifestum igitur est, quòd neque species fit, aut quodcunque nominare oportet formam, quæ in sensibili est, nec est eius generatio, nec est hæc ipsum quid erat esse. Hoc enim est, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura, aut potentia. æneam vero sphæram esse facit: facit nanque ex ære & sphæra. in hoc enim hanc formam facit: & hoc est sphæra ænea. hoc autem sphæræ esse. Eius vero, quod est sphæræ esse omnino si generatio est, ex aliquo aliquid erit. oportebit nanque diuisibile semper esse quod fit, & esse, hoc quidem hoc, illud vero hoc. dico autem quòd hoc quidem materiam, illud vero formam. Si itaq; sphæra est figura, quę a medio æqualis est, huius hoc quidem est, in
B quo erit quod facit: illud autem in illo: totum vero, quod factum est, vtputa ipsa ęnea sphęra. Manifestum igitur ex dictis est, ꝙ illud quidem, quod vt forma, aut substantia dicitur, nõ fit: copulatio vero, quę secundum hanc dicitur fit. & ꝙ in omni, quod fit, materia inest: & est hoc quidem hoc, illud vero hoc.

Declaratum est igitur ꝙ forma, & creatio debet dici exemplar, & quòd est in sensato non erit etiam, nec habet generationem, neque habet istud, quod est per essentiam. Hoc. n. est illud, & est in alio, aut per artificium, aut per naturam, aut per potentiam. & ipse facit sphęram cupri, faciendo ex cupro sphęram. & ipse ponit istam formam in hoc: & hęc est sphęra cupri. Si autem est generatio essentię sphęrę modo vniuersali, tunc aliquid erit ex nihilo, & tunc necesse est vt sit diuisibile, & quoddam erit hoc, & quoddam hoc. dico quoddam erit forma, & quoddam materia. Et forma, quę est sphęra, si fuerit figura, quę est ex medio, in quo est quoddam istius, & est illud, quod fa-
C cit ex hoc: & quoddam in illo: & quoddam totum generatum, v. g. sphęra cupri. Manifestum est igitur ex dictis ꝙ substantia, quæ est tanquam forma, non fit: congregatio vero, per quod dicitur generatur. & ꝙ in omni, quod generatur, est materia, quæ est in eo, & quoddam est hoc.

Declaratum est formas non per se generari, quia non apparet in quibus sensibilibus debeant dici exemplaria. Sensibile enim est ipsum compositum, at forma non est exemplar compositi: quo fit vt forma non generetur, quæ quiditatem non habet, cum ipsa sit quiditas: genitum enim & artificiatum constituuntur ex actione alicuius ab agente, & forma in materia, quæ ab artifice non generatur: quia si sic, tunc constituitur ex actione alterius formę ab agente, & sic forma haberet formam, & sic in infinitum. & similiter, si forma haberet quiditatem, tunc constitueretur ex aliquo, & in aliquo. Cũ enim Artifex facit sphęram cupri, non dicitur facere hoc, nisi quia facit ex hoc cupro demonstrato sphęrã, faciendo hanc formam demonstratam, & ex hoc cupro demõstrato. Si enim forma simpliciter generaretur, tunc generatio esset ex nihilo, i. ex non formas

27 Forma non generatur, & quare.

Artifex facere dr̃ sphęrã qũo.

quod eſt abſurdum, cũ declaratum ſit quod ex forma ſimplici nulla ſit generatio, nec materia habet generationem. Oportet ergo quod genitum ſit diuiſibile in materiam & formam, non actu, ſed poteſtate, cum omne genitum ſit actu vnū. &, ſi ſphæra generetur, non generatur niſi ab illo, quod eſt in figura medij, ideſt niſi a compoſito ex materia & forma. nam ſicuti ſphæra eſt compoſitum quippiam ex materia & forma, ſic oportet vt ſphæra generetur ab eo, quod eſt compoſitum quaſi ſimile medio: & hæc omnia ſunt declarata, vt ſciamus ſpeciem, quæ fit, medium mixtum eſſe ex materia & forma. ea propter in natura ſunt tria entia. videlicet materia, & forma, & compoſitum ex materia & forma: quæ ratione diſtinguuntur, ſed non actu: vt cupri ſphæra, quæ ex ſphæra, & cupro eſt compoſita, & homo ex anima & corpore. ex his ergo apparet quod id, quod habet ſpecies in generabilibus rebus, eſt compoſitum ex materia & forma, & ſic ſubſtantia, quæ eſt vt forma, non generatur, ſed compoſitum ex materia & forma, quod generari dicitur. Vnde palam eſt quod in omni genito eſt materia, & forma, & eſt indiuiduum demonſtratum.

Materia & forma rõne diſtinguũtur Idem 2. Ph. com. 12.

Ideſt, Declaratum eſt igitur etiam ex hoc ſermone ꝙ formæ & exemplaria, ſcilicet formæ, quæ debent dici exemplaria, quoniam non apparet quibus in ſenſibilibus ſunt exemplaria, nec generantur, nec habent vniuerſaliter quidditatem. Deinde dicit. Hoc enim eſt illud, & eſt in alio, & cæte. ideſt, artificiatum enim & generatum conſtituitur ex actione alicuius ab agente, & eſt illud quod dicitur forma in aliquo, & eſt illud, quod dicitur materia. Si igitur forma eſſet artificiata, tunc conſtitueretur ex actione alicuius ab agente: & ſic forma eſſet forma, & ſic in infinitum. & ſimiliter quiditas eſt alicuius: ergo, ſi forma haberet quiditatem, tunc conſtitueretur ex aliquo, & in aliquo. Deinde dicit, & ipſe facit ſphæram cupri, & cæte. ideſt, & cum dicitur ꝙ artifex facit ſphæram cupri, non dicitur hoc, niſi quia facit ex hoc cupro demonſtrato ſphæram, faciendo hanc formam demonſtratam, & ex hoc cupro demonſtrato. Deinde dicit. Si autem eſt generatio, & c. ideſt &, ſi agens generaret ſphæram vniuerſalem, tunc generatio eſſet ex nihilo, ideſt ex non forma. Deinde dicit. & neceſſe eſt vt ſit diuiſibile. ideſt, &, cum declaratum ſit ꝙ ex forma ſimplici non eſt generatio, nec materia habet generationem, neceſſe eſt vt omne generatum ſit diuiſibile in duas partes ratione, non actu, in materiam ſcilicet & formam. Deinde dicit. Et forma, quæ eſt ſphæra, & c. ideſt, & forma, quæ eſt ſphæra, verbi gratia ſi generatur, non generatur niſi ab illo, quod eſt in figura medij, ideſt congregati ex materia & forma. & hoc intendebat, cum dixit. figura, quæ eſt ex medio. & eſt illud, quod fit ex congregatione materiæ & formæ. & in natura hac ſunt tria, forma ſcilicet & materia, & aliquid quaſi medium, ideſt mixtum inter materiam & formam, ideſt generans ſimile medio. & ideo dixit figura, quæ eſt ex medio. & hæc tria intendebat, cum dixit, in quo eſt quoddam iſtius, & cæte. intendebat igitur per hoc, quod dixit, in quo eſt quoddam iſtius, & eſt illud, quod facit ex hoc ſubiectum, recipiens formam generatam, quia eſt illud, quod recipit formam demonſtratam, & eſt illud, quod facit ex hoc, ideſt ex materia. Et intendebat, cum dicit & quoddam in illo formã, quæ eſt in ſubiecto, ſcilicet animam. & intendebat, cum dicit & quoddam totum generatum, ideſt congregatum ex materia & forma. verbi gratia ſphæram cupri compoſita ex ſphæra & cupro, & homo compoſitus ex anima & corpore. Et declarauit hoc, vt appareat quod natura, quam habent ſpecies in generabilibus rebus, eſt aliquod medium, ideſt compoſitum ex materia & forma. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igitur ex dictis quod ſubſtantia, quæ eſt tanquam forma, non fit, ideſt non generatur. Deinde dicit congregatio vero, & cæ. ideſt, & manifeſtum eſt quod congregatum, quod fit ex forma & materia, eſt illud, per quod dicitur in quolibet eſt ipſum generari. Deinde dicit. & quod in omni, quod generatur, eſt materia, & cę. ideſt, & manifeſtum eſt ꝙ omne generatum, quoddam eſt materia, & quoddam forma: & eſt illud, quod demonſtratur per hoc pronomen hoc.

Si agẽs gña ret ſphæram vſem, tũc generatio eſſet ex nihilo. Idẽ. 1. de Genera. cõ. 40.

In natura hac ſũt tria, ſoȓa, materia et aliqd quaſi mediũ. Idẽ ſupra c. 26. & quę ibi.

Caput Octauum. Non dari aliquam formam a singularibus separatam.

Vtrum igitur est aliqua sphæra præter has, aut domus præter lateres? An nec factum fuisset vnquã, si ita esset quod quid. sed quoniam tale significat: hoc autem & terminatum non est, sed facit, & generat ex hoc tale. & cũ generatum est, est hoc tale. totum autem hoc Callias aut Socrates est, sicuti sphæra ænea hæc: homo vero & animal, sicuti sphæra ænea simpliciter. Patet ergo quòd formarum causæ (quemadmodum quidam dicere solent formas) si aliquæ sunt præter singularia, ad generationes, & substantias nihil prosunt, nec sunt propter has substantię secundum se. In quibusdam etenim etiam manifestũ est, quòd generans tale est, quale quod generatur: non tamen idem, nec vnum numero, sed vnum specie: vt in naturalibus. homo nanque hominem generat, nisi quid pręter naturam fiat, vt equus mulum. & hęc quoque similiter. quod enim est commune equo. & asino, nõ est nominatum propinquissimum genus: fuerint autem ambo fortassis, vti mulus. Quare patet q: non oportet tanquam exẽplar formam ponere. in his etenim maxime quęrerentur: hę. n. maxime substãtię sunt. sed generans sufficiens est vt faciat, & causa sit formę in materia. tota vero iam talis forma in his carnibus, & ossibus Callias, & Socrates. & diuersa quidem propter materiam (diuersa etenim) idem autẽ specie: indiuisibilis nanque forma est.

Vide cõtra. Zim.

B

Quęstio aũt quęrens vtrum aliqua sphęra sit alia ab ista, aut aliqua domus sit alia a lateribus. Quoniam, si ita esset, nũquam esset generatio. quoniam, si esset secundum hunc modum, hic nõ esset generatio, sed significat aliquid tale, & non est aliquod terminatum, sed facit & generat ex hoc tale, & generatio istius est talis, & vniuersalitas istius est Socrates, & Callias. & sicut sphęra cuprea hoc: & homo & animal, sicut sphęra cuprea modo vniuersali. Manifestũ est. n. quod quidam homines assueti sunt dicere quòd formę sunt causę formarum. & si ista sunt alia a particularibus, nihil prosunt omnino ad generationem in substantiis. & non erunt substãtię per se propter ista. Quoniam in quibusdam est manifestũ quòd si pater similis est filio, nõ sunt idem, aut vnum numero, sed vnum forma, sicut est in rebus naturalibus. homo. n. generat hominem, si non fuerit aliquid extra naturam, vt equa generãs mulũ. & hoc est simile ẽt. nominatur enim per illud, quod est commune equo & asino, quia sunt propinqua in genere. rectum est igitur vt ambo sint æqualia, vt mulus. Manifestum est igitur quòd non oportet vt aliqua forma sit quasi exemplar. & si non magis quæritur in istis rebus, quoniam hæc magis sunt substantiæ. sed vt generans posit agere, & vt sit causa formæ in materia, i. vt generet formam, quæ est in istis carnibus, & in istis ossibus, & vt sit

C

Socrates & Callias, & non generet aliud propter materiam, & vt fi[...]
idem secundum formam, quoniam forma non diuiditur.

Generãs, & genitũ qũo sint idem.

Forma vl'is nec generat, nec gñatur.

28 Quæritur modo post hęc, vtrum sit forma separata a materia, alia a formis re-
rum naturalium, quæ sit causa sphærę compositæ. & est, quæstio difficilis. quo-
niam, si forma generans, & generata non essent eadem forma numero, tunc for-
ma generans, & generata non esset hoc aliquid factum: generans, & genitũ sunt
duo numero, sed vnum in intẽtione vniuersali. Genitum enim significat aliquid
simile generãti, sed non est idem numero cum generante, neque genitum est cõ-
mune generãti, & generato. quoniam intentio vniuersalis est vniuersalis indi-
duis, vt homo est intentio vniuersalis indiuiduis hominum, vt socrati, & Calliæ,
& similiter sphæra ænea est intentio communis pluribus sphæris æneis: & quẽ-
admodum homo, & animal, quæ sunt vniuersalia, non generãtur, ita sphæra vni-
uersalis quoque nõ generatur: & sic manifestũ est quod forma a materia abstra-
cta non generatur, neque generat: &, quia nonnulli asserũt formas esse, quę sunt
causæ formarum: si intelligunt alias a particularibus, nihil in generatione sub-
stantiarum pro sunt, minus ꝙ in accidentium generatione, ideo inutiles sunt, quia
materiam transmutare non possunt, quoniam nihil transmutat materiam, nisi ip-
sum sit in materia: & sic patet mundum non esse genitum, quoniam si esset geni-
tus, oportuisset, vt generans fuisset indiuiduum, & particulare corpus: & impos-
sibile etiam est quod istæ substantiæ separatæ ab omni corpore sint per se exi-
stentes, & sint causa generationis substantiarum particularium: cum omne gene-
rans generet sibi simile, vt patet in naturalibus. at tales ideę nullum sibi simile
generare possunt, ideo non sunt: vidimus enim filium ex patre gigni, & idẽ esse
quo ad formam. & hominem, ab homine, & equum ab equo generari dicimus,
qui sunt similes in specie, nisi generatio sit præter naturam. i. per accidens, & in
his etiam dicimus quod simile a suo simile generatur, si nõ in specie saltem in ge-
nere: vt mulus, qui ab equo, & Asino generatur, & sic conueniunt ad inuicem in
quodam genere propinquissimo, quod caret nomine. & sic patet quod omne, quod
gignitur, gignitur a sibi simili aut specie, aut genere propinquissimo. & qua[...]
tio Platonis de ideis, quod sint causæ generationis substantiarum particularium,
sumitur etiam ex animalibus, quæ sponte fiunt. Videbat. n. hæc animalia gigni,
& non ab apparenti genitore, hinc concludebat hęc ab ideis gigni, alioquin ani-
mal nasceretur absque genitore. Sed contra hoc obijcit Arist. ex eo quia, si pro
generatione talium sunt necessariæ ideę, tunc ea, quæ ex semine proprie genera-
tur, quæ sunt nomine, & ratione digniores substantiæ, longe magis egerẽt ideis
hoc aũt est contra sensum. quoniã pro generatione horum sufficiens est genitor
nulla ratione habita ad ideam, quam hic vocat exemplar.

Oẽ gñans sibi simile generat, & ĩ ijs quę p̃ter naturã gñant.

Plat. occasio ad ponẽdum Ideas. & est prima Aris. quęstio.

Reijcitur Plato ab Arist.

Dicit. Quæstio autem quærens, vtrum sit hic sphæra separata a materia, exi-
stens extra animam alia materiali, aut domus separata sine lateribus, & vniuer-
saliter forma separata a materia alia a formis rerum particularium, quæ sit cau-
sa sphærę compositæ domus factæ, est quæstio impossibilis. D. d. causam in hoc,
& d. Quoniam, si ita esset, & c. quoniam, si formæ rerum generabilium essent ea-
dem forma numero, s. forma generãs & generata nõ esset hoc aliquid factũ o-
mnino. generans. n. & generatum sunt duo numero, & vnũ in intẽtione vniuersa-
li. D. d. sed significat aliquid, & c. i. sed generatũ significat aliquid simile genera-
ti, sed non est idem numero cum generante, neque generatum est intentio ter-
minata. Et intendit per intentionem terminatam illud, quod est commune gene-
ranti, & generato. Deinde dicit & vniuersalitas istius, & cæt. idest, & intentio
vniuersalis est vniuersalis indiuiduis. verbi gratia, homo, qui est vniuersalis in-
diuiduis hominum. ver. gra. Socrati & Calliæ. & sphæra cuprea est vniuersalis
etiam isti sphæræ, & illi. D. d. & homo & animal, & c. i. & homo & animal vni-
uersale est, sicut sphera vniuersalis, quæ non generatur neque generat. Et cum
declarauit ꝙ forma separata a materia neq; generat, neque generatur, d. Mani-
festum est enim ꝙ quidam homines assueti sunt, & c. i. & cum hoc sit declaratũ,
est manifestum ꝙ hoc, quod quidam sunt assueti dicere, scilicet formas esse, vel

A ſunt cauſę formarum, ſi intendunt alias a particularibus, nihil proſunt in generatione ſubſtantiarum, neque in generatione accidentium. i. ꝙ, ſi intendunt ꝙ formę vniuerſales ſunt cauſę agentes formas particulares, non proſunt in generationibus, ſ. in generatione ſubſtantiarum, & accidentium. omnis enim generatio manifeſtum eſt ꝙ fit per tranſmutationem materię: & materia eſt indiuiduũ generans. Et dixit hoc, quia impoſsibile eſt ꝙ formę ſeparatę tranſmutent materiam. non enim tranſmutat materiam, niſi illud, quod eſt in materia. & ideo contingit dicentibus mundum generari ꝙ tranſmutans ipſum ſit aliquod indiuiduũ, ſcilicet corpus particulare. D. d. & non erunt ſubſtantię per ſe propter iſta, i. & impoſsibile eſt ꝙ ſubſtantię ſint ſeparatę exiſtentes per ſe ad generãdũ ſubſtãtias particulares. manifeſtum eſt enim in pluribus generabilibus ꝙ pater eſt ſimilis filio in forma, ſed etiam propter hoc non ſunt idem, q̃m non eſt verum dicere ꝙ pater eſt filius, aut filius pater, ſed vnũ ſecundũ formam. D. d. ſicut eſt in rebus naturalibus, i. ſicut eſt diſpoſitio in ſpeciebus generabilibus, quarum generatio eſt naturalis, v. g. homo, qui generatur ab homine, & equus ab equo. D. d. homo n. generat hominem, &c. i. omnis enim ſpecies generat ſpeciem ſibi ſimilem, v. g. homo hominem: niſi generatio ſit per accidens, & non ſecundum naturam: vt mulus, qui generatur ab equo & aſino. Et induxit hoc exemplum ad verificandum propoſitionem vniuerſalem, dicentem ꝙ omne, quod generatur, generatur a ſuo ſimili in forma.

Impoſsibile ẽ ꝙ formę ſeparatę tranſmutent materiã. Idẽ infra. cõ. 31.

B Dubitatur enim in hac propoſitione ex animalibus propinquarum ſpecierum, quorum cõgregatione generatur aliud animal in ſpecie, vt ab equo & aſino mulus. Et ideo ad verificandum hanc propoſitionem dicendum eſt ꝙ omne generatum generatione actuali, i. generatione non ceſſabili generatur a ſuo ſimili. Et reſpõdetur ad hoc per hoc, quod dixit poſt. & hoc ſimile eſt etiam. nominatur. n. &c. i. & hoc non negat vniuerſalitatem propoſitionis, dicentis ꝙ omne, quod generatur, generatur a ſuo ſimili in forma. mulus enim generatur a natura ſibi ſimili, & eſt natura communis equo & aſino. D. d. teſtimonium famoſum ſuper hoc, & dixit ex hoc ꝙ nomen muli apud eos ſignificat communem naturam. D. d. rectum eſt igitur vt ambo ſint æqualia, i. rectum eſt igitur vt ex duobus ſeminibus generetur natura ęqualis, i. temperata. Et innuit hoc, quod d. in libro de Animalibus ꝙ ſperma aſini eſt frigidum, & ſperma equi calidum, & temperantur apud mixtionem, & fit illic natura media inter equum & aſinum. D. d. Manifeſtum eſt igitur ꝙ non oportet, &cęt. i. rerum, quę generantur inter duas ſpecies, i. quę generantur a putrefactione. D. dedit ſignũ ſuper hoc, & d. & ſi non, magis quęritur in iſtis rebus, &c. ideſt & ſi natura indigeret in generatione rerum, quę non generantur ſemper exemplari, tunc generabilia magis indigerẽt illa, quę ſunt definitione & nomine ſubſtantię digniora. D. d. ſed vt generans poſsit, &c, i. ſed ſufficit in generatione vt in generante

Oẽ gñatum generatione actuali gñaẽ a ſibi ſiẽi in ſpẽ. Vide ẽt ꝓ hac ꝓpõne. cõ. 24. hu ius.

C ſit potentia ad generandum formam ſibi ſimilem in materia, quę eſt in potentia forma eius, i. ꝙ actio eius nihil aliud eſt q̃ extrahere illud, quod eſt in potentia, in actum: & erit cauſa [a] in multiplicatione generabilium ab vno generãte multiplicatio materierum, in quas agit, & vniuerſaliter ipſum agere in aliud, & vt generans & generatum cum hoc ſint idem in forma. Et hoc intendebat, cum d. & vt ſit Soc. & Callias, &c. ideſt quoniam, ſi generatio eſſet a formis ſeparatis, non eſſet poſsibile vt illę formę eſſent cauſę eius, quod apparet, ſcilicet ꝙ generans & generatum ſunt duo in numero, & vnum in forma.

Vide 2. Ph. 45.

Actio agẽtis nihil aliud ẽ q̃ extrahere illud, qđ eſt ĩ potentia ad actum. Idem 8. Me. c. 15. & 12. Met. cõ. 18.

a Cã ĩ multiplicatiõe generabiliũ ab vno gñante ẽ multiplicatio materierum, in quas agit. vide. 1. Met. cõ. 40.

Caput Nonum. Cur quędam ab arte, & a caſu fiant: quędam uero minime.

DVbitauerit autem aliquis, cur quędam & arte, & caſu fiunt, vt ſanitas: quædam auté minime, vt domus. Cauſa vero eſt, quòd horum quidem materia, quę principium generationis eſt cum faciens ſit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte ſunt, in qua eſt aliqua pars

rei, quædam talis, vt a ſeipſa moueatur, quædam non. & huius quæ-dam ſic poſsibilis eſt, quædam impoſsibilis. multa nanque poſsibilia quidem a ſeipſis moueri, ſed non ſic, vtputa ſaltare. Quorũcũq; itaq; talis materia eſt, vt lapides, impoſsibile eſt ſic moueri niſi ab alio, ſic tamen certe eſt & ignis. propterea quædam non erunt abſque eo, qui habet artem, quædam erunt. ab his enim mouebũtur, quæ non habẽt quidem artem, moueri vero poſſunt ipſamet, aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte.

Et forte quęret aliquis, quare quędam fiunt artificio, & ex ſe etiã, vt ſanitas: & quædam non, vt domus. Et cauſa iſtius eſt, quoniã in materia quarundam rerum, quæ eſt principium generationum ſuarum, aut in generatione alicuius ex ea ex artificio, in quo eſt aliqua pars rei eius quędam pars eſt ſicut iſtud poteſt moueri ex ſe, & quędam non & quoddam poteſt, ſecundum ꝙ oportet. plura enim ſunt, quę poſſunt moueri per ſe, ſed non ſecundum quòd oportet; vt ſaltatio. Omnia igitur, quorum materia eſt talis, vt lapides, non poſſunt moueri in eo quòd oportet niſi per aliud, & per ſpeciem motam. & ideo ignis non generat quoddam ſine illo, cuius eſt artificium, & generat quoddam. mouebuntur enim ex iſtis illa, quę non habent artificium, ſed poſſunt moueri aut ex aliis, quæ non habent officium, nisi particulare.

29 Cum autẽ Ariſt. accepiſſet quod omne, quod fit, gigni a ſibi ſimili, iccirco mouet ſecundam dubitationem. nam cum prima dubitatio contra hoc fuerit illa de mulo, nunc contra idem mouet ſecundam ex eo, quia in artificialibus videmus id, quod fit, non ſemper fieri a ſuo ſimili: nam eorum, quæ arte ſtruuntur, quædã fiunt ab arte tantum, vt domus & ſtatua, & hęc ſemper fiunt a ſuo ſimili, quoniã a ſpecie, quæ in anima artificis eſt: quædam eadem fiunt ab arte, & ſine arte ipſa te, vt valetudo, at valetudo, quæ ſponte fit, non fit a ſuo ſimili: non igitur omne, quod fit, a ſuo ſimili gignitur: & cauſa huius eſt, quoniam in omni materia, ex qua fit aliquod artificiale, eſt aliqua pars rei artificialis, quæ ex illa materia fit, quæ pars eſt potentia naturalis Arti ſimilis. v. g. in materia ex qua, vel in qua valetudo inducitur, eſt calor naturalis, ꝗ eſt virtus actiua valetudinis, ſicut Ars in mente artificis ſe habens: & in quorundam corũ materia non eſt huiuſmodi vt ea, quæ generantur ab artificio tantũ, vt domus, & materia, quę dicta eſt principium, & cauſa rei, dum illa efficitur, ac generatur. altera eſt, in qua ſupponitur pars formę artificialis, & hæc eſt idonea materia, artis: alia, in qua nihil formæ ſupponitur omnino, & hæc nõ eſt idonea materia artis, vt ſtuppa reſpectu [illegible] illa etiam materia, in qua pars formæ ſupponitur, eſt duobus modis: vna enim [illegible] teſt ſe deducere ad formam ſine motore externo, altera vero, antequam ve[illegible] ad ſuam perfectionem, indiget motore externo: vt lapides, reſpectu domus, [illegible] aptitudinem habent, vt ex eis fiat domus, non tamen talem, vt per eam moueri poſsint ad conſtitutionem domus, omnino indigent motore externo, ſine arti[illegible] ce, vt ex eis fiat domus; & iſtę ſunt omnes materiæ artificiorum, quæ [illegible] ſunt moueri ex ſe ad formam artificialem, cum in eis non ſit pars potentiæ [illegible] rei, neque perfecte, neque diminute. ferrum enim, quod eſt materia ferræ, [illegible] beat partem potentiæ motus rei, vt duritiem: non tamen mouetur a ſe ad [illegible] ferræ, cum durities non ſufficiat. illę vero materię poſſunt ſe mouere ad [illegible] quarum naturas artes iuuant, vt materia valetudinis, quæ iuuatur [illegible] di, & materia tritici, quæ iuuatur ab agricola, & vniuerſaliter omnium, [illegible] Ars iuuat naturam, ignis enim nequaquam gladium efficere poteſt abſq; [illegible]

Scda Ariſt. dubitatio ꝓ Platone.

Sanitatis cã actiua eſt calor naturalis.

Materierũ artificialiũ diſtinctio.

Natura quędã generat pñ ſidio artis.

ſina

A sine fabro tamen alium ignem efficere potest:& cum ita sit, accidit quibusdam ex se moueri absque artis iuuamento. — quędam vero se sola.

Quia aliquis posset dubitare super hoc, quod posuit, quod generatum sit a conuenienti in nomine, nisi generatio sit non secundum cursum naturalem, vt generatio muli ab equo, & asino, & fuit dictum etiam quod homo quoquo modo est a conuenienti: vult dissoluere aliam quęstionem in hoc, & est quod quędam videntur generari a natura, & ab artificio insimul, & quędam non generantur nisi ab artificio tantum. existimatur enim propter hoc aliquid generari a duobus formis artificiali & naturali. & est dubitatio super hoc, quod generans, & generatum sunt idem in forma. Et d. Et forte quęret aliquis. i. & forte quęret aliquis in hoc, dicendo quare quędam fiunt ab artificio & a natura, vt sanitas, quę fit ab arte & a natura: & quędam non fiunt nisi ab artificio tantum, vt domus, quę non fit nisi ab artificio. D. dedit causam in hoc, & d. & causa istius est, quoniam in materia quorundam eorum, quę generantur ab artificio est pars potentię naturalis similis artificio: & in materia quorundam non est pars potentię naturalis similis artificio: & ista sunt, quę generantur ab artificio tantum. Illa autem, in quibus est pars potentię naturalis similis artificio, generantur ab vtroque; ita enim est de generabilibus sicut de mobilibus. quemadmodum enim eorum, quę mouentur in loco, quędam mouentur ex se, & quędam ex alio, ita est de generabilibus. D. d. & quoddam potest, secundum quod oportet, i. & quoddam eorum, in quibus est pars potentiæ naturalis similis artificio, potest transmutari ex se, donec compleatur sua generatio, secundum quod oportet: & quoddam non potest hoc, donec ars adiuuet. D. d. plura, enim, &c. id est & sicut hoc inuenitur in natura, ita etiam inuenitur in arte. quædam enim artes non possunt agere suas actiones, nisi alia ars adiuuet. v. g. ars saltitandi, quæ non complebitur nisi cum arte Irah, quę est pars Musicę. D. d. Omnia igitur, quorum materia, &c. id est & omnia, in quibus non est pars potentię motus ex se, & omnia, quæ non mouentur nisi ab artificio tantum, vt lapides, impossibile est vt moueantur ex se, ad complementum, sed mouentur per alia. & istę sunt omnes materię artificiorum, in quibus non est principium naturale, quo possent moueri per se ad finem, quem intendit ars, neque perfectum, neque diminutum, nisi per artem. Illa autem, in quibus est principium naturale, quo ars vtitur, sunt sicut ars Medicinę, & Culturę, & vniuersaliter omnes artes, in quibus ars iuuat naturam. D. d. & ideo ignis non generat, &c. id est & propter hoc inuenimus quędam, quę non possunt generare aliquid sine artificio, & possunt generare alia ex se. verbi gratia ignis, qui non potest generare cultellum nisi ex arte, & potest generare alium ignem ex se. D. d. mouebuntur enim, &c. id est &, cum ita sit, accidit quibusdam moueri ex se, absque eo quod indigeant artificio omnino, & sunt illa, quę non indigent artificio particulari, aut vniuersali adiuuante, vt sanitas, quę fit pręter Medicinam in quibusdam ęgritudinibus.

B — marginal notes: Hic vtrum ponere inchoationem formarum. Eorum, quæ mouentur in loco, quædam mouentur ex se, & quædam ex alio. vide 8. Phys. 23. & 32. ita etiam est de generabilibus. Sed huius oppositum require. 2. Ph. com. 1. In materia rerum artificialium non est principium naturale, quo possint moueri per se ad finem, quem intendit ars. Idem 3. de Ani. c. 18. & quæ ibi.

C

Caput Decimum. Omnia ex vniuoco generari.

Manifestum autem est ex his, quæ dicta sunt, & quod quodam modo omnia fiunt ex vniuoco, quemadmodum quę natura sunt: aut ex parte vniuoca, vt domus ex domo: aut ab intellectu, ars enim forma est: aut ex parte, aut habente aliquam partem, si non per accidens fiant. Causa enim faciendi, prima secundum se pars. calor enim in motu calorem in corpore fecit. hic vero, aut sanitas est, aut pars, aut sequitur eum aliqua sanitatis pars, aut ipsa sanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod sequitur, & cui accidit calor, sanitatem efficit.

Manifestum est igitur ex dictis quidem quòd quoquo modo om-

ne quod fit, fit a conuenienti in nomine, sicut illud, quod est per natu- ram: aut a parte eius, quod est conueniens in nomine, vt domus a domo: aut per actionem, artificium enim est forma: aut a parte, quæ habet partem, si non fuerit generatio per accidens. Agens enim est per se pars, calor per motum facit calorem in corpore. & hic est sani- tas, aut pars, aut sequitur ipsum aliqua pars sanitatis per se. & ideo di- citur ꝙ confricatio & exercitium agit, quia facit sanitatem per illud, quod sequitur ipsum, & accidit ei calor.

Quot modis aliqd ab uniuoco fieri dicatur.

30 Arist. hic epilogando rememorat ea, quę dixit, & dicit quod ea, quę fiunt, alia fiunt ab vniuoco secundum totum compositum, vt quę fiunt a patre, & matre: nam id, quod generat, & quod generatur sunt ambo tota, & composita, & eius- dem nominis, & rationis. Alia vero ab uniuoco secundum alteram partem com- positi, & hoc pacto domus fit ab artifice, cum quo conuenit solum in forma, quæ est altera pars domus: in mente enim artificis est forma domus, per quam artifex conuenit cum domo: alia autem fiunt ab vniuoco secundum partem rei, quæ fit, & hoc pacto corpus sanatur a medico propter aliquam partem sanitatis, quę est in corpore, & artes tales sunt illę, quarum actiones sunt mistę ex opere artis, & opere naturę, vt medicinalis, & agricultura: & aliqua fiunt ex eo quia materia mouetur per se ipsam ad formam propter aptitudinem, ac virtutem actiuam, nisi fiant per accidens. & quia videtur quod illa pars, quę est in agente, per accidens agat ad formam, ideo refellens dubium, demonstrat partem illam, quę est in agē- te, per se agere, & non p accidens: & quod per se ostendit: quoniam pars, quæ est in agente, est causa per se prima faciendi, igitur non per accidens agit: nam cali- ditas, quę est in motione, caliditatem in corpore facit, quę est sanitas actu, atque completa, aut pars sanitatis, aut si non est tota sanitas, aut pars sanitatis, est sani- tas in potentia, quoniam ipsam sequitur pars sanitatis aliqua, aut ipsa sanitas to- ta. Sed caliditas, quę in motione est, est pars in agente: igitur pars in agente non per accidens, sed per se agit: vnde fricatio, & exercitium sanitatem ipsam effi- ciunt, quatenus quilibet horum ex se caliditatē efficit, ad quam sequitur sanitas.

Pars, quę est ĩ agēte, agit per se ad formam. quod cōsidera. Probat intentum.

In hoc sermone facit rememorationem de prædictis, & dicit. Manifestum est igitur ex prædictis ꝙ omne, quod generatur, generatur a conueniente in no- mine & ratione: vt illud, quod est per naturam, id est homo ab homine. De- inde dicit, aut a parte eius, &c. & intendit per conueniens in nomine genera- bilia naturalia ex patre & matre, sicut diximus. Et intendebat per hoc ꝙ dicitur a parte eius, quod est conueniens in nomine, illud quod generatur ab arte. & dicit hoc ex parte, quia artificiatum componitur ex materia & forma, & non est in anima artificis ex generato, nisi forma tantum, quæ est pars ge- nerati. & ideo dicit artificium enim est forma, id est ꝙ artificium non est nisi forma generati, non congregatum congregatione materiæ & formæ: sicut est dispositio in generabilibus naturalibus. & ideo non dicit in istis generari totum a toto. Deinde dicit, vt domus a domo, id est vt domus, quæ fit ex lateribus & lapidibus, generatur a domo, quæ est in anima artificis. & intendit per hoc ꝙ dixit, aut per actionem, id est aut per actionem aliquam artificis non per [illegible] nes actiones. Deinde dicit, aut a parte, quæ habet partem, & [illegible] ars agit in subiecto per aliquam partem ipsius in * subitantia, scilicet ꝙ [illegible] partem etiam ex partibus naturæ. & ista ars est earum, quarum actio compo- tur ex arte & natura. & ideo ars agit partem actionis, quoniam habet [illegible] bus istis. Deinde dicit, & spectat finem actionum naturæ. ista enim [illegible] spositio artis Medicinæ, & Culturæ cum virtutibus naturalibus, quæ [illegible] corporibus animalis, & in seminibus, & in plantis. Deinde dicit, aut gene- ratur alia pars rei ab aliqua parte conueniente in nomine: & vtrunque [illegible] ueniens cum generato. Deinde dicit si non fuerit generatio per accidens. [illegible] & si generatio alterius duarum partium a reliqua non fuerit per accidens. &

Artificiū nō ē nisi forma gñati, nō cōgregatū ex materia, & forma. vide 2. Ph. 13. & 2. de Aia. c. 8. & 3. de Ani. 18. & 8. Met. c. 12. * a.l. subie- cto.

Illa, q̃ gñantur abinuicē

A excepit hoc, quoniam illa, quæ generantur abinuicem per accidens, non ſunt conuenientia. Deinde dicit. Agens enim eſt per ſe pars, id eſt, & primum agens, quod eſt ex artificio, eſt exiſtens per partem agentem, quæ eſt in natura, calor enim per motum, &c. id eſt, verbi gratia calor, qui ſequitur motum corporis. eſt enim ſanitas quoquo modo, quia generat in corpore aliquem calorem, & generatio illius caloris eſt ſanitas, aut ſequitur eam ſanitas. & vniuerſaliter calor, qui eſt in corpore, aut eſt pars ſanitatis, aut eſt ſanitas in potentia, quia ſequitur ipſum pars ſanitatis, quæ eſt quaſi vltima perfectio. Deinde dicit, & ideo dicitur, &c, id eſt, & ideo dicitur ꝙ confricatio & exercitium agunt ſanitatem, quia agunt illud, quod ſequitur ſanitas, illud enim, cui accidit calor, facit Medicus.

per accidēs, non ſunt cōueniētia. V1 de 12. huius cō.24. & ſupra hic c.28.

Quare, ſicut in ſyllogiſmis omnium principium ſubſtantia eſt (ex ipſo enim quid eſt ſyllogiſmi ſunt) hic etiam generationes. Similiter ſe habent & quæ natura conſtituta ſunt. ſemen nanque facit, ſicut ea, quæ ab arte ſunt. habet etenim poteſtate formam. & a quo ſemen eſt, quodam modo vniuocum (non enim omnia ita oportet quærere, ſicuti ex homine homo. etenim mulier ex viro. vnde mulus non ex
B mulo) ſed ſi non læſura fuerit. Quæcunque vero, quorum materia poteſt & a ſeipſa moueri eo motu, quo ſemen mouet, a caſu, ſicut ibi, fiunt. quorum autem non, hæc impoſsibilia ſunt aliter fieri, quàm ex ipſis.

Ergo, ſicut dictum eſt quòd in ſyllogiſmis eſt principium cuiuſlibet ſubſtantia: quoniam ſyllogiſmi ſunt ex eis quæ ſunt: ita hic generationes. Et illa, per quæ conſtituuntur natura ſimiliter. ſemē enim facit, ſicut illa, quę ſunt ex artificio. forma enim eſt in potentia in eo. & iſtud ex quo eſt ſemen, conueniens in nomine, ſicut illa quoquo modo. non enim oportet quærere omnia in iſta eadem diſpoſitione, in qua generatur homo ex homine. mulier enim eſt ex viro. & ideo mulus non eſt ex mulo, niſi ſit quidam. Omnia enim, quæ fiunt ex ſe, ſunt ſicut illic omnia, quorum materia habet potentiam, vt mouean tur ex ſe hoc motu, quo mouet ſemen. & omnia, quorum materia nō
C poteſt, hæc ſunt alio modo, non ex iſtis.

Et quemadmodum in artificialibus principium eſt ſyllogiſmus, qui eſt in anima artificis, id eſt quiditas rei artificialis, ita eſt in naturalibus, vt vnumquodque generetur a quiditate præcedente in agente: nam quæ conſtant arte, fiunt ab vniuoco, vt dictum eſt, ita & quæ natura conſtant, fiunt ab vniuoco, quoniam ſemen generat per potentiam in eo ſimilem artificio, quę eſt quiditas artificiati, vt in generatione de Animalibus declaratum eſt. forma enim generati eſt in ſemine in potentia ſicut forma artificiati eſt in artifice in potentia: & ideo id, a quo eſt ſemen, vniuocum quodammodo eſt. Videtur enim id, quod ſemen emittit, ſemper eſſe vniuocum ei, quod ex emiſſo ſemine gignitur: modo id, quod fit, non ſit læſum: nam, ſi id, quod generatur, fuerit læſum, non oportet vt id, quod ſemen emittit, cum eo vniuocum ſit omnino: vt fœmina, quæ fit ex viro propter defectum, & mulus ab equo ſimiliter: quia, non omnia, quæ fiunt ſic, ab vniuoco fiunt, vt fit homo ab homine, & ideo ex mare fœmina oritur, & ex non mulo naſcitur mulus, quoniam hoc fit propter læſionem, vt dicimus. omnia enim, quę generantur ex ſe, ſcilicet non a ſimili, generantur modo ſimili generationi rerum in materia, quarum eſt potentia, vt [illegible] generetur aliquod ſimile per potentiam, quæ eſt in ſemine: & propterea modus, quo accidentia

31

Genita fiunt ab vniuoco tam in arte, q̃ ĩ natura.

Gñatio accidentiũ ẽ siñis gñationi animaliũ ex putri materia.

generantur, conuenit cum modo, quo generantur animalia, quę non fiunt ex se-
mine: qm̃ neuter horum fit a sibi similibus in specie, Quando nec animalia, quę
solum ex putri materia nascuntur, a sibi similibus in specie, nec accidentia ipsa
omnia. Animalia enim, quę solum ex putri materia oriuntur, discrepant tum ab
accidentibus, tum ab animalibus, quę vtroq; modo fiunt, quateuus nec accidẽtia
fiunt ex semine, nec ex aliquo proportionali semine. at animalia cuncta a semi-

Ideæ nõ prosunt generationi.

ne fiunt, aut a proportionali semini. & hi sunt modi, quibus res generãtur, in quo-
rum generatione ideę etiam si fuerint, non prosunt: qm̃ omne, quod fit, ex sibi si-
mili fit in specie, sed differt numero.

Dicit, Ergo sicut dictum est, &c. i. & intendit per substantiam quiditatem rei
factæ, quę est similis syllogismo. Et d. quemadmodum principium cuiuslibet rei
factę est sua quiditas, quę est similis, ita est etiam in omnibus generabilibus per
naturam, s. q͛ sunt a quiditate precedenti. Et hoc intendebat, cum d. qm̃ syllogis-
mi sunt ex eis, quę sunt. i. quemadmodum syllogismi, ex quibus fiunt artificiata,
sunt quiditates artificiatorum, ita res generabiles sunt a suis quiditatibus: & in-
differenter est in hoc ars, & natura. & hoc intendebat, cum d. Et illa, per quę cõ-
stituuntur, &c. i. & illa, quę inueniuntur a natura, sunt sicut illa, quę inueniuntur
ab artificio. D. d. semen enim facit, &c. i. semen enim generat per potentiam in
eo similem artificio, quę est quiditas artificiati. & hoc declaratum est in Sexto-
decimo libro de Animalibus. D. d. forma enim est in potentia. i. forma enim ge-
nerati est in semine in potentia, quemadmodum forma artificiati est in artefice i
potentia. & illud, ex quo est semen, conuenit nomine & ratione cum eo, quod fit
ex semine quoquo modo. D. d. non enim oportet quęrere, &c. i. & dicimus quo-
quo modo: quoniam non inuenitur in omnibus rebus, q͛ filius sit sicut pater sim-
pliciter in omnibus modis. v. g. vt homo masculus fit ab homine masculo, cũ mu-
lier inueniatur a masculo, & magis. quoniam mulus inuenitur nõ a mulo, sed ab
aliquo alio a mulo quodam modo. & hoc intendebat, cum d. nisi sit quidá. D. d.
Omnia enim, quę fiunt ex se. i. omnia autem, quę generantur ex se non a simili,
generantur modo simili generationi rerum, in quarum materia est potentia, vt
ex eis generetur aliquod simile per potentiam, quę est in semine. Et intendit q͛
generatio accidentium est quodammodo similis generationi substantiarum, quæ
fiunt non a suo genere. & modus similitudinis inter ea est, quia generantur nõ a
simili in specie. D. d. & omnia, quorum materia non potest, &c. & intendit ani-
malia, quę generantur non a suo genere. in materia enim eorum non est potẽtia
generare simile. & iste modus etiam generatur alio modo ab eo, quo generantur
accidentia, & ab eo, quo generantur illa, quę generantur ex se, & ab eis, quę ge-
nerantur ex seminibus. Hęc igitur est summa eorum, quę dicuntur in hoc loco, s.
q͛, si sint formę hic separatę, nihil prosunt in generatione: & q͛ generatio est ex

Digressio. Argumentũ primum.

rebus conuenientibus secundum formam, & diuersis secundum numerum. Et in
hoc, quod dixit, sunt multę quęstiones difficiles. qm̃, cum fuerit positum q͛ illud,
quod est in potẽtia, fit in actu ab illo, quod est sui generis, aut suę speciei i actu:
& nos videmus hic plura animalia, aut plures plantas exire de potentia in actũ
sine semine, quod generatur a suo simili secundum formam: & ex hoc existima-
tur substantias & formas esse dantes istas formas, per quas sunt animalia, & plan-

Secundũ argumentum.

tę. & hęc est maior ratio, quę attribuitur Platoni. Et dicitur etiam q͛, cum forma
substantialis in quolibet ente est aliquid additum formis complexionalibus in
rebus miscibilibus, & primis qualitatibus quatuor, vt forma leuitatis in igne, &
grauitatis in terra, & maxime animę, qm̃ manifestum est animam esse additam
formis complexionalibus, Istę igitur formę additę qualitatibus, aut generantur
ex se, & tunc generatio erit a non generante: aut generantur ex aliquo extrinse-
co: & illud extrinsecum aut est aliquod indiuiduũ illius speciei, aut generis, aut
forma separata. Sed, quia formę rerum generabilium a semine generantur, neq;

Confir. scdi.

a genere, neq; a specie, necesse est formas esse, quę dant eis formas. Et hoc non
solummodo existimatur in non generabilibus ex semine, sed in generabilibus
etiam. In semine enim non est anima in actu, sed potentia: & omne, quod est po-
tentia, indiget aliquo in actu. & similiter in habentibus semen: in semine enim

A non est anima in actu. & nõ possumus fingere ꝙ animę sint a complexione, nisi secundum opinionem dicentium animam esse complexionem. Propter ista igitur existimatur ꝙ necesse est formas separatas esse: & secũdum posteriores Philosophos Philosophia Aristo. est illud, quod vocat intelligentiam agentem. & existimatur ꝙ nõ solummodo dat formas animatas, & formas substantiales, quę sunt consimilium partium, sed etiam formas substantiales, quę sunt elementorũ. apparet enim ꝙ elementa non patiantur, neq; agant nisi per qualitates, non per formas substantiales. & vniuersaliter apparet ꝙ non sunt hic potentię agentes, nisi quatuor qualitates. & istę non sunt formę substantiales. & ideo non dicimus ꝙ leuitas, & grauitas sunt actiuę aut passiuę. Et vniuersaliter ista quęstio fundatur super propositiones Quarum vna est ꝙ illud, quod est in potentia, non exit in actum, nisi ab aliquo extrahentę suę speciei, aut generis. Et ꝙ formę substantiales materiales, neq; sunt actiuę neq; passiuę essentialiter, & ꝙ actiuę & passiuę sunt primę qualitates. & ex istis sequitur vt agens istas formas sint principia non naturalia. Et ideo quia Auicen. obedit istis propositionibus, credidit omnes formas esse ab intelligentia agente, quam vocat datorem formarum. Et existimatur etiam ꝙ Themistius dicat hoc. In entibus vero, quę generantur ex semine, manifestum est de eo, & iam d. hoc aperte in tractatu libri suę abbreuiationis. in

Opiniones ꝑꝑ argumenta addita.

3. Phy. 17. In lib. de sensu & sensibilibus.

Auicenna.

Themistius.

B omnibus vero formis apparet hoc ex hoc, quod dixit in sexto suę abbreuiationis de anima, ꝙ anima non est illud, in quo sunt omnes formę tantum, scilicet intelligibile & sensibile, sed est illud, quod ponit omnes formas in materijs, & creat eas. Et manifestum est ꝙ ipse intendit per hanc animam formam separatam. Alexan. autem videtur conuenire ei, quod dicitur hic ab Arist. & ei, quod dixit in Sextodecimo de Animalibus. Et etiam potest aliquis dicere ꝙ formæ elementorum proueniunt a datore formarum, quoniam videmus a motu generari ignem in actu, ex eo ꝙ est ignis in potentia: & non possumus dicere ꝙ motus facit formam substantialem ignis: sequitur igitur vt forma ignis, qui fit a motu, sit a datore formarum. Nos autem dicamus ꝙ, cum considerata fuerit demonstratio Aristo. in hoc loco super hoc, ꝙ formę materiales sunt generãtes formas materiales, apparebit ꝙ semina sunt illa, quę dant formas rerum generatarum a seminibus per formas, quas dederunt semina generantia. In generabilibus autem non ex se, id est casu, apparebit ꝙ corpora cœlestia sunt illa, quę dant istis aliquid loco seminum, & virtutum, quę sunt in seminibus, & in eis quę generantur ex semine. & ꝙ omnia ista sunt virtutes naturales diuinę generantes sibi similia, secundum ꝙ artes generant sua artificiata. & ideo d. Aristo. in libro de Animalibus ꝙ hę sunt similes intellectui, scilicet quia agunt actiones intellectuales. Et istę virtutes assimilantur intellectui in hoc, ꝙ non agunt per instrumentum

Alexander.

Rõ ꝑ Auic.

Op. Auer. ꝑ qua ẽt. vide 12. Met. cõ. 13. & 18.

C corporale. Et in hoc differunt istę virtutes generatiuę, quas Medici vocant formatiuas, a virtutibus naturalibus, quę sunt in corporibus animalium. Istę enim agunt non actione intellectus operatiui, sed agunt per instrumenta terminata, & membra propria. Virtus autem informatiua non agit per membrum proprium. Et ideo dubitat Galen. & dicit nescio vtrum ista virtus sit creator, aut non, sed vniuersaliter non agit nisi per calorem, qui est in semine: non ita ꝙ sit forma in eis, sicut anima in calore naturali, sed ita ꝙ sit inclusa in eis, sicut anima est inclusa in corporibus cœlestibus. Et ideo Aristo. magnificat hanc virtutem, & attribuit illam principijs diuinis, non naturalibus. sed istam virtutem* esse intelligentiam separatam est impossibile. Et demonstratio Aristo. in hoc est, ꝙ formæ non generantur per se. quoniam, si sic esset, tunc generatio esset nõ a materia. & cum ita sit, generatum est formans. generans igitur est illud, quod mouet materiam, donec recipiat formam, id est illud, quod extrahit ipsam de potentia ad actum: & illud, quod mouet materiam, necessario est corpus, habens qualitatem actiuam, aut potentiam, quæ agit per corpus habens qualitatem actiuam. Et, si illud, quod generat subiectum formæ, esset aliud a generante formam, tunc subiectum & sua forma essent duo in actu: quod est impossibile. & quia subiectum formæ non habet esse nisi per formam, ideo actio agentis non pendet ab ipso: nisi secundum ꝙ pendet de forma etiam: cum actio agentis: non pendet a forma: neq;

Quõ virtus informatiua assimilatur intellectui.

** a. l. intelligere se, ne dum vt separata sit.*

Vide 8. Ph. cõ. 15. & 7. Ph. te. com. 10. & 12.

de subiecto sine forma. Et cum ita sit, manifestum est ꝙ actio agentis pendet de subiecto propter hoc, ꝙ pendet de forma. Illud igitur, quod generat subiectum formæ, est illud, quod generat formam. immo non generat subiectum nisi quod generat formam. Et, si subiectum formæ generaretur ab aliquo agente & forma ex alio, tunc vnum actum, secundum ꝙ est actum vnum, generaretur a duobus agentibus: quod est impossibile. Secundum hoc igitur debet homo sustentari in hoc loco. Et homines errauerunt in hoc, quia non intellexerunt demonstrationem Aristotel. & non est mirum de Auicenna, sed de Alfarabio, videtur enim in suo libro de duabus Philosophijs dubitare de hoc. Et omnes homines declinant magis ad opinionem Platonis, quia est similis ei, quod loquentes nostræ legis opinantur, scilicet ꝙ agens omnia est vnum, & ꝙ non operantur in se adinuicem. Videtur enim ꝙ contingit eis ex creatione eorum adinuicem procedere in infinitum in causis agentibus: & ideo posuerunt vnum agens non corpus. Sed illud impossibile est vt transmutet materiam, nisi mediante corpore alio non transmutabili, scilicet corporibus cœlestibus. & ideo impossibile est vt intelligentię separatę dent aliquam formam formarum mixtarum in materia. Sed mouit Aristotel. ad ponendum mouens separatum à materia in factione virtutū intelligentiū, quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cum materia. Vnde necesse est vt illud, quod est non mixtum cum materia generetur quoquo modo a non mixto cum materia simpliciter: quemadmodum est necesse vt omne mixtum cum materia generetur a mixto cum materia.

Causa erroris Antiquorum.

Ratio contra illos.

Necesse est vt nō mixtū cū materia gñetur quoquo modo a nō mixto cū materia. vide consilic. 1. Met. c. 31.

Caput Vndecimum. Formam non generari, non tantum in substantia, sed & in cæteris prædicamentis uerum esse.

NOn autem de substantia solum ostendit ratio non fieri formam, sed de omnibus primis similiter communis ratio est, vtputa quantitate, qualitate, & aliis prædicamentis. Fit enim, vtputa ænea sphæra, sed non sphæra, nec æs. & in ęre fit: semper nanque oportet præexistere materiam, & formam. ita & in ipso quid est, & in qualitate, & quantitate, & aliis prædicamentis similiter. non enim fit qualitas, sed quale lignum: nec quantitas, sed quantum lignum, aut animal. Cæterum ex his proprium substantiæ accipere est, quòd necesse est præexistere semper aliam substantiam actu existentem, quæ facit, vtputa animal si animal fit: quale vero, aut quantum non est necesse, nisi potentia solum.

Vide ꝓ hoc 2. Cœ. c. 42.

Et iste sermo non significat substantiam tantum, quòd forma non generatur, sed est sermo communis omnibus primis rebus, verbi gratia quantitati, & qualitati, & aliis prædicamentis. Est enim sicut sphæra cuprea, sed non est sphæra, nec cuprum. & si generatur ex cupro, oportet semper vt materia sit ante formam per essentiam, & forma etiam. & similiter illud, quod est per qualitatem etiam, & quantitatem & alia prędicamenta. non enim generatur qualitas sed lignum habens qualitatem: nec quantitas, sed lignum quantum, aut animal. Sed inuenitur ex istis quòd substātiæ propriæ habent semper necessario aliam substantiam, quę est aut in actu, vt animal si est animal: qualitatem autem esse, aut quantitatem non est necessarium, nisi in potentia tantum.

A Cum declaraſſet in ſubſtantijs id, quod generatur eſſe compoſitum, & non formam ſolam, neque materiam ſolam: nunc amplificat hoc, quod dixit ad alia prædicamenta, oſtendens etiam in cæteris prædicamentis id, quod fit, eſſe compoſitum, & non formam ſolam, neq; materiam ſolam. nam hoc compoſitum, ſcilicet ænea ſphæra fit, & non ſphęra, quę eſt forma, neque æs, quod eſt materia, ſed eſt compoſitum, quod fit. formam enim fieri in materiam eſt idem, quod compoſitum fieri. ſemper enim in generatione ipſa, oportet materiam formamq; antecedere, vt ex his gignatur cōpoſitum. prę exiſtit enim materia, vt in ea forma recipiatur, & prę exiſtit forma in agente, ex qua fit id, quod fit, ſic & in ipſa ſubſtantia, & in quali, & quanto fit, cęteriſque prędicamentis ſimili modo. nanque quod generatum eſt ex eis, eſt congregatum ex ſubſtantia, & accidente: non. n. generatur qualitas, quę ſe habet vt forma, ſed quale lignum, neque quantitas, ſed quantum lignum, aut quantum animal. quare patet nō ſolum in generatione ſubſtantiarum compoſitum eſſe id, quod fit, ſed in cæteris prędicamentis. & eſt proprium ſubſtantiæ inter cætera prędicamenta, vt ante generationem ſubſtantiæ prę exiſtat altera ſubſtantia agens, quę eſt actu de ſpecie eius, quod naſcitur: ante vero generationem qualitatis, aut quantitatis non oportet vt prę exiſtat qualitas agens de ſpecie qualitatis, quę naſcitur, ſed ſolum neceſſe eſt vt prę exiſtat

B materia, quę potentia eſt qualitas genita, & hoc dixit, quoniam ſunt aliquę qualitates, quę non generātur a ſuo ſimili, vt albedo ſequens mixtionis formam primarum qualitatum, quorum nulla eſt albedo, nec nigredo.

32 In oībus generibus compoſitū eſt q̃d gignitur.

In qualibet gñatione forma pręcedit cōpoſitū, & materia vtrūque.

Dicit, & hoc quod dicimus, ꝙ forma non generatur, nec corrumpitur, non eſt proprium ſubſtantię, ſed eſt commune prędicamento ſubſtantię, & etiam alijs prędicamentis. Deinde dicit. Eſt enim ſicut ſphęra cupręa, &c. id eſt generatur enim ſphęra cuprea demonſtrata, & non generatur ſphęra, ſcilicet figura neque cuprum. Deinde dicit. & ſi generatur ex cupro, &c. id eſt & ſi ſphęra generatur ex materia & forma, oportet vt materia & forma pręcedant compoſitum ex eis, ſcilicet generatum. Deinde dicit. & ſimiliter illud, quod eſt, &c. id eſt & ſimiliter prędicamentum qualitatis, & alia prędicamenta, ſcilicet ꝙ generatum ex eis compoſitum eſt ſubſtantia, et accidente ſecundum tempus. Deinde dicit, non enim generatur qualitas, &c. id eſt, non enim generatur qualitas, quę eſt tanquam forma, ſed generatur corpus qualitatem aliquam. verbi gratia hoc lignum demonſtratum in quo eſt albedo aliqua: & ſimiliter in ſubſtantia nō generatur forma, verbi gratia animal. & hoc intendebat cum dicit aut animal. D. d. Sed inuenitur ex iſtis, &c. & eſt proprium ſubſtantię inter alia prędicamēta vt ante generatum ſit alia ſubſtantia agens ipſum, quo eſt in actu ex ſpecie illius, quod aget. vt animal, quod generat animal ſibi ſimile. D. d. qualitatem au-

C tem eſſe, &c. id eſt, ſed non eſt neceſſe vt ante qualitatem generatam ſit alia qualitas agens: ſed eſt neceſſe vt ante qualitatē generatam ſit aliquid, quo eſt in potentia qualitas, id eſt materia. Et d. hoc quoniam qualitas alia generatur a ſibi ſimili qualitate: & alia eſt, cuius generatio ſequitur formam mixtionis primarum qualitatum.

vide 12. Metā. te. cō. 17.

Non gñatur qualitas. Vide 5. Ph. c. 5.

Propriū eſt ſubſtātię inter alia p̄dicamenta, vt ante gñatum ſit alia ſubſtātia agens.

Inſtantia eſt de igne gñatoa motu ex 1. Meteor. et ex 2. Cœ. c. 42. Vide cō. Zim.

Caput Duodecimum. Dubitationum ſolutio, An partium rationes in totius ratione ponantur. Et an partes toto ſint priores.

CVm autem definitio ratio ſit, omnis autem ratio partes habeat, ac ſicuti ratio ad rem, ſimiliter & pars rationis ad partem rei ſe habeat, dubitatur vtrum oporteat partium rationem ineſſe in ratione totius, an non. In quibuſdam enim videntur ineſſe, in quibuſdam vero non. circuli enim ratio non habet rationem ſectionum: ratio vero ſyllabæ habet rationem elementorum. atqui circulus diuiditur

Primum dubium.

Scđm dubiū Vide Auer. in Epi. Tracta.2.

in ſectiones,ſicuti ſyllaba in elementa. Item autem, ſi partes priores ſunt toto, recti autem acutus eſt pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto,& digitus homine. Videntur tamen iſta eſſe priora: ratione nanque dicuntur ex iſtis,& eo quòd ſint abſq; inuicem, priora ſunt. An multis modis dicitur pars. Quorum vnus modus, quæ ſecundum quantum menſurat.

Eego definitio eſt ſermo,& omnis ſermo habet partes,& quemadmodum eſt ſermo ad rem,ita eſt pars ſermonis ad partem rei, dubitatur ergo in hoc,vtrum ſermo partium debeat collocari in ſermone totius,aut non. Videmus igitur quòd quædam collocātur,& quędam non. in ſermone enim circuli non eſt ille, qui eſt partium:in ſermone autem ſyllabæ eſt ſermo literarum, etſi circulus diuiditur in ſuas partes,ſicut ſyllaba in literas. Et etiam,ſi pars eſt ante totum,& acutum eſt pars recti,& digitus ante hominem. Sed exiſtimantur illa eſſe priora,quæ dicuntur per ſermonem, quoniam ſunt ex illis, & quia ſunt ex aliis ab illis,ſunt ante etiam. Aut dicamus quòd pars dicitur multis modis. Quorum vnus eſt ille,qui numeratur, per qualitatem,& alius per quantitatem.

33 Intendit explicare ex quibus definitio conſtituatur.

Regula.

Iis expoſitis,nunc redit ad definitionem, de qua intendit oſtendere ea,ex quibus conſtituitur definitio,& mouet quęſtionem, vtrum definitio cuiuslibet partis earum partium,quę in definitione totius ponuntur,debeat poni in definitione totius: vt,ſi animal,& rationale ponantur in hominis definitione, debeant poni loco earum definitiones animalis,& rationalis.& hęc quęſtio duo ſupponit, & primo.quod omnis definitio eſt oratio,& omnis oratio, quę ſignificat quid erat eſſe,habet partes, ſequitur quod omnis definitio habet partes.& quia definitio eſt ratio,fit vt pars definitionis ita ſe habeat ad partem rei,vt vniuerſa definitio ad vniuerſam rem:nec demonſtrauit Ariſto.has ſuppoſitiones, ſed eas ex libro Thopicorum,& poſteriorum tanquam perſpicuas accepit. his ſuppoſitis,quærit modo vtrum omnes definitiones partium definiti debeant eſſe partes definitionis totius definiti,vt definitio rei ſit verior,an definitiones partium non debent poni in definitione totius rei,& cauſa,quare quęſtio hęc rationabiliter mota ſit, eſt,quoniam in quibuſdam definitionibus partes rei ineſſe videntur, in quibuſdam vero definitionibus non videntur ineſſe:in definitione enim circuli partes circuli non recipiuntur,quoniam non dicimus circulus eſt figura plana habens duo ſegmenta:ſed dicimus circulus eſt,'e cuius centro ad circunferentiam omnes lineę ductę ſunt equales:at ſyllabę definitio habet elementa ipſa, quę ſunt partes ſyllabę.dicitur enim quod ſyllaba eſt vox ex literis conſtans, & tamen circulus in ſuas partes diuiditur, quemadmodum ſyllaba in elementa diuiditur, id eſt in literas,& ex hoc vult innuere eas partes poni in definitione, quę ſignificant partes quiditatis rei,hoc eſt,quę ſunt partes formæ,& non partes,quę ſignificant partes materię.at in definitione ſyllabę generatim partes ponuntur, quales ſunt literæ. dicitur enim ſyllaba eſt Vox, quæ componitur ex vocali, & conſonante:& in definitione breuis ſyllabæ etiam literæ ponuntur,cum ſit breuis ſyllaba, quę ex vocali, & conſonante breuibus conſtat. longa vero, quæ conſtat ex longis. at in definitione circuli non ponuntur dimidia, & quartæ pars eius. ſed contrarium.dicitur enim ſemicirculus Arcus circuli, quem diuidit diameter: vbi patet circulum acceptum eſſe in definitione ſemicirculi, non autem econtrario, hinc patet quæſtionis rationabilitas. nam, cum ſyllabæ partes ſint in ratione ſyllabæ, & circulus perinde in ſegmenta diuidatur, vt ſyllaba in elementa; hinc emergit quæſtio, cur in ſyllabæ ratione partes

Partes rei ĩ quibuſdā definitionibus videntur in eſſe, in quibuſdā vero ſ minime.

Syllaba q̄d eſt,& q̄ breuis, & quę longa.

A ſunt, in circuli non item. & ſequitur ex hoc ſermone alia quæſtio vtrum partes toto priores ſin t, an ſecus: & videtur quod non: quoniam. ſi pars ſit prior toto, cum angulus acutus ſit pars recti: acutus enim minor eſt recto, & digitus ſit pars hominis, ſequitur vt angulus acutus prior, ſit recto, & digitus prior homine quare partes non videntur toto priores. & ſimiliter poteſt argumentum hoc pacto fieri. Partes definiuntur per illa tota, vt digitus per hominem, & acutus angulus per rectum. & prius eſt, quod poteſt eſſe ſine alio, & aliud non ſine ipſo. & cum homo poſsit eſſe ſine digito, & rectus ſine acuto, fit vt totum ſit partibus prius: & iſta quæſtio diſſoluitur, quoniam partes dicuntur duobus modis, aut ſunt partes qualitatis, aut quātitatis. partes.n. qualitatis ſunt poſteriores quiditate totius, & toto, quantitatis vero partes, econuerſo.

Queſtio.

Prius quid. Idē in poſt. prędic. cap. de priori.

Cōtinuatio.

Cum declarauit ꝙ definitio eſt illud, quod ſignificat quiditatē rei, et ꝙ primo modo eſt ſubſtantiæ, & ſecundario aliorum prædicamentorum, & ꝙ definitio & definitum ſunt idem in actu, & ꝙ multitudo in ſuis partibus eſt in potentia, & declarauit ex hoc, ꝙ ſi res habent quiditates, & formas exiſtentes per ſe, ꝙ non ſunt eædem cum rebus, quarum ſunt formæ, & ꝙ propter hoc nihil proſunt in ſubſtantia illarum rerum, quarum ſunt formæ, & ꝙ formæ & etiam ideæ, ſi ſunt, nihil proſunt in generatione rerum, quæ ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles: omnis enim ſubſtantia generatur a ſubſtantia ſibi ſimili, cum generatio non ſit formæ
B nec materiæ, ſed congregati ex eis, quod eſt demonſtratum. Et cum hoc declarauit, reuerſus eſt ad complendum ſermonem de definitionibus, & dixit. Ergo definitio eſt ſermo, &c. i. & quia definitio eſt ſermo, & omnis ſermo habet ſuas partes ſignificantes partes rei: & apparet ꝙ ſicut eſt proportio definitionis ad rem. ita eſt proportio partis definitionis ad partem rei, i. quoniam, quemadmodū definitio declarat quiditatem rei, ita pars definitionis declarat partem quiditatis rei: ideo accidit quæſtio in hoc. Et eſt quæſtio talis, vtrum omnes definitiones partium rei debeant eſſe partes definitionis, ita ꝙ præcedant rem, & eius definitionem, ſ. vt definitiones partium ſint tota definitio, & priores ipſa, aut non omnes definitiones partium definiti ſunt partes definitionis, ſed ſunt poſteriores re, & ſua definitione. Et intendebat per hanc perſcrutationem declarare quæ partes definitionis ſignificant partes quiditatis rei, & nō partes ſuæ materiæ, & quę non ſignificāt partes quiditatis rei. Deinde dicit. Videmus igitur ꝙ quædā, &c. i. hæc quæſtio accidit in hoc ex hoc, ꝙ nos videmus quaſdam res partium, quarū definitio non collocatur in ſuis definitionibus. verbi gratia definitiones partium circuli, quæ non claudūtur in definitione circuli. quia tertia, & quarta pars circuli non collocantur in definitione circuli: nec definitio circuli diſſoluitur in definitiones earum: ſed circulus accipitur in definitione partis. in definitionibus vero ſyllabarum eſt definitio literarum: quoniam ſyllaba eſt illud, quod componi-
C tur ex duabus literis, ſ. conſonante & vocali. Si igitur ſyllaba fuerit breuis, definitur ita, ꝙ eſt illud, quod componitur ex duabus literis. & ſic accipitur in ſua definitione definitio literæ, conſonantis. ſ. breuis & vocalis. Et ſimiliter ſyllaba longa. accipitur enim in ſua definitione definitio literæ conſonantis productę & vocalis. Sed in definitione circuli non accipitur definitio medietatis, nec quartę. & hoc manifeſtum eſt. immo facimus econtrario. Dicimus enim ꝙ medietas circuli eſt arcus circuli, quem diſtinguit diameter: & ſic circulus eſt acceptus in definitione ſemicirculi, & non econtrario. Deinde d. & ſi circulus diuiditur, &c. i. ꝙ cum in hac diuerſitate, quæ apparet in iſtis partibus, videmus totum vtriuſque iſtorum duorum modorum diuidi in partes eodem modo: ſyllabæ enim diuiduntur in literas, ſicut circuli in partes. Deinde dicit. Et etiam, ſi pars eſt ante totum, & cæ. ideſt, & ſequitur ex hoc ſermone etiam in hoc modo, ſcilicet, in eo, quod eſt ſimile circulo, ꝙ pars præcedit totum, aut acutum ſit ante rectum, & eſt econuerſo, ſcilicet ꝙ definitio recti accipitur in definitione acuti, & in definitione expanſi. & ſimiliter definitio circuli præcedit partes, & definitio animalis præcedit digitum. Deinde dicit. Sed exiſtimatur, &c. ideſt, ſed exiſtimatur ꝙ rectus eſt ante acutum, quia definitur per rectum. & exiſtimatur ꝙ acutū eſt ante rectum, quia iſte inuenitur ſine eo, ꝙ inueniatur rectus. & intendit ꝙ ſecundū

Expoſitio.

Primum dubium.

Documētū.

Ratio primi dubij.

Scdm dubiū

ꝙ ſunt partes, inueniuntur præcedere in generatione totum. Deinde dicit. Ac dicamus ꝙ pars dicitur multis modis. Quorum vnus eſt ille, qui numeratur per quantitatem. ideſt, & iſta quæſtio diſſoluitur etiam dicendo ꝙ partes dicuntur duobus modis. dicuntur enim de partibus qualitatis, & partibus quantitatis. definitiones igitur partium quãtitatis ſunt poſteriores definitione totius & toto: definitiones vero partium qualitatis præcedunt definitionem totius & totum.

Sed hæc quidem prætermittatur, ex quibus vero ſubſtantia, tanquam ex partibus eſt, hoc conſiderandum eſt. Si igitur hoc quidem materia eſt, hoc vero forma, hoc vero ex his: & ſubſtantia eſt materia, & forma, & quod ex his: quodam modo quidẽ materia etiã pars alicuius dicitur, quodam modo vero non. quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa concauitatis, non eſt pars caro. hæc enim materia, in qua fit, ſimitatis autem pars aliqua eſt. & totius quidem ſtatuæ pars æs: eius autem, quod vt forma dicitur ſtatuæ, minime. dicendum enim forma, & quatenus formam habet, vnum quodque: materiale vero nunquam ſecundum ſe dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eam, quæ ſectionum ratio eſt: ſed ſyllabæ eam, quæ elementorum eſt. quia elementa rationis partes ſunt formæ: & non materiæ: ſectiones vero horum ſic partes tanquam materia, in quibus adueniunt propinquiores tamen ipſi formæ, quam æs, cum in ære rotunditas fiat. Quodam modo vero nec elementa cuncta in ratione ſyllabæ inerunt. vtputa hæc cerea, aut quæ in aere ſunt. iam enim etiã hæc ſyllabæ pars ſunt, tanquam materia ſenſibilis. Etenim linea non, ſi cũ diuiditur in medietates, corrumpitur, aut homo in oſſa, & neruos, & carnes, propter hoc & ita ex his ſunt, tanquam ex his, quæ ſunt partes ſubſtantiæ, verum tanquam ex materia. & totius quidem ſunt partes, formæ vero & cuius ratio minime: propter hoc nec ĩ rationibus. Quorundam itaque inerit talium partium ratio, quorundam vero non oportet ineſſe, niſi ſint ipſius ſimul ſumpti. propter hoc enim nõnullæ ex his, tanquam principiis ſunt, in quas corrumpuntur: quædam vero non ſunt. Quæcunque igitur ſimul ſumpta, forma & materia ſunt, vt ſimum, aut æneus circulus, illa ſane in hæc corrumpuntur, & pars ipſorum eſt materia. quæcunque vero non ſimul cum materia ſumũtur, ſed abſque materia, vt rationes formæ ſolum, hęc profecto non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidem principia & partes, quæ in eis ſunt, formę vero neque partes, neque principia huiuſmodi. & propterea lutea ſtatua in lutũ corrumpitur, & ſphęra in æs, & Callias in carnem & oſſa, item & circulus in ſectiones. eſt enim aliquid, quod cum materia ſumitur. æquiuoce nanq; dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ſinguli, propterea quòd ſingulis non ſit proprium nomen.

Et dimittamus hoc, & perſcrutemur de eis, ex quibus eſt ſubſtantia, & ſunt tanquam partes. Si igitur quædam eſt materia, & quædam forma, & quædam illud, quod eſt ex iſtis: ſubſtantia autem, & materia, & forma, & illud quod eſt ex iſtis: forte dicitur pars rei

A materia etiam,& forte non dicitur, ſed ex quibus eſt definitio formæ, vt caro,quæ non eſt pars profundi.eſt enim materia, in qua eſt profundum,& eſt pars ſimitatis.& cuprum pars totius idoli, & non eſt pars idoli, quod dicitur forma.forma igitur dicitur de illo,quodcunque rerum habet formam:materia autem non dicitur eſſe omnino per ſe. Et ideo non dicitur in definitione circuli definitio partium:& in definitione ſyllabæ ſunt literæ. literæ enim ſunt partes formæ,& non ſunt materia:partes vero circuli ſunt partes tanquam materia, ſuper quam ſunt,& ſunt propinquiores formæ cupri, cum circulus eſt in cupro. Et forte eſt poſsibile vt non ſint omnes literæ ſyllabæ in ſermone* vt iſtę audibiles, aut quę ſunt in aere iſta enim etiam ſunt partes ſyllabę, quia ſunt ſenſibiles per naturam. Linea enim non corrumpitur,quia ſemper diuiditur in media,aut homo in oſſa & neruos & carnem, & ideo ſunt ex iſtis ſecundum hunc modum,tanquam partes ſubſtantię, ſed quaſi ex materia, totius vero

*ista deerāt ĩ textu Auerrois vſq; ibi Linea.

B non ſunt partes. formę autem, & illius, quod habet definitionem, non ſunt partes:& ſimiliter in definitionibus etiam. In quibuſdam autem non ſunt,neque aliqua definitionum partium, quę ſunt tales.& in quibuſd am non oportet vt ſit vnum,niſi ſit illud, quod eſt congregatum. quoniam iſta quędam ſunt ex illis, quę ſunt principia, & in ea corrumpuntur:& quędam non. Omnia igitur,quorum materia & forma ſunt congregatę, vt ſimus, & circulus cupri, corrumpuntur in iſta,& materia eſt pars eorum.& omnia,quę non congregantur cum materia, ſed definitiones formę ſunt ſine materia, aut corrumpuntur omnino,aut non corrumpuntur,ſicut illa corrumpuntur. Ergo in illis illa,quę ſunt ſub eis,ſunt principia & partes earum,forma vero non eſt iſtę partes,nec principia earum.& ideo corrumpitur idolum terreſtre in terram,& ſphęra in cuprum, & Callias in carnes & oſſa, & etiam circulus in partes. quodcunque igitur cōgregatur cum materia,& dicitur ęquiuoce circulus,qui dicitur modo

C ſimplici,& ille,qui dicitur particularis.particularia enim non habēt proprium nomen.

Nunc declarat cuius ſubſtantiæ materia ideſt pars materialis pars ſit, & cuius non.&,cum ſubſtantiæ ſint in triplici differentia, materia non eſt formæ 34
pars,quoniā formæ partes ſunt,ex quibus ratio formæ conſtat,ſed compoſiti ex materia & forma,et ideo materia nō ponitur in definitione formæ.vt pars. Sed eſt ſubiectum formæ,ſine quo forma eſſe non poteſt, & propterea materia collocatur in definitione formę vt vehiculum deferens quiditatem, & eſt pars perfectibilis a forma,quæ eſt ſubſtantia ſimpliciter perfectiua.vt ſimitas,cuius definitio eſt naſi cauitas,aut in carne naſi, quoniam ſimum eſt compoſitum, quod conſtat ex naſi carne, & cauitate: ex carne quidem vt ex materia, in qua fit cauitas, ex cauitate vero, vt ex forma,quæ in naſi carne habetur, & ſit caro naſi, aut naſus non eſt pars definitionis cauitatis, ſed eſt ſubiectum ei, & ſimiliter æs eſt pars ipſius ſtatuæ, ſed non eſt pars figuræ eius, quæ eſt ipſa forma. & cum expoſuiſſet differentiam inter materiam & formam, dixiſſetque materiā non eſſe partem quiditatis,formā vero eſſe. nūc hoc ita eſſe oſtēdit,ex eo qa forma pdicatur de vnoquoq; indiuiduo cōcretiue ſumpta inquantū habet

formam, hoc eſt per ſe, at materia vel materiale de nullo illorum prædicatur per ſe nec in abſtracto, nec in cõcreto. quo fit vt nec materia, nec materiale ſit pars quiditatis: cum nunquam prædicetur per ſe de indiuiduo: & ex his patet ſolutio primæ quæſtionis, ſubſcribens cauſam, cur in ſyllabæ definitione elementa eius ſumuntur, in circuli ratione non perinde ſegmenta. quoniam elementa ſunt partes formales ſyllabæ, in ratione vero circuli non ſumi ſegmẽta, quoniam ſegmẽta ſunt partes materiales circuli. Sed quæret aliquis, dictum eſt enim ſemicirculum non eſſe partem rationis circuli, quia non pertinet ad formam circuli, videtur dubitatio, vtrum eodem modo ſemicirculi ſint extra rationem circuli, ſicut æs extra rationem circuli facti in ære. dicendum eſt, quod partes circuli, hoc eſt ſemicirculos propinquiores eſſe formę circuli quam ęs, quotiens in ęre circulus ortus fuerit. cauſa autem eſt, quoniam ſemicirculi ſunt materia neceſſaria circuli, ęs vero, vel ferrum nequaquam, nullus circulus poteſt eſſe ſine ſuis ſemicirculis, licet (vt dictum eſt) intelligi poſsit. at ſine ęre, vel ferro & eſſe, & intelligi poteſt circulus. & ſic definitiones partium non ſunt definitiones circuli, ſicut definitiones literarũ ſunt partes definitionum ſyllabarum. Sed quęret aliquis, vtrum omnia elemẽta ſint partes, rationis ſyllabę, an quędam ſic, quędam ſecus. reſpõdet non omnia elementa eſſe pariter ſyllabarum partes rationis, quoniam non literę cerεę, aut literę, quę ſunt in ipſo Aere, per quem fit vox, quoniam hęc elementa cerea vel Aerea, ſunt veluti materia ſenſibilis, & ſic definitio cuiuslibet partis eius non eſt pars definitionis totius: ſed quia linea, & ſuperficies ſunt de his, in quibus definitionibus materia non ingreditur, ideo definitio partium earũ eſt pars definitionis totius: ſed illę res, in quibus definitionibus eſt materia, vt homo, qui nunquam abſque carne, & oſſe, ac neruis inuenitur, ideo definitio harũ partium non eſt pars definitionis totius hominis. at vero, ſi quis compoſitum hoc per accidens definierit, illę partes in compoſiti ratione accipientur, non autem in ratione formæ, quę proprie eſt id, quod definitur, quę interdum in concreto per modum totius, nonnunquam in abſtracto per modũ partis definitur. & quia forma per ſe definitur, & materia non eſt pars formę, ideo nec pars definitionis eſt. quia vero eſt pars compoſiti ex materia & forma, ideo eſt pars rationis, qua definitur compoſitum ipſum, quod ſaltem per accidens definitur. eſt enim cõpoſitum ſingulare, cuius non eſt definitio per ſe: & propterea dici poteſt materiam non eſſe partem definitionis ſimpliciter, ſed ſolum eius, quod per accidens definitur. & ſunt etiam alia: in quorum definitionibus inuenitur materia neceſſario. & iſta ſunt illa, in quę cum diuiduntur, corrumpuntur: & ſunt illa, quę ex talibus partibus ſunt, & ſunt indiuidua, quę ex oſsibus, neruis, & carnibus ſunt. illa vero, quorum non inuenitur materia, quę ſit in actu, neque ſunt ex talibus ſunt vniuerſalia, quę ſecundum rationem accipiuntur, & omnino non corrumpuntur, aut non ſic. i. aut non per ſe, vt compoſita, ſed per accidens corruptione compoſitorum ſingularium. vt circulus in ęre, vel ſtatua in ligno, nam ligno, & cupro corrupto, ſtatua, & circulus corrumpitur: circulus vero vniuerſalis, qui reſpectu circuli ęnei, lignei, & terrei eſt, veluti ens non corrumpitur, ſed ſolum circulus ęneus, vel ligneus, aut terreus corrumpitur. & ita in indiuiduis ſubſtantię corrumpitur homo particularis, vt Socrates, & Callias, & non homo, niſi per accidens ad corruptionem ſuorum particularium.

Solutio quęſtionis.

Obiectio prima.

Dilutio primę.

Obiectio ſecunda.

Dilutio ſecũdę.

Forma þ ſe definitur. op po. ſupra cõ. 26.

Materia nõ eſt definitionis pars.

Homo vľis nõ corrũpitur niſi per accidẽs. Idẽ 1. Met. te. 5. in exp. med.

Ideſt. Sed dimittamus hanc quęſtionem de ęquiuocatione, quę eſt in hoc nomine pars, & ponamus perſcrutationem de ęquiuocatione, quę eſt in hoc nomen ſubſtantia. Deinde dicit. Si igitur quędam eſt materia, & c. i. ſi igitur hoc nomen ſubſtantia dicitur ſimpliciter de materia ſubſtantię compoſitę ex materia & forma, & de forma eius, & de compoſito, tunc forma ſubſtantię dicetur eſſe ſubſtantia rei, cum ipſa declaret eſſentiam illius. [a] materia vero dicitur ſecundũ conſiderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſſe pars ſubſtantię. ſecundum conſiderationem vero ad ſubſtantiam declarantem eſſentiam rei non dicitur eſſe pars ſubſtantię, ſed eſſe deferens formam in ſuam definitionem, verbi gratia ſimitas, cuius definitio eſt concauitas in naſo, aut in carne naſi, naſus enim eſt pars ſubſtantię eius, quod ſignificat hoc nomẽ ſimitas, quod eſt cõ-

Idem 2. de Aĩa t. c. 2. et hic ſupra cõ. 7. & 8. Me.

a Materia ñ eſt pars qditatis ſed vehiculũ deferẽs qditatem

A gregatio nasi & simitatis, & non est pars definitionis concauitatis, sed est subiectum ei. Et hoc, quod dicit, non accidit nisi in rebus, quarum nomina significant aliquid existens in subiecto, non aliquid existens per se. & similiter cuprum est pars definitionis idoli facti ex cupro, & non est pars formæ idoli. Et, cum dedit differentiam inter partem definitionis, quæ est materia, & inter partem, quæ est forma, indiget dare differentiã inter materiam & formam, & dixit. forma igitur dicitur, &c.i. & differentia inter formam & materiam est, quoniam forma prædicatur per se de habente formam, secundum ꝙ declarat quidditatem eius substantialem: materia vero non prædicatur de habente formam vera prædicatione, nedum vt prædicetur per se. idolum enim non dicitur esse cuprum, nec homo caro, nec simus nasus. Deinde dicit. Et ideo non dicitur in definitione circuli, i. quoniam, cum in definitionibus quorundam appareat materia, & sunt composita ex materia in actu & forma, ideo definitiones omnes suarum partium nõ sunt partes definitionis. Et, quia in definitionibus quarundam, scilicet rerum simplicium non apparet materia in actu, & partes definitionis in eis sunt partes formæ, contingit in talibus istis vt definitiones omnium suarum partium sint partes definitionis. &, quia definitiones syllabarum sunt ex hoc genere, ideo definitiones litterarum sunt pars definitionis syllabæ. Et, quia dispositio circuli cũ suis
B partibus est dispositio materiæ rei cum forma eius, ideo partes circuli non accipiuntur in definitione circuli: quoniam in definitione circuli non apparet materia. & per hoc intendebat dissoluere hanc quæstionem. Et quia partes circuli nõ apparent in definitione circuli, sicut materia apparet in definitione rerum habẽtium materiam, verbi gratia sicut cuprum apparet in definitione circuli cuprei: & potest aliquis obijcere ei per hoc, deinde d. partes vero circuli, &c.i. & partes circuli, licet non sint materia, quæ apparet in definitione circuli, tamen est similis materiæ, quæ apparet in definitionibus rerum, & est propinquior formę, q̃ materia, quæ apparet in definitione circuli, qui est ex cupro. Et, quia partes circuli assimilantur materię, quæ apparet in definitionibus rerum habentium materias, ideo definitiones partium non sunt partes definitionis circuli: sicut definitiones literarum sunt partes definitionum syllabarũ. Deinde dicit. & forte est possibile, &c. & dixit hoc, quia syllaba, cum consideratur cum hoc, quod est motus compositus ex duobus motibus, est de numero rerum, in quarum definitionibus apparet materia, & definitio cuiuslibet partis eius non est pars definitionis totius. &, cum consideratur secundum hoc, ꝙ est vox composita ex duabus vocibus, est de numero rerum, in quarum definitione non apparet materia: & definitio cuiuslibet partis eius erit pars definitionis. Deinde inuenimus in libro continuum. Linea enim non corrũpitur, &c.i. & apparet hoc, ꝙ diminuitur aliquid
C inter hæc duo capitula, cum quo posset sermo cõtinuari. Sermo enim est de definitione rerum, in quarum definitione non intrat materia, vt linea, & superficies: & in quarum definitionibus est materia, vt homo, qui nunquam inuenitur nisi in carne, neruis, & ossibus. & sunt res, quæ cum accipiuntur, quodammodo inuenitur materia in sua definitione, & quodammodo non, vt circulus. quoniam, quando accipitur secundum ꝙ est circulus cupri, inuenitur cum sua definitione materia: & quando secundum ꝙ est circulus, non inuenitur in eo materia: & in quibusdam est dubium. & ideo dixit post. & ideo sunt ex istis secundum hunc modum, &c. & ideo partes materiales rerum, in quarum definitione inuenitur materia, sunt quodammodo partes substantiæ, & quodammodo non sunt partes substantiæ. in respectu congregati ex materia & formæ sunt partes substantiæ: in respectu vero eius, quod habet veram definitionem, s. formæ, non sunt substãtię. Deinde d. In quibusdam autem, &c. & quia entia inueniuntur his duobus modis, s. forma sine materia, & forma in materia, ideo in definitionibus quorundam non inuenitur aliqua definitionum rerum, quæ sunt in materia, & sunt illa, quorum partes sunt partes formæ eius: & non inueniantur in alijs nisi per accidens, & sunt quędam, in quorum definitione inuenitur materia necessario, et sunt illa, quorum nullum inuenitur nisi in materia necessario, & essentialiter. Deinde dicit. quoniam ista quędam, &c. i. quoniam illa quędam sunt, in quorum definitione

vide idẽ supra. c. 21. & infra. cõ. 43.

Materia nõ p̃dicatur de habẽte formã vera p̃dicatiõe, ne dũ vt p̃dicetur p se. vid idẽ supra cõ. 23. & quę ibi.

In definitionibus cõpositorũ ex materia & forma apparet materia. Idẽ 2. Phy. t. cõ. vlti. & 1. de Aĩa cõ. 16. idẽ hic. 33. 37. 39. & 6. Met. t. cõ. 2. & 8. Me. te. cõ. 6.

Quõ partes circuli assimilãtur materię ĩ actu, nõ sic syllabarum.

Solutio istãtię inductę.

Distinguit modos, secũdũ quos materia definit.

non inuenitur materia, quæ est in actu: & quædam quorum definitio est ex materia, quæ est in actu, sicut ex ea, & suis principijs. & ideo, cum materia corrumpitur, corrumpuntur ista. Deinde dicit, & omnia, quæ non congregantur cũ materia &c. i. res, autem in quarum definitione non apparet materia sensibilis, sed apparent in sua definitione partes formæ, aut non corrumpuntur aliquo modo, aut corrumpuntur per accidens. Deinde dicit. Ergo in illis, &c. i. & ideo illa, quorum esse est in alio, illud aliud est principia, & partes eorum. illa vero, quæ naturaliter non existunt in alijs, sed in sua natura est sua forma, illa alia nõ sunt partes neque principia eorum. Deinde dicit. & ideo corrumpitur idolum terrestre in terra, &c. i. & quia quædam entia existunt in alijs, vt idolum terrestre in terra, & sphæra cupri in cupro, & Callias ĩ carne & ossibus, & circulus in partibus suis. Et intendit ꝙ partes eius sunt quasi materia, licet materia sit non sensibilis, sed intelligibilis, vt post dicemus. circulus igitur mathematicus in respectu partium assimilatur entibus, quæ sunt in alijs. Deinde dicit. quodcunque igitur congregatur cum materia, &c. i. & cum ita sit, hoc nomen circulus, quando dicitur de circulo simpliciter, & quando dicitur de circulo, qui magis est proprius isto, & quasi particularis in respectu ipsius, quia est ex cupro, aut ex terra, hoc nomen circulus dicitur æquiuoce. Plura enim, quæ sunt huiusmodi, non habent proprium nomen, scilicet quoniam non est nomen proprium, quod significet circulum cupreum, aut lapideum.

Quid sit materia sensibilis, & qd intelligibilis, Vide in cõsequẽti. & 5. Meta. cõ. 3.

Dicta itaque nunc quoque veritas est, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes. Quæcuuque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. Ratio vero recti non diuiditur in acuti rationem, sed acuti in rectũ. vtitur nãque recto, qui definit acutum. minor etenim recto acutus. similiter autem circulus & semicirculus sese habent: semicirculus nanque circulo definitur. & digitus toto: talis enim hominis pars digitus. Quare quæcunq; quidem partes vt materia, & in quas diuiditur vt in materiam, posteriores: quæcunque vero vt rationis, & secundum rationem substantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ. Quoniam vero animalium anima (hoc enim substantia animati) secundum rationem, & formam substantia, & quod quid erat esse tali corpori: cuiusque nanque pars, si probe definiatur, non sine eo opere definietur, quod sine sensu nõ existet: sane partes eius priores, aut omnes, aut aliquæ toto animali, & de vnoquoque similiter. corpus vero, & eius partes posteriores hac substantia, & diuidetur in eas vt in materiam, non ipsa substantia, sed totum. Toto itaque quodam modo quidem priores sunt hæ, quodam modo vero nõ, quãdoquidẽ nec esse possunt separatæ. non. n. quiquo modo cũq; se habet, digitus animalis est, sed æquiuocus, qui mortuus est. Quædã vero simul quæcũque principales, & in qua prima ratio, & substantia. vtputa si hæc cor, aut cerebrũ est. nihil. n. differt, vtrum talis sit. Homo vero, & equus, & quę ita se habent in singularibus, vniuersale vero substantia non est, sed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquã vniuersali. singulare vero ex vltima materia iã Socrates est. & de cæteris similiter. Pars itaq; ẽt formæ est, (formam aũt dico quod quid erat esse) & ipsius totius, quod ex forma & ipsa materia est. Sed rationis partes, quæ formę solũ sunt, ratio vero est ipsius vniuersalis: circulo nanq; esse & circulus, & animæ & anima

Vide cõtra dictio. Zim.

A idem eſt. Totius vero vt circuli huius, & ſingularium alicuius ſenſibilis, aut intelligibilis (dico autem intelligibiles quidem, vt mathematicos: ſenſibiles vero, vt æneos & ligneos) horum inquam non eſt definitio, ſed intellectione, aut ſenſu cognoſcuntur. cum vero abeant ab actu, non eſt manifeſtum vtrum ſint aliquando, an nõ ſint: tamẽ ſemper dicuntur & cognoſcuntur vniuerſali ratione. Materia vero per ſeipſam incognita. Materia vero, quædam ſenſibilis, quædam intelligibilis. Senſibilis quidem, vt æs, & lignum, & quæcũque mobilis materia. Intelligibilis vero, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non prout ſenſibilia, vtputa ipſa mathematica.

Materia q̃dã ſenſibilis quędã intelligibilis. Idẽ ĩfra tex. 39. & 8. Meta. tex. 15.

Iam igitur diximus ſermonem latentem modo, ſed tamen dicamus magis manifeſtum. Sed prius reuertamur ad quot ſunt partes ſermonis, & in quæ diuiditur etiam ſermo. iſta. n. ſunt ante, aut omnia, aut quædam. Definitio autem recti non diuiditur in definitionem acuti, ſed quæ eſt acuti in rectum. qui enim definit acutum vtitur recto.
B acutus enim eſt minor recto. & circulus & ſemicirculus ſunt ſimilia iſtis. ſemicirculus enim definitur per circulum, & digitus per totũ. digitus enim eſt pars talium partium hominis. Omnes igitur partes, quæ ſunt tanquam materia, & quæ diuiduntur ſicut iſta, quæ ſunt in materia vltima: & omnes, quæ ſunt definitionis, & ſubſtantiæ, quam ſignificat definitio, aut omnes, aut quędam. Et etiam anima animalis (hæc enim eſt ſubſtantia animalis animati) per ſubſtantiam, quæ eſt tanquam definitio & forma, & quod eſt per eſſentiã talis. & vnaquęque partium, ſi definitur bene, non definitur ſine definitione, quæ eſt cum genere. ergo partes eius ſunt ante, aut omnes, aut quædam, magis quam partes animalis congregati. & ſimiliter in omnibus particularibus. corpus vero, & ſuæ partes ſunt poſt hanc ſubſtantiam, & diuiduntur iſta, ſicut illa, quæ diuiduntur in materiam, non ita q̀ ſint ſubſtantiæ, ſed quia ſunt vniuerſum. Iſta igitur ſunt ante totũ,
C & forte non, quoniam non poſſunt diuidi. & non erit illud, quod eſt aliquo modo in aliqua diſpoſitione digitus animalis, niſi æquiuoce, vt mortuus. Et imagines eorum, quæ ſunt in rei veritate, & in quo eſt definitio primo, & ſubſtantia, vt cor, aut cerebrum, aut illud quod eſt ex eis. & non eſt in hoc diuerſitas. Homo vero, & equus, & quę ſunt huiuſmodi in particularibus non ſunt modo vniuerſali, ſed aliquid totale cõgregatum ex hac definitione & materia: ſicut duæ partes totius vltimi. & eſt ſermo etiam ſimiliter in aliis rebus. Forma vero eſt pars. dico autem formam illud, quod eſt per eſſentiam, & totũ congregatum etiam ex materia & forma. Sed partes definitionis ſunt formæ tantum, definitio vero eſt totius. eſſentia enim circuli & circulus, & eſſentia animæ & anima ſunt idem. Res autem totalis congregata, verbi gratia iſte circulus, eſt aliquod particularium, aut ſenſibile, aut intelligibile. & dico intelligibilia vt mathematica, & ſenſibilia vt cuprea & lignea. iſta enim non habent definitionem, ſed

Partes definitionis ſunt formæ.

cognoſcuntur cum cognitione aut ſenſu.& cum recedunt ab intelle-
ctu,non manifeſtantur vtrum ſint,aut non ſint.& vnum nō dicitur,
neque cognoſcitur ſermone vniuerſali. Materia vero per ſe non co-
gnoſcitur.Et quædam materia eſt ſenſibilis,& quædam intelligibilis.
Senſibilis vt cuprum & lignum,& omnia quæ mouentur. Materia
intelligibilis eſt illud,quod eſt in ſenſibilibus,non ſecūdū quòd ſunt
ſenſibilia,vt mathematica.

35 Diſcrimē definitionis in habentibus materiā, vel carētibus ea.

Dictum eſt ſupra definitiones ſe habere ſecundum duos modos: vno quidem
modo,in cuius eſſe non apparet materia:alio modo,in cuius eſſe cadit materia,
illud enim,in cuius definitione apparet materia,definitio partis non eſt pars to-
tius definitionis:vt carnis,ac oſsis definitio,non eſt pars totius videlicet homi-
nis,aut animalis:at in his definitionibus,in quibus non apparet materia, defini-
tio partis eſt pars definitionis totius,& aliquibus non:& propter hoc non appa-
ret ſolutio queſtionis propoſitę. & quia hoc eſt principium perſcrutationis,ac
queſtionis diſſolutio,quam ſoluere nitimur.quoniam, ſi omnia erunt partes for-
males,tunc omnia erunt priora.at,ſi aliquę erūt materiales partes,& aliquę for-
males, tunc aliqua erunt priora,& poſteriora tota definitione. vt anguli acuti
definitio,quę non eſt pars definitionis anguli recti,ſed econuerſo, quoniam defi-
nitio recti eſt pars definitionis acuti:& ſimiliter eſt de circulo & ſemicirculo,&
ſimiliter de digito,& homine,qui ponitur in definitione digiti.definitur enim di-
gitus quod eſt talis pars hominis,ſed non ponitur in definitione hominis, quare
manifeſte apparet quod omnesdefinitiones,in quibus totum ſumitur in definitio

Totū qñ ſumitur in definitione ptis.

ne partis,ſunt ex his,in quibus apparet materia:in his vero, in quibus definitio
partis eſt pars definitionis totius,ſunt de his,in quibus non apparet materia, &
ſic definitio diuiditur ſecundum duos modos: vnus quidem, in quo nullo modo
apparet materia:alter vero,in quo materia apparet,in iſta enim tantum materia

Duplex definitio materialiū,ſ.& imaterialiū.

apprehenditur,in illa vero ſolum apprehenditur forma.vt anima,quę eſt ſubſtā
tia formalis exiſtens in corpore receptibile eius, cuius eſt corpus: quod congre-
gatum ex his duobus ſubſtantijs dicitur animal,& definitiones, quę ſunt partes
formę,ſunt etiam partes iſtius animę.quoniam partes animę,ac tota eius eſſentia
idem ſunt,& propterea in ſeparatis a materia eſſentia partis, ac totius idē ſunt,
ſicut enim tota eſſentia aquę eſt tota in toto,& tota in qualibet eius parte nomi-
ne,ac definitione,ita tota eſſentia rei immaterialis eſt tota ī toto, & tota in qua-
libet eius parte,ita quod quęlibet pars eius eſt eſſentia totius:ex quibus apparet
quod in iſtis definitionibus nihil eſt prius & poſterius.Sed in his, in quibus ap

In definitionibus materialibus datur prius, & poſterius.

paret materia,eſt aliquod prius,& aliquod poſterius.prius enim ſemper ſumitur
in definitione rerum poſteriorum,ſed non econuerſo: quoniam prioritas totius
ad partem materialem eſt prioritas formę ad materiam.eſt enim totum ipſum vt
forma reſpectu partis materialis,prioritas vero partis materialis ad totū eſt prio
ritas materię ad formam,at partes formales ſemper ſuo toto priores ſunt priori-
tate formę ad materiam.i.prioritate perfectionis,& ideo dicūtur ſimpliciter prio
res.partes vero toto priores prioritate materię ad formam ſunt priores priorita-
te temporis indiuiduationis.& ideo partes circuli pręcedunt totum circulum in-
diuidualem,nō autem vniuerſalem.& ex hoc ſoluitur quæſtio pręd[illegible], quare
partes non inueniuntur in definitione totius,cum pars totum pręcedat, & ſit per
ſe exiſtens:at totum exiſtit in ſuis partibus,vel per eas conſtituitur: & ſimiliter

Vide, cur partes nō inueniuntur in definitione totius.

eſt de omnibus particularibus cum ſuis vniuerſalibus.quoniam vniuerſale ſumi
tur in definitione particularis,ſed non econtra:quia homo ſumitur in definitione
Socratis,ſed non Socrates in definitione hominis,nec homo in definitione [illegible]
malis.partes enim totius pręcedunt in definitione particularium,non tamen [illegible]
nitio particularium pręcedit totum.vt eſt definitio generis cum ſuis ſpeciebus
& hoc modo eſt diſpoſitio recti cum acuto,& circuli cum ſuis partibus, & gene
ris cum ſuis ſpeciebus,quę ſunt partes quantitatis. & eſt quaſi [illegible] par[illegible]
rei ſecundum quantitatem cum his, quę ſunt ſecundum qualitatem, [illegible]

prioritas

prioritas qualitatis est prioritas formalis, sed quantitatis prioritas est materialis. totum ergo est prius suis partibus prioritate formali, partes uero ipso sunt priores prioritate materiali. Corpus enim, ac partes eius sunt posteriores forma eius substantiali, quoniam omnia diuiduntur in suas partes diuisione sensibili, vt diuisio speciei in suis indiuiduis. & ideo partes materiales sunt tempore priores, ac generatione suo toto: quę prioritas non inuenitur in omnibus partibus, quoniam partes, quę non possunt a forma separari, nec eam pręcedere quo ad esse, nec sequi, vt animalis partes, sunt huiusmodi. quoniam non est tale nisi per animam, quę, si ab eo separatur, ęquiuoce animal appellatur, & digitus in cadauere ęquiuoce dicitur: dicitur enim secundum nomen, non autem secundum definitionem, cum impossibile sit vt partes istę diuidãtur a forma modo vniuoco, nec in aliam speciem essendi mutentur, vt manus a corpore separata, quę non dicitur nisi ęquiuoce, ac omnes partes animalis sunt sub hac dispositione, & maxime quę sunt partes animalis integrales, vt primum animę subiectum, quod est cor, aut cerebrum. quoniam, cum ista sunt ab animal separata, tunc ęquiuoce dicuntur: Homo enim particularis, & omnia indiuidua non prędicantur modo vniuersali, sed sunt totum designatum, ac congregatum ex materia designata, & forma designata, quę est in sua vltima specie specialissima: vt Plato in hominis specie, & sic de alijs particularibus rebus in suis speciebus, quamuis non habeant nomina, ut hominis indiuidua. hoc autem nomen species dicitur de indiuiduo, ac de specie ęquiuoce: forma vero est pars compositi, sed nomen formę dicitur de vniuersali forma declarante quiditatem speciei, ac de forma particulari designata. partes autem verę definitionis non sunt nisi partes formę vniuersalis, quę est definitio totius speciei, & non indiuidui, quoniam ratio circuli, & circulus vniuersalis idem sunt, & animę esse, & anima idem est. & quia singularia absentia non cognoscuntur nisi per rationem vniuersalem, videtur, vt aliquis dicere potest, quod cognoscantur per propriam rationem, vt per materiam, quę est de ratione singularium. vnde sicut species cognoscitur propria ratione, quia propter formam, quæ est de ratione speciei: sic videntur singularia cognosci propria ratione propter materiam, quę est de ratione singularium. dicendum est quod est verum, quando materia est per se cognoscibilis, sed materia est per se ignota. & quoniam materia alia est sensibilis, alia intellectualis. sensibilis uero materia est, vt ęs, lignum, quę sunt materia statuę, intellectualis vero est materia passionum rerum Mathematicarum, quę secundum rem est in rebus sensibilibus, & materia rerum sensibilium, non tamen quatenus sensibilia, sed quatenus per imaginationem, ac mentē abstrahuntur a sensibilibus: quouis modo ergo materia accipiatur, nunquam est ratio cognoscendi rem, cuius est materia, quoniam ipsa est per se ignota, & non cognoscitur nisi ratione formę, cuius est materia. quomodo igitur se habet de to-
C to, & parte, & priore, & posteriore dictum est.

Prioritas q̃litatis est formę, q̃titatis aũt materię.

Cor, aut cerebrũ primũ aię subiectũ vide 7. Phy. com. 1.

Partes verę definitionis sunt partes formę vlis.

Dubitatio.

Solutio.

materia quouis mõ accepta nunq̃ est causa cognoscendi.

Iam igitur diximus, &c. & dicit hoc, quia ex sermone prędicto declarauit ꝙ definitiones sunt duobus modis: modo, scilicet cuius altera pars est materia, & modo, in cuius definitione non apparet materia. & illud, in cuius definitione apparet materia, definitio suę partis non est pars definitionis totius. in eis autem, in quorum definitione non apparet materia, definitio cuiuslibet partis est pars definitionis totius. & ex hoc solummodo apparet quare definitio quarundam partium definitionum est pars definitionis, & quarundam non: & non apparet ex eo solutio quęstionis positę, scilicet quare res totius sunt in definitione partis, quę est in quantitate, & non inuenitur pars in definitione totius. & ideo dicit iam diximus, &c. Deinde dicit. Sed prius reuertamur, &c. hoc est principium perscrutationis de solutione quęstionis, quam nititur soluere, & dicit ista enim sunt ante, &c. id est ista enim sunt ante definitionem, aut omnia, aut quędam. quoniã, si omnia fuerint partes formę, omnia erunt ante. & si quędam fuerint partes formę, & quędam materię, quędam erunt priora tota definitione, & quędam non. Deinde dicit. Definitio autem recti, &c. id est & definitio anguli acuti non est pars definitionis recti, sed econuerso, scilicet ꝙ definitio recti est pars acuti, & similiter est de definitione partis circuli cum circulo, ut de homine cum sua par-

ſe, verbi gratia cum digito. homo enim accipitur in definitione partis, & nõ pars in definitione hominis. Et iſtę definitiones, in quibus totum accipitur in definitione partis, ſunt de genere definitionum, in quibus apparet materia, non de eis, in quibus non apparet niſi pars formę. Deinde dicit. & omnes, quę ſunt definitionis, &c. id eſt & cum ſit declaratum ꝙ definitionum quędam eſt, in qua apparet materia, & quędam non: ergo partes definitionum, & partes rei, quam ſignificant, ſunt partes definiti, aut omnes, ſcilicet in definitionibus, in quibus non appareat materia: aut quędam, ſcilicet in definitionibus, in quibus apparet materia. Et, cum voluit declarare quę ſunt illa, in quibus non apparet niſi forma, & partes eius, & quę ſunt illa, in quibus apparet vtrunque, dedit exemplum de animali, & dicit. Et etiam anima animalis, &c. id eſt & anima eſt exiſtens ſubſtantia in corpore, quod eſt recipiens animam, & ſunt illa, quorum congregatum dicitur animal: & definitiones omnes, quę ſunt partes formę, ſunt partes talis ſubſtantię, ſcilicet animę & ſimilis. Et intendit ꝙ definitio animę, quę dat quiditatem eius, videtur eſſe ipſum ſuum eſſe: & ꝙ in definitione eius non apparet materia omnino. illa autem, in quorum definitione apparet materia, ſunt illa, in quorum definitione apparet aliud, & definitio dicitur in illis principaliter, & in illis ſecundario, vt declaratum eſt. Deinde dicit. & vnaquęq; partium &c. id eſt & vnaquęq; partium definitionum, ſiue fuerit de definitionibus, in quibus apparet aliud a definito, aut de eis, in quibus non apparet niſi definitum, nõ definitur nisi eo ꝙ in eius definitione appareat genus & differentia. Et intendebat notificare per hoc, ꝙ hoc ſequitur in omnibus definitionibus, & in rebus habentibus definitiones. Deinde dicit. ergo partes eius ſunt ante, aut omnes, aut quędam, &c. id eſt & cum hoc ſit declaratum, partes cuiuslibet definitionis ſunt ante definitum, magis ꝙ̃ ſint partes definiti, quę ſunt ſecundum quantitatem, ante totum: aut omnes, ſi in partibus definitionis non appareat materia: aut quędam, ſi appareat. Et dixit hoc: quia quæſtio prędicta fuit, quare partes non inueniuntur in definitione totius, ſcilicet quę ſunt ſecundum quantitatem, & totum inuenitur in definitione partium. & dixit, quia partes definitionis precedunt iſtas partes, ſcilicet quę ſunt ſecundum quantitatem: aut omnes, ſi partes definitionis ſunt totales, aut quędam, ſi quędam ſunt formales, & quędam materiales. Et intendebat, quoniam ſi illud, quod eſt prius, debet accipi in definitione rerum poſteriorum, tunc recte accipitur rectus, qui eſt totum, in definitione partis, & non econuerſo, ſcilicet ſecundum quantitatem. Quoniam totum pręcedit partem, magis ꝙ̃ pars totum. quoniam prius eſt totum parte prioritate formę ad materiam: & pars eſt prior toto prioritate materię ad formam, ſcilicet tempore indiuiduali. & ideo partes circuli pręcedunt circulum indiuidualem non vniuerſalem: & definitio est partium pręcedentium ſpeciem. & hoc eſt vnum eorum, per quę diſſoluitur quæſtio prędicta, & eſt dicens, quare pars nõ inuenitur in definitione totius. Et pars pręcedit totum tunc, cum ſit exiſtens per ſe: totum autem conſtituitur per partes. Deinde dicit. & ſimiliter in omnibus particularibus, id eſt & ſimiliter eſt de omnibus particularibus cum ſuis vniuerſalibus, ſcilicet ꝙ partes totius pręcedunt in definitione particularia, non definitio particularium definitionem totius: & iſta eſt diſpoſitio generis cum ſuis ſpeciebus. Et dixit totum hoc, quia iſta eſt diſpoſitio recti cum acuto, & circuli cum ſuis partibus, & vniuerſaliter generum cum partibus, quę ſunt ſecundum quantitatem. et quaſi ęquat partes rei ſecundum qualitatem cum eis, quę ſunt ſecundum quantitatem. quoniam prioritas qualitatis est prioritas formę, & prioritas partium quantitatis eſt prioritas materię, & totum eſt prius parte prioritate formę. & ideo dixit. corpus autem, & partes ipsius ſunt poſt hanc ſubſtantiam, ſcilicet formam. Deinde dicit. & diuiduntur iſta, &c. id eſt & omnia diuiduntur in ſuas partes ſecundum quantitatem diuiſione rerum per ſuas materias, id eſt diuiſione ſpecie in indiuidua. Deinde incępit dicere prioritatem partium, quę ſunt ſecundum quantitatem, quia eſt prioritas materialis, & dixit. iſta igitur ſunt ante totum, &c. id eſt, & partes, quę ſunt ſecundum quantitatem, ſunt priores ſecundum tempus in generatione: & cum hoc iſta prioritas non inuenitur in omnibus. & ſunt partes quę non poſſunt ſeparari a forma

Solo ad qõnẽ ſcdm materiam.

Prioritas totius reſpectu ptiũ eſt prioritas formę ad materiã, prioritas vero ptiũ reſpectu totius eſt prioritas materię ad formã. Idem 4. Ph. c. 49. & hic infra. cõ. 39.

A **neque præcedere eam in eſſe, neque ſequi eam, vt partes animalis cum animali.** quando enim anima ſeparatur, non nominatur a ſuo nomine vero niſi æquiuoce, verbi gratia digitus. quoniam, ſi dicatur digitus in mortuo, dicitur æquiuoce: & ſimiliter, antequam in eo ſit ſenſus. & hoc intendebat, cum dixit, quoniam non poſſunt diuidi, & cætera id eſt impoſsibile enim eſt vt iſtæ partes diuidantur a forma, neque mutentur in aliam ſpeciem eſſendi, quæ ſpecies & prima collocantur ſub eodem genere, niſi prima ſpecies, & aliæ, ad quam mutantur, dicantur æquiuoce: vt hoc nomen manus, quod dicitur de manu viui & mortui. Deinde dicit. Et imagines eorum, quę ſunt in rei veritate, &c. id eſt & omnes partes animalis ſunt in hac intentione, ſicut vera pars, in qua eſt principium animæ, aut cor, vt quidam dicunt: aut cerebrum, vt alij. Nulla enim eſt diuerſitas quo ad hoc, quod opinantur ꝙ nomen dicitur de prima parte, quando ſeparatur a vita æquiuoce cum eo exiſtente in vita, nullus enim dubitat ꝙ, quando in iſtis non fuerit forma, ꝙ tunc nomen eius non ſimpliciter dicetur de eis niſi æquiuoce, & in hoc non nocet quæſtio accidens, vtrum ſit cor, aut cerebrum. Deinde dicit. Homo vero, & equus & cætera. id eſt homo autem demonſtratus, & equus demonſtratus, & omne, quod eſt ex particularibus, & non modo vniuerſali, prædicatur non plus ꝙ de vno particulari, ſed eſt totum demonſtratum congregatum ex forma demonſtrata & materia demonſtrata, & eſt in ſua vltima ſpecie: ſicut Socrates in ſpecie hominis, & ſimiliter alia particularia in ſuis ſpeciebus. & intendit, licet non habeant nomina, ſicut Socrates & Plato habent. & intendebat ꝙ hoc nomen ſpecies dicitur de indiuiduo & ſpecie æquiuoce. Deinde dicit. Forma vero eſt pars, & cæte. id eſt forma vero eſt pars: ſed nomen formæ dicitur de forma vniuerſali, quæ declarat quiditatem ſpeciei, & de forma particulari, quæ eſt forma materię demonſtratę. Deinde dicit. Sed partes definitionis, & cętera. id eſt ſed partes verę definitionis ſunt partes formę vniuerſalis: definitio autem totius, id eſt ſpeciei, non indiuidui. quiditas enim circuli & circulus ſunt idem apud intellectum: & ſimiliter anima vniuerſalis, & quiditas animę. Deinde dicit. Res autem totalis congregata, ſicut iſte circulus, &c. id eſt indiuiduum autem congregatum ex forma & materia demonſtrata, verbi gratia iſte circulus, aut aliquod particularium, quę ſunt in materia demonſtrata, aut ſenſibili aut comprehenſa per intellectum, aut ꝙ ſuum eſſe in ſenſibili ſit comprehenſum per intellectum, vt indiuidua, quę ſunt in Mathematicis: iſta enim non habent definitionem. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit. iſta enim non habent definitionem, &c. id eſt & illa, quę cognoſcuntur per definitionem, non mutantur ſecundum ſubſtantiam: quoniam ſcientia eorum non mutatur: ergo ſunt alia ab indiuiduis. Deinde dicit. & vnum non dicitur, neque cognoſcitur, &c. id eſt
C & vnum numero nō cognoſcitur omnino per definitionem, ſed cognoſcitur ſenſu, id eſt & ideo non habet definitionem. Materia autem per ſe non cognoſcitur, ſed cognoſcitur per formam. Deinde dicit. Et quędam materia eſt ſenſibilis, &c. id eſt & intelligibile eſt illud, quod comprehenditur in ſenſibilibus, et intellectus iudicat ꝙ non ſunt in ſenſibilibus, ſecundum ꝙ ſunt ſenſibilia: vt linea demonſtrata, & ſuperficies, & corpus, iſta enim ſunt materię figurarum habentium angulos, & carentium angulis.

Pars aīalis, qñ aīa ſeparatur, nō nominatur a ſuo noīe vero, niſi ęquiuoce. Idē infra 39. & 4. Meteor. te. cō. vltimi & hic cō. 37. Vide 7. Ph. com. 4.

Nomen formę dr̄ de forma vlī et de forma particulari. idem in ſequenti.

Prima cauſa, quare indiuidua non hn̄t definitionem. Vide infra 53.

Materia per ſe nō cognoſcitur, ſed cognoſcitur p formā. Idem 1. Ph. t. c. 69. & 4. Ph. cō. 16. & 1. cap. de ſubſtantia orbis. & 12. Met. cō. 14. & 9. Meta. 11.

De toto igitur & parte, ac priore & poſteriore, quomodo ſe habeant dictum eſt. Ad interrogationem vero neceſſe eſt occurrere, cum quis interrogaret vtrum rectus, & circulus, & animal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus ſunt, partes, quòd nō ſimpliciter. nam etiam ſi anima animal eſt, aut animatum, aut vnūquodq;, aut vniuſcuiuſq;, & circulus circulo eſſe, & rectus recto eſſe, & ſubſtantia recti, aliquid quidem & aliquo poſterius dicendum eſt, vtputa his, quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim qui cum materia æneus rectus,

& qui in singularibus lineis. qui vero absq; materia his quidem, quæ in ratione sunt, posterior, partibus vero, quæ in singulari sunt, prior est. simpliciter autem non est dicendum. & si diuersa est, & non est anima animal, sic etiam quasdam dicendum, quasdam non dicendum, vt dictum est.

Dictum est igitur quomodo est de toto & parte, & de ante & post. Sed necesse est vt responsio sit secundum interrogationem, quando aliquis quæsiuerit vtrum rectus, & circulus vniuersaliter sint ante, aut partes, in quas diuiduntur. quoniam essentia non est recti simpliciter, neque anima simpliciter est animal aut animatum, neq; vnusquisq; circulorum. & quod habet quilibet circulus est circulus, & rectus & essentia recti est rectus, & substantia, quæ est recti. Illa autem, quæ dicuntur post, & post non, sicut illa, quæ sunt in definitione, sunt ante & post, id est rectus. Rectus enim, qui est cum materia cuprea, est rectus, & qui est in lineis particularibus. qui autem est sine materia, est post partes, quæ sunt in definitione, & ante partes, quæ sunt in particularibus. & non dicuntur modo simplici, si vnum fuerit, aut fuerit non sicut anima, si fuerit animal. secundum igitur hunc modum dicitur quidam esse, & quidam non dicitur, sicut dictum est.

36 Interrogationi ęquiuocę est p distinctionem respondendũ.

Oportet modo, vt ad interrogationem sit respondendum per distinctionem, cũ interrogatio sit ęquiuoca, vt in proposito. nam quiditas recti, aliquando est idem quod rectum, aliquando est forma existens in recto. similiter anima, aliquando est animal, aliquando est forma in animali. similiter prius, & posterius sunt multiplicia, qñ possumus intelligere aliquid esse prius, vel posterius partibus definitiuis, vel partibus materialibus quantitatiuis. Angulus enim rectus dicitur de singulari, qui est in materia, & de angulo recto vniuersali, simili modo & circulus dicitur. Animal quoq; bifariam dicitur & sic vno modo dicere Animal esse animam est falsum. vt, si sumatur animal pro composito. & animal esse animatũ est verum, quia compositum animal est animatum. Partes egro definitionis quædã per se de definito pręedicantur, vt formales partes aut substantiales. quędam aũt non pręedicantur per se, sed per accidens, pręter essentiam, vt partes materiales.

Non oẽs definitiõis partes de definito per se pręedicantur.

Dictum est igitur quomodo est dispositio totius apud partem in prioritate & posterioritate. D.d. Sed necesse est, &c. i. sed oportet vt responsio in interrogationibus, quę dicuntur ęquiuocę, sit distinguendo nomina ęquiuoca in illa interrogatione. verbi gratia ꝙ, cum aliquis quęsiuerit vtrum angulus rectus, aut circulus, aut animal sint ante partes suas, aut econuerso, oportet enim distinguere secundum quot modos dicitur rectus, aut animal, aut circulus: & secũdum quot modos dicitur pars aut totum, & ante & post. Deinde incœpit narrare ꝙ ista nomina sunt ęquiuoca, & d. qñ non est essentia recti, &c. id est quoniam intentio, quã significat hoc nomen rectus, non est eadem neq; comparatio animę ad animal, aut animatum est vna. Et intendit ꝙ anima attribuitur animali attributionibus diuersis, quarum sunt quędam verę, & quędam falsę. verbi gratia vt dicatur ꝙ anima, aut ꝙ animatum sit animal. Deinde dicit, & rectus & essentia recti, id est, & omnia ista dicuntur ęquiuocę, & secundum attributiones diuersas. Quiditas enim recti vniuersalis: & est forma, attribuitur recto secundo ꝙ sunt idem. dicimus enim ꝙ quiditas recti est rectus; & dicimus quandoq; ꝙ quiditas recti, quę est forma eius, existit in recto. & secundum hoc forma recti non erit rectus, sicut anima non est animal. Deinde dicit. Illa autem, quę dicuntur post, & post non, id est & similiter ante & post. quæ dicuntur in istis rebus. post enim dicitur multis modis. Illud enim, quod est post quodam modo, & non est post quodam modo, est sicut definitiones cum suis partibus definitiuis, & partes eius, quę sunt

Oportet vt rñsio in iterrogationib', q̃ dñr æquiuocę, sit distĩguẽdo noĩa ęquiuoca in illa ĩterrogatione. Idẽ 1. Cę. t. c. 110. & 4. Physi. com. 24.

A ſecundum quantitatem cum definitione. Deinde dicit.& poſt,id eſt rectus &c. id eſt cum igitur dixerimus ꝙ partes recti ſunt poſt rectum, diſtinguendum eſt quod rectum intendimus & quam partem. Deinde dicit. Rectus enim,qui eſt cum materia,&c.id eſt angulus enim rectus dicitur de illo,qui eſt in materia, ſcilicet particulari: & dicitur de illo,qui eſt non in materia,ſcilicet vniuerſali. & ſimiliter circulus dicitur de his duobus modis. vniuerſalia autem iſta ſunt poſt partes ſuæ definitionis, & ante partes, quę ſunt in particularibus, & ante particularia. Deinde dicit. & non dicuntur modo ſimplici, &c.id eſt & non attribuuntur adinuicem attributione vera quocunque modo attributionis ſit: vt anima ad animal. dicere enim ꝙ anima eſt animal eſt falſum, & ꝙ eſt animatum eſt verum. Deinde dicit.ſecundum igitur hunc modum,&c.id eſt ſecundũ igitur hunc modum attribuitur verum rebus, in quibus eſt definitio rerum, in quarum definitione apparet materia, & innuit per hoc, quod dixit, ſicut dictum eſt, illud, quod prædixit in prædicto capitulo. Omnes igitur partes definitionum, quæ ſunt ſubſtantiæ, quæ habent definitionem, aut omnes, aut quędam, id eſt aut vere dicentur ſimpliciter de definito, & ſunt definitiones ſubſtantiales: aut quędam vere prædicabuntur,& quędam non,id eſt ꝙ vere prędicantur quodam modo,& alio modo non,& hoc manifeſtius eſt in expoſitione loci pręcedentis. Dicere ꝙ aĩa eſt aĩal eſt falſum. qđ quõ intelligendum ſit vide ſupra com.21.

B

Caput Decimumtertium. Quænam formæ,quæue compoſiti partes ſint in ipſa definitione.

MErito autem dubitatur etiam quænam formæ ſint partes,quę vero non,ſed eius,quod ſimul ſumitur, cum & hoc non exiſtente manifeſto, non ſit definire vnumquodq;. Vniuerſalis etenim & formę definitio eſt. quę igitur partium vt materia ſunt,& quę nõ,ſi non ſint manifeſtę,nec ratio rei manifeſta erit.Quęcunque igitur apparent aduenientia in diuerſis ſpecie,vt circulus in ęre,ligno,& lapide, hęc quidem manifeſta eſſe videntur,quoniam nihil ſubſtantię circuli ęs,neque lapis eſt:propterea quòd ab eis ſeparetur. Quę vero non videntur ſeparari,nihil quidem prohibet ſimiliter his ſe habere, quemad- C modum ſi circuli omnes viderentur ænei. nihil enim minus æs eſſet ipſius formæ. difficile tamen eſt hoc mente auferre. vtputa forma hominis ſemper in carnibus & oſſibus, & talibus partibus apparet.Vtrum igitur ſint etiam hæc partes formę & rationis? An non, ſed materia.verum quoniam non adueniunt etiam in aliis,non poſſumus ſeparare.Cum autem hoc videatur quidem contingere,quando vero,non eſt manifeſtum. Vlis, & formę eſt definitio. Vide cõtrad.Z fin.

Et rectum eſt vt quærat aliquis quę ſunt partes formę,& quę non ſunt partes eius,ſed congregati,quoniam, ſi hoc non fuerit manifeſtum,impoſsibile erit definire quodcunq;. Definitio enim eſt vniuerſalis,& formæ.quę igitur materia eſt partium,& quę etiam cum fuerit,non erit res,& ſic non erit definitio, quę eſt rei manifeſta etiam. Omnia igitur,quę videntur eſſe per formam in alio,vt circulus in cupro,& ligno,& lapide,iſta exiſtimantur eſſe:cuprum enim nõ eſt aliquid de ſubſtantia circuli,neque lapis, quia ſeparatur ab eis. Omnia

vero, quæ non videntur feparari, nihil prohibet ut fint ficut ifta, quemadmodum omnis circulus fi uidetur cupreus quoniam fi ita effet, cuprum non effet fine forma omnino. fed difficile eft ut hoc fit feparabile in intellectu, ut forma hominis, quæ femper uidetur, & in carnibus, & ofsibus, & in partibus fimilibus iftis. Vtrum igitur etiam ifta fint partes formæ & definitionis, aut non, fed funt materia. fed, quia non feparantur in alio, etiam non poffumus cognofcere ea. hoc enim exiftimatur effe pofsibile, fed non manifeftatur in hac hora.

Partes definitionis debēt effe principia effendi

Oēs formæ, ēt ꝙ effent ī materia determinata, pofsūt abfq; materia intelligi.

Difcrimē inter formas naturales & mathematicas.

37 Mouet queftionem, quę nam fint partes formales, quęve materiales: quoniam nemo fcire poterit definitiones rerum nifi prius fciuerit partes formę, ac materię. oportet enim ad hoc vt definitio conftituatur, vt partes formę fint a materialibus partibus diftinctę, cum ex iftis definitio non conftat, fed tantum ex formalibus. quoniam partes definitionis debent effe partes, & principia effendi: at forma, & partes formales effendi principia funt. Materia vero, & partes materiales funt principia non effendi, & fic non poffunt effe partes definitionis. quare ignoratis partibus, quę materiales, quęue formales fint, ignorabitur definitio: vnde manifeftum eft, quando forma eft apta fieri in materijs fpecie differentibus, materia apertifsime non ponitur in definitione fua: vt circulus in ęre, lapide, uel ligno, in cuius definitione nec ęs, nec lapis, aut lignum ponitur, cum nemo iftorū nec eft forma, nec pars formę circuli. quoniam, fi aliquis iftorum effet pars circuli fubftantialis, tunc circulus non effet circulus, nifi per illud. omnes ergo formę, quę non exiftunt in materia determinata, funt formę intellectę abfque materia, & quamuis effent in materia determinata, nihil prohibet eas abfque materia intelligere. vt circuli omnes, fi ęnei videantur effe, nihil prohibet eos faltem mente intelligere abfque ęre, & ita definiri, quoniam ipfum ęs non eft forma circuli. quod fi ęs effet forma, ac de effentia circuli, tunc ęs non effet abfq; forma circuli, nec circulus abfque ęre, quemadmodum eft in materijs rerum naturalium, nifi ęquiuoce vt caro, quę non eft abfque fenfu, & motu, nifi ęquiuoce, & in hoc eft differentia inter formas naturales, & Mathematicas: quoniam Mathematicę formę poffunt facile intelligi abfque materia fenfibili, quoniam nullam fibi fenfibilem materiam limitant. At formę naturales, licet pofsint intelligi abfque materia, non tamen facile, quoniam effe non poffunt fine determinatis, ac proprijs materijs quarum funt. vt homo, licet pofsit abftrahi ab his carnibus, & his ofsibus, non tamen a carnibus, & ofsibus fimpliciter & fic figuræ geometricæ facile abftrahuntur a materia fenfibili, at formę naturales non facile abftrahuntur a particularibus materijs: & fic intellectus comprehendit facile diuifionem inter formas, & materias.

Cum declarauit quę funt partes, quarum definitiones pręcedunt definitionem totius, & quę quarum pręcedunt definitum tantum, non definitionem totius, & quę partes funt, quas totum pręcedit, & funt illę, quę funt fecūdum quantitatem, vult modo inquirere quę funt partes formę, & forma, quę eft materia, & dixit. Et rectum eft, & cętera. id eft, & rectum eft vt aliquis quęrat quę funt partes formę, & quę nō funt partes eius. & intendit per hoc partes materiales. & cum hoc non fuerit cognitum, tunc definitiones non erunt cognitę. quoniam, cum partes, quę funt formę, non fuerint diftinctę apud nos a partibus, quę funt congregatę ex forma & materia, & tunc definitiones latebunt nos, & non poterimus definire illud apud nos, quod eft tale, donec diftinguantur partes eius formales a partibus congregati ex materia. Deinde dedit caufam in hoc, fcilicet ꝙ qui nefcit formam & fuas partes, nō poterit definire aliquid, & dixit. a Definitio enim eft vniuerfalis, & formę, & cętera, id eft, & caufa in hoc eft, quoniam definitio eft intentionis vniuerfalis & formę vniuerfalis, & proprie non congregati ex forma & materia; vt declaratum eft in Pofterioribus Analyticis. Deinde di

a Definitio eft formę vlis, & non congregati

A eit. quę igitur materia est partium, & cętera. id est, & declarandum est quę est materia, propter quam inueniuntur partes in congregato ex illa & forma, & quę est pars rei, quę cum fuerit, non sequitur vt sit res, scilicet materia. forma enim est pars, quę cum fuerit, est res. materia vero est illud, quod cum fuerit, non erit res. Deinde dicit. & sic non erit definitio rei manifesta. id est, & si hoc non fuerit cognitum, definitio non erit cognita. Deinde incœpit perscrutari de hoc, & dixit. Omnia igitur, quę videntur, & cętera. id est, & manifestum est ꝙ omnia, quę videntur existere secundum formas in pluribus subiectis, quoniam formę earum sunt alię a materijs. & hoc manifestum est per se. verbi gratia circulus, qui quandoque est in cupro, & quandoque in lapide, & in alijs materijs. Et ideo dixit. ista existimantur esse, & cętera. id est, quoniam manifestum est per se, ꝙ cuprum non est pars circuli substantiæ, nec lignum. circulus enim quandoque existit in cupro, quandoque in ligno. & si alterum istorum esset de substantia circuli, tunc circulus non esset circulus, nisi per illud. Deinde dicit. Omnia vero, quæ non videntur separari, & cæte. id est, omnes vero formæ, quę non existunt plus ꝙ̃ in vna materia, a qua nunquam separantur, quoniam hoc non prohibet intellectum intelligere, in eis est aliquid simile materię, & aliquid simile formę. quemadmodum, si circulus

B nunquam esset nisi in cupro, hoc non prohibet intelligere ꝙ cuprum non est forma circuli, nec pars formę. Deinde dicit. quoniam, si ita esset, tunc cuprum non esset sine forma, quoniam, si forma circuli esset propria cupro, & cuprum proprium ei admodum, secundum quem est in materijs rerum naturalium cum suis formis, tunc non esset posibile cuprum esse sine forma, nisi d ceretur cuprum ęquiuocę: quemadmodum est imposibile carnem existere sine sensu, & motu, nisi ęquiuoce. Deinde dicit. sed difficile est, & cętera. id est, sed differentia est inter formas, quę non habent materias proprias, scilicet Mathematicas, & formas naturales, quę habent subiectum proprium, verbi gratia forma hominis, quę nunquam est sine carne & ossibus: quoniam istę formę naturales difficile abstrahuntur intellectu a suis materijs. imposibile enim est intelligere hominem sine carne, & ossibus. formę autem mathematicę, quę inueniuntur in pluribus vna materia, intelliguntur abstractę a materiis. Et intendebat ꝙ intellectus comprehendit diuisionem inter formas & materias facile: quia abstrahit eas in imaginatione a materia. in naturalibus vero difficile: quia non potest abstrahere eas in imaginatione a materia. Et ideo accidit quęstio in talibus istis rebus inter partes, quę sunt per materiam, & inter illas, quę non sunt per materiam, & ideo dixit. Vtrum igitur etiam ista sint partes for-

C mę, & cętera. id est, & ideo dubitatur in talibus entibus naturalibus, vt in homine & in animali, vtrum tota sint materię, aut sint hoc formę extra ipsa, aut sint composita ex materia & forma. verbi gratia os, & caro, vtrum sint partes formę in animali, aut partes materię. Deinde dedit causam in hac quęstione, & dixit. sed quia non separantur, & cętera. id est, & causa in hoc, ꝙ nos non possumus distinguere inter eam, & formam in istis rebus, est, quia forma non est in alijs materijs, sed in vna materia. Deinde dicit. hoc enim existimatur esse posibile, & cętera. id est, & distinguere formas a materijs est posibile ad sciendum in omnibus istis rebus, licet in aliqua hora non manifestetur, scilicet in principio originis Philosophię.

Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant: tanqaam non deceat lineis & continuo definiri, sed hæc omnia similiter dici sicuti carnes, aut ossa hominis, & ęs, & lapis circuli. & cũcta referunt ad numeros: & lineę rationem, eam, quę duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineę formam. quędam etenim eadem esse formam, & cuius forma,

ex materia et forma. Vi de oppositũ. 8. Met. com. vltimo. Vide cõ. Zim. Forma est, ꝙ cũ fuerit, erit res, sed materia cũ fuerit, non erit res.

Consimile. supra 35.

In naturalibus intellectus non põt abstrahere formã i imaginatione a materia. Idẽ 4. Phy. c. 16. & 1. de ani. cõ. 16. & ꝙ ibi. Sed uide oppo. 4. Ph. cõ. 17. & 8. Met. c. 8. Vide cõ. Zim.

vtputa dualitatem & dualitatis formam.in linea vero non eſt. Acci- D
dit itaq; & vnam multorum formam eſſe,quorum ſpecies videtur di-
uerſa. quod etiam Pythagoricis accidebat. & contingit vnam om-
nium facere ipſam formam, cætera vero non formas. ac hoc modo
vnum omnia erunt.

Et quidam dubitant in circulo & in triangulo:quoniam non debet definiri quòd ſunt lineæ & continui,ſed dicuntur omnia iſta,ſicut caro hominis dicitur,& oſſa eius,& cuprum, & lapis circuli ſunt quaſi membra circuli.& attribuunt omnia iſta numeris:& dicunt quòd definitio lineæ eſt definitio duorum. Et quidam eorum, qui dicunt formas, dicunt quòd eſt linea.quoniam linea eſt prima dimenſio,& duo eſt prima dimenſio duorum, & quidam quòd eſt forma lineæ quædam enim res ſunt eadem forma & habens formam, vt duo & forma duorum. & hoc non eſt in linea. Vnde accidit vt vna forma ſit plurium, quorum forma videtur eſſe partes: & hoc accidens accidit Pythagoricis etiam. & quòd eſt poſsibile vt iſtud ſit forma omnium, & vt alia non ſint forma. & ſecundum hunc modum omnia erunt vnum. E

38 Et aliqui circa hoc dubitant non ſolum in Naturalibus, ſed etiam in Mathematicis,vt in circulo,& triangulo:videtur enim quod ſicut materia ſenſibilis nõ eſt pars ſpeciei in naturalibus, ita etiam materia intelligibilis nõ ſit pars ſpeciei in Mathematicis, & apparet aliquibus quod res Mathematicę non definiuntur per materias ſuas,vt nec triangulus, nec circulus per lineas, & per continuum, qm̃ ſe habent ad illa vt caro,& os ad hominem.Et propter hanc cauſam oĩa ad numeros referunt,& per numeros definiunt. ideo dicunt quod ratio duorum eſt ratio lineę rectę,cum linea recta duobus punctis terminatur:& quidam dicentes ideas eſſe non dicunt definitionem lineę eſſe partem duorum, ſed dicunt definitionem lineę eſſe lineam,& quod in ea eſt prius & poſterius, vt dicebamus in definitionibus cum definitis.ſimiliter dicunt hoc eſſe in vnitate,& dualitate,videlicet quod in ea eſt prius,& poſterius.videlicet aliquod ſimile formę & materię.& aliqui dicunt ẽt res diuidi in formã materialem,& in illud, quod formã habet,vt duo demonſtrata in formam dualitatis,& vt linea,quę tm̃ eſt materia. & ideo contingit his hominibus,vt plures res, quę videntur eſſe diuerſę ſecundum formam,ac definitionem,ſint vnum,ita quod omnes ſpecies ſint,vnum ſecũdum formam,ita quod vnitas,quę in homine exiſtit,& in lapide,ſit eadem,& per cõſequens forma lapidis,& hominis erit eadem & ſimiliter hoc in vnitatibus contingit,& ſic apud iſtos hoc nomen vnum,neq; ęquiuoce, nec multipliciter dicitur ſed vniuoce,vt Pythagoricis contingit, qm̃ dicebant numeros eſſe rerũ ſubſtantias,& non opinabantur eos eſſe principia formalia, ſed ſecundũ quod ſunt elementa entium & vtriq; ſectę contingit idem, vt formę rerum,quę conueniũt in eadem forma naturali,ſint idem.qm̃ trinitas exiſtens in quantitate continua, & diſcreta,in lapidibus,animalibus,& cœlis,facit vt omnia iſta ſint eiuſdem naturę:quapropter inter entia nulla erit differentia,ꝙ ſequitur, ſi numeri ſunt omnium rerum ſubſtantię.ſed ſi non erunt,erit ergo aliquid extra naturã numeri. F

Varia antiquorũ delira menta.

Vnũ vniuoce dr̃ de vnitatibus qbus libet ſcdm Pythagoricos.

Materia nõ habet eẽ extra formam.

Id eſt,Et quidã dubitant in circulo,& triangulo,& in alijs figuris.qm̃ vident ꝙ non definiunt per lineas,aut per naturã continui,ſed vident ꝙ res Mathematicę ſunt quaſi materię,& ꝙ iſta non habent formas,q̃ declarant ſubſtantias eorum,& ꝙ ſunt in entibus,quaſi os & caro. & hoc intendebat cũ d.ſed dicuntur iſta omnia, ſicut dicitur caro, &c. Deinde dicit. & attribuunt omnia numeris,id eſt & propter hoc poſuerunt formas omnium eſſe numeros, & poſuerunt omnia iſta contingentia eis in numeris illis, & iſti, qui poſuerunt numeros

A formas figurarum, dicunt ꝙ definitio lineæ est definitio duorum. Deinde dicit. Et quidam eorum, qui dicunt formas, &c. i. & quidam eorum, qui dicunt formas esse, non dicunt ꝙ definitio lineæ est pars duorum, sed dicunt ꝙ definitio lineæ est linea, & ꝙ in eo est primum & post, & remotio a linea, sicut nos dicimus in definitionibus cum definitis. & similiter dicunt in dualitate ꝙ in ea est primum & post, & remotio a dualitate. i. quoniam in istis rebus est aliquid simile formæ, & materiæ. & hoc intendebat, cum d. & quidam ꝙ est forma lineæ. Deinde dicit. quędam enim res, & cæt. idest. & quidam istorum dicunt ꝙ res diuiduntur in formam * materialem, & in illud quod habet formam, verbi gratia in duo demonstrata, & in formam dualitatis: & quædam sunt materia tantum, vt linea. & hoc intendebat, cum dixit. & hoc non est in linea. Et cum notificauit ꝙ isti homines posuerunt omnia quasi materias, & dicunt formas, & numeros esse, d. Vnde accidit, & c. i. & contingit istis vt res plures, quæ videntur esse diuersæ secundum formam, & definitionem, sint vnum: & vt hoc, quod videtur sit falsum: & ꝙ omnes species sint vnum secundum formam, verbi gratia ꝙ, si vnitas existens in homine & lapide est eadem, necesse est vt forma hominis & lapidis sit eadem. & similiter in vnitatibus. & sic hoc nomen vnum non dicetur æquiuoce, nec multipliciter, sed vniuoce. Deinde dicit. & hoc accidens accidit Pythagoricis, & c. & d. hoc, quia Pythagorici opinãtur etiam ꝙ numeri sunt B principia entium, sed non opinabantur eos esse principia secundum formas, sed secundum ꝙ sunt elementa entium. vtrique sectæ contingit idem, scilicet vt formæ rerum, quæ conueniunt in eadem forma numerali, sint eædem. * trinitas. n. existens in quantitate continua, & discreta, & lapidibus, & animalibus, & cœlis facit omnia ista esse eiusdem naturæ. & sic nõ erit illic differentia inter entia. Et hoc intendebat, cum d. & quod est posibile vt istud sit forma omnium, & vt alia non sint forma. idest, & secundum hoc contingit vt numerus sit forma omniũ rerũ, & vt alia, quę dicimus esse formas, nõ sint formę omnino. & secundum hoc omnia erunt numerus, & nihil erit hic extra naturam numeri.

* a. l. numeralem.

Si vnitas existẽs ĩ homine & lapide sit eadẽ necesse est vt forma hominis et lapidis sit eadẽ.

* a. l. vnitas.

Quòd itaque habent aliquam dubitationem ea, quę circa definitiones sunt, & quã ob causam dictum est. Quare cũcta ita reducere, & auferre materiam, superuacaneum est. quędam nãque fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habẽtia. Et comparatio de animali, quã iunior Socrates dicere solebat, nõ bene se habet. abducit enim a vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem sine partibus esse, quemadmodum absque ære circulum. Hoc autẽ non est simile. etenim C sensibile quiddam fortasis animal est, & absque motu definire non est. quare neque sine partibus quodam modo se habẽtibus. non enim omnino pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perficere. quare animata existẽs, nõ animata vero nõ est pars. Circa Mathematica vero, cur rationes non sunt partes rationum? vt circuli ipsi semicirculi: hæc enim nõ sunt sensibilia. An nihil refert erit nãq; quorũdam etiam nõ sensibilium materia, & omnis, quod nõ est quid erat esse. circuli itaq; vniuersalis quidem nõ erunt, singularium vero erũt hæ partes, vt prius dictum est. est etenim materia, quædam sensibilis, quædam intelligibilis. Manifestum autem est ꝙ anima quidẽ substantia prima, corpus vero materia. homo vero vel animal, quod ex ambobus, vt vniuersale. Socrates vero, & Coriscus, si anima quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipsum totum. Quòd si simpliciter anima hæc, & hoc corpus, quemadmodum vniuersale, etiam & singulare. Vtrum autem præter materiam huiusce-

Nõ omnino pars hoĩs est manus, sed ꝙ potest opus perficere.

Idem supra tex. 35. & 4. Met. 15.

modi substantiarum sit aliqua alia, & oporteat quærere substaniam D eorum aliquam aliam, vtputa numeros, aut aliquid tale, posterius cõsiderandum est. Huius enim gratia & de sensibilibus substantiis definire tentamus, quando quidem quodam modo Naturalis & secundę philosophiæ opus est, ea, quæ circa sensibiles substantias, speculatio est. non enim solum de materia Naturalem cognoscere oportet, sed etiam de ea, quæ secundum rationem, & magis.

Naturalē nõ solũ de materia cognoscere oportet, sed etiam de ea, quę scdm rationem, et magis. Idē. 2 Ph. 21. et 26 et 1. de Par. aĩaliũ cap. 1. * a, l. nouus.

Dictum est igitur ꝙ in definitionibus est dubitatio, & q̃ est hoc, quia omnia non sunt eiusdem dubitationis, & quia materia est materia totius. Rectum est igitur vt quoddam sit tale in hoc, sicut hoc in hoc, aut sicut oportet vt sint illa, quæ sunt semper. Et ideo ideæ, quas Socrates* minor est assuetus dicere in animalibus non est bonũ. procedit enim a veritate, & existimatur quasi esset possibile vt homo sit sine alio, sicut circulus sine cupro. Et hoc non est simile. rectum est. n. E vt animal sit aliquod habens sensum, & non est sine motu. & ideo nõ est sine partibus, & sunt quodam modo. manus enim non est pars hominis omni modo, sed quãdo potest complere actionem. cum igitur fuerit animata, & cum non est, non est pars. In Mathematicis vero, quare non sunt definitiones partium definitionum, vt semicirculorum? quia ista sunt insensibilia. Aut in hoc non est differentia. ergo erit materia etiam quibusdam rebus non sensibilibus, & cuiuslibet, quod non est quid est per essentiam. circuli vero vniuersalis non erũt partes, particularium autem erunt istæ partes, sicut dictũ fuit prius. materia enim alia sensibilis, alia intelligibilis. Manifestum est igitur ꝙ anima est prima substantia, corpus vero materia. homo autem & animal, aut illud, quod ex vtroque, sicut totale. Socrates vero, & Remus, si fuerit & corpus & anima, est dupliciter. quidam. n. est sicut anima, & quidam sicut totum & congregatum. Et, si fuerit modo simplici, tunc ista anima, & illud corpus erit sicut vniuersale, & particulare. Si autem aliqua substantia fuerit sine materia, aut inueniuntur F substantiæ aliæ a sensibilibus, perscrutãdum est postea. Quoniã propter hoc nitimur distinguere suas definitiones in substantiis sensibilibus etiam. quoniam quodam modo Naturalis, & Secundæ Philosophiæ est consideratio de substantiis. oportet enim Naturalem, vt non solummodo habeat cognitionem materię, sed cognitionẽ eius, quod est per definitionem, & magis.

39

Materia nõ habet eẽ extra formam.

Quoniam manifestum est quod materia non habet esse extra formam, & formæ naturales aut plures, aut omnes non sunt extra materiam, & declaratum est quod forma nõ est sine materia, & econuerso, ergo sermo dicentium animal fore abstractum, hominẽque, est sermo falsus, & extra rationem. quoniam, si hoc esset verum, daretur homo sine corpore, & circulus absque cupro. quod est impossibile. & fundamentum Socrates fuit, vt in qualibet rerum definitione non ingreditur materia, sicut in definitione circuli, in qua cuprum non ingreditur, neque lignum, & in definitione hominis non ingreditur corpus, & isti puta-

A bant quod illud, quod sermone separatur, possit etiam secundum esse separari, & quod sermone non separatur neque secundum esse separetur. Nos vero dicimus res naturales a mathematicis fore in hoc distinctas: quoniam quiditates rerum naturalium non intelliguntur absque motu, & sensu, & mathematicarum quiditates absque motu & sensu intelliguntur. forma enim animalis, cum sit in materia, impossibile est vt animal sit absque eo, quod habet partes materiales, quæ cum separantur a sensu, non sunt partes illius, cuius sunt. vt manus, quæ non est pars hominis nisi quando agit actionem manus, quam facit, dum est animata: & hoc modo est pars animalis: Manus vero non animata nõ est pars, quoniam non seruit operationibus hominis, & sic formæ naturales non sunt præter materias, vt Plato dicebat. Circa mathematica autem quæritur propter quid definitiones partium rei definitæ non sunt partes definitionis totorum, vt & semicirculi propter quid non sunt partes definitionis circuli? & causa est, quoniam non sunt sensibiles, quia si essent sensibiles, possent esse partes: at quia non sunt sensibiles, non possunt esse partes, & dicendum est quod ista etiam habent materiam sicut naturalia, & conueniunt in hoc, sed discrepant cum naturalia materiam sensibilem habeant, mathematica vero tantum intelligibilem habent materiam. quoniam impossibile est vt animal sit B absque partibus materialibus, & ideo animal habet corpus: & cum partes separantur a sensu, alio modo se habent ab eo, quod habet partes materiales. quoniam partes sensibiles vno modo definiuntur per quid est alio modo definiuntur illæ, quæ sunt separatæ a materia sensibili. quoniam partes istæ, quæ præcedunt hanc materiam, non inueniuntur in specie intelligibili circuli. Sed in particularibus indiuiduis imaginatis, vt est dispositio in rebus naturalibus. Materia ergo alia est sensibilis, & alia intelligibilis, neutra quarum indiuiduatur nisi per materiam. Palam autem est quod anima quidem substantia prima, & forma substantialis est. Corpus autem materia, cuius anima est substantialis forma, homo autem, aut animal, quod est ex vtrisque, est aggregatum ex anima & corpore, s. in vli. Sed Socrates, & Remus, quod est ex vtrisq; in particulari, quoniam anima dicitur dupliciter in vniuersali, & in particulari, vt anima, & hæc anima. & ideo oportet quod id, quod significatur per modum totius, dici tur vniuersaliter & singulariter ea ratione, vt istud animal & istum hominem, & sic congregatum significat materiam incommunicabilem, vt Socratem, & istum hominem, quæ omnes substantiæ sunt in materia, & propterea definitiones quorundam partium sunt posteriores definitione totius, & partes earum, quę sunt per quantitatem, non habent definitiones, cum non sint priores toto prioritate definitionis, sed prioritate materiæ ad formam. & apparet ex hoc sermone C quod substantia, quam significat definitio, est in materia, restat modo determinare vtrum talium substantiarum, s. materialium, & sensibilium sit aliqua substantia præter materiam, ita quod oporteat quærere aliquam substantiam istorum sensibilium alteram ab ea, quæ determinata est: sicut quidam dicunt numeros, præter materiã existentes, aut aliquid tale, idest species, vel ideas esse substantias horũ sensibilium, & de hoc perscrutandum est posterius. nos enim perscrutati sumus minime de substantijs sensibilibus, nec distinximus modos eorum hac distinctione, nisi quia intendimus perscrutari de substantia immateriali. quia speculatio circa substantias sensibiles, et materiales quodam modo pertinet ad physicam, quæ non est prima phylosophia, quæ est de substantijs immaterialibus, et de eis speculatur non solum, inquantum sunt substantiæ, sed inquantũ substantię tales. s. inquantum materiales, de sensibilibus non speculatur substantijs inquantum tales, sed inquantum sunt substantiæ, aut entia, ex quarum cognitione manuducimur in cognitione substantiarum immaterialium, phy sicus vero econuerso scilicet inquantum sunt substantiæ materiales, & hæc cõsideratio dicitur physica, secunda in ordine doctrinę. Oportet enim naturalem philosophum non solum considerare de materia, sed etiam de ea parte, quæ est secundum rationẽ scilicet de forma, & magis de forma etiam, quam de materia, quia forma est magis natura, quã materia vt probatum est secundo Physicorum.

Falsa Platonicorũ imaginatio.

Differentia Naturalium rerũ, & mathematicarum.

Obiectio.

Dilutio.

Naturalia sẽsibilẽ, mathematica vero intelligibilẽ habẽt materiã. idem 2. Ph. cõ. 18.

Aĩa in vli, & in particulari dr.

Prima Metaphysica ĩtentio est de substãtia immateriali.

Vide 2. Ph. com. 26.

Vide 2. Ph. com. 10.

D Dictum est igitur q in definitionibus est quæstio: & dictum est in solutione istius quæstionis q solutio eius est per hoc, q definitiones rerum non sunt, sicut dicentes formas opinabantur. Deinde d. & quia materia est materia totius, &c.i. &, quia materia manifestum est q non potest esse extra formam, manifestum est q formæ naturales, aut plures, aut omnes non sunt extra materiam. Deinde d. & ideo ideæ, quas Socrates* minor est assuetus, &c.i. cum declaratum sit q impossibile est formam esse sine materia, cum sit impossibile materiã esse sine forma, ergo illud, quod opinatur Socrates minor, & est Plato, s. animal abstractum esse, & hominem separatum esse, est falsum, & extra rationem. quoniam, si ita esset, tunc possibile esset hominem esse ante hominem. & hoc intendebat cũ d. sine alio. Et d. hoc. quoniam, si esset possibile hominem esse separatum, tũc possibile esset hominem esse sine corpore: quod est impossibile. & ideo dixit, sicut circulus sine cupro. i. sermo Socratis facit imaginari q in definitione hominis non est necesse vt appareat materia hominis. quemadmodum non est necesse vt materia circuli appareat in definitione circuli, vt cuprum et lapis. Et d. hoc. quia illud, quod separatur sermone, existimatur separari secundum esse. illud autem, quod non separatur sermone, quanto magis non separatur in esse. & ideo sermo obuiauit vero in hac opinione. Deinde d. Et hoc non est simile. i. & res naturales in hoc sunt econuerso mathematicis. quiditates enim naturalium nõ possunt intelligi sine motu, & sensu, sicut possunt intelligi quiditates mathematicorum. E D. d. & ideo non est sine partibus. i. & oportet hanc causam cogentem vt forma animalis sit in materia: impossibile est enim vt animal sit sine eo, quod habet partes materiales. D. d. & sunt quodammodo, &c. i. & partes, cum separantur a sensu, sunt alio modo ab eo, quo sunt, quando habent sensum. verbi gratia quoniam manus non est pars hominis, nisi quando agit actionem manus. D. d. cũ igitur fuerit animata, &c. i. & manus, verbi gratia, quando fuerit animata, erit pars animalis: & quando non fuerit animata, non erit pars illius. Et cum d. q ista naturalia habent partes per quantitatem, quia non intelliguntur sine materijs, & mathematica intelligũtur sine materia sensibili, existimatur q sequitur ex hoc, q mathematica etiam non habeant partes posteriores definitione totius. sed, quia habent tales partes, accidit quæstio in hoc: & ipse vult declarare hoc. Et d. In Mathematicis vero, quare non sunt definitiones partium definitionum, vt semicirculi partes circulorum? quia ista sunt insensibilia. i. potest enim aliquis dicere dubitando: quoniam definitiones omnium partium non sunt ante definitionem totius, quia illa, quæ sunt talia, habent materias sensibiles, quare igitur in Mathematicis non sunt definitiones partium ante definitionem totius. vt definitio semicirculorum? quoniam ista non habent materias sensibiles. Deinde dicit. Aut in hoc non est differentia, &c. i. & responsio in hoc est dicere q ista etiam F habent materiam sicut illa. & q in hoc non differunt, sed quædam habent materiam sensibilem, scilicet naturalia, & quædam intelligibilem, sicut mathematica, sicut dictum est. Deinde d. & cuiuslibet. &c. i. & vtriusque modorum duarum partium, s. quæ sunt secundum quantitatem in duobus generibus, s. mathematico, & naturali, non habent definitionem. & hoc intendebat, cum d. illud, quod non est quid est per essentiam. Deinde d. circuli vero, &c. i. quoniam partes, quæ sunt ante materiam, quæ sunt posteriores in definitione a definitione totius, non inueniuntur in specie intelligibili de circulo, sed inueniuntur in particularibus, scilicet in indiuiduis imaginatis, sicut est dispositio in rebus naturalibus. D. d. materia enim alia sensibilis, alia intelligibilis. i. vtraque enim non indiuiduatur, nisi quia est in materia. Et ideo d. post. Manifestum est igitur q anima, &c. i. & ideo hoc est manifestum in animalibus, scilicet formam existere in materia. manifestum est enim per se q anima in animali est prima forma, & q corpus est materia. Deinde dicit. homo autem, & animal, &cæ. idest, homo autem & animal est totum congregatum ex anima, & corpore. Deinde d. Socrates, &c. i. nomina autem indiuiduorum quando significant corpus & animam, substantiam significant duplicem, scilicet animam & corpus. Deinde dicit. Et, si fuerit modo simplici. i. sicut significat totum congregatum ex partibus per se, & partes etiam per se, &

*a. l. nouus.

Illud, quod separatur sermone, existimatur separari secũdũ esse.

Quiditates naturales nõ possunt intelligi sine motu & sensu. Idẽ sup. 37. & quæ ibi.

A cum significant partes indiuidui significatione intentionis simplicis non compositæ ante istam animam & istud corpus, sicut significat congregatum & demonstratum, v.g. istud animal, & istum hominem. Deinde dicit. sicut vniuersale, & particulare. i. & significat vtrunque istorum duorum modorum simplicium significatione vniuersalis, s. speciei, & significatione particularis. & similiter cōgregatum habet duas significationes, s. significationem indiuidualem, verbi gratia Socratem & istum hominem, & significationem vniuersalem, verbi gratia hominem. Et intendebat ꝙ est ens eiusdem speciei, s. ꝙ esse totius est esse partium. Et, cum declarauit ꝙ omnes istæ substātiæ sunt in materijs: & ideo definitiones quarundam partium sunt posteriores definitione totius, & partes earum, quę sunt per quantitatē, non habent definitiones, cum non sint priores toto prioritate definitionis, sed prioritate materiæ ad formam, d. Si autem aliqua substantia fuerit sine materia, &c. i. & quod apparet ex hoc sermone est, s. ꝙ substantia, quā significat definitio, est in materia. Vtrum aūt sit hic aliqua substantia sine materia, similis istis substantijs, quæ sunt in materijs, aut vtrum inueniuntur in istis substātiæ, quæ sunt aliæ ab istis substantijs sensibilibus, vt dicimus de numeris, perscrutandum est postea. D. d. Quoniā propter hoc nitimur distinguere has definitiones in substantijs sensibilibus ēt. i. nos enim nō perscrutati sumus de substantijs sensibilibus, neque distinximus modos earum hac distinctione, nisi quia intendi- Idem supra com. 35.
B mus perscrutari de substantia insensibili. & ꝑpter hoc, quod dixit, Philosophus primus non considerat de substantijs sensibilibus, secūdum ꝙ sunt sensibiles, sed secundum ꝙ sunt substantiæ: Naturalis vero secundum ꝙ sunt substantiæ sensibiles. Et ideo d. qm̄ quodammodo perscrutatio de substantijs sensibilibus, & cōsideratio de eis est Philosophiæ. Naturalis, quæ est secunda, i. ꝙ Philosophia Naturalis non perscrutatur de substantia secundum ꝙ est substantia, sicut facit ista ars, sed perscrutatur de substantia secdndum ꝙ est sensibilis. & d. ipsam esse secundam in respectu primæ Philosophiæ, quæ dicitur Metaphysica, non secundum ordinem doctrinæ, sed esse. D. d. oportet. n. Naturalem vt non solummodo habeat cognitionem materiæ, sed cognitionem eius, quod est per definitionē, & magis istam. i. Naturalis enim non debet perscrutari de substātia, quę est materia, quia materia est propria entibus naturalibus, sed & de substantia, quæ est forma, sed tamen ad terminum notum. & ꝙ perscrutatur de hac substantia magis quam de substantia, quæ est per materiam, & hoc declaratum est in Secundo Physicorum. 21. & 26.

In definitionibus vero, quo modo partes, quæ in ratione sunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim quòd res vna: res autem aliquo vna, partes habens) postea considerādum est. Quid igitur est quod
C quid erat esse, & quomodo ipsum per seipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat esse habet definiti partes, quorundam non. & ꝙ in ratione quidem substātię, quæ ita partes sunt vt materia, non inerunt. non enim sunt illius substantiæ partes, sed totius. huius vero est quodam modo ratio, & non est, cum materia nāque nō est: indefinitum etenim. secūdum primā aūt substātiam est, vt hominis animæ ratio. substātia enim ęst forma, quæ inest: ex qua & materia, tota dicitur substantia: vt cōcauitas. ex hac. n. & naso, simus nasus, & simitas est. bis nāque in his inerit nasus.

Et cum partes, quæ sunt in sermone, sunt quoquo modo partes definitionum etiam, & definitio est vnus sermo, quia res ista est vna, & hoc manifestū est, quoniam vero res quoquo modo est vna, & habet partes, perscrutandum est post. Dictum est igitur quid est esse per essentiam & quo modo est per essentiā, & quomodo est per se, quo-

niam est vniuersale de omni.& quare in quibusdam rebus sermo,qui est quid est per essentiã,& in eo sunt partes definiti, & in quibusdam non & ꝙ partes,quæ sunt per materiam,nõ sunt in definitione substantiæ.quoniam illa substantia non habet partes,sed partes sunt substantiæ congregatę.& ista etiam habet quoquo modo definitionem, & non habent etiam.quoniã,cum fuerit cum materia, non habebit: quia non est definitum per primam substantiam, vt sermo animę hominis.substantia enim est forma,quæ est in eo.& ex eo etiam dicitur congregatio materiæ,& substantię etiam:vt concauitas.quoniam ex ea,& ex naso est simus,& simitas.& nasus bis est in istis.

Responsio.

Dubitatio.

40 Et quomodo partes,quæ sunt in ratione.i.in definitione se habent:vtrum sint substantię existentes in actu,& cum definitio sit composita ex multis partibus, an est vna ratio.Palam enim est quod oportet definitionem esse vnam tantum rationem,quia est res vna:& dictum est quod substantia,quæ est quod quid erat esse,est prædicabilis de illo,quod est substantia per se, & quod est ei vniuersale,& dictum est etiam,quare quorundam ratio significans quod quid erat esse continet in se partes definiti, vt definitio syllabę continet literas,& quorundã non, vt definitio circuli,quæ non continet semicirculos. & dictum est etiam quod in ratione formæ non ponuntur partes quantitatiuæ, quæ sunt partes congregatæ ex materia,& forma,vt res demonstratæ:quia tales non sunt partes formę, sed partes totius compositi,cuius quidem compositi aliquo modo est definitio,aliquo modo non:quia si accipiatur cum materia indiuiduali,non est definitio, quia singularia non definiuntur.& dictum est etiam quod substantia formalis habet definitionem quoquomodo,quoniam in hac definitione apparet subiectũ, vera aũt definitio est,in qua non apparet subiectum,definitur enim compositum acceptũ in specie,non tamen secundum indiuiduum , sicut. n.indiuiduum per materiam indiuiduatur,ita vnumquodque ponitur in sua specie per formam , vt homo, qui non est homo,quia habet carnes,& ossa,sed quia habet rationalem animam in carnibus,& ossibus est homo.& sic oportet vt definitio speciei accipiatur a forma,quæ inest materiæ:ex qua forma & materia dicitur tota substantia.i.congregatum ex eis.vt simitas,quæ definitur per concauitatem,quæ in hac definitione est quasi forma,& subiectum concauitatis est nasus, & sic ex ea & naso dicitur nasus simus,& simitas.& similiter ex anima & corpore dicitur homo & humanitas.si enim nasus,qui est sicut materia,esset pars curuitatis,tunc cum dicitur nasus curuus,bis nasus diceretur:semel enim diceretur pro nomine, & semel pro ... includeretur ĩ definitione curui,si poneret̃ in eius definitione sicut pars essentiæ curuitatis,nõ quasi ex additione,vt supradictũ est in principio huius tractatus.

Singularia nõ definiuntur. vide 1.et 2. post. passim.

Vnũquodq; ponitur ĩ sua specie ꝑ formam.

Et,cum sit declaratum ꝙ partes substantiæ quoquo modo sunt partes definitionum,& definitio habet vnum sermonem,quia res definita est vna essentialiter.& post dicemus quomodo definitio est vna,& habet partes.Et dixit quoquo modo,quia definitio est vnum cum definito secundum prædicationem:non ... ipsa definitio,quæ est forma,est ipsum definitum.quod est habens formam. ... cum peruenit ad hunc locum,fecit rememorationem de declaratis,& dixit ... est igitur,&c.i,declaratum est igitur quid est substantia, quæ est quiditas rei. & quo modo ista substantia est prædicabilis de illo,quod est substantia per se,& hoc est ei secundum ꝙ ęst vniuersalis.Et declaratum est etiam quare in quibusdam definitionibus omnes partes sunt partes definiti,& quibusdam definitionibus non omnes partes sunt partes definitionum,sed ipsius definiti. Deinde ... ꝙ partes,quæ sunt per materiam,non sunt in sermone substantiæ, ... & declaratum est etiam ꝙ partes rei,quæ sunt per materiam, & sunt illæ,quæ sunt per quantitatem, non accipiuntur in definitione substantiæ, quæ est formalis, quoniam ista substantia non habet partes quantitatiuas,sed istæ partes sunt substantiæ congregatæ ex materia & forma,& est res demonstrata. & ...

Definitio ẽ vnũ cũ definito scdm p̃dicationem: nõ qa definitio,quę ẽ forma, est ipsũ definitũ , qđ est hñs formã Idem supra cõ. 21. 34.& 36.

A eut partes circuli,& partes recti. Deinde dicit,& ista etiam habet quoquo modo definitionem,&c.idest,declaratum est ꝙ substantia,quæ est forma habet definitionem quoquo modo.& ponatur ipsam esse veram definitionem: quoniā in definitione istius substantiæ apparet aliud,& est subiectum:vera autem definitio,in qua non apparet aliud,non est huiusmodi definitorum. Deinde dicit causam in hoc.& d.quoniam,cum fuerit cum materia, &c.i.causa enim in hoc est, quoniam res,quæ sunt in illis,non sunt definitæ per definitiones primarum substantiarum,quę non sunt in alijs.[a] anima enim,quia est existens in alio,non habet perfectam definitionem. Deinde dicit.substantia enim est forma, &c.idest quoniam hęc substantia,quę est forma in talibus rebus,& ex illo,in quo est,scilicet materia,erit definitio congregati ex eis.vt simitas, quę definitur per concauitatem,quę est in hac definitione,quasi forma,& subiecto cōcauitatis,quod est nasus.& ideo accidit in talibus definitionibus dicere materiam bis. necesse est enim vt definitio congregati componatur ex duabus definitionibus duarum partium, ex qua sequitur materiam dici bis, vt declaratum est in principio istius tractatus.

[a] Anima,q̄ est existēs ī alio, nō habet perfectā definitionē. Vide cōm. 8. Met. c.9. & 16.

In tota vero substantia,vt naso simo,aut Callia,inest etiam materia.Et quod quid erat esse & vnumquodque in quibusdam quidē idē B est,vt in primis substantiis:vtputa curuitas & curuitati esse, si prima est.dico autem primam quę nō dicitur,eo ꝙ aliud in alio sit,& subiecto,vt materia Quęcunque vero vt materia,uel ut simul cum materia sumpta sunt,non idem:neque secūdum accidens unū,& Socrates & musicum.hęc.n.secūdum accidens eadem sunt.

In substātia uero cōgregata,ut naso simo,aut Callia,non est materia.Et ꝙ illud,quod est per essentiam,& simplicia in quibusdam sunt rebus,quæ sunt eædem,sicut sunt in prima substantia, ut reflexio & essentia reflexionis,si fuerit primum.& dico primum illud,per quod non dicitur aliud esse in alio,ut in subiecto.Omnia uero,quę sunt sicut materia,aut sicut congregata ex materia,non sunt idem, neque sunt unum per accidens,ut Socrates,& musicus.quoniam omnia ista sunt per accidens.

Ea,quę constant ex materia & forma in actu,vt cōgregatū ex naso & caui- 41
C tate,simitas dicitur:substantia,quę constat ex eis,tanq̄ forma, nō prędicatur de materia eo modo,sicut quiditas rei prędicatur:q̄m quiditas rei est ipsa res in prędicatione,quę res sunt per se existētes,ac determinatę,declarātes in quibusdam earū essentias secūdū quid,& sunt illa,de quibus dicitur, quod prędicatū est substātia subiecti,vt in primis substātijs inuenitur,vt reflexio,& quiditas reflexionis,q̄ nō est in rei veritate quiditas,cū sit in alio. Sed cū intellectus eā a subiecto abstrahit,ita se habet ad quiditatē vt primę substātię ad suas quiditates.& ꝑ substātias primas intelligit formas vniuersales,quę sunt per se primo definitę.in his enim quodquid erat esse,& id,cuius est,idem est. quoniā quodquid erat esse est forma,& ipsum,cuius est quodquid erat esse,est forma. & per concepta cum materia intelligit indiuidua contracta per materiam: in istis non est idem quod quid erat esse,& id,cuius est:Nec etiam est vnum in his,quę dicūtur secūdū accidens,sicut Socrates,& musicus sunt idē per accn̄s:sed hęc ad inuicē differunt, q̄m videlicet homo musicus,& nasus cauus,quod dicitur simitas,quoniā nasus simus vnum est essentialiter, cum cauitas sit a naso inseparabilis, at homo musicus non est ita, cum sit vnum per accidens:musica enim est separabilis ab homine, similiter etiam Nasus diuiditur in cauum, & non cauum, quemadmodum genus in suas differentias diuiditur essentiales: at homo non diuiditur

Simitas quę.

In substātijs abstractis idē est quiditas,& cuius est q̄ditas,

Formę abstractę non habēt aliqd, p quod indiuiduētur extra rationē spēi.

in musicum, & non musicum nisi per accidens. relinquitur ergo quod illę substantiæ, quæ sunt formæ tantum subsistentes, nō habēt aliquid, per quod indiuiduentur quod sit extra rationem rei, vel speciei significantem quod quid est, & ideo in illis simpliciter verum est, quod quælibet illarum est suum quod quid erat esse.

Dicit, composita vero ex materia & forma in actu, vt congregatum ex naso & concauitate, quod dicitur simitas, substantia, quæ est ex eis tanquam forma, non prædicatur de materia secundum modum, secundum quem quiditas rei est ipsa res in prædicatione, & sunt res existentes per se. D. exposuit hoc, & d. & simplicia in quibusdam rebus, &c. i. & res determinatæ in quibusdam vero quiditates sunt ipsæ. i. quiditates earum declarant suas essentias secundum quid: & sunt illa, de quibus dicitur ꝙ prædicatum est substantia subiecti, vt inuenitur in primis substantijs: verbi gratia reflexio, & quiditas reflexionis. sed quia reflexio non est prima substantia in rei veritate, quia est in alio, sed tamen quando intellectus abstrahit eam a subiecto, tunc ita habet se ad quiditatem, sicut primæ substantiæ ad suas quiditates, d. si fuerit primū. Deinde exposuit primū, & d. & dico primū, &c. i. & intelligo per primam substantiam illud, quod non dicitur in subiecto: & ista sunt vniuersalia substantiarum, vt dictum est in Prædicamentis. D. d. Omnia vero, quæ sunt sicut materia, &c. i. composita vero ex materia & forma etiam sunt illa, quæ inueniūtur in alijs essentialiter: licet quiditates eorum non declarent essentias eorum, secundum ꝙ quiditates primarum substantiarum declarant essentias earum: qm̄ congregatum ex duabus partibus in eis non est vnum per accidens, sicut est dispositio in rebus, quæ sunt vnom per accidens. v. g. homo musicus, & homo albus. Et intendit ꝙ differentia inter hominem & musicum & nasum cōcauum, quod dicitur simitas, est, quia nasus simus est vnū essentialiter, & concauitas est inseparabilis ab eo. homo autē albus non est ita: quoniam albedo non in separabilis ab eo. & ideo homo albus est vnum per accidens. Et intendit ꝙ nasus diuiditur in concauum, & nō concauum, secundū ꝙ genus diuiditur in suas differentias essentiales: & homo nō diuiditur in albū & non album, nisi per accidens. albedo. n. inuenitur in pluribus speciebus aliis ab homine. & differentiæ nasorum, in quibus differunt, non inueniuntur nisi in figuris. & ideo non est remotum vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiatur in definitione eius, quod est in prædicamento substantię. & Aristo. perscrutabitur de hoc in tractatu sequenti.

Nō est remotū vt aliqd in p̄dicamēto qualitatis accipiatur ī definitione eius, qđ est in p̄dicamēto substātię. vide idē 8. Met. t. cō. 5. & 4. cœ. 6. & 26. & 8. Ph. 32. & 1. de Aīa. 2. & 5. Ph. cō. 10.

Caput Decimum quartum. Quo pacto ex definitionis partibus unum fiat. Vbi de definitionibus secundum diuisionem multa.

NVnc autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non est dictum. dubitatio nāque, quæ in illis dicta est, proderit sermonibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, quare vnum est definitum, cuius rationem definitionem esse dicimus. vt hominis animal bipes (sit nanque eius ratio) cur igitur hoc vnum est, nō autem multa, animal & bipes? Homo enim & album multa quidem sunt, cum non insint alterum alteri. vnum uero cum insit, & subiectum, [illegible] mo, aliquid passum fuerit. tunc enim albus homo unum fit, & [illegible] uero non est alterum alterius particeps. genus etenim non [illegible] particeps esse differentiarum. simul nanque contrariorum idem participaret. differentiæ nanque contrariæ, quibus genus differt. Quod [illegible]

Genus nō videtur particeps esse differētiarum.

cum

A etiam participat, eadem ratio est, si differentiæ quidem plures sunt: ut pedestre, bipes, implume. Cur enim vnum, sed non multa sunt hæc? non enim, quia insunt: sic enim ex omnibus erit vnum. oportet autem vnum esse, quæcunq; in definitione sunt. definitio nanque ratio quædam vna, & substantia est: quare vnius cuiuspiam oportet ipsam esse rationem. etenim substantia vnum quiddam & quod quid, vt dicimus, significat.

Definitio rō q̄dā vna, & substātia est

Dicimus igitur nunc primo de definitione, cum non sit dictum in analyticis. quæstio enim difficilis dicta in illis præcedit sermonem de substantia. Et dico hanc quæstionem qua de causa est vnum illud, de quo dicimus quòd sermo eius est definitio. Vt sermo hominis animal bipes (& sit hic sermo eius) quare est vnum, & non multa, scilicet animal, & bipes. In homine vero & albo est multum. quoniam alterum non est reliquum: vnum vero cum inest, & cum subiectum fuerit homo. tunc enim fit vnum, & est albus homo. hic autem alterū non
B est in reliquo. genus enim non existimatur congregare differentias. & si non, tunc idem congregaret contraria insimul. differentiæ enim, in quibus genus diuiditur, sunt contrariæ. Et etiam, si vnus sermo cōgregat differentias, & differentiæ sunt multæ, verbi gratia ambulans, bipes, non pennatum, quomodo ista sunt vnum, & non plura? Non enim sunt vnum, quia sunt in vno. quoniam secūdum hoc erit vnum ex omnibus rebus. & oportet vt sint vnum omnia, quę sunt vnum numero. quoniam definitio est vnus sermo de substantia: ergo debet esse sermo vnus. substantia enim est vna, & significat rem, sicut diximus.

Cum egisset de partibus definitionis, ex quo est manifestū quod definitio habet multas partes, nunc inquirit de vnitate definitionis, & mouet dubitationem, & dicit, nunc autem dicamus illud, quod non fuit dictum in posterioribus Anatyticis de definitione. ibi mota fuit quęstio de vnitate eius, & non assignauit causam solutionis. sed causa est ista, quoniam logicus, & metaphysicus de defini- 42
C tione considerant, non tamen eodem modo, quoniam logicus, & topicus, & analyticus considerant definitionem, vt sermo est instrumentarius, quo intellectus ducitur in cognitionem quiditatum rerum. Metaphysicus vero considerat definitionem, vt significat quiditatem rei, hoc est per accidens, gratia quiditatis, quam per se considerat. quiditates enim per se considerantur a Metaphysico, per accidens vero sermonem definitiuum, vt illas ostendit: sed assignare causam vnitatis definitionis est magis propriū Metaphysico, quoniam vnitas definitionis est ultima differentia, quam considerat Metaphysicus: quoniam accipitur a forma, per quā ipsum definitum est ens, & vnum in actu. & hoc patet, quoniam cæteræ differentię sunt potentia contentę in definito. & signum est, quia definitum non multiplicatur per partes definitionis, quod non esset, nisi vltima differentia esset vltimus actus, a quo est vnitas: & cęterę differentię sunt potentia, quę cum illa vnum faciunt. obiicit modo quod ex partibus definitionis non fit vnum, quoniam ea, quorum alterum alteri non inest, non fit vnum. partium definitionis altera alteri nō inest: non ergo faciunt vnum; in hoc enim homine, & albo multa quidem sunt, cum alterum non insit alteri, id est cum sumerentur vt duę substantię per se stantes, & vtram altera non esset essentialiter altera, nec altera alteri inesset: vnum uero etiam, quando album inest homini, & quando homo subiectum reciperet album: tunc enim ex albo, & homine fit vnum, & est albus homo: hic autem in-

Logicus, & Metaphysicus de definitione differēter tñ considerat.

Definitio, ut definitio, per se a Metaphysico consideratur.

Quorū alterū alteri nō inest per se nō facit per se vnum.

Drię cōtrarię sunt, quibus differt genus. Idem in Prędicab. c. de differ.

definitione alterum altero participat, nec alterum inest alteri: genus enim differentijs non participare videtur: simul enim contrarijs idem participaret: nā differentię contrarię sunt, quibus differt genus: ex his sequitur quod partes definitionis non faciant vnum. &, si aliquis diceret genus differentijs participare, & propter hoc definitionem esse vnam: eodem modo erit dicendum, & de differentijs ipsis: vt gressibile, bipes, & animatum, quę existunt in definitione hominis, sunt vnum, & non multa. sed non est dicendum quod sunt vnum, quia insunt vni homini: & ideo hęc vnum faciunt, quoniā sic etiam ex omnibus accidentibus erit vnum, cum omnia accidentia insunt vni. istę enim differentię non dicuntur esse vnum per accidens, quia sunt in vno, sed essentialiter: qm̄, si concesserimus quod aliqua essent vnum essentialiter, hoc est per se, quia sunt in vno, contingeret vt totus mundus esset vnus essentialiter, quia omnia sunt in cœlo, quod est vnū. & oportet quod ea, quę per definitionem sunt vnum, sint vnū numero: & ratio est, quia definitio, cuius sunt partes, est sermo vnus, qui significat substātiam vnam. Sed cum ergo illud, quod definitio significat, sit vnum, etiam definitio erit vna.

Dubitatio.

videtur quod totum oppositum superius dictum sit, cum dicit rem esse vnam, quoniam eius definitio est vna. et nunc dicit definitionem esse vnā, quia res est vna,

Solutio.

sed hoc dicit vt ostendat reciprocam rationem unitatis. nam & definitio est vna propter rem, tanquam propter causam materialem, & res est vna propter definitionem, tanquam propter causam formalem.

Habes, studiose lector, Mediam hucusq; Auer. Cord. Cōmentationē tantopere expectatā, ex Arabico in nostrū ab Helia Cretense, uiro Philosophiæ, et Medicinæ consultissimo conuersam. Qui, cū ab immatura fuisset præuentus morte (cui mortalia cuncta sunt obnoxia) uitæ, et translationi huic finem posuit. Nos aūt, quo tuæ affatim consuleremus utilitati, impensis non modicis eā tibi cōparauimus, lōgisq; uigiliis et a mendis purgauimus innumeris, et margineis illustrauimus postillis, nostris igitur impensis, et laboribus dui fruare. Vale.

Commentū.

Dicit. Dicamus igitur nunc de definitione, quare significat vnū, & habet partes. hoc enim non fuit dictum in Posterioribus analyticis. quoniam illic posuit hanc positionem, & non dedit causam. Considerare enim de definitionibus est commune Logico & Philosopho: sed duobus modis diuersis. Logicus enim considerat de definitionibus, secundum ꝙ est instrumentum, quod inducit intellectū ad intelligere quiditates rerum: Philosophus autem, secundum ꝙ significat naturas rerum, et ideo dare causas de hoc magis est propriū huic scientię. causa enim in hoc est, quoniam vltima differentia data in definitionibus est differentia, quæ continet formam, per quam ens est vnum in actu, & ens in actu. differētię enim, quę sunt ante vltimam differentiam, sunt existentes in definito potentia. & ideo definitum non multiplicatur per multiplicationem partium definitionis. Et cum dixit ꝙ intentio eius nunc est loqui de definitione, & dicere quęstionem, quam dimisit in Analyticis, dixit quęstio enim difficilis, et cętera. id est ista enim quęstio debet prędecere sermonem de substantia. ista enim quęstio est de quęstionibus, super quas fundatur scięntia de quiditate substantię. Deinde induxit quęstionem, & dixit. Et dico hanc quęstionem, &c. id est & quæstio est, quare dicimus vnum in re, de qua dicimus ꝙ sermo, qui significat illam, est definitio. verbi gratia cum dicimus ꝙ homo est animal bipes. Deinde dicit. & sit hic sermo eius, id est & cum definitio hominis, verbi gratia est animal bipes, sit quæstio, quomodo dicimus ꝙ homo est vnum, & non plura, cum accepimus in definitione plura, scilicet animal & bipes. Deinde dicit. In homine vero & albo, & cætera. id est dicere vero homo albus non significat vnum: quoniam alterum istorum non est reliquum essentialiter. & ideo homo & albedo non sunt idem nisi per accidens. Deinde dicit. & cum subiectum fuerit homo, & cętera, id est, & homo albus est vnum: quia subiectum albedinis accidit ei ꝙ fuit vnum, & ideo est vnum per accidens. Deinde dicit, hic autem, & cætera id est, & intendit ꝙ bipes non est in animali, sicut album in homine: nec definitio dici

Considerare de definitionibus est cōe Logico, & primo Philosopho: differēter tñ, &c.

Drię, q̄ sunt ante vltimā drīam, sunt existentes ī definito ī potentia. cōsiŕe cō. seq. & 8. Meta, t. c. 6.

A tur esse vna hoc modo. Deinde dicit causam in hoc. & dicit genus enim non existimatur, & cætera.id est vna enim species, aut genus non existimatur ꝙ in eo inueniantur differentiæ contrariæ, sicut inueniuntur albedo & nigredo in homine. Deinde dicit. Et etiam, si vnus sermo congregat differentias, &c. id est, & etiam quęret aliquis, & dicet, si vnus sermo, qui est definitio, quę congregat multas differentias, verbi gratia animatum, ambulans, bipes, quæ existunt in definitione hominis, quomodo igitur dicitur in istis, ꝙ sunt vnum, & non multa? Deinde dicit. Non enim sunt vnum, quia sunt in vno, id est istæ enim differentię non dicuntur per accidens esse vnum, scilicet quia sunt in vno, sed essentialiter. quoniam, si concesserimus ꝙ omnia, quæ sunt in vno, sunt unũ essentialiter, cõtingeret ꝙ totus mundus esset vnũ essentialr. oĩa enim sunt in cœlo, quod est vnum. D.d. & oportet vt sint vnũ, i. & oportet vt illa, q̃ sunt vnum per definitionem, sint vnũ numero: & quia definitio est sermo vnus, q significat substantiã vnã. omne.n. quod significat definitio, est vna substantia: ergo necesse est vt definitio sit sermo vnius, quia significat in re vnam substantiam. Et dicit hoc, quia iam prædixit quomodo definitio est multa, & est vnius: & ipse dicit econtrario, scilicet ꝙ vna est res, quia habet vnam definitionem, ad declarandum ex hoc, ꝙ definitio est vna.

Si oĩa, quæ sunt in vno, sunt vnum essentialr, totus mundus esset vnũ essentialiter.

B Oportet autem primo considerare de his, quæ secundum diuisiones sunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione est, nisi quod primum dicitur, genus, & differentiæ cætera vero genera sunt, & ipsum primum, & post hoc, quæ comprehenduntur differentiæ. vtputa ipsum primum, est animal: consequẽs vero, animal bipes, & rursus animal bipes implume. Similiter etiam si per plura dicatur. & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur. neq; vtiq; per pauciora quàm duo. duorum vero hoc quidem genus, hoc vero differentia. vtputa huius animal bipes, animal quidem genus, differẽtia vero alterum. Si igitur genus simpliciter non est præter eas, quæ vt generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquam materia est (vox nanque genus & materia, differentiæ autem species, & elementa quoque ex hac faciunt) manifestum est ꝙ definitio est ex differẽtiis ratio. At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. vtputa animalis differentia est pedes habere, rursus animalis pedes habẽtis differentiam
C scire oportet, prout pedes habet. quare non est dicendum pedes habẽtis aliud plumiferum, aliud implume, si bene dicatur (verum quia nõ potest, faciet hoc) sed si aliud fissos, aliud non fissos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ sunt. fissio nanq; pedum aliqua peditas est. & sic semper procedi vult, donec ad indifferentia deueniatur. tum autẽ tot pedis species erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentiis. Si igitur hæc ita se habeãt, manifestum est quòd vltima differentia, rei substantia erit, & definitio. siquidem non oportet crebro eadem in definitionibus dicere: superfluum nãq; est. Accidit aũt hoc. cum enim animal pedes habẽs, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi aĩal pedes habens, duos pedes habẽs. & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differẽtiæ differentia fiat, vna, quæ vltima est, erit species & substãtia. Si aũt secundum accidens, vt si diuidat habentis pedes, aliud albũ, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones. Quare manifestũ est ꝙ definitio est rõ, q̃ ex

differentiis eſt,& ex harum vltima ſecundum rectum. Patet autē hoc, D ſi quis tranſponat tales definitiones, vtputa hominis, dicens animal bipes, habens pedes. ſuperfluum enim eſt habens pedes, dicto bipede. ordo vero non eſt in ſubſtantia. quo nanque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero poſterius? De his igitur definitionibus, quæ ſecundum diuiſiones fiunt, quales quædam ſunt, hactenus dicta ſunt.

Sed perſcrutandum primo de definitionibus, quæ ſunt ſecundum diuiſionem. Nihil enim eſt aliud in definitione preter genus, quod dicitur primum & differentia alia vero ſunt genera, vt primum, & differentiæ, quæ exiſtunt cum eo. vt primum animal, quod recipit animal bipes, & etiam animal bipes, non pennatum. Et ſimiliter etiam eſt ſi dicitur per plura. & vniuerſaliter non eſt diuerſitas, ſiue dicatur per multa, ſiue per pauca. ergo non eſt diuerſitas inter illa, quæ dicuntur per pauca, aut illa, quæ dicuntur per duo, cum dicuntur per duo. genus vero ſicut eſt illud, quod eſt animal, & animal eſt genus, & illud differentia albedo & nigredo. Aut non erit genus modo ſimplici aliud a forma, quæ eſt ſicut forma generis, aut æris, hoc eſt ſicut materia. ſonus autem eſt genus & materia, differentię autem faciunt formas & literas ex ſono. manifeſtum eſt igitur quòd definitio eſt ſermo ex differentiis. Sed oportet diuidere differentias differentiæ, & oportet diuidere animal habens pedes ſecundum quòd eſt bipes, & non oportet dicere quòd bipes quoddam eſt pēnatum, & quoddam non pennatum, ſi intendit bonus ſermo (quoniam hæc non ſunt nisi in non poſſe diuiſionis) & oportet vt diuiſio bipedis ſit talis, bipedis, aliud eſt ſciſſorum pedum, & aliud non ſciſſorum. iſtæ enim ſunt differentiæ pedum. quoniam ſciſſura pedum eſt aliqua diſpoſitio propria. & ſic procedatur ſemper, donec perueniatur ad diuerſa tunc igitur erit diuiſio pedis ſecundum differentiarum numerum, & erūt animalia bipeda æqualia numero differentiis. Ergo manifeſtum eſt quòd vltima differentia erit ſubſtantia ſolius rei. & non oportet dicere hos ſermones in definitionibus multotiens: quoniam hoc eſt ſuperfluum in operatione. Et hoc accidit. quoniam cum dicitur animal bipes, de quo prædicantur duo pedes, nullus dicitur animal præter animal habens duos pedes. & ſi diuiſit diuiſione propria, tunc dicet multotiens ſecundum numerum differentiarum. Et, ſi fuerit differentia differentiæ, tūc vltimum additum erit forma, & ſubſtantia. Et, ſi diuiſerit per accidens, verbi gratia ſi bipes quoddam eſt album, & quoddam nigrum, tunc erit ſecundum numerum diuiſionum. Cum ergo declaratum eſt quòd definitio eſt ſermo, qui eſt ex differentiis, & ex ſuis partibus etiam, tunc erit manifeſtum quòd, ſi aliquis mutauerit definitiones tales, vt eſt definitio hominis, & dixerit ipſum eſſe animal bipes, de quo prædicantur duo pedes, quòd hoc verbum. de quo prædicantur duo pedes, eſt ſuperfluum. cum enim dicetur bipes, non erit

A ordo in substantia. quoniam, quomodo est intelligendum quòd quędam est ante, & quædam post? Iste igitur sermo primus est in definitionibus, quæ sunt secundum diuisionem.

Cum quęsiuit quomodo definitio est vna & habet multas partes, & quomodo definitum est vnum, & definitio habet multas partes, vult ponere principiũ perscrutationis de hoc a definitionibus, quę sunt secundum diuisionem, vt ei appareat solutio quęstionis. Et d. Sed perscrutandum primo, &c. id est, sed primo perscrutandum est de definitionibus, quę fiunt per ueram diuisionẽ. Apparent enim ex definitionibus, quę sunt per veram diuisionem, ꝙ non continent nisi duo, scilicet genus propinquum, & differentiam essentialem illi generi. & vocat genus propinquum primum: quia in definitione ponitur primum. D. d. alia vero, &c. id est illa autem, quę sunt post primum genus, s. genera, & differentię illorum generum, sunt in suo esse de natura eius, quod significat primum genus pręter differentiam ęqualem definito. D. d. vt primum animal, quod recipit, &c. id est vt animal, quod primo diuiditur in animal bipes & multipes: deinde bipes diuiditur in pennatum & non pennatum. omnia enim ista sunt tanquam genus. Deinde dicit. Et similiter etiam est, si dicitur per plura, id est & similiter contingit in definitionibus, quę continent differentias multas, quoniam non est differentia
B inter multitudinem differentiarum in hoc, & paucitatem in hoc, ꝙ sunt quasi genus. & hoc intendebat, cum dicit & vniuersaliter non est diuersitas, &c. id est, & diuersitas non est inter definitiones in hoc, ꝙ sunt quasi primum genus. & secundum hoc definitiones erunt compositę necessario ex duabus naturis, scilicet ex genere & differentia: siue sint in ea multę differentię, siue genus & differentia tantum. quoniam illa, quę sunt inter primum genus & vltimam differentiam, sunt quasi genus. & hoc intendebat cum dixit, aut per illa, quę dicuntur per duo, id est, & per genus & differentiam tantum. D. d. genus vero, &c. id est sumitur igitur ꝙ omnes definitiones componuntur ex duabus naturis, s. genere & differentia. Deinde dicit post. Aut non erit genus modo simplici, &c. id est, &, cum sit declaratum ꝙ omnis definitio componitur ex genere & differentia, & genus componitur ex forma & materia, aut genus, quod dicitur simpliciter, nõ sit aliud a forma subiecti, formę autem erit forma & subiectum, & quomodocunq; fuerit erit simile materię. Et forte intelligit per genus, quod est vnum ex materia & forma, aut habet hoc nomen ex parte formę, aut materię. & quomodocunq; fuerit, simile est materię. Et intendebat per hoc, ꝙ genus in re nõ existit in actu sicut materia, & ꝙ illud, quod est in actu, est vltima differentia: quia genera [a] diuersantur. quędam enim magis assimilantur formę, & quædam magis materiæ.
C Deinde dedit exemplum, & d. sonus autem est genus, & materia, id est, & genus, quod quodammodo est genus, & quodammodo est materia, est sonus. sonus enim quodammodo assimilatur materię, quia est propinquius materię literarum: & quodammodo assimilatur formę, quę prędicatur de literis secundum quid. [b] Et materia non prędicatur de re nomine principali. Deinde dicit differentiæ autem, &c. id est potest intelligi, differentię autem percussionum faciũt formam literarum ex sono. videtur enim ꝙ intendit hic per formas literarũ syllabas prolatas, & per literas elementa. Et forte intendit, differentię autem acceptę in definitionibus literarum, sunt illa, quę faciunt formas literarum, & literas esse ex sono, id est faciunt eas esse ex natura soni. Et intendebat declarare modum, secundum quem genus hoc est materia. Et forte differentia inter sonum in hoc, ꝙ est materia literarum, & inter cuprum in hoc, ꝙ est materia idoli est, quia sonus nõ denudatur a forma & percutiente, s. ex aliquo simili syllabę longę & breuis. & cuprum denudatur a forma & figura omnino. & ideo cuprum est materia pura, & sonus non est materia pura literarum: sed est similis materię secundum ꝙ recipit literas: & est similis generi, secundum ꝙ non est extra modos sonorum. Et cum compleuit hoc, & d. manifestum est igitur ꝙ definitio est sermo ex differentijs. 1. &, cum declaratum est ex quibus componuntur definitiones, manifestũ est ꝙ definitio est sermo compositus ex differentijs, & non dixit ex differentijs &

45

Illa, quę sũt inter primũ genus & ultimã drĩam, sũt quasi genus. Idẽ cõ. precedenti.

Genus in re nõ est ĩ actu sicut materia vide 1. Met. cõ. 17. & 8. Met. 5. & 6. & 12. Met. 14. et 5. Me. t. c. 33. et 10. Met. 24.

a Gña diuersantur. q̃dã magis assimilãtur formę, & q̃dam magis materiæ.

b Materia nõ prędicatur de re noĩe principali. Vide idẽ supra com. 23. & quę ibi.

Genus apud Arist. est forma vlis, & dria est forma particularis. Idem 1. Met. cõ. 17. & 8. Met. c. 6. & 2. Phy. com. vlti.

genere: quia genus apud ipsum est forma vlis: & differentia est particularis. D
cum narrauit ea, ex quibus cõponuntur definitiones, incœpit declarare φ diuisi
est, quę largitur tales sermones, & d. Sed oportet diuidere differentias differen
tię, &c. i. sed oportet ponere diuisionem essentialem, & primã generis diuisioné,
scilicet qua primo diuidatur genus in primam dríam, & suam oppositam, deinde
illam differentiam in suam primã dríam, non vt primo diuidatur genus in diffe
rentiam suę differẽtię, v. g. animal habens pedes. qm̃ primo debet diuidi in suas
primas differentias, v. g. in bipes & multipes. deinde bipes diuidatur per differẽ
tias essentiales ei, per quas diuiditur prima diuisione: sicut genus diuiditur in suas
primas differentias. & sic fiat semper, donec perueniatur ad illud cõgregatũ ex
differentijs ęquale definito. D. d. & oportet, &c. i. & ideo oportet vt animal ha
bens pedes diuidatur scd̃m φ est bipes, & non diuidatur in pennatũ & non pen
natum. & hoc intendebat, cũ d. non oportet dicere φ quoddam bipes est penna
tum, & quoddam non pennatũ. qui enim hoc facit, non bene potest diuidere, ...
intendit bonam diuisionẽ essentialem, quę largitur definitionem essentialiter. ...
narrauit quę diuisionum est essentialis isti differentię, & d. & oportet vt diui...
bipedis, &c. i. & intendit per scissum pede hoiem: & intendit per propriá dispo
sitionem formam propriam. pediscissum enim est unum eorum, per quę perfe...
actio pedis in quibusdam animalibus. D. d. & sic procedatur semper. i. diuidens
semper debet tenere istum modũ in diuisione differentiarũ, donec perueniat ...
illa, quę sunt diuersa scd̃m indiuiduum, s. vltimas species. D. d. tunc igitur erit ...
uisio pedis, &c. i. & talis diuisio est, in qua numerus specierũ bipedis est scd̃m ...
merum vltimarũ differentiarum, ad quas peruenit diuidens. D. d. Ergo mani...
stum est, &c. i. &, cum diuisio peruenit ad differentias, quarum numerus est se...
dum numerum specierum bipedis, manifestum est φ vltima differẽtia est ex sp...
cie, quę est substantia illius speciei solius, & sola definitio eius & φ illud, quod
est ante, nõ est substantia propria ei, neq; aliquid existens extra animá in ...
Quoniam, cum illud, per quod inuenitur species in actu, sit vnum, manifestũ est
φ illud, quod significat definitio, est vnum, & φ definitio est vna. qm̃ in ea non
est aliquid in actu nisi vnũ, & multitudo, quę est in ea, est in potentia. & cum ...
sit, dissoluetur quęstio. Et cum d. φ, qui diuidit hac diuisione non dimisit aliqu...
de substantia definiti, & d. φ qui obuiat isti modo non intelligit substantiam de
finiti, d. etiam φ, si iterauerit eandem differentiam, errabit, ac si diminuerit, & ...
& non oportet dicere istos sermones, &c. i. & hoc est pręceptum definitionis. ...
induxit exẽplũ, in quo accidit hoc in suo idiomate & dixit. Et hoc accidit, & ...
id est qm̃, cum dixerimus in definitione hoïs φ est animal bipes, de quo pręd...
cantur duo pedes, tunc significatio huius noïs bipes est sicut significatio ...
aliorum vocabulorum, de quo pręicantur duo pedes. & ideo d. nõ dicitur a...
animal pręter animal habens duos pedes, i. φ nihil aliud d. nisi φ est animal ha
bens duos pedes: quod est nugatio. D. d. & si diuisit diuisione propria, &c. i. &
cum diuidens diuiserit rem per suas differentias proprias, & vsus fuerit hac ...
tione, tunc numerus iterationis rei eiusdem erit secundum numerum differen
tium, quas induxit in illa definitione. sed talis iteratio nõ vsitatur in idiomate ...
stro. D. d. Et si fuerit differentia differentię, &c. i. necesse est, si diuiserit differen
tiam per differentiam essentialem, & illam per aliam, & non iterauerit nec ...
minuerit, tunc vltima differentia erit forma, & substantia illius speciei defin...
& erit vnum necessario. D. d. Et si diuiserit per accidens, &c. i. & si diuiserit ...
ferentiam diuisione accidentali, v. g. bipes in album & nigrum, & istas differen
tias accidentales, & illas accidentales in accidentales, tunc istę differentię erunt
infinitę. & infinitum non largitur scientiam. D. d. Cum ergo declaratũ est, & c...

Infinitũ non largitur sciẽtiam. Idem. 1. Phy. 35.

id est declaratum est ergo φ definitio est sermo cõpositus ex differẽtijs, & φ de
finitum est ens per differentiam vltimam: & hoc manifestũ est vtendo vera de
finitione. & hoc posito erit manifestum φ, si aliquis addiderit in definitione ...
aliquam differentiam iteratã per aliam dictionẽ, φ nugabitur: vt dicatur in de
nitione hominis φ est animal bipes, de quo pręicantur duo pedes. ista enim ...
ferentia est superflua. D. dedit causam in hoc, & d. cum enim dr̃ bipes, & c...

A cauſa.in hoc errore eſt,quia poſuimus ꝙ bipes non ſignificat ſubſtantiam ſimilē ſubſtantię,quam ſignificat illud,de quo prędicantur duo pedes , ita ꝙ quoddam ponatur ordinatum ante quoddam:ſicut debent poni partes definitionum, cũ iſti duo ſermones ſignificent idem. D.d.Iſte igitur ſermo primus,&c.id eſt hic igitur eſt primum eorum,quę debent dici in definitionibus,quas largitur diuiſio,& ſciendo naturam iſtarum diuiſionum diſſoluetur queſtio prędicta.

Caput Decimum quintum. Vniuerſalia ſubſtantias non eſſe. Ad hoc autem dubitationem ſequi , nullius rei eſſe definitionem.

CVm autem de ſubſtantia conſideratio ſit , rurſus redeamus. Dicitur autem,ſicuti ſubiectum ſubſtantia eſſe , & quod quid erat eſſe, & quod ex his , & vniuerſale . De duobus itaq; dictum eſt.etenim de ipſo quid erat eſſe, & de ſubiecto,quòd dupliciter ſubiicitur,aut quod quid exiſtens,vt animal paſsionibus:aut,vt materia actui.

Subſtãtia dicitur quatuor modis.

B Et cum perſcrutatio ſit de ſubſtãtia,reuertamur etiam. Quoniam quemadmodum ſubiectum dicitur eſſe ſubſtantia , & quid eſt per eſſentiam,ita & iſtud,quod eſt ex eis,& totũ. Et dictum eſt de duobus. dictum eſt enim quod eſt per eſſentiam,& dictũ eſt de ſubiecto.quoniam eſt ſubiectum duobus modis:aut eſt hoc,ſicut animal eſt ſubiectum paſsionum:aut ſicut materia.

Cum in hac perſcrutatione quęrat de principijs primarum ſubſtantiarum,quę non ſunt in ſubiecto, neq; de ſubiecto, ſed compoſitarum ex materia & forma, 44
& eſt manifeſtum materiam eſſe ſubſtãtiam, incipit perſcrutari de forma vtrum ſit ſubſtantia,aut non.& poſuit principium perſcrutationis in hoc de eis.quę ſignificant definitiones.Cum igitur declarauit ꝙ illa, quę ſignificãt definitiones, ſunt ſubſtantię rerum,& definitiones componuntur ex vniuerſalibus, quę prędicantur de particularibus,incipit perſcrutari de vniuerſalibus vtrum ſint ſubſtantię rerum aut non,ſed tm̃ ſunt ſubſtantię particularia, de quibus prędicantur illa vniuerſalia.& hoc eſt neceſſarium in declarando [a] ꝙ formę indiuiduorum ſubſtantię ſunt ſubſtantię:& ꝙ in indiuiduo non eſt ſubſtantia, niſi materia & forma particularis,ex quibus componitur.Et d.Et,cum perſcrutatio ſit de ſubſtantia,&c.i.& cum perſcrutatio ſit de formis ſubſtantiarum,vtrum ſint ſubſtantię, aut non:& iam prędiximus ꝙ ſubſtantia dicitur famoſe quatuor modis;dr̃ enim de ſubiecto ꝙ eſt duobus modis, quorum vnus eſt materia,& alius cõgregatum ex materia & forma,& de eis,quę ſignificant definitiones , quę dant quiditates rerum,& de toto.&,cum eſt manifeſtum ꝙ ſubiectum eſt ſubſtantia , & fuit declaratum ꝙ quiditates rerum ſunt ſubſtantię aut non,dicendum eſt de vniuerſalibus,vtrum ſint ſubſtantię,aut non.Et d.hoc,quia poſt perſcrutationem de iſtis rebus declarabitur ꝙ ſubſtantia,quam ſignificat definitio,eſt forma rerum particularium. D.d.Et dictum eſt de duobus.& d.hoc,quia in hoc tractatu eſt dictũ de ſubſtantia,quę eſt quiditas.& etiam dictum eſt ſubiectum eſſe ſubſtantiam,et intendit per ſubiectum paſsionum indiuiduum ſubſtantiæ, & per paſsiones accidentia.

C

a In indiuiduo non eſt ſubſtãtia,niſi materia & forma particularis , ex quibus cõponitur. Oppoſitum.5.Meta.com.9. Vide com. Zim.

Videtur autem etiam vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, ac eſſe principium ipſum uniuerſale.quare de hoc etiam tractemus. Videtur nanq; impoſsibile ſubſtantiam eſſe quodcunq; eorum, quæ uniuerſaliter dicuntur.Prima nanque ſubſtantia uniuſcuiuſque , quæ propria cuiuſque eſt, quæ alii non ineſt. vniuerſale vero commune.

Vle est, qđ pluribus natura aptũ est inesse. Idem infra, t.c.57.

hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus natura aptum est inesse. Cuius igitur hoc erit substantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non est possibile. vnius autem si erit, cætera quoque hoc erunt. quorum enim substantia vna, & quod quid erat esse vnum, ipsa quoque vnum sunt.

Et existimatur etiam quòd vniuersale est causa etiam rerum, & quòd magis, quoniam vniuersalia sunt primæ causæ magis rerum. reuertamur igitur ad hoc dicendum. Videtur enim quòd est impossibile vt substantia alicuius sit, quæ dicuntur vniuersalia. Substãtia enim prima, quæ est cuiuslibet, est propria cuiuslibet, & nõ est alterius. vniuersale autem est cõe. non enim dr̃ vniuersale, nisi illud, quod vniuersaliter est plurium rerum. Quorum igitur erit ista substantia? quoniã aut erit omnium rerum: aut si fuerit vnius rei, erunt alia illius rei. illa enim, quorum substantia est una, & q̃d est per essentiam, erit eis vnũ, cum sit unum per substantiam.

45 Dixit. Et existimatur etiam ꝙ vniuersale, &c. id est, quia existimatur ꝙ vniuersale est causa rerum magis q̃ causę particulares, & est prima causa causarũ particularium: & causę substantiarum existimantur esse substantię: perscrutandum est vtrum vniuersale posit esse substantia, aut non. Et dicit reuertamur igitur, quoniam locutus fuit in hoc, ꝙ vniuersalia non sunt causæ agentes particularia, sed hic quęrit vtrum sint causę formales. Deinde dicit. Videtur enim ꝙ est impossibile, &c. id est dicamus igitur ꝙ impossibile est vt aliquid eorum, quæ dicuntur vniuersalia, sit substantia alicuius rei, & si declararent substantias rerum. D.d. rationem super hoc, ꝙ vniuersale non est pars substantiæ alicuius entium, & dixit Substantia enim prima, &c. id est & vniuersale nõ est pars substantię alicuius eorum, quę sunt substantię existentes per se: quia substantia cuiuslibet rei demonstratę est ei propria: vniuersale autem est commune pluribus: ergo vniuersale non est substantia propria. Deinde dicit. Quorum igitur est ista substantia? &c. id est & si fuerit substantia omnium rerum, erit substantia vnicuiq; eorum. ergo si fuerit substantia vni᷾, & cuilibet. D.d causam in hoc. & dixit. illa enim, quorum substantia est vna, id est & cum omnia indiuidua cõueniunt in vna substantia numero, ergo sunt vnum numero. Et forte intendit ꝙ omnia erunt vnum specie, si dixerimus hoc esse aliquem sermonem vniuersalẽ continentem ipsa, quę sit substantia eorum, verbi gratia ens. quoniam tunc omnia erunt vnum secundum definitionem: & quę sunt vnum secundum definitionem, sunt vnum secundum speciem. Et forte intendit vtrunq;.

Item in substantia dicitur, quod non de subiecto. vniuersale vero de subiecto aliquo dicitur semper. Sed vtrum ita quidem nõ contingit, vt quod quid erat esse? in ipso autem inest, vtputa animal in homine, & equo. patet igitur ꝙ erit aliqua eius ratio. differt autẽ nihil, si nõ omnium ratio est eorum, quæ in substãtia sunt. etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, vt homo hominis, in quo existit. quare iterum idem accidit. erit enim substantia illius substantia, vt animal speciei, in qua vt proprium existit.

Et substantia non dicitur de aliquo subiecto. vniuersale autem dicitur de aliquo subiecto. Et si ita sit, impossibile est vt non sit sicut illud, quod est per essentiam, sed est in hoc vt animal in equo, & hoĩe. ergo declaratum est quòd habet aliquem sermonem. & in hoc nõ est

A diuerſitas.& ſi non fuerit ſermo omnium eorum,quæ ſunt in ſubſtan tia etiam.& ſi non fuerit,hæc eſt aliqua ſubſtantia non minus. vt ho mo hominis,in quo eſt.ergo accidit hoc idem,vt animal, in quo eſt. diſpoſitio,quaſi proprium.

Ideſt vniuerſale autem ſubſtantiale eſt illud,quod prædicatur de aliquo ſecũ 46
dũ quid, & ſubſtantia in rei veritate eſt illud, quod non prædicatur de aliquo omn no.& cum ita ſit,tunc vniuerſale non ſignificat ſubſtantiam, niſi ſubſtantiam,quam ſignificat pars,ſicut animal ſignificat de ſubſtantia equi & hominis, ſcilicet naturam cõem,& non propriam.D.d.ergo declaratum eſt ꝙ habet aliquem,&c.i.ergo declaratum eſt ꝙ ſubſtantiã,quam ſignificat vniuerſale,habet aliquã definitionem:ergo definitiones,quæ componuntur ex vniuerſalibus,non ſunt partes ſubſtantiarum ſenſibilium.Quoniam ſubſtantiæ ſenſibiles non diuerſantur in ſuis ſubſtãtijs,qñ definiuntur,& qñ non definiuntur,ſ.qm̃ ſunt ſubſtantiæ,licet non definiantur,ẽt minus ꝙ̃ quando definiuntur. ſicut eſt diſpoſitio in viſibilibus.qm̃ ipſa non ſunt minus viſibilia, qñ videntur, ꝙ̃ qñ non videntur. D.d.ergo accidit hoc idẽ,&c.i.ergo definitiones * vniuerſaliũ habebunt aliquã diſpoſitionẽ ſubſtãtiarũ exiſtentiũ extra animam,& qualitatẽ accidẽtem eis. vt
B animal,quod eſt vle aiali proprio,ſ. demonſtrato in vnoquoque animali.

Viſibilia nõ ſunt minus viſibilia, qñ vñr, quã qñ non vñr.

* Vniuerſalia habẽt aliquã diſpõnẽ diſpõnũ ſubſtãtiarũ exiſtẽtiũ extra aĩam, et qualitatem accidentem eis.

Item impoſsibile,ac inconueniens eſt ipſum quid & ſubſtatiã eſſe, ſi ex aliquibus non ex ſubſtãtiis,nec ex ipſo quid,ſed ex quali. Prius nanque non ſubſtantia,& quale erit,quã ſubſtantia, & quod quid: qđ impoſsibile eſt.nec ratione enim,nec tempore, nec generatione poſſibile eſt paſsiones priores ſubſtantia eſſe.eſſent nanque ſeparabiles.

Et etiam ex rebus,quæ ſunt,impoſsibile,& non bonum vt ſit ſubſtantia,& ſi eſt ex rebus,vt non ſit ex ſubſtantiis,neque ex iſto,quod eſt hoc demonſtratum,ſed ex qualitate.Erit enim ex non ſubſtantia ſubſtantia,& qualitas ante ſubſtantiam:quod eſt impoſsibile. impoſſibile enim eſt,neque ſecundum definitionem,neque ſecundum tempus,neque ſecundum generationem paſsiones eſſe ante ſubſtantiam.

Ideſt,& cum ſit declaratum ꝙ vniuerſalia intellecta ſunt diſpoſitio diſpoſitio 47
num ſubſtantiarum,impoſsibile eſt vt iſta ſint partes ſubſtantiarum exiſtentes per ſe.impoſsibile.n.eſt,& turpe,ſi poſuerimus ſubſtanriam compoſitam, vt nõ
C ſit compoſita ex ſubſtantijs,ſed ex qualitatibus.D.d.impoſsibile,quod ſequitur ex hoc & dixit.Erit.n.ex non ſubſtantia,&c.i.cõtingunt.n.huic poſitioni multa impoſsibilia,ſcilicet ꝙ ſubſtantia ſit * ex nõ ſubſtantia:& vt qualitas præcedat ſubſtantiam: quod eſt impoſsibile.impoſsibile enim eſt qualitatem præcedere ſubſtantiam,neque ſecundum definitionem,neque ſecundum tempus, neq; ſecundum generationem:& vniuerſaliter impoſsibile eſt vt paſsiones exiſtẽtes in ſubſtantia præcedant ſubſtantiam.

* Impoẽ ẽ q̃litatẽ p̃cedere ſubam, neque ſcd̃m definitionẽ, neque ſcd̃m tp̃s, neq; ſecũdũ g̃natione. cõſimile ſupra te.c.4. & 1.Ph.14. Vide qũo hoc ſit itelligẽdũ. primo cap. de ſuba orbis.

Itẽ Socrati ſubſtãtiæ inerit ſubſtãtia:quare duobus erit ſubſtantia. Et omnino,ſi homo,& quęcũque ita dicũtur,ſubſtãtia eſt, accidit nihil eorum, quæ in ratione ſunt, alicuius ſubſtantiã eſſe, nec ſine ipſis exiſtere,nec in alio.dico aũt vtputa nõ eſſe aliquid animal præter aliqua,nec vllum aliud eorum,quæ in ratione ſunt.Ex his itaq;,conſiderantibus patet nihil eorum,quæ vniuerſaliter exiſtunt ſubſtantiã eſſe:nihilque eorũ,quæ cõiter prædicantur,quod quid.ſed tale ſignificare.Quòd ſi non,& alia multa accidunt,ac tertius homo.

Et etiam in Socrate est substantia, cum sit substantia. ergo erit substantia duobus. Et vniuersaliter accidit, si homo est substātia, & omnia, quæ dicuntur hoc modo, vt nullum eorum sit aliquid separatū, v.g. vt non sit animal aliquod aliud a particularibus, neque aliud aliorum, quæ sunt ex vniuersalibus omnino. Ex istis igitur declarabitur consideranti quòd nullum eorum, quæ sunt vniuersalia, est substātia: & quòd nullum eorum, quæ prædicantur communiter, significat hoc, sed tale. Et si non, accidunt plura alia, & tertius homo.

48 Idest. si vniuersale est substantia existens in indiuiduo demōstrato, & est substantia addita substantiæ, per quam indiuiduum demonstratū est indiuiduū substantiæ: & sic erunt in indiuiduo duæ substantiæ. & quomodo erit hoc. D.d. Et vniuersaliter accidit, si homo est substantia, &c. Forte intelligit. quoniam substātiæ, quæ sunt existentes per se: & vniuersale est in capitulo ad aliquid: ergo vniuersale non est substantia separata omnino. separata enim sunt de genere rerum existentium per se, & non de genere relatiuorum. & secundum nō erit hęc substantia nisi substantia particularis existens per se, aut in materia, aut non in materia. D.d. neque aliud aliorum, quæ sunt in vniuersalibus, &c. i. neque vniuersale, quod est vniuersalius eorum, quæ sunt rerum sensibilium, neque aliud generi collocatorum sub hoc vniuersali, quorum proportio ad illud est sicut proportio particularium ad vniuersale, quod est magis particulare eorum, quę inueniuntur in eodem genere. D.d. Ex istis igitur declarabitur, &c. i. qm̄ nullum vniuersaliū prędicabilium secundū quid de re demonstrata significat ea, secundum ꝙ est demonstrata & indiuidua, sed secundū ꝙ in ea est natura similis naturæ, quæ est in quolibet indiuiduorum illius vniuersalis, s. natura communis præter naturam propriam vnicuique eorum. D.d. accidunt. n. &c. i. contingunt enim huic sermoni multa impossibilia alia a prædictis. Contingit enim vt sit hic homo tertius, quoniā, si ex homine intellecto, & ex homine sensibili sit vnum congregatum, continget vt congregatum sit homo tertius: & * vniuersaliter omnis natura cōgregata ex duabus naturis conuenientibus, necesse est vt sit de natura componentium.

Vl'e est in cap. ad aliquid, & entia separata sunt de gn̄e rerū p se existētiū. vide idem īfra c. 57.

Vl'e, quod p̄dicatur ī qd de re, nō significat eam vt est indiuidua, sed vt ē in ea natura siīs nature, q̄ est ī quolibet īdiuiduorū. Vide. 12. Met. cō. 4.

* Vl'r oīs natura congregata ex duabus naturis conuenientibus necesse est vt sit de natura cōponentium.

Actus separat.

Item, sic quoque patet. Impossibile. n. est substantiam ex substātiis esse, quæ sic insunt, vt actu. quæ enim duo sic actu sunt, nunquā vnū actu sunt, sed si potentia duo sunt, erūt vnum: vt duplum ex duobus dimidiis potentia. actus nanque separat. Quare, si substantia vnum, non erit ex substantiis inexistentibus, & secundum hunc modū, quē recte Democritus dicit. impossibile. n. ait esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nanque indiuisibiles substātias facit. Patet igitur quòd similiter & de numero se habebit, si numerus quidem compositio vnitatum est, vt a quibusdam dicitur. aut enim non est vnum dualitas, aut non inest in ea vnitas actu.

Et etiam hoc est manifestum hoc modo. Impossibile. n. est vt substantia sit ex substantiis, cum sint vnum, sicut illa, quæ sunt in actu. duo enim, quæ sunt in actu secundum hunc modum, non erunt in aliqua hora vnum in actu, sed si fuerint duo in potentia, erunt vnū, sicut est duplex ex duobus in potentia. actus. n. diuidit. Ergo substantia non est vnum ex substantiis, quæ sunt idem in actu. Et secundū hunc modum dixit Democritus sermonem verum. dixit enim quòd impossibile est vnum esse ex duobus, & duo esse ex vno. tūc. n. essent

A substantiæ magnitudinum indiuisibilium. Et est manifestum quod similiter erit in numero etiam. & si ista sunt vnitates, sicut quidam dicunt duo, aut illa, in quibus non est vnitas in actu,

Idest. Et manifestum est alio modo declarationis quod impossibile est vt vna substantia actu sit ex duabus substantijs in actu. & intendebat quod hoc sequitur, si vniuersale est pars substantiæ indiuidui demonstrati prçter substantiam ei propriam. D.d. duo enim, quæ sunt in actu, &c.i. & causa in hoc est, quia impossibile est quod duo in actu sint, ex quibus in aliqua hora fiat vnum in actu existētibus eisdem duobus in actu in eo. D.d. sed, si fuerint duo potentia, &c.i. illud, quod est possibile, s. vt vnum in actu sit compositum ex duobus existentibus in ipso in potentia: vt linea, quę est vna in actu, & duplex duabus medietatibus, quę est in potentia medietas non in actu. D.d. actus. n. diuidit, &c.i. & causa in hoc est, quia actus facit additum esse diuisum, & duo, & ideo impossibile est vt vnum sit ex duobus in actu. vnum enim est continuum, & actus est discretum. D.d. Ergo substantia, &c.i. igitur declaratum est quod substantia eius non est vnum, cū est cōposita ex duabus substantijs existentibus in actu. D. induxit Democritum testē, & d. Et secundum hunc modum d. Democritus, &c.i. & intendit quod Democritus concedebat impossibile esse vnam substantiam componi ex duabus substan-
B tijs. D.d. causam in hoc, quod sermo eius in hoc est verus, & est quia ipse opinabatur quod entia composita sunt composita ex corporibus indiuisibilibus, & non dicebat mixtionem, per quam dicimus possibile esse vt ex pluribus substantijs fiat vna substantia, & opinabatur in substantijs naturalibus esse eas vnum in genere, non in actu, & negabat naturam continui. Et, quia similiter cōtingit hoc eis, qui componunt entia ex numeris, d. Et est manifestum quod similiter est in numero, &c.i. & est similiter manifestum quod similiter contingit dicentibus quod substantię demonstratę sunt compositę ex numeris, s. quę sunt vnum secundum cōtinuationem. Et, cum dixit, & si ista sunt vnitates, innuit entia. i. si ista entia, sicut quidam dicunt, sunt composita ex vnitatibus. D. induxit illud, ex quo fingunt entia componi, & d. sicut quidam dicunt, &c.i. sicut fingunt quidam quod numerus eorū, ex quibus componitur natura entium, in quibus non est vnitas in actu, est duo. Et innuebat per hoc quod contingit etiam istis hominibus, aut dicere quod entia, quę sunt secundum genus, non sunt vnum in actu: aut dicere quod vnitates, ex quibus componuntur, non sunt vnitates in actu: & sic contingit eis vt numeri admisceātur: & tunc generabitur ex eis vnum in actu: quod est impossibile.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est vllam substantiam esse, propterea quod tale, & nō
C quod quid significant, nec ex substantiis actu contingit vllam substātiam esse compositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia. quare neque ratio vllius substantiæ erit. At cunctis videtur, etiam dictū est, aut solius substātię, aut maxime definitionē esse: nunc vero nec huius: nullius igitur definitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo vero non. manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

Et in hoc, quod accidit ex hoc, est error. Quoniā, si est impossibile, vt sit substantia omnino de substantiis in actu, ergo nulla compositio est alicuius substantiæ. Sed omnes existimant ex prædictis. quoniā definitio, aut est substantia tantum, aut est ei magis: sed secundum illud, quod est nunc, definitio non est substātiæ, nec alterius rei omnino. Nisi dicatur quòd quodāmodo est definitio, & quodam modo non. & iste sermo erit de * definitionibus dictis post. * a.l. sermonibus.

50 Dixit. Sed accidit quæſtio in eo, quod dictum fuit, ſcilicet ꝙ impoſsibile eſt ꝙ vna ſubſtantia ſit ex pluribus ſubſtantijs in actu. quoniam, ſi ita ſit, exiſtimatur ꝙ omnes ſubſtantiæ eſſent ſimplices, & ꝙ nulla ſubſtantia ſit compoſita. D.d. Sed omnes exiſtimant, &c.i. ſed omnes exiſtimant ꝙ ſubſtantiæ ſint cõpoſitæ, ex hoc, ꝙ concedunt ꝙ definitiones ſignificant compoſitum, & ꝙ definitiones aut ſunt ſubſtantiarum tantum, aut magis. Deinde dicit ſed ſecundum illud, quod dictum eſt nunc, &c. ideſt, & ſecundum ꝙ ſequitur ex primo ſermone, ſcilicet quoniam ſubſtantiæ non componuntur, nulla ſubſtantia habebit definitionem, niſi dicatur ꝙ quodam modo compoſitionis erunt definitiones, & quodam modo non. Deinde dicit & iſte ſermo, &c.i. & poſt declarabitur cuius modi compoſitorum ſunt definitiones, & cuius modi non. Et intendit ꝙ definitiones ſignificant plures ſubſtantias in potẽtia, & vnã in actu. & hoc iam declarauit. ſed vult complere perſcrutationem de illo poſt, & ſunt cõpoſita ex partibus, quæ ſunt ſecundum quantitatem.

Supra t. cõ. 43.

Caput Decimum ſextum. Quæ ſequuntur incommoda aduerſus aſſerentes ideas ſubſtantias eſſe, & ſeparatas, & ipſas ex genere & differentiis conſtare.

EX his autem ipſis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter ſubſtantias, & ſeparatas eſſe dicunt: & pariter ex genere & differentiis faciunt formam. Si enim formæ & animal in homine ſunt, & equo, aut vnum & idem numero ſunt, aut alterum. ratione nanque patet ꝙ vnum. eandem enim exhibebit rationẽ, qui dicit in vtroque. Si itaq; aliquis homo eſt ipſum per ſe quod quid, & ſeparatum, neceſſe eſt, vt etiã illa, ex quibus (ſicuti animal, & bipes) quòd quid ſignificet, & ſeparata, ac ſubſtantiæ ſint: quare & ipſum animal. Si idem igitur, & vnum quiddam etiam in equo, ſicuti tu tibi ipſi, quomodo in ſeparatim exiſtentibus vnum erit? & cur non etiam abſque ſeipſo erit animal hoc?

Et ex hoc apparet quid accidit dicẽtibus formas, ſcilicet ideas eſſe ſubſtantias, & ſeparatas, & dicentibus cum hoc ꝙ forma eſt ex genere & differentiis. Quoniam, ſi forma & animal eſt in homine & equo, tunc aut ſunt vnum numero, aut diuerſa. & eſt manifeſtũ quòd ambo ſunt vnum per definitionem. Si igitur aliquid fuerit homo, & eſt per ſe hoc & eſt ſeparatum etiam, neceſſe eſt illa, ex quibus eſt animal, vt ſignificent hoc, & vt ſeparatum ſit per ſubſtantiam. Ergo & animal etiam, ſi eſt idem in equo etiam, ſicut non eſt idem quodã modo, quomodo poſſunt ponere ipſum eſſe ſeparatum, & vt ſit vnum? & quare non eſt ſeparatum ab eo ipſum animal?

51 IDeſt, Et ex prædictis, & ex eis, quæ modo dicam, apparet qd accidit de impoſsibili dicentibus ſpecies eſſe ideas, & ſubſtantias ſeparatas, qui dicunt ꝙ ſpecies gñantur ex generibus & differẽtijs. D.d. illud impoſsibile, & d. Quoniã, ſi forma, & animal, &c. qm̃, ſi forma, q̃ eſt genus in ſpeciebus, eſt ſicut animal in homine, & equo, tunc aut animalitas, quæ eſt in eis, eſt vna numero, aut ea, quæ eſt in equis eſt alia ab ea, quæ eſt in homine ſimpliciter. & vtrunq; eſt impoſsibile: ergo ſequitur vt ſit in eis vna ſecundum definitionem & quidditatẽ.

A D.d. Si igitur aliquid fuerit homo, &c. i. ſi igitur fuerit hic homo ſeparatus vnus in numero, & demonſtratus, qui eſt exemplar hominis generabilis & corruptibilis, neceſſe eſt vt pars hominis ſeparati, quæ eſt exemplar animalis, quod eſt hic, aut ſit prædicatiuum de animali, cuius eſt exemplar, aut quod ſit etiam ſeparatum per ſubſtantiam ab eo, cuius eſt exemplar & vnum numero. Deinde dicit. Ergo & animal, &c. i. & cum fuerit conceſſum ꝙ animal eſt in homine, & equo quodammodo vnum, ſ. vnum ſecundũ genus, & non eſt in eis vnum alio modo, ſ. ſecundũ numerũ, quomodo poſſunt ponere illud, quod eſt ſecundum genus vnum ſeparatum, & vnum in numero? & quare non eſt animal ſeparatum, quod eſt exemplar idem cum animali, quod eſt in ſenſato? & ſic non erit exemplar ei, ſed formæ, quæ ſunt in ſenſibilibus, ſunt ſeparatæ. Et dixit hoc, quia iſte ſermo poteſt magis exiſtimari, ſ. ꝙ formæ, quarum actiones apparent in materijs, ſunt ſeparatæ. & ipſe perſcrutabitur de hoc in alia ſcientia, & maxime in anima. & in anima intellectus. 3. de aĩa. te. c. 4. & iſta.

Deinde, ſi participabit quidem bipede & multipede, impoſsibile quiddam accidit. contraria nanque ſimul inerũt ipſi vni, & huic quidem enti ſin minus, quis modus eſt, cũ aliquis dicat animal, & bipes, aut pedeſtre eſſe? Sed fortaſsis componuntur, & tangunt, aut miſcen-
B tur. At cuncta inconuenientia ſunt. Sed diuerſum in vnoquoque eſt. Infinita igitur, vt ita dicam, erunt, quorum ſubſtantia animal eſt. nõ enim ſecundum accidens ex animali homo eſt. Item multa erit ipſum animal. nam & ſubſtantia animal eſt, quod in vnoquoque eſt. non enim ſecundum aliud dicitur. Quòd ſi non, ex illo erit homo, & genus eius illud. Ac item omnia, ex quibus homo, ideæ. non igitur alterius quidem idea erit, alterius vero ſubſtantia. impoſsibile nanque eſt. ipſum ergo animal erit vnumquodque eorum, quæ in animalibus ſunt. Itẽ ex aliquo hoc ipſo erit: & quomodo eſt ex ipſo animali? aut quomodo eſt poſsibile eſſe animal, quod hoc ipſum ſubſtantia eſt, præter ipſum animal? Item in ſenſibilibus & hæc accidunt, & his abſurdiora. Quòd ſi impoſsibile eſt ita ſe habere, patet ꝙ non eſt eorum idea ita, vt quidam aiunt.

Et etiam, ſi per communicationem ſunt bipes & multipes etiam,
C neceſſe eſt vt in eis ſint contraria inſimul in eodem cum hoc etiam. & ſi non, quomodo igitur dixit aliquis ꝙ animal eſt ambulans aut bipes? Et rectum eſt vt ſint compoſita, aut contacta, aut mixta. ſed omnia ſunt indiuidua, quæ non ſeparantur, ſed vnumquodque eorũ habet aliud vnum. Ergo erit ſicut ſermo dicentis ꝙ illa, quorum ſubſtãtia eſt animal, ſunt infinita. homo enim eſt ex animali non per accidens, & etiam ipſum animal erit plura. ſubſtantia enim eſt animal, quod eſt in quolibet, & nõ dicitur ad aliud. Si non, erit homo ex illo, & hoc eſt genus eius. Et etiam omnia, ex quibus eſt homo, ſunt exemplaria. ergo non erit exemplar dictum de alio, & de alia ſubſtãtia. hoc enim eſt impoſsibile. ergo erit illud, quod eſt animal, vnumquodque eorum, quæ ſunt animalia. Et etiam ex quo erit ex hoc: & quomodo ex illo, quod eſt animal? aut quomodo poſsibile eſt vt animal, quod eſt ſubſtantia, ſit aliud ab eo, quod eſt animal? Et quędam iſta ſunt impoſsibilia in ſenſibilibus, & magis inopinabilia. Et ſi eſt

impoſsibile vt ſint huiuſmodi, manifeſtum eſt ꝙ non ſunt exemplaria, ſecundum modum, quem dicunt quidam.

72 Ideſt. Et etiam, ſi communicent in vno numero, & eſt animal bipes & multi-
pes, & omnes ſpecies diuiduntur per differentias pedis, neceſſe eſt vt in illo vno
congregentur contraria inſimul. D.d. &, ſi non, quomodo ergo, &c.i. & ſi non
proprie, quomodo poteſt aliquis exiſtimare vt vnum numero, v.g. animal, inue-
niatur in eo ſpecies animalis ambulantis per duos pedes, & ambulantis per plu
res pedes? D.d. Et rectum eſt, &c.i. ſed rectum eſt, ſi exiſtimantur plura eſſe in
vno ſecundum numerum, qñ illud recipiens fuerit diuiſibile ſecundum quantita-
tem, vt illa plura ſint ex rebus compoſitis in vno, aut contacta aut mixta. ſed
cum hoc erunt non abinuicem diſtincta: & vnūquodque eorum habebit naturā
aliam a natura alterius. D.d. Ergo erit ſicut ſermo dicentis, &c.i. ergo contingit
ex hoc vt animal ſeparatum, quod eſt vnum, ſit ſubſtantia rerum infinitarum, ſ.
ſpecierum conſtitutarum per ipſum. homo enim, & equus, & aliæ ſpecies anima-
lis ſubſiſtunt per illud, non per accidens: & ipſum eſt ſimile materiæ. & ideo d.
homo. n. eſt ex animali, non per accidens. D.d. & etiam erit homo, &c.i. & etiā
erit homo ſeparatus ex illo animali ſeparato, & illud ſeparatum erit genus eius.
& ſimiliter contingit in alijs rebus, ex quibus eſt homo, & non ſunt aliud quā
genera, ex quibus conſtituitur. D.d. ergo non erit exemplar, &c i. ergo animal
& alia genera, ex quibus eſt homo, erit prædicatum de pluribus ſecūdum quid.
& impoſsibile eſt in eo, quod eſt exemplar exiſtens per ſe. ſ. vna ſubſtantia in
numero, prædicari de pluribus. D.d. ergo erit illud, quod eſt animal, &c.i. niſi ali
quis reputet poſsibile ꝙ vnū numero, quod eſt animal, congreget ſpecies ani-
malis exiſtentis in ipſo, ita ꝙ omnes ſint vnum: quod eſt impoſsibile. D.d. Et
etiam ex quo erit ex hoc, &c.i. & eadem ſpecies ex quo erit ex animali demō
ſtrato, quod eſt vnum numero & indiuiſibile: & quomodo eſt poſsibile vt illud,
quod eſt ex animali, ſit ex ſubſtantia eiuſdem ſpeciei. alia a toto animali? ideſt
ꝙ animal non poteſt diuidi ſecundum quantitatem: ſed, ſi diuidatur, tunc defini-
tio totius & partis eſt eadem. D.d. Et quædam iſta ſunt impoſsibilia in ſenſibi-
libus, &c.i. quando ponuntur conuenire cum ſuis exemplaribus. D.d. Et ſi eſt
impoſsibile, &c.i. ſi eſt impoſsibile, vt ſenſibilia ſint ſecundum hoc, ſcilicet com
poſita ex ſubſtantijs diſtractis abinuicem exiſtentibus in eadem ſubſtantia nu-
mero, manifeſtum eſt ꝙ non habēt exemplaria ſecundum modum, quem dicunt
quidam homines. & intendit illum modum, quem dixit hic, ſ. vt ſint hic exēpla-
ria, & ꝙ ſic vniuerſalia ſint.

Caput Decimum ſeptimum. Singularium non eſſe definitiones, & propterea nec etiam Idearum.

CVm autem ſubſtantia altera ſit, ipſum ſcilicet totum, & ratio. dico aūt ꝙ illa quidē ita ſubſtantia eſt cū materia ſimul accepta ratio, hæc vero ratio ſimpliciter. Quæcunq; igitur illo modo dicuntur, eorum quidem eſt corruptio: nam & generatio. rationis autem non eſt ita vt corrumpatur. nec enim generatio eſt (non enim fit domui eſſe, ſed huic domui) ſed abſque generatione, & corruptione ſunt, & nō ſunt. oſtenſum eſt enim ꝙ nullus hæc generat, neque facit. Propterea etiā ſubſtātiarū ſenſibiliū ſingulariū neq; definitio, neq; demōſtratio eſt, eo ꝙ habet materiā, cuius natura talis eſt, vt eſſe & nō eſſe cōtingat. quare corruptibilia ſunt omnia ſingularia earū. Si igit demōſtratio, & definitio ſciētifica neceſſariorū eſt, & nō cōtingit, ſicuti neq; ſcien

Non fit domui eſſe, ſed huic domui. Subſtātiarū ſēſibiliū ſingularium nō eſt definitio, neq; demonſtratio.

A tiam, quandoque scientiam, quandoque ignorantiã esse, sed quod tale est opinio est, ita neq; demõstrationẽ, neq; definitionẽ, sed opinio est eius, quod cõtingit & aliter se habere, patet q: neque demõstratio, neque definitio eorũ est. corruptibilia nanque nõ sunt manifesta his, qui scientiã habent, cum a sensu abscesserint. & rationibus eisdem in animo seruatis, non erit amplius neque definitio, neq; demõstratio. Quare cũ quis eorum, quæ ad definitionẽ quicquam singulariũ definiat, oportet non ignorare quòd semper perimendum est. non enim contingit definire. Nec vllam ideam est definire. singulariũ enim, vt aiunt, idea est, & separata.

Et cum substantia totalis & definitio aliud, & aliud, s. quòd quędã substantiæ sunt hoc modo, quòd definitio congregat materiã, & quędam est vnitas definitionis. Omnia igitur, quæ dicũtur scđm hoc, habent generationem, & corruptionẽ ẽt. definitio aũt, quæ est hoc modo non habet corruptionem, quoniam non possibile ęst generari.
B essentia. n. domus non generatur, sed generatur essentia, cuius est domus. & ista igitur sunt, & non sunt sine generatione & corruptione, & declaratum est quòd ista neq; generant, neque aliud faciunt. Et ideo neq; definitio, neque demonstratio est substantiarum sensibilium particularium. habent. n. materiam, quæ quidem habet naturam, quę potest esse & non esse. & ideo corrumpuntur omnia particularia. Et, si demonstratio est ex rebus necessariis, & definitio est vera, quemadmodum est impossibile scire aut ignorare illud, quod potest non esse tale, sed est secũdũ existimationẽ, ita nõ erit demõstratio, nec definitio eius, quod põt esse alio modo, sed est scđm existimationẽ. manifestũ est igitur quòd nõ habent definitionẽ, nec demõstrationem. quæ. n. corrumpuntur, non sunt manifesta apud habẽtes cognitionẽ, quãdo recedũt a sensu, & erit sermo conseruatus in anima. Et ideo oportet definiẽtes scire, cũ aliquis definiuerit aliquod particulariũ,
C quod est vt remaneat istud semper. impossibile. n. est vt definiatur, & non definiatur ẽt, vt vnũ exemplariũ. Et quoniã nõ definitur ẽt exemplar. exẽplar. n. est ex particularibus, sicut dicũt, & est separatum.

Et intẽdit per substantiã totalẽ illud, quod est totũ, s. cõgregatũ ex materia & forma particulari, & est indiuiduum demonstratum. & intendit per definitionẽ 53
substantiam, quam significat definitio: & est forma. & quasi dicit substãtia, quæ dr̃ de demonstrato, est alia a substantia, quæ dicitur de forma substantiæ demonstratæ. D. exponit hæc duo, & d. scilicet q; quædã, &c. i. qm̃ altera dicitur substãtia, quæ est cõgregata ex forma & materia, s. ex materia & forma demõstrata, quæ est in materia: altera aũt est forma vniuersalis, quã significat definitio. D. d. Omnia igitur, quæ dicũtur, &c. i. substantia igitur, quæ dicitur de cõgregato ex materia & forma, habet gñationem & corruptionẽ: substantia vero, quã significat definitio non habet generationem neque corruptionem. D. d. definitio autẽ, quæ est, &c. i. definitio autem, quæ significat hoc modo, s. quæ significat formã, non habet corruptionem, quia non habet generationem. Quiditas. n. domus simplex non habet generationem, quia generatio non est nisi istius domus demonstratæ. D. d. & ista igitur sunt, & non sunt, &c. i. q; substantiæ particulares sunt existentes. D. dicit. & declaratum est, &c. & intendit vniuersalia, D. d. Et ideo

Subã, quã significat definitio, nõ habet gñationẽ neq; corruptionẽ. Idẽ 8. Met. 14.

neque definitio,&c.i. quia generantur & corrũpuntur. D.d. causam, propter quã accidit eis generatio & corruptio, s. indiuiduis, & d. habẽt. n. materiam, &c.i. necesse est vt res demonstratæ hic corrumpantur propter hoc, ꝙ habent materiã, quæ potest recipere formam in aliqua hora, & amittere eam in alia. D.d. Et demonstratio est, &c.i. &, si demonstratio est vera, definitio debet esse ex rebus necessarijs æternis & perpetuis. quemadmodũ. n. imposibile est vt scire nes sit eius, quod non est necessarium, sed existimare, ita imposibile est vt sit scientia rerũ, quæ possunt esse in aliqua dispositione, & in contraria dispositione. E cũ posuit ꝙ scientiæ sunt in rebus necessarijs, incœpit declarare ꝙ in rebus tr mutabilibus non est scientia necessaria, & d. manifestum est igitur ẽt ꝙ non h bebunt, s. res transmutabiles generabiles & corruptibiles. D.d. quæ enim corr puntur, &c.i. particularia. n. non sciuntur, nisi dum sunt in sensu: & cum reced a sensu, possunt corrumpi, & tunc non remanebit cognitio eorum apud sentiẽt sed tantum remanebit existimatio. D.d. & erit sermo conseruatus in anima, quando sensatum recesserit a sensu, remanebit sua informatio in anima, non ꝙ sit certus ipsum esse, qñ recedit a sensu. & ideo sensibilia nõ habent defini nem, neque demonstrationem; quia postquam recedunt, non habent nisi exi mationem. D.d. Et ideo oportet definientes, &c.i. et ideo oportet definientes re ꝙ, si definitio esset particularium, necesse esset vt particulare esset perma D.d. imposibile. n. est vt definiatur, s. particulare secundũ ꝙ est particulare, cum non sit æternũ, imposibile est definiri. D.d. Et quoniã nõ definitur ẽt, &c. qñ particularia, secundũ ꝙ sunt particularia, non habeant definitiones: & ex plaria, quæ dicuntur esse, sunt particularia secundum ꝙ sunt extra animam: n cesse est vt nõ habeãt definitiones. Et dixit hoc, quia definitiones rerũ sunt pe manentium, & particularia non sunt permanẽtia: ex quo sequitur vt sint h permanentes, & sunt exemplaria & formæ. & ideo vult declarare hoc c.s. definitiones sunt rerum permanentium, secundum ꝙ sunt vniuersales non pa culares: & cum posuerint vniuersalia esse separata, sequitur vt sint particula & sic nihil prosunt in definitione.

Sẽsibilia nõ hñt definitionẽ, neq; demñrationem; qa postꝙ recedũt, nõ habẽt nisi existimationẽ.

Definitiões sunt rerũ pmanẽtiũ, secundũ quod sunt vles, nõ pticulares.

Necessarium autem ex nominibus rationem esse. nomen vero n faciet, qui definit. ignotum enim erit. quæ vero posita sunt, omnib communia sunt. necesse est igitur & alijs talia inesse. Et si quis te de niat, animal dicet gracile, aut albũ, aut aliquid aliud, quod & in ali sit. Quod si quis dicat nihil prohibere separatim quidẽ omnia mu tis, simul vero huic soli inesse, primum quidem, ꝙ etiam ambobus animal bipes animali & bipedi. & hoc in sempiternis quidem et necesse est esse, cum priores existant, & partes compositi. at vero separabilia, si hoc quidem, quod homo, separabile. nam aut nullu aut ambo. Si igitur nullum, non erit genus præter species. ꝙ si aut erit etiam differentia. deinde, quoniam priora ipso esse, hæc tam vicissim perimuntur.

Et necesse est vt sermo sit ex nominibus. & qui non definit, non nit nomen, quoniam nõ erit notum si fecerit. nomina autem sunt communia omnibus rebus. ergo necesse est vt hoc sit aliud Et, si aliquis definierit aliquid, dicet ipsum esse animal, aut aut aliud, quod est alterius etiam. Et, si aliquis dixerit ꝙ nihil pro bet vt omnia ista sint separata ĩ rebus multis, & vt sint solius, tunc primo vero erit duobus, vt animal bipes animali, & di. & hoc necesse est vt sit in æternis, quæ sunt ante, & sunt partes positi. & vt sint etiam separata, si homo est separatus, aut nu

A aut vtrunq;. Si igitur nullum fuerit, non erit genus aliud a forma.&
si fuerit, differentia erit etiam ante essentiam. & ista non destruunt se
adinuicem.

Id est, & necesse est vt definitiones sint cōpositę ex nominibus. & qui nescit
rem, non ponet ei nomen. nullus. n. ponit nomen ei, quod nescit. D.d. noīa aūt po
sita, &c. i. noīa aūt accepta in definitionibus sunt nomina cōia oībus rebus defi-
nitis. D.d. ergo necesse est, &c. i. & cū fuerint hic nomina, q̄ significant de enti-
bus dispositiones cōes, sed ex vna re, necesse est vt ista res disponatur per aliam
rem. & intendit ꝙ ex hoc modo est possibile substantiā prędicari de substantia.
D.d. Et, si aliquis definierit, &c. i. & ex hoc modo, si aliquis definierit aliquid, ī-
ducet in definitionem eius dispōnes cōes. v.g. vt dicat in definitione alicuius ꝙ
est albū animal, aut macrum, aut alia dispositio. & erit illud, quod congregatur
ex illis dispositionibus cū disposito, idem in specie, & cadē natura. & intēdit ꝙ
tale esse non inuenitur in exēplaribus. D.d. Et, si aliquis dixerit ꝙ nihil prohi-
bet, &c. i. si igitur aliquis dixerit ꝙ non est possibile vt talia prędicabilia sint se
parata abinuicem, & diuersa in numero, & erunt oīa existentia in eodem nume
ro. D. induxit impossibile, quod sequitur ex hac positione, & d. tunc primo ve-
ro, &c. i. & sequitur ex hac positione de impossibilibus primo ꝙ quęlibet duæ
B dispōnes, aut plures sunt duorū dispositorū, aut pluriū, aut illa disposita sunt eius-
dem dispositi numero. D.d. & hoc necesse est vt sit in ęternis, &c. i. & ista posi
tio in rebus insensibilibus est necessaria in suis exēplaribus ęternis, s. vt inueniā
tur ex eis in vno exemplari numero plus q̄ vnum exemplar: & in rebus, quæ
sunt partes exemplaris. v.g. vt in hoīe separato sit animal separatū, & ambulās,
& bipes, & vl̄r formę, ex quibus cōponitur homo. & hoc intendebat, cū d. & vt
sint ēt separata, si est homo separatus. i. & continget in his substantijs, quæ sunt
partes hoīs separati, vt sint ēt separatę. D.d. aut nullum erit, &c. i. aut illę dispo
sitiones, quibus disponitur vnum dispositū, sint non diuersa aut diuersa. v.g. qm̄
non definitur dispō duobus, s. genere & dr̄ia. Si igitur istę duę dispōnes fuerint
adunatę, tunc genus non erit aliud a differentia. &, si fuerint diuersę, & nō unius
rei, apparebit ꝙ differentia pręcedat genus in esse. D.d. & ista non destruunt se
adinuicem. Et, si hic non fuerit error scriptoris, intendit ꝙ istę formę, & disposi
tiones congregatę in definitione, non sunt ex rebus, quę differunt a se inuicē, s. q̄
oēs sunt in actu, sed sunt ex dispositionibus, quarum quędam sunt ad perficiendū
quasdam, & ideo possunt prędicari de se adinuicem: & ꝙ congregatū ex eis sit
vnum. & hoc impossibile est in exemplaribus, & in rebus, quarū sunt exēmpla
ria. & hoc est solūmodo possibile in vl̄ibus, quę non habent esse: sicut esse rerū,
C quę sunt extra animā, neq; sunt ēt definientes. Sed vr̄ mihi ꝙ hic sit error in li-
bro, in quo deberet scribi. & ista non declarant se adinuicē, i. & formę diuersæ
in esse in exemplaribus non declarant se adinuicē, s. ꝙ illa, quę est magis parti-
cularis, nō declarat naturā vl̄is, sicut ēt est dispositio differentię cum genere. qm̄,
si in homine separato est pars ex separatione animalitatis & rationalitatis, tunc
rationalitas nē distinguit animalitatē hominis ab animalitate simplici, sicut ac-
cidit hic ī definito. Declarabitur igitur ex hoc ꝙ vl̄ia impossibile est vt sint sub
stantię neq; exemplariū, neq; sensibiliū: & ꝙ ēt non sunt definientes oīno: qm̄
tunc non esset scientia: & ēt in rebus non inuenietur identitas, & oppositio.

54 Nullus īponit nomē rei quā ignorat. Idem 4. Meta. tex. c. 10.

Deinde, si ex ideis ideæ, minus profecto cōposita sunt, ex quibus.
Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, vt ani
mal & bipes. Quòd si non, quomodo scietur? erit nanq; aliqua idea,
quam impossibile est de pluribus prædicari q̄ de vno. non videtur au
tem, sed omnis idea videtur esse participabilis. Quemadmodum igi
tur dictum est, latet quòd impossibile est in perpetuis definire, maxi-
me vero quæcunq; vnica sunt, vt Sol, aut Luna. Non solum enim in
hoc peccant, quòd talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit Sol, vt pu-

ta, quod circuit terram, aut quod nocte abſconditur (ſi enim ſteterit, aut apparuerit, non erit amplius Sol) ſed inconueniens eſt, ſi nõ. Sol enim ſubſtantiam quandam ſignificat. Item quæcunq; in alio cõtingunt, veluti ſi alter fiat talis, patet quòd erit Sol. cõis ergo ratio. at Sol ſingularium erat, ſicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionem profert ideę? fiet enim profecto manifeſtum tẽtantibus, verum eſſe quod nunc dictum eſt.

Et etiã exemplaria ſunt ex exemplaribus. quæ aũt ſunt ex eis ſunt maioris compoſitionis. Et etiam oportet prædicari per ſermonem illa, ex quibus eſt exemplar, etiam de pluribus, v.g. animal & bicubitũ. Et ſi non, qũo erit? & etiam ſcietur, ſicut illud, quod impoſsibile eſt prædicari per ſermonem de pluribus, ſed de vno. & hoc non exiſtimatur, ſed exiſtimatur quòd omne exemplar eſt acquiſitum. Quemadmodũ igitur dictum eſt, latet quòd eſt impoſsibile vt definitio ſit rerum æternarum, & maxime illud, quod eſt æternum, vt Sol, & Luna. Peccant enim non ſolũ in hoc, ſed quia nituntur in talia, quæ cum recedunt, erit Sol, vt quòd in nocte latet ſub terra. quoniam, ſi apparet, & ſi occidit, erit Sol. ſed hoc nõ ſentitur. Sol enim ſignificat ſuam ſubſtantiam. Et etiam omnia, quæ poſſunt eſſe in alio, ſicut erit ſi fuerit aliud tale, manifeſtum eſt quòd erit Sol: ergo Sol eſt cõis. ſed iam fuit ex rebus particularibus, vt Socrates, & Plato. Et ſi non, quare non apparet alicuius exemplar. quoniam, ſi eſſet manifeſtum illud, quod dictum eſt hic, eſſet eſt verum eis, qui hoc nituntur.

55 Dixit. Et contingit iſtis vt exemplaria ẽt ſint compoſita ex exemplaribus qm̃, ſi fuerit hic homo ſeparatus, erit ẽt hoc animal ſeparatum. D.d. quę aũt ſunt ex eis ſunt maioris compoſitionis, i. quę aũt componuntur ex aliquibus, ſunt maioris compoſitionis, ꝙ̃ componentia. Et d. hoc, quia cum illud, quod eſt maioris compoſitionis, eſt ſeparatum, & exemplar, quanto magis erit ſeparatum, & exemplar illud, quod eſt minoris compoſitionis. D.d. Et ẽt oportet prędicari, &c. contingit dicentibus exemplaria eſſe dicere ꝙ naturę ſeparatę, ex quibus componuntur exemplaria, debent prędicari de pluribus, ita ꝙ ſint vniuerſalia, & non poſſunt eſſe in vno ſcđm numerũ. &, ſi non, qũo particulare poſſet ſciri? D v.g. animal & bicubitũ, i. v.g. animal, & bicubitum. qm̃ homo, ſi habuerit exemplar extra animã, & fuerit ſcitum, neceſſe eſt vt animal, quod eſt in illo exemplari, & bicubitum prędicetur de pluribus. vnum aũt numero nõ prędicatur de pluribus. D.d. & ẽt ſcietur, &c. i. & contingit ſciri per definitionem illud, quod eſt intentio vl'is. D.d. & hoc non exiſtimatur, &c. i. & nullus quęrit definitionem, & exemplar particularis, ſed exiſtimatur ꝙ ab omni exẽplari ... intentio cõis eius, cuius eſt exemplar. D.d. Quemadmodũ igitur dictum eſt, id eſt, ſed quidam nituntur dicere in definitionibus rerum particularium æternarum, ex quibus non inuenitur niſi vnum indiuiduum, quia latet, eſſe impoſsibile vt ſit definitio rerum, ex quibus nõ inuenitur niſi vnum tm̃ indiuiduum, vt Sol & Luna. apparet enim ꝙ qui laborat in definiẽdo talia indiuidua, peccat. D.d. Peccant enim, &c. i. qui enim nituntur definire Solem, & Lunam eſſe peccant qm̃ definiunt Solẽ per res, quę cum auferuntur, non aufertur Sol. dicebat qm̃ Solem eſſe aſtrũ latens de nocte. & hoc intendebat, cum d. qm̃, ſi apparet, & qm̃ quando latet, & qñ apparet, eſt Sol. & hoc nomen Sol ſignificat illud, ſignificat ſubſtantia. & ideo oporteret eos definire ipſum per definitionem conuenientem nomini. D.d. Et etiam omnia, quę poſſunt eſſe, &c. i. & ſi haberet ...

Qui laborat definiendo ſingularia rerũ æternarũ peccat.

A nitionem, esset ex definitionibus, quę si essent in aliquo demonstrato, illud aliud esset Sol. & secundum hoc nomen Sol significaret plures Soles. & hoc nomē est rei particularis, v.g. Socrates, & Plato. D.d. Et si non, quare non apparet alicuius exemplar? id est &, si hoc nomē esset nomen speciei alicuius, tunc essent plura indiuidua similia. D.d. qm̄, si esset manifestū, &c. i. quoniam, si apparet aliud indiuiduum, tunc sermo eorum, qui nituntur definire Solem, esset verus.

Caput Decimum octauum. Plura, quæ uidentur substantiæ, potentias, & partes esse.

Manifestum autem est quòd etiam eorum, quæ videntur esse substantiæ, plures potentiæ, & partes animaliū sunt. nihil enim eorum separatum est. cum aūt separarentur, tum etiam vt materia omnia, terra, ignis, & aer. nihil. n. eorum vnum est, sed quasi * cumulus, antequam concoquantur, & ex eis vnum fiat. Maxime autem aliquis animatorum par- ** a.l. serum ex Michaele Ephe.*

B tes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt sint & actu, & potentia, eo quòd principia motus ab aliquo in flexibus habent. quare quędam animalia diuisa viuunt. sed tamen potentia omnia erunt, cū vnum & continuum fuerit natura, sed non vi, aut copulatione. tale nanq; læsio est.

Et est manifestum etiā quòd plura, quæ existimantur esse substantiæ, sunt potentiæ, & similiter partes animalis. quoniam ex eis nō est distinctum vnum, sed quasi generata sunt, antequam adiungantur, & fiat ex eis vnum. Et potest aliquis existimare quod partes rerum animatarum, & partes animæ magis q̃ aliud, appropinquant sibi adinuicem in esse in actu, & in potentia, habet. n. principia motus ex aliquo in oppositis. & ideo quoddā animal, postq̃ diuidit, viuit: sed tamē erit omnis potentia, cum sit vnū & continuum per naturā, non per glutinum, & applicationem. quod enim est tale est diminutio naturæ.

Quia dicere exemplaria est propinquum ad dicere formas sensibilium esse se- 56
C paratas, vult in hoc capitulo narrare ꝙ plura eorum, quę existimantur esse substantię, videntur non separatę a materijs. D.d. Et est manifestum, &c. i. & est manifestum ꝙ plura eorum, quę existimantur esse substātię, sunt existentes prime in potentia, & postea sunt in actu. & quod est tale, est in materia. D.d. & similiter partes animalis, &c. i. & ideo partes animalis non habent vnū, per quod sunt substantię, cum sint distinctę ab animali, sed sunt apud diuisionem, sicut partes, quę sunt in generatione, s. quarum esse non perficitur, donec adiungantur adinuicem, & fiat ex eis vna substantia, quam significat nomen & definitio. Et hoc, quod d. manifestum est, qm̄, cum posuerimus ꝙ nomina, quę sunt secundum definitiones, significant substantias, & similiter definitiones, quę sunt secundum ista nomina, & posuerimus ꝙ partes animalis diuisę non significantur a nominibus, sicut significantur ab eis, quando sunt continuę nisi ęquiuoce, & manifestum est ꝙ illa, quę significantur a nominibus, & sunt continua, sunt substantię materiales. D.d. Et potest aliquis existimare, &c. i. potest aliquis existimare ꝙ causa in hoc in istis animalibus est, ꝙ partes suorum membrorum, & partes animæ appropinquant sibi adinuicem in potētia, & actu: sed, quia quælibet pars recipit omnes potentias animę, & virtutes animę, non appropinquant alicui parti sine alia: ideo talia animalia, cum diuiduntur, possunt uiuere, & apparent oēs virtutes *Quare ala lia aliqua di*

uiſa viuunt. Vide ẽt con ſimile.2.de Ani.te.c.20.

in qualibet parte.& hoc,quod d.eſt manifeſtius in plantis. Et quaſi intẽdebat ꝙ cauſa in hoc non eſt,quia non eſt in materia , ſed cauſa in hoc eſt propinquitas virtutum animę adinuicẽ.Impoſsibile enim eſt ut anima,quę eſt in hoc animali, ſit nobilior anima,quę eſt in animali perfecto:ita ꝙ exiſtimatur ꝙ iſta anima ſit ſeparata,& animalis perfecti non ſeparata. D.d.habent.n.principia motus,&c. id eſt & virtutes animę appropinquant ſibi in hoc animali, quia habent partem paruam,i.debilem de principio,per quod animal mouetur motibus diuerſis contrarijs. D.d.ſed tñ,&c.i.& ſignum,ꝙ anima eius eſt in materia, eſt ꝙ actio eius eſt perfectior,qñ eſt vnum naturaliter, non vnum violenter,& ſecundum applicationem,& vniuerſaliter apparet ꝙ hoc,quod accidit ei eſt,quia eſt de actionibus naturę actio diminuta,ſ.ens diminutum.

Caput Decimum nonum . Ens & vnum , ſiue ipſum ens,& ipſum vnum non eſſe rerum ſubſtantias .

CVm autem vnũ dicatur,ſicuti & ens, & ſubſtantia unius vna,& quorum Vna numero unum numero, manifeſtum quòd neq; unum neq; ens contingit ſubſtantiam eſſe rerum,ſicuti neq; elemento eſſe,aut principio.ſed quærimus quid ergo principiũ,vt ad notiora referamus.Magis igitur his ſubſtantia eſt ens & unum,q̃ principium,& elementum, & cauſa.ſed necdum iſta,ſi nec aliud quidem cõe u.lum ſubſtãtia e... nulli enim ineſt ſuſtbantia niſi ſibi ipſi,& habenti eam,cuius ſubſtantia eſt.Item ipſum unum in pluribus non erit ſimul : commune vero ſimul in pluribus eſt.Quare patet quòd nihil uniuerſalium ſeparatum præter ſingularia eſt.

Et,cum unum dicitur ſicut dr̃ ens ẽt,& ſubſtantia unius eſt unum, & ſubſtantia entis eſt unum numero,manifeſtum eſt igitur quòd impoſsibile eſt ut ſubſtantia rerum ſit unum,aut ens,ſicut eſt impoſsibile,ut principium ſit eſſentia elemento.ſed quæritur quid eſt principium ad ſciendum duo.Et ſubſtantia,quæ eſt iſtorum magis q̃ aliud,eſt ens & unum,& principium,& elementum,& cauſa,ſed non uidentur ... eſſe ſubſtantia,cum nullum aliud cõmune omnino ſit ſubſtantia.ſubſtantia enim non eſt alterius,niſi ſui ipſius,& illius cuius eſt,& eſt ſubſtantia illius rei.Et ẽt in pluribus non erit inſimul: & commune in ſimul erit plurimum.Manifeſtum eſt igitur quòd nullum uniuerſale eſt ſaparatum a particularibus.

57 Quia opinantes vniuerſalia eſſe ſubſtantias,dicũt ꝙ illud,quod eſt magis vniuerſale, eſt dignius hoc: & ideo plures opinabantur ꝙ principium omnium eſt vnum vſe:incœpit contradicere eis, & dicit. Cum hoc nomen vnum dicatur omni,de quo dicitur hoc nomen ens,& hoc nomen ens vr̃ dici multipliciter, ergo manifeſtum eſt ꝙ illud,quod ſignificat vnum,impoſsibile eſt ꝙ ſit principium omnium entium,ita ꝙ ſit cõe eis ſicut eſt impoſsibile vt hoc nomen principium ſit vnũ cõe elementis omnibus . Sed quęrendum eſt in entibus quid eſt dignius vnitate,& nomine principium:& illud eſt,propter quod inuenitur in alijs partibus hęc nomina. apparet enim ꝙ hęc noĩa dicantur ſecundum prius & poſterius,& hoc intendebat, cum d.manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſsibile eſt , &c... manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſsibile eſt vt vnum & ens ſint ſubſtantia ... D.d.ſicut eſt impoſsibile, &c,i.ſicut eſt impoſsibile,vt principium dictũ de ...

A mentis cõibus ſit prima ſubſtantia principiorum. D.d. Et ſubſtantia, quę eſt, &c. id eſt & exiſtimatur ꝙ illud, quod eſt dignius hoc nomine ſubſtantia, inter iſta conceſſa eſſe ſubſtantias, eſt illud, de quo ſimpliciter, dicitur hoc nomen ens, & hoc nomen vnum, & elementum, & principium, & cauſa. ſed vniuerſalia ſunt, quę ſignificant hęc nomina, ſ. quia exiſtimatur ꝙ vl'ia ſint principia rerum, de quibus pręsdicantur, ſcđm ꝙ ſunt vniuerſalia. D.d. ſed nõ videntur, &c. i. ſed iſta vniuerſalia impoſsibile eſt vt ſint ſubſtantię iſtarum rerum, quarũ ſunt vl'ia. vniuerſalia enim ſunt cõia: & nullum cõe eſt ſubſtantia. D.d. ſubſtantia enim nõ eſt alterius, &c. i. & nullum cõe eſt ſubſtantia, qm̃ ſubſtantia non eſt ſubſtantia plurium, ſed eſt ſubſtantia aut ſuiipſius, aut illius, cuius eſt ſubſtantia. & ẽt ſubſtãtia non eſt in pluribus inſimul: vl'e autẽ eſt cõe: & cõe eſt in pluribus inſimul. D.d. Manifeſtum eſt igitur, &c. i. ex cõtingentibus impoſsibilibus, & ex hoc, ꝙ[a] vl'e & particulare ſunt ad aliquid, & principium eius eſt cuius eſt principium: neceſſe eſt vt principium non indigeat in ſe ſuo eſſe, cuius eſt principium.

Sed qui formas dicunt, partim recte dicunt ſeparantes eas, ſi ſubſtã tiæ quidem ſunt: partim non recte, quoniam vnam in multis formam dicunt. Cauſa vero eſt, quòd non habent reddere quænam tales in-
B corruptæ ſubſtantiæ, præter ſingulares & ſenſibiles, ſint. Faciunt igitur eaſdẽ ſpecie his, quæ ſunt corruptibiles (has enim cognoſcimus) ipſum hominem & ipſum equum, addentes vocabulũ, ipſum, ſenſibilibus. Attamen etiã ſi non videremus aſtra, nihil minus, vt puto, eſsẽt ſubſtãtiæ perpetuæ præter eas, quas nos ſciremus. Quare nũc quoq;, ſi non habeamus quænam ſint, neceſſe tamen fortaſsis fuerit aliquas eſſe. Quòd igitur nec eorum quicquam, quæ vniuerſalia dicũtur, ſubſtantia ſit, nec vlla ſit ſubſtantia ex ſubſtantiis, patet.

Nullum cõe eſt ſubſtãtia. Idẽ 1. Meta. cõ. 45. & 10. Met. cõ. 6. et 12. Met. 21. Sed oppoſitum vr̃ dicere ſupra cõ. 46. Vide cõ. Zim.

a Vl'e et particulare ſunt ad aliquid. Idem ſupra com. 48.

Sed dicentes formas eſſe, quoquo modo poſſunt dicere verum, cũ faciunt eas eſſe ſeparatas, cum ſint ſubſtantiæ: & quodammodo non eſt verum, dicũt enim quòd eadem forma eſt in pluribus. Et cauſa in hoc eſt, ꝙ non poſſunt narrare quæ ſunt ſubſtantiæ, quæ ſunt ex talibus, verum ſint ſubſtantiæ, quæ non corrumpuntur, aliæ a ſubſtantiis particularibus ſenſibilibus. Et illi faciunt eas eſſe eaſdem per formã, quæ corrumpitur, & dicunt nos ſcimus iſta eſſe hominem: & hoc ad-
C ditum eſt in ſenſibilibus verbum, quod dicitur, eſt. Et ſi nos nõ videremus ſtellas, tamen earum eſſentia non diminueretur, & eſſent ſubſtantiæ æternæ. Ergo rectum eſt vt ſint neceſſario, licet non ſit ſcientia apud nos quid ſint. Manifeſtum eſt igitur quòd nullum eorũ, quæ dicuntur uniuerſalia, eſt ſubſtantia, nec aliqua ſubſtantia.

Intendit in hoc capitulo notificare veritatem, & falſitatem ſermonis dicentis formas eſſe, & d. Sed dicentes, &c. id eſt qm̃ hoc, quod dicunt, ꝙ ſubſtantię ſunt 58
ſeparatę, eſt verum. ſubſtantię enim debent eſſe ſeparatę, i. ꝙ non ſunt in ſubiecto in actu. ſed cum hoc, ꝙ dicunt eas eſſe ſeparatas, ponunt eas exiſtere in pluribus, ſ. particularibus. D. demonſtrauit quõ accidit eis peccatum, & d. Et cauſa in hoc eſt, &c. i. & cauſa ſui erroris eſt: qm̃, cum ſint hic ſcientię, quę non corrũpuntur, non poſſunt diſtinguere inter naturam, quę eſt ſubſtantia iſtarum ſcientiarum, & inter naturam, quę eſt ſubſtantia. & propter hoc opinati ſunt hic eſſe ſubſtantias non corruptibiles, & ꝙ ſunt cum ſubſtantijs corruptibilibus eadem per formam, quę non corrumpitur. & hic eſt error magnus, D.d. & hoc additum eſt in ſenſibilibus, &c. i. qm̃, cum ponunt illud, quod ſignificat definitio, partem ſubſtantiarũ ſenſibilium, contingit eis vt eas eſſe intellectas ſit pars ſuorum eſſe,

Essentię rerũ ĩtelligibiliũ sunt existentes, licet nõ intelligãtur. Oppositum vr̃ dicere, 2. Met. c. 1. Vide con. Zim.

a Ex opinione Ari. sequitur ꝙ intelligibilia sint noua. Idẽ 1. Met. c. 49. et 7. Phy. c. 20. & 1. Poster. cõ. 2. & 3. de Ani. c. 2. cõtra chimerizantes Aneroistas. Vide Auer. in Epit. Tracta. 2.

adeo ꝙ, si ista sensibilia non fuerint intellecta, non erunt. Et est manifestum ꝙ sensibilia sunt entia, licet non intelligantur, quemadmodũ sunt entia; licet nõ sentiantur. Et ideo d, Et, si nos nõ videremus stellas, &c. i. & necesse est vt essentię rerũ intelligibilium sint existentes, licet non intelligantur. & intendit ꝙ manifestum est, qm̃ quemadmodũ sensibilia non sunt sensata in actu, donec sentiantur, ita est de intelligibilibus. Et secundum hoc sequitur ex opinione [a] Arist. vt intelligibilia sint noua: & secundum opinionem dicentiũ formas esse, sunt ęterna. sed quõo substantia ęterna est pars substantię corruptibilis, aut id ... & substantia corruptibilis est vnũ numero? D. d. Ergo rectum, &c. i. & rectum est vt cõtingat dicentibus formas esse, vt sint hęc intellecta necessaria in actu, etsi nõ sciantur neq; intelligantur. & sic scientia acquisita de nouo non erit addiscere, sed rememorari. D. d. Manifestum est igitur ꝙ nullum eorum, quę dñr, &c. i. & cum omnia hęc impossibilia contingant dicentibus substãtias vl'es esse separatas, manifestum est ꝙ nullum vl'ium est substantia, neq; aliqua substantia est vl'e.

Caput Vigesimum. Quid proprie substantiam dicere oporteat: eamq; non elementum, non compositum, sed principium esse. Vbi de quæstione propter quid multus sit sermo.

QVid vero, & quale quid substantiã dicere oporteat, rursus aliud quasi principium cum fecerimus, dicamus. fortasse is. n. ex his erit manifestũ de illa quoq; substantia, quę est separata a sensibilibus substantiis. Cũ igit̃ substantia principiũ, & causa quædã sit, hinc est procedẽdũ. Querit̃ vero ipsum ꝑꝑ quid semper sic, propter quid aliud alii alicui inest. quęrere nãq; ꝑꝑ quid musicus homo est, certe quęrere est quod dictũ est, propter quid homo musicus est, aut aliud. Quęrere igit̃ propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet enim ipsum quod, & ipsum esse existere manifesta entia. dico aũt, vtputa ꝙ Luna patitur eclipsim. ipsius aũt quod id ipsum, non nisi vna ratio, vnaq; causa in oĩbus (propter quid homo est homo, aut musicus musicus) nisi quis dicat ꝙ vnum quodq; ad seipsum indiuisibile est. hoc aũt erat vnum esse. sed hoc, & cõe de oĩbus, & breue est. Quærat aũt aliquis, ꝑꝑ quid homo animal tale quoddã est. hoc igitur manifestũ est ꝙ non quęrit propter quid is, qui est homo, homo est. aliquid ergo de aliquo quęrit propter quid inest. ꝙ aũt inest oportet manifestũ esse. si enim nõ ita, nihil quęrit. vtputa, ꝑꝑ quid tonat? quia sonus in nubibus fit. ita nãq; aliud de alio est, quod quęrit̃. & propter quid hęc, vtputa lateres & lapides domus sunt? Manifestũ itaq; est ꝙ causam quærit. hęc aũt est quod quid erat esse, vt logice dicã: quę in quibusdam quidẽ est cuius gratia, vtputa fortassis in domo & lecto: in quibusdã vero quod primũ mouit. causa nanq; ẽt hoc. sed talis quidem causa quærit̃, dum quispiam fit, vel corrumpit̃: altera vero etiam, dum est. Latet aũt precipue quod quęritur in his, q̃ non de aliis dicuntur, vtputa quæritur homo quid est: eo quòd simpliciter dr̃, neq; determinatur quòd hęc ve. hoc. Oportet igitur recte disponentes quęrere. quòd si non, cõe fit eius, quod nihil est quærere, & eius, quod aliquid quęrere.

A Et etiam incipiamus alio modo. dicamus igit̃ quid oportet dici substantiam, & sicut quid. rectum est igit̃ ut ex istis sermonibus declaret̃ sermo de illa substantia etiam, q̃ est separata a substantiis sensibilibus. Et, cũ substantia habeat principium, & cãm aliquã accipiamus ab eo viam. Et queremus quare scd̃m hanc dispositionem semper queritur aliud, & est alicuius. quærere enim quare musicus est homo, aut quare homo est musicus, aut aliud, postremo querere quare est, est quærere cuius. quia oportet ut esse & essentia declarentur. v.g. qm̃ Luna eclipsatur. sermo enim de istis rebus est vnus, & causa ĩ omnibus est vna, quare homo est homo, & musicus est musicus. nisi aliquis dicat ꝙ omne vnum ex se non diuiditur: & hæc est essentia vnius. sed hoc est cõe, & dicitur de omnibus rebus vere Et forte quæret aliquis, quare homo est animal, sicut hic. manifestum est enim quòd non querit quare est homo illud, quod est homo, quod querit, sicut quidam dicũt, qm̃ B hoc manifestum est. si igitur interrogatio non fuerit hmõi, nihil querit. sicut quare est tonitruus, quia est tinnitus in nubibus. quoniam secundum hoc quesitum erit de alio. & quare hoc, sicut lapides & lateres, domus. Manifestum est enim quòd quærit causam, & hæc est quiditas rei, sicut est modo logico. quoniam in quibusdam rebus non potest inueniri a quibusdam causa, sicut forte inuenitur in domo, aut scamno. & quæritur in quibusdam quid est motor primus. hic enim est causa. Sed causa, quæ est talis, queritur apud generationem & corruptionem, & est formæ in essentia. Et quæstio latet multũ in eis, quæ non dicuntur de aliis, Vt quæritur quid est homo: quoniam est modo simplici, & non distinguitur hoc esse in hoc.

Et, cum declaratum sit ꝙ vniuersale non est substantia, & ꝙ illud, quod significat definitio, est substantia, incipiamus perscrutari de hac substãtia alio modo. 59
Et d. dicamus igitur quid oportet dici substantiam, & sicut quid. i. qm̃ oportet declarare quid sit substantia per definitionem, & exemplum. D. d. rectum est igitur vt ex istis sermonibus, &c. id est rectum est igitur vt ex cognitione substan-
C tiæ sensibilis declaretur substantia quesita, s. separata eterna. D. d. Et, cũ substantia habeat principium, &c. i. dicamus igitur ꝙ, cum sit manifestum per se ꝙ istæ substantiæ habeant causas, & ꝙ causa substantie est substantia, oportet ponere perscrutationem in substantijs istarum rerũ ex perscrutatione de suis causis. Et, quia perscrutatio de causis rerum sensibilium non potest fieri nisi numerando Interrogationes naturales de causis, hic incœpit declarare loca, in quibus queritur per quare, & d. Et queremus quare, &c. i. quia manifestum est per se ꝙ per hoc ipsum quare quæritur de causis rerum, manifestum est ꝙ non vsitatur in re simplici non cõposita, sed in rebus cõpositis in quibus ponitur aliquid esse in aliquo, & aliquid predicari de aliquo, aut aliquid esse, aut non esse. qm̃, cum fuerit manifestum nobis aliquid esse in aliquo, interrogauimus, quare est hoc in hoc, aut quare est hoc. Et, quia predicationum alia est naturalis, alia nõ naturalis: & ipse nõ curat in hoc loco ꝙ in duobus locis sit interrogatio vna aut due, d. querere enim quare musicus est homo, aut quare homo est musicus, aut aliud. i. & causa quesita in aliqua propositione, & in suo conuerso, aut sunt eadem questio, aut sunt duæ. & quomodocunq; fuerit, subiectum est compositũ, & non simplex. Et, quia querere per quare in re simplici est nugatio: si enim homo simplex esset, tunc dicere quare homo est musicus, esset sicut dicere, quare homo est homo, ideo dicit, quia oportet, &c. id est, & quia oportet vt sit cognitum nobis ante interrogationem

Nõ fit qõ p quare in re simplici, nõ composita.
Idẽ cõ. seq.
Predicationum alia naturalis alia nõnaturalis.

hic eſſe duo diuerſa, & ꝙ alterum exiſtit in reliquo. v.g. ꝙ, cum apud nos ſit cognitum ꝙ Luna eclipſatur, interrogamus quare eclipſatur. D.d. ſermo enim in iſtis rebus, &c. i. quęrere enim per quare de vna re impoſsibile eſt, v.g. vt aliquis quęrat quare homo eſt homo. niſi aliquis dicat ꝙ omnia ſunt ſimplicia, quoniã quodlibet eorum eſt vnum per ſe, & vnum nõ diuiditur in pręd icatum & ſubiectum. & ſic interrogatur de eis per quare, cum eſſentia vnitatis ſit indiuiſibilis, neq; per qualitatem. D.d. reſpondendo, ſed hoc eſt cõe, &c. i. & res exiſtentes habent diſpoſitiones cões, quę pręd icantur de omnibus vera pręd icatione: & ita apparet eas eſſe compoſitas, & quęritur in eis cauſa compoſitionis. D.d. Et forte quęret aliquis, &c. i. & rectũ eſt vt interrogatio uera ſit, quare homo eſt animal, non quare homo eſt homo. D.d. ſi igitur interrogatio nõ fuerit huiuſmodi, ſ. ... aliquis quęrat quare tonitruus eſt in nubibus, & dicatur, quia in nubibus eſt ... nus. D.d. & quare hoc, ſicut lapides, &c. i. & hoc eſt aliud exemplum, i. quare eſt hoc domus, quia eſt compoſitum ex lapidibus & lateribus. D.d. Manifeſtum eſt enim ꝙ quęritur cauſa, i. quando interrogantur iſtis interrogationibus. D.d. & hęc eſt quiditas rei, &c. id eſt manifeſtum eſt enim ꝙ in talibus locis quęritur per quare cauſa, quę eſt quiditas rei, quam deſcripſimus ſuperius deſcriptione logica, cum dicimus ꝙ eſt illud, quod ſignificat definitio. iſta enim cauſa, quę eſt forma, declarata eſt hic duabus * declarationibus logicis, quarum altera eſt definitio, & alia interrogatio per quare. Et, cum dicit, ꝙ per quare quęritur cauſa, quę eſt ſecundum quiditatem, d. etiam ꝙ etiam per illud quæritur alia cauſa, & d. q̃m in quibuſdam rebus, &c. id eſt, q̃m in quibuſdam rebus poteſt quęri cauſa, quæ eſt ſecundum quiditatem, & in quibuſdam primus motor. ſed iſta cauſa, ſ. agẽs quæritur maxime in rebus generabilibus & corruptibilibus. D.d. Et quæſtio latet multum, &c. id eſt, & cauſa, quæ eſt quiditas rei, & formę eius latet multum, cum interrogatur de rebus, quę non pręd icantur de alio, ſ. in ſubſtãtijs. et hoc erit per quid, verbi gratia, quid eſt homo. D. dedit cauſam in hoc, & d. q̃m eſt modo ſimplici. i. & cauſa in difficultate iſtius quęſtionis eſt, quia eſt quęſtio ſimplex, non compoſita. quęritur enim quid ſit homo, & non dicitur quare homo eſt talis. Et intendit ꝙ ſcire quiditates ſubſtantiarum eſt magis q̃ ſcire cauſas accidentium. & cauſa in hoc eſt ſimplicitas ſubſtantiarum, & compoſitio, quę eſt in accidentibus. & ideo illud, quod eſt ſimplex in rei veritate, non habet definitionẽ, neq; quęritur per quare.

Quę ſint declarationes logicę. Vide ſupra. c. 2. & 1. Phy. c. 35. & quę ibi.
* a. l. rõnib'.
Cã agẽs, q̃ritur maxime in rebus gñabilibus, & corruptibilibus. Vide cõ. 44. 12. huius.
Idem ſupra tex. cõ. 4.

Cum aũt & habere & exiſtere ipſum eſſe oporteat, manifeſtum eſt quòd propter quid eſt ipſam materiã quærit. vtputa hæc ſunt domus propter quid? quia hæc exiſtunt, quod erat domui eſſe. & homo hic aut corpus hoc tale habens, quare? cauſa materiæ quæritur. hæc autem eſt forma, qua aliquid eſt. hæc autem eſt ſubſtantia. Patet itaque quòd de ſimplicibus non eſt aliqua quæſtio, neque doctrina, ſed alius talium quæſtionis modus. Cum uero quod ex aliquo compoſitum, ita ut unum totum ſit, non eſt ut cumulus, ſed ut ſyllaba. ſyllaba uero non eſt ipſa elementa, nec idem, quod B, & A. nec caro ignis, & terra. diſſolutis nanque, hæc quidem amplius non ſunt, ut caro & ſyllaba. elementa uero ignis & terra ſunt. eſt ergo ſyllaba aliquid, non ſolum elementa, uocalis & muta, ſed etiam aliquid aliud. & caro, non ſolum ignis & terra, aut calidum & frigidum, ſed etiam aliquid aliud. ſi igitur neceſſe eſt illud quoque aut elementum, aut ex elementis eſſe: ſi elementum quidem, rurſus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne & terra erit caro, & item alio: quare in infinitum progredietur. ſi uero ex elemento, patet quòd non ex uno, ſed ex pluribus quam ipſum, erit. quare iterum de hoc eandem rationem dicemus, quam de

A de carne, aut syllaba. Videbitur autem esse aliquid tale, & non elemē
tum, ac cām, sed hoc carnē, hoc vero syllabā esse. similiter & de cæte
ris. substantia vero cuiusque quidem hoc. hoc nanque prima ipsius
esse causa est. Cū autem quædam rerum non substātiæ sint, sed quę-
cunque substantiæ secundum naturam, & natura constitutæ sint, vi-
deri posit profecto aliquibus hæc quoq; natura substantia esse, quæ
non elementum, sed principium est. Elementum autem est, in quod Elm̄tū quid.
existens diuiditur, vt materiam, vtputa syllabæ ipsum A, & B.

Et cum oportet vt habeat essentiam, aut erit essentia, & manifestū
est ꝙ materia quæritur quare est. v. g. quare hæc est domus? quia tale
est: & tale, cū fuerit essentia domus. & quare hoc est homo? quia ha-
bet hoc, & hoc est corpus. igitur manifestum est ꝙ quęritur cā, quæ
est materia, & ista est forma eius, qđ habet aliquid, & est substantia.
Manifestū est igitur quòd in simplicibus non quæritur, neq; conside-
ratur, sed quęritur tale alio modo. Ergo cōpositum est aliquid, quod
B est secundum hunc modū, ita quòd totū sit vnum, nō ita quòd sit si-
cut coaceruatio. quemadmodū syllaba non est litera, & B, & A. neque
caro est ignis, & terra. quoniā ista cū dissoluuntur quędā, non sunt si-
cut caro, & syllaba: literæ vero sunt sicut ignis & terra. ergo syllaba
est aliud, quod non est literæ, s. literę vocales, & consonantes, sed est
aliud etiam. & caro nō est ignis & terra, & calidū & frigidū, sed sicut
aliud ēt. Si igitur fuerit, necesse vt illud sit etiam elemētū, aut ex ele
mentis. quòd si fuerit elementū, sermo de eo ēt est, sicut dictū est idē.
caro. n. est istius, & ignis, & terræ, & etiā alterius, donec procedatur ī
infinitū. &, si fuerit ex elemētis, manifestū est quòd nō est ex vno, sed
ex pluribus. & si non, erit illud idem. & etiā iterabimus istū sermonē,
quem dicimus de carne & syllaba, & apparebit quòd hoc est aliquod
ex elementis, & causa eius quod est per essentiā, & quod est alicuius
caro, & alicuius syllaba. & similiter aliud etiam. & hoc est quodlibet,
C quoniā hæc est causa primę essentię. Et, cū quędā non sunt substan-
tię rerū, sed cōstituuntur insimul, rectū est vt ista natura appareat in
aliqua substātia, q̄ est nō elementū, sed principiū. Elementū. n. est il-
lud, in qđ diuidit res, & est in re quasi materia, vt A, & B in syllaba.

Idest, & cum necesse est vt ista habeant quiditatem, & quiditas est in mate- 60
ria, manifestum est ꝙ quęritur in istis rebus per quare causa, quę est secundū ma
teriam, sicut quęritur causa, quę est secundū formam. & intendit ꝙ, si in entibus
non esset ista natura, s. forma, sed solūmodo materia, nihil esset quęrere de causa
materiali, qm̄ esset quęstio de ipsa re. D. d. v. g. quare hęc est domus? i. v. g. quare
hæc est domus? quia est facta ex hoc, s. lateribus & lapidibus, qm̄ essentia do-
mus debet esse ex istis. aut quare hoc est homo? qa est generatus ex hoc, et hoc,
scilicet ex rebus, ex quibus cōstituitur corpus proprium homini. D. d. igitur ma-
nifestum est ꝙ quęritur causa, quę est materia, &c. i. manifestū est igitur ꝙ quā-
doque quęritur causa, quę est materia per quare, & est forma, pp quam est mate-
ria, & est substātia rei. & ista* natura est illa, cuius quiditas, & forma est recipe
re formam. D. d. Manifestū est igitur ꝙ in simplicibus, &c. i. &, cum hoc sit de-
claratum, manifestum est ꝙ in rebus simplicibus non compositis non quęritur,

* Natura materię est, cuius qditas & forma ē recipere formā. Cōsiſe prio cap. de suba orbis. & 2. Phy. cō. 15.

In cõpositis p se ex congregato fit aliqđ additũ aliud a componentibus. Idẽ. 5. Met. com. 6. & 8. Met. t. c. 15. & 3. de Aĩa cõ. 5. & hic supra. 26. & 27. Oppositũ require supra. cõ. 44. & 1. Ph. cõ. 17. Vide cõtrad. Zim.

neque per quare, neque per quid, sed quæstio in istis erit alio modo. D.d. ergo compositum, &c.i.&, cum sit declaratum hic esse aliqua composita, ex quibus congregatur vnũ in actu, non sicut composita ex rebus, ex quibus non fit vnum nisi per contactum, vt aceruus congregatus ex pluribus granis, sed ex congregato ex eis fiet aliquod additum aliud a componentibus, vt syllaba, quæ fit ex literis. Syllaba.n. non est literę, ex quibus fit, sed est aliquod additũ literis & similiter caro non est terra & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquod aliud additum. Et signum eius, quod est aliquod additum elementis, est, qm̃, ista, quando dissoluũtur, & corrumpuntur, tunc syllaba nõ resoluitur in syllabas, neque caro in carnes, sicut resoluũtur res congregatæ in illa, ex quibus congregantur, i. res, in quibus per cõgregationem nõ fit aliquod additum. D.d. literę vero, sicut ignis & terra, i. literę vero ita cõponunt syllabam, sicut ignis & terra carnẽ. D.d. ergo syllaba est aliud, &c.i. ergo syllaba non est literæ, ex quibus componitur. D.d. Si igitur fuerit, necesse est vt illud sit etiam, &c.i. si igitur caro non est aliud ab elementis, necesse est vt sit aut elementum, aut cõpositum ex elementis præter prima elementa. D.d. ꝙ si fuerit elementum, &c.i.&, si hoc additũ elemẽtis fuerit elementũ aliquod, continget vt hoc elementũ, & ignis, & terra habeant aliquod additũ eis. & si illud additũ fuerit elementum, cõtinget etiã vt illa elementa cum hoc elemento habeant aliquod additũ. & si illud additũ fuerit ẽt elementũ, continget in eo illud, quod cõtinget in alijs: & sic proceditur in infinitũ. & ideo impossibile est vt illud additum sit elementum cõe ignis & terrę, & istius elementi, cum caro sit nomen congregati ex elementis. Et hoc intendebat, cum d. caro enim est istius, & ignis, & terrę, i.&, si dixerimus etiam ꝙ illud tertium est etiã elementũ, contingit vt congregatũ ex istis habeat aliquod additum congregato ex elementis. & similiter contingit in quarto. & sic aut procederetur in infinitũ, aut erit hoc aliquod additum elementis, quod non est elementum. & hoc intendebat, cum d. & etiam alterius, donec procedatur in infinitum. Et, cum declarauit illud per quod caro est elementũ, destruit ẽt vt sit compositum ex elementis, & d. &, si fuerit ex elementis, &c.i. & cum illud additum elemẽtis fuerit compositum ex elementis, non fiet ex elementis, s. ꝙ congregatum ex elementis non erit vnum sed plura, & non fiet ex eis aliquod additum. D.dicit. & si non, erit illud idem, &c.i. quoniam, si fuerit ex elementis, erit in eo aliquod additum eis. & si fuerit elementum, continget vt habeant ẽt alia elementa aliquod additum [illegible] forma. & si non, non fieret aliquod hic. D.d. & apparebit ꝙ hoc est aliquid [illegible] elemẽtis. i. & per hanc perscrutationem apparebit hic esse substantiam aliam ab elementis materialibus, quę ẽt est elementum, & ꝙ est prima causa, & ꝙ est causa, quę est forma, & ꝙ alicuius est caro, & alterius os, & alterius simile. & similiter in omnibus rebus diuersarum substantiarum. D.d. qm̃ hæc est causa primæ essentiæ. i. quoniam ista substantia est causa, quæ est prima quiditas. D.d. Et, cum quędam, &c.i.&, cum quędã prędicabilia de substantijs non sint substantię, sed sunt existentia cũ substantijs, & naturarũ aliarũ, s. accidentia, rectũ est apparet ꝙ ista natura, quę dicitur forma, sit substantia addita elemento, cum sit neque elementum neque ex elementis: & est aliud ab eis, quę existunt cum substantijs, i. ab accidentibus, sed est principium alterius esse, entis pręter elementum. Elementum enim est illud, in quod resoluitur res, & est in re quasi materia. hoc autem elementum, ꝙ, cum res resoluitur, non resoluitur in ipsum. & hic perficitur iste tractatus Septimus.

Idẽ. 5. Met. tex. c. 4.

Septimi Metaphysicorum cum dupl. expositio. Auer.

F I N I S.

A

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER OCTAVVS, cum dupl. Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac vnica Summa agitur de sensibilium substantiarum principijs Materia, scilicet & Forma.

Caput Primum. Dictorum recollectio.

B EX HIS igitur, quæ dicta sunt, colligere oportet, ac congregando summatim finem imponere. Dictum autem est, ꝙ substantiarum causæ, principia, & elementa quæruntur. Substantiæ vero, quædam ab omnibus concessę sunt, de quibusdam autem separatim enuntiauerunt quidā. Cōcessę quidē, quę naturales sunt. vt ignis, terra aqua, & cętera simplicia corpora: deinde plantæ, & partes earū, animalia, & partes eorū: & tandem cœlum, & partes cœli. Separatim autem substātias quidam esse dicunt formas, & mathematica.

Oportet nos congregare dicta, & determinare sermonem, & post complere. Dictum est igitur, quod quærēdæ sunt causæ substantiarū, & principia, & elemēta. Quædam enim substantiæ sunt concessæ ab omnibus, & de quibusdam dicunt quidā sermones proprios. Conces-
C sæ igitur sunt substantiæ naturales. vt ignis, & terra, & aqua, & aer, & alia corpora simplicia: deinde plantæ, & partes earū, & animalia, & partes animalium: & cœlum, & partes cœli. Et quidam dicunt substātiam propriam esse formas, & mathematica.

INtendit in hoc tractatu facere rememorationem de dictis in prędicto, & complere sermonem de substantia, quę dicitur forma. quoniā omne, de quo perscrutatus est de speciebus substantię, non est nisi propter substantiam, quę dicitur forma. Dixit. Cum locuti sumus de speciebus, de quibus dicitur hoc nomen substantia, oportet de- D
terminare oīa prędicta, & cōplere sermonē de suba quęsita. D. incœpit ponere
illud, de quo intēdit pscrutari in isto tractatu, & d. Dictū est igit, ꝙ quęrēdę sunt,
&c.i. & iā prędiximus in tractatu pcedēti, ꝙ intētio nostra est quęrere cās sub-
stantiarū demōstratarū, & principia, & elemēta earū. Et vocat principiū, illud,
quod dr̄ de existēti in re, & de existēti extra rē. causa vero dr̄ maxime de agē-
te & fine, & quādoque dicitur de quatuor causis. elementa vero non dicūtur nisi
de causis existentibus in re. Et, cū induxit suam intētionē, quā intēdit in tracta-
tu prędicto, incœpit dicere summarū vnamquanque prędictarū in illo tractatu,
& d. quędam enim substantię, &c, i. & iam prędiximus ꝙ quędam substantię

Elēta nō dicūtur nisi de causis exn̄tibus in re. Vi de 5. Me. c. 4. et 1. Phy. cō. 1.

ſunt conceſſæ apud omnes, & quædam ſunt conceſſæ apud quoſdam propriæ, et non apud quoſdam. D.d. Conceſſæ igitur ſunt ſubſtantiæ naturales, &c. & intendit per alia corpora, ea quæ ſunt conſimilium partium: & vocat ea ſimplicia in reſpectu officialium. Et cum induxit ſubſtantias conceſſas, induxit etiam illa, de quibus dicitur ſubſtantia, ſecundum ꝙ dixit in illo tractatu.

Alias vero accidit ex rationibus ſubſtantias eſſe, quod quid erat eſſe, & ſubiectum. Item aliter genus magis quã ſpecies, & vniuerſale quam ſingularia. Vniuerſali vero & generi ideæ quoque copulantur, eadem nanque ratione ſubſtãtiæ videntur eſſe. Cum autẽ quod quid erat eſſe ſubſtantia, huius autem ratio definitio, ideo de definitione, & de ipſo per ſe determinatum eſt. Quoniam vero definitio ratio, ratio autem partes habet, neceſſe quoque de parte erat videre quæ ſubſtantiæ partes, & quæ non, & ſi has definitionis quoque eſſe oportet. Item etiam, nec vniuerſale ſubſtantia eſt, neque genus. De Ideis vero, & Mathematicis poſterius conſiderandum eſt. etenim præter ſenſibiles ſubſtãtias, has quidẽ eſſe dicũt. Nunc vero de cõceſsis ſubſtantiis tractemus. hæ autem ſunt, quæ ſenſibiles ſunt.

Vide cõtra. Zim.

Et accidit ex ſermonibus vt ſint ſubſtantiæ eius, quod eſt per eſſentiam. Et ſi ſubiectũ eius, & genus magis quã formæ, & vniuerſale magis quã particulare. Et exemplaria etiam coniunguntur cũ vniuerſalibus per genus. exiſtimantur. n. eſſe ſubſtantiæ, quia recipiunt vnum ſermonem. Ergo quid eſt per eſſentiam eſt ſubſtantia, & ſermo eius eſt definitio. & ideo dictum eſt quod dictũ eſt in definitione, & i illo, quod eſt per ſe. Et, cum definitio eſt ſermo, & omnis ſermo habet partes, conſiderandum etiam eſt neceſſario de parte. & cognitio eſt, quæ ſunt partes ſubſtantiarum, & quæ non ſunt. & ſi ſint partes ſubſtantiarum, etiam non eſt ſubſtantia neque vniuerſale, neque genus. De exemplaribus vero, & de mathematicis perſcrutandum eſt poſt. quidam enim dicunt ipſa eſſe ſubſtantias alias ab ipſis ſubſtantiis ſenſibilibus.

7. Me.t.cõ. 44.

* Homines

Et accidit nobis dixiſſe in tractatu præterito, ſ. ꝙ ſubſtantia dicitur famoſe de quatuor, de definitione. ſ. forma, & de ſubiecto formæ, & de genere magis ꝙ de ſpecie, & de vniuerſali magis ꝙ de particulari. & hoc accidit nobis ex hoc, ꝙ * omnes dicũt de ſubſtãtia. & exẽplaria etiam apud dicentes ipſa collocantur in vniuerſalibus. exiſtimatur enim quod vniuerſalia ſunt exemplaria. Deinde dicit. Ergo quid eſt per eſſentiam eſt ſubſtantia. ideſt & quia illud, quod eſt quiditas rei, eſt ſubſtantia: & ſermo, qui ſignificat ipſam, dicitur definitio. rectum eſt ponere principium conſiderationis in natura ſubſtantiæ a conſideratione de definitione. Deinde dicit. Et, cum definitio eſt ſermo, &c. ideſt, & quia incipiendum eſt conſiderare de definitione, & definitio habet partes, quia eſt ſermo compoſitus, eſt conſiderandum de partibus definitionis, quæ earum eſt ſubſtantia, & quæ non. & intendit facere rememorationem de illis, quæ declarata ſunt de ſubſtantia, & dare cauſam, propter quam locutus fuit de definitione, ne exiſtimetur ꝙ loqui de hoc pertinet ad Logicum. D.d. & ſi ſint partes ſubſtantiarum, &c. i. & declaratum eſt cum hoc ꝙ forma, & partes eius ſunt ſubſtantia, & ꝙ vniuerſale non eſt ſubſtantia, neque genus, quia eſt aliquod vniuerſale. **Deinde dicit exemplaribus vero, & cæt, ideſt, & intendit ꝙ de hoc non eſt per**

ſcrutatus in tractatu præcedenti & poſt perſcrutabitur de hoc, qm̃ quidam dicũt ꝙ ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ aliæ a ſubſtantijs ſenſibilibus.

Caput Secundum. Subſtantiæ diuiſio: Materiamque ſubſtantiam eſſe.

SEnſibiles vero cunctæ ſubſtantiæ materiam habent. Eſt autem ſubſtantia idipſum, quod ſubiicitur, aliter quidem materia,* & aliter ratio. materiam autem dico, quæ, cum non quod quid actu ſit, potentia eſt quod quid. Aliter autem ratio & forma, quod cum ſit quod quid ratione ſeparabile eſt. Tertium vero, quod ex his eſt, cuius generatio ſolius,& corruptio eſt,& ſeparabile ſimpliciter.earũ enim ſubſtantiarum,quæ ſecundũ rationem,quædam ſunt ſeparabiles,quædam vero non.

Vide Auer. in Epi. Tra. ſecundo.
*a.c.nũ habet hęc, & aliter ratio.

B Et omnes ſubſtantiæ ſenſibiles habẽt materiam. Et ſubſtantia eſt ſubiectũ,& alio modo eſt materia.& dico materiam illud, ꝙ non eſt hoc in actu,& eſt hoc in potẽtia.Et alio modo eſt definitio, & forma, quæ eſt principium rei,& eſt per definitionẽ ſeparata.Et tertio modo illud,quod ex iſtis,cuius ſolius eſt generatio & corruptio,& eſt ſeparatum modo ſimplici.ſubſtantiæ enim,quæ ſunt ſubſtantiæ per definitionem,quædam ſunt iſta,& quædam non.

HOc,qđ dicit,ꝙ oẽs ſubſtantiæ ſenſibiles habeant materiã, declaratũ eſt in ſciẽtia Naturali.Et,cũ d.Et ſubſtãtia eſt ſubiectũ,&c.i.et intẽdit ꝙ ſubſtãtia dr̃ primo modo de illo,qđ eſt exiſtens p ſe,qđ eſt ſubiectũ alijs prędicamẽtis,& eſt cõpoſitũ ex materia & forma:& dr̃ alio modo de materia iſtius ſubſtantiæ.& dico materiã illud,quod nõ eſt in actu aliquod demonſtratũ,& eſt in potẽtia illius. D.d.Et alio modo eſt definitio.i.& ſubſtãtia dicitur ſecundo modo de illo,quod ſignificat definitio,ſ.forma. D.d.& eſt per definitionẽ ſeparata ideſt,& ſubſtantia,quæ eſt forma,eſt ſecũdũ definitionẽ ſeparata a materia non in eſſe.impoſsibile.n.eſt ſeparari formam a materia. D.d. Et tertio modo illud, quod eſt ex iſtis,&c.i.& ſubſtantia tertia illud,quod congregatur a materia & forma:& eſt illud,cuius ſolius vt declaratũ eſt,eſt generatio & corruptio. D.d. & eſt ſeparatũ modo ſimplici,i.ſecũdum definitionẽ & ſecundum eſſe. D.d.ſubſtantiæ enim,quæ ſunt ſubſtantiæ,&c.i.& ſubſtantia,quam definitio ſignificat, eſt ſubſtantia quodammodo,quia per ipſam eſt ſubſtantia exiſtens p ſe:& quodammodo non eſt,ſicut illud,quod exiſtit per ſe,quia eſt in ſubiecto.& forte intendit ꝙ ſubſtantia,quam ſignificat definitio, quædam partes eius ſunt forma, & quædam materia,vt declaratum eſt ſuperius.

B

Impoſſ. eſt formã ſeparari a materia.

C

Quòd autem materia quoque ſubſtantia eſt,patet. In cunctis nanque oppoſitis transmutationibus eſt aliquod tranſmutationis ſubiectum. vtputa ſecundum locum,quod nunc hic,rurſus alibi. & ſecũdũ augmentationem, quod nunc tantum, rurſus minus aut maius. & ſecundum alterationem, quod nunc ſanum, rurſus ægrum.ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiam,quod nunc in generatione,rurſus in corruptione.& nunc quidem ſubiectum, vt quod quid,rurſus autem ſubiectum,vt ſecundum priuationem. Et ſequuntur hanc etiam alię tranſmutationes.cæterarum vero,aut vnam,aut duas hæc non ſequi

tur.non enim est necesse,si quid materiam habet localem, hoc genera-bilem etiam & corruptibilem habere. Verum quæ inter simpliciter fieri,& non simpliciter differentia sit,in Physicis dictum est.

Et manifestum est ꝙ materia est substantia. Omnes enim transmutationes oppositę in situ habent subiectum fixum, sicut est illud, quod est in loco.illud.n.qđ est nunc,fiet ēt alius locus.& in re etiam, quę est tūc secundū hanc quantitatē,fiet etiam minor, aut maior.& in transmutatione est aliquid,quod modo est sanum,quod etiā ęgrū. & similiter etiam in substantia,quę est nunc in generatione, fiet etiā in corruptione.& erit nunc subiectum sicut hoc, quod est per priuationem.Et alię transmutationes sequuntur istam,ista autem nō sequit unā,aut duas aliarum.nō.n.est necesse ut illud,quod habet materiam localem,etiam habeat materiam,quę generatur & corrumpitur.Dictum igitur est in Naturalibus,quę est differentia inter esse simpliciter,& non simpliciter.

Cum posuit ꝙ vnum eorum,de quo dicitur hoc nomen substantia, est materia,incœpit declarare hoc.& in rei veritate debet declarari in sciētia * Naturali,s.materiam esse subiectum.ipsam autem esse substantiam est de hac scientia. Et d.Et manifestum est ꝙ materia est substātia.i.& hoc apparet, quia est subiectum formæ. Deinde incœpit declarare hoc secundum rememorationem per inductionē,sicut fecit in Primo Physicorū,& d. Omnes.n.trāsmutationes,&c.i. apparet enim per inductionem ꝙ necesse est vt omnes transmutationes oppositæ per suam materiā,habeant subiectum fixum.v.g.in transmutationibus in loco, & d.secundum situm,i.secūdum locū:[a] qm̄ oppositio primo & essentialiter inuenitur in eis,quæ opponuntur in loco. Et intendit per opposita hæc quatuor contraria. Et,quia contrarietas in rei veritate inuenitur primo in eis, quæ sunt in loco,[b]ideo accepta est in definitione eorum distantia,cum dicitur contraria sunt, quæ maxime distant.hic aūt intendit per opposita,contraria, quæ sunt in qualitate,& in substantia.& in augmento,& in loco. Et cum dixit ꝙ transmutationes videntur conuenire in hoc,ꝙ indigent subiecto, incœpit declarare qm̄ apparet hoc,& d.illud.n.quod est nunc,&c.i.apparet.n.qm̄ quemadmodum vnū & idem numero in loco aliquo est nunc,& post transfertur in alium. & vnum & idem modo est album,& post erit nigrū in alteratione.& vnum & idem quandoque est magnū & paruum in augmento,similiter etiam vnum & idem qnq; est generatum,& quādoq; corruptum.Sed tñ differunt in hoc, ꝙ subiectū,[c] quod est in trāsmutatione,quę est substantiæ,est in potentia, & est in alijs transmutationibus in actu:& suū esse est,quod est mediū inter esse in actu, & non esse. & hoc intendebat,cum d.& erit nūc subiectum,sicut hoc,&c.i.& illud subiectū, cum recipiet formā,assimilatur ei,quod est in actu:& quando dimisit eā assimilatur non esse.& totum hoc dictum,est in Naturalibus. D.d. Et aliæ transmutationes,&c.i.& alię transmutationes sequuntur illam,quæ est in substantia,i.qm̄ illud,quod habet transmutationem,quæ est in substantia, habet alias transmutationes.transmutationes aūt in loco non debet sequi vna,aut plures aliarū transmutationum.& ideo non est necesse vt omne habens materiam localem habeat materiam generabilem & corruptibilem.Et innuit per hoc, quod declaratū est in scientia Naturali,ꝙ [d] cœlū habet materiam localem, & tamē nō habet materiam generabilem & corruptibilem.& ideo videmus ꝙ cœlum non componitur ex materia,quæ est in potentia & forma,quæ est in actu. Deinde d.Dictum est igitur in Naturalibus,&c.i.declaratum est.n.quæ est differentia inter generationem simpliciter,& non generationem simpliciter: & inter generationem & corruptionem,quæ sunt in substantia:& generationem & corruptionem,quæ dicuntur simpliciter,s.quæ sunt in alijs transmutationibus.

Nō ē necesse,si q̄d materiā habet localē, hoc generabilē, & corruptibilē habere.

* Materiā eē subiectū debet declarari in sciā Naturali:ipsam aūt esse substātiā est de hac sciētia. Vide 2.Ph. cō.21.& 7. Me.cō.9.& 12.Me.c.5. & quę ibi.

4

a Oppōpriō et essentialiter inuenitur in eis, q̄ opponuntur in loco,cōsimile in prædicamētis, ca. de q̄titate. Sed oppositū vr̄.8.Ph. com.16.Vide contra. Zm.

b Vide 10. Met.c.13.

c Subm trāsmutationis subalis est ī potētia, accidētalis āt in actu. Idē, 1. Ph. c.63.1. de Gñatione 23.& 24.2. de Aīa.c.4. & 1.cap.de suba orbis.

d Cœlū habet materiā localē, et nō materiā generabilē & corruptibilā.Idē 1.Ph.

A *Caput Tertium. De ſubſtantia, quæ forma & actus eſt. Item definitiones, formam & materiam complectentes, potiores eſſe, quam quæ alteram tantum.*

cō. 63. & 1. Cœ. 20. Idē 1. & 2. & 3. cap. de ſuba orbis & hic cō. 12. et 12. Me. t. c. 10.

CVm autem quædam, vt ſubiecta & vt materia, concedatur ſubſtantia, hæc autē eſt, quæ potentia eſt, reſtat illam, quæ vt actus ſubſtantia ſenſibilium eſt, quænam ſit dicere. Democritus igitur tres differentias eſſe videtur exiſtimare. ſubiectum enim corpus, materiam, vnum & idem. differre autē, aut rhyſmo, quod eſt figura: aut trope, quod eſt ſitus: aut diathige, quod eſt ordo. Videntur autem multæ differentiæ eſſe. vtputa quædam compoſitione dicuntur materiæ, ſicuti quæcunque miſtura, quemadmodum melicratum. quędam clauo, vt arca. quædam ligamine, vt faſcis. quædā glutine, vt liber. quędam pluribus ex his. quędam poſitione, vt limen & ſuperliminare.

Vide ī proœmio Meta.

B hęc enim, eo quòd modo quodam ſita ſint, differunt. quædam tempore, vt cœna, & prandiū. quædam loco, vt venti. quędam ſenſibilium paſsionibus, vt duritie & mollitie, & denſitate & raritate, & ſiccitate & humiditate. & quædam quibuſdam ex his, quædam omnibus his. & omnino quædam redundantia, quædā defectu. Quare patet, quod & ipſum eſt toties dicitur. limē enim eſt, quoniam ita ſitum eſt. & eſſe, ſic ipſum poni ſignificat. & glaciem eſſe, ſic denſari. Quorundam vero eſſe & his omnibus definietur: eo quod quædam miſcētur, quędam temperantur, quædam ligantur, quędam denſantur, quędam cęteris differentiis vtuntur, ſicuti manus, aut pes. Accipienda igitur genera differentiarum. hęc enim principia exiſtentiæ erunt. vt quę in magis & minus, aut denſo & raro, & cæteris talibus. cuncta etenim hæc redundantia & defectus ſunt. Quòd ſiquid figura, aut lenitate, aut aſperitate, omnia recto & curuo. his vero eſſe erit miſceri, oppoſito autem modo, non eſſe. Manifeſtum igitur ex his eſt, quòd

C ſi ſubſtantia cauſa eſt, vt vnumquodque ſit, in his quęrendum eſt, quęnam vt horum ſingula ſint, cauſa eſt. Subſtantia itaque nihil horum eſt, neque combinatum: attamen proportionale in unoquoque.

Cum igitur quędam ſubſtātiæ ſint conceſſę, vt ſubiectū, & materia ēt, & eſt illud, quod eſt in potentia, remanet dicere quę eſt ſubſtantia ſenſibilium, quę eſt in actu. Demo. uero exiſtimauit ꝙ differētię eorum ſunt tres. materia vero, quę eſt ſubſtantia ſubiecta eſt eadem ēt: & differt, aut ſecundū ordinem, qui eſt figura: aut ſecundū trāſmutationē, quę eſt ſitus: aut ſcd̄m concauum, qui eſt compoſitio. Et ipſe uidet multas dr̄ias. vt dicit quędā per compoſitionem materię, ut oīa, quę admiſcētur, v. g. mel, & aqua. & quędam per ligamentū, ut lectus. & quędam per glutinum, ut liber. & quędam per clauos, ut arca. & quędam per plura iſtorum. & quedā ſecūdum ſitū, ut uia & limes. iſta enim differūt ſcd̄m motum ſitualem. & quędam ſecundū tempus, ut

prandium,& cœna.& quædam secundum locum,vt venti.& quædam per passiones, quæ sunt sensibilium,vt durities & mollicies,& spissitudo,& raritas,& siccitas & humiditas. & quædam per quædam,& quædam per omnia.& vniuersaliter quædam magis & quædam minus.& ideo,cum limes ponitur superius,non est limes: Manifestũ est ergo ꝙ ens dicitur secundum numerum istorum modorum. dicitur enim ens via, quæ est secundum hunc situm. & hoc etiam significat quòd est secundum hunc situm.& esse grando etiam significat quòd inspissatum est illud secundum hunc modum. Et essentia quorundã determinatur per omnia ista. quædam enim sunt mixta, & quædam complexa,& quædam ligata, & quædam vtuntur aliis differentiis, vt manus & pes. Accipiantur igitur genera differentiarum.ista enim sunt principia essentiæ, sicut ꝙ est maioris & minoris, & spissum & rarum,& partes similes istis.ista enim nomina sunt in additione & diminutione.Et si fuerint alicuius figuræ,vt lenitas, aut asperitas, & omnia sunt in recto,aut tortuoso.& quædam sunt,quorum esse est in mixtione,& secundum modum oppositionis,qui est nõ essentia. Manifestum est igitur ex istis ꝙ, si substantia sit causa essentiæ cuiuslibet,ꝙ quærendum est in istis quæ est causa essentiæ cuiuslibet istorũ. Nulla enim istarũ est substantia, neque quando congregantur cum aliis: sed indiget quælibet earum conueniente.

5 Cum declaratum sit in tractatu præcedenti ꝙ formæ sunt substantiæ ex hoc, ꝙ illud,quod significat definitio,est substantia,& ꝙ definitio significat formam per hoc,quia interrogatio per quare est de forma,vult perscrutari hic de primis differentijs substantialibus,quibus diuiditur forma vniuersalis, & d. Cum igitur quædam substantiæ,&c.i.&,cum omnes Antiqui conueniunt in hoc,ꝙ materia est substantia,& est illa,quæ existit in potentia:& cum sit declaratum ꝙ forma est substantia,quæ est in actu,remanet dicere quæ sunt differentiæ illius substantiæ,quæ est in actu in composito,s.primæ differentiæ.per quas distinguuntur formæ entium,secundũ ꝙ sunt entia.D.inducit sermonem Democriti in hoc, & d. Democri.vero existimauit,&c.i.Democ.opinabatur ꝙ materia est vna natura in specie in omnibus entibus,s.partes indiuisibiles:& ꝙ ista materia primo diuiditur in tres differentias maximas,quibus entia differunt. Prima autem differentia est propter diuersitatem figurarum partium indiuisibilium:& hoc vocauit ordinem.Secunda autem differentia est propter diuersitatẽ partium in situ in quolibet ente:& hoc vocauit transmutationem in situ.Tertia autem differentia est propter diuersitatem earum in ordine:& hoc vocauit contactum. & opinabatur ꝙ entia non differunt abinuicem, nisi per vnam istarum trium dispositionum, aut per plura vno. D.d.Et ipse videt multas differentias,i.& mirum est de isto homine,quomodo est contentus istis tribus differentijs,cum viderit multas differentias alias ab istis tribus,per quas distinguuntur entia abinuicem. Deinde cœpit numerare istas differentias,& d.vt dicitur quædam per compositionẽ materiæ,&c.i.sicut illa,quæ differunt per diuersitatem compositionis elementorum ex quibus componuntur,s.secundum magis & minus,& sunt illa, quæ differunt secundum complexionem.& ista est dispositio omnium corporum consimilium partium.& dispositio plurium rerum artificialium,vt diuersitas rerum,quæ componuntur ex melle & aqua. D.d.& quædam per ligamentum, &c.i. & sunt quædam,quorum differentię sunt in copulatione, scilicet quoniam nomina, & actiones rerum copulatarum diuersantur propter diuersitatem copulationis.quædam enim copulantur per ligamentum,& quędam per glutinum,& quędam per clauos,

Idẽ 1.Phys. 8.c.41.

A clauos. D.d.& quędam per plura,i.& quędam diuersantur per plures vna istarum differentiarum.v.g.vt sit aliquid,cuius quędam partes copulantur per glutinum,& quędam per ligamentum.hoc enim differt per ista duo ab eo, cuius oēs partes copulantur per clauos.Et intendebat per hoc declarare ꝙ in compositione sunt multę differentię,alię ab eis,quas dixit Demo.& ꝙ,si illę sunt differentię,istę erunt differentię. D.d. & quędam secundum situm, vt via.i.& nomina vię ēt diuersantur secundum diuersitatem situs.v.g.via ad superius & via ad inferius,& dextrum & sinistrum.& limen etiam differt a limine in alto secundum situm.qm̄,cum fuerint inferius,dicitur limen,& superius * luna. D.d.& quędā secundum tempus,ut prandium,et cœna.i.qm̄ prandium differt a cœna secūdum diuersitatem temporis tm̄. D.d.& quędam secundum locum,vt venti.i.& diuersitas ventorum est per diuersitatem locorum.D.d.& quędam per passiones,&c. id est,& quędam diuersantur secundum nomina, & definitiones per passiones sensibiles:& maxime in rebus naturalibus: & pręcipue in corporibus consimilium partium,& in simplicibus.& intelligendę sunt cum istis qualitatibus dictis alię passiones & qualitates,numeratę in Quarto Meteororum.D.d.& quędam per quędam,& quędam per omnia.i.et quędam entia differunt a quibusdam per quasdam istarum passionum,& quędam differunt a quibusdam per oēs.v.g.aqua

B & terra per duritiem & mollitiem,& spissitudinem & raritatem, & humiditatē & siccitatem. D.d.& vłr quędam magis,& quędam minus.& intēdit per quædam magis & minus aliquid cōe diuersitati, quę est per qualitatē, & quę est per quantitatem. Et,cum declarauit genera istarum differentiarum,quas addidit tribus,quas d.Demo.dixit.Manifestum est ergo,&c.i.cum nomina ēt definitiones sunt per has differentias : & istę differentię sequuntur formas substantiales entium:manifestum est ꝙ formę substantiales sunt secundum numerum istarū differentiarum.Et d.hoc,quia istę differentię dictę sunt accidentia,sed accipiuntur loco differentiarum substantialium propter latentiam differētiarum substantialiū: & definiens,vt dictum est,non ponet nomina. D.d dr̄ enim ens via,&c.i.dicetur enim via,quia est secundum situm proprium. D.d.& esse grādo,&c.id est & hoc nomen grando significat ex eo spissitudinē propriam. D.d.Et essentia quorundam,&c.i.& quędā definiuntur per quędam,& quędam definiuntur per omnia ista.quędam enim definiuntur per mixtionem,& quędam per ligationem,& quędam per complexionem.Et forte intendit per mixtionem aliquid cōe cōplexioni.est enim aliquid,quod dicitur misceri & non complecti: vt genera mixta adinuicem,& vłr partes indiuisibiles apud dicentes eas. D.d.& quędam vtuntur alijs differentijs.i.& ista differunt abinuicem per actiones. D.d.Accipiantur igitur,&c.i.&,cum ista sequantur differentias entium, qui volunt noscere prin-

C cipia entium , perscrutentur de generibus primis differentiarum . ista enim sunt principia entis,quę sunt causę in diuersitate entium, vt quidam dixerunt ꝙ primę differentię sunt magis & minus:& quidam dixerunt rarū & spissum, & alia primorum cōtrariorum similium istis. D.d.ista enim nomina sunt in additione & diminutione,i.ista enim noīa uidentur reduci in duas differentias primas,s.in additionem & diminutionem.D.d.Et,si fuerint alicuius figurę,&c.i.& differentię,quę sunt secundum figuram,& lenitas & asperitas , collocantur sub recto & tortuoso.& ista est qualitas,quę est secundum quantitatem & qualitatē.Et quasi intendit declarare ꝙ primę differentię qualitatis passiuę est additio, & diminutio:& qualitatis,quę est secundum quantitatem,rectitudo & tortuositas. D.d.& quędam sunt,quorum esse est in mixtione.D.d.& secundum modum oppositionis,&c.& intendit,vt mihi videtur,ꝙ quędam sunt,quorum esse est in oppositione ad esse,s.in priuatione.Et d.hoc,qm̄ differētię quarundam rerum sunt ex priuatione.Et,cum induxit genera istarum differentiarum primarum,dixit. Manifestum est igitur ex istis,&c.id est,sed est manifestum ꝙ , si formę substantiales sunt causę essendi quodlibet ens naturale demonstratum , ꝙ nulla istarum differentiarum est causa alicuius eorum, & ꝙ quęrendum est in quolibet eorum , & quid sit causa eius substantialis,quę quęrit aliquam istarum differentiarum.D.d. causam in hoc,& d.Nulla enim istarum est substātia,&c,id est nulla enim ista-

* alcauia.

Vbi est latētia substātialiū dr̄iarum, licet accñtia ponere ī definitione loco earū. Vide 7.huius. cō.41. & ꝗ ibi.

Dr̄ię quarūdam rerum sunt ex priuatione.

rum differentiarum eſt ſubſtantia, neque in ſe, neque in reſpectu alterius. Dein. de dicit, ſed indiget quælibet earum cõueniente, id eſt ſed vnaqueq; iſtarum dif-ferentiarum ſequitur ſubſtantiam ſibi conuenientem: & ideo accipiuntur in defi-nitionibus loco ſubſtantiarum. Sed tamen hic eſt quæſtio. Exiſtimatur enim ꝙ quędam qualitates paſsiuę ſunt differentię quibuſdam entibus, vt calor igni, et humiditas aeri, & ſiccitas terrę. quoniam, ſi aliqua iſtarum qualitatum auferatur, auferetur illud ens. quoniam, ſi calor auferatur ab igne, non remanebit ignis. Et ideo videmus plures expoſitores dicentes aperte ꝙ differentię ſubſtãtiales iſto-rum elementorum ſunt in iſtis qualitatibus. Sed ex hoc ſequitur inconueniẽs, ſcilicet ꝙ aliquid ſit in ſe qualitas, & in reſpectu alterius ſit ſubſtantia: & ſub-ſtantia non dicitur in reſpectu alicuius. Dicamus nos igitur ꝙ via ad ſciendum hoc, eſt via, qua iuit Ariſto. in perſcrutatione de ſimplicibus & compoſitis. Quo-niam, ſi calor in igne erit differentia ſubſtantialis, tunc compoſita habebunt defi-nitiones ignis. Calidum enim componitur ex ſubſtantia & qualitate, aut compo-nitur ex ſubſtantia & accidentibus: & erunt vnum in actu, & duo in potentia. & ex hoc apparet ꝙ calor non poteſt eſſe differentia ſubſtantialis. Et, cum ignis aufertur per ablationem caloris, non aufertur primo neque per ſe, ſed me-diante ablatione formę ignis: ſicut, quando aufertur riſibilitas, aufertur homo, ſed non primo, ſed mediante ablatione rationabilitatis. Et, ſi eſſet in aliquo acci-dens, & in aliquo ſubſtantia, tunc diceretur ęquiuoce, ſcilicet eo modo, quo dici-tur hoc nomen ens de ſubſtantia & accidente. Et ſcire debes ꝙ actio formæ ignis, quę ſequitur formam ignis, eſt calor maximus, & motus ad ſuperius. calor igitur in igne eſt ſicut abſciſio in cultello, & actio manus in manu: nõ quaſi alba-tio in albato.

Digreſsio, q̃ qritur an aliquę qualitates paſsiuæ ſint aliqbus entibus ſubſtantię.
Motiuum Alexan.
Imp. auer.
Prima rõ.
Scda ratio ad idem.
Solõ ad motiuum Alex.
Tertia ratio ad idem.
Documentũ

Et quemadmodum in ſubſtantiis, quod de materia prædicatur, ip-ſe actus eſt, & in aliis definitionibus maxime. vtputa, ſi limen oporte-bit definire, lignum, aut lapidem ſic poſitum dicemus. & domum, la-teres, aut ligna ſic poſita. (An etiã & cuius cauſa in quibuſdam eſt.) Si vero glaciem, aquam congelatam, aut ſic denſatam. conſonantia vero eſt acuti & grauis miſtio talis. eodem autem modo & in cęteris. Manifeſtum itaque ex his eſt, quòd actus alius alterius materiæ, & ra-tio. quorundam enim compoſitio, quorũdam miſtio, quorundam ali-quid aliud eorum, quæ dicta ſunt. Quare eorum, qui definiunt, hi qui-dem, qui dicunt, quid eſt domus, quòd lapides, lateres, ligna potẽtia domum dicunt. materia enim hæc ſunt. Qui vero vas cõſeruatiuum rerum & corporum, aut aliquid aliud tale addentes, actum dicunt. Qui porro hæc ambo componunt, tertiam, & quæ ex his eſt, ſubſtan-tiam. videtur etenim ea quidem, quæ ex differentiis ratio fit, formæ & actus eſſe. quæ vero ex his, quæ inſunt, materiæ magis. Similiter & quas Archytas approbat definitiones. etenim ſimul vtriuſque ſunt. vtputa quid eſt Serenitas? quies in multitudine aeris. materia qui-dem aer: actus vero & ſubſtantia quies. quid eſt Tranquillitas? ma-ris planities. ſubiectum quidem, vt materia, mare: actus vero & for-ma, planities. Manifeſtum itaque ex dictis eſt quænam ſenſibilis ſub-ſtantia, & quomodo ſit. etenim hæc quidem vt materia, hæc autem vt forma, quoniam actus: tertia vero ex his.

Definitiões Archytæ.

Et quemadmodum in ſubſtantiis eadem actio prædicatur de ma-teria, ſimiliter in aliis definitionibus magis, verbi gratia ſi volueri-mus definire viam, aut lapidem, dicemus quòd eſt illud, cuius par-

A est tale,& tale.& domus,quæ est ligna,& lateres,quorum situs est talis.Et etiam in quibusdam definitionibus cōsideramus illud propter quod.verbi gratia quòd grando est aqua congelata, & spissa aliqua spissitudine.& commutatio vocis in exitu est mixtio vocis acutæ cū graui alia mixtione.& secundum hunc modum in aliis rebus Et iam apparuit ex istis rebus quòd omnis materiæ actio est ab alia actione alterius materiæ,& sermo etiam.actio enim cuiusdam est compositio,& cuiusdam mixtio,& cuiusdam aliud dictum. Et ideo illi, qui definiunt,& dicunt quòd domus est lateres,& lapides,& ligna,dicūt domum in potentia.ista enim sunt materia. Et qui dicunt ꝙ domus est,quod tegit diuitias & corpora,dicunt actionem. Qui autem congregant omnia ista,& componūt ea,dicunt tertiam substantiam,quæ est ex istis.videtur enim quòd sermo differentiarū sit formæ, & actionis,& illud ex istis rebus,in quo est,sit materia magis. Et istæ definitiones videntur illæ,quas Archytas accipiebat, quæ cōgregantur ex

B ambobus. vt dicitur quid est Serenitas? & dicitur quies in multitudine aeris.aer igitur est materia,& quies actus & substantia.& etiā quid est Tranquillitas? & dicitur lenitas est maris.subiectum igitur, quod est quasi materia,est mare.actio vero,& forma est lenitas. Declaratū est igitur ex dictis quid est substantia sensibilis,& quomodo, quædam enim est quasi materia,& quædam est quasi forma,quæ in actu:& tertia,quæ est ex istis.

Intendit declarare ꝙ partes compositi sunt partes ipsius definitionis:& ꝙ definitiones perfectæ sunt illæ,quæ continent omnes partes,ex quibus constat cōpositum,& hæc est forma:& quod est in ente quasi materia. Et dicit. Et quemadmodum in substantijs,&c.id est quemadmodum in substantijs illud,quod existit in eis,est actus,scilicet forma,quę prædicatur de materia, & materia existit in ea in potentia,ita vltima differentia in istis definitionibus habet magis materiam definiti. Definitum enim est ens in actu per vltimam differentiam: & taliæ differentiæ,quæ sunt ante, sunt quasi materia. Deinde dicit exemplum

C aliud definitionum,& dicit, verbi gratia si voluerimus, &c.id est,verbi gratia, quoniam,si voluerimus definire viam,aut lignum,inducemus illud,quod est quasi materia,scilicet genus,& illud,quod est quasi forma, scilicet illa duo, ex quibus constituitur definitum,verbi gratia dicitur ꝙ uia est locus,qua itur.via enim vna pars eius est locus:& alia pars dispositio in loco,per quem itio est possibilis in ea ad finem intentum.Et similiter ligni quædam pars est corpus, & quædam forma addita corpori,per quam lignum dicitur arca, aut scamnum. Et similiter de lapide.& similiter domus, quæ est composita ex lignis & lateribus,pars quędam eius est materia,scilicet ligna,& lateres,& alia forma eius, per quam dicitur domus. Deinde dicit.Et etiam in quibusdam definitionibus, &c.id est, & etiam in quibusdam definitionibus inducemus in postremo illud, propter quod illud definitum habet nomen, & est forma coniuncta cum materia, verbi gratia dicere in definitione grandinis ꝙ est aqua congelata, aut spissa propter fugam frigoris a calore in profundum nubium.& istæ sunt definitiones perfectæ. Et dicit hoc,vt mihi videtur, qm̄ quędam non diuersantur secundum nomina propter suas formas,sed propter accidentia propria.& hoc accidit ex componētibus nomina.Et forte dicit hoc,s.hoc,quod d.ꝙ in quibusdam definitionibus obseruauimus illud propter quid:quia differentię quarundam rerum sunt ex suis materijs: scilicet vltimę differentię:& forma est illud,propter quod est generatio,non materia. Deinde d.& commutatio vocis,&c.id est & definiunt neumata, ita ꝙ sunt

Definitū est ens in actu per vltimā drīā: & aliæ drīæ, q̄ sunt ante, sūt quasi materia. Idē 7. Met. cō.43.

mixtio aliqua inter vocem grauem & acutam, i.secundum proportionem termi-
natam. D.d.& secundum hunc modum in alijs rebus.i.& inducunt in definitio-
nibus in alijs rebus oẽs partes,quę sunt quasi genus,& quasi differentia. Opor-
tet enim scire ꝙ definitiones existentes per se,sunt illę,in quibus genus est qua-

Digressio,q̃ ostẽditur differẽtia inter definitiones substãtiarũ, & accidẽtiũ seu cõpositorũ ex subiecto & accidente.

si materia,& differentię quasi forma. Definitiones aũt compositorum ex substan-
tijs & accidentibus,aut definitiones rerum,quę sunt in subiecto,sunt ecõtrario.i.
qm̃ illud,quod est in eis quasi differentia , est materia.& hoc declaratum est in
Septimo. Et non debes dubitare in hoc ex hoc dictum est in Nono,s.ꝙ mate-
ria non prędicatur de aliquo secundum nomen & secundum definitionem,& est
dictum hic ꝙ definitiones naturales constituuntur ex formis & materijs. In de-
finitionibus enim compositorum ex substantijs & accidentibus, & in definitio-
nibus rerum,quę sunt in subiecto,est materia quasi differentia,& forma quasi ge-
nus:& sic non attribuitur ei nisi secundum aliquam prędicationem.v.g.vt dici-
tur ꝙ simitas est concauitas in naso:& idolum terrestre idolum ex terra. In defi-
nitionibus vero rerum existentium per se genus est quasi materia,& differentia
quasi forma.& sic materia non dicitur de definito nisi secundum ꝙ est genus
Nomen enim generis significat materiam,secundum ꝙ est in potẽtia illud,quod
habet materiam:& sic prędicatur de habente materiam. Nomen autem materię
significat materiam,hoc est aliquid,quod est in actu pars eius,cuius materia est.
& ideo non prędicatur de eo,cũ nõ prędicatur aliquid in actu de aliquo in actu,
nisi per aliam prędicationem importantem habitudinem. Et,cum declarauit ꝙ
definitiones continent materias & formas , ex quibus constituitur compositum
sicut debent esse conuenientes definitis,& declarantes substantias eorum perfe-
cte,& sunt illę,quę constituuntur ex generibus & differentijs,dixit. Et iam ap-
paruit ex istis rebus,&c.id est,iam igitur apparuit de istis rebus ꝙ illud,quod est
in actu in omni materia,& est forma eius,est aliud ab illo,quod est in actu in illa
materia. Et declarauit omnia ista de definitionibus,& definitis,& dixit. Et ideo
illi,qui definiunt,& dicunt,&c.id est & hoc quod diximus,apparet.qm̃ illi,q
contenti sunt in definitionibus a materijs tantum,definiunt illud,quod est in po-
tentia,non illud,quod est in actu.v.g.illi,qui definiunt domum, dicẽdo ꝙ est
posita ex lateribus,& lignis,& lapidibus.isti enim definiũt domum, quæ est
potentia,non domum,quę est in actu.ista enim sunt materia domus tantũ. D.

Qui definiũt formas sine materia,non perfecte definiunt. Vide 1.de Ani.c. 16. & q̃ ibi.

Et qui dicunt ꝙ domus , &c.i.& illi,qui definiunt res per formas sine illis
quibus sunt,non etiam perfecte definiunt.formę enim non inueniuntur sine ma-
terijs.verbi gratia qui definiunt domum,dicendo ꝙ est illud,quod tegit corpora
& census:isti enim definiunt domum,quę est non in materia. D.d.Qui autẽ con-
gregant omnia ista,&c.id est,qui autem definiunt rem per suam formam,& su-
biectum suę formę,definiunt tertiam substantiam,quę est cõgregata ex illis.ver-
bi gratia dicere ꝙ domus est operatum ex lapidibus & lateribus & lignis
cooperiendum corpora & census a calore & frigore. D.d.videtur enim &c.
videtur enim ꝙ sermo,qui continet differentias,& materiam ex rebus ma-
bus,est definitio perfecta. Deinde dicit.Et istę definitiones videntur,&c.
& istę definitiones videntur illę,quas Archytas recepit.& iste fuit homo,qui
uit extrahere definitiones perfectas,s.definitiones, quę componuntur ex
& materijs.verbi gratia quid est Serenitas ? quies aeris multi. Deinde
igitur est materia,& quies actus,& substantia.id est quoniam quies est
renitatis & genus,& aer est materia eius.differentia igitur in hac defini-
materia,& forma est genus,econtrario de definitionibus substantiarum.
de dedit aliud exemplum de definitionibus accidentium , & d.& enim
Tranquillitas.& ista definitio est similis prædictæ. est enim defini-
& lenitas in ea,sicut dixit,est forma:& mare materia. & hoc inten-
dixit subiectum igitur,&c.id est igitur subiectum, quod est sicut ma-
definitione,est mare:actus vero,qui est sicut forma,est lenitas.
uit illa,quę intendit declarare,fecit rememorationem,& dixit.
igitur,&c.declaratum est igitur quid sit substantia sensibilis, id est
stituuntur,cum sit declaratum ꝙ quędam est materia, & quędam forma,&

A congregatum ex ambobus : & ꝙ materia in eo eſt ſubiectum, & forma prędica tum, & hoc intendebat cum dixit, quomodo.

Caput Quartum. Dubium, utrum nomina compoſitorum, formarumve ſigna ſint. Compoſitum non formam generari. Antiſthenicæ item dubitationis ſolutio, definitionem non dari aſtruentis.

OPortet autem non ignorare, quòd aliquando latet vtrũ nomen compoſitam ſubſtantiam ſignificet, an actum & formam. vtputa domus, vtrum eſt ſignum communis, quod operimentum eſt ex lapidibus, & lateribus ſic poſitis: an actus & formæ, quod eſt operimentum. & linea, vtrum dualitas in longitudine, an quod dualitas. Et animal, vtrum anima in corpore, an anima. hæc enim ſubſtantia & actus alicuius corporis. Erit autem vtique in vtriſque animal, non vt vna ratione dictum, ſed vt ad vnum. Vide Auer. in Epit. Tracta. 2.

B Et oportet nos non ignorare, quoniam forte latet quid eſt illud, quod ſignificat nomen, vtrum ſignificat ſubſtantiam compoſitã, aut actum, & formam. verbi gratia domus, vtrum ſignificat commmuniter quod eſt cooperimentum ex lateribus, & lapidibus, compoſitum tali modo: aut ſignificat actum & formam, ſcilicet cooperimentum. & linea, vtrum ſignificat duo puncta. & animal, vtrum ſignificet animam in corpore, aut animam. iſta enim eſt ſubſtantia, & actio corporalis. Et forte animal dicitur de ambobus, non ſicut illud, quod dicitur ſecundum vnam eandem definitionem, ſed ſicut illud, quod attribuitur eidem.

Intendit in hoc capitulo declarare quid eſt dignius noĩe, vtrum forma, aut cõpoſitum ex materia & forma. Et dicit. Et oportet nos ignorare, &c. i. & oportet nos ſcire, quoniam latet vtrum nomina rerum ſignificent ſubſtãtias compoſitas ex materia & forma, aut formam tantum. & hoc eſt in nominibus, quæ ſignificant eſſentias rerum, non in nominibus, quę ſignificant res ex accidentibus in eis. Deinde induxit exemplum de hoc, & d. verbi gratia domus, &c. id eſt verbi gratia hoc nomen domus vtrum ſignificet cõgregatum ex materia & forma. & hoc intendebat cum d. per commune. verbi gratia cooperimentum ex lateribus & lapidibus compoſitum aliquo modo. cooperimentum enim eſt in eo quaſi forma, & ex lateribus & lapidibus quaſi materia. vtrum autem hoc nomen domus ſignificet congregatum ex materia & forma, aut ſolummodo ſignificet formam, quę eſt in actu, ſ. cooperimentum tantum. D. induxit aliud exemplum, d. & linea, vtrum, &c. i. & vtrum hoc nomen linea ſignificet duo puncta, & illud, quod eſt inter duo puncta: aut ſolummodo ſignificet illa duo puncta. Et innuit hoc, quod dictum eſt in definitione lineę, ſ. ꝙ eſt illud, quod terminatur ad duo puncta. duo puncta igitur ſunt in ea quaſi forma, & illud, quod eſt inter ea, quaſi materia. Deinde dicit. Et animal, vtrum ſignificet animam in corpore, aut animam. iſta enim eſt ſubſtantia, & actio corporalis. i. anima enim eſt ſubſtantia, & eſt perfectio corporis. Et, cum induxit hanc interrogationem, dedit reſponſionẽ, & d. Et forte animal dicitur de ambobus, &c. id eſt, & nomen ſignificat vtrũq;. &, cum dicitur de vtroq;, verbi gratia animal de compoſito ex materia & forma, & de forma tantum, non dicitur ſicut dicuntur nomina vniuoca, quorum definitio eſt eadem, ſed dicitur principaliter & ſecundario, ſcilicet ſicut res, quę attribuuntur eidem, & quædam in illo ſunt priora quibuſdam. Et intendebat ꝙ 7

C

Aĩa eſt ſubſtantia & pfectio corporis. Idẽ 2. de Ani. te. c. 4. & 7.

hoc nomen animal dicitur principaliter de forma, & dicitur de congregato ex materia & forma ſecundario, ſ. quia dicitur de forma. Nomen enim non ſignificat rem, niſi ſecundum ꝙ eſt in actu: & cauſa actus in compoſito eſt forma. et, cũ duo fuerint, quorum alterum eſt cauſa reliqui, illud, quod eſt cauſa, dignius habebit nomen. illud. n. non eſt cã ſecundi propter primum. verbi gratia res calidæ, quoniam non habent nomen caloris, niſi propter calorem ignis, qui eſt in fine. & ideo, cum fuerint plura, quę habent nomen idem propter aliud, illud aliud erit dignius habere illud nomen, & erit cauſa illorum.

Nomen nõ ſignificat rẽ, niſi ſcđm ꝙ eſt in actu. Cum fuerint duo, quorum alterũ eſt cã alterius, illud, quod eſt cã, dignius habebit illud nomen. conſimile. 2. Me.t.c.4.& 1. Poſt.tex.com.5. Vide contr. Zim.

Sed hæc ad aliud quidem aliquid conferunt, ad quæſtionem autẽ ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. etenim quod quid erat eſſe formæ, & act... adeſt. anima nanque & animæ eſſe idem eſt. homini vero & homo non idem, niſi & anima homo dicatur. ſic autem alicui quidem, alicui vero non. Non videtur itaque quærentibus, quòd ſyllaba ex elementis, & compoſitione ſit, neque domus lateres, & compoſitio. Et hoc r... ecte. Compoſitio enim & miſtio non eſt ex his, quorum eſt compoſitio, aut miſtio ſimiliter nec aliorum. vtputa limen poſitione, non ex limine poſitio, ſed magis iſtud ex illa. nec homo eſt ipſum animal & bipes, ſed aliquid eſſe oportet, quod præter hæc eſt, ſi hæc materia ſunt. ſed nec elementum, nec ex elementis, ſed ſubſtantia, quod materiam auferentes dicunt. Si itaque hoc ipſius eſſe cauſa, & hoc ſubſtantia, ipſam ſubſtantiam vtique non dicerent. Neceſſe autem eſt, aut ſempiternam hanc eſſe, aut corruptibilem, abſque eo quòd corrumpatur, & factam eſſe, abſque eo quòd fiat. Oſtenſum autem eſt, & declaratum in aliis, quòd formam nullus facit, neque generatur, ſed efficitur hoc: fit autem quod ex his. Si vero corruptibilium ſubſtantię ſunt ſeparatæ, nondum eſt manifeſtum: attamẽ quòd quorundam non contingit, patet, vt ea, quæ non poſſunt præter particularia eſſe, vt domum, aut vas.

Sed iſta in alio non diuerſantur, quærere vero ſubſtantiam ſenſibilem nõ diuerſantur omnino. illud enim, quod eſt per eſſentiam, ... per formam, & per actum. quoniam anima & animæ eſſe eſt idem... mo vero & hominis non, niſi dicatꝰ ꝙ anima eſt homo ẽt. & ſimili... in aliquo eſt, & in aliquo non eſt. Et non apparet quęrentibus ꝙ ſylla... ba eſt ex literis, & cõpoſitione: neq; ꝙ domus eſt lateres, & cõpoſitio... & hoc modo vr̃. Compoſitio enim & mixtio eſt ex eis, & non al... ſcđm hunc modum. & vt via, quoniã non eſt ex ſitu, neq; ſitus ex ... ſed hoc eſt ex illo. nec homo animal bipes, ſed oportet vt ſit alio... aliud a rebus mixtis. & ẽt materia non eſt elementum, neq; ex elemen... to, ſed eſt ſubſtantia, quã dicunt eſſe illi, qui negant materiam. S... tur cauſa eſſentiæ eſt ſubſtantia, ergo nõ dicunt ſubſtantiã eſſe ipſa... Ergo neceſſe eſt vt iſta ſint aut æterna, aut corruptibilia, abſque eo ... corrumpantur, & quòd ſint ſine generatione. Et declaratum eſt ... demonſtratum in iſtis quòd forma ex nihilo facta eſt, & non gene... tur, ſed fit hoc, & generatur illud, quod eſt ex iſtis. Et nondum eſt ... claratum, ſi ſubſtantiæ rerum, quæ corrumpuntur, ſint ſeparatæ, ...

A tātum declaratum est quòd hoc est impoßibile in quibusdam,& sunt omnia,quæ non possunt esse sine aliis,ut domus,& uas.

Id est,formæ vero,cū distinguuntur ab intellectu a materijs,inuenit eas aliud a subiecto,& aliud a composito ex eis & subiecto.cum autem intelligat congregatum ex eis,scilicet sensatum,inuenit eas idem in definitione , & non diuersa. Deinde induxit exemplum de hoc,& dixit.illud enim, quod est per essentiam, est per formam,&c.id est illud enim,quod significat animam, & illud,cuius est anima,est idem.illud vero,quod significat hominem,& illud,quod est forma hominis,non est idem,nisi esset verū dicere ꝙ anima est homo . & similiter est de definito omni cum suis partibus.apparet enim ꝙ sunt idem quodammodo,& nō idem alio modo. Deinde dixit. Et non apparet quærentibus , & cætera. id est & dicitur syllaba causa literę compositę: quia compositio literarum, & mixtio earum non est sine syllaba. Deinde dicit,vt via,&c.id est,vt via.quoniam , licet non sit ipse situs,neque situs ipsa via,tamen constituitur per situm. Deinde dicit.nec homo animal bipes,&c.id est nec homo est ipsa animalitas & multitudo pedum,sed est aliquid , quod disponitur per animalitatem , & per multitudinem pedum etiam tali modo,ꝙ non inuenitur in alio. Deinde dicit . & etiam B materia non est elementum,neque ex elemento,id est & signum eius ꝙ substātia,quę est forma,non est materia,est illud,quod declaratum est prius,scilicet ꝙ non est elementum , neque ex elemento,sed est substantia in rei veritate apud illos,qui negant materiam , & dicunt formas separatas esse. Et induxit omnia ista,ne obijceret ei aliquis ex dicentibus formas, dicendo ꝙ formæ & materiæ sunt eadem.& per hoc signum,ꝙ formæ prędicantur de materijs. Deinde dicit.Si igitur causa essentiæ,&c.id est si igitur causa quiditatis est substantia alia a substantia sensibili,scilicet forma,tunc non erit ipsa substantia sensibilis . & , cum ita sit,necesse est vt substantiæ,quæ sunt formæ,aut sint æternę non corruptibiles omnino,aut corruptibiles per accidens non essentialiter.& hoc intendebat,cum dicit,ergo necesse est vt ista sint aut ęterna,aut corruptibilia,& cætera. Deinde dicit.Et declaratum est,& demonstratum in istis ꝙ forma,&c.id est, & declaratum est ex dictis ꝙ,cum forma fuerit huiusmodi, non generatur nec corrumpitur:sed illud,quod generatur,& fit,est substantia demonstrata,& ex ea est generatio.sed non est declaratum adhuc,si istę substantię,quę generātur & corrumpuntur habeant formas separatas,aut quomodo est de hoc, sed est declaratū ꝙ impoßibile est in quibusdam vt formę eorum sint separatę, vt in rebus artificialibus.& hoc intendebat,cum d.si substantię rerum,&c.

Forma non generatur, sed compositum. Idē 7. Phy. 23. 26 27.& 32.

C Fortaßis igitur nec substantiæ sunt hæc ipsa , nec aliorum quicquam,quæcunq; non natura consistunt.naturam etenim solam profecto quis ponet eam,quæ in corruptibilibus est, substantiam . Quare dubitatio,quā Antisthenici,& hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid occasionis ut soluat,quòd non est ipsum quid est definire(definitionem enim longum esse sermonē)sed quale quid est contingit etiam docere.quemadmodum argentum quid est , non: quod autem quale stannum. Quare substantiæ est quidem,cuius contingit definitionem & rationem esse,utputa cōpositæ,siue sensibilis,siue intellectualis sit ex quibus autem hoc primis,non est: siquidem aliquid de aliquo significat ratio definitiua: & oportet hoc quidem ut materiam,illud uero ut formam esse.

Et rectum est ut ista sint neque substantiæ etiam,neq; aliquid hoc, neq; aliquid omnium partium est,quæ non constituunt per naturam. rectum est igit ut aliquis ponat naturam tantum esse substantiam in rebus , quæ corrumpuntur , & est quæstio difficilis , quam interro-

gabat Antisthenes in aliqua hora, non secundum curialitatem. im-
posibile enim est vt sit definitio entis quid sit. definitio enim est ser
mo longus. sed imposibile enim est definire aliquid quale sit, & qua-
le scitur per qualitatem. vt cyphus, quoniam imposibile est vt scia-
tur quid sit, sed est quasi vas. Ergo in substantiis est quædam substan-
tia, quæ posibile est vt habeat definitionem, & sermonem, vt substan-
tia composita, siue fuerit sensibilis, siue intelligibilis. illa autem ex
quibus est ista substantia prima, imposibile est vt habeant hoc cum
sermo definitionis significet aliquid de aliquo: & oportet vt quædam
sit quasi materia, & quædam quasi forma.

5 Quia induxit exemplum in materijs & formis de rebus artificialibus, inte[...]
declarare ꝙ nulla forma artificialis est substantia, nedum vt sit separata. & d. [...]
rectum est, &c. id est rectum est vt formę artificiales non sint substantię, neq;
etiam res demonstratę, ita ꝙ sint vnum, sicut est dispositio in substantijs natura-
libus. D. d. neq; aliud omnium partium est, &c. i. & intendit neq; vt maior pa[...]
formę naturalis sit separata. & hoc intēdebat, cum d. rectum est igitur ponere [...]
turam, &c. D. incœpit dicere quęstionem, quam quęrebat quidam famosus ap[...]
eos dubitando, & d. Et est quęstio difficilis, &c. & d. non curialiter, quia igno[...]
bat ꝙ definitio non est omnium rerum. & intendit per curialitatem, Logi[...]
D. d. solutionem illius quęstionis, & d. imposibile enim est, &c. i. & quęstio h[...]
rum est ꝙ, si omnia habeant definitiones, definitio habebit definitionem, & [...]
procedetur in infinitum. et d. dissoluendo. imposibile enim est vt sit definitio en-
tis, &c. i. imposibile enim est vt formę vltimę in definitionibus habeant defini-
tionem. qm̄ formę vltimę sunt simplices, & definitiones sunt compositorum. defi-
nitiones enim rerū sunt ex materijs et formis. v. g. cyphus, qui definitur per hoc
ꝙ est vas talis qualitatis, i. talis formę. D. d. Ergo in substantijs, &c. & intendit
composita ex materia & forma. & intendit per intellecta Mathematica. D. [...]
illa autem, ex quibus est ista substantia. & intendit per illa, ex quibus est substan-
tia primo, materiam & formam, s. ꝙ imposibile est ut forma aut materia habe[...]
definitionem. Definitio enim est sermo, in quo disponitur aliquid per ali[...]
forma vero & materia vtraq; significat idem: & neutra diuiditur in disposi[...]
nem & dispositum. D. d. & oportet vt quędam sit quasi materia, et quędam q[...]
forma, id est & in definitione oportet vt sit aliquid, quod significet formam: &
aliud significans, quod est quasi materia.

Definitiões sunt cōpositorū ex materijs, & formis, consule infra c. vlti. & 7. Meta. com. 40.

Caput Quintum. Quo pacto substantiæ numeri dici possunt.

Quo pacto substātię numeri sint.

MAnifestum autem hoc etiam est, ꝙ si aliquo modo sub-
stantiæ numeri sunt, ita sunt: & non, quemadmodum
quidam dicunt, vnitatum. Nam & definitio numer[...]
quidam est, diuisibilis etenim, & in indiuisibilia. non [...]
infinitæ rationes. numerus vero tale quid est. Et quem-
admodum de numero, ablato aut addito aliquo, ex quibus numerus
est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum
auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse [...]
amplius, ablato aliquo aut addito. Et numerum oportet aliquid es[...]
quo vnus, quod nunc non habent dicere quo vnus, si vnus est. aut [...]
non est, sed quasi congeries: aut si est, dicendū est quidnam illud [...]
quod unum ex multis facit. Et definitio una est. similiter aūt nec h[...]

A dicere habent.& hoc merito accidit. eiusdem enim rationis & substā tia est,& vnum:non,vt quidam aiunt,vt vnitas quædam existens,aut punctum,sed actus & natura quædam vnaquæque. Et quemadmodū nec numerus habet magis & minus,ita neque substantia, quæ secundum formam est. sed,si est quidem,ea est, quæ secundum materiam est. De generatione igitur, ac corruptione dictarum substantiarum, quomodo accidit, quoque modo impossibile est, deque reductione ad numerum hactenus determinatum sit.

Et manifestum est,ꝙ si substantię sint etiam numeri,ꝙ sunt huiusmodi.non sunt igitur,sicut quidam dixerunt ex vnitatibus. Definitio enim est aliquis numerus,quia diuiditur in res indiuisibiles.definitiones enim non sunt infinitæ.& numerus est tale.Et,quēadmodū, quādo ab aliquo numero diminuitur aliquid,aut ei additur aliquid eorum,ex quibus est numerus,tunc primus numerus nō remanebit idē,
B sed fiet alius numerus,licet diminutum,vel additum sit valde modicum,similiter non remanebit definitio,neque illud, quod est per essentiam,postquam diminuitur ab eo aliquid,aut ei additur aliquid. Et oportet vt numerus sit aliquid,quasi illud, quod est nunc: & non possunt dicere per quod est vnum.si igitur fuerit vnum,aut non erit, sed est sicut cumulus:aut si fuerit,dicatur quod facit vnum ex pluribus.Et definitio etiam,si est vna, oportet eos dicere in ea simile dicto.sed non possunt dicere etiam.& recte accidit hoc. vnum.n.vnius definitionis,sed quod est vnum per substātiam. secundum igitur hūc modum est vnum, & non sicut quidam dicunt ꝙ aliqua vnitas aut aliquis punctus,sed est actio,& est aliqua natura simplex. Et quemad modum in numero non est magis & minus,& similiter neque in substantia,quæ est quasi forma,nisi sit substantia, quæ est cum materia. Sit igitur ista distinctio in generatione & corruptione substantiarū, quæ dicuntur,& quomodo est posibile,& quomodo non,& in attri-
C butione earum numero.

Idest,Et est manifestum ꝙ,si substantiæ sunt cōpositæ ex numeris, sicut qui- 10
dam dicunt,necesse est vt numerus,ex quo componuntur, sit genus & differentia. & ꝙ hoc intendebat modo,cum diximus eas esse compositas ex numeris. Deinde d.non sunt igitur sicut quidam dicunt ex vnitatibus.i.&,cum intelligēdum fuerit hic ex numero hoc, hoc non est dicendum ꝙ iste numerus, ex quo componuntur entia,est compositus ex vnitatibus,sicut dixerunt fingentes ꝙ natura substantiarum est numerus: sed iste numerus debet componi ex genere & differentia.Et,cum narrauit ꝙ,si dicatur ꝙ principium entiū est numerus, oportet intelligere numerum,qui est in definitione,nō numerum compositum ex vnitatibus,incœpit dicere similitudinem, quæ est inter numerum & inter definitionē,& d.Definitio.n.est aliquis numerus,quia diuiditur in res indiuisibiles etiā.i. definitio assimilatur numero,quia definitio diuiditur in res indiuisibiles,sicut numerus diuiditur in res indiuisibiles.sed differunt in hoc:quoniam illud,quod non diuiditur in numeros,est vnitas,& in definitione est genus & differentia. D.d. definitiones enim non sunt infinitæ,&c. i.definitio enim,quæ diuiditur,non diuiditur in infinitū,sed peruenitur in diuisione ad indiuisibilia,s.ad partes vltimas definitionis.& intēdebat per hoc declarare ꝙ definitio magis assimilatur naturę

numeri, ꝙ diuiditur semper in indiuisibilia. Deinde dicit. & numerus est tale, quia in diuisione peruenitur in eo ad indiuisibilia, s. vnitates. Deinde incœpit inducere alium modum similitudinis, & d. Et, quemadmodum, quando ab aliquo numero, &c. i. & quemadmodum, quando alicui numero additur vnum, aut ab eo diminuitur vnum, transfertur ad aliam naturam numeri, similiter definitiones compositæ ex primo genere & pluribus differentijs, quando ab eis diminuitur aliqua differentia transfertur definitio ad definitionem alterius naturæ: & similiter cum additur in eis aliqua differentia. Verbi gratia, quoniam, cum dixerimus in definitione animalis ꝙ est corpus nutribile sensibile, si diminuerimus vltimam differentiam, remanebit definitio vegetabilium. &, si additur alia differentia, scilicet rationabile, fiet definitio hominis. Et similiter quatuor, cũ eis additur vnum, fient quinque: & cum ab eis diminuitur vnum, fiunt tres. Et, cum induxit similitudinem inter numerum & definitionem, incœpit dare modum, secundum quem differunt, & dixit. Et oportet vt numerus sit aliquid, &c. i. sed, si entia componuntur ex numeris, oportet dicentes hoc dicere quomodo ex numeris sit vnum, & per quid sit vnum. sed hoc non possunt dicere: quia numerus componitur ex vnitatibus discretis. Deinde dicit. si igitur fuerit vnum, aut non erit, sed est sicut cumulus, &c. i. quoniam vnumquodque entium, cum non fuerit vnum sicut cumulus congregatus, necesse est dicere per quid sit vnum, s. quomodo illud, quod congregatur ex vnitatibus, sit adunatum. hoc enim non possunt facere. Deinde dicit. Et definitio etiam, si fuerit vna, oportet eos dicere in ea simile dicto. i. vt mihi videtur, & definitio etiam, si fuerit composita & vna, oportet eos dicere quomodo sit vna. idem enim sequitur in hoc. Deinde dicit. vnum enim vnius definitionis, &c. i. nos autem dicimus ꝙ vnũ, quod significat definitio vna, est vnum per substantiam, quæ est forma, scilicet per vltimam formam & vltimam differentiam. Deinde dicit, secundum igitur hunc modum est vnum, &c. idest, & non dicitur definitum demonstratum esse vnum, sicut dicitur in vno numerali, quod est principium numerorum, & sicut dicitur in puncto, s. ꝙ nullum habet esse, nisi hoc, quod est indiuisibile: immo illud, quod est demõstratũ, est vnum per [illegible] nem vnam existentem in eo, & vnam naturam: quia est vnum secundum formam. Deinde induxit tertiam similitudinem inter definitiones, & numeros, et d. Et quemadmodum in numero non est magis & minus, ita neque in substantia, quæ est quasi forma, &c. idest, & quemadmodum forma numeri, verbi gratia trinitas & quaternitas, non recipit magis aut minus, s. ꝙ non est trinitas magis trinitas quam alia trinitas, neque dualitas magis ꝙ̃ alia dualitas, ita forma substantialis non recipit magis & minus. non. n. est homo maioris humanitatis ꝙ̃ alius homo secundũ formã: sed, si fuerit, erit secundũ ꝙ forma est in eo in materia. Deinde dicit. Sit igitur ista distinctio, &c. i. & istam distinctionem oportet scire, & de generatione earum declarare illud, quod est possibile, & illud, quod est impossibile in hoc, & quomodo assimilantur in hoc numeris, & quomodo differũt ab eis.

Forma substantialis nõ recipit magis & minus. instãtia de elemẽtis. 3. cœ. cõ. 67. Vide con, Zim,

Caput Sextum. De materiali rerum principio, eodem, ac diuerso: agenteque etiam & quo pacto ad quærentẽ causam per omnia causarum genera sit respondendum.

Materia omniũ vna cõmunis, cuiusque aũt propria.

DE materiali vero substantia oportet non latere, quod etsi ex eodem omnia primo, aut eisdem tãquam primis, & eadem sit materia, vt principium illis, quæ fiunt, est tamen quædam cuiusque propria. pituitæ prima materia, ipsa dulcia aut pinguia: bilis vero, amara, aut aliqua alia. Fortassis autem hæc ex eodem. Fiũt autem plures materię eiusdem, cum alterius altera sit. vtputa pituita ex pingui & dulci, si pingue ex dulci: ex bili vero esse, ob resolutionem in primam materia

A Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eo quòd præcedet, aut quoniam ex eo quòd resolutum fuerit in principium. Contingit autem, vna existente materia, diuersa fieri propter mouentem causam: vt ex ligno fit arca, & lectus. Quorundam autem diuersa materia necessario, diuersis existentibus. vtputa serra nūquam fiet ex ligno. nec est hoc in causa mouente. non enim faciet serram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere.

Cōtingit ex vna materia diuersa fieri pp mouentē causam.

In substantia vero materiali oportet nos non ignorare, quoniam si omnes sunt ex eodem, tamen ex propriis vnicuique. ut phlegma, & cholera. phlegmatis enim sunt calida, & unctuosa: choleræ aūt amara, & alia talia. Et rectum est ut ista sint ex eodē. Et erunt plures materiæ ex eodem, cū materia unius fuerit ex altero. ut materia phlegmatis ex unctuoso, & unctuosum ex dulci, si unctuosum est ex dulci: ex*calida autem, cholera soluitur in primam materiam. Quoniam

B duobus modis erit hoc ex hoc, aut ut præcedat ad ipsum, aut ut soluatur & ueniat ad primum principium. Et possibile est ut sit materia una, & ut res diuersæ sint causæ mouentes. uerbi gratia ut ex lignis fiat arca, aut scamnum. Et in quibusdam rebus materia est diuersa, & necesse est ut sit diuersa etiam. serra enim non fit ex lignis, & non est hoc ad causam mouentem. non enim pōt facere serram ex lana aut ex ligno. Illud enim est, quod potest facere hoc ex alia materia.

** a. l. ex cholera.*

Idest, substantiæ vero materiales diuersæ oportet nos non ignorare, quoniam & si omnes resoluuntur in vltimo in vnam materiam, tamen vnaquæque earū habet materiam propriam propinquam verbi gratia phlegma, & cholera. materia enim vtriusque propinqua differt a materia alterius. materia enim phlegmatis est cibus vnctuosus & dulcis: materia vero choleræ est cibus amarus & acutus. & hoc intendebat cum d. vt phlegma, & cholera, &c. Deinde dicit. Et rectū est vt ista sint ex eodem. s. ꝙ ista cibaria diuersa attribuantur causę vnius materiæ. Deinde dicit. Et erunt plures materiæ, &c. i. & erunt etiam plures materiæ ex eadem materia alio modo. i. ꝙ ex prima materia fiat alia materia, & ex illa alia aliqua, donec perueniatur ad vltimam materiam. Et quasi dicat ꝙ ex vna 12

C materia fiunt plures materiæ duobus modis: aut ꝙ sint in eodem ordine, sed diuersantur secundum magis & minus, verbi gratia dicere ꝙ materia liquabilium est aqua: aut ꝙ sint in ordinibus diuersis, s. vt quædam sint materia quarundam, scilicet prima secundæ, & secunda tertiæ, & tertia quartæ. Deinde dicit. vt materia phlegmatis ex vnctuoso. i. & materia si fuerit abinuicem, vt phlegma a cibis vnctuosis, & vnctuosum ex dulci, si vnctuosum fit ex dulci: qm̄ hoc non est manifestum in hoc loco. materia vero choleræ est res amara. & res amara est prima materia, quæ est terrestris combusta. & hoc d. proprie de amaro, quoniam existimatur resolui in primū elementum mediāte alia materia. & ideo d. ꝙ amaræ resoluuntur in primum elementum. Deinde dicit. Quoniam duobus modis erit hoc ex hoc. i. & illud, quod est ex materia, vtrunque generatur a reliquo: sed vltimū ex primo erit. *quoniam primum transmutatur in illud: primum autem ex vltimo est, *quoniam vltimum resoluitur in illud. verbi gratia quoniam generatio ligni ex quatuor elementis fit, quando ista elementa transmutantur in lignū: & ista generātur ex ligno, quoniā lignum resoluitur in ipsa apud corruptionem. Deinde dicit. Et possibile est vt materia sit vna, &c. i. possibile est vt materia sit vna, & vt sit ex rebus pluribus diuersis non propter materiam. quoniā, cùm materia fuerit vna, & motor fuerit vnus, & de necessitate generatum erit vnum. quēadmodum, si materia fuerit diuersa, & motor diuersus, generata erūt diuersa.

** a. l. quādo*

** a. l. quādo*

Quãdo materia fuerit vna & motor vnus, de necessitate gñatum erit vnum. Vide 12. Me. c. 11.
a In artificialibus solũ cõtigit ex vna materia fieri diuersa pp diuersitatem agẽtis. Quære cãm. 3. de Aïa. cõ. 18.
b In entibus naturalibus quælibet forma habet materiã propriã. Vide idẽ. 8. Phy. cõ. 46.

Quando aũt materia fuerit vna, genera possunt esse diuersa propter diuersitate[m] mouentium.& hoc non inuenitur nisi in rebus artificialibus. a v.g.quoniam arca,& scamnum sunt ex ligno,& differunt propter diuersitatem duarum artium. Et cum narrauit ꝙ diuersitas entium prouenit quandoque ex diuersitate motoris,s. agentis,& quemadmodum materia recipit formas diuersas narrauit ꝙ hoc non sequitur in omnibus,quoniam quædam formæ sunt,quæ non recipiuntur nisi ab vna materia,& d.Et in quibusdam rebus,&c.i. & in quibusdam rebus diuersis diuersatur materia necessario propter diuersitatem formæ. Deinde dedit exemplum de hoc,& d. serra enim,&c.i.quoniam,si fuerit ex ligno,non habebit actionem serræ. Deinde dicit.& non est hoc ad causam mouentem, &c.i.& causa mouens non potest hoc facere, s.facere formam in qualibet materia, sed in materia propria. Et hoc,quod d.ꝙ quædam materiæ recipiunt formas diuersas,& quædam formæ non recipiunt nisi vnam materiam, verum est in entibus artificialibus.in entibus b autẽ naturalibus quælibet forma habet materiã propriam.sed,quia in hoc loco sermo est vniuersalis,contentus est hac diuisione.

Patet ꝙ principium & ars,quæ est vt mouens, eadem est. etenim, si materia diuersa & mouens,& ipsum quod factum est.Cum itaque quisquam quænam sit causa quærat,quoniam multipliciter causæ dicuntur,omnes cõtingẽtes causas dicere oportet.Vtputa hominis,quæ causa vt materia?nempe menstrua.quæ vero vt moués?nempe semé. quæ vero vt forma?quod quid erat esse. quæ autem vt huius causa? finis.fortassis autem hæ ambæ idem sunt. Oportet autem proximas causas dicere.quæ materia,non ignem vel terram, sed propriam. In naturalibus igitur & generabilibus substantiis necesse est ita procedere,siquis recte procedet:siquidem hæ,totque causæ sunt, & oportet causas cognoscere.De naturalibus autem, sed perpetuis substantiis alia ratio est.fortassis etenim quædam non habent materiam,aut non talem,sed solum quæ secundum locum mobilis est.Nec quæcunque natura quidem,non autem sunt substantiæ,his materia est, sed quod subiicitur substantia.vtputa quæ causa eclipsis? quæ materia.non est,sed Luna est,quæ patitur.quæ causa vt mouens, atque corrumpẽs lumen? terra.

Manifestum est igitur ꝙ artificium est principium, quod mouet, quoniam,si materia fuerit alia & motor,& factum etiam. Cum igitur aliquis quæsiuerit quæ est causa,cum dicitur multipliciter, oportet dicere omnia,quæ possunt esse causæ,vt causa hominis, sicut materia,s.mẽstruum.& causa,quæ est quasi motor,sperma.& causa, quæ est quasi forma,est istud,quod est per essentiam.& causa,quæ est sicut illud,propter quod est complementum. & forte hæc duo sunt idem. Et oportet dicere causas propinquas,scilicet materiales, non vt ignẽ & terram,sed materiam propriam.Necesse est igitur in substantiis naturalibus generabilibus etiam ire hac via,si aliquis voluerit date definitionem sane: cum istæ causæ sint hæ numero,& oportet scire causas. In substantiis vero naturalibus,sed æternis est alius sermo. necesse est igitur vt quædam non habeant,& vt non sint tale,sed erit motum in loco tantum.Et non illa,quæ sunt per naturam, & non habẽt aliquam materiam,sed substantia eorum est subiectum. vt causa eclip-

A non est aliqua materia,sed Luna,quæ patitur est aliqua causa, sicut causa motus,& causa amittendi lumen est terra.

Et est manifestum ꝙ artificium est principium mouens & agens. Deinde di- 12
cit.quoniam si materia,&c.i.& est manifestum ꝙ,si materia fuerit alia ab arti-
ficio,motor erit aliud a materia,& similiter artificiatum est aliud a materia & a
motore.Et,cum d.ꝙ hæc tria sunt diuersa, incœpit dicere quot sunt modi cau-
sarum quærendarum in causato,& d.Cum igitur aliquis quæsiuerit,&c.idest,&
quia causæ dicuntur multipliciter, oportet nos, quando voluerimus cognoscere
aliquid per suam causam,scire omnes modos causarum existentium in illo, &
tunc perficietur nobis scientia eius. Deinde dedit exemplum,& d.vt causa ho-
minis,sicut materia.idest,verbi gratia,quoniã nos videmus in homine quatuor
causas,causam,s.materialem, quæ est sanguis menstruus: & causam mouẽtem,
quæ est sperma maris: & causam,quæ est secundum formam,& quæ dat quidita
tem rei,per quam est: & causam,propter quam est generatio,s.finis & comple-
mentum.oportet igitur quando voluerimus scire hominem vere, vt sciamus per
istas causas quatuor. Deinde dicit. & forte hæc duo, &c.i.& intendit causam
formalem & finalem.forma enim vltima in generatione est illud, propter quod
generatur ens.sunt igitur vnum in subiecto,& duo secundum modum.& hoc in-
B tendebat,cum d.sunt idem,i.secundum subiectum. Deinde dicit. Et oportet dice
re causas propinquas,&c.i.& oportet quærere primo in re cognitionem causarũ
propinquarum non remotarum.verbi gratia quoniã,si quæsiuerimus causam ho-
minis,quæ est causa materialis,non oportet quærere causam remotam, vt qua-
tuor elementa,quæ sunt causæ materiales remotæ:sed oportet quærere materiã
propriam,& est sanguis menstruus.Deinde d.Necesse est igitur in substãtijs,etc.
idest,& est manifestum ꝙ in substantijs naturalibus generabilibus & corrupti-
bilibus quærendæ sunt omnes istę causæ,si aliquis voluerit ire in cognitionem
earũ vera via:cum istæ causæ quatuor sunt causæ omnium generabilium & cor
ruptibilium,& numerus earum sit iste numerus.& est necesse quærere omnes
causas rei,cuius est cognitio quærenda. & si non. cognitio eius esset diminuta.
Deinde dicit.In substantijs vero naturalibus,&c.& intendit corpora cœlestia.
& cum d.rectum est vt quædam non habeant materiam, non intendit quædam
corporum cœlestium:omnia enim non habent materiam:sed intendit elementa,
quæ sunt æterna secundum totum,& generabilia & corruptibilia secundũ par-
tem,vt dictum est in naturalibus. Materia enim in rei veritate, cuius esse est in
potentia,non inuenitur nisi in substantijs generabilibus & corruptibilibus.Sub-
stantiæ vero æternæ, quia in eis non est potentia ad corruptionem,nõ est in eis
materia,sed materia eorum est aliquid existens in actu, scilicet corpus. ideo di-
C gnius habent hoc nomen subiectum,quam hoc nomẽ materia. Et, cũ narrauit ꝙ
substantiæ naturales æternę non habent materiam,quæ sit in potentia, cum nõ
habent generationem & corruptionem,incœpit dare modum, secundum quem
dicitur istas habere materiam,& d.& vt non sint, &cæ.i. & non debet aliquis
dicere eas habere materiam propter potentiam,quæ est in eis in loco. omne.n.
motum in loco est corpus habens potentiam in vbi: quoniam , quemadmodum
transmutatio in substantia fecit nos scire materiam primam esse,ita transmutatio
in loco fecit nos scire ꝙ corpora cœlestia sunt habentia potentias in vbi. Et,cũ
narrauit ꝙ istę substantiæ cœlestes non habent materiam,i.quia non sunt com-
positæ ex materia & forma,sed ex corpore & forma animata intelligibili, non
ita ꝙ anima sit res animata,non ita ꝙ illic est aliquid, quod animatur per ani-
mam,aut viuit per vitam,sed sunt animata per se, & viua per se: omne.n.quod
viuit per vitam est generabile & corruptibile.& ideo d. Themistius ꝙ Sol,
Luna,& stellæ aut sunt formæ sine materijs,aut habent materias per æquiuo-
cationem,sicut est dispositio in materia intellectus. Et,cum narrauit hoc de mat[illegible]
corporum cœlestium,incœpit narrare etiam ꝙ accidentia,quæ apparent in i[illegible]
non sunt qualitates passiuæ,quæ faciunt subiectum transmutari, & alterar[illegible]
contrario in contrarium,verbi gratia corpus alterari a calido in frigidum

ſa enim iſtius alterationis eſt materia, quæ eſt in potentia. Et d. Et non illa, quæ ſunt per naturam, &c. i. & accidentia, quæ ſunt naturaliter in iſtis corporibus, quæ non habent materiam, quæ ſit in potentia, non indigent materia tali: ſed indigent materia, quæ ſit ſubiectum tantum, ſ. in actu, vt cauſa eclipſis materialis, eclipſis enim non indiget vt fiat materia in potentia. & hoc intendebat, cum d. non eſt materia aliqua. i. vt cauſa eclipſis materialis. quoniam non eſt materia aliqua, i. in potentia, ſed Luna eſt cauſa materialis, non ita ꝙ patiatur in ſua ſubſtantia, vt accidit in qualitatibus paſsiuis, ſed ita ꝙ tranſmutetur in loco tantum, & hoc intendebat, cum d. ſed cauſa, ſicut cauſa motus. i. ſed Luna eſt cauſa materialis eclipſis, ſicut corpus eſt cauſa materialis motus in loco. Eſt enim propria huic materiæ, quoniam non tranſmutatur in ſe per ſuam tranſmutationem in loco: &, quia iſta tranſmutatio eſt abſciſsio luminis a nobis. D. & cauſa amittendi lumen eſt terra. i. hoc, ꝙ terra interponitur inter nos & Solem apud eclipſim. Luna enim, quando tranſmutatur in loco, donec cadat in vmbram terræ, abſcindetur lumen ab ea.

Cuius uero cauſa forſan non eſt. quæ uero ut forma, ratio: ſed non manifeſta ratio, niſi cum ipſa cauſa ſit. vtputa, quid eclipſis? priuatio luminis. ſi vero addatur a terra in medio interpoſita, hæc eſt cum ipſa cauſa ratio. De ſomno vero nõ eſt manifeſtũ quid eſt primũ, quod patitur. ſed nunquid animal? ita. attamen hoc ſecundũ aliquid. & quod primum, cor, an aliquid aliud? deinde, a quo? deinde quæ paſsio, quæ illius & non totius? quia talis immobilitas, ita. ſed hæc, eo quòd aliquid patiatur ipſum primum.

Et rectum eſt vt non ſit cauſa, quæ eſt propter quid, & cauſa, quæ eſt quaſi forma & definitio. ſed ſermo, ſi non fuerit cum cauſa, non erit manifeſtus. verbi gratia ꝙ eclipſis eſt priuatio luminis. & ſi addetur eſſe ex terra, quia ſit in medio, hoc erit ſermo cauſæ. Et ſimiliter in ſomno non erit manifeſtum quid ſit primũ patiens. ſed eſt manifeſtum ipſum eſſe animal. ſed quærere hoc, & quid ſit primũ, vtrũ cor, aut aliud, deinde per quod, deinde quæ ſit paſsio, quæ accidit ei, & non eſt totius. ſomnus enim eſt aliqua quies talis. ſed hæc erit primo paſsio in aliquo.

13 Et rectũ eſt vt cã, quæ eſt forma, & cauſa, pp quã eſt forma, non ſint eædem licet illa, ꝑpter quã eſt forma, multũ intret definitiones perfectas, quæ dñr [illegible] mutatę demõſtrationes in ſitu. Et innuit hoc, ne cauſæ admiſceantur. D. d. ſed ſermo, &c. i. ſed definitio, ſi nõ continuerit cauſam, propter quam inuenitur forma, tunc definitio nõ erit manifeſta, neq; perfecta. D. dedit exẽplũ, & d. v. g. ꝙ eclipſis eſt priuatio luminis. i. cum homo fuerit contentus a tali definitione in cognitione eclipſis, erit cognitio diminuta, licet teneat formam, quæ eſt priuatio luminis. poſsibile. n. eſt vt priuatio luminis ſit per aliquod contingens ipſi in ſe. Et cũ dr̃ propter interiacentiam terræ ipſi, & Soli, tũc perficitur cognitio eclipſis. & hoc intendebat cũ d. & ſi additur, &c. i. &, ſi fuerit additũ in hac definitione ꝙ priuatio luminis eſt ex terra, quia interiacet ipſam, & Solem, tunc inducetur definitio, quæ continet cauſam agentem eclipſis, & formã eclipſis. Deinde induxit aliud exẽplũ de ſomno, & d. Et ſimiliter in ſomno, &c. i. Et ſimiliter. ſi contenti fuerimus in definitione ſomni ex hoc, ꝙ eſt quies aĩalis, nõ erit manifeſtum ex hoc quid ſit primũ patiẽs recipiens iſtã quietẽ, quę eſt ſomnus: vtrũ ſit cor, aut cerebrũ. & ſecũdũ hunc modũ erit definitio diminuta. D. incœpit dicere eia, quæ oportet inducere in hac definitione, & d. ſed quęrere hoc, & quid ſit primũ, vtrũ cor, aut aliud. i. ſed remanet, poſtquam induxerimus hãc definitionẽ, net [illegible] quare accidit iſta quies ſenſibus animalis, & dicetur propter paulationẽ, & quid

A sit materia, in qua accidit ista causa primo, v.g. cũ dicatur ꝙ est cor. & ex quo accidit, v.g. vt dicatur propter cibum. & quid sit passio, ꝓpter quã accidit, v.g. quia frigus. D.d. & nõ est totius. i. qm̃ oportet notificare de somno quare non est omnis aĩalis, aut omnis habẽtis animã. D.d. somnus enim est aliqua quies, &c. i. definitio. n. somni completa & perfecta est, quies, quæ est omnibus his dispositionibus. D.d. sed hęc erit primo passio in aliquo. i. est. n. quies ꝓpria, quę accidit a passione ꝓpria in mẽbro ꝓprio, & a recipiẽte proprio, & pp causam propriam.

Caput Septimũ. Non omnia cõtraria uicissim fieri, nec omniũ esse materiam. & quo pacto materia cuiusq; ad contraria se habeat.

Cum autem quædam absque generatione & corruptione sint, & non sint. vtputa puncta si sint quidem, & omnino species & formæ (non enim albedo fit, sed lignum album, si ex aliquo & aliquid fit omne, quod fit) profecto non omnia contraria fiunt vicissim, sed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine. Nec omnium
B materia est, sed quorumcunque generatio, & transmutatio inuicem sunt. quæcunque vero absque eo ꝙ transmutentur sunt, aut non, horum materia non est. Habet autem dubitationem, quonam modo ad contraria cuiusque materia se habeat. vtputa, si corpus potentia sanum, contrarium vero sanitati infirmitas, vtrum ambo potentia. & aqua potentia vinum & acetum. An huius quidem secundum habitũ & secundum formam materia est, illius vero secundum corruptionẽ & priuationem præter naturam. At quædam dubitatio est, cur vinum non sit materia aceti, neque potentia acetum, tametsi fiat ex eo acetum. & viuens potentia mortuus. An non, sed secundum accidẽs corruptiones. Ipsa vero animalis materia secundum corruptionem mortui potentia & materia. aqua quoque aceti est. fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. & quæcunque ita inuicem transmutãtur, ad materiam oportet redire. Vtputa si ex mortuo animal, primũ ad
C materiam, deinde animal: & acetum ad aquam, deinde vinum.

Cum igitur quædam res sint, & non sunt sine generatione & corruptione, vt puncta si fuerint, & modo vniuersali forma (quoniã non est album, sed lignum album, si omne generatum est ex aliquo, & erit aliquod album) non igitur erunt omnia contraria adinuicem, sed alio modo. vt homo albus ex homine nigro, & album ex nigro. Neque materia cuiuslibet rei, sed quæ habent generationem, & transmutationem transmutantur adinuicem. omnia autem, quæ sunt absque eo quòd transmutantur, aut non sunt, horum nõ est materia. Sed in hoc est quæstio, & est quomodo materia cuiuslibet rei est ad contraria. vt dicimus, si corpus in potentia est sanum, & infirmitas est contrarium sanitati, est igitur vtrunque in potentia. & aqua in potentia acetum, & vinum. Et materia in quibusdam est secundum habitum & formam, & etiam in quibusdam secũdum priuationem, & corruptionem naturalẽ. Quæstio vero est cuius sit, & qua-

re vinum non est materia aceti, neque est acetum in potentia, etsi ex eo fiat acetũ. & vtrũque est viuũ in potẽtia, mortuũ in primo. Sed corruptio erit accidentaliter. Materia vero animalis est materia corruptionis potẽtia mortui, & materia eius. & similiter in aceto. acetum est ex eo, sicut nox ex die. & omnia, quæ transmutantur adinuicem, sunt secũdũ hunc modum. oportet igitur reuerti ad materiã rei. v.g. vt ex mortuo fiat viuũ, oportet primo peruenire ad materiã, deinde ad viuum: & acetum primo ad aquam, & post ad vinum.

14 ET, cum quędam sint existentia per generationem veram, & non existentia per corruptionem veram, & non sunt generabilia & corruptibilia per [illegible] dens, vt puncta, & vniuersaliter formæ. vniuersalia enim non generantur. non enim generatur album vniuersale, sed generatur lignum album singulare aut lapis albus. & sic necesse est vt omne generatum essentialiter, & ex substantia, generetur ex aliquo, s. materia, & ꝙ ipsum sit etiam in se aliquid. & totum dictum est in tractatu pręcedenti. D. d. non igitur erunt omnia contraria, &c. &, cum sit hęc generatio essentialis: & generatio fit ex contrarijs: manifestum est ꝙ non omnia generantia fiunt ex seinuicem, sed ex contrarijs terminatis. [illegible] mo albus ex nigro, & vniuersaliter quę sunt in eodem genere, non quę sunt in generibus diuersis. non enim generatur album nisi ex nigro, non ex calido, frigido, aut humido aut arido. Deinde dicit. Neque materia cuiuslibet rei, &c. i. [illegible] inuenitur materia vna communis vnicuique rerum naturalium, nisi ex rebus habentibus generationem & corruptionem. & hoc declaratum est in naturalibus. & ex hoc verificatur ꝙ prima materia rerum generabilium & corruptibilium est eadem, s. quia omnia generabilia & corruptibilia alterantur adinuicẽ. Deinde dicit. omnia autem, quę sunt absque eo ꝙ transmutantur, &c. & intẽdit corpora cœlestia. & intendit per transmutationem, illam, quę est in substãtia, & qualitatem alteratiuam. istę enim duę transmutationes sunt impossibiles in corporibus cœlestibus. Et, cum d. ꝙ eadem materia est vtrique contrariorum, [illegible] dubitare de hoc, & quęrere vtrum est in eis eodem modo, ita ꝙ, cum alterum duorum contrariorum fuerit in actu, erit reliquum in potentia, & ex quo contingit vt omnia contraria ęqualiter transmutentur in inuicem, quod dixit in principio huius libri, & dixit. Sed in hoc est quęstio, &c. i. sed in generatione [illegible] rum & ex elemẽto communi est quęstio, vtrum omnis materia accipiat duo contraria, ad quę potest ęqualiter: ita ꝙ, cum alterum fuerit in eo in actu, reliquum erit in potentia. vt dicimus ꝙ corpus recipiens sanitatem recipit ęgritudinem, scilicet ꝙ sanum reuertitur in infirmum, & infirmum in sanum, quoniam, cũ alterum fuerit in actu, reliquum erit in potentia. & hoc intendebat, cum d. [illegible] mus, si corpus in potentia fuerit sanum, &c. i. v.g. si posuerimus aliquid esse in potentia aliud, & illud aliud habeat contrarium, i. oppositum, necesse est vt [illegible] sit in potentia, sicut duo contraria: & ꝙ, cum alterum fuerit in actu, & [illegible] contrarium erit in potentia. verbi gratia vt aliquis ponat ꝙ corpus animalis [illegible] cipit ęgritudinem, &, cum alterum fuerit in actu, erit reliquum in potentia. & similiter, si posuerit aliquis aquam esse in potentia acetum & vinum, & [illegible] acetum esse oppositum vino: quoniam necesse est vt aqua sit in potentia [illegible] & vinum eodem modo: ex quo contingit acetum reuerti in vinum, sicut [illegible] in sanum. hoc autem non est verum nisi in veris contrarijs. & non est [illegible] omnibus formis oppositis, scilicet quarum quędam est via quarundam [illegible] dens, vt corpus formę vini ad formam aceti. istę enim duę formę sunt [illegible] cum altera sit corruptio reliquę. Et ideo d. Et materia in quibusdam est [illegible] habitum, &c. i. quoniam materia est quibusdam secundum ꝙ est formatum. [illegible] aqua, quoniam non fit materia aceti, donec habeat formam vini. & [illegible] materia, non secundum ꝙ est formatum, vt prima materia cum formis [illegible] sed secundum ꝙ ponitur in formam, scilicet mediãte alia forma, vt aqua, [illegible]

quo

Vniuersalia nõ gñantur. Idẽ. 7. Met. 26. & 27. & 53.

Materia cõis est in rebus habentibus generationẽ & corruptionẽ. Idẽ. 1. de Generatiõe te. cõ. 43. & 53.

A cum aqua est vinum in actu, est acetum in potentia: & non quando fuerit acetum in actu, est vinum in potentia: neque est in eodem termino vinum & acetum in potentia. Acetum enim non reuertitur in vinum, donec resoluatur in elementa, econtrario generationi quatuor elementorum adinuicem. Prima enim materia est in potentia vtrunque contrariorum eodem termino, scilicet quando alterum fuerit in actu, erit reliquum in potentia. Et, cum notificauit istos duos modos generationis, incœpit dare modum, ex quo accidit quæstio in hoc, & dicit. Quæstio vero. & quæstio est talis, quomodo ex vino fit acetum, & non ex aceto vinum: cum habeant materiam communem, quæ est vtrunque in potentia eodem termino, & est aqua verbi gratia. Deinde dicit & vtrunque viuum est in potentia, & cæte. idest, & vtrunque viuum est in potentia & essentialiter mortuum, aut mortuum non fit ex viuo, nisi accidentaliter nō essentialiter: quoniam, si viuum in potentia est mortuum, & mortuum in potentia est viuum. & sic ex mortuo erit viuum, sicut ex viuo erit mortuum. Deinde dicit. Materia vero animalis, & cæte. idest materia vero recipiens vitam habet in se potentiam ad mortem per accidens, scilicet quia in ea est potentia ad corruptionem vitæ: non quia recipit mortem, secundum quod est viuum. quoniam si ita esset, tunc mortuum reciperet vitam, secundum quod viuum. Deinde dicit. & similiter in aceto. idest, & similiter acetum fit ex vino, & mortuum ex viuo,
B sicut nox ex die. idest, post diem, non ex materia ista. Deinde dicit. & omnia, quæ transmutantur inuicem, & cæ. idest & omnia, quæ transmutantur adinuicem hoc modo transmutationis, generatio non reuertitur in eis reciproce sine medio, sed generatio reuertitur in eis prius quam vltimum reuertitur in primum: deinde primum transfertur ad media: deinde media transferuntur ad vltimum. verbi gratia ꝙ ex viuo fiat mortuum, tunc ex mortuo non fiet viuum, donec mortuum reuertatur in quatuor elementa. deinde formæ, quæ sunt inter quatuor elementa & vitam generabuntur, & sic generabitur vita necessario.

Prima materia est in potentia vtrūq; contrariorū eodē termino. Vide idē 1. Ph. cō. 56. & 82.

Caput Octauum. Dubitationis solutio, quæ causa est, ut definitiones, & numeri unum sint in rebus omnibus: & unionis materiæ ac formæ.

DE DVBITATIONE autem dicta & circa definitiones, & circa numeros, quæ causa est vt vnum sint. Omnium nanque, quæcunque plures partes ha-
C bent, & non est totum quasi coaceruatio, sed ipsum totum est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa. Nam & in corporibus quibusdam tactus est causa, vt vnum sint: quibusdam vero viscositas, aut aliqua alia talis passio. definitio vero oratio est vna, non coniunctione, vt Ilias, sed eo quòd vnius est. Quid est igitur quod hominem facit vnum, & cur vnum & non multa sunt animal & bipes, præsertim si, quemadmodum quidam dicunt, sit quid ipsum animal, & ipsum bipes? cur enim non illa homo est? & erunt secundum participationem homines non hominis vnius, sed duorum, animalis & bipedis. & omnino profecto homo non erit vnum, sed plura, animal, & bipes. Manifestum itaque est quòd ita quidem tractantibus, vt solent definire & dicere, non est possibile reddere rationem, & soluere dubitationem. Quod si, quemadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc vero forma est, & hoc quidem potentia, hoc vero actu, profecto non vi-

detur amplius dubitatio esse quod quæritur. Etenim dubitatio est
eadem, ac si definitio vestis esset æs rotundum. esset etenim hoc no-
Vide. 2. de men rationis signum. quare quod quæritur est, quænam causa sit, vt
Aĩa text. 7. rotundum, & æs vnum sint. amplius vero non apparet dubitatio,
quoniam hoc quidem materia, illud vero forma est. Quæ igitur hu-
ius causa est, vt quod potentia est actu sit in quibuscunque genera-
tio est, præter illud, quod fecit? nulla enim alia causa est, vt actu
sphæra sit, quæ potentia sphæra erat: sed hoc erat ipsum quid erat es-
Idẽ. 7. Met. se vtrique. Est autem materia, quædam intelligibilis, quædam sensibi-
t. 35. & 39. lis. & semper rationis hoc quidem materia, hoc vero actus est. vt cir-
culus figura plana.

In quæstione vero dicatur de definitionibus, & in numeris, quę est
causa in hoc, quòd sint vnum. Omnia enim, quæ habent plures par-
tes, quorum vniuersum non est sicut cumulus, sed sicut aliquid, quod
habet partes, habet causam. In corporibus enim etiam quædam
habent causam, quorum essentia est tactus: & quædam viscositas, aut
alia passio talis. definitio vero est sermo vnius non secundum liga-
tionem, vt liber Ilias, liber scilicet Homeri primi, sed quia est vnius.
Quid igitur facit hominem vnum, & quare est vnum, & non plura:
vt animal, & bipes, & etiam alio modo si fuerit, sicut quidam dicunt
aliquid quod est animal, & bipes. & quare illa non sunt homo? & ſi-
cut homines secundum modum acquisitionis erunt non ex homine
vno, sed ex duobus, & similiter ex animali bipede. & vniuersaliter ci-
homo non sit vnum, sed magis animal, & bipes. Manifestum est igi-
tur quod, si aliquis iuerit hac via, sicut est consuetudo eorum in definitio-
nibus, quòd impossibile est dissoluere hanc quæstionem difficilem.
Si autem fuerit, sicut dicitur quòd quædam est materia, & quædam
forma, & quædam potentia, & quædam actus, rectum est vt non ex-
stimetur error in quæsito. Ista enim quæstio erit eadem, & si definitio
sphæræ esset cuprum rotundum. quoniam cum fuerit, erit signum de-
finitionis hoc nomen. ergo esset quæsitum quid erit causa vt sit rotun-
dum & cuprum. quoniam tunc non apparebit quæstio. alterum enim
est materia, & reliquum est forma. Et causa illius vnitatis est, scilicet
vt illud, quod est in potentia, in actu fiat ab agente in omnibus, in
quibus est generatio. quoniam non est aliud causatum, sed erit illud,
quod est in potentia sphęra in actu sphæra. sed hoc est illud, quod
per essentiam cuiuslibet, & est sicut circulus, qui est figura plana.

25 SErmo vero de quæstione dicta in definitionibus, & numero, est quomodo
definitio significat definitum & definitio habet plures partes, & quę est cau-
sa. propter quam est definitio vnum. hoc enim dictum est in tractatu præce-
denti. Deinde dicit. Omnia enim, quæ habent plures partes, & cæt. idest, & ne-
cesse est quærere causam, propter quam definitio est vna. quoniam omnia, quæ
habent plures partes, & sunt vnum secundum totum, non eo modo, quo di-
cumulus esse vnus. in hoc enim est causa, per quam multitudo sit vnum. D
dedit exemplum in hoc, & d. In corporibus enim, & cæt, idest, in corporibus

A compositis ex pluribus est causa propter quam corpus compositum est vnum. verbi gratia quoniam quædam sunt vnum per contactum, & quædam per conglutinationem, vt in rebus viscosis: aut per alia ligamenta, vt claui. & hoc intendebat, cum dicit quorum essentia est tactus, scilicet quod quædam sunt quorum causa vnitatis, & essentiæ est contactus. Deinde dicit definitio vero, &cę. idest, definitio vero est sermo vnius, & non per præpositiones copulantes, sicut versus Homeri, quoniam illi versus sunt vnum per copulam: sed definitio est vna, quia est vnius, verbi gratia hominis. Et, cum narrauit ꝙ homo debet esse vnus, incœpit dubitare in hoc, & dicit. Quid igitur facit hominẽ vnũ, &c. idest, & si concesserimus ipsum esse vnum, quærendum est quid sit illud, quod fecit hominem vnum, & quare est vnum & non est plura, scilicet quare dicitur quod est vnus, cum sit compositus ex pluribus vno. est enim animal, & bipes. & hoc existimatur esse definitio hominis. Deinde dicit, & etiam alio modo. idest, & si etiam fuerit, sicut quidam dicunt, ꝙ homo nihil aliud est quam congregatio animalis & bipedis, nihil erit hic in quo communicent hæc duo, scilicet animal & multipes, ita quod hoc nomen homo significet hoc commune: sed hoc nomen homo significat animal per se, & bipes per se: ergo quare homo non erit duo homines? Deinde dicit. & similiter ex animali & bipede, &cæt.
B idest, & similiter contingit eis vt sint ex animali & bipede, & si non dicant ipsum esse animal, siue homo disponatur per hæc duo secundum hoc verbum esse, aut attribuantur ei per hanc præpositionem ex. & ideo dixit post. & vniuersaliter, &cæt. idest, & vniuersaliter contingit huic vt homo non sit vnum, sed plura vno, scilicet animal & bipes. Deinde dicit. Manifestum est igitur ꝙ, si aliquis iuerit hac via, &cęt. idest, manifestum est igitur ꝙ, si aliquis processerit hac via in definitione, & concesserit ipsam esse compositam simpliciter ex pluribus, & non distinxerit pluralitatem, quæ est in potentia ab ea, quæ est in actu, impossibile est soluere hanc quæstionem. Deinde dicit. Si autem fuerit, sicut dicitur, &cæt. idest, si autem distinxerimus dualitatem, quæ est in definitione, & dixerimus ꝙ hæc est materia, & hæc est forma, & hoc existit in potentia in composito, scilicet materia, & hoc existit in actu, scilicet forma, dissoluetur quæstio. Deinde dicit. Ista enim quæstio erit, idest, quoniam, si non procedatur hac via, ista quęstio remanebit. Deinde induxit exemplum, & dixit. & si definitio sphęrę esset cuprum rotundum, & cętera. idest, verbi gratia, quoniam, cum posuerimus quod definitio sphęrę est cuprum rotundum, tunc hoc nomen esset ęquale huic definitioni. Deinde dicit. ergo esset quęsitum, & cętera. idest, & cum posuerimus ꝙ definitio sphęrę est cuprum rotundum, & quęsiuerimus in ea hoc, scilicet quomodo definitio est vna, & habet plures partes, tunc quęri-
C tur quomodo cuprum, & rotundum sunt vnum. Deinde dicit. quoniam tunc non apparebit quęstio. idest, &, cum definiuerimus sphęram, quoniam est cuprum rotundum, & intellexerimus per cuprum materiam, & per rotundum formam in hac materia, tunc non accidit quęstio. Deinde dicit. Et causa illius vnitatis est, & cętera idest, & causa istius vnitatis est vt transmutetur quod est in potentia, donec fiat in actu ab agente, scilicet ab extrahente ipsum a potentia in actum. Est igitur hic aliquid vnum, quod primo est in potentia, & post transfertur de potentia in actum. translatio enim eius non largitur ei multitudinem, sed perfectionem in esse, & in toto hoc est vnum in actu. & hoc intendebat, cum dicit, quoniam non est aliud causatum, & cętera. idest, non enim est hoc aliud causatum ab agente ab eo, in quod agit, sed illud idem, scilicet quod est sphęra in potentia, fit sphęra in actu, cum agens extrahit ipsum de potentia in actum. Deinde dicit sed hoc est illud, quod est per essentiam, &cę. idest, & hęc duo dant esse rei, quam significat definitio in omnibus rebus habentibus materiam & formam. vt in definitione circuli dicimus quod est figura plana. figura enim est quasi materia, & plana quasi forma. Et intendebat declarare per hoc exemplum quod, cum dispositio fuerit talis in dispositionibus rerum mathematicarum, quanto magis vt sit in definitionibus rerum non mathematicarum; ne aliquis dicat quod omnes definitiones non compo-

Extractio alicuius ab agẽte de potẽtia ad actũ non largitur multitudinẽ sed pfectionẽ. Idẽ. 12. Met. cõ. 18. Idẽ ẽt hoc. cõsequenti.

nuntur ex materia & forma. mathematica enim non ſunt in materia, ſed decla- ratum eſt prius ꝙ iſta habent materiam non ſenſibilem.

Quæcunque vero neque intelligibilem, neque ſenſibilem mate- riam habent, ſtatim vnum quiddam eſſe vnumquodque eſt: quem- admodum ipſum ens hoc quiddam, hoc quale, vel quantũ. quare nec ineſt in definitionibus nec ens, nec vnum: & ipſum quid erat eſſe ſtatim vnum quiddam eſt, quemadmodum & ens quiddam. Propte- rea non aliqua alia cauſa vlli iſtorum, vt vnum ſint, nec vt ens quid- dam ſint. ſtatim etenim vnumquodque eſt ens quiddam, & vnum quiddam, non vt in genere in ente & vno, nec tanquam ſint ſeparata præter particularia. Ob hanc autem dubitationem quidam parti- cipationem aiunt, & cauſam quandam participationis, & quidnam ſit illud participare dubitant. Quidam copulam animæ, ſicuti Ly- cophron ait, ſcientiam eſſe ipſius ſcire & animæ. Quidam compoſi- tionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, ipſum viuere. At- tamen eadem de omnibus ratio erit. etenim ipſum ſanum eſſe, aut copula, aut compoſitio, aut coniunctio animæ & ſanitatis erit. & æs eſſe triangulum, compoſitio æris & trianguli. & album eſſe, compo- ſitio ſuperficiei & albedinis. Cauſa vero eſt, quoniam potentiæ & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam. eſt autem, vt di- ctum eſt, vltima materia & forma idem: & hoc quidem potentia, illud vero actu. Quare ſimile eſt quærere quidnam vnius cauſa ſit, & vnum ſit. vnum enim quiddam vnumquodque. & quod potentia, & quod actu vnum quodam modo eſt. Quare nulla alia cauſa eſt, ni- ſi quid fuit, tanquam ex potentia in actum mouens. Quæcunque vero non habent materiam, cũcta ſimpliciter entia ſunt ipſum quid.

Omnia autem, quæ non habent materiam, neque intelligibilem, neque ſenſibilem, vnumquodque eorum ſtatim eſt vnum illud, quod eſt per eſſentiam, ſicut illud quod eſt aliquod ens. & ideo in defini- tionibus non eſt ens neque vnum: & illud, quod eſt per eſſentiam, eſt vnum, ſicut aliquod ens etiam. Et ideo non eſt alia cauſa, neque a- cuius iſtorum, vt ſit vnum, neque vt ſit ens etiam. quoniam vnum- quodque eorum ſtatim eſt aliquod ens, & aliquod vnum, non quæ ſunt in ente & in vno, ſicut illa, quæ ſunt in genere, & non quaſi ſepa- rata, & alia a partibus. Et propter hanc difficultatem dixerunt qui- dam acquiſitionem, & dubitauerunt in cauſa acquiſitionis, & quid ſit acquiſitio. Et quidam dixerunt congregationem animę, ut aliquis dixit enim quod cognitio, quæ eſt per ueram ſcientiam, eſt per ani- mam etiam. Et quidam dixerunt compoſitionem, & ligamentum corporis & animæ eſſe per uitã. Sed ſermo in omnibus iſtis eſt un- ſanitas enim in omnibus eſt una, aut congregatio, aut ligamentum, aut compoſitio animæ, & ſanitatis. & etiam erit cuprum triangu- re per compoſitionem cupri, & trium angulorum. & eſſentia al- compoſitio ſuperficiei & albedinis. Et cauſa in hoc eſt, quia quæ-

A unum, quod est in potentia & in actu, quasi diuersum etiam. & est, sicut dictum est, quemadmodum materia ultima, & forma est idem, & unum. Ergo non habent aliquam causam omnino præter motorem quomodo de potentia in actum. Omnia uero, quæ non habent materiam, modo simplici essentia eorum, per quam sunt entia, non fertur in quibusdam rebus.

Idest, Omnia vero, quæ carent materia intelligibili & sensibili, sicut materia 16
rerum mathematicarum, vnum quodque eorum est idem cum illo, quod dat suũ esse, scilicet quod quiditas, & essentia sunt in eis idem. Deinde dicit. sicut illud, quod est aliquod ens, & cæt. idest, vt dicamus in aliquo, quod habet aliquã essentiam, quod in eo non est aliquod additum essentiæ. idest, quod ens non est genus illi. & hoc intendebat cum dixit aliquod. Deinde dicit. & ideo in definitionibus, & cætera. idest. Et dixit hoc, quia ista genera altissima sunt simplicia, cum non habeant genera, definitiones vero sunt compositorum. Deinde dicit. & illud, quod est per essentiam, & cætera. idest, & similiter illud, quod significat definitio, scilicet forma, non habent definitionem: quemadmodum aliquod habet ens, scilicet quod eos non est genus ei. Deinde dicit. Et ideo non B est aliqua causa alia, & cætera. idest, & ideo illa, quæ non habent materiam, nõ habent causam aliam a se in hoc, ꝙ sunt vnum, & in hoc ꝙ sunt ens, econtrario eis, quæ sunt in materijs. per formas enim fiunt composita ex forma & materia vnum, & aliquid ens. Deinde dicit. quoniam vnumquodque eorum statim, & cætera. idest, quoniam vnumquodque eorum ex se est aliquod vnum, & aliquod ens, scilicet quod non est vnum ex alio, neque ens ex altero. & hoc intendebat, cum dixit statim, transumptiue. Deinde dicit. non quia sunt in ente & in vno, sicut illa, quæ sunt in genere. idest, non quia sunt disposita per vnitatem & essentiam, ita ꝙ vnitas & essentia sit genus eius, sed essentia est ipsum. Deinde dicit & non quasi separata, idest neque esse illius formæ simplicis est ita, ꝙ in actu sit aliud a rebus particularibus, quarum est forma, ita ꝙ res particularis, & forma eius sunt duo diuersa. & hoc intendebat, cum dicit separata. Deinde dicit. Et propter hanc difficultatem, & cæt. idest, & innuit quæstionem prædictam dicentem quomodo est homo vnus, & est compositus ex anima & corpore, quæ sunt existentia in actu. Omnis enim, qui ponit ꝙ anima & corpus sunt duo diuersa, contingit ei dicere quid sit causa ligamenti animæ cum corpore. Qui autem dicit ꝙ anima est perfectio corporis, & ꝙ corpus non existit sine anima, non sunt apud ipsum duo diuersa, nec accidit ei quæstio hæc. Et in- C tendit per acquisitionem communicationem. idest, ꝙ propter hanc quæstionem dixerunt quidam ꝙ ex anima & corpore fit vnum per communicationem, quę est inter illa: & isti dubitauerunt in quo sit causa communicationis animę, & corporis quæ sit illa communicatio, idest, cuiusmodi communicationis sit. Deinde dicit. Et quidam dixerunt congregationem animæ, & cæt. idest, &, vt reputo, ꝙ quidam dixerunt ꝙ communicatio, quæ est inter animam & corpus, est, quia non perficitur actio alterius eorum, nisi congregatione, vt quidam Antiquorum dicebant ꝙ cognitio est per animam & corpus. sed causa veritatis est anima, & falsitatis accidentis in ea est corpus. Deinde dicit. Et quidam dixerunt compositionem, & cæte. idest, & quidam dixerunt ꝙ ista communicatio est compositio animæ cum corpore, & ꝙ ligamentum, per quod fit compositio, est vita: & ideo, cum dissoluitur ligamentum, non erit vita. Deinde dicit. Sed sermo in omnibus istis, & cæt. idest, sed istæ causæ, quas induxerunt Antiqui in copulatione animæ cum corpore, omnes sunt eiusdem modi. Quidam enim opinabãtur ꝙ sanitas istius copulationis erit per istam congregationem, scilicet congregationem animæ cum corpore: & quidam opinabantur ꝙ est per ligamentum: & quidam per compositionem animæ & corporis, compositione sanitatis, non compositione corruptionis. Deinde dicit. & etiam erit cuprum, & cæt. idest, & non est differentia inter compositionem animæ cum corpore, & compositionẽ

Materia ĩtelligibilis est mathematicarũ rerũ.

Idem suprà com. 9.

Per formas fiunt cõposita ex materia et forma vnũ, & aliquidens. Idẽ 2. de Aĩa 2. & 7. & 1. de Aĩa c. 90. & 5. Me. 15.

Vide. 2. de Aĩa t. cõ. 7.

cupri cum tribus angulis, ſcilicet ꝙ dicere cuprum habens tres angulos, eſt, ſicut dicere corpus animatum, & ſicut dicere ſuperficiem albam. Et intendit ꝙ ſermo de omnibus queſtionibus eſt vnus: & ſicut non accidit eis queſtio in compoſitione figure cum cupro, oportebit vt non accidat eis queſtio in compoſitione animę cum corpore. anima enim ita ſe habet ad corpus, ſicut figura ad cuprum, & albedo ad ſuperficiem. omnia enim ſunt perfectiones & formę ſubiecti. D. d. Et cauſa in hoc eſt. i. & cauſa deceptionis eorum eſt, quia ponunt idem quando eſt in potentia, & quando eſt in actu eſſe diuerſum. & in rei veritate eſt vnũ illud. illud enim, quod fuit in potentia, eſt in actu, & non ſunt hic duo diuerſa. Deinde dicit. & eſt ſicut dictum eſt, & cę. i. & anima cum corpore ſunt vnum, ſicut diximus ꝙ prima materia & forma ſunt vnum. Deinde dicit. Ergo non habẽt, &c. ideſt, & cum anima non eſt niſi eſſe eius, quod eſt in potentia animatũ eſſe animatum in actu, tunc exitus eius de potentia in actu non habet cauſam niſi motorem extrahentem ipſum de potentia in actum. Deinde dicit. Omnia vero, quę nõ habent materiam ſimpliciter, neque ſenſibilem neq; intelligibilem, eſſentia eorũ, per quam ſunt entia, non attribuitur in ſuo eſſe quibuſdã rebus, quę non ſunt perfectio materię omnino, & attribuuntur quibuſdam. [a] Et intendebat per hoc intelligentias abſtractas, quę attribuuntur corporibus cœleſtibus, ſecundum ꝙ anima attribuitur corpori.

In rei veritate idẽ eſt ĩ potẽtia & in actu. Idẽ ſupra cõ. 15.
a Intelligẽtię abſtractę attribuuntur corporibus, ſcdm ꝙ anima attribuitur corpori. Vide ꝓ hoc primũ & ſecundũ ca. de ſubſtãtia orbis.

Octaui Metaphyſicorum cum Commen. Auer.

F I N I S.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER NONVS,
cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Prima agitur de Potentia. In Secunda de Actu.

Summæ Primæ Caput Primum. Dicenda proponuntur.

B DE PRIMO itaque ente, & ad quod cæteræ oēs entis prędicationes referuntur, hoc est de substãtia, dictũ est. nã secundũ substantię rationẽ cætera dicũtur entia, quãtũ & quale, ac cætera, quę ita dicũtur. cuncta etenim habebũt substantię rationẽ, vt in primis sermonibus disseruimus. Cũ aũt ens dicatur, hoc quidẽ quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero secundum potentiam & actum ac opus, determinemus etiã de potẽtia & actu. Et primo de potentia, ea quidẽ, quę dr̃ maxime proprie, nõ sane est vtilis ad quod nunc volumus. potentia nanq; & actus ĩ plus est, quã illa, quę scdm motũ solũ dicũtur. Sed, cũ de ea dixerimus ĩ determinatiõibus de actu, declarabimus ẽt de aliis. Potentia, & actus in plus ẽ, quã illa, q̃ scdm motũ solum dñt.

Dictũ est de ente, cui attribuũtur alia prędicamẽta entis, vbi dictũ est de substãtia. dicũtur. n. entia multa secũdũ ꝙ habẽt definitionẽ substantiæ, vt quãtitas, & qualitas, & alia, quę dicũtur hoc modo. omnia enim habẽt definitionẽ substãtię, sicut diximus i primis sermonibus.
C Et, cũ ens dr̃, aut quia hoc est, aut quantũ, aut quale, aut qa est in potẽtia, & cõplemẽto & actu, ẽt distinguemus & loquemur de potẽtia, & cõplemento. Et de potẽtia primo, quę dr̃ magis vere, nõ illud, quod non est vtile in hoc, quod volumus nũc. potentia. n. & actus dicuntur multipliciter magis quã illa, quæ dicuntur secundũ modũ motus tãtũ. Sed, cũ dixerimus de differentiis in actu, tunc declarabitur vltima.

Quia ens, secundũ ꝙ ens, diuiditur essentialiter in potẽtiã & actũ, et ista ars habet cõsiderare de ente simpliciter, et de generibus et differẽtijs, ĩ quas diuiditur essentialiter, incœpit hic loqui de spẽciebus potẽtię & actus, vt declaret substantias eorũ, & contradicat dicẽtibus potẽtiã nõ esse in entibus. Et d. Dictũ est, & c. i. dictũ est igitur de prędicamẽto substantię, cui attribuũtur alia p̄dicamẽta, secũdũ ꝙ sunt prędicamẽta. & hoc Sexto & Septimo istius libri. D. d. vbi dictum est de substãtia. i. vbi locuti sumus de principijs substãtię sensibilis. D. d. dñr. n. entia multa scdm ꝙ habẽt definitionẽ substãtię. i. ꝙ in definitione eorũ apparet substantia. D. d. Et, cum ens dicitur, & c. i. & , cum declaratũ sit ꝙ ens diuiditur in substantiam & 1 Idẽ 4. Met. c. 1. et 6. Meta. cõ. 1.

alia prædicamenta, & diuiditur etiam in potentiam & actum, quoniã ens quoddam est in potentia, & quoddam in actu & complemento, & iam locuti sumus de substantia, oportet etiam nos loqui de potentia & actu: cum in ista diuidatur ens secundum ꝙ est ens. Et primo incipiamus distinguere secundum quot modos distinguuntur potentia & actus, & declarare quis eorum dicitur vere, & quis transumptiue. D.d. causam in hoc, & d. potentia enim & actus, &c. i. hoc nomen potentia dicitur pluribus modis eis, secundum quos dicuntur potentia & actus in rebus transmutabilibus. D.d. Sed, cum dixerimus, &c. i. & intentio nostra est in hoc. quoniam; cum locuti fuerimus de differentijs rerum existentium in actu, & quomodo ordinantur in hoc, declarabitur nobis natura vltimæ differentiæ, de qua intendimus perscrutari.

Potentia, & actus dicunt pluribus modis eis, scd̃m quos dñr potẽtia et actus in rebus trãsmutabilibus Vide ꝑ hoc 3. de Aĩa c. 5. in solutione. 3. q. & in c. 14. eiusdẽ. Vide Auer. in Epit. Tractã. 3.

Caput Secundum: Diuiditur potentia in sua significata.

QVod igitur multipliciter potentia & posse dicatur, determinatum est a nobis in aliis. Harum vero quæcunque quidem æquiuoce dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quædam etenim similitudine quadam dicuntur, vt in Geometria & possibilia ac impossibilia dicimus, eo, ꝙ quodam modo sint aut nõ sint. Quæcunque vero ad eandem formam omnes, aliqua principia sunt, & ad vnam primam dicuntur, quæ est principium transmutationis in alio; prout aliud est. Aliqua enim est patiendi potentia, quæ in ipso patiente principium est trãsmutationis passiuę ab alio, ꝓut aliud est. aliqua vero habitus impossibilitatis, q̃ in deterius est, & corruptionis, q̃ est ab alio, ꝓut aliud est, principio trãsmutatiuo. in his. n. oĩbus definitionibus inest primæ potẽtiæ ratio. Rursus aũt hę potẽtię dicũtur, aut ipsius faciẽdi solũ, aut patiẽdi, aut ipsius bene. quare ĩ harũ quoq; rationibus quodã modo insunt priorũ potẽtiarũ rões. Manifestũ igitur est ꝙ quodã modo quidẽ vna est ipsius facere & pati potẽtia (potẽs. n. est, & eo ꝙ ipsum habeat patiẽdi potẽtiã, & eo ꝙ aliud ab eo) quodã modo vero alia. Hęc. n. in patiẽte est. ꝓpterea. n. quod habet aliqđ principiũ, & qđ materia aliqđ principiũ est, patitur qđ patitur, & aliud ab alio. pingue nanque combustibile est. cedẽs vero sic pressibile. & similiter de cæteris. Hęc vero in faciẽte. vtputa calidũ, & ędificatiua. hoc quidẽ in calefactiuo, hæc vero in ędificatiuo. Propter qđ nullũ, prout *connaturale factum, ipsum a seipso patitur. vnum etenim, & nõ aliud est. Atque potentia quoque, & impotens, atque quæ tali potentiæ contraria est, priuatio est. quare eiusdem & scd̃m idem potentia, impotẽtiaq; est.

* a. l. connatum.

Quoniã aũt potẽtia & agere per potẽtiã dicũtur multis modis, determinatum est in aliis locis. Et quæ istarum potentiarum dicuntur æquiuoce, dimittatur. Quędam enim dicuntur per aliquã similitudinem, sicut dicitur in Geometria potentia, & nõ potẽtia esse eo quo modo, aut aliqua attributione. Omnia autem; quæ dicuntur per attributionẽ ad eãdẽ formã, sunt aliqua principia, & attribuũtur potentia ad vnum principiũ, & est illud, quod est principiũ transmu-

A tationis in aliud, secundum ꝙ est aliud. Potentia enim passionis est in ipso passiuo principium transmutationis passiui ab alio, secundū ꝙ est aliud. habitus vero est potentia, quæ non patitur ad illud, quod est peius, aut ad corruptionem ex alio, secundum ꝙ est aliud, ex primo transmutante. omnes enim istæ definitiones habent definitioné primæ potentiæ. Et etiam dicuntur istæ potentię, aut quia agunt tantum, aut quia patiuntur, aut modo bonitatis: ita ꝙ in definitionibus istarum etiam sunt definitiones primarum potentiarum quoquo modo. Manifestum est igitur ꝙ forte possibile est vt actio & passio sint vna potentia. (dicitur enim quòd potentia est eius, cuius est potentia passionis, & alterius per illud) & forte erit sicut alia. Quædam enim est in passiuo. passiuum enim patitur, quia habet aliquod principiū; & quia materia est principium, & etiam illud habet aliud ex alio. vnctuosum enim comburitur. obediens enim quoquo modo dissoluitur.

B & alia similiter. Et quædam sunt in agente, vt in carpentario, & ædificatore. quędam enim sunt in carpentario, & alia in ædificatore. Et ideo sunt insimul, & nihil patitur per se, quia est vnum, & non est aliud. Illud enim, quod non est potentia, & non habet potentiam, & quod est contrarium tali potentiæ, est priuatio. ergo potentia est eiusdem, & idem non potest.

1 Dicit. Quoniam vero in aliquo esse potentia ad recipiendum aliquod, & in aliquo esse potentia ad agendum aliquid dicuntur multipliciter, declaratū est vbi distinximus scdm quot modos dicuntur potētię pa siuę & actiuę: s. in Quinto istius libri. D.d. Et quę istarum rerum, &c. i. & quę istarum rerum dicitur de eis hoc nomen potentia transumptiue, & de quibus dicitur secundum similitudinem, vt dicitur in Geometria ꝙ talis linea potest in talem superficiem; v. g. ꝙ diameter potest duo quadrata duorum laterum. Et intendit per hoc ꝙ quadratum diametri valet duo quadrata. & hoc dictum est, non quia linea est quadratum, sed exitus eius de potentia ad actum, non est per transmutationem: & hoc intendebat, cum d. esse quoquo modo. i. & dicitur ꝙ lineę, & superficies habent potentias aut non potentias, quia assimilantur potentijs quoquo modo, Tex. cō. 17.

C aut quia attribuuntur eis quoquo modo. Et, cum d. modum, secundum quem dicitur hoc nomen potentia transumptiue, induxit modum, secundum quem dicitur in rei veritate, & d. Omnia autem, &c. i. omnia vero, de quibus dicitur hoc nomen potentia, quia attribuuntur ei potentię, quæ est causa in alijs, istæ potentiæ sunt principia entium generabilium, & corruptibilium, & sunt attributæ eidem potentiæ, quę est principium omnium entium. Et, cum distinxit potentiam quæ dr vere ab ea, q̄ dicitur transumptiue, descripsit potentiā actionis & passionis, dixit. & est illud, quod est principium transmutationis, &c. i. potentia agens est illud, quod est principium transmutationis in aliud, secundum ꝙ est aliud, non in se, cum sit manifestum ꝙ nihil agit in seipsum. D. d. Potentia enim passionis, &c. i. & ideo potentia passiua est illud, quod recipit transmutationem in se ex alio, secūdum ꝙ est aliud, cum etiam sit manifestum ꝙ nihil patitur a seipso. Et, cum descripsit potentiam actiuam, quæ est ex forma, & potentiam passiuam, quæ est per materiam, dixit, habitus vero est potentia, &c. & intendit per potētiam, formam i. ꝙ forma non patitur secundum ꝙ est forma a primo transmutāte essentialiter, sed patitur per accidens. & ideo transmutatio eius non est primā transmutatio, secundum ꝙ est forma in passiuo, s. in materia. & ideo formę, quę non sunt in materia, non patiuntur essentialiter, aut accidētaliter. Et d. ad peius, aut ad corruptionem, quia omne, quod patitur, aut patitur ad peius, aut ad corru- Manifestū ē ꝙ nihil agit i seipsū. Idē 8. Ph. 40. & 3. de Aīa c. 4. & in libr. destructionū disputatione prima, in solutiōe primi dubij, & in 1. ca. de substantia orbis et 5. Ph. c. 8.

Formę, q̃ nō sunt in materia, nō patiūtur essentialiter, neq; accidētaliter. Instantiā vide 3. de Aīa. de intellectu possibilit. c. 4. Vide contra. Zim.

Forma non patitur essentialiter, sed p accidēs. Vide. 5. Phy. c. 5. & 2. d Generatiōe. 53 & 4. cœ. 22.

a In definitione oīs potentię passiuę accipitur potentia primę materię: & in definitione oīs potētię actiuę accipitur definitio actionis primę formę, q̃ est absoluta a materia. Vide cām istius. 12. Met. cō. 18. in fine c.

In simplici nō est potentia oīno, & illud, in quo est potētia, ē compositū.

ptionem. & d. ex alio, quia nihil patitur ex se. D. d. omnes enim istę definitio-nes, &c. i. istę potentię non dicuntur æquiuoce, quia omnes habent definitionem primę potentię Et intendit ꝙ, cum cōnsyderatū fuerit de istis potētijs in vnoq; genere, videntur attribui primę potentię. a in definitione enim omnis potentię passiuę accipitur potentia primę materię: & similiter in definitione omnis potentię actiuæ accipitur definitio actionis primę formę, quę est definitio primę formę, quę est absoluta a materia. Et, quia definiuit potentias actiuas & passiuas, dixit. Et etiam dicuntur istę potentię, &c. i. d. hoc nomen potentia dicitur de potentijs actiuis & de potentijs passiuis. & dicitur de actiuis quę sunt bonę actionis, & de passiuis quę sunt bonę passionis. D. d. Manifestum est igitur ꝙ forte, &c. i. & forte est possibile, vt potentię actiuę & passiuę ab eis sunt in eodem. existimatur enim ꝙ potentia, quę est alterius, scilicet potentia, quę est in agente, est eius, cuius est potentia passionis. v. g. illud, quod mouetur in loco per se. alteratio autem & generatio existimatur esse vere, vt principium actionis sit in eis in subiecto aliquo alio a subiecto potentiæ passiuæ. D. d. & forte erit in alia, &c. i. & forte potentia agentis erit in alio ab eo, in quo est potentia passionis. in quibusdam enim rebus potentia actiua erit in ipso passiuo, & in quibusdam in alio. D. d. passiuum enim patitur, &c. i. passiuum enim patitur, secundum q habet principium, quod differt ab ipso, quod extrahit ipsum de potentia ad actum. Et intendit ꝙ non est necesse vt hoc principium sit in subiecto diuerso a subiecto, in quo est potentia passionis in loco. Deinde dicit. & quia materia &c. i. d. &, quia materia est etiam principium passionis, est necesse vt aliquid sit in aliquo: vt generatio ignis ab oleo, & rebus vnctuosis est dissolutio partium non obedientis in illa, in qua dissoluitur. D. d. Et quędam sunt in agente, &c. i. d. potentia actiua alia est in ipso patiente, & alia in agente, vt carpentaria in carpentario, & ędificatoria in ædificatore. D. d. quædam enim sunt in carpentario, &c. i. actio enim artis carpentarię est in carpentario, & actio artis ędificatorię est in ędificando. D. d. Et ideo sunt insimul. &, quia quędam potentiarum actiuarum sunt in agente, ideo necesse est vt agens nihil agat, donec sit insimul cum patiēte, i. eodem loco. D. d. & nihil patitur per se, &c. i. & nihil patitur per se, secundum ꝙ est vnum, & non est illic aliud, ex quo transmutatur. quia, si esset, tunc aliquid esset in potentia secundum ꝙ est in actu. & intendebat dicere ꝙ in simplici non est potentia omnino, & ꝙ illud, in quo est potentia est compositum. D. d. Illud enim, quod non est potentia, &c. i. dicere enim ꝙ non habere potentiam non est simpliciter. quoniam dicere non potentia, est aliquid quod caret illa potentia. & hoc, quod est contrarium potentię, est priuatio. Deinde dicit. ergo potentia est eiusdem, &c. id est, ergo potentia, & non potentia sunt alicuius compositi.

Caput Tertium. Distinguuntur potentiæ per earum subiecta.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3. Vide cōtra, Zim.

PRiuatio autem multifariam dicitur. etenim quod non habet, & quod natura aptum est si non habet, aut omnino, aut cum natura aptum sit, aut sic, vtputa omnino aut quomodocunq; : in quibusdam auté si natura apta habere, si non habeant, priuari ea dicimus. Cum autem quædam in inanimatis talia principia insint, quędam vero in animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quæ rationem habet, patet potentiarum quoque quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes & factiuę scientię potentiæ sunt. principia enim transmutatiua in alio, prout aliud est. Et quæ quidem cum ratione omnes, eædem cōtrariorum sunt: irrationales vero, vna vni.

A vt calidum, ipsius calefaciendi solius: medicandi vero potentia, infirmitatis & sanitatis. Causa vero est, quia scientia ratio est, ratio autẽ eadem manifestat & rem, & priuationem, nisi ꝙ nõ similiter: & quodam modo quidem amborum est, quodammodo vero eius magis, quod existit. Quare necesse est tales etiam scientias esse quidem cõtrariorum: esse vero huius quidẽ per seipsas, illius vero non ꝑ seipsas. etenim ratio huius quidem secundum seipsam, huius vero quodam modo secundum accidens. negatione enim & sublatione manifestat contrarium. prima nanq; priuatio contrarium est: hæc autem alterius demptio est.

Priuatio aũt dicitur multipliciter. dicitur enim illius, quod nõ habet, & istius quod habet naturam habendi, aut vniuersaliter, aut in tẽpore, in quo habet, & secundum ꝙ oportet, vt illud quod nõ est oĩno, aut erit quoquo modo: in quibusdam vero rebus, quæ habent naturam habendi, si non habent, dicemus ꝙ ista carent violente. B Sed, cũ quædam istorum principiorum sint in carentibus anima, & quædam in animatis, & anima est in habente rationem animæ, manifestum est igitur ꝙ quædam potentiæ non habent definitionem, & quędam sunt cum definitione. Et ideo omnia artificia, & scientiæ sunt potentiæ, q͂ sunt principia transmutantia in aliud, secundum ꝙ est aliud. Et oĩa, quæ sunt cũ definitione, sunt contrariorum, sed non sicut vnũ vnius. vt calidum calefacere, medicatiua vero est sanitatis & infirmitatis. Et causa in hoc est, quia habet rationem sciẽtia, ratio vero eadem significat rem, & suam priuationem, sed nõ eodem modo. & forte erit possibile vt sit duorum, & forte erit illius, quod est magis. Ergo necesse est vt sint illa, quæ sunt talia, contrariorum, & vt sint quorundam per se, & quorundam non per se. ratio enim est quorundam per se, & quorundam quoquo modo. per accidens igitur significat contrarium, per negationem & per remotionem: nanq; prima priuatio est contrarium. C & hæc est remotio alterius. contraria enim non appropinquant eidem ex eodem.

Quia dicere in potentia significat aliquem modum priuationis, & dicere etiã
aliquid habere potentiam ad hoc est secũdum ꝙ caret illo ad quod potest, & pri
mus Philosophus habet cõsyderare de modis priuationis, & est proprium loqui
de priuatione, vbi fit sermo de potentia, incœpit declarare modos priuationis, &
d. Priuatio autem, &c. i. ista enim est prima diuisio, secundum quã diuiditur pri-
uatio. omne enim quod caret aliquo, aut caret illo, quod non innatum est habe-
re, aut caret illo, quod innatum est habere. & hoc intendebat, cum d. illius, quod
non habet, &c. D. d. aut vniuersaliter, aut in tempore, in quo habet. i. & illud,
quod caret illo, quod naturaliter debet habere, aut caret illo, quod innatũ est ha-
bere simpliciter, aut illo. quod innatum est habere aliquo tempore, vt barbam in
tempore, in quo debet eam habere. Deinde dicit & secundum ꝙ oportet, &c.
idest, & priuatio, quæ est secundum ꝙ oportet, scilicet quæ dicitur princi-
paliter, est carere illo, quod non habet omnino: aut illo, quod habet ra-
ro, & hoc intendebat, cum dixit, aut erunt quoquo modo. Et hoc inueni-
tur sic in alia translatione, & priuatio dicitur multipliciter: dicitur enim il-
lud, quod non habet, & illud, quod innatum est habere etiam, aut vniuersali-
ter, aut in aliquo tempore, & sic sicut illud, quod non est omnino, aut in paucio-

ribus: & ſi innatum eſt habere, cùm non habet, dicitur carere violente. i. & cum aliquid caret illo, quod innatum eſt habere in tempore, in quo innatum eſt habere, dicitur ꝙ illud eſt priuatio violenta. D. d. Sed, cum quædam iſtorum principiorum, &c. i. & intendit per principia potentias agentes. iſtarum enim potentiarum ſunt quædam in habente animam, & quædam, ſicut dixit, in non habente animam. vt calefacere in corpore calido, & infrigidare in corpore frigido. D. d. & anima eſt in habente rationem animæ. i. & anima exiſtit in eo, quod habet definitionem animæ, ſ. ratiocinari & comprehendere. D. d. manifeſtum eſt igitur, &c. i. &, cum ſit manifeſtum ꝙ quædam potentię actiuę ſunt potentiæ in rebus non animatis, & quædam ſunt potentiæ in rebus animatis, ſcilicet in habentibus comprehenſionem & rationem, manifeſtum eſt ꝙ potentiarum quędam ſunt cum definitione & ratione, & quędam ſine definitione & ratione. Deinde dicit; Et ideo omnia artificia, &c. i. &, quia potentię actiuę ſunt rationales, ideo omnia artificia & ſcientię non ſunt potentię, quia agunt in alia, ſecundum ꝙ ſunt alia. Et d. hoc, quia hęc eſt definitio potentiarum actiuarum ſimpliciter. D. d. Et omnia, quę ſunt cum definitione, &c. i. & omnes potentię, quę ſunt cùm ratione, agunt duo contraria. D. d. ſed non ſicut vnum vnius, &c. i. & iſtę potentię, quę habent rationem, non agunt alterum contrariorum tantum, ſicut eſt diſpoſitio in potentijs carentibus ratione. calidum enim agit calorem, & non agit alterum contrarium, ſ. frigus. Potentiæ enim rationales agunt duo contraria inſimul, v. g. ars Medicinę, quę agit ſanitatem, & infirmitatem. D. d. Et cauſa in hoc eſt, &c. i. & cauſa in hoc eſt, quia iſtę potentię agunt per ſcientiam, & ſciëntia eſt duorum contrariorum ſecundum imaginationem & definitionem, & definitio alterius contrariorum intelligitur in reſpectu reliqui contrarij. ſed hoc non habet eodem modo. D. d. & forte erit poſsibile. &c. i. quoniam forte eſt poſsibile vt potentię agant duo contraria; & forte agunt alterum contrarium in maiori parte. D. d. Ergo neceſſe eſt, &c. i. quoniam, cum iſtę potentię agunt intellectu & ſcientia: & ſcientia eſt contrariorum: ergo ſciet duo contraria inſimul: ergo neceſſe eſt vt agat contraria. D. d. & vt ſint quorundam per ſe, & quorundam per accidens, & vt agere contraria ſit quorundam per ſe, & quorundam per accidens, & quorundam alterum contrariorum erit eſſentialiter, & alterum per accidens. D. d. per accidens igitur, &c. i. &, cum aliquis artifex non intellexerit de priuatione niſi negationem tantum, tunc non intelliget alterum contrariorum niſi per accidens. & ideo qui talem habet diſpoſitionem; non intelliget naturam contrarij. verum enim contrarium eſt priuatio. & hoc intendebat, cũ dixit. priuatio enim prima eſt contrarium.

Potentię rõnales agunt duo contraria inſimul. Idẽ infra t. cõ. 10, & t. cõ. 4.

Sed, quoniam contraria non fiunt in eodem, ſcientia uero potentia, eo ꝙ habet rationem, anima quoq; motus principium habet (ſalubre quidem ſanitatem ſolum facit, & calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatem, ſciens autem ambo. ratio enim amborum quidem eſt, non tamen ſimiliter, & in anima, quæ motus principium habet) ambo profecto ex eodem mouebit principio, ad idem coniungens. Quare quæ ſecundum rationem potentia ſunt contraria his faciunt, quæ abſq; ratione potentia ſunt. unum. nanq; principium continetur ratione. Manifeſtum autem eſt quòd & ipſius bene potentiã ſequitur ſolius faciendi aut patiendi potentia: hanc uero illa non ſemper. qui enim bene facit, neceſſe eſt ut etiam faciat: qui uero ſolum facit, non neceſſario & bene facit.

Et ſcientia eſt potentia, ſecũdum quòd habet diſpoſitionem. & anima habet principium motus etiam, quoniam anima ſanans facit ſanitatem, et calefaciens calorem; et infrigidans frigus. ſcientia uero

A facit utrunq;, quia utrunq; habet definitionem, sed non eodem modo. et habet in anima etiam principiū motus, ergo mouebit utrunq; ex uno principio, et congregabit ea in idem. Agit enim contraria, quando agit possibilia sine definitione possibilia per definitionem. est enim proprium per unum principium, per definitionem. Et hoc etiam est manifestum, quòd sequitur bonitatis potentiam, quæ est actionis tantum aut passionis: illa autem non sequitur istam in omni tempore. necesse est enim ut illud, quod est bonæ actionis, sit agens etiam: agens uero tantum, non de necessitate erit bonæ actionis.

Et scientia est potentia actiua, secundum ꝙ habet definitionem, i. secundum ꝙ habet formam. D. d. & anima habet principium motus, &c. i. & in anima etiam sunt principia motuum præter motum a scientia. & illud principium non agit nisi alterum contrariorum tantum. v. g. ꝙ potentia sanans animata solummodo agit sanitatem, vt calor calorem, & frigus frigus. D.d. scientia vero, &c. sciens autem agit duo contraria, quoniam contraria apud ipsum sunt intentiones intellectę: & ideo non inuenitur in anima principium motus, quando mouet ab B intellectu in actu. aut mouet à ratione eodem modo. Et intendit quoniam, quando mouetur a ratione, agit duo contraria: & quãdo mouetur non a potentia, agit alterum contrariorum tantum. & hoc est manifestius in alia translatione, in qua d. & non eodem modo inuenitur in eis motus. D.d. ergo mouebit vtrunq;, &c. i. ergo anima, quando mouet contraria duo a ratione, mouet vtrunq; ab eodem principio, cum congregat duo contraria in intellectu in eodem, s. ꝙ sciẽtia eorũ est eadem. Et in alia translatione est. & ideo mouet, & congregat ad ipsum vtrunq; ex eodem principio. Deinde dicit. Agit enim contraria, &c. i. & sciens agit contraria, quia agit illa, quę sunt possibilia sine ratione, & etiam possibilia cum ratione. verbi gratia quoniam facit sanitatem, quę est possibilis a natura, possibilem a ratione, & secundum artem Medicinę. Deinde d. est enim propriũ per vnum principium, per definitionem. i. sciens enim mouet contrarium, quod vult facere, per principium proprium, & est definitio propria. Deinde d. Et hoc est etiam manifestum, ꝙ sequitur, &c. i. & est manifestum ꝙ actionem & passionem sequitur bonitas actionis & passionis, s. ꝙ omne bonę actionis est agẽs, & omne bonę passionis est patiens: & non conuertitur, scilicet ꝙ omne agens sit bonę actionis, & omne patiens sit bonę passionis. & hoc intendebat cum d. necesse est enim vt illud, quod est bonę actionis, &c. 4

C

Caput Quartum. Contra negantes potentiam, nisi cum res sit in actu.

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt tunc solum posse, cum agat: cum vero non agat, non posse. vt puta eum, qui non ędificat, ędificare non posse, sed ædificantem, cum ædificat. simil ter quoque & de cæteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt, non est difficile videre. Patet nanq;, quòd nec ædificator erit, si non ædificat. ædificatori enim esse ipsum posse ædificare est similiter autem & de aliis artibus. Si igitur impossibile est huiuscemodi artes habere, nisi quandoque discat, & accipiat, & nõ habere, nisi amittat aliquando (aut enim obliuione, aut quadam passione, aut tempore. non enim re corrupta. semper nanq; est) cum cessauerit, non habebit artem. rursus autẽ statim Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

ædificabit, quomodo accipiens? Et inanimata etiam similiter, nec enim frigidum, neq; calidum, neq; dulce, nec omnino vllum sensibile erit non sentientibus. quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec sensum aliquid habebit, si non sentiat, aut operetur. si igitur cęcum est, quòd non habet visum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, iidem sæpius in eodem die cæci, & surdi erunt.

Et quidam, vt Megarici, dicunt ꝙ potentia est apud actionem tantum. vt ædificator cum non ædificat non habet potentiam ædificatoriæ, sed qui ædificat, quando ædificat. & similiter in alijs rebus. Et nō est difficile scire quid accidit istis de impossibili. Manifestū est enim ꝙ non erit ædificator, quando non erit ædificans. essentia enim ædificatoriæ est essentia impossibilitatis ædificatoriæ. & similiter in alijs artificiis. Quoniam, si impossibile ęst vt ista artificia sint in aliquo tempore in eo, qui non ignorat in aliquo tempore, aut per per obliuionem, aut per actionem, aut per tempus, non recedet artificium, quando destruitur apud finem rei, sed est semper. &, si accipiatur in eo aliquo modo, quomodo est statim? Et erit simile huic sermoni in rebus inanimatis. non enim ęst calidum, aut frigidū, aut dulce, aut sensibile sine habentibus sensus. accidet enim eis dicere sermonem Protagoræ. Et etiam nihil habebit sensum omnino, nisi sentiat, aut intelligat. si igitur cæcum est illud, quod non habet visum in tempore, in quo debet habere visum, & habet etiam naturam & esse, tunc illi ipsi erunt cæci multotiens in vna die, & surdi etiam.

5 Cum d. secundum quot modos dicuntur potentiæ, s. de actiua & passiua, & descripsit & numerauit ea, & dedit differētias inter rationalem earum & irrationalē, vult loqui nunc cum negantibus potentias esse, & sunt illi, qui negant possibile esse. Primus enim Philosophus debet loqui de hoc cum istis, cum ista opinio sit sophistica. Et d. Et quidam, vt Megarici, &c. i. & quidam negant potentiam præcedere secundum tempus illud, ad quod pōt, dicendo ꝙ potentia, & illud, ad quod pōt, sunt insimul, ex quo contingit nullam potentiam esse. potentia. n. opponitur actui, & impossibile est vt existant insimul. & iste sermo existimatur nāa quibusdam loquentium, et ęst sermo contrarius naturę hominis. D. d. exemplū de hoc, & d. vt ędificator. i. opinatur ꝙ potentia ad ędificare est cum ędificare, & ꝙ ædificator, quando non ędificat, non habet potentiam ad ędificare, quia nō habet potentiam ædificandi, dum nondum ędificat. D. d. & similiter in aliis rebus. i. et similiter dicebat in alijs potentijs, s. quoniam non præcedunt illa, in quibus contingentia ... possunt secundum tempus. Deinde incœpit dicere impossibilia contingentia ... & d. Manifestum est enim, &c. i. contingit enim eis ꝙ ędificator non vere dicitur ædificator, nisi quando ædificat, & hoc est quasi impossibile. D. d. essentia enim, &c. i. &, cum ædificator, quando non ędificat, non habet posse ędificare ... tunc forma ędificatoriæ, quę est ars ædificatorię, non est posse ędificare ... niam contingit ꝙ ędificator non dicitur ædificator quando non ędificat, nisi per istud, quod est in eo de non posse ædificatoriæ. & sic non est differentia inter istud, quod habet artem ædificatorię, quando non ædificat, & inter illud, quod non habet. Deinde dicit & similiter in alijs artificijs. i. & similiter contingit in alijs artificijs vt substantia artificij sit non posse suæ actionis: quod est valde impossibile. D. declarauit hoc & d. Quoniam, si impossibile est, &c. i. quoniam, si ista ars non existit in eis, qui habent industrias, quando non agunt, absq; ...

Primus Philosophus debet disputare contra negantes potētiam.

Potentia opponiť actui. Vide. 1. de Aīa cō. 6.

A accidit eis aliquid, quod corrumpat artem, aut obliuio, aut longa ægritudo, continget necessario vt corrumpatur, quando actio finitur. & est manifestum ꝙ ars non destruitur, neq; corrumpitur, quando perficitur ędificatum. sed ipse Arist. dimisit consequens, & destruxit ipsum. D.d. Et erit simile huic sermoni, &c, i. & similiter contingit in rebus inanimatis, cum posuerimus ꝙ non est in eis potentia antequam agant, s. quoniam contingit vt non sit hoc frigidum, aut calidum, et vniuersaliter tangibile antequam tangatur, neq; dulce, neq; amarum antequã gustetur, & vniuersaliter nullum sensibile antequam sentiatur. & sic nullũ istorum inuenitur, nisi animal inueniatur, neq; in potentia, neq; in actu. & sic accidet eis opinari opinionem Protagorę Sophistę. D. induxit illud impossibile, & d. Et etiam nihil habebit sensum omnino, &c. & d. hoc, quia sentiens, quando non sentit, est sentiens in potentia. &, si potentia non fuerit, sequitur vt animal non sit animal, nisi quando sentit. Deinde dicit si igitur cęcum, &c. i. si igitur cęcum est illud, quod non habet visum in tempore, in quo naturaliter debet habere, & qui non inspicit aliquid non habet visum in tempore, in quo naturaliter debet habere, s. quia caret illo, quod innatum est habere in illo tempore, tunc homo erit cęcus, quando non inspicit aliquid: & sic homo potest esse cęcus & videns multotiens in vna die. Deinde dicit. & habet etiam naturam & esse. i. & qui non videt apud eos caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in

B quo non videt. & illa priuatio est in eo, sicut dispositio est in cęco: quia caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in quo innatum est habere. Sed est differentia inter cęcum & videns, quando non videt: quia cęcus non habet potentiam videndi, & clausi oculi habent potentiam videndi. & ideo, cum auferimus potentiam ab illo, qui non videt, in tempore, in quo non videt, contingit ꝙ in illa dispositione sit cęcus. *Differẽtia inter cęcũ et non uidens, qñ nõ uidet.*

Item, si impossibile id est, quod priuatur potentia, quod non sit, impossibile est fieri. quod vero impossibile est fieri, qui dicit esse aut futurum esse, mentietur. impossibile enim hoc significabat. Vnde illæ orationes & motum, & generationem perimunt. semper etenim & quod stat stabit, & quod sedet sedebit. si enim sedet, non surget. impossibile nanq; erit surgere, quod non est possibile surgere. Quod, si non est possibile ista dicere, manifestum est quod potentia & actus aliud & aliud est. illę vero orationes idem faciunt potẽtiam & actũ. propter quod non parum quiddam quærunt perimere.

C Et etiam, si illud, quod caret potentia, non habet potentiam, illud, quod non erit, non habet potentiam vt sit. & qui dicit ꝙ illud, quod non habet potentiam vt sit aut erit, mentitur. quoniam non habere potentiam significat hoc. Isti igitur sermones negant motum etiam, & generari. & stans erit semper stans, & sedens semper erit sedens. quoniam, si fuerit sedens non surget, quia non habet potentiam vt moueatur. Si igitur impossibile est dicere hos sermones, manifestum est potentiam esse aliud ab actu. isti vero sermones faciunt potentiã & actum esse idem, & sic volunt aliquid negare non paruum.

Idest, si igitur illud, quod caret potentia, non habet potentiam, manifestum est etiam ꝙ illud, quod erit, non habet potentiam: & illud, quod non erit, manifestũ est etiam ꝙ non habebit potentiam: ex quo sequitur ꝙ illud, quod erit, non erit. 6
Deinde dicit. & qui. &c. i. et quid. ꝙ illud, quod non habet potentiam, non sic est aut erit, fallitur necessario. cum enim dicimus aliquid non habere potentiam, intendimus in hoc, s. non habere potentiam ad esse. D.d. Isti igitur sermones negant motum, &c. i. & d. hoc, quia motus est perfectio eius, quod est in potentia: & cum non fuerit potentia, non erit motus. Deinde dicit, & stans erit semper *Idẽ. 3. Phy. tex. cõ. 6.*

stans,&c. & hoc est intellectum per se. quoniam illud, quod non habet potentiam ad aliquid, nunquam ex illo erit illud, dum non habet potentiam. Deinde posuit omnia ista impossibilia quasi antecedens, & positionem quasi consequens & d. Si igitur impossibile est &c.i. si igitur est impossibile vt omnia ista impossibilia sint, quę contingunt negantibus potentiam pręcedere actum, manifestum est ꝙ potentia est aliud ab actu, & ante actum. Deinde dicit. Isti vero sermones,&c.& d.hoc, quia, quando aliquid exit in actum, iam fuit in potentia, antequam exisset in actum. cum igitur aliquis negauerit potentiam pręcedere secundum tempus, & est impossibile vt sit in actu, cum potentia & actus sint contraria, continget eis facere potentiam & actum idem. Et hoc est, quod d. ꝙ potentia est cum actu, est sermo quasi nihil.& d.& sic volunt negare aliquid non paruum. quia hoc esse, quod est in potentia, est quasi in medio entis simpliciter... qui negant potentiam, negant primam materiam, & omnes motus, & generationem, & corruptionem, & omnes artes, quę agunt per cogitationem, & voluntatem ad expellendum nocumentum, & ducendum iuuamentum.

Potentia est aliud ab actu et ante actū.

Qui negant potentiā, negāt primam materiam, et oēs motus, & oēs artes, qua agunt p cogitationē.

Quare contingit possibile quidem esse aliquid, non esse autem: & possibile non esse, esse vero. similiter autem in cæteris quoq; prædicamentis, quicquam possibile ambulare, non autem ambulare: & possibile non ambulare, ambulare. Hoc autem possibile est, cui si ... insit actus, cuius potentiam habere dicitur, nihil impossibile erit... co autē, vt si possibile sedere est, vt sedere contingit, huic si existat ipsum sedere, nil impossibile erit. et si moueri qcquā, aut mouere, ... stare, aut sisti, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut nō fieri, similiter ... Nomen vero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiā in ... maxime ex motibus. videtur etenim maxime motus actus esse. Quare non entibus non attribuunt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, vtputa intelligibilia, & desyderabilia esse ipsa non entia, non autem mota. hoc autem, quia cum non sint actu, erunt actu ... entium .n. quædā potentia sunt, non autē sunt, quoniā actu non ...

Ergo possibile est vt aliquid habeat potentiam ad esse, sed non ... & vt non sit illud, quod non habet potentiam. & similiter in aliis prædicamentis illud, quod non habet potentiam ad ambulare, non ambulabit, & illud, quod ambulat habet potentiam ad ambulationem. Potens enim est illud, quod, cum habet illud, agit in quod dicitur posse & nihil erit quod non habet potentiam. verbi gratia si potest sedere cum venit ad hoc sedere, nihil erit ad quod non potest.& si moueatur aut mouebit, aut erigatur, aut erigat, aliud autem est, aut erit, aut ... est, aut non erit, similiter etiam magis. Et hoc nomen actio non ... nit, nisi illius, quod cum potentiæ complemento, & cum aliis etiam magis ex motibus. existimatur enim magis quòd actio est motus ... similiter non attribuunt motum eis, quæ non sunt, sed attribuunt illud prædicamentis aliis, vt dicuntur quæ non sunt esse cogitabilia aut appetibilia, mobilia vero non. & illud est, ne sint in actu, cum ... sint in actu. quædam enim non sunt in potentia, & non sunt, quia ... sunt in complemento.

7 Ide ..., sequitur igitur ex hoc, ꝙ possibile est vt aliquid habeat potentiam, & sit ens demonstratum, sed in tempore, in quo habet potentiam, est non ens. D. & ...

A & vt nõ fiat illud, quod non habet potentiam, &cæ. i. & vt non fiat illud, quod non habet potentiam. Et in alia translatione, Ergo posſibile eſt vt aliquid ſit, cum non ſit ens, & impoſsibile eſt vt non ſit & ſit. i. ergo poſsibile eſt in re, quę non eſt, vt ſit, cum fuerit non ens, ſed eſt poſsibile vt non ſit, & erit poſt. Deinde dicit. & ſimiliter in aliis prædicamentis, &c. ideſt, & ſimiliter eſt in vnoquoque prædicamentorum, ſcilicet ꝙ illud, quod non habet potentiam ad aliquod eorum, non diſponitur per illud, ad quod non poteſt. ver. gra. in prædicamento actionis: quoniam quod non poteſt ambulare, impoſsibile eſt vt in aliqua hora ambulet. D. d. & illud, quod ambulat, habet potentiã ad ambulationem. i. & omne, quod eſt ad aliquid, habet potentiam ad illud. D. d. nihil erit, quod non habet potentiam, i. manifeſtum eſt igitur ꝙ nulla actio prouenit ab aliquo, quod nõ habet potentiam ad illam actionem. D. d. exemplum, & d. v. g. &c. i. ver. gra. ꝙ, ſi aliquis habet potentiam ad ſedendum, illud eſt poſsibile vt ſedeat. & hoc, quando ſedet, non agit actionem, ad quam non habebat potentiam, ſed agit illud, ad quod habebat potentiam. Et intendit ꝙ quærendum eſt a negantibus potentiã præcedere actionem, ſ. ꝙ, quando aliquis agit aliquam actionem, vtrum agat illud, ad quod habebat potentiam ante actionem, aut ad quod non habebat potentiam. ſi ad quod non habebat potentiam, ergo agit impoſsibile ſibi, & illud ad quod poteſt: ergo concedunt potentiam præcedere actionem. Moderni autẽ ponunt vnum agens omnia entia ſine medio, ſ. Deum. & contingit iſtis vt nullum ens habeat actionem propriam naturaliter. &, cum entia nõ habuerint actiones proprias, non habebunt eſſentias proprias. actiones enim non diuerſantur niſi per eſſentias diuerſas. Et iſta opinio eſt valde extranea a natura hominis: et, qui recipiunt huiuſmodi, non habent cerebrum habilitatum naturaliter ad bonum. Deinde dicit. Et ſi moueantur, &c. i. &, ſi quicquid mouetur, aut mouet, aut eleuet, aut eleuetur, aut eſt, aut erit, non diſponitur per aliquod iſtorum, niſi illud, quod habet potentiam ad illud, ſ. quod non dicitur aliquid moueri, niſi quando habet potentiam ad illud: & ſimiliter non dicitur eleuare aut eleuari, niſi illud, quod poteſt hæc: & ſimiliter non dicitur eſſe, aut fore, niſi illud, quod poteſt eſſe, aut fore. D. d. aut non erit, &c. i. & ſimiliter cum dicitur aliquid non eſſe, aut non facere aliquid, dicitur ꝙ non habet potentiam ad illud. Deinde dicit. Et hoc nomen actio, &c. i. & illa, quæ ſunt compoſita ex complemento, & potentia, nõ dicitur eſſe actio, quando mouentur. Exiſtimatur. n. ꝙ illud, quod eſt in actu, eſt mobile, & ꝙ motus eſt actio. illa autem, quæ non mouentur, non dicuntur eſſe actus: vt intelligibilia, & voluntabilia. non enim dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed eſſe in anima, & in cognitione. Et hoc intendebat, cum d. Et ſimiliter non attribuũt, &c. i. v. g. ꝙ entia, quæ non ſunt extra animam, non dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed dicuntur eſſe in anima cogitatiua, aut anima appetitiua: ſed non dicuntur entia, ſicut dicuntur res mobiles. D. d. & illud eſt, nę ſint in actu, &c. i. & illud,
C quod eſt in potentia, non dicitur eſſe, quia entia in aſpectu primo ſunt illa, quæ mouentur in actu. Et induxit hoc ad declarandum cauſam latentiæ, propter quã hoc nomen ens non dicitur ſimpliciter apud vulgus de eo, quod eſt in potentia, & ſit in anima in actu.

B Digreſsio cõtra Loquentes in ſua lege.

Sĩ entia nõ habuerit actiones proprias, nõ habebunt eẽntias ꝓprias: actiones. n. nõ diuerſantur, niſi ꝑ diuerſas eſſentias. Vide 1. Cœli. 8.


Entia, quę nõ ſunt extra animã, nõ dicũtur eẽ ſimpliciter, ſed dĩr eẽ in aĩa cogitatiua, aut appetitiua. vide. 5. Met. cõ. 15. & 10. Met. com. 2.

Caput Quintum. Contra ponentes omnia poſsibilia.

SI autem poſsibile eſt quod dictum eſt, quatenus ſequitur, manifeſtum eſt quòd non poteſt verum eſſe dicere, quòd poſsibile quidem eſt hoc, non tamen erit. alioqui quænam impoſsibilia ſint, hoc modo fugiunt nos. dico aũt, vt ſi quis dicat poſſe diametrum commenſurari, non tamen commenſurabitur, non cogitans quidnam impoſsibile ſit: quia nihil prohibet aliquid, poſsibile exiſtens aut eſſe

aut fieri, non esse nec futurum esse. Attamen ex his, quæ posita sunt, illud necessario sequitur. quia, si supponamus esse, aut factũ esse, quod nõ quidẽ est, possibile autẽ est, nihil impossibile erit. at accidet quidem, cõmensurari.n. impossibile est. Enimuero non est idẽ falsum, & impossibile, te nanque nunc stare falsum quidem, sed non impossibile est.

Si igitur hoc, quod dictum est, sit possibile, aut necessarium, manifestam est ꝙ impossibile est vt sit verus sermo, dicens hoc esse possibile vt sit, sed nõ erit, ita ꝙ sequitur ex hoc sermone vt sint res, quæ impossibile est vt sint. v.g. si aliquis dixerit ꝙ diameter mensurat, ꝙ impossibile est mẽsurare. non.n. cogitat hoc esse impossibile. nihil.n. prohibet, cũ fuerit aliquid, qđ possibile est vt sit, aut vt generetur, vt non sit, neq; generetur. Sed hoc est necessarium, ex positis, si fuerit, & posuerimus ipsum esse, aut fuisse illud, quod non est, sed impossibile est vt sit: & accidit ꝙ aliquid, quod non habet potentiam, ex dicere quòd nõ habet potentiã secũdum mensuram. Nam falsum, & non habere potentiam est idem. sermo.n. dicentis te esse modo surgentem, est falsus, sed non habet impotentiam, cum sit possibile.



8 Si igitur illud, quod dictũ est, sit possibile, aut necessariũ, s. ꝙ potẽtia & posse præcedunt actionẽ, manifestũ est, qm̃ impossibile est vt aliqđ possibile nũquã exeat ĩ actũ. D.d. ita ꝙ sequit' ex hoc sermone, i. qm̃, cũ fuerit positum ꝙ aliqđ possibile nõ erit, & est opinio* Platonis, sequitur impossibile ex positione istorũ, s. vt sit illud, qđ impossibile est vt sit. D.d. v.g. si aliqs posuerit ꝙ diameter ĩpossibile est vt sit symeter costę, & ꝙ est symeter ei. D.d. nõ.n. cogitat, &c. i. istę.n. duę opiniones nõ cõgregantur ĩ vna cogitatione. qui.n. opinãtur ꝙ diameter ĩpossibile est vt symeter, nõ cogitat de demonstratione super hoc, ꝙ sit symeter. D.d. nihil.n. prohibet, &c. i. &, cũ aliquid fuerit possibile vt sit, forte erit, & forte nõ erit. D.d. Sed hoc est necessarium ex positis, i. & cũ sit impossibile illud, quod potest esse non esse, continget huic positioni ꝙ aliquid fuerit, quod ante fuit impossibile vt esset. Et intendebat [illegible] re ꝙ ista consecutio, quæ est necessario vera, est ecõtrario ei, quod ponunt [illegible] tes naturã esse potestate. contingit.n. ponentibus aliquid esse, quod ante non [illegible] possibile, hoc scilicet ꝙ illud, quod est possibile, nõ erit omnino. D.d. & accidit ꝙ aliquid, quod non habet potentiam, &c. i. & sequitur hanc positionẽ, vt [illegible] quod non habet potentiam, v.g. latus, quod non habet potentiam ad mensurandum vt sit. D.d. Nam falsum, &c. i. & contingit dicentibus ꝙ erit illud, quod est [illegible] possibile vt sit hoc, ꝙ falsum possibile, & falsum impossibile sint idem. Nulla [illegible] est differentia inter hæc duo falsa, nisi hoc, ꝙ alterum potest recipere verum, & reliquum non potest. &, cum non fuerit illic posse, quod præcedat esse rei, [illegible] nere ipsum esse, antequã sit, est falsum impossibile, non falsum possibile. D. [illegible] exemplum, & d. sermo enim dicentis, &c. i. & differentia inter hæc duo falsa [illegible] licet impossibile & non impossibile, est quia non impossibile habet potentiam [illegible] verũ, impossibile aũt non habet potentiam ad illud. v.g. quoniam dicere te [illegible] surgẽtem, dum sedes, est dicere falsum, sed potest tamẽ esse verũ in aliquo [illegible] cere vero ꝙ diameter est symeter costæ est dicere falsum, qđ nunꝙ erit verũ.

* a.l. Philonis.

Quæ ẽ diffa inter falsum pose, & ĩter falsum ĩpossibile.

M Simul autem manifestum est quòd, si A existente, necesse est B esse, ita etiam A existente possibile esse, necesse est B quoq; possibile esse. Nam, si non necesse est possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. sit itaque A possibile. cum igitur A possibile fuerit esse, si ponetur ipsum A, nihil impossibile esse accidit. at tum ipsum B necesse est esse. attamen impossibile erat. Sit igitur impossibile. ꝙ si impossibile, necesse est A esse, necesse est & B esse. sed erat A possibile, ergo etiã B. Si igitur A possibile sit, B etiam possibile erit: si ita quidem se habebant, vt A existente, necesse sit etiam B esse. Si itaque sic se habentibus A B, non ita possibile sit B, nec ipsum A B se habebunt, vt positũ est. & si A possibili existente, necesse est B possibile esse, si A est, necesse est B etiam esse. possibile nanque esse necessario B esse, si A possibile, hoc significat, si A sit, & quando, & sicuti erat possibile esse, illud quoque tunc, & ita necesse esse.

B Et cum hoc manifestũ est ꝙ, si A fuerit, necesse erit B. & similiter, si possibile fuerit vt sit A, necesse est vt B sit etiam possibile. Si igitur non fuerit possibile, nihil prohibet vt non sit possibile. si igitur A est possibile, cum igitur fuerit possibile A, si fuerit positum, accidet vt sit alicuius impossibilis. & si A fuerit positum, necessario erit B. sed non est possibile. Cum igitur fuerit A, & B erit possibile, cũ fuerint in hac dispositione, ita ꝙ sicut A, necesse est vt sit B. Si autem A, & B fuerint in hac dispositione, & si nõ fuerit B possibile in hac dispositione, neque A, & B erunt, sicut est positum. & si A fuerit possibile, necesse est vt sit B possibile. & si A fuerit, etiam necessario erit B. quoniam possibilitas essendi B est necessaria esse, cum sit impossibile aliquid loco istius, si A fuerit. &, cum fuerit illud quod est impossibile vt non sit, ergo & illa necesse est vt sint cum fuerint, & vt sint in hac dispositione.

Quia dicentibus ꝙ aliquid erit, quod est impossibile vt sit, & sunt negantes 9
C potentiam præcedere actum; contingit ꝙ illud, quod est possibile vt sit, non erit omnino, incœpit destruere hoc ad destruendum potentiam eorum, scilicet dicentem aliquid esse possibile, quod nunquam exit in actum. & incœpit in hoc capitulo præponere ad destruendum hanc positionem illa, quæ debent præponi. s. ꝙ falsum impossibile non sequitur ex falso possibili. Alio modo vero vtimur hac propositione, quam intendit in hoc capitulo declarare in hoc, ꝙ nihil habet potentiam ad corruptionem quin corrumpatur, aut ad generationem quin generetur, & ꝙ nihil quod non habet potentiam ad generationem generabitur, aut qđ non habet potentiam ad corruptionem corrumpitur. Sic declarabitur, ponendo ꝙ in A est potentia ad corruptionem, & nunquã corrumpetur. deinde ponatur ꝙ A corrumpitur. & ista positio erit falsum possibile, non impossibile. quod. n. habet potentiã ad aliquid, si fuerit positum in actu erit falsum, sed non impossibile. falsum enim impossibile est illud, in quo non est potentia. Cum enim posuerimus A corrumpi & non corrumpi, sequitur in tertia figura ꝙ quiddã, quod non corrumpitur, corrumpitur. Et, cum fuerit positum ꝙ hoc falsum impossibile non sequitur ex propositione possibili, erit scitum ꝙ propositio, ex qua sequitur impossibile, est dicẽs ꝙ illud, in quo est potentia ad corruptionem, non corrũpitur. & præponit ad declarandum hoc, ꝙ ex possibili nõ sequitur impossibile. & hoc fecit in prioribus analyticis, & in Cœlo, & mũdo. Et d. Et cũ hoc, &c. i. Expõ tex-tus.

& est manifestum ꝙ, cum fuerint duo, quorum alterum sequitur reliquum, v.g. ꝙ A sequitur B, si A fuerit necessarium, B erit necessarium: & si possibile, possibile: & si A fuerit, B erit. Et, quia syllogismus & conclusio sunt consequentia, est necessarium ꝙ, cum syllogismus fuerit ex propositionibus necessarijs, conclusio erit necessaria; &, si ex possibilibus, possibilis. D. inçœpit dicere hoc, & d. Si igitur non fuerit possibile, &c. i. si ergo conclusio, quæ est B, non fuerit possibilis, & est conclusio syllogismi possibilis, s. A, ponatur ꝙ B sit non possibile, falsum impossibile. D. d. si igitur A est possibile, idest, ponatur igitur ꝙ A est possibile, & B impossibile. D. d. cum igitur fuerit possibile, &c. i. si A fuerit possibile, & fuerit positum esse in actu, continget vt conclusio, quæ sequitur ex eo, sit impossibilis: ergo A est impossibile non possibile: sed positum fuit A esse possibile. & hoc est inconueniens, qm̄ B, cum non fuerit, non erit A. qm̄ positum fuit ꝙ, cū A fuerit, erit B. D. d. Cum igitur fuerit A, & B, &c. i. necesse est igitur, si A fuerit possibile, vt B sit possibile, cum fuerint in hac dispositione, s. ꝙ B sequitur ex A, erunt A & B possibilia, s. syllogismus & conclusio, cum fuerint posita in hac dispositione, s. ꝙ B sequatur ex A. D. d. Si autem A, & B fuerint in hac dispositione, &c i. si autem A. & B fuerint secundum ꝙ positum est de consecutione, & B non fuerit possibile, A etiam non erit, sicut est positum, i. non possibile. D. d. & si A fuerit possibile, &c, i. manifestum est igitur ex hoc ꝙ, si A fuerit possibile, B necessario erit possibile. &, cum A fuerit, B necessario erit. D. d. qm̄ possibilitas essendi B, &c. i. qm̄ possibilitas essendi B est necessaria per possibilitatem essendi A. D. d. cum sit impossibile, &c. i. cum sit impossibile aliquid in loco istius, s. cū A fuerit vt sit B: & similiter si A fuerit in alia dispositione, B impossibile est vt sit, nisi in illa dispositione. D. d. ergo necesse est vt sit B cum fuerit A, & vt sit in illa dispositione essendi, in qua est A.

Caput Sextum. Quæ potentiæ præcedente opere in re significantur, quæ uero non, & quo pacto potentiæ ad actum deducantur.

CVm autem omnium potentiarum quædam natura nobis insitæ sint, vt sensuum; quædam consuetudine, vt tibiis canendi; quædam doctrina vt artium, has quidem necesse est eos, qui primo operati sunt, habere, quæcunque scilicet consuetudine & ratione. quæcunque vero non tales, & quæ patiendi potentiæ sunt, non est necesse. Quoniam vero quod potest, aliquid potest, & aliquādo, & aliquo modo, & quæcunque alia necesse est adesse in definitione: & quædam quidem ratione possunt mouere, & potentiæ eorum cum ratione, quædam vero irrationalia, & potentiæ irrationales, & illas quidem necesse est in animato esse, has vero in ambobus: huiuscemodi quidem potentias necesse est, vt cum quoad possint actiuum & passiuum approximent, hoc quidem faciat, illud vero patiatur, illas vero non est necesse. hæ enim omnes, vna vnius factiua, illæ vero contrariorum. Quare, simul ne faciat contraria? hoc vero impossibile est. Necesse est igitur aliud quiddam esse, quod dominetur. dico autem, siue appetitum, siue electionem. quodcunque enim appetat, principaliter hoc faciet, cum quoad possit proximet passiuo. Quare omne secūdum rationem potens necesse est vt, cum appetat id, cuius potentiam habet, & vt ha-

A bet, hoc faciat. habet autem pasſiuo præſente, & ſic ſe habente, facere. ſin minus, facere non poterit. nullo enim intrinſecus prohibente, ſeparationem faciendo nihilo opus amplius eſt: potentiam enim habet, vt eius quod eſt poteſtate faciendi. at nõ quomodocunque, ſed aliquo modo ſe habentibus, a quibus ſeparabuntur etiam extrinſecus prohibentia. remouentur enim hæc eorum quædam, quæ in definitione aſſunt. Quare nec ſi ſimul velit aut deſideret duo, aut cõtraria facere, faciet. nõ enim ita potentiam eorum ſimul habet, nec eſt potentia ſimul faciendi. at quorum eſt, ita faciet.

Et, cum fuerint omnes potentiæ, & quædam habent vnũ genus, vt ſenſus: & quædam per additamentum, vt muſica: & quædam per doctrinam, vt artificiorum, ergo neceſſe eſt vt quædam ſint in eis, quorũ actio præcedit, & ſunt omnia, quæ ſunt per cõſuetudinem, & locationem. quæ autem non ſunt talia, ſunt iſta, quæ ſunt per paſsionem, & B non eſt neceſſe vt ſint ſic. Et, cum poſsibile eſt aliquid, poſsibile eſt in aliquo tempore, & quodammodo, & per omnia, quę debent diſtingui neceſſario: & illa, quæ poſſunt ad motum, ſunt ſecundum rationem, & potentiæ eorum etiam ſunt cum ratione etiam: ergo quæ non habent rationem potentiæ, eorum non habent rationem etiam. & eſt neceſſe illa eſſe in animato, iſta vero in vtroque. potentię autẽ, quę ſunt tales, quando appropinquantur, ſecũdum ꝙ eſt poſsibile eis, de actiuo & paſsiuo, neceſſe eſt vt quædam agant, & quædam patiantur, alię vero nõ eſt neceſſe. vnaquęq; enim omnium iſtarũ agit aliam, illa vero agũt cõtraria. Ergo agit contraria inſimul: quod eſt impoſsibile. Ergo neceſſe eſt vt dominus dicens ſit aliud. & hoc eſt appetitus, & volũtas. quoniã nõ aget niſi illud, quod appetit in rei veritate, cum fuerit ſecundũ ſuã potentiam, & fuerit propinquum paſsiuo. Ergo omne, quod habet potẽtiam ſecundũ rationem, neceſſe eſt cũ fuerit appetẽs illud, quod habet potentiam, vt agat illud, & ſecũdũ quòd habet de C appetitu etiam, ſemper erit, cum paſsiuũ fuerit propinquũ, & habuerit potentiam actionis in hac diſpoſitione. & ſi actio poteſt ad hoc, & nõ indigetur addere in ſermone, niſi fuerit aliquod extrinſecum, quia potentia eſt in eo, & quaſi hoc in potentia actionis eſt additamentũ. & hoc non eſt omni modo, niſi in eis, quæ ſunt quodam modo: & in hoc erit diuiſio, & additio, & per res extrinſecas prohibentes, & quia iſta diminuunt quædam in diuiſione. Et ideo, ſi voluerit & appetierit agere contraria inſimul, non aget: quia non habet potentiam ad illa ſecundũ hãc diſpoſitionem, & etiam non habet aliquam potentiam, qua agat cum illo, quod poteſt agere hoc modo.

Ideſt. Et cum potentiæ modi ſint diuerſi: quædam exiſtunt per naturam, & collocantur ſub vno genere, ſ. naturæ, ſ. ꝙ conueniunt in hoc, ꝙ exiſtunt per naturam, v. g. ſenſus: & quædam exiſtunt per aſſuetudinem, & quædam per diſciplinam, v. g. vt plures artes agentes, v. g. vt ars Medicinæ. & alię artes operatiuę, quę vtũtur ratione. Et d. hoc, quia artes operatiuę, quędã acquirũtur p aſſuetudinẽ, & quædã per rationẽ, & quædã per rationẽ & aſſuetudinẽ. Et, cũ narrauit

10 Artes operatiuę quot modis acquirantur.

per rationem & aſſuetudinem. Et, cũ narrauit modos potentiarum, d. ergo neceſ-
ſe eſt, &c. i. ergo neceſſe eſt vt potentiæ & habitus præcedãt actiones illarũ po-
tentiarũ & habituum. qui. n. tangit citharã, non acquiret habitũ tangẽdi ci-
tharam, donec tangat illam. D. d. quæ autem non ſunt, &c. i. potentiæ autẽ natura-
les præcedunt ſuas actiones in eſſe. qui enim habet potentiam viſibilem, non eſt
neceſſariũ in hoc ꝙ acquirat hanc potentiam hoc, ſ. ꝙ ante videat. D. d. Et cum
poſsibile eſt, &c. i. &, cum poſsibile eſt aliquid, eſt poſsibile in aliquo tẽpore, &
in aliquo modo poſsibilitatis, & vniuerſaliter omnes diſpoſitiones, quæ debẽt
diſtingui neceſſario in quolibet poſsibili. D. d. & illa, quæ poſſunt ad motũ, &c.
ideſt, &, cũ illa, quę poſſunt aliquam actionem, fuerint rationabilia potentię ea-
rum agentes erunt coniunctæ cum ratione. & intendit ꝙ ratio eſt primus mo-
in eis. D. ergo quæ non habent rationem, &c. i. ergo omnis potentia, cuius ac-
non prouenit a ratione, eſt abſoluta à ratione. D. dicit & eſt neceſſe, &c. i. & e
neceſſe vt illa, quæ ſunt cum ratione, ſint in animato: & quæ non ſunt cum ra-
tione ſint in vtroque, ſ. in animato & in inanimato. D. d. potentiæ autem, &c.

Ab actiuo naturali debite approximato paſſo, & nõ impedito, neceſſario prouenit actio.

ſunt tales, &c. i. potentiæ vero, quæ ſunt ſine ratione, quando agens appro-
quat acto, & non eſt illic aliquod impediens extrinſecum, neceſſe eſt vt age-
agat, & patiatur patiens. v. g. ꝙ, quando ignis appropinquat alicui combuſti-
& non fuerit illic aliquod impediens, neceſſario comburet. D. d. aliæ autẽ, &c.
aliæ vero potentiæ, ſ. quæ ſunt cum ratione, non eſt neceſſe, quando appro-
quãt ſuis agẽdis, vt agant. qm̃ vnaquæque illarũ agit alterum contrariorum
tum, quæ autem ſunt cum ratione, agunt duo contraria. ſcientia enim eſt ſcien-
contrariorum. D. d. Ergo agit contraria inſimul: quod eſt impoſsibile. ideſt
ſi agit duo contraria per ſe & primo, continget ex hoc vt agat duo contraria
ſimul: qđ eſt impoſsibile. D. d. Ergo neceſſe eſt vt dominus dicens ſit aliud. i.

Potẽtiæ rõnales agunt duo contraria. Idem ſupra cõ. 3.

ergo neceſſe eſt vt in iſtis ſit principium prius potentijs mouentibus, quæ ſi-
ſa in hoc, ꝙ agunt alterum contrariorum quandoque, & alterum quandoque. &
vniuerſaliter neceſſe eſt vt aliquid ſit, quod faciat magis agere alterum contra-
ꝙ alterum: & hoc eſt verum principium. D. d. & hoc eſt appetitus, & volun-
ideſt, & hoc principium, quod facit magis agere alterum contrariorũ, eſt appeti-
tus, & voluntas, quæ eſt ab intellectu. appetitus. n. cũ fuerit alterius contrarij
tunc actio agẽtis pẽdet ex illo cõtrario, & ſimiliter a voluntate. D. d. qm̃
aget, &c. i. & iſtę potẽtię nõ agunt de cõtrarijs, niſi illud, qđ magis appetunt
appetitu intellectus, aut appetitu imaginationis. Et d. ſecũdum ſuã potentiã
qñque appetitur, quod non põt acquiri. Et d. qñ fuerint propinqua, quia propin-
quitas eſt neceſſaria, & eſt cõis duabus potentijs, ſ. rationali & irrationali. D.
Ergo omne, quod habet potentiã, &c. i. ergo neceſſe eſt, cũ ratiocinatus hab-
magnum appetitũ ad illud, quod poteſt agere, vt agat illud ſecũdũ ſuum appeti-
tum & ſuum poſſe: ſed non agat, niſi qñ patiens fuerit propinquum ei, & habue-
rit in tẽpore actionis iſtam diſpoſitionem, quam dicimus, ſ. appetitum, & po-
tiam ad agere. D. d. &, ſi actio poteſt, &c. i. & non indigemus cum hoc ꝙ po-
tia poſsit agere, & addere, niſi aliquid extrinſecum impediat. quoniã ſufficit
hoc, quod dicimus, ꝙ potentia poſsit agere: qm̃, cum fuerit illic impediens,
potentia non poterit. & hoc intendebat, cum d. quia potentia eſt in eo à
impedimenta in quibuſdam virtutibus ſunt per accidens. D. d. & quaſi hoc
tentia actionis eſt additamentum, i. & dicere hoc in potentia actionis eſt
fluum. D. d. & hoc non eſt omni modo, &c. i. & non excipiuntur impedimenta
extrinſeca in omni potentia, ſed in aliquo modo poſsibili. & in iſtis, quando
ſtinguitur potentia actionis, dicitur ꝙ potentia ad actionẽ dominatur ſuper
dum, & impedimenta extrinſeca auferuntur. D. d. & quia iſta diminuunt
in diuiſione, i. qm̃ in iſtis, qñ non diſtinguitur potentia agẽtis his duobus
tũc intellectus erit diminutus. D. d. Et ideo, ſi voluerit, &c. i. & neceſſe eſt
tentia agentis ad actionem ſit cum appetitu, & tunc inuenietur actio. quando
appetiuerit agere contraria inſimul, non poteſt, quia non habet potentiam
inſimul. D. d. & ẽt nõ habet aliquã potẽtiã, &c. i. & ideo nõ habet aliquam
tiam, qua agat illud, quod põt agere ſcđm hũc modũ, ſ. agere duo cõtraria

Caput Primum. Quid, & quale sit id, quod actu dicitur.

CVm autem de potentia, quæ secundum motũ dicitur, dictum sit, de actu determinemus quidnam actus, & quale quid sit. etenim posibile quoque simul manifestum erit, si diuiserimus, quòd non solum hoc dicimus posibile, quod natura aptum sit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut quodam modo, sed etiam aliter. propter quod cum inquiramus. de his etiam tractabimus. Est autem actus, rẽ existere, non ita quemadmodum dicimus potestate. Dicimus autem potestate, vt in ligno Mercurium, & in tota dimidiam, eo quòd auferri posit. & scientem etiam illum, qui non speculatur, modo speculari B posit. est autem hoc actu. Manifestum autem quod dicere volumus per inductionem in singularibus. & non oportet omnium definitionẽ quærere, sed etiam quod proportionale est conspicere. quoniam vt ædificans ad ædificatiuum, & uigilans ad dormiens, & videns ad cõniuens habens tamen visum, & segregatum a materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratum. huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus sit, alteri vero posibile. Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed proportionaliter. vt hoc in hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud in illo, aut ad illud. quædã enim, ut motus ad potentiam, quædam, ut substantia ad aliquam materiam. Aliter autẽ infinitum & uacuum, & quæcunque huiuscemodi, quã pleraque entiũ potentia & actu dicuntur, ut quã uidens, ambulans, & uisum. etenim hæc quidem contingunt, & simpliciter, & quandoque uera esse. uisum enim hoc quidem quoniam uidetur, hoc uero quoniam uideri posibile est. infinitum uero non ita potentia est, ut actu futurũ separatũ, C sed cognitione. etenim potentia esse hunc actum attribuũt diuisioni, ne deficiat, non autem ut separetur.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

Et, cum dictum est de potentia, quę est secundũ modum motus, distinguemus actũ. & quæstio est q̃d sit actus, quoniã hęc distinctio manifestabit etiam posibile. non. n. dicimus hic tãtum esse posibile mouere aliud, aut moueri ab alio simpliciter, aut aliquo modo, sed & secundũ alium modum etiam. & ideo apud nostram quæstionem dicemus ista ẽt. Quod est igitur in actu est vt sit res non in dispositione, in qua dicitur esse potentia. Et hoc, quod intendimus dicere, declarabitur per sermonem & rationem sequentem in rebus simplicibus. & non oportet quærere definitionem omni modo, sed consideratio est de rebus, quæ dicuntur secundum conuenientiam. quoniam sicut proportio ædificatoris ad ædificatum, & uigilantis ad dormientem, & uidentis ad clausum oculos quod habet uisum, & abstracti a materia ad materiam, & artificiati ad artificem. sint igitur alte-

rius duarum partium istius distinctionis actus per se, & alterius potentia. Et non dicuntur de omnibus, quę dicuntur potentia eodem modo, sed dicuntur aut secũdum conuenientiam, vt sit ad hoc, hoc erit in hoc, aut ad hoc. quædam enim sicut motus ad potentiam: & quædam sicut substantia ad aliquam materiam. Et alio modo dicitur ꝙ infinitũ, & vacuum etiam, & omnia, quæ sunt talia in potentia & actu pluriũ prædicamentorũ, vt dicitur in visu, & ædificato & inspecto, quoniã in istis possibile est vt actus sit verus, & simpliciter etiã illud aliud quod aspicitur, quia videtur, & aliud, quod habet potẽtiam vt videatur. infinitum autem non est in potentia aliquo modo, sicut illud, quod est separatum in actu, sed secundũ cognitionem. necesse est.n. vt iste actus sit in potentia, ne diuisio finiatur, & non ut sit separatum.

11 IDest, & cum omnia ista diximus de potentia, quæ in mobilibus, loquemur de distinctione illius, qđ significat hoc nomen actus. & quęstio primo est quid actus. D. d. & quæstio, &c. i. & q̃stio, in qua est error, est scire primo quid actus, & quæ sint differentiæ eius. quoniã distinguendo illum per definitionem, distinguetur possibile etiam secundum definitionem eius: cum possibile etiã non intelligatur, nisi in respectu actus. D. d. non enim dicimus, &c. i. & causa, propter quam indigemus definire actum in sciendo possibile, est, quoniam, cum dicimus ꝙ aliquid potest mouere aliquid & moueri ab aliquo, non dicimus hoc simpliciter, sed in respectu, quoniam vnaquæque istarum potentiarum non intelligitur nisi in respectu actus. Deinde incœpit describere actum, & dicit. Quod igitur in actu, &c. & iste sermo est intellectus per se. D. d. Et hoc, quod intendimus dicere, &c. i. et hoc, quod diximus in descriptionẽ actus, declarabitur ex inductione. & hoc intendebat per sermonem sequentem, cum dixit ꝙ ista descriptio apparebit, quando considerauerimus quid significat actus in vnaquaque rerum, quæ dicuntur esse in actu. nihil. n. aliud intendimus quã hoc, s. quod est in dispositione, in qua non est, cum fuerit in potentia. & similiter aliquid esse in potentia significat ꝙ est in dispositione opposita dispositioni, in qua est in actu. & actus & potentia sunt relatiua contraria: & vtrunque relatiuorum accipitur in definitione alterius: & non accidit inde malum. Et d. & non oportet quęrere definitionem omni modo, i. & non oportet quęrere definitionem in omnibus rebus eodem modo. definitiones. n. rerum non relatiuarum debent esse alio modo à definitionibus rerum relatiuarum. D. d. sed consideratio est de rebus, quæ dicuntur secundum conuenientiam. i. sed definitio, quam quærimus hic est alio modo: quia consideratio hic est in rebus, quæ dicuntur secundum comparationem ad inuicem, scilicet in rebus relatiuis. D. d. exemplum, & d. quoniam, sicut propter ... quoniam sicut ędificaus dicitur in respectu ędificati, & ædificatum in respectu ædificantis: & dormiens in respectu vigilantis, & vigilans in respectu dormientis: & vidẽs in respectu clausi oculorum, & econuerso: & forma in respectu materiæ, & econuerso: & artifex in respectu artificiati, & econuerso, & similiter in suis definitionibus, cum significatio definitionis debeat esse æqualis significationi nominum. D. d. sint igitur alterius, & cæt. i. sint igitur hæ duæ definitiones actus vniuersalis. quod autem significat vtrunque istorum in vnaquaque ... est diuersum, non consimile. D. d. sed dicuntur aut secundum conuenientiam & ... idest, quoniam quædam de quibusdam dicuntur secundum cõuenientiam ... portionalitatẽ, sicut dr̃ hoc nomẽ potẽtia de duobus sc̃dm ꝓportionalitatẽ ... & hoc intẽdebat, cũ d. vt sit. i. vt hoc nomen potentia dicitur de duobus ... proportio alterius ad illud, ad quod comparatur, est sicut proportio reliqui ad illud: & hoc per hanc præpositionem ad, aut alias præpositiones. D. d. exemplum & d. quædam enim sunt sicut motus ad potentiam, & cæt. i. v g. in eis, quæ dicuntur secundum proportionalitatem, est dicere potẽtia ad motum, & potentia ...

Vnaquęque potentia nõ ĩtelligitur nisi ĩ respectu actus. Idem ĩfra te. c. 20.

Actus & potẽtia sunt relatiue cõtraria.

Relatiua se inuicem definiunt, & nõ accidit inde malum. Idẽ ĩ porphyrio capitulo de Specie.

Proportio, quę est ĩ mo

A est in materia ad formam: proportio enim potentiæ, quæ est in moto ad motum, est proportio potentiæ, quę est in materia ad formam. D.d. Et alio modo, &c. i. & potentia dicitur alio modo ab eo, qui dicitur secundum conuenientiam. v.g. dicere ꝙ infinitum est in potentia. & intendit ꝙ non intelligitur hic per potentiam potentia, quæ dicitur respectu actus. ista enim est finita, sed intelligitur cum dicitur infinitum est in potentia, i. ꝙ semper potentia associatur ei, vt dictum est in Physicis. D.d. & vacuum. i. & sicut sermo dicentis ꝙ vacuum est in potentia in corporibus non actu, & sermo dicentis ꝙ in materia est potentia ad formas infinitas est de hoc genere. D.d. & omnia, quæ sunt talia in potentia, &c. i. & omnia, quæ dicuntur in potentia & actu secundum conuenientiam, inueniūtur in pluribus speciebus entium. vt dicitur ꝙ in visu & in ędificato, & inspecto idest quoniam dicitur ꝙ visus quidam est in potentia, & quidam in actu. & similiter visum quoddam est in actu, & quoddam in potentia. & similiter de ædificāte & ędificato. Et, cum induxit istos duos modos potentię, s. qui dicitur secundū conuenientiam, & qui non dicitur, incœpit distinguere eos, & d. quoniam in istis possibile est vt actus sit verus, &c. i. potentię autem, quę dicuntur in rei veritate, possunt exire in actum in aliquo tempore, ita ꝙ in eis non remaneat potentia aliquo modo: & tunc erit verum dicere eas exire in actum simpliciter, non

B in actum incompletum. D. induxit exemplum prędictum, & d. illud autem, quod aspicitur, quia videtur. i. illud autem, quod est visum in potentia, potest exire in actum, quando in aliqua hora aspexerit aliquis ad ipsum, quoniam in illa hora erit visum in actu. & similiter aspiciens illud in potentia potest aspicere illud in actu, quia habet potentiam ad hoc. D. induxit secundum modum, & d. infinitum autem, &c. i. dicere autem ꝙ infinitum est in potentia, nō intendimus potentiam, quæ exit in actum, ita ꝙ non remaneat in eo potentia omnino. & hoc dixit ꝙ declaratum est in Physicis, ꝙ si ista potentia exiret in actum, tunc infinitum esset in actu: quod est impossibile. quoniam signum istius potentię est non cessare, neq; separari ab illo ad quod potest. & ipsum non potest, nisi ad singulas partes eius, quod exit in actum rei, cuius exitus est infinitus. Et de hoc genere est potentia accepta in definitione motus. quoniam, si ista potentia exiret in actum, destrueretur motus. Et d. ꝙ ista potentia non potest esse separata, sed secundum cognitionem: quoniam illud, quod est separatum ab ea, est illud, quod intellectus intelligit in actu. & iste modus potentię inuenitur in tempore, & in motu, & in diuisione quantitatum, vt dictum est in Physicis. D.d. necesse enim est, &c. i. & necesse est vt ista potentia sit in istis rebus non separata desinens, neq; res infinita reuertatur finita. v.g. quoniā potētia, qua diuiditur mēsura, si finiretur, tunc finiretur diuisio: quod est impossibile.

to ad motū. est ꝓportio potentiæ, ꝗ est in materia ad formam.

Quę potentia ponitur i definitione motus.

C

Caput Secundum. Quando aliquid dicendum est potentia esse, & quando non.

QVidnam igitur, & quale quid sit, quod actu est, & his & huiusmodi manifestum nobis sit. Quando autem potentia vnumquodq; est, & quando non, determinandū est. Non enim quandocunq;. Vtputa terra ne homo est potentia? An non, sed magis cum iam fuerit semen. nec hoc adhuc fortassis. quemadmodum nec a Medicina quodcunq; vtiq; sanetur, nec a fortuna: sed aliquid est, quod possibile est, & hoc potentia sanum. Definitio vero eius, quod a mente actu fit, ex potentia ente est, quādo quod vult fiat, nullo eorum quæ extrinsecus sunt, prohibente. ibi enim in eo qui sanatur est, cum nihil eorum quæ in eo sunt, prohibeat. similiter autem potentia & domus, si nihil eorum,

Vide Auer. in Epi. Tra. tertio.

quę in ea re & in materia ſunt, vt domus fiat prohibeat, nec eſt, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc eſt potentia domus. Similiter autem in cæteris, quorum extrinſecus generationis principium, & quorum in habente ipſo, quæcunq; nullo exteriori prohibente per ſeipſa erunt: quale ſemen nondum eſt. oportet nanq; in alio eſſe, & tranſmutari. cum autem iam per ſuum principium tale fuerit, hoc iam potentia eſt, illud vero altero principio indiget. quemadmodum terra nondum eſt potentia ſtatua: tranſmutata nanq; æs erit. Videtur autem eſſe quod dicimus, non hoc, ſed illiuſmodi. vt arca non lignum, ſed lignea: neq; lignum terra, ſed terreum. rurſus terra, ſi ſic non aliud, ſed quod illiuſmodi, ipſum ſemper potentia ſimpliciter poſterius eſt. vt arca, neq; terrea, neq; terra, ſed lignea. hoc enim potentia arca, & materia arcæ hæc. ſimpliciter quidem eius, quod ſimpliciter eſt, huius autem hoc lignum. Quòd ſi eſt aliquid primum, quod non ſecundum aliud dicitur illiuſmodi, hoc prima materia. vtputa, ſi terra aerea, aer vero non ignis, ſed igneus, ignis prima materia erit. tanquam quodquid & ſubſtantia. hoc enim vniuerſale, & ſubiectum differt, eo q̄ eſt quod quid aut nõ eſt. vtputa quod ſubiicitur paſsionibus, homo, corpus, & anima: paſsio vero muſicum & album. dicitur autem, muſica adueniente, illud non muſica, ſed muſicum: & homo, non albedo, ſed album: nec ambulatio, aut motus, ſed ambulans, aut motum, ſicut ipſum illiuſmodi. Quæcunq; igitur ita, vltimum ſubſtantia eſt. quæcunq; autem non ita, ſed forma aliqua, & quod quid eſt quod prædicatur vltimum materia & ſubſtantia materialis eſt. Et recte ſane accidit illiuſmodi dici ſecundum materiam, & paſsiones. ambo etenim indeterminata ſunt.

Declaratum eſt igitur quid ſit actus, & qualis eſt, ex iſtis ſermonibus, & ſimilibus. Diſtinguemus igitur in vnoquoq; particularium, quando eſt in potentia, & quando non. Quoniam, neque erit ſemper, neq; ſimile. non enim homo eſt in potentia illud, ex quo eſt, ſcilicet ſperma, quando perficitur ſua generatio, & quando non fuerit tale. & rectum eſt vt ſit, ſicut non ſunt illa, quę ſunt omnium, quę ſunt in Medicina neq; caſus etiam: ſed aliquid eſt, quod habet potentiam, & hoc eſt virtus vel potentia ſanans. Et definitio eius, quod eſt in actu, eſt ſecundum perfectionem ex illo, quod eſt in potentia, quando voluerit vt ſit, & nullum prohibet extrinſecum. illud vero in eo agit ſanitatem, quando nõ prohibet aliquid in eo. & ſimiliter etiam domus in potentia, ſi non prohibet aliquid, ex quibus eſt vt ſit domus: illud enim, quod eſt poſsibile vt ſit additio talis, & diminutio & tranſmutatio eſt in eo. hæc igitur eſt domus in potentia. Et ſimiliter in aliis rebus, quarum principium generationis eſt ab extrinſeco. & etiam omnia, quorum principium generationis eſt in illo, cuius eſt omnia, per quæ nullum erit eorum, qui ſentiuntur ex extrinſeco, vt ſperma: quoniam, non quando fuerit in alio, tranſmutatur, ſed quando

fuerit ſicut hoc per principium quod habet, tunc erit in potentia, illud autem indiget alio principio. vt terra, quæ non adhuc eſt idolum in potentia: & ſi tranſmutatur, erit cuprum. Et videtur vt ſit illud, quod dicitur, non hoc, ſed de quo verbi gratia arca, quæ non eſt lignum, ſed lignea: neque lignum terra, ſed terreum. & etiam terra, ſi dicitur hoc modo, non alterius, ſed de quo ſemper, & eſt illud, quod eſt in potentia ſimpliciter, & eſt aliud. vt arca, quæ non terrea, neque terra, ſed lignea. & ideo hoc eſt in potentia arca, & eſt materia arcæ. ſimpliciter vero illud quod eſt ſimpliciter, iſtius vero iſtud lignum. Et ſi aliquod primum non dicitur de alio ſolo, hæc eſt prima materia. verbi gratia ſi terra fuerit aerea, & aer non eſt ignis, ſed igneus, ignis erit prima materia, cum non ſit hoc: eſt enim differentia inter vniuerſale & ſubiectum paſsionum. vt homo, & corpus, & anima: & paſsio, vt muſicus, & albus. illud au-
B tem, in quo eſt muſica, non dicitur muſica, ſed muſicus: neque homo dicitur albedo, ſed albus: neque ambulatio, neque motus, ſed ambulans & motum ſic dicitur de quo. Omnia igitur, quæ ſunt ſecundum hunc modum, vltimum eorum eſt ſubſtantia. & omnia, quæ non ſunt talia, ſed ſunt alia forma, & hoc prædicabile, vltimum eorum eſt materia, & ſubſtantia materialis. Et accidit ſuperfluũ in hoc, quod dicitur de materia & de paſsionibus, quoniam vtrunq; eſt indefinitum.

Declaratum eſt igitur, &c. ideſt declaratum eſt igitur quid ſit actus, & quæ eſt differentia eius, & quid ſit potentia, & quę eſt differentia eius ex iſtis ſermonibus prædictis, & poteſt declarari etiam per alia ſimilia. Deinde dicit. Diſtinguemus igitur, &c. ideſt dicamus igitur quando erit vnumquodq; particularium in potentia, & quando non, i. dicemus ſubiectum propinquum, quod poteſt eſſe: & deſcribamus ipſum per deſcriptionem, qua diſtinguamus ipſum ab aliis. Deinde dicit quoniam neq; enim erit, ſemper neq; ſimile. i. non enim erit ſubiectum in potentia ſemper, neq; ſimile recepto: ſed hoc erit in ali- 12
C qua hora, & alicuius ſubiecti, neq; in qualibet hora neq; in quolibet ſubiecto. Deinde dicit non enim homo eſt in potentia, &c. i. homo enim non eſt in potentia in illo, ex quo generatur, verbi gratia patre aut quatuor elementis, ſed in ſpermate, quando perficietur eius generatio. Deinde dicit quando non fuerit taſe, ideſt non fuerit in diſpoſitione diminuta, ſed in diſpoſitione, per quam eſt generatum. Et hoc eſt manifeſtius in alia tranſlatione, in qua dicitur. & non quando inuenitur homo eſt homo in potentia, ſed quando fuerit ſperma proprie: & forte neque tunc etiam. Deinde dicit, & rectum eſt vt ſit, ſicut, &c. ideſt & forte quemadmodum caſus non eſt agens omnia exiſtentia in arte medicandi, ſcilicet ſanitatem, ſed aliquid, quod habet potentiam vt agat ſanitatem eſſentialiter, & hęc eſt virtus ſanans, ita eſt in omnibus actis, ſcilicet ꝙ agens illa non eſt caſus, ſed potentia aliqua, quæ eſt ex eis, ſicut potentia ſanans de arte Medicinæ. Deinde dicit. Et definitio eius, &c. ideſt & terminus ſanitatis, * qui eſt per potentiam ſtatim propinquam, eſt ex ratione in actu & complemento, i. ex forma ſanitatis rationali ex illo, quod eſt in potentia, quando aliquis artifex voluerit vt ſit, & nullum extrinſecum impediet. & iſta definitio, licet induxerit eam in ſanitate, eſt vniuerſalis omnibus rebus factis ab artificio. Deinde dicit illud vero, & cętera ideſt homo vero, qui recipit ſanitatem, agit in ipſum faciens ſanitatem, quando nullum impediet extrinſecum, aut

* a.l. quę eſt poſt.

intrinfeçum ad recipiendam fanitatem. D. d. & fimiliter domus in potentia,i.
& fimiliter illa etiam, ex quibus eft domus, funt domus in potentia, quando arti-
fex fuerit præfens, & voluerit facere domum, & non fuerit aliquod impediens.
D.d. illud enim, quod eft poffibile, &c.i. illud enim, quod eft generatum in po-
tentia, recipit additionem, & diminutionem, & tranfmutationem. Et d. hoc cum
generatio perficitur per hęc tria. neceffe eft enim, quando aliquid generatur, vt
aliquid fuperfluum, quod non conuenit ad recipiendam formam, diuidatur a fua
materia: & neceffe eft etiam vt aliquid addatur ei, f. forma, per quam dicitur ge-
nerari: & additio & diminutio non erunt fine tranfmutatione. Deinde dicit, hęc
igitur eft domus in potentia, &c.i. & illud, quod eft domus in potentia, eft illud,
in quo poffunt effe hæc tria. & hoc eft in omnibus rebus, quarum generatio ex-
trinfeca eft. Deinde dicit & etiam omnia, quorum principium, &c.i. generabilia
autem ex fe illa eorum, quæ funt in potentia, funt omnia in quibus non eft ali-
quid, quod indiget primo motore extrinfeco, ita ꝙ fit in potentia illud. D.d. vt
fperma, &c.i. vt fperma. & quoniam non quando fuerit in alio, in quo indiget
tranfmutante a quo tranfmutetur, & tunc erit fperma: quoniam tunc non dicitur
effe in potentia, v. g. quando eft fanguis in venis: fed cum fuerit fperma in actu,
& habuerit virtutem, per quam eft fperma. D.d. illud autem indiget, &c.i. mate-
ria autem remota non eft in potẽtia illud, cuius eft materia: quia indiget in hoc,
ꝙ exeat in actum alio motore ab eo, quod generat illud, quod eft in potentia,
v.g. quoniam terra non eft idolum in potẽtia, fed eft cuprum potentia. quoniam
cum trafmutatur a corpore cœlefti, erit cuprum: & cuprum eft idolum in poten-

Dr̃ia inter materiã propinquam, & remotam.

tia, quoniam eft illud, quod ab vno motore fit idolum, f. a faciente idola. Et in-
tendebat declarare hoc, ꝙ materia, quæ poteft fimpliciter, non indiget in hoc ꝙ
exeat in actum, nifi vno motore tantum. Materia autem, quæ non dicitur poffe
fimpliciter, fed per potentiam remotam, exit in actum per plures vno motore
fecundum remotionem, aut propinquitatem. D. d. Et videtur vt fit illud, quod
dicitur, non hoc, fed de quo.i. videtur ꝙ illud, quod defert potentiam propinquã
rei, eft illud, per cuius nomen principale nõ difponitur illud, ad quod poteft, fed
per nomen denominatiuum. v.g. quoniam idolum non dicitur effe cuprum, fed
cupreum: neq; quando demonftratur idolum, & cuprum dicitur hoc, fed hoc.i.
hoc. & hoc eft proprium idiomati Græcorum. D.d. exemplum, & d. v.g. ar-
ca, &c.i. hoc, quod d. manifeftũ eft in noftris idiomatibus in rebus naturalibus,
& in artificialibus non eft manifeftum. D.d. & etiam terra, fi dicitur, &c.i. &
etiam terra, fi habet materiam, de qua prædicatur, non dicitur ꝙ eft illud, quod
eft materia illius, fed illud quo. D.d. & eft illud, quod eft in potentia fimplici-
ter.i. & illud, a quo denominatur nomen generati, eft illud, quod eft in potentia
illud, quod poteft fimpliciter. Deinde dicit vt arca, quæ non eft terrea, &c.i.
v.g. arca, quoniam materia eft remota, v.g. terra, non dicitur principaliter de ar-
ca, neq; fecundum denominationem. non enim dicitur ꝙ arca eft terrea aut ter-
ra, fed dicitur arca effe lignea, quia eft potentialiter arca, & eft materia arcæ.
Deinde dicit fimpliciter vero, &c.i. & illud, quod eft in potentia fimpliciter, eft
illud, quod eft materia fimpliciter. & hæc eft materia propinqua. remota autem
non dicitur materia fimpliciter, neq; in potentia fimpliciter. D.d. Et fi aliquod
primum, &c.i. & fi fuerit hic aliquod primum fubiectum, quod non prædicatur
de alio, hoc folum erit materia prima. D. d. verbi gratia fi terra fuerit aerea,
v.g. fi terra non vere dicatur aer, fed aerea, tunc aer erit materia terrę. & fimili-
ter fi aer non vere dicatur ignis, fed igneus, tunc ignis erit materia aeris. & fi
ignis non denominatur ab alio, tunc ignis erit prima materia. D.d. cum per
hoc.i. cum non prædicatur de alio. D.d. eft enim differentia, &c.i. eft enim dif-
ferentia inter totale, quod eft congregatum ex materia & forma, vt homo, qui
eft congregatus ex anima & corpore: & inter animam & corpus, & inter fubie-
ctum & pafsiones, vt albus & muficus. non enim dicitur ꝙ homo eft albedo, fed
albus: neq; dicitur ꝙ homo eft mufica, fed muficus: ficut eft difpofitio in om-

Materia nõ p̃dicatur de

re cum fua materia, f. ꝙ materia non prædicatur de illo nomine principali, fed
denominatiuo: vniuerfale autem prædicatur de re fecundum ꝙ eft, vt dicitur

A homo eſt animal. D.d.Omnia igitur, quæ ſunt,&c.i.omnia igitur illa,quę ſunt compoſita ex accidentibus,vltimum eorum eſt ſubſtantia deferens illa. illa autem,quæ ſunt compoſita ex formis, vltimum eorum eſt materia. D. d. Et accidit ſuperfluum in hoc, &c.i. & accidit additio in definitionibus rerum, quæ dicuntur ſecundum nomina denominatiua, & nomina attributiua. neutrum enim habet definitionem & in rei veritate, vt declaratum eſt in tractatu de ſubſtãtia.

re materiata nomine pricipali, ſed denominatiuo. Idem.7. Met. cõ.23. & quę ibi,

Caput Tertium, Actum priorem eſſe potentia, generatione, & tempore.

QVando igitur dicendum eſt potentia, & quando non, dictum eſt. Quoniam autem quot modis dicatur prius determinatum eſt, manifeſtum eſt ꝙ actus prius potentia eſt. Dico autem non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur principium tranſmutatorium in alio prout aliud eſt, ſed prorſus omni motiuo, & ſtatorio principio. etenim natura in

B eodem fit. in eodem enim genere cum ipſa potentia. principiũ enim motiuum: non tamen in alio, ſed in ipſo, prout ipſum. Omni itaq; tali prior eſt actus, & ratione, & ſubſtantia; tempore vero quodam modo quidem eſt, quodam modo vero non. Quòd autem ratione prior, patet. potens enim eſt, quod primo poteſt, propterea quòd contingit operari. vtputa ædificatiuum, quod poteſt ædificare: & viſiuũ, quod poteſt videre: & viſibile, quod poteſt videri. eadem autem de cæteris quoq; ratio eſt. quare neceſſe vt ratio præcedat, & notitia notitiam. Tempore autem prius ſic. quod idem ſpecie agit prius, numero vero non. dico autem hoc, ꝙ eo quidem homine, qui actu iam eſt, & frumento, & vidente prior tempore materia, & ſemen, & viſiuum eſt, quæ potentia quidem homo, & frumentum, & videns ſunt, actu vero nondum: ſed his alia tempore priora actu exiſtentia, e quibus hæc facta fuerunt. ſemper etenim ex eo, quod potentia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, vt homo ex homine, muſicus ex muſico,

C ſemper aliquo primo mouente. mouens autem actu iam eſt.

Dictum eſt igitur, quando oportet dicere potentiam, & quando non. Et, cum diſtinctum ſit ſecundum quot modos dicitur actus, manifeſtum eſt ꝙ actus eſt ante potentiam. Et dico potentiam non definitum, quod eſt principium trãſmutationis in aliud ſecundum ꝙ eſt aliud, ſed vniuerſaliter omne principium habens motum, aut quietem. natura enim eſt in genere, quod eſt potentiæ, quia eſt principiũ habens motum: ſed non in alio, ſed in ſe, ſecundum quòd eſt ipſum. Actus igitur eſt ante omnia, quæ ſunt talia ſecundum definitionem & ſubſtantiam: tempore vero forte eſt, & forte non. Manifeſtum eſt igitur quòd eſt ante, ſicut diximus. primum enim in potentia eſt illud, quod habet potentiam in poteſtate actus. v.g. ædificator, quoniam eſt illud, quod poteſt ædificare: & viſus eſt illud, quod habet potentiam vt videat: & viſum eſt illud, quod habet potentiam vt videatur. & iſte ſermo eſt de aliis etiam. ergo neceſſe eſt vt in definitione

ſit ante non eſſe Et vt ſit ante tempus tempore illud, quod agit rem, i numero vero non. v.g. quoniam in homine, qui eſt in actu, & triticu, & videns, materia eſt ante ſecundum tempus, & ſemen etiam, & viſum, quod eſt in potentia homo, & triticum, & videns, in actu vero non eſt ante: ſed quia eſt ante ſecundum tempus per alium actum, & ex eo generantur iſta. ſemper enim ex illo, quod eſt in potentia, erit iſtud, quod eſt in actu, vt homo ex homine, & muſicum ex muſico, ſemper ex alio primo motore. & motor eſt in actu ante.

15 Ideſt, Declaratum igitur eſt quando aliquid erit in potentia, & quando non erit. Et, quia incœpit in hoc tractatu dicere ſecundum quot modos dicitur potentia, & actus, deinde definiuit potentias actiuas & paſsiuas, & diſputauit contra negantes potentiam præcedere actum ſecundum tempus, deinde definiuit quid ſit potentia & actus ſimpliciter vult quærere quod eorum, ſ. potentiæ & actus, ſit prior reliquo, & d. Et, cum diſtinctum ſit, &c. i. &, cum diſtinctum ſit in Quinto ſecundum quot modos dicitur prius & poſterius, manifeſtum eſt ꝙ actus eſt ante potentiam ſecundum ſubſtantiam, & definitionem. & quia potentię dicuntur de artificialibus & naturalibus, d. ꝙ iſta prioritas inuenitur in vtriſque. Et d, & dico potentiam, &c. i. & non intelligo hic per potentiam, potentiam, quam definiuimus in principio iſtius tractatus, in quo diximus ꝙ potentia actiua eſt principiū transmutationis in aliud, ſecundū ꝙ eſt aliud, & paſsiua principium transmutationis ex alio, ſecundum ꝙ eſt aliud non ex ſe: ſed intelligo hic per potentiam omne, quod eſt principium motus omnis habentis motum, & principium quietis omnis habentis quietem. Et eſt intelligendum hic per motum trāſmutationem, & per quietem priuationem tranſmutationis. D.d. natura enim, &c. i. natura .n. collocatur in genere, quod eſt in potentia. natura enim eſt principium: & omne principium eſt potentia: & potentia eſt genus eorum, quia continet artificialia & naturalia. D.d. ſed non in alio, &c. i. ſed natura non eſt principium in alio ſed in eſſentia rei, ſecundū ꝙ eſt eſſentia illius rei: quod non eſt in rebus artificialibus. D.d. Actus igitur, &c. i. & actus in omnibus rebus naturalibus & non naturalibus eſt ante potentiam ſecundum definitionem & ſecundum ſubſtantiam & ſecundum formam: ſecundum vero tempus forte actus præcedit potentiam in quibuſdam rebus, & forte in quibuſdam rebus non præcedit. D.d. Manifeſtum eſt, &c. i. & manifeſtum eſt ꝙ actus eſt ante potentiam ſecundum definitionem & ſubſtantiam, vt declaratum eſt prius de definitione eius, quod eſt in potentia. illud enim quod eſt principium potentiæ, eſt illud, quod innatum eſt eſſe in actu ab aliquo, quod eſt actu. ergo actus præcedit in eſſe potentiam, aut apud naturā, aut apud artificium. illud enim quod poteſt ædificare, eſt illud, quod habet formam ædificati. & ſimiliter illud, quod videt, eſt illud, in quo eſt præparatio ad recipiendum rem viſam. & vniuerſaliter, quia potentia eſt non eſſe, & actus eſſe, necesse eſt vt eſſe præcedat non eſſe, & agens præcedat tempore actum. D.d. numero vero, &c. i. generatum autem vnum in numero, & iſte homo generatus demonſtratus non eſt antequam generetur, ſed eſt poſt ſuam materiam ſecundum tempus. & agens aliquid eſt etiam ante actum ſecundum tempus, actum [illegible] non eſt ante materiam ſecundum tempus, neque ante agens, ſed agens [illegible] actum ſecundum tempus. & quia materia eſt, etiam ſimiliter poteſt fac[illegible] ſibi ſimile ex illa materia præcedenti. Quod enim generatur, generatur ex [illegible] ſimili in potētia, & ab agente ſibi ſimili in ſpecie. homo enim generatur [illegible] quod eſt homo in potentia, & ab eo quod eſt homo in actu. [illegible] ratum mouetur: & omne, quod mouetur, mouetur a motore in actu [illegible]

Id. 9. huius cō. 15. & 8. Phy. 15.

Deinde dicit in actu vero non eſt ante. ideſt actus vero in hoc [illegible] eſt ante potentiam ſecundum tempus. Deinde dicit ſed quia eſt ante, [illegible] quoniam illud, quod eſt in potentia, non ſit actu, niſi per illud, [illegible] lius ſpeciei. vt homo ex homine, & muſicus ex muſico: omne enim [illegible] mouetur a motore priore ipſo in actu.

A Dictum est autem in sermonibus de substantia, quòd omne, quod fit ex aliquo, aliquid, & ab aliquo fit. & hoc specie idem. Quare videtur impossibile esse ædificatorem, qui nihil ædificauerit, aut citharœdum, qui nihil citharizauerit. qui enim discit citharizare, citharizando discit citharizare. similiter etiam alii. Vnde redargutio sophistica oriebatur, ꝙ aliquis non habens scientiam, faciet id, cuius scientia. qui nanq; discit non habet. sed quoniam eius, quod fit, aliquid factum est, & eius, quod aliquo modo mouetur, aliquid motum est (hoc autem in de motu manifestum est) discentem quoque necesse fortasse est aliquid scientiæ habere.

Et dictum est in sermonibus de substantia, quòd omne, quod generatur est ex aliquo, & per aliquod, & quòd hoc est secundum formã idem. & ideo existimatur ꝙ impossibile sit vt sit ædificator, qui non ædificet omnino, & vt sit citharista, qui nón citharizet omnino. qui
B enim addiscit citharizare citharizat & addiscit. & similiter de aliis etiam. Et ex hoc fuit causa sermonis Sophistarum, quòd possibile est vt cognitio non sit in vno, & vt agat illud, quod habet dominus cognitionis. non igitur habet addiscens, nisi vt sit aliquid ex eo, quod habet generatum, & vt moueatur aliquo motu eorum, quæ vniuersaliter habet motor. & est manifestum in sermonibus de motu, quoniam est necesse vt hoc & addiscens habeant aliquid de cognitione.

Intendit per sermonem de substantia Septimum istius libri, in quo locutus est de principijs substantiæ sensibilis. Et cum d. ex aliquo intendit materiam. & per aliquid, intendit agens. & ꝙ agens & actum sunt idem in forma. totũ enim hoc declaratum est in illo tractatu, & intendebat declarare per hoc, ꝙ actus est ante potentiam secundum tempus, & secundum substantiam. D.d. & ideo existimatur ꝙ impossibile sit vt sit ędificator, qui nõ ędificet omnino. i. et quia actus præcedit potentiam tempore, existimatur ꝙ impossibile est vt acquirat artem ędificatorię qui non ędificat, neq; artem citharizandi, qui nunquam citharizauit. Deinde dicit qui enim addiscit citharizare, &c. i. qui enim addiscit citharizare citharizat vt addiscat, & sic acquirit artem citharizandi. & similiter in alijs
C artificijs, quæ addiscuntur per exercitiũ. Deinde dicit. Et ex hoc fuit causa, &c. idest, & ex hoc, ꝙ actus pręcedit potentiam, fuit causa quęstionis Sophistarum famosæ attributæ Mennoni, per quam destruit scire & addiscere. dicebat enim ꝙ impossibile est aliquid addisci. quoniam addiscere aut erit sine aliqua actione scientiæ addiscente, aut per aliquam actionem. si igitur sine aliqua actione, non erit illic addiscere omnino: & si per actiones illius scientiæ, tunc addiscens erit sciens, & non indigebit addiscere. verbi gratia ꝙ, si non addiscit citharizare nisi qui citharizat: & non citharizat nisi qui scit citharizare: ergo impossibile est addiscere citharizare. Sequitur enim ex hac quæstione vt qui nescit citharizare agat citharistæ actionem. & hoc intendebat, cum d. & vt agat illud, quod habet dominus cognitionis. idest vt addiscens agat actionem scientis: dicendo ꝙ qui addiscit habet scientiam; & qui habet scientiam est sciens: ergo addiscens est sciens. Deinde dicit. non igitur habet, &cęt. idest, quoniam omne quod generatur & fit aliquid, impossibile est hoc fieri, nisi vt habeat naturaliter illud aliquid ex eo, quod habebit in postremo. verbi gratia, quoniam impossibile est vt citharizet, nisi ille, qui habet aliquid de arte citharizandi. & ideo asinus non addiscit citharizare, neque homo, qui non est innatus citharizare. & hoc intendebat cum dicit, & vt moueatur, &c. idest & omne, quod mouetur in aliquo motu, impossibile est vt moueatur illo motu,

14

Agens & actũ sunt idẽ ĩ forma. Idẽ 7. Meta. 28.

Mennonis ambiguitas, de qua Philosophus meminit in primo Poster.

nisi habeat aliquid eorum, quæ habet motor: & si non habet eodem modo, secundum ꝙ habet motor. Deinde dicit & est manifestum ex sermonibus de motu, &cęt.

Sexto Phy. tex. cõ. 32.

Caput Quartum. Actum substantia priorem esse potentia.

AT ex hoc quoque patet ꝙ actus prior potentia, & generatione, & tempore est. At vero substantia etiam, Primo quidem, quia quæ generatione posteriora, forma & substantia priora sunt: vt vir puero, & homo semine. illud enim iam habet formam, hoc vero non. Et quoniam omne, quod fit, ad principium & finem progreditur. etenim cuius causa principium est. generatio vero finis gratia. finis vero actus, & huius gratia potentia sumitur. non enim vt visum habeant animalia vident, sed vt videant visum habent. similiter etiam ædificatiuam vt ædificent, & speculatiuam vt speculentur, non vt speculatiuã habeant speculantur, nisi qui exercitantur. hi vero non speculantur, sed aut sic, aut quia non indigent speculari.

Et etiam est rectum vt sit manifestum quòd actus hoc modo est ante potentiam secundum generationem, & tempus, & substantiam etiam. Primo vero, quia quod in generatione est post, est ante secundum formam, & substantiam etiam. v.g. vt qui est ante puer, & homo est ante vtrunq;. in quibusdam enim forma præcedit, & in quibusdam non. Et, si aliquid generatur, iuit ad principium, & complementum per quod est, & generatio est propter complementum, actus vero via. & propter hoc inuenitur potentia. animalia enim nõ vidẽt vt habeat visum, sed vt videant illum habent. & similiter scientia ædificatorie est vt ædificet, & scientia consyderationis est vt consyderent... non consyderant quando generatio est in eis præter illos, qui consueti sunt. & isti non quia consyderant, sed quia hoc fuit, quia non indigent consyderare aliquid omnino.

15 IDest, et rectum est vt appareat etiam ꝙ actus est ante potentiam, non solum modo tempore & generatione, sed etiam substantia hoc modo. D.d. Primo vero, &c. i. primo vero, quia omne, cuius generatio est post in tempore, est ante secundum formam & substantiam. vt vir, qui secundum formam est ante puerum, & in generatione est post illum, & homo præcedit vtrunq; ... formam. D.d. in quibusdam enim, &c. i. & causa in hoc est, quoniam ... sunt posteriora in generatione, habent formam & priora non habent ... quæ est complementum. Et in alia translatione d. illud enim habet formam ... hoc non habet. vir enim habet formam completam, & puer non habet. & ... præcedit ipsum secundum formam. D.d. Et, si aliquid generatur, &c. ... ret etiam ꝙ actus præcedit potentiam in esse, secundum ꝙ apparet ꝙ ... cedit illud, cuius est finis. omne enim, quod generatur, fit per suam generationem ad complementum. D.d. actus vero est via, idest actus vero est via, & ... quem fit generatum. D.d. & propter hoc inuenitur potentia. i. propter ... uenitur potentia ante actum. D.d. animal enim non videt, &c. ... non videt vt acquirat virtutem visibilem, sed habet virtutem visibilem ...

A deat per illam.& similiter scientia ædificandi est vt ædificet,& considerandi vt consideret,non econuerso.D.d.sed non considerant,&c.i. sed non considerant, quando consideratio generatur in eis,sed quando generatio scientiæ speculatiuæ perficitur in eis.D.d.præter illos,&c.i.& isti enim considerant vt acquirant illud,per quod est consideratio,& vniuersaliter agunt vt acquirant illud, per quod est actio,sed isti non habent veram considerationem, quæ est ex scientia. illi enim,qui habent considerationem,non indigent considerare vt acquirãt cõsiderationem.& hoc intendebat,cum d.& isti non quia considerant,&c.i.& illi, qui considerant consideratione disciplinæ considerant,non quia sunt de numero considerantium,sed considerant, vt sint in tali dispositione, in qua non indigent considerare de aliquo omnino.Et in alia translatione,d.& illa nõ considerant,sed ita accidit vt non indigeant considerare de aliquo omnino. i.& isti non sunt vere considerantes,sed per ista m actionem accidit eis vt sint in tali dispositione,in qua nõ indigẽt tali consideratione,quia acquirent considerationem.

Item materia est potentia,quia ꝓgredi põt ad formã,cũ vero actu sit,tũc in forma est.similiter ẽt de cæteris & quorũ motio finis.Quare quemadmodum docentes, cũ discipulum ostendant operantem,putant

B imposuisse finem,similiter etiam natura.Si.n.nõ ita fit, erit Mercurius Pasonis.non enim erit manifestum,an intra vel extra sit scientia,quemadmodum etiam ille.opus enim finis, operatio vero opus. vnde nomen operatio dicitur ab opere,& tendit ad perfectionem. Cum autem quorundam quidem vltimum sit vsus,vt visus visio, & nihil prçter hanc aliud a visu fiat opus,a quibusdam vero fiat aliud, vt ab ædificatiua domus præter ædificationem,nihilominus tamẽ illic quidem finis ,hic vero magis finis potentiæ est. ædificatio nanque in ædificato simul & fit,& est cum domo.Quorumcunque itaq; aliud quiddam præter vsum est id,quod fit,horum actus in eo,quod fit,est: vt ædificatio in eo,quod ædificatur,& contexio,in eo, quod contexitur.similiter & de aliis, [& omnino motus in moto. Quorum vero nõ est aliud quoddam opus præter actionem,in ipsismet actio est. vt visio in vidente,& speculatio in speculante, & vita in anima. quare felicitas etiam,vita nanque quædam est.

C Et etiam,quia materia est in potentia,impossibile est ut ueniat ad formam.&,cum materia fuerit in actu,tunc erit in forma & similiter in aliis etiam,& in eis, quorum complementum est motus. & ideo, quemadmodum quando sciunt, & faciunt addiscentem agentem, uident ꝙ iam ueniunt ad perfectionem,similiter est de natura etiam. Quoniã,si nõ fuerit in hac dispositione,tunc Mercurius erit Onosius.& erit scientia non manifesta,si fuerit intrinsecus, & si fuerit extrinsecus,sicut Mercurius.operatio n.est cõplementum, & actio est operatio.& ideo hoc nomen actus etiã dicitur de operatione in Grçco,& habet quasi complementum.Ergo erit in usu rerum, quæ sunt magis propriæ,ut cõsideratio uisus,& non erit alia operatio considerationis præter hãc omnino, & erit operatio ex quibusdam rebus aliquid, sicut est domus ex arte ædificatoriæ. & est aliud ab arte ædificatoriæ, sed est potentiæ quasi aliquod complementum in

aliquo, aut est in aliquo non complementum. ædificatoria enim est in illo, quod ædificatur, & textoria in illo quod texitur. & similiter in aliis rebus, & vniuersaliter motus in moto. Omnia vero, quæ non habent aliam operationem præter actum, actus est in eis. vt considera tio in considerāte, & vita in anima. & ideo fortuna est in anima, quia est qualitas alicuius vitæ.

26 Idest, Et etiam materia, dum est in potentia, non est perfecta per formam, ne que habet esse, quod habet forma. &, cū venit ad actū, tūc perficitur per formā, & habet esse, quia habet formam. Et potentia istius declarationis est talis. quia forma præcedit substantiam, & esse materiam, & materia perficitur per illud, quod est perfectum secundum actum, non secundum potentiam, & ideo necesse est vt actio sit perfectior potētia, & prior in ea in esse. D.d. & similiter in aliis. idest, & similiter est de aliis potentiis, nisi potentia, quæ est in prima materia. D.d. & in eis, quorum complementum est motus. i. & similiter est in eis, quorum perfectio est in motu, s. ꝙ perfectio non erit in eis, nisi per actum, non per poten tiam: & illud, propter quod acquiritur perfectio, est perfectius. D.d. & ideo quē admodum, quando sciunt, &c. i. & quemadmodum magistri, quando faciunt ad discentem esse scientem, vident se peruenire ad complementum & perfectionē, ita est de natura, quia non cessat mouere rem, donec perueniat ad suam vltimam perfectionem, & tunc cessat. & declarat per istam, ꝙ ars & natura intendunt actum, non potentiam. D.d. Quoniam, si non fuerit, &c. i. quoniam, si esse rei non fuerit, secundum ꝙ est in actu, sed secundum ꝙ est in potentia, tunc ignorans & sciens erunt idem. verbi gratia Mercurius, qui fuit valde sciens, & Onosius qui fuit valde turpis. & tunc scientiam existere in anima est sicut existere extra animam, scilicet ꝙ anima non habet proprium de scientia aliquid, quod nō est ex tra animam. anima enim non proprie disponitur per scientiam, nisi quando fue rit sciens in actu: & maxime quando fuerit in sua vltima perfectione, scilicet qñ vtitur scientia. Deinde dicit sicut Mercurius. ita quod accidit hoc in Mercu rio, scilicet vt disponatur per scientiam, quando sit in potentia, sicut dispona tur illud, quod non habet scientiam. Deinde dicit. operatio enim, & cæt. i. finis & signum eius, quod actus est complementum, & perfectio, est, quoniam actus est operatio, & operatio eius est complementum, & perfectio operantis. & ideo hoc nomen actus etiam dicitur de operatione in lingua Græca. & ideo signifi cat illud, quod significat complementum, & perfectio. Et cum d. quod actio & operatio est finis, incœpit definire operationem, & actum, quæ sunt inuicem in vnoquoque ente. Deinde dicit. Ergo erit aut per vsum rerum, & cæt. i. & ista operatio est, quando vnumquodque entium vtitur actione sibi propria, ver bi gratia visum vti inspectione, quæ est sua operatio propria, in qua non conue nit cum alio. & ideo ista operatio est finis visus. Deinde dicit, & erit opera tió, & cæt. idest & ista operatio in quibusdam rebus est in hoc, ꝙ faciat aliud proprium, vt ars ædificatoria, quoniam operatio eius propria est facere domum. Et dicit. hoc, quoniam quædam res sunt, quarum finis est agere tantum, & quæ dam sunt, quarum finis est aliquod actum. omnia igitur entia conueniunt in hoc quod complementum & perfectio eorum est in operatione propria. & hoc duo bus modis: quoniam aut finis erit agere vt in visu, aut aliquod actum vt in ædi ficatoria. Deinde dicit sed est potentiæ, & cæt. idest, quoniam actus est perfe ctio potentiæ, & omni modo materiæ, siue fuerit complementum in re, in qua est complementum, aut in alio etiam. Deinde dicit ædificatoria enim est in ædificato, & textoria in texto. similiter in aliis rebus etiam vniuersaliter mo tus in moto. & hæc est pars, in qua est actus. Deinde dicit. Omnia vero, quæ non habent aliam operationem, & cætera. idest omnia vero, quæ non habent acta, sed finis eorum est actio, actiones eorum existunt in eis, vt videre in vidente & vita in anima, & fortuna in ea: quoniam fortuna est qualitas alicuius vitæ, quæ est vitæ nobilis.

Illud, per qđ acqritur per fectio, ē perfectius.

Natura non cessat moue re rē, donec perueniat ad vltimam pfectionem.

Operatio est complemen tū, et pfectio operantis.

Quędam res sunt, quarū finis est age re tm̄, et quę dā sunt, qua rum finis est aliqđ actum.

Fortuna est qualitas vi tę nobilis.

A Vnde patet ꝙ substantia,& forma,actus est. Et secundum hanc igitur rationem manifestum est ꝙ prior substantia actus, quam potentia. Et, quemadmodum diximus, tempore semper præcedit actus, alius ante alium, vsque ad eum, qui est primo mouentis. Veruntamen etiam magis principaliter. æterna enim priora corruptibilibus substantia sunt: nihil vero potentia æternum est. Ratio autem hæc. omnis potentia simul contradictionis est. quod enim non est possibile esse, non inerit alicui. omne vero possibile, contingit non agere. quod igitur est possibile esse, contingit esse & non esse. quod vero est possibile non esse, contingit non esse, quod est autem contingit non esse, corruptibile est, aut simpliciter, aut hoc ipsum, quoad dicitur contingere non esse, siue secundum locum, siue secundum quantum, siue secundum quale: simpliciter vero quod secundū substantiam. Nihil igitur simpliciter incorruptibilium simpliciter potentia est: secundum aliquid autē nihil prohibet, vt quale, aut vbi. B actu ergo omnia. Nec eorum, quæ necessario sunt, licet hæc prima. si.n.ipsa non essent, nihil esset profecto. Nec igitur motus, siquis æternus est, neque si quid quod mouetur æternum, non secundum potentiam mouetur, nisi vnde, quò. huius autem materiam nihil prohibet esse. Quare semper agit Sol, & stellæ, totumque cœlum. Neque timendum ne quandoque stet: quod metuunt quidam Naturales. non enim fatigantur, cum hoc faciunt, eo quòd motus eis non est circa contradictionis potentiam, quemadmodum corruptibilibus, ita vt laboriosa eis sit motus continuatio. substantia namque, materia & potentia existens non actu, huius causa est.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

Omnis potētia simul cōtradictionis est.

Nō est timēdū, ne q̄nq; cœlum stet.

Manifestum est igitur quòd substantia, & forma est actus. Et secundum hunc sermonem manifestum est quòd substantia, & actus sunt ante potentiam. Et, sicut diximus, semper præcedit tempore: ergo præcedit actus, qui est ante illud, quod semper mouetur primo modo. Et alio modo etiam dicens verum. æterna enim C sunt secundum substantiam ante illa, quæ corrumpuntur, & nullū est æternum in potentia. Et omne verbum, & omnis potentia est contradictoriorum insimul. illud enim, quod non habet potentiam vt sit, non erit: quia non est aliquid. & omne quod habet potentiam, possibile est vt non agat. ergo illud, quod habet potentiam vt sit, possibile est vt sit, & ut non sit. ergo illud habet potentiam vt sit, & non sit. & illud, quod habet potentiam vt sit, possibile est vt non sit. & illud, quod habet potentiam ut non sit, corrumpetur, aut modo simplici, aut hoc modo. quod igitur dicitur quòd est possibile ut non sit, aut quantitate, aut qualitate, aut modo simplici per substantiam. Ergo nullum eorum, quæ non corrumpuntur modo simplici, est in potentia modo simplici. aliquo vero modo nihil prohibet, ut qualitas, aut ubi. sed omnes sunt in actu. Et non sunt ex eis, quæ sunt necessario. quoniam, si ista pri-

ma fuerint ita, ergo nihil omnino est in potentia. Neque, si motus fuerit æternus, neque si aliquid motum æternum, non est motum in potentia, nisi sit de ubi in ubi. & nihil prohibet ut hic sit materia. Et ideo Sol semper agit, & stellæ, & totum cœlum. Et nō est timendū quod quiescant in aliqua hora, sicut est timendum de duabus materiis, ne habeant fatigationem de hac actione. quoniam nō est eis magis quā potentia contradictoriæ, sicut est motus in eis, quæ corrumpuntur, ut motus continuus sit compositus. quoniam, si sit materia, & sit in potentia non in actu, hæc est causa eius.

27 Et, cum sit declaratum quod actus est forma, & quod forma est ante potentiam secū
dum definitionem, manifestum est quod definitio, & illud, quod est in actu, est ante
illud, quod est in potentia secūdum definitionem, & quiditatem. D.d. Et, sicut di
ximus, &c. i. & actus etiam, qui est motor, inuenitur præcedere tempore rem mo
8. Physi. 78. & 79. tam. & ascendit hoc ad primum motum, & ad primum motorem, in quo non est
potentia omnino. Et intendit illud, quod declaratum est in Physicis, scilicet quod
omnia mota reducuntur ad primum motorem, qui est actus, in quo non est poten
tia omnino. Deinde dicit. Et alio modo etiam dicens verum, &c. i. & in aliq
translatione. Sed illud, quod est magis verum, est dicere quod æterna sunt priora
substantijs sensibilibus. & nullum æternorum est in potentia. i. & illud, quod est
In ęternis nō ē potētia. Vide. 2. Cœli. 32. & 34. & 12. Met. 30. manifestius, & magis verum est dicere quod res æternæ sunt priores rebus genera
bilibus & corruptibilibus. & in æternis potentia non est: potentia enim non est
nisi in generabilibus & corruptibilibus. D.d. & omnes potentiæ, & omne pos
bile est potentia ad esse, & ad non esse, non potentia ad alterum contradictorio
rum. quoniam, si habuerit potentiam ad alterum contradictoriorum, non habebit
ad alterum: & illud, ad quod non est potentia, non erit: & quod non erit, est impos
sibile. & si alterum contradictoriorum est impossibile, reliquum est necessarium
& sic non erit possibile. & hoc intendebat, cum d. illud enim, quod nō habet po
tentiam vt sit, non erit: quia non est aliquid, idest quia est non esse impossibile.
Deinde dicit. & omnia, quæ habent potentiam vt agant, possibile est vt n
agant cum potentia possibilitatis in duo contradictoria. Deinde dicit ergo
Deinde d. & illud, quod habet potentiam, &c. & hoc est manifestum per se. Deinde d. & il
quod habet potentiam vt non sit, corrumpetur, &c. idest, & omne corruptibile
dicitur esse corruptum simpliciter, & est corruptum secundum substantiam
dicitur esse corruptum per aliquod eorum existentium in eo, vt qualitas
titas. Deinde dicit. Ergo nullum eorum, quæ non corrumpuntur, &c. idest
claratum est in scientia Naturali quod nullum eorum, quæ non corrumpuntur
dum substantiam, habent potentiam quod substantiæ eorum corrumpantur. Et
20. & infra. dicit in hoc loco, quasi vagando, & declaratio eius perfecta est in Primo
& mundi. illic enim declarauit quod impossibile est vt in æterno sit potentia
corruptionem. Deinde dicit aliquo vero modo, & cæt. idest, sed est possibile
in quibusdam æternis sit potentia aliquo modo modorum potentiæ. verbi gratia
tia vt partes eorum sint in potentia in aliquo loco, non in alio, aut in ali
litate. hoc enim non est prohibitum. & istæ qualitates, quæ possunt esse
esse in corporibus cœlestibus, sunt aliæ ab eis, quæ attribuuntur alteratione
obscuritas Lunæ, & illuminatio, & similia. Deinde dicit sed omnes
actu, idest, sed omnes transmutationes, quæ apparent in cœlo, sunt
genus in actu, scilicet quod in eis non inuenitur aliquod genus transmutationis
in potentia, postquam non sint. sed illud, quod inuenitur ex eis
actum, est sicut singulæ partes illarum transmutationum. Deinde dicit. Et
sunt ex eis, quæ sunt necessario. idest & non omne, quod apparet in cœlo
actu semper sine potentia, & sine motu. quoniam, si ita esset, inueniretur
tentia, scilicet factum de nouo. & hoc intendebat, cum d. et quoniam
ma fuerint ita, nihil omnino erit in potentia. Deinde dicit, Neque, si [illegible]

A fuerit æternus, &cæt. ideſt, & ſimiliter, ſi fuerit motus æternus, impoſsibile eſt vt ſuum totum ſit ante in potentia, ſcilicet ſecundum genus, ſed ſecundum partes. & totum hoc declaratum eſt in Phyſicis. Deinde dicit, & nihil prohibet vt hoc ſit materia. ideſt & hoc, quod corpus cœleſte non denudatur a potentia in vbi, non prohibet vt ſit materia. hæc enim eſt diſpoſitio materiæ, ſcilicet non denudari a potentia, ſed prohibet vt ſit forma. Deinde dicit. Et ideo Sol ſemper agit, &cæt. ideſt, quoniam non eſt in eis potentia ad fatigationem magis quam potentia ad corruptionem: ſicut eſt diſpoſitio in motibus & in motis ex ſe generabilibus & corruptibilibus, ſcilicet quod potentia fatigationis in eis eſt maior potentia ad corruptionem. Et cum in corporibus cœleſtibus non eſt potentia ad corruptionem, quæ eſt minor potentia fatigationis, quanto magis non erit in eis potentia ad fatigationem. & natura aufert à corporibus cœleſtibus potentiam ad corruptionem, vt motus ſit continuus & æternus. Deinde dicit. quoniam, ſi ſit materia, &cæt. ideſt, quoniam, ſi materia eſt in generabilibus & corruptibilibus, & eſt in potentia, iſta potentia, quæ in eis eſt, eſt cauſa fatigationis & corruptionis.

Nihil prohibet vt cœlũ ſit materia, ſed prohibet vt ſit forma. vide. 2. cap. de ſub*a orbis. & octauo Met. cõ. 12, et 1. Cœ. 20. & quæ ibi. Idem 8. Ph. 79. et 2. c. de ſubſtãtia orbis.

Imitantur aũt incorruptibilia & illa entia, quæ in tranſmutatione B ſunt, ut terra, & ignis etenim ſemper hæc agũt. per ſe enim, & in ſeipſis habent motum. Cæteræ uero omnes potentiæ, ut determinatũ eſt contradictionis ſunt (quòd enim poteſt ſic mouere, poteſt etiam non ſic) quæcunque ſcilicet ſecundum rationem. Irrationales uero, eo ipſo ꝙ adſunt & abſunt, contradictionis erunt eædem. Si igitur aliquæ naturæ, ſiue ſubſtantię tales ſunt, quales dicunt in ſermonibus ideas, multo magis ſciens aliquid erit, quam ipſa ſcientia, & motum, quam motus. illa enim magis actus, hæ uero horum potentiæ. Quòd igitur actus prior & potentia & omni tranſmutatiuo principio eſt, patet.

Et illa, quæ tranſmutantur, aſsimilantur illis, quæ nõ corrumpuntur, ut terra & ignis, iſta enim ſunt agentia, quia habent motum per ſe, & in eis. Aliæ uero potentiæ, ex quibus aguntur, omnes ſunt contradictoriorum. illud enim, quod habet potentiam mouere, hoc habet potentiam mouere non hoc etiam, ut omnia quæ habent uerbum. Illa autem, quæ nõ habent definitiones, erunt contradictoriorum, cũ C ſint præſentes primo. Si igitur iſta fuerint naturæ aliquæ, aut ut ſubſtantiæ tales ſicut illa, quæ dicunt qui faciunt exemplaria in uerbis, tunc erunt illa, quæ ſunt cognitio magis multum aliqua cognitione, & motus etiam motu. iſta.n. ſunt magis actu, illa uero ſunt potentiæ iſtorum. Manifeſtum eſt igitur ꝙ actus eſt ante potentiam, & ante omne principium tranſmutationis.

Et illa, quæ tranſmutantur, &cæt. ideſt, & illa, quæ corrumpuntur ſecundum 18 partes, ſcilicet elementa, aſsimilantur in hoc, ꝙ agunt perpetuę ſimiliter eis, quæ non corrumpuntur, neque ſecundum totum neque ſecundum partes, ſcilicet corporibus cœleſtibus. Deinde dicit quia habent motum, &cæt. ideſt, quia in natura eorum eſt vt moueantur ex ſe, ſcilicet vt aſsimilentur motis ex ſe, ſcilicet motis per principium in eis, non ex extrinſeco. Deinde dicit. Aliæ vero potentiæ, &cæt. ideſt, & intendit per potentiam corpora cœleſtia. quoniam in corporibus cœleſtibus eſt potentia ad generationem & corruptionem iſtorum, & ad generationem contrariorum apud propinquitatem & remotionem. Deinde dicit illud enim quod habet potentiam, &c. ideſt, illud enim de corporibus cœleſtibus, quod habet potentiam vt ſit aliquid, habet potentiam vt ſit non illud,

ſed contrarium: ſicut eſt diſpoſitio in omnibus quæ ſunt cum ratione, ſ. quia agūt
contraria in diuerſis: ſicut dictum eſt ſuperius. Deinde dicit. Illa autem, quę non
habent definitiones, &c. ſic inuenitur in exemplari. ſ. ꝙ ſunt contradictoriorū,
ſiue non. & debet eſſe ꝙ non ſunt contradictoriorum: quia hoc declaratum eſt
in principio iſtius tractatus. Et demõſtrat hoc, quia in alia trãslatione ſic eſt. Il-
la autem, quæ ſunt ſine ratione, quia ſunt præſentia, & non ſunt contradictorio-
rum generanis tioiſtorum, i. quæ autem ſunt ſine ratione, non agunt contraria
primo & eſſentialiter, quando eſt præſens illud, in quod agunt. & eſt neceſſe vt
ſit præſens: quia agunt, quando actum intelligunt. D.d. Si igitur iſta fuerint na-
turæ, &c. & in alia translatione ſic inuenitur. ſi autem inuenitur aliqua natura
ſicut iſta, aut ſubſtantiæ, ſicut dicunt illi qui verificant exemplaria per ſermo-
nes. dicunt enim ꝙ homo eſt ſciens magis multum ꝙ̄ ſcientia, & motus mobilis
magis quam motus. iſta enim ſunt magis actu, illa vero ſunt potentiæ. i. quo-
niam ſi fuerint hic formæ, & ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ largiuntur ſenſibilibus
cognitionem & eſſe, tunc homo, qui eſt ex talibus formis ſciens, eſt perfectio-
ris ſcientiæ illis: & formæ motæ ex eis ſunt etiam perfectioris in motu, quã mo-
tus qui eſt in illis formis. Iſtæ enim formæ ſunt potentiæ, quæ agunt quando-
que, & non agunt quandoq;, & acta eorum ſunt perfectio & complementum
actionum. & ſi ſint ſimilia, intrant magis capitulum actus, quam ſeparata: quod
eſt impoſsibile.

Caput Quintum. Actum priorem eſſe ſtudioſa potentia.

QVòd autem melior ac præſtantior quam ipſa ſtudioſa
potentia actus ſit, ex his patebit. Quęcunque enim ſecũ-
dũ poſſe dicuntur, idem eſt potens contraria. ut quod
dicitur poſſe ſanum eſſe, idem eſt etiam ægrotans, & ſi-
mul. eadem enim potentia eſt ſanum & ægrotum eſſe,
& quieſcere & moueri, & extruere & deſtruere domum, & extrui do-
mũ & deſtrui. Poſſe itaque contraria ſimul eſt: contraria uero ſimul
eſſe impoſsibile eſt, vt ſanum & ægrotum eſſe. quare neceſſe eſt alterũ
eorũ bonum eſſe. ipſum autem poſſe utrũque ſimul, aut neutrũ. actus
igitur melior. Neceſſe autem eſt etiam in malis finem & actum dete-
riorem potentia eſſe. etenim potens eſt idem ambo contraria. Pa-
igitur quòd malum non eſt præter res. malum nanque natura po-
rius potentia eſt. Non igitur quicquam in his, quę a principio, & q
perpetua ſunt, malũ eſt neq; corruptũ. etenim corruptio de mal

In malis actus eſt deterior potẽtia.

Quoniam autem actus eſt melior, & nobilior potẽtia nobili ma-
nifeſtũ eſt ex iſtis ſermonibus. Vnũquodque. n. eorum, quæ dicuntur
in potẽtia, eſt in potẽtia cõtraria. v. g. illud, quod dr̃ habere poten-
ſanitatis, eſt infirmus ẽt, & erũt inſimul ẽt. potẽtia. n. ſanitatis. & infir-
mitatis eſt idẽ. Similiter & potẽtia quietis & motus, & moueri, & ædi-
ficare & diruere, & ędificari & dirui. Contraria igitur ſecũdum quod
ſunt in potentia ſunt inſimul: ſecundum aũt quòd ſunt contraria eſt
impoſsibile. & actiones etiam impoſsibile eſt ut ſint inſimul, ut ſa-
re & debilitare. ergo neceſſe eſt ut alterũ ſit bonũ. potẽtia uero ſim-
ter, aut neutrũ. ergo actus eſt melior. Et neceſſe eſt ẽt ĩ rebus ma
actus, & cõplemẽtũ ſit peius potẽtia. idẽ. n. quod põt eſſe utrũq; con-
trarium. ergo manifeſtũ eſt quòd nõ eſt malũ abſolutũ a rebus. m

A enim naturaliter est post potentiã. Non igitur in rebus, quæ sunt ex principio, & in rebus quæ sunt æternæ, nõ est aliquid malũ omnino, neque error neque corruptio. corruptio enim est ex rebus malis.

CVm declarauit ꝙ actus precedit potẽtiã in omnibus modis predictis, vult ẽt declarare illũ præcedere eam in nobilitate, & dicit. Quoniam autem 19
actus, &c. idest, qm̃ autem actus, quod est bonum, est melior potentia ad illum, manifestum est ex hoc, quod dicam, scilicet ꝙ potentia est potentia ad rem, & ad suum contrarium: & alterum contrariorum necessario est malum potentia & admiscetur cum malo: cum actu vero bono non admiscetur malum omnino, & est actus, inter quem fecit comparationem, & potentiam, quæ est bonum. Et cum d. ꝙ potentia est potentia ad duo contraria insimul, dedit exemplum, & d. v.g. illud, quod dicitur habere potentiam sanitatis, &c. i. v.g. ꝙ illud, quod recipit sanitatem, recipit infirmitatem, v.g. quatuor humores. Deinde d. & erunt insimul, &c. idest & actus, quod est bonum, est melior potentia ad illum. quia cum potentia ad bonum admiscetur potentia ad malum: & cum bono, quod est in actu, non admiscetur malum. Et hoc intendebat, cum d. ergo necesse est, &c. i. ergo necesse est vt, cum bonum exiuerit in actum, sit bonum tantum: cum autem
B fuerit in potentia, similiter, s. ꝙ potentia ad bonum erit bona. sed cum ista potentia admiscetur potentia ad malum: quoniam illud, quod est in potentia ad aliquod malum, aut habebit potentiam ad duo contraria insimul, aut ad neutrum. D. induxit conclusionem, & d. ergo actus est melior. i. q̃ potentia ad illum. D. Et necesse est etiam in rebus malis, &c. i. & apparet ex hoc sermone, ꝙ necesse est vt actus malus sit peior potentia ad illum. illud enim quod potest illud, potest illud, & contrarium eius, quod est bonum, & actus malus est malum simpliciter. D. d. ergo manifestum est ꝙ non est malum, &c. i. manifestum est igitur ꝙ malum non est distinctum a rebus, quæ sunt in potentia. malum enim non inuenitur nisi post potentiam. D. d. Non igitur in rebus, &c. i. manifestum est igitur ꝙ in rebus, quæ non sunt post potentiam, & sunt illa quæ sunt æterna, sed esse eorum est principium, non est malum omnino, neque error, neque corruptio. corruptio enim est ex rebus malis. Et ex hoc cognoscitur hoc, quod dicunt Astronomi, ꝙ quædam stellæ sunt fortunatæ, & quædam infortunatæ. sed tantum impossibile est scire de eis ꝙ quædam sunt meliores quibusdam, hoc enim inuenitur in absolutis a motu, nedum in mobilibus.

Potentia ad sanitatem et ęgritudinem ẽ eadẽ. Oppositum tertio Ph. tex. cõ. 10. Vide cõtra Zim.

In sempiternis nõ ẽ malum, neq; error, neq; corruptio.

In absolutis a motu reperitur bonũ, & melius. Oppositũ. 3. Me. t. cõ. 3. Vide cõtra Zim.

Caput Sextum. Quo pacto Designationes Geometricæ actu inueniuntur.


C FIgure * quoq; actu inueniunt. diuidẽtes nãq; inueniũt. quòd si diuisę essent, manifestę essent. nũc aũt insunt potentia. Cur triangulus duo recti? quia qui circa unũ pũctũ anguli duobus rectis æquales sunt. si igitur qui circa latus est, educeretur, uidenti mox esset manifestum. Cur in semicirculo uniuersaliter rectus? quia si tres æquales, & qui basis est duo, & qui ex medio supra stat rectus, uidenti manifestũ erit ei, qui illud sciat. Quare patet quòd quæ potentia sunt, redacta in actum inueniuntur. Causa aũt est, quia intellectio est actus, quare ex actu, potentia, & ob hoc agendo cognoscunt. posterior nanque generatione est, qui secundum numerum actus est.

* Designationes quoq; geometricę.


Et figurę linearũ inueniuntur etiam in actu. quoniã, cũ diuidũt inueniunt eas. sed sunt diuisę manifeste. sed modo est in eis in potentia. Quare triangulus habet duos rectos, hoc est manifestum, quia

duo anguli, qui ſunt in lateribus vnius punctI, ſunt æquales duobus rectis igitur, ſi extrahatur unum uel alterum trianguli, declaratur quòd duo anguli, qui ſunt ex duabus partibus lateris tangentis, erunt æquales duobus rectis. Et ſimiliter, quare in quolibet ſemicirculo eſt unus rectus in circūferentia, ſiue crura ſunt æqualia, aut nō. & ſi basis fuerit diametri, ſiue ceciderit in medio circunferentiæ, aut in alio. Ergo manifeſtum eſt quòd illa, quæ ſunt in potentia, cum ſint in actu, ſunt exiſtentia. Et cauſa in hoc eſt, quòd actus erit per intelligere in eo, quòd potētia erit ex actu. & propter hoc, quando agūt, ſciunt. actus enim numero eſt poſt generationem.

Figura, per quam demonſtratur trianguli angulos duobus rectis æquales eſſe.



Figura, per quam demonſtratur angulum, qui eſt in ſemicirculo, rectum eſſe.



20 Intendit declarare ꝙ res nō inueniūtur, & ſciūtur, niſi qn̄ ſunt in actu. & de exemplū in Mathematicis, quia non inueniuntur in actu, aut ſciuntur, [illegible] do Geometer ponit ea in ſuum intellectum, & extrahit ea de potētia, [illegible] intendit per hoc declarare ꝙ actus eſt nobilior potentia, cum eſſe [illegible]

A non esse,& scientia ignorantia. Et d Et figurę linearum, &c.i. & figurę, quæ sunt in lineis non inueniuntur,& sciuntur,nisi quando sunt in actu. D.d.quoniā cum diuidunt,inueniunt eas.i.Geometer.n.quando diuidit figuras,inuenit,& scit eas.v.g.cum dicit ꝙ figurarum quædam constant ex lineis rectis,& quędam ex non rectis: & rectarum quędam constant ex tribus lineis rectis , & quędam ex quatuor. quoniam,cū perficiunt diuisionē, tunc inueniuntur & sciuntur in actu: dum autem non diuiduntur,non sciuntur neq; sunt. D.d.sed sunt diuisæ manifeste.i.sed illud existit in actu,& scitur in actu,quādo diuiduntur suę spēs:propria vero earū inueniuntur in eis post diuisionē in potētia,ita ꝙ,cū in actu exiuerint causæ,quæ faciunt vt illa propria existant in eis in actu,tunc exibunt in actum, & sciūtur in actu:ante vero neq; erunt existentes in actu, neq; sciuntur.v.g. ꝙ triangulus per diuisionem existet in actu,& erit scitus,quando vero anguli eius sunt duo recti,erit scitum in potentia in eo. D.d. quia duo anguli, &c.i.sed cum alterum laterū extrahetur,& apparebit ꝙ duo anguli, qui sunt in duabus partibus lineæ trianguli tangentis lineam extractam,sunt æquales duobus rectis,statim apparebit in actu ꝙ tres anguli trianguli sunt ęquales duobus rectis., quando etiam extrahitur a puncto, in quo triangulus tangit latus extractum , linea æquidistans lineę tertię trianguli , tunc fient ibi tres anguli æquales duobus rectis:quorum vnus est continuus triangulo,& duo reliqui sunt ęquales duobus re-
B liquis triangulis.ille vero, qui appropinquat lateri trianguli tangentis lineā extractam,erit æqualis alternato trianguli,& reliquus reliquo:quia alter est extrinsecus,& alter intrinsecus. D.induxit etiam aliud exemplum, & d. Et similiter, quare in omni semicirculo,&c.,& similiter etiam erit scitum in potentia,& existens etiam in potentia in triangulo,qui cadit in semicirculo, quare angulus,qui est in circunferentia , semper est rectus , siue duo latera trianguli exeuntia ad duo extrema diametri sint ęqualia,aut inęqualia.etenim hoc non scitur in actu, nisi quando in actu diuiditur in media, & completur figuratio. D.d.ergo manifestum est,&c.i.ergo declaratum est ex hoc, ꝙ illud, quod est in potentia, non erit scitum,neq; ens,cum exiuerit in actum. D.d.Et causa in hoc est, &c.i.& cā in hoc est,quia intelligere,quod est in potentia,non venit ad actum, nisi per intelligere aliud,quod est in actu. D.d.& propter hoc, quando agunt,sciunt.i.& ideo quando consyderans consyderat in scientijs scit. D d. actus enim numero est post generationem.i.quoniam, cum comparatur inter potentiam & actum illius potentię,inuenitur ꝙ illa potentia pręcedit tempore actum.cum autem comparatur inter potentiam,quæ est in generato,& inter actum,quod est extrahens illud , quod est in potentia in actu , inuenitur ꝙ actus præcedet tempore potentiam , & esse .

Intelligere, qđ ē in potētia nō venit ad actū, nisi ꝑ intelligere aliud , quod est in actu.

C

Caput Septimum . Quo pacto ex veritate, & falsitate, actus potentia sit præstantior .

CVm autem ens & non ens dicatur,quoddam quidem secundum figuras prædicamentorum : quoddam autem secundum potentiam,aut actum horum,aut contraria: quoddam vero maxime propriæ ens verū aut falsum: hoc autem in rebus est compositione vel diuisione: quamobrem verum dicit,qui diuisum diuidi, & compositum componi putat: falsum autem qui contra quam res se habeant,aut quando sunt , aut non sunt : quare quòd verum aut falsum dicitur , quid profecto hoc dicimus , consyderandum est . Non enim propterea ꝙ nos te vere putamus album esse,tu albus es:sed propterea ꝙ tu albus es,nos,qui dicimus,verum dicimus. Si quædam itaq; semper compo

Vide Auer. in Epi. Tra. tertia.

fita & impofsibilia diuidi: quædam vero femper diuifa & impofsibilia componi funt: quędam vero contingit contraria effe, effe quidē eft componi, & vnum effe: non effe vero nō componi, fed plura effe. Ergo circa contingentia quidem eadem fit falfa & vera opinio, & eadem oratio, & contingit quandoq; ueram, quandoq; falfam effe: circa vero impofsibilia aliter fe habere non fit quandoq; verum, quandoq; falfum, fed hęc femper vera, & falfa funt.

Et cum dicitur ens & non ens, alterum vero fecundum figuras prędicamentorum, & alterum fecundum potentiam & actum, quæ funt iftorum, aut fecundum contraria. & dicuntur in rei veritate, aut modo vero, aut modo falfo. & hoc eft in rebus, aut per compofitionem, aut per diuifionem, ergo qui videt quòd diuifum diuiditur, verum dicit, & qui videt ꝙ congregatum congregatur aliquid. Ablatio in Græco. fermo falfum etiam. oportet enim ponere aliquid, cum dicitur quòd illud quod exiftimatur, eft malum. Qui igitur dicit hoc, ei erit verum. Et in alia tranflatione loco iftius. & iftud, quod eft valde verum, aut verum dicit, aut eft fallax: & hoc eft in rebus componi, aut diuidi. & ideo qui exiftimat quòd illud, quod eft diuifum, eft diuifum, verum: & qui exiftimat cōpofitum effe diuifum, exiftimat falfum. Deinde fequitur in duabus tranflationibus hoc, quod dicit modo. Si igitur quædam funt femper compofita, & non poffunt diuidi: & quædam femper diuifa, & non poffunt componi: & in quibufdam poffunt effe contraria entia: igitur & compofitio & effentia vnius, & non effentia eft non compofitum, fed vt fint plura. In rebus igitur pofsibilibus erit vna exiftimatio, quæ eft falfa & vera. fermo enim idem eft, & poteft effe verus in aliquo tempore, & falfus in alio. in illis autem, quæ non habent potentiam vt fint alio modo, non erit hoc. & non erunt quandoque vera & quandoque falfa, fed femper vera aut falfa.

21 INtendit declarare ꝙ actus eft nobilior. quoniam cognitio rei, in qua non eft potentia ad mutationem in falfis, eft nobilior illa, in qua eft poffe vt reuertatur falfa, poftquam fuerit vera: quemadmodum illud, quod femper eft, nobilius eft corruptibili. D.d. & cum dicitur ens, &c.i. & cum hoc nomen ens dicitur de vnoquoq; prædicamentorum, & fimiliter non ens: & vtrunq; iftorum diuiditur in potentiam & actum, aut in contraria. D. d. & dicuntur in rei veritate, &c.i. & etiam quęlibet diuifio entis dicitur aut vere aut falfo, & etiā affirmatio fignificat compofitionem eorum adinuicem, et negatio fignificat diuifionem manifeftum eft ꝙ, qui opinatur compofitum effe compofitū affirmatio eius eft vera: & qui opinatur diuifum effe diuifum, negatio eius eft vera: & qui opinatur e conuerfo, fallitur in affirmatione et negatione, f. qui opinatur compofitum effe diuifum, & diuifum effe compofitum. & forte hic diminutum eft a libro. D.d. Si igitur quædam funt compofita femper, &c.i. fi igitur quędam funt compofita femper, & quædam femper funt diuifa: & quædam quandoq; compofita, & quandoq; diuifa, tunc quiditas rerum, & vnitas, & veritas earum eft in compofitione & diuifione. Quædam igitur funt, quorum veritas eft femper, & nunquam mutantur: & fimiliter funt quędam, quorum falfitas eft femper, & nunquam mutantur: & quædam mutantur de vero in falfum, & de falfo in verum. ficut igitur

A illa dicitur scire, scire autem essentiam mutabilem dicitur existimare. Deinde dicit. In rebus igitur possibilibus, &c.ideſt &;cum ſit ſicut narrauimus, manifeſtum eſt quod in rebus poſsibilibus erit eadem exiſtimatio quandoq. vera & et quandoque falſa.& nos non percipimus. In rebus vero poſsibilibus, quę non mutantur a compoſitione in diuiſione, nec econuerſo, non eſt poſsibile, ſed verum in eis ſemper eſt verum, & falſum ſemper eſt falſum. Et intendit quoniam, cum ſcientia non tranſmutabilis ſit nobilior tranſmutabili: & non tranſmutatio eſt rerum exiſtentium in actu, & tranſmutatio eſt rerum, quæ ſunt in potentia: ſequitur ꝙ actus ſit nobilior potentia neceſſario.

In rebus poſſibilibus eadē exiſtimatio erit q̃nq; uera et q̃nq; falſa: ſecus aūt in neceſſarijs. Idē in ſequenti.

Circa incompoſita vero quid eſſe, aut nō eſſe, & verum & falſum? Non enim eſt compoſitum, vt ſit quidem ſi componatur, non ſit autem, ſi diuiſum ſit, ſicuti album lignum, aut diametrum incommenſurabilem eſſe, nec verum, & falſum ſimiliter etiam in illis erit. An, quemadmodum neq; verum eſt, idem in his, ita nec ipſum eſſe: ſed illud quidem verum, hoc vero falſum eſt Attingere nanq; ac dicere verum eſt: non enim eſt idem affirmatio & dictio: non attingere vero

B eſt ignorare. Non eſt enim decipi circa quod quid eſt, niſi ſecundum accidens. ſimiliter autem eſt circa non compoſitas ſubſtantias, non enim eſt decipi. Et cunctæ ſunt actu, nō potētia. generarētur etenim profecto, ac corrumperentur. nunc autem ipſum ens non fit, neq; corrumpitur: ex aliquo enim vtique generaretur. Quæcunq; itaq; ſunt vere ipſum eſſe quid & actu, circa hæc non eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non. verum quod quid eſt de eis quæritur, ſi talia ſint, an non. eſſe vero vt verum eſt, & non eſſe vt falſum. vnum quidem ſi componitur, verum: ſi vero non componitur, falſum. vnum vero ſi eſt quidem ens ſic, eſt: ſin vero non ita, non eſt. verum autem intelligere hæc. falſum vero non eſt deceptio, ſed ignorantia. non qualis cęcitas eſt: etenim cęcitas quidem, ſicuti ſi omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam. Manifeſtum aūt eſt ꝙ neq; de immobilibus deceptio eſt ſecūdum quādo, ſiquis immobilia putet. utputa ſi triangulū non putet mutari, nō opinabitur mō duos rectos habere, mō non: mu

C taretur etenim. verū aliquid quidē, aliquid vero non. vtputa parē numerum primum nullum eſſe: aut quoſdam quidem, quoſdam vero non. quo ad numerum autem circa vnum, nec hoc. non amplius enim quædam quidem, quædam vero non putabit, ſed verum dicet, aut falſum. tanquam ita ſemper ſe habeat.

Illa autem, in quibus non eſt compoſitio, vt aliquid ſit, aut non ſit, verum, & falſum non eſt ita. Non enim eſt cōpoſitum, vt ſit ſi fuerit compoſitum, & non ſit ſi fuerit diuiſum, vt album lignum, aut ſymetrum diametrum: & non eſſentia veri & falſi in hoc eſt, ſicut in illis etiam. Quoniam, ſicut verum in iſtis non eſt idem, ſimiliter eſſentia: ſed eſt aut verum, aut falſum. Et quoddam eſt verum, non quia dicitur: quia affirmatiua & terminus non ſunt idem: & ignorantia eſt, quæ non tangit rem. Non eſt enim deceptio in eo quod eſt, niſi per accidens. & ſimiliter in ſubſtantiis compoſitis, quoniam in eis eſt deceptio. Et ſunt omnes in actu, non in potentia. & ſi nō, ge

nerarentur & corrumperentur. ens enim p se non generatur, neque corrumpitur. & si non, esset aliquid ex nihilo. Omnia igitur, quæ sunt in suis essentiis aliquid & sunt in actu, etiam non est in eis deceptio, nisi per intelligere. sed quæritur in eis quid sint, vtrum sint hoc, aut non: aut erit sicut verum, aut non erit sicut falsum. vnum.n. si fuerit compositum, est verum: & si non fuerit compositum, est falsum. vnum autem si fuerit secundum q̃ est in hac dispositione, est. & si non fuerit scd̃m hanc dispositione, tunc intelligere eas non est verum. & hoc non est falsum, neq; deceptio, sed ignorantia. nō sicut cæcitas. ista.n. ignorantia est sicut cæcitas intellectus, cum nullus eor. habuerit intellectum oīno. Manifestum est igitur q̃ in rebus, quæ non mouentur, non est deceptio, et si attribuantur alicui tẽpore. v.g. si a quis existimet q̃ triangulus est non verum, quia non transmutat. nonnunquam, existimat semper q̃ possibile est vt in aliquo tẽpore habeat duos angulos rectos, & in alio non: quoniam si fuerit, trásm. tabitur. sed aut per aliquid quod erit, aut per aliquid quod non e. v.g. vt non sit neq; vnus numerorũ numerus pfectus, aut nō: aut q dam sit aut non: aut vt sit secundũ numerũ in vno, non. quoniam n est hoc aliquid & aliquid non est. & in hoc nō est existimatio, scd. a. est verum aut falsum, quia semper est in hac dispositione.

32 Illa autem, in quibus non est compositio &c.i. res aũt simplices. quarum e
aut non esse non attenditur vt ex eis sit aliquid, aut non sit, sicut est dispō n.
positis, verum & falsum contingẽtia in eis non sunt in eis sicut verum & f
in compositis. D.d. causam & d. non.n. est compositum, &c.i. quia verum &
sum in simplicibus non assimilantur cōpositioni aut diuisioni existẽtibus ex
animam. D.d. vt album lignum. v.g. qm̃ dicere hoc esse album, cum sit ve
cā in hoc est, quia albedo est composita extra aīam cum ligno: & dicere q
meter est symeter costæ est falsum, & cā falsitatis est, quia sunt diuisa extra
mam. D.d. & non essentia veri & falsi, &c.i. & quiditas veri & falsi in sim
bus non est sicut in compositis: & intendit in qōne quid est. D.d. cām, & d
niam, sicut verum in istis, &c.i. qm̃, sicut verum in compositis in qōne vtr
non est idem, ita verum non est in eis idem in qōne q̃ sit, s. in simplicibus &
positis. D.d. sed est aut verũ. aut falsum, &c.i. sermo, qui significat vtrum
sit, est aut verus aut falsus: sed in quibusdam, s. in cōpositis, quia aliquid p
tur de aliquo, et in simplicibus, nō quia aliquid prędicatur de aliquo. D.d.
firmatiua, & terminus, &c.i. & cā in hoc est, quia deceptio, quę accidit in
tate compositorum, est similis deceptioni accidenti in affirmatiua, & q
intelligere simplicia est de modo deceptionis accidentis in definitione
q̃ sunt definitione, & non sunt idem sermo definitiuus, et sermo affirmat
d. & ignorãtia est, quę non tangit, i. & ignorantia, qua accidit vnum int
simplicia. est vt intellectus nihil intelligat de eis. est igitur scd̃m ignorant
est priuatio scientię. D.d. Non est.h. &c.i. & cā in hoc est, quia non ac
ceptio in quid est, nisi per accidens. in compositis quidem per deceptioni
firmatiua, quę est ignorantia scd̃m habitum: in simplicibus vero per pr
intelligendi, quę est ignorantia scd̃m priuationem. D.d. & similiter in sub
tijs. &c.i. & in substantijs non compositis non accidit deceptio ex suis
& similiter est in substantijs compositis, cum quibus non admiscetur p
& sunt in actu: sed deceptio in hoc est nobis. & si in eis acciderit dece
suis naturis, tunc generarentur, & corrumperentur. & si quiditates & for
generarentur & corrumperentur, tunc generarentur ex nihilo, & hoc im

Sermo definitiuus, et affirmatiuus nō sunt idẽ.

Cōsimile 1. Poste. t.c. 5.

Si in substãtijs nō cōpositis accideret deceptio ex suis natu

A bat, cum d. ens. n. per se, &c. i. & innuit hoc, quod declaratũ est in tractatu de substantia. D.d. Oia igitur, quę sunt, &c. i. & oẽs substantię, quę sunt compositę, nõ accidit in eis ꝙ sit deceptiũ essentialiter, sed per accidẽs. quęritur. n. qñ sunt ignorati esse. expositio nominum suorum per sermonem compositum. si ergo compositio fuerit vera, tunc esse & intelligentia erit verum. & si non fuerit vera, tunc esse erit falsum. v.g. vt si aliquis quęrat quid sit vacuum, & dicetur ei quid intendis per hoc nomen vacuũ. si igitur dixerit dimensionem separatam, consyderabitur si fuerit impossibile dimensionẽ separatam esse, tunc vacuum non erit, ex sermone indicante, non ex sermone exponente, scd̃m ꝙ est exponens. D.d. & si non, &c. i. substantię vero simplices si intelliguntur, tunc intelligere earũ erit secundum illud, quod sunt. & si non intelligantur, tunc nihil ex eis intelligitur, qđ sit verum, nisi scd̃m ꝙ non esse intelligendi ea non est verum, non scd̃m ꝙ accidit in eis intelligere falsum. falsum. n. intelligere non est nisi per compositionem. Et hoc intendebat, cum dicit intelligere eas non est verum, i. &, cum dicimus ꝙ apud nos non est verũ de substantijs simplicibus, non intendimus ꝙ accidit nobis error, qui est ignorantia scd̃m habitum, sed accidit priuatio veritatis, quę est ignorantia tm̃. & hoc est in virtute rationali, sicut cęcitas in oculo. Et innuit per hoc, ꝙ non intelligere res separatas per intellectum humanum est in intellectu nostro in primo simile cęcitati in oculo, antequam perficiatur intellectus. Hoc. n.

B non solummodo reperitur in hac virtute in suo primo esse, sed in suo esse vltimo. & hoc iam declarauimus in alio loco. Et declarauimus ꝙ fortunitas maxima, q̃ est inspicere intellectũ separatum, est per potentiam, quę fit in intellectu speculatiuo apud suã vltimã perfectionem, simile potẽtię, quę fuit in vsu apud aspectũ ad colores, non per potentiã de modo potentiarũ cogitatiuarum, q̃ acquiruntur ꝑ cognitionem. qm̃ nõ est sicut existimauit Auempace, ꝙ hoc acquiritur per * cognitionem. D.d. Manifestum est igitur, &c. i. declaratũ est igitur ex hoc ꝙ in rebus necessarijs non transmutabilibus non decipitur homo ex natura rei, ita ꝙ scientia de aliquo reuertatur existimatio in aliquo tpe. Et d. hoc: quia, qñ sensatum recedit a sensu, statim certitudo sui esse mutatur in existimationem, absq; eo ꝙ in nobis accidit error. D.d. v.g. si aliquis existimet, &c. i. v.g. ꝙ scire triangulũ habere tres angulos ęquales duobus rectis non mutatur de certitudine in existimationem, cũ non sit timendum in hac hora si sit triangulus, cuius anguli non sunt ęquales duobus rectis. D.d. causam in hoc, & d. quia nõ transmutatur, &c. i. & cã in hoc est, quia non est timendum vt natura trianguli transmutetur. et ideo nullus existimet esse posse vt aliqua hora veniat, in qua sint anguli ęquales duorum rectis, & alia hora non. D.d. qm̃, si fuerit, transmutabitur. i. si hoc acciderit in scientia trianguli, tunc natura trianguli trãsmutaretur. sed consequens nõ est* genus, neq; accidens. D.d. sed aut per aliquid quod erit, aut per aliquid quod nõ

C erit. i. sed res necessarię aut disponuntur ꝑ aliquid quod est in eis semper, aut per aliquid qđ nunq̃ est in eis. D.d. exemplum, et d. v.g. vt non sit, &c. i. v.g. qm̃ aut semper erit verũ ꝙ nullus numerorum erit perfectus, aut oĩs numerus perfectus est, aut quidã est perfectus & quidã nõ. D.d. aut vt sit scd̃m numerũ in vno, &c. i. vt aut sit hoc in vno scd̃m numerum, ita ꝙ qñq; sit in eo, & qñq; nõ sit, est impossibile ẽt vt qñq; sit in rebus: & illę res sunt eędem in specie. D.d. & in hoc non est existimatio. i. et ideo non accidit in tali gñe existimatio, sed iudicium in ipso aut semper erit verum aut semper erit falsum, quia ista semper sunt eodẽ modo. Et intendebat per oĩa ista ꝙ scire ea, quæ sunt in actu, est nobilius quã scire ea, quę sunt in potentia. Et illud, cuius est scientia nobilior, est nobilius.

Noni Metaphysicorum cum Commen. Auer.

FINIS.

ris, tunc gñarentur et corrumperẽtur. Vide. c. 1. 2. huius.

Vide. 3. de aĩa. cõ. 36. Fortunitas maxima nõ currit, modo potẽtiarum, cogitatiuarũ vt existimauit Auempace. Vide idẽ 3. de anima, com. 36.

* a. l. cogitationem.

* a. l. verũ, neq; antecedens.

Illud, cuius est scĩa nobilior est nobilius. Idẽ. 6. Met. t. c. 2. et 1. de Aĩa. t. cõ. 1.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER DECIMVS, cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In prima agitur de Vno, secundum se consyderato.
In secunda de Vno respectu multitudinis; vbi de Contrarietatibus mult[...] pertractantur.

Summæ Primæ Caput Primum. Quot modis vnum dicatur: & aliud esse quærere quæ vnum dicuntur, & vni esse, ac eius rationem.

Vide Auer. in Epi. Tractatu. 3.

QVOD vnum multis dicatur modis in diuision[...] de quoties, dictum est prius. Cum autem multi[...] citer dicatur, primorum, & eorum, quę secundu[...] non secundum accidēs dicuntur vnum, quatuor [...] summa modi sunt. Et ipsum nanq; continuum [...] simpliciter, aut maxime quod natura, & non ta[...] neq; ligatione. & horū illud magis vnum, & p[...] cuius motus indiuisibilior, & magis simplex [...] Itē tale et magis est, quod totum est, aliquamq; formam & spec[...] habens, & maxime quodcunq; natura tale sit, & non ui: queadm[...] quæcunq; aut glutine, aut clauo, aut coniunctione, at habeat [...] quod cā ei sit, vt continuum sit. tale vero est, cui vnus motus lo[...] tempore indiuisibilis sit. Quare manifestum est, q̄ si quid natura[...] tionis primę principium habet primum (dico aūt lationis circu[...] nem) id prima magnitudo vna. Quædam itaq; ita vnum, aut con[...] nuum, aut totum sunt. Quędam autem, quorum vna ratio est. [...] vero, quorum intellectio vna. talia aūt, quorum indiuisibilis. in[...] sibilis vero eius est, quod aut specie, aut numero indiuisibile est. N[...] mero igitur indiuisibile est singulare. Specie vero cognoscibili & [...] tia. quare vnum vtiq; erit primum, quod substantiis, vt vnum [...] causa est. Toties igitur dicitur vnum, & quod natura continuum [...] & totū, & singulare, & vniuersale. hęc aūt omnia vnum sunt, eo [...] quorundā motus, quorundam intellectio aut ratio indiuisibilis e[...]

Dictum est prius q̄ vnum dicitur multipliciter in distinction[...] in quibus narratur secundum quem modū dicitur res. Dicitur [...] tis modis, qui cum capitulantur, fiunt quatuor modi rerū, [...] tur per se vnum, non per accidens. Est.n. continuum, aut simp[...]

A aut magis illud, quod est naturaliter, non per contractum, neq; per ligamentum. & magis quā hoc vnum, & est ante, & magis ꝙ non diuiditur motus actionis, & est magis simplex. Et ēt est tale, aut magis, totum, quod habet aliquam naturam etiam, & formam, & maxime quod est tale naturaliter, non violente: vt illud, quod est vnū per glutinum, aut per clauos, aut per ligamēta, sed habet aliquid in se, quod est causa suæ continuationis. & tale est, vt motus sit vnus, & non diuidatur secūdum locū & tēpus. Et hoc est manifestum, si fuerit aliquod primū principium primi motus naturaliter, vt motus circularis, & motus simplex, ꝙ hęc est prima magnitudo. Quædam igitur sunt vnum & secundū hunc modum, aut quia sunt continua, aut quia sunt totū. Et quædam sunt talia secundum conuenientiā. sicut ista quorum intelligere est vnum, & sicut ista, quę non diuiduntur, neq; diuiduntur in indiuisibilia, vt definitiones indiuisibiliū. sicut definitio puncti, quæ
B non diuiditur. Si autem fuerit numero singulare, non diuiditur numero. Vnum autem secundum formam est illud, quod non habet diuisionem secundum cognitionem. vnum igitur primū est illud, quod est substantiarum causa unius. Ergo vnum dicitur secundum numerum istorum modorum, sicut illud, quod est continuum naturaliter, & totum etiam, & singulare, & vniuersale. omnia enim ista sunt vnū, quia non diuiduntur, quædam vero secundum motum, quædam secundum intellectum & rationem.

INtendit per distinctiones Quintum librum, in quo distinctæ sunt significationes nominum. Deinde dicit. Dicitur enim, &c. i. quoniam, & si illic numerauimus plura, de quibus dicitur hoc nomen vnum, videntur concludi in quatuor generibus primis: & sunt illa, quę dicuntur vnum per se, non per accidens. Deinde incœpit numerare illa, & d. Est enim continuum, &c. idest & vnus istorum modorum, de quibus dicitur vnum, est continuum, aut simplex, aut secundum prius. & hoc 2
C est continuum per naturam, non continuum per contactum, aut ligamentum, & vniuersaliter per artificium. Deinde dicit & magis quam hoc, &c. idest hoc nomen vnum dicitur magis de continuis per naturam de illo continuo, quod habet vnum motum indiuisibilem. & hoc est continuum rectum: quoniam continuum tortuosum, quod habet angulos non mouetur secundum omnes suas partes motu æquali quando mouetur secundum totum. & hoc intendebat cum d. & est magis simplex. Deinde induxit secundum modum illorum quatuor, & d. Et etiam est tale, aut magis, &c. idest & hoc nomen vnum dicitur, sicut de continuo, aut magis de toto, quod est totum, & continuum per formam existentem in ipso. & hæc est dispositio indiuiduorum habentium formas. & d. aut magis, quia causa in hoc, ꝙ indiuiduum sit continuum, est forma eius. ergo forma dignius dicitur vnum quam continuatio, cum forma sit causa continuationis. Et quia totum, aliud est totum naturaliter, aliud artificio, & maxime quod est naturaliter non violente. quia indiuiduum artificiale est vnum per violentiam, deinde dicit. sed habet aliquid in se, &c. idest sed vnum indiuiduum in rei veritate est illud, quod habet in se causam continuationis, scilicet formam, et intendit indiuiduum naturale, quod est vnum per continuationem secūdum suam formam. Deinde dicit & tale est, vt motus sit vnus, &c. idest vnum in rei veritate in hoc genere est illud, cuius motus est vnus, & indiuisibilis secundum tempus, & secundum locum. & tu bene scis quis sit ille motus vnus ex Quinto Physi.

Cōtinuū tortuosum non mouetur secundum oēs suas partes motu ęquali.

Cā in hoc ꝙ indiuiduum sit vnū et cōtinuū est forma eius. Idē 1. de aia. 90.

Indiuiduū artificiale est vnū p violētiā. Idē infra cō. 11.

Tex. cō. 34.

Deinde dicit. Et hoc eſt manifeſtum, &c.i.& eſt manifeſtum φ, ſi fuerit aliquid hic, quod mouetur per principium in eo primo motu naturaliter, ſcilicet circulari ſimplici, & iſtud motum eſt primum corpus, & quod mouetur vno motu, q non diuiditur, neq; ſecundum locum, neq; ſecundum tempus. Deinde dicit. Quædam igitur ſunt vnum, &c.i. declaratum eſt igitur φ omnia iſta reducuntur ad vnum ſecundum continuationem, & vnum ſecundum totum. Deinde dicit. Et quędam ſunt talia ſecundum conuenientiam, &c.i. & vnum dicitur etiam de illis, quorum proportio ad intellectum eſt ſicut proportio iſtorum ad ſenſum: & ſunt illa, quę non diuiduntur, quando intelliguntur. & iſtorum quędam ſunt, quę non diuiduntur in intellectu, neq; diuiduntur in aliquod indiuiſibile: vt punctus & vnum in numero, & vniuerſaliter quod non diuiditur ſecundum definitionem in illo genere; vt definitio puncti, quę non diuiditur in magnitudinem, & definitio vnius in numero, quę non diuiditur ſecundũ numerum. Deinde dicit. Vnum autem ſecundum formam eſt illud, quod non diuiditur ſecundum cognitionem & diuiditur in eſſe. & hoc eſt vnum * diuiſibile econtrario de vno ſecundum definitionem in vnoquoq; genere. D.d. vnum igitur primum, &c.i. & cum primum in vnoquoq; genere eſt illud, quod non diuiditur ſecundum definitionem in illo genere: & ſubſtantia eſt primum omnium entium ſecundũ definitionem manifeſtum eſt φ vnum primum, quod non diuiditur ſecundum definitionem ſubſtantiam, eſt cauſa vnius in omnibus generibus entium. Deinde dicit. Et vnum dicitur, &c.i. declaratum eſt igitur ex hoc φ omnia, de quibus dicitur hoc nomen vnum, concluduntur in quatuor. Primum vero eſt continuum per naturam. Secundum illud, quod eſt totum & perfectum: & eſt vnum indiuiduum naturale. Tertium autem eſt illud, quod eſt ſimplex in vnoquoq; genere prædicamentorum. Quartum eſt vnum ſecundum formam, & vniuerſaliter vniuerſale. & iſtorum, duo, ſ. continuum per naturam, & indiuiduum, quod eſt totum & complementum dicuntur vnum, quia ſunt duo indiuidua, quorum vtrunq; mouetur vno motu. duo autem alia dicuntur vnum, quia non diuiduntur in intellectu; alterum vero in definitione, reliquum autem in natura continui vna partibus vno.

*a.l. indiuiſibile.

Idẽ. 7. Met. tex. cõ. 4.

Oportet autem conſyderare, quòd non eſt eodem modo accipiendum, cum dicatur, quæ vnum dicuntur, & quid eſt vni eſſe, quæ ratio eius eſt. Vnum etenim toties dicitur, & vnumquodq; eorum, aliquis horum modorum inſit, vnum erit. Eſſe autem, quandoque quidem alicui horum erit, quandoq; vero alteri, quod & magis propinquum nomini eſt. illa vero, potentia. quemadmodum ſi de elemento, & cauſa oporteat dicere, & de ipſis rebus, determinando, & nis definitionem reddendo. ignis etenim quodam modo quidem elementum (fortaſsis vero ſecundum ſe etiam ipſum infinitum, aliquid aliud tale) quodam modo vero minime eſt. non enim igni, & elemento eſſe, ſed tanquam res quædam, & natura ignis mentum eſt: nomen autem ſignificat quòd hoc ei competat, ex eo, tanquã ex primo inexiſtente aliquid ſit. ita & de cauſa, & & cunctis huiuſcemodi. Propter quod vnum eſſe eſt indiuiſibili ipſum re vera ens & inſeparabile, aut loco, aut ſpecie, aut toto atque determinato. Maxime autem menſuram eſſe neris primam, & maxime proprie quanti. hinc enim & nit. Menſura enim id eſt, quo quantum cognoſcitur: cognoſc tem quantum vt quantum, aut vno, aut numero: omnis ve rus vno: quare omne quantum, prout quantum, vno cogn quo

A & quo primò hoc cognoſcitur, ipſum vnum. propter quod vnũ principium eſt numeri, prout numerus eſt.

Et oportet exiſtimare per cognitionem, quoniam nõ oportet exiſtimare ꝙ dicitur eodem modo illud, quod videtur vnum per quale, & quod eſt per eſſentiam vnum. Vnum enim dicitur ſecundum numerum iſtorum modorum, & quodlibet iſtorum erit vnum, quando habuerit aliquem iſtorum modorum. Secundum autem ꝙ eſt vnum, forte erit alterius iſtorum, & forte erit aliud, quod eſt propinquum ſecundum nomen, magis quam iſta. illa autem in potentia. vt ſi eſſet neceſſe loqui de elemento & cauſa, & diſtinguere ea a rebus, & inducere definitionem nominis. ignis enim eſt ſicut elementum. & rectum eſt vt ſit infinitum per ſe, aut per aliud tale. & quòd non eſt ita. eſſentia enim ignis & elementi non ſunt idem, ſed ignis eſt elementum ſicut natura alicuius. & hoc nomen aut accidit ſicut accidit ei per cõ-
B plementum, quia eſt aliquid ex hoc, ſicut eſt ex primo, quod eſt in re. & ſimiliter eſſentia etiam & vnũ, & omnia, quæ ſunt in talibus iſtis. Et ideo eſſentia vnius eſt vt non diuidatur. & eſt quia iſta res eſt, & eſt non ſeparata per locum, aut formam, aut cognitionem, & eſt totũ & terminatum. Et ideo eſt magis quã aliud prima menſura cuiuſlibet generis, & quantitates valde dominæ. & ex hoc eſt in aliis rebus. Menſura enim eſt illud, per quod cognoſcitur quantitas: & quantitas cognoſcitur ſecundum quòd eſt quantitas, aut per vnum, aut per numerum: & omnes numeri cognoſcuntur per vnum: ergo omnis quantitas, ſecundum quòd eſt quantitas, cognoſcitur per vnum, & illud, per quod primo cognoſcitur, eſt vnum. & ideo vnum eſt principium numeri, & non numerus.

Ideſt, Et non eſt exiſtimandum ꝙ illud, quod ſignificat hoc nomen vnum in 2
eis, de quibus dicitur, eſt idem dictum vniuoce, ſ. ſecundum nomen & definitio-
C nem. Deinde dicit. Vnum enim dicitur, &c. i. apparet enim ꝙ hoc nomẽ vnũ dicitur de iſtis modis diuerſis, quos numerauimus, & ꝙ omne ens non ſimpliciter habet hoc nomen, niſi habuerit aliquam iſtarum intentionum, quas numerauimus. Deinde dicit. Secundum autem ꝙ eſt vnum, forte eſt alterius, &cæt. i. illud autem, quod ſignificat hoc nomen vnum, ſecundum ꝙ eſt vnum, forte eſt primum in hoc genere: & forte inuenitur ei aliquid, quod appropinquat ſignificato huius nominis, ſecundum ꝙ eſt vnum magis ꝗ̃ aliud. Illud autem, quod eſt præter vnum primum, inuenitur ei de ſignificato huius nominis vnum, ſecundũ ꝙ eſt vnum, aliquod ſimile illi primæ intentioni. & hoc intendebat, cum d. illa autem in potentia. quoniam ſimile rei dicitur eſſe res in potentia. Deinde dedit exemplum & d. vt ſi eſſet neceſſe loqui, &cæ. i. & diſpoſitio debet eſſe, quando volumus loqui de vno, ſicut diſpoſitio debet eſſe, quando volumus loqui de elemento & cauſa, & de alijs, quæ dicuntur primo & ſecundo. ſ. vt primo incipiamus ab eo, quod ſignificat definitio illius nominis, ſecundum ꝙ eſt illud nomen, deinde diſtinguemus illa ſignificata, ſi inuenitur aliquod, quod conuenit definitioni illius nominis, dicemus ꝙ illud eſt primum in illo genere: &, ſi non inuenimus tale, accipiemus illud, quod eſt magis propinquũ, & dicemus ipſum eſſe primum in illo genere. v. g. cum quæſiuerimus quid ſit elemẽtum, & inueniemus ꝙ illud, qđ ſignificat definitio elementi, eſt aliud ab eo, qđ ſignificat hoc nomen ignis, & ideo nõ dicemus ꝙ ignis ſit primũ elementũ. & ſi inueniremus defini-

Res in potẽtia eſt ſimile rei. Vide 9. Meta. cõ. 7. & quę ibi.

tionẽ elemẽti, in quo eſt magis propinquũ ꝙ ignis, dicemus ipſum eſſe primum elemẽtũ, vt quidã Antiqui dicebat ꝙ infinitũ eſt primũ elementũ. D.d.& ꝙ nõ eſt ita, &c.i.& illud, in quo nõ inuenitur eſſentia elemẽti, ſcdm ꝙ eſt elementũ, non dicitur eſſe primũ in illo genere, vt ignis. quoniã quiditas & definitio eius non eſt definitio elemẽti, ſed dicũtur hoc nomine, quia in eis eſt aliquid de natura ſignificati iſtius nominis elementum.& ſic accidit eis hoc nomen, ſicut accidit hoc nomen verum ei, quod habet hanc intentionem complete, vt prima materia in compoſitis. quatuor enim elementa ſunt elementa compoſitorum, ſed non primo: quia ſunt compoſita ex prima materia & formis ſimplicibus. D.d.& ſimiliter eſſentia etiam, & vnum, &c.i.& ſimiliter hoc nomen vnum, ſecundũ ꝙ eſt vnum, quia illud, quod non diuiditur aliquo modo, neque ſecũdũ locũ, neq; ſecũdum formam, neq; ſecũdum cognitionẽ, & eſt totũ & terminatũ, ideo neceſſe eſt vt vnũ in vnoquoque genere, ſecundum ꝙ eſt indiuiſibile, ſit prima menſura illorum, quæ ſunt in illo genere.i.ꝙ natura vnius eſt natura menſuræ, & præcipue in generibus habentibus menſurã primo, & eſſentialiter, ſ. in quantitate diſcreta. hoc enim eſt in eis prius alijs rebus, quibus accidit menſurari. Deinde dicit. & ex hoc eſt in alijs rebus.i.& de quantitate diſcreta, & vno numerali transmutatur hoc nomen menſura ad alia genera, quæ vtuntur mẽſura. Deinde dicit. mẽſura.n. eſt illud, &c.i.& definitio mẽſuræ eſt illud, per quod menſuratur quantitas diſcreta, i. cognoſcitur: et quãtitas cognoſcitur, aut per vnũ, aut per numerũ: idest ꝙ numerus cognoſcitur & mẽſuratur per vnum: ergo omnis quãtitas diſcreta cognoſcitur per vnum.& ideo vnũ eſt principium numeri, nõ numerus. nam ſi eſſet numerus, cognoſceretur per vnum: quod eſt impoſsibile.

Prima materia veriſsime elemẽtũ dr. Vide in 5. Met. c.4.& 2. de Generatione, & corruptione com.6.

Hinc autem & in aliis id dicitur menſura, quo primo vnũquodque cognoſcitur, & vniuſcuiuſque menſura vnum eſt, in lõgitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate. Grauitas. n.& celeritas communis eſt in contrariis. duplex enim & vnumquodque horum eſt. vt grauitas, & quæ quantumcunque ponderis habet, & quæ excedit pondere: & celeritas, quæ quantumcunque motum habet, & quæ excedit in motu. etenim eſt aliqua tardi celeritas, & leuis grauitas. In his itaque omnibus menſura, & principium vnum quiddam & indiuiſibile eſt. nam & in lineis vtuntur pedali tanquam indiuiſibili. vbique etenim menſuram vnum quiddam & indiuiſibile quærunt. hoc autem ſimplex, aut quali, aut quanto. Vbi itaque videtur non eſſe aut auferendum, aut addendum, illa certa menſura eſt. Quare numeri certiſsima eſt. vnitatem etenim ponunt, quæ omnino indiuiſibilis eſt. in cæteris vero imitantur huiuſcemodi. ex ſtadio nanque & talento, ac ſemper a maiore magis profecto latebit, & additum aliquid & demptum, quam ex minore. Quare a quo primo ſecundum ſenſum non contingit, hoc omnes menſuram, & humidorum, & ſiccorum, & grauis, & leuis faciunt: & tũc putant cognoſcere quantum, cum per hanc menſuram ſciant.

Et ex hoc dicitur menſura in aliis, per quam ſcitur primo quodlibet eorum, & actio cuiuslibet eorum eſt vna, in longitudine, & in latitudine, & profundo, & velocitate. Grauitas enim, & velocitas ſunt communes in contrariis. & vtraque earum eſt duplex, vt grauitas, quod eſt illud ex declinatione eſt in re, & etiam illud, quod habet additionem declinationis. & velocitas, quæ habet aliquem motum eius, quod habet per quantitatem, & quod habet additum

A nem motus etiam. graue enim habet velocitatem, & leue tarditatem. In omnibus igitur istis est mensura, & principium, quod non diuiditur. in lineis enim alii vtuntur mensura æquali mensuræ, sicut illud, quod non diuiditur. quia quærunt mensuram in omnibus rebus aliquod indiuisibile. & hoc est simplex, aut qualitas, aut quantitas. Vbi igitur existimatur quòd non est diminutio, aut additio, illud est mensura vera, quia numeri sunt certi. Et positio eorum est, ꝙ vnum non diuiditur. & in aliis rebus assimilat ei, quod est tale. quoniam ex linea, & ex tali quod est centum libræ, semper a maiori magis latet, & si diminuitur, aut additur in eo aliquid quam latet in minori. Ergo illud, in quo est impossibile vt hoc sit in eo sensibile, accipitur in omnibus pro mensura in rebus humidis, & in grauitate, & in magnitudine: & tunc existimant quòd sciunt quantitatẽ, quando sciunt illam per hanc mensuram.

B Et ex hoc dicitur, &c. i. ex vno numerali fuit transumptum hoc nomen mensura ad quodlibet eorum, quæ dicuntur mensurare ex eis, quæ sunt in genere 3
quantitatis: sicut fuit transumptum ad aliud genus hoc nomen quantitas a quantitate numerali. Deinde d. & actio cuiuslibet earum, &c. i. & causa in transumptione istius nominis ad illa, quæ sunt præter numeros est, quia actio eorum est vnum in omnibus. quoniam, si fuerit vnum in longitudine, erit in longitudine, & si fuerit vnum in latitudine erit vnum in latitudine, & si in profundo erit in profundo, & si fuerit vnum in velocitate motus, cuius causa est grauitas & leuitas, actio eius erit vna in mensura grauitatis. Deinde dicit. Grauitas enim & velocitas, &c. i. & causa in hoc, ꝙ actio mensuræ in vnoquoque istorum generũ, est vna actio, est quia vnumquodque istorum generũ diuiditur in duo contraria, & sunt quasi duplicia. verbi gratia quoniã graue diuiditur in illud, quod est magis graue, & in illud, quod est minus graue. & similiter velocitas. cuius causa est, quia quantitas grauis diuiditur in illud, quod est minoris velocitatis & maioris velocitatis, cum sit rei grauis & leuis, s. illud quod est minoris grauitatis: grauis vero est velocitas, leuis vero tarditas. Et hoc est manifestius in alia translatione, in qua dicitur, grauitas enim & velocitas est complementum commune in cõtrarijs: quoniam vtrunque eorũ est duplex. graue enim est illud, quod habet paucam declinationem, & quod habet multam declinationem. & velox etiam secũ
C dum hunc modum est illud, quod habet paruum motum & magnum motũ. velocitas enim inuenitur in tardo, & tarditas in veloci. idest, quoniam velox dicitur tardus ad illud, quod est velocius: & tardum dicitur velox ad illud, quod est tardius. & intendit ꝙ similiter est in quantitate continua. Et intendit declarare ꝙ in ista non inuenitur aliquod vnum, scilicet indiuisibile per naturam: sed, cum homines voluerint mensurare in istis rebus, posuerunt vnum per institutionem, & inspexerunt ꝙ esset valde simile vni numerali. Et intendebat per hoc ꝙ, cũ fuit necesse vti pondere per grauia, acceperunt illud, quod non recipit magis & minus in sensu. sicut fecerunt in ponderibus, quæ fundantur super grana ordei. Et hoc intendebat, cum d. In omnibus igitur istis est mensura. i. in omnibus istis rebus mensurabilibus & ponderosis metibilibus accipiunt vnam mensurã indiuisibilem, aut secundum institutionem, aut secundũ sensum similem mensure* na
turali, s. vno numerali. In ponderosis enim ponunt aliquod indiuisibile secundũ sensum, vt grana ordei. & in spaciis continuis aliquod æquali minori mensuræ, quæ est naturaliter: vt mensura pedis & cubiti. & notificant cubitos per palmas, & palmas per digitos. Deinde dicit. in lineis enim, &c. i. quoniam, quando mensurant lineas, ponunt mensuras æquales alicui quantitati lineæ mensurabi-
li, & ponunt illam mensuram quasi indiuisibilem, verbi gratia cubitum aut palmam. Deinde dedit causam in hoc, & d. quia quærunt mensuram, & cæt. i. &

* a. l. numerali.

cum inueniunt illud in illo genere, ponunt ipsum indiuisibile secundum institutionem. Deinde dicit. & hoc est simplex, &c. i. & mensura, cui assimilant alias mensuras, est illud, quod non diuiditur. in qualitate autem est illud, quod non diuiditur in qualitate: in quantitate vero est illud, quod non diuiditur in quantitate. D. d. Vbi igitur existimatur, &c. i. & cum accidit eis aliquo genere inuenire mẽsuram, in qua non est additio nec diminutio, illa mensura est apud nos mensura certa, quia est similis mensuræ numeri certæ simpliciter, quæ est vnum. Deinde dicit. Et positio eorum, &c. i. quoniam opinabantur ꝙ vnitas est prima mensura, ideo quærunt simile ei in alijs rebus. Deinde dicit. quoniam ex linea, & ex tali, &cæ. i. & cum fuerint duæ mensuræ diuersæ, cum de maiori diminuitur aliquid, aut additur aliquid, latet diminutio & additio, magis quam lateat additio, et diminutio in mensura minori. & quanto magis mensura fuerit minor, tanto magis apparebit additio & diminutio. & ideo mensurare per minorem mensuram semper est certius. Deinde d. ergo illud, in quo est impossibile, &c. i. ergo illud, in quo est impossibile, &c. i. ergo illud, in quo additio aut diminutio non est sensibilis, accipitur ab omnibus hominibus per mensuram in mensuratione rerum humidarũ, & in mensura grauitatis, & in mensuratione magnitudinũ: &, cũ mensurant per talẽ mensuram, sunt certi in cognitione quantitatis. D E

Caput Secundum. Mensuram unam esse, & indiuisibilẽ quo pacto sit intelligendum: Eamq; semper eiusdem generis esse. Et quo pacto scientia, ac tempus mensura rerum esse dicantur.

AC etiam motum simplici & velocissimo motu. minimum enim tempus hic habet. Quapropter in Astrologia tale vnum, principium & mensura est. motum enim æqualem & velocissimum cœli supponunt, ad quem cæteros iudicant. & in Musica * primus sensibilis tonus, quia minimum. & in voce elementum. & hæc omnia ita vnum quiddam, non vt commune quiddam vnum, sed vt prædictum est. Non semper autem mensura numero vnum est, verum aliquãdo plura. Vtputa primi sensibilis toni duo, qui non secundum auditum, sed in rationibus sunt. & voces plures, quibus mensuramus. & diameter duobus mensuratur, & latus, & omnes magnitudines. Sic igitur mensura omnium vnum est, quia cognoscimus ex quibus substantia est, aut secundum quantum, aut secundum formam diuidentes. Et propterea vnum indiuisibile est, quia primum singulorum indiuisibile est. non tamen omnia similiter indiuisibilia sunt, vt pes, & vnitas, sed hoc quidem omnino, illud vero vult in indiuisibilia ad sensum, vt iam dictum est. fortassis etenim omne continuum diuisibile est. Semper autem mensura eiusdem generis est. magnitudinum nanque magnitudo, & secundum vnumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, grauitatis grauitas, vnitas unitatum. At ita enim accipere oportet, & non quòd numerorum numerus. At oportet, si similiter. non tamen similiter censet, sed ac si unitatũ unitates, & non unitatem censeret esse mensuram. numerus enim unitatum est multitudo.

* δίεσις

Mẽsura semper ẽ eiusdẽ generis.

Et utuntur hoc in motu simplici, & ueloci propter paucitatem tem

A poris. Et ideo in computatione ſtellarum unum, quod eſt tale, eſt
principium in menſura. eſt enim poſitum apud eos quòd motus cœ-
li eſt eodẽ modo, & ualde uelox ẽt, & per illũ motũ iudicant de aliis
motibus. & in Muſica dieſis, quod eſt neuma duorũ punctorũ, quod
non diuiditur, quia eſt ualde breuis. & in uoce literæ. unũ. n. in omni-
bus iſtis eſt hoc modo. unum. n. non eſt commune, ſed ſicut dictũ eſt.
Et nõ ſemper mẽſura eſt unũ numero, ſed forte magis. ut dieſis, quo-
niam ſunt duo, quæ nõ ſunt auditus, ſed in ſermone & uocibus, per
quas menſurant, ſunt multæ. & diameter menſuratur per duo, & la-
tus ẽt. & ſunt aliquæ magnitudines, & habent omnes magnitudines.
Vnum igitur non eſt menſura omnium rerum, neque omniũ magni-
tudinum, quæ cognoſcuntur. & ex iſtis eſt ſubſtantia, cum diuidimus
eam, aut per quantitatem, aut per formã. Et ideo unum non diuidi-
tur, quia eſt primum omnium rerum, quæ non diuiduntur. & nõ om-
ne unũ eſt indiuiſibile eodem modo, ut pes & unitas, ſed quædam nõ
B diuiduntur omnino, & quędam uolumus ut ſint indiuiſibilia per ſen
ſum, ut dictum eſt. quoniã omne continuũ eſt diuiſibile. Et menſura
ſemper eſt unigenea. uerbi gratia quoniam menſura magnitudinum
eſt magnitudo, & ſimiliter in unoquoque ſimplicium. longitudinis
ergo longitudo, & latitudinis latitudo, & uocis uox, & grauitatis
grauitas, & unitatum unitas. oportet enim accipi hoc modo, non ut
numerorũ numerus. Et ſi oportet ut ſit ita, ſed non eſt neceſſe ut ſit
ſicut hoc, ſed eſt neceſſe ut ſint menſura unitates. numerus autèm eſt
multitudo unitatum.

Et vtuntur hoc, &c. i. & ponunt motum ſimplicem, qui eſt velociſsimus om- 4
nium motuum, menſuram, per quam menſurant omnes motus. & iſte motus eſt
motus cœli diurnus. tempus enim iſtius motus eſt minimum omnium temporũ.
Deinde dicit. Et ideo in computatione, &c. i. & ideo menſurant motum orbiũ
ſtellarum per iſtum motum, qui eſt principium omnium motuum. Deinde d. cau
ſam in hoc, & d. eſt enim poſitum apud eos, & cætera. ideſt, & faciunt hoc pro-
prie de motũ cœli diurno, quia opinantur quod motus cœli non additur, neque
C diminuitur. & ꝙ eſt valde velox. & iſta ſunt neceſſaria in menſura, ſecundum
ꝙ eſt menſura in vnoquoque generum. Deinde dicit. & in Muſica dieſis. & in-
tendit totum. Deinde dicit. & in voce literæ. i. quæ ſunt menſura dictionum.
Deinde dicit vnum enim in omnibus iſtis eſt hoc modo. ideſt, eſt minimum in
illo genere: & non eſt in eo additio nec diminutio. D. d. vnum enim nõ eſt com
mune. ideſt, & vnũ in vnoquoque genere eſt proprium illi generi, quia non eſt
vnum commune, ſicut dictum eſt. Et, cum declarauit ꝙ vnum numero eſt pri-
ma menſura in vnoquoque genere, declarauit ꝙ non vſitatur in quolibet gene-
re vna menſura, ſed quandoque duabus. ſed tamen, quia maior notificatur per
minorem, deinde d. Et non ſemper vna menſura, &cæt. i. & menſura in quoli-
bet genere non eſt vna, ſed inuenitur in vno genere plus ꝙ̃ vna menſura, ſed
maior menſuratur per minorem. vt neumata compoſita, quæ menſurantur per
plus vno neumate. & hoc non eſt in audibilibus tantum. ſed in dictionibus, vt
ſyllabæ pedes. Deinde dicit. Et diameter menſuratur per duo. i. & diameter
circuli menſuratur per latus exagoni, & per alia latera cadentia in circulo. &
ſimiliter latera per plus menſurantur vna quãtitate diametri. Deinde d. Vnũ igi
tur non eſt menſura omnium rerum. i. & non eſt hoc vnũ, quod in ſua natura ſit
vnum, quod ſit menſura omnium rerum, niſi omnia haberent eandem naturam.

D.d.neque omnium magnitudinum.i.neque omnes magnitudines habent vnũ, D quod mensurat omnes, & præcipue corpus: & maxime quando mensuramus ipsum quandoque per quantitatẽ, & quandoque partes eius, quæ sunt secundũ qualitatem. Deinde d. Et ideo vnum non diuiditur, &c. i. & in vnoquoque est vnũ quod non diuiditur: quia primum in quolibet genere debet esse indiuisibile. & si non, non esset primũ. D.d. & non omne vnum est indiuisibile eodẽ modo, &c.i. & non omnes vnitates, quæ accipiuntur ad mensurandum, sunt indiuisibiles eodem modo: sed quædam sunt indiuisibiles simpliciter, & vnũ in numero: & quędam per institutionem, vt pes & palma: & quædam quia sunt res indiuisibiles in genere secundum pondus, vt grana ordei. Deinde dicit. quoniam omne continuum est diuisibile.i. & diximus ꝙ quædam mensuræ non diuidũtur in sensum, quia naturales mensuræ sunt de natura continui: & omne continuum est diuisibile. Deinde dicit. Et mensura semper est vnigenea, &c. & hoc, quod dixit, est manifestum, s. ꝙ vnum, quod mensurat in quolibet genere, est de natura illius generis. quia numeri non mensurantur per magnitudinem, neque magnitudines per vnitatem. Deinde dicit. oportet enim accipi hoc modo. i. vnum mensurat numerum secundum ꝙ est compositus ex vnitatibus: non secundum ꝙ est numerus. numerus enim non mensuratur secundum ꝙ est numerus nisi per numerũ. D.d. Et si oportet vt sit, &c. i. &, si numerus mensuratur per numerum, tamen non est E necesse vt ille numerus mensurans mensuretur a numero, sed oportet vt mensuratio perueniat ad numerum, qui mensuratur per vnum, quoniã numerus est multitudo vnitatum. Et d. ꝙ mensura numerorum est vna, non vnitas, ad notificandum ꝙ mensura cuiuslibet rei est sui generis, adeo ꝙ mensura numerorum non est vnitas, sed vnum est mensura numerorum. Et intendit, vt reputo, ꝙ cum sit ita in vno & vnitate, licet vnum denominetur ab vnitate, quanto magis in eis, **quæ sunt diuersa in specie, vt vnum & numerus.**

Mensura est vnigenea. Idẽ.4.Phy. 119.

At scientiam quoque et sensum mẽsuram rerum dicimus esse, propterea quia per ea aliquid cognoscimus. atqui mensurantur magis quam mensurent. sed accidit nobis, ac si alio nos mensurante, cognosceremus quanti nam sumus, eoque toties nobis cubitalis mensura admota est. Protagoras autem hominem ait mensuram esse cunctorum, perinde ac si scientem, aut sentientem diceret. istos autẽ, quia habent, ille quidem scientiam, hic vero sensum, quæ dicimus obiectorum mensuras esse. nihil itaque dicentes egregium, aliquid dicere F videntur. Quod itaque vni esse (maxime secuudum nomẽ, quod determinant) mensura quædam est, maxime proprie quantitatis, deinde qualitatis, manifestum est. tale autem erit, si hoc quidem secundũ quantitatem, hoc vero secundum qualitatem indiuisibile sit. Quare vnum, aut simpliciter, aut prout est vnum, indiuisibile est.

Protagoras hominẽ ait mensurã esse cunctorum.

Et dicimus etiam ꝙ scientia est mensura rerum, et sensus propter eandem causam. scimus enim per ista aliquid. et si non magis dignum est vt mensurentur, quã vt mensurent. sed accidit nobis, quasi si aliquis mensuraret nos, sciremus cuius mensuræ sumus per mensuram cubiti positam super nos. Et Protagoras dicebat ꝙ homo est mensura omnium rerum, scilicet per sciens et sentiens, quia alter istorum habet sensum, et alter scientiam. ideo dicimus ꝙ sunt mensuræ rerũ positarũ. et quia nihil dicebant distinctum, nedum vt aliquid dixissent. Manifestum est igitur ꝙ essentia vnius magis est, et nomen, quod ponunt perfectis, est principaliter quantitatis, deinde qualitatis. et ens

A tale, alterum vero ſi fuerit indiuiſibile ſecundũ quantitatem, et alterum ſi fuerit ſecũdum qualitatem. Et ideo vnum eſt indiuiſibile, aut modo ſimplici, aut quia eſt vnum.

5 Et dicitur ꝙ intellectus & ſenſus ſunt menſuræ. intellectus vero rerum intelligibilium & ſenſus ſenſibilium, quia per iſta cognoſcuntur entia, & illud, per qđ cognoſcuntur, eſt menſura. & hæc eſt cauſa communis ſenſui & intellectui & vni. & ſi non dignius eſt vt entia menſurent ſcientiam & ſenſum, quam vt menſurentur entia. non enim eſt menſura, niſi ſi entia ſequerentur illud, quod eſt in anima, vt d. Protagoras. cum autem illud, quod eſt in anima, ſequatur entia, neceſſe eſt vt entia menſurent animam. & nos apprehendimus quantitatem eius, ꝙ exiſtit in anima ex hoc. ſicut ſi aliquis menſuraret nos per cubitum, tunc cõprehenderemus quot cubiti ſunt in nos. Et hoc intendebat, cum d. ſed accidit nobis, &c. Deinde dicit. Et Protagoras dicebat, &c. i. quia opinabatur quod verum eſt illud, quod omnes opinabantur, adeo ꝙ ſi duo homines opinantur duo oppoſita in aliquo, ꝙ vtrunque erit verum. opinabatur enim ꝙ verum ſequitur opinionem. Deinde dicit, ſ. per ſciens, & ſentiens. i. & diximus ꝙ homo eſt menſura, quia eſt ſciens & ſentiens. i. & dicimus hoc de ſciente & ſentiente, quia iſta pars animæ habet ſenſum, & iſta alia habet ſcientiam. Deinde dicit. & quia ni-
B hil dicebant, &c. i. & innuit illos, qui locuti ſunt de definitione vnius, abſque eo ꝙ diſtinxerunt ſecundum quot modos dicitur vnum. ſic enim exiſtimant dicere aliquid de definitione eius, & ipſi nihil dicunt. Et ideo dicit poſt. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ eſſentia vnius, &c. i. &, cum conſideratum fuerit de vno, ſecundum ꝙ diſtinximus, manifeſtum erit ꝙ eſſentia vnius, & intentio illius, quod eſt ſignificatum a nomine perfecto in hoc genere, inuenitur modo priori, & ſimpliciter in vno, quod eſt in quantitate, deinde in vno, quod eſt in qualitate, & ꝙ vnum non habet vnum in omnibus rebus, neque principium, ſicut exiſtimauerunt. Et hoc inuenitur in alia translatione ſic. Illi aũt, qui dicunt ꝙ ſunt menſuræ poſitæ, opinantur aliquid dicere diſtinctum, vt ſit magis per nomen vnius, per quod diſtinguunt, menſura primo vere quantitatis, & ſimiliter qualitatis. i. & illi, qui definiunt vnitates, quia ſunt menſuræ rerum menſurandarum, exiſtimant aliqđ rectum dicere cum diſtinguunt illa, quæ ſignificat hoc nomen. et cum diſtinguunt, vident ꝙ per hoc nomen menſura & vnum metri ſignificat quantitatem exiſtẽtem in vera quantitate, ſ. diſcreta, deinde in qualitate, & ſic apparebit ꝙ illud, quod dixerunt, eſt falſum. D. d. & erit tale, &c. i. & vnũ in prima mẽſura. qđ aũt exiſtit in quantitate, eſt illud, quod non diuiditur ſecundũ quantitatẽ. & qđ exiſtit in qualitate, eſt illud, quod non diuiditur in qualitate, & præcipue ſubſtantiali. D. d. Et ideo vnũ eſt indiuiſibile, &c. i. aut ſecundum ꝙ eſt vnũ indiuiſibile
C in ſubſtantia, aut ſecundum ꝙ eſt vnum indiuiſibile in quãtitate. Et in alia trãſlatione. & ideo vnum eſt indiuiſibile, ſecundũ ꝙ eſt ſimpliciter, & ſecundum ꝙ eſt vnum. Et intendebat declarare ꝙ dimittere diſtinctionẽ huius nominis vnũ, fuit cauſa in opinione opinantium ꝙ vnum, quod eſt in quantitate diſcreta, eſt ſubſtantia, & ꝙ eſt principium entium, & ꝙ numeri pp hoc ſunt ſubſtantiæ. Et hoc etiam fuit cauſa in opinione Auicen. ꝙ vnum, quod eſt principium numerorum, eſt genus decem entium, ita ꝙ ſignificant accidens commune eis: quia ignorauit differentiã inter hoc nomen vnum, quod ſignificat principium numerorũ, quod. ſ. eſt in quantitate, & hoc nomen vnũ, qđ eſt ſynonymũ huic nomini ens.

Auicẽ. ignorauit ꝙ vnũ qđ eſt principiũ numerorũ, eſt aliud ab vno qđ ẽ ſynonymũ enti. Idẽ. 4. Met. c. 3. & hic ĩfra c. 8.

Caput Quartum. Dubitationis ſolutio, an unum ſit rei ſubſtantia, ipſiuſque ad ipſum ens comparatio.

Dubitatio. Vide Auer. in Epi. Tractatu. 3.

SECVNDVM ſubſtantiam autem et naturam quonam modo ſe habeat quærendum eſt, quemadmodum in dubitationibus tractauimus, quidnam vnum ſit, et quomodo de eo opinari oporteat. verum vt ipſum vnum

ſubſtantia ſit, quemadmodũ Pythagorici dixerũt prius, & Plato poſte rius: an magis aliqua ſubiicitur natura. & quo modo oporteat notius dici. & an magis, ſicuti Naturales. illorum enim quidam amicitiã ip ſum unum ait eſſe, quidam aerem, quidam infinitum. Si autem nihil

Solutio. uniuerſalium poſsibile eſt ſubſtantiam eſſe, quemadmodum in ſermonibus de ſubſtantia, & de ente dictum eſt, nec hoc ipſum, ut unum quid præter multa, ſubſtantiam eſſe poſsibile eſt (commune nanq; sed ut prædicatio ſolum, patet, ꝙ nec ipſum unum. ens enim, & unum uniuerſaliter maxime de omnibus prædicantur. Quare neque genera naturæ quædam, & ſubſtantiæ a cæteris ſeparabiles ſunt: nec ipſum unum genus contingit eſſe, propter eaſdem cauſas, propter quas & ens. adhuc aũt ſimiliter in omnibus neceſſe eſt ſe habere.

Secundum autem ſubſtantiam & naturam perſcrutemur quomo do eſt, quemadmodum perſcrutati ſumus de quæſtionibus difficili bus. & difficultas eſt quid ſit unũ, & utrum oportet exiſtimare ipſum eſſe unum, ſicut ſubſtantia alicuius, ſicut dixerunt Pythagorici, & Plato poſt: aut eſt alia natura poſita. & oportet cũ hoc dicere ſermonem magis clarum, ut dixerunt Naturales. quidam. n. dixerunt quod unum eſt amicitia, & quidam finitũ, & quidam infinitum. Sed, ſi ſit impoſsibile ut aliquod uniuerſalium ſit ſubſtantia, ſicut dictum eſt in ſermonibus de ſubſtantia, & qui dicti ſunt de ente, ergo hoc non eſt ſubſtantia etiam. impoſsibile enim eſt ut aliquid ſit præter multitudinem, quia eſt commune, ſed quia eſt dictum tantum. manifeſtum eſt igitur ꝙ non eſt ſubſtantia, ſicut non eſt unum etiam. unum enim & ens ſunt prædicamenta uniuerſalia magis. & dicuntur de omnibus. Ergo neq; genera naturaliter, neque ſubſtantiæ abſtractæ ab aliis: & impoſsibile eſt etiã ut unum ſit genus propter illas cauſas, neq; ens, neque ſubſtantiæ ſunt genera. & etiam neceſſe eſt ut omnia ſint ſimiliter.

6 Et cum ſit declaratum ꝙ in vnoquoque generum eſt vnum, quod eſt primum in illo genere, perſcrutemur de natura vnius in ſubſtantia, quid ſit, ſicut perſcrutati ſumus de quæſtionibus difficilibus. Deinde dicit. & difficultas eſt quid ſit vnum, &c. i. & difficultas eſt in hac quæſtione ſcire vtrum vnum exiſtit per ſe aliud a ſubſtantijs ſenſibilibus, vt Pythagorici dicebant de numero, & Plato de formis: aut ſignificant aliquam ſubſtantiam ſenſibilem, vt dicunt Naturales de ipſum ignem, aut aerem, aut aliquid medium. Deinde dicit & oportet cum hoc dicere, &cæt. i. & oportet ponere noſtram perſcrutationem ſecundum ſermonem manifeſtiorem in ſermonibus Antiquorum de principijs: quoniam ſunt in ſingularia non vniuerſalia, vt fecerunt Naturales. Quidam enim dixerunt quod principium ſubſtantiæ eſt amicitia: & quidam dixerunt corpus finitum, verbi gratia aerem aut aquam: & quidam dixerunt corpus infinitum. Deinde dicit. Sed, ſi ſit impoſsibile, &cæt. ideſt, &, cum declaratum eſt in tractatu de ſubſtantia, & de generibus entis, quod impoſsibile eſt vt aliquod vniuerſalium ſit ſubſtantia, manifeſtum eſt ꝙ vnum vniuerſale nõ eſt ſubſtantia. Deinde dicit impoſsibile enim eſt vt aliquid ſit præter multitudinem, &cæt. i. impoſsibile eſt vt aliquid commune pluribus ſit ſubſtantia, niſi ſecundum quod eſt in anima tantum. Deinde dicit manifeſtum eſt igitur ꝙ non eſt ſubſtantia ſicut non eſt vnum. i. &, cũ vniuerſalia non ſint ſubſtantiæ, manifeſtũ eſt ꝙ

commune non eſt ſubſtantia exiſtens extra animam, quemadmodum vnum cõmune non eſt ſubſtantia. D.d. vnum enim & ens, &c.i. quoniam vnum & ens prædicamenta ſunt vniuerſalia, quæ non habent eſſe niſi in anima. Et dixit magis: quia hoc nomen ens dicitur de pluribus eis, [a] de quibus dicitur hoc nomen vnum, vt cum dicitur de ſignificato rei. D.d. Ergo neq; genera, &c.i. & cum vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ: ergo neq; genera ſunt etiam ſubſtantiæ. D.d. & impoſsibile eſt vt vnũ ſit genus propter illas cauſas.i. propter illas cauſas, per quas fuit impoſsibile vt vniuerſalia eſſent ſubſtantiæ. D.d. neq; ſubſtantiæ ſunt genera, &c.i. quia genera ſunt vniuerſalia. D.d. & etiam neceſſe eſt vt omnia ſint ſimiliter.i. omnia vniuerſalia, ſiue fuerint vniuerſalia ſubſtantiarum, aut vniuerſalia accidentium.

Vnũ, et ens ſunt vł'ia, q̃ nõ habẽt eſſe, niſi ĩ aĩa. Idẽ.7. Met. 57. & q̃ ibi. a Hoc nomẽ ens dr̃ de pluribus eis, de qbus dr̃ hoc nomen vnũ. Oppoſitũ.4. Met. t.cõ.3. infra hic ĩ tex.ſequenti. Vide cõtradict. Zim.

Dicuntur autem æqualiter ens & vnum. Quare, cum in qualitatibus ſit aliquid ipſum vnum & aliqua natura, ſimiliter autem & in quantitatibus, manifeſtum eſt quòd omnino quærendum eſt quidnã vnum ſit, ſicuti quid ens: tanquam non ſufficiens ſit quòd hoc ipſum eius natura ſit. at vero in coloribus eſt vnus color, vtputa albũ: deinde alii ex hoc ex nigro fieri videntur. nigrum autem priuatio albi eſt, ſicuti tenebræ lucis. hæ autem lucis priuatio ſunt. Quare, ſi entia colores eſſent, aliquis profecto numerus entia eſſent. ſed quorum? patet quòd colorum. & ipſum vnum eſſet vtiq; aliquid unum, vtputa album. Similiter, ſi entia modulationes eſſent, numerus eſſent profecto. attamen primorum ſenſibilium tonorum, ſed non numerus eſſet ſubſtantia ipſorum. & ipſum unum utiq; eſſet aliquid, cuius ſubſtantia non ipſum unum, ſed primus ſenſibilis tonus. Similiter autem & in ſonis elementorum eſſent entia profecto numerus, & ipſum unum elementum uocale. Et ſi figuræ linearum rectarum, figurarum profecto numerus eſſent, & ipſum unum triangulum. eadem uero ratio & in cæteris generibus eſt. Quare, ſi cum in paſsionibus, qualitatibus, quantitatibus, ac in motu numeri ſint, & vnum quoddam in omnibus, & ipſe numerus aliquorum ſit, & ipſum vnum aliquid unum, nõ autem hoc ipſum ſubſtantia eius ſit, neceſſe eſt ut etiam in ſubſtantiis
C ſic ſe habeat. ſimiliter nanque in omnibus ſe habet. Quòd igitur in omni genere ipſum unum aliqua natura eſt, & quòd nullius hoc ipſum unum natura eſt, patet. quemadmodũ enim in coloribus ipſum vnum unus color quærendus eſt, ita & in ſubſtantia vna ſubſtantia ipſum unum.

Et ens dicitur modis æqualibus modis vnius. Cum igitur unum eſt in qualitatibus, & eſt alia natura, & hoc eſt in quantitatibus etiã, manifeſtum eſt quòd oportet uniuerſaliter quærere quid ſit unum, ſicut ens: cum in cognitione quod eſt hoc non eſt ſufficientia. ſed in coloribus eſt vnus color: vt albus: alii autem videntur generari ex hoc & ex nigro. & nigrum eſt priuatio albi, ſicut obſcuritas priuatio lucis. hæc igitur priuatio lucis. Ergo, ſi entia eſſent colores, tunc entia haberent numerum, ſed aliquorum. manifeſtum eſt igitur quòd eſſent colores, & unum etiam, ſecundum quòd eſt vnum, ſi fuerit vnum, vt album. Et ſimiliter, ſi entia eſſent neumata, tunc dieſis eſſet

numerus. ſed non componeretur ea ſubſtantia & vnum, ergo quodli- bet eſt aliquid habens ſubſtantiam, non vnum, ſed dieſis. Et ſimili- ter in neumatibus etiam, ſi entia eſſent litteræ, numerus eorum eſſet vna littera vocalis. Et, ſi eſſent figuræ rectarum linearum, tunc nu- merus figurarum eſſet figuræ, & vnum triangulus. & idem ſermo eſt de aliis generibus etiam. Ergo, ſi in paſsionibus, & in qualitatibus, & quantitatibus, & in motu eſt numerus, & in omnibus vnum ali- quod, & numerus eſt alicuius vnius etiam, & non eſt hoc in ſubſtan- tia, neceſſe eſt vt ſimiliter ſit in ſubſtantia etiam. eſt enim conſimi- le in omnibus. Manifeſtum eſt igitur quòd vnum in quolibet gene- re eſt natura, & non eſt hoc vnum natura alicuius eorum. ſed ſicut in coloribus quærere vnum colorem eſt vnum, ſimiliter in ſubſtantia etiam quærere vnam ſubſtantiam eſt vnum.

7 Et cum dicitur vnum modis æqualibus eis, quibus dicitur hoc nomen ens, ſed differunt ſecundum modum: & in qualitate eſt vnum indiuiſibile per naturam B & ſimiliter in quantitate: manifeſtum eſt quoniam iam oportet quærere quid vnum in ente. & hoc declarando quid ſit vnum primum in ſubſtantia, quod eſt indiuiſibile in ea. D.d. cum in cognitione, &c.i. cum non ſufficit ſcire ꝙ in ſub- ſtantia eſt aliquid tale, ſed et ſcire quid eſt illud, quod eſt vnũ in ſubſtantia. D.d. ſed in coloribus eſt, &c.i. apparet enim ꝙ in ſubſtantia eſt diſpõ ſicut diſpõ in coloribus. quemadmodum igitur in coloribus eſt vnũ indiuiſibile ſcdm qualita- tem, & eſt illud, ex quo componũtur alij colores, ſcilicet album, ita in ſubſtan- tijs dicitur eſſe aliquod tale. Et non debet aliquis dicere ꝙ colores componun- tur ex duobus, ſ. albo & nigro. quoniam nigrum eſt priuatio albi, ſicut obſcuri- tas eſt priuatio lucis. ergo in coloribus non eſt principium, et menſura niſi vnũ. D. declarauit hoc & d. Ergo, ſi entia eſſent colores, &c. ideſt verbi gratia ꝙ ſi omnia entia eſſent colores haberent aliquem numerum, qui eſſet numerus colo- rum, & non numerus aliorum, & haberent vnum numerans, ſ. vnum colorem, v.g. album. Et cum d. ſed aliquorum, intendit, ſed eſt album numerus colo- non numerus ſimpliciter, ſed neq; numerus alterius naturæ. D. induxit aliud exemplum, & d. Et ſimiliter, ſi entia eſſent neumata, &c.i. & tunc numerus eſ- ſet numerus neumatum tantum, & dieſis eſſet vnum numerans in eis. Deinde dicit ſed non componuntur, &c.i. ſed tunc entia non fierent ab vno, quod eſt C ſubſtantia, neq; ab vno, quod eſt principium quantitatis, ſed ab vno, quod eſt dieſis. Deinde dicit ergo quodlibet, &c. ideſt ergo entia fierent ab aliquo, quod habet naturam, & ſubſtantiam, non naturam vnius, ſecundum ꝙ eſt vnum, ſed vnum, quod eſt dieſis. D. induxit etiam aliud exemplum, & d. Et ſimiliter in neumatibus, &c.i. & ſi entia eſſent dictiones, tunc vnum numerans eſſet litera vocalis: & illa litera eſſet principium entium. Et ſimiliter, ſi entia eſſent figuræ, tunc vnum numerans eſſet triangulus, & ſimiliter contingit in alijs generibus entium. D.d. ergo in paſsionibus, &c. & cum ſit verificatum ꝙ in paſsionum prædicamentis, & qualitatum, & quantitatum, & motus ſunt numeri, & in omni- bus eſt vnum, quod eſt principium illius numeri, & eſt illud, quod non di- tur in illa natura, & hoc non apparet ſenſui in ſubſtantia, neque vna vnitatum eſt apta vt ſit principium numerorum ſubſtantiæ, neceſſe eſt ſecun- dum hoc vt ſimiliter ſit in ſubſtantijs, ſ. vt in eis ſit vnum, quod eſt principium numeri eorũ, & principiũ ſui eſſe. oẽ.n. quod eſt principiũ eſſe, eſt principium nu- meri: et quod eſt principiũ numeri, eſt principiũ eſſendi. idẽ.n. contingit in oĩbus generibus. Et hoc intendebat cum d. eſt.n. conſimile in oĩbus. D.d. Ma- nifeſtũ eſt igitur ꝙ vnum in quolibet genere, &c.i. & cũ hoc ſit ita, ſicut appa- ret ſecundum inductionem, manifeſtum eſt ꝙ vnum in quolibet genere eſt alia natura ſimpliciter naturæ illius generis; & vnum non eſt natura alicuius eo-

Documentũ Non dẽt aliqs dicere ꝙ colores componũtur ex duobus, ſ. albo & nigro. Vide oppoſitũ. 1. Ph. c. 56. & 5. Ph. 6. 19. & 52. cõ. Vide cõtra, Zim.

rum, scilicet vnum vniuersale. Deinde dicit. sed sicut in coloribus, &c. idest quod est principium esse substantiarum est principium numeri eorum, quę existunt in substantia. Et intendit ꝙ, cum huic fuerit iunctum quod declaratum est in Physicis, scilicet hoc esse primum motorem æternum, & absolutum ab omni materia, & declarauit post ꝙ hoc non solummodo est principium tanquam motor, sed tanquam forma & finis, declarabitur ꝙ illud est vnum, de quo declaratum fuit hoc, ꝙ est principium substantię: sicut est declaratum ꝙ est actus vltimus, cui non admiscetur potentia omnino.

8. Ph. 78. & 79. Primus motor ē principiũ tanq̃ motor, & tanq̃ forma & finis Idē. 12. Met. c. 5. & 6. et 36. 38. 41. 44. & 1. & 2. ca. de substãtia orbis.

Quòd autem idem quodam modo significat vnum & ens patet etiã ex eo, quòd æqualiter sequitur prædicamenta, & in nullo est, nec in ipso quid est, nec in ipso quale, sed similiter se habet sicuti ens. Et ex eo, quòd in prædicatione vnus homo non addit aliud quam homo, sicut nec ipsum esse, præter quid est, aut quale, aut quantum, & vni esse est vnicuique esse.

Quoniam autem intentio vnius est eadem quoquo modo cum intentione entis manifestum est, quoniam modicum secutionis istorum ad prædicamenta sunt æquales, & quia essentia eorum non est vna, neque alterum solum, sicut est vnum in prædicamento, quod dicitur quid, & in qualitate non est vnum, sed simile sicut ens. Et quia non additur prædicamento aliud, & vnus homo hominum, sicut neque per essentiam, præter quale, aut vbi, aut quantum, & est illud, quod est essentia vnius etiam, est essentia cuiuslibet.

Quoniam aut hoc nomen vnum, & ens sunt synonyma, manifestum est ex 8
hoc, ꝙ ęqualiter diuiduntur prędicamenta secundum ea. quoniam, sicut dicimus ꝙ ens diuiditur in substantiam, & quantum, & quale, & alia, ita dicimus ꝙ vnũ aliud est substantia, & vnum quale. & sic de alijs. & hoc intendebat, cũ d. quoniam modi consecutionis, &c. Et Auic. d. ꝙ ens & vnum significant intentionē additam essentię rei. Non enim opinatur ꝙ res est ens per se, sed per dispositionem additam ei: vt dicimus aliquid esse album. vnum igitur & ens apud ipsum significant accidens in re. Et iã diximus impossibilia contingentia huic positioni in alijs locis, & post contingent ei hoc, s. ꝙ illa dispositio, aut illud accidēs per quod est vnum & ens. Ens autem est etiam vnum, & ens per aliquod additũ, aut per se. si per additũ, procedetur in infinitum. si per se, ergo concessum est aliquid esse vnum & ens per se. Sed deceperunt eũ duo, s. quia opinabatur ꝙ vnũ, est principium quantitatis, est vnum, quod est synonymum enti. & quia hoc vnũ numeratur in accidentibus, existimauit ꝙ vnum, quod significat omnia prædicamenta, est accidēs. Et ēt fuit deceptus, quia ignorauit differentiã inter hoc nomē ens, quod significat genus, & quod significat verũ. Quod. n. significat verum, est actus, & quod significat genus, significat vnũquoq; decem p̄dicamentorum multipliciter. D. d. & quia essentia eorũ, &c. i. & quia essentię, & quiditates prædicamentorum sunt diuersę, & nõ est in eis aliquod cõmune, ita ꝙ vnum & ens sint tanquam genus. quoniam si ita esset, tunc hoc nomen vnum non significaret illud, qđ signat in p̄dicamento substantię, aut qualitatis, aut quãtitatis prima significatione, & sine medio, sed significaret quemadmodum hoc nomen genus significat species mediante aliquo communi. D. d. neq; alterum solum. i. neq; substãtia vnius ex eis, quę sunt in quolibet prædicamento, est substantia. D. d. sicut est vnum in prędicamento, quod dicitur quid, &c. i. sicut non inuenitur aliquid, quod sit vnum commune prędicamento substantiæ & qualitatis, & aliorum prędicamentorum: sed dicitur de eis principaliter & secundario, sicut dicitur hoc nomen ens. Et, cum induxit has duas rationes super hoc, ꝙ hęc nomina vnum & ens significant vnam essentiam, sed differunt secundum modum, induxit ter-

Digressio cõtra Auic. de vno, require in 4. Meta. com. 3.

Impugnatio

Cã prima erroris Auicē.

Causa secūda.

Ens & vnũ signãt decē p̄dicamenta sine medio. Vide consimile. 12. Meta. 19. & 2.

tiam rationem, & dixit. Et quia non additur, &c. idest, & signum eius est q, d
aliquis dixerit de aliquo homine demonstrato esse vnum hominem, & esse ho-
minem, nihil aliud induxit diuersum ab eo, nisi liget hoc nomen vnum per
quod prædicamentum, verbi gratia vt dicat, q est vnus in vbi, aut vnus sub
tia, aut vnus in quanto. & hoc intẽdebat, cum d. & illud, quod est essentia v
essentiæ cuiuslibet. Et non intendit q ista nomina vnum & ens sunt idem
nibus modis, sed intendit q significant idem secundum subiectum & diue
cundum modum. & ideo deceptus fuit Auic. cum d. si hæc nomina vnum &
essent synonyma cum hoc nomine res, non esset verum dicere rem esse vn
v.g. &, si vnus homo significaret hominem, tunc dicere istum hominem de
stratum esse vnum non esset enunciabile compositum ex prædicato & subie
sed dicere hominem esse vnum, esset sicut dicere hominem esse hominem,

Documẽtũ.

Hinc sumit ꝓdicationẽ eiusdẽ de seipso esse nugatoriã. Vide idem. 4. Met. cõ. 3.

Summa Secunda. De Vno respectu multitudinis consyderato: vbi de Contrarietatibus quamplura.

Caput Primum. De Vno, & Multitudine, ac iis, quæ ad ipsa consequantur.

Vide Auer. in Epi. Tra. tertio.

OPponuntur aũt vnũ & multa multis modis. quorũ
vnum & multitudo, vt indiuisibile & diuisibile. q
enim aut diuisum, aut diuisibile est, multitudo qu
dicitur. quod vero indiuisibile, aut non diuisum,
Cum autem oppositiones quatuor sint modis, &
alius secundum priuationem dicatur, contraria erunt pro
neq; vt contradictio, nec vt ea, quæ ad aliquid dicuntur. Dicit
ex contrario ipsum vnum, & significatur ex diuisibili indiui
q magis multitudo, & indiuisibile sensibile est. Quare multitu
tione prior quam indiuisibile propter sensum est.

Et etiam vnum & multum opponuntur sibi secundum situm
tis modis. & vnus eorum est vnũ & multum, vt diuisum & non
sum. vnum enim eorum secundum quòd diuiditur, dicitur m
illud enim, quod non diuiditur, dicitur unum secundum qu
diuiditur. Ergo opposita secundum situm sunt quatuor mo
vnus eorum dicitur secundum priuationem. sunt igitur contr
non dicuntur de contrario esse, sicut contradictoria, neq; sicut
ua. Et scitur vnũ indiuisibile per vnũ diuisibile. multum.n.
sensibile, & qđ diuiditur est magis sensibile quã illud, qđ non
tur. Ergo sermo de multo est ante sermonẽ de indiuisibili pp

D Intendit per opposita secundum situm quatuor opposita, & vnum opp
pluri magis quam secundum vnum modum modorum oppositorum
Deinde dicit. & vnus eorum est vnũ & multum, vt diuisum & non
vnum enim est indiuisibile, multum autem diuisibile est. & hoc inte
dixit. vnum.n. eorum, &c. idest, multum enim dicitur illud, quod diui
autem, secundum q est vnum, est illud, quod non diuiditur. Ergo opp
dum situm, &c. idest, &, cum dictum est in alijs locis q opposita sunt
d s affirmatiua & negatiua, &c. manifestum est q vnum opponitur
dum hunc modum, scilicet habitum & priuationem, indiuisibilitas

uatio diuisibilitatis. Deinde dicit. sunt igitur contraria, &c.idest, multum igitur & vnum sunt contraria ea contrarietate, secundum quam sunt contraria priuatio & habitus. Et vocauit priuationem & habitum contraria, quia contraria vera reducuntur ad hoc genus. Deinde d. & non dicitur de contrario, &c.idest, & vnum & multũ non dicũtur opponi, secundum ꝙ opponuntur sibi contradictoria, scilicet affirmatiua & negatiua, neq; secundum ꝙ opponuntur sibi relatiua. Deinde dicit. Et scitur vnum indiuisibile, &c. & vnum opponitur pluri, secundũ ꝙ priuatio opponitur habitui. quia indiuisibilitas est priuatio diuisibilitatis, & diuisibilitas est quasi habitus. Deinde dedit causam in hoc, ꝙ diuisibilitas est manifestior indiuisibilitate, & dixit. multum enim est magis sensibile, &c. idest, & causa in hoc est, quia diuisibile est multum, & manifestius singulari, & etiam diuisibile est maius indiuisibile, & maius est manifestius minori: ergo concedere multum est ante concedere indiuisibile, & dixit hoc, ne aliquis dicat ꝙ multum est priuatio vnitatis.

Vnũ et multa sunt opposita secundũ priuationẽ & habitũ.

Item vnius quidem est (quemadmodum & in diuisione contrariorum descripsimus) idem, simile, & æquale: multitudinis vero diuersum, dissimile, & inæquale est. Cum autem idem multipliciter dicatur, uno quidem modo secundum numerum, quod quandoq; dicimus ipsum. Hoc uero si & ratione & numero vnũ sit. utputa tu tibi ipsi & forma, & materia vnum. Item si primæ substantiæ ratio vna sit. ut æquales lineæ rectæ eædem, & æqualia, & æqualium angulorum quadrata, tametsi plura sint, æqualitas tamen in eis est unitas.

Et, sicut descripsimus in diuisione contrariorum, unum habet idẽ, & simile, & æquale: & multum habet diuersum, & dissimile, & inæquale. Cum igitur dicitur idem multis modis, quorum unus est numerus, quem forte dicimus idem. & etiam si fuerit unum per definitionem & numerum. aut illud, quod dicitur idem secundum formam & numerum etiam. Et etiam, si definitio, quæ est substantiæ, fuerit una. ut dicitur ꝙ lineæ æquales sunt lineæ rectæ idem. & similiter figuræ quadrangulæ æquales, quoniam anguli earum sunt æquales. quoniam & si sint plures, sed tamen ęqualitas in istis est vna.

Etiam numerauimus, cum diximus propria oppositorum, & diximus ꝙ idem & simile, i. in quo non est diuersitas secundum qualitatem, & æquale, in quo nõ est additio neq; diminutio sunt propria vni, et ꝙ opposita istis, scilicet diuersum, & dissimile & inæquale sunt propria pluri. vnum igitur opponitur pluri secundum istos modos. D. d. Cum igitur dicitur idem multis modis. i. &, quia iam prędiximus ꝙ idem dicitur multis modis, necesse est vt vnum opponatur pluri omnibus istis modis. Quorum vnus est, vt existimant quidam, s. ꝙ entia non distinguuntur adinuicem, nisi propter hoc, ꝙ sunt numerus. & secundum hoc demonstratum est vnum, quia distinguitur per vnitatem numeralem, quæ est ipsum. & similiter multum demonstratum non est multum nisi per multitudinem numeralem, ita ꝙ hæc dictio duo demonstrata non sunt duo nisi propter dualitatem numeralem. & ratiocinabantur ad hoc ex hoc, ꝙ alij dixerunt, s. ꝙ numerus est prior naturaliter numeratis, & vnitas numeralis vno. Continuum autem videtur esse vnum per vltima terminantia, quoniam corpus terminatur a superficiebus, & superficies a lineis, & linea a punctis. D. d. & etiam, si fuerit vnum secundum definitionem, & cæ. idest & dicitur vnum illud, quod est vnum secundum formam & materiam, vt Callias demonstratus. quoniam forma eius est vna, scilicet indiuisibilis: & similiter materia eius. D. d. Et ẽt si definitio, quæ est substantiæ, &c. i. & etiam illa, quæ conueniunt in definitione substantiali, dicuntur vnum, vt dicitur ꝙ lineæ rectæ sunt æquales econtrario de lineis 10

Linea arcualis nō potest ęquari lineę rectę, neque nō recta nō rectę. Vide Oppositū in pdicamētis ubi dr̄ quadraturā circuli scibilē nōdū tñ scitā. Vide cōtra. Zim.

non rectis, aut de rectis cum non rectis. linea enim arcualis non potest æqua-ri lineæ rectæ, neque non recta non rectæ. D.d. & similiter qui definiunt figu-rectorum angulorum, quia sunt illæ, quæ habent quatuor angulos æquales D.d. quoniam etsi sint plures, &c.i. quoniam figuræ habentes quatuor angu-rectos, & si habent plures species, tamen conueniunt in hoc, quod angu-rum sunt æquales. & similiter lineæ rectæ, & si habent plures species, ta-conueniunt in hoc, ꝙ recipiunt æqualitatem.

Similia vero, si cum non sint eadem simpliciter, nec secun-substantiam subiectam in differentia, secundum formam eadē quemadmodum maius quadratum minori simile est, & lineæ qualės. hæ enim similes quidem, verum non eædem simpliciter. Quædam vero, si cum eandem formam habeant, in quibus mag minus fit, neq; magis, neq; minus sit. Quædam autem, si eade vna specie passio sit. vt valde album et minus, similia esse aiunt vna species eorum est. Quædam vero si plura habet eadem qu uersa, aut simpliciter, aut quæ in promptu sunt. vt stannum ar quam auro: aurum vero igni, prout flauus & rufus est. Quare m festum est quòd diuersum, & dissimile multipliciter dicūtur. A & idem oppositæ. Vnde omne ad omne, aut idem, aut aliud e vero, nisi sit & materia & ratio vna (quare tu & propinquus d sum) tertium autem, sicuti illa, quæ in mathematicis sunt. Di igitur aut idem ideo omne ad omne dicitur, quòd quæque vn ens dicuntur. non est enim contradictio ipsius eiusdem. Qu dicitur de non entibus (at non idem dicitur) sed de omn bus. aut enim vnum, aut non vnum natura aptum ens, et in Diuersum igitur et idem ita opponuntur.

Et dicuntur consimilia, cum non fuerint idem simpliciter, et fuerint diuersa per lineam compositam secundum formam, et idem. verbi gratia quòd quadrangulus maior est consimilis gulo minori, et lineæ, quæ sunt inæquales, etiā sunt consimil dam autem sunt eadem non simpliciter, sed habent formam eadem, et est in eis magis et minus, cū non fuerit magis et m quædam, quando passio fuerit eadem in forma. vt album minus dicuntur cōsimilia, quia forma eorum semper est vna. E dam, quando in eis fuerint idem magis, quam diuersa, au ter, aut facilis esse vt stannum argento et auro, quia est igneum. Ergo manifestum est quòd diuersum etiam et dis cuntur multis modis. Et aliud autem et idem dicuntur secu nionem in situ. Et ideo omne dicitur aut idem aut aliud. et cum materia et definitio non fuerint vnum (et ideo opp est diuersum) et tertium est sicut illud, quod est in mathem uersum enim aut idem propter hoc vtrunq; in respectu aliorum, et est omne, quod dicitur vnum et ens. non n. co rie est idem. Et ideo non dicitur in eis, quæ non sunt (non ide dicitur) in omnibus vero entibus dicitur. quoniam vnu

A vnum naturaliter,aut multum . vnum enim dicitur de ente naturaliter , et de ente per accidens, i. vnum artificiatum,sicut scānum, aut erit vnum naturaliter,aut non erit , et ens vnum. Et diuersum et idē secundum hoc opponuntur sibi in situ.

Cū declarauit ꝙ vnū,et multū opponūtur scdm̄ oppositionē eiusdē, et diuersi, 11
& silis,& dissimilis,et declarauit scdm̄ quot modos opponūtur sile & dissimile, idē & diuersum,vult ēt declarare scdm̄ quot modos opponuntur, & d.Et dn̄r cōsimilia,&c.i.& dn̄r consimilia,cū non fuerint idē scdm̄ formā,neq; ēt fuerint diuersa scdm̄ formas p diuersitatē linearū,ex quibus cōponuntur. vt diuersitas triāguli a quadrato.Deinde dedit exēplū,et d.v.g.ꝙ quadrāgulus maior,& minor, qui sunt consimiles in forma. Et in alia translatione. v.g. qm̄ quadrangulus magnus est similis quadrangulo paruo.i.qm̄ figurę ꝓportionales nō sunt eędē.v.g. qm̄ duo quadranguli ęquales dn̄r esse idē,& non dn̄r esse cōsimiles.& sile nō dr̄ ꝙ quadrangulus,& figura oblonga rectorū angulorū & ęqualiū laterū sunt cōsimiles. D.d.& lineę,q̄ sunt inęquales.i,& lineę rectæ non ęquales in istis figuris consimilibus sunt ēt consimiles,i.ꝓportionales. D.d.Quędā aūt sunt eadē nō simplr̄,&c.i.& dn̄r proportionalia illa,q̄ conueniunt in formā nō simplr̄,sed cō
B uenıunt in forma scdm̄ magis & minus.D.d.Et q̄dam,qn̄ passio,&c.i.& dn̄r cōsimilia illa,quorū passiones,i.qualitates sunt eædē in forma,sed diuersantur secūdū magis & minus.v.g.illa,q̄ conueniunt in albedine,sed diuersantur scdm̄ magis & minus. Dn̄r.n.consimilia alio mō a primo:qm̄ subiecta diuersantur scdm̄ magis & minus scdm̄ accidētia,& illa diuersantur scdm̄ magis & minus in hoc, ꝙ sunt decē p̄dicamenta. D.d.& q̄dā,qn̄ in eis,&c.i.& dn̄r consimilia illa,in quibus dispōnes conuenientes sunt magis q̄ diuersę,aut simplr̄,aut quia possunt ęsse p artificiū conuenientia in pluribus dispositionibus leuiter,& facile.vt stannū et argentū:qm̄ p artificiū possunt esse cōueniētia in pluribus dispositionibus, ita ꝙ existimabitur stannū esse argētū.& silr̄ cuprū cū auro. D.d.Ergo manifestū est ꝙ diuersum,&c.i.& cū diuersum opponitur eidē,& idē dr̄ multipliciter,manifestū est ēt ꝙ diuersum dr̄ multipliciter.et silr̄ si consile dr̄ multipliciter,manifestū est ꝙ dissimile dr̄ multipliciter. D.d.Et aliud aūt,& idē, &c.i.& diuersum aūt & idē sunt opposita scdm̄ positionē,s.ꝙ,cū alterū ponitur,aufertur reliquū.D.d. & q̄dam cū materia,& definitio non fuerit eadem.i. & quędā dn̄r diuersa,qn̄ diuersantur in materia & forma. & hoc est oppositum eidem ,scilicet vno in materia & forma.D.d.et iō oppositū ēt est diuersum.i.et iō oppositū huic mō vnius est non vnius.Et intēdit ꝙ iste modus non diuiditur in verū & falsum,nisi inter
C duo existētia.D.d.& tertiū est,sicut illud qđ est in mathematicis.i.& tertius modus,in quo inuenitur iste modus positus,s.idē & diuersum,est illud,qđ est in mathematicis.vt dicimus simile aut dissimile.D.d.Diuersum aūt,et idē pp hoc,&c. i.& iō diuersum & idē nō opponūtur,nisi inter duo existētia, qn̄ cōparatur vnū ad alterū. D.d.& est oē,qđ dr̄ vnū & ens.i. vnū aūt,qđ est synonymū cū ente, nō opponitur ei,qđ est nō vnū:qm̄ diuersum est illud,qđ dr̄ in respectu vnius ad vnū:& iō nō opponitur vni hoc,qđ dr̄ hoc nomē ens,cū dicimus aut est ens,aut nō ē ens,sed opponitur oē,qđ est p̄ter illud de entibus, vt dicimus,aut ē vnū aut multū.Et cū d.ꝙ vnū,qđ est synonymū cū ente, opponitur multo, deinde dedit cām in hoc,& d.qm̄ vnū,aut est vnū naturaliter,aut multū, &c.i.& ē necesse vt oē ens sit aut vnū naturaliter,aut multū . qm̄ oē vnū,aut est vnū naturaliter, aut multum.vnum.n.per artificium,vt scamnū est multū,quia est unū per accidēs:et vnū per accidēs est multum. & iō diuidit verū & falsum de omni dictione scdm̄ hoc significatū huius nois unum,aut est vnum aut multū.scamnum.n.est multū, non vnū naturaliter.D.d.& ens vnū.i.naturaliter.D.d.Et diuersum,& idē,&c. i.& idem,& diuersum secundum hoc opponuntur sibi perfecta oppositione, ecō ratio de eodem & diuerso,quæ dicuntur in respectu alicuius ad aliud vnum.

Scamnū est multum , nō vnū naturaliter . Vide supra cō.1. Diuersū, & differens differunt.

Differentia vero,& diuersitas aliud est.diuersum nanq;,& illud,a quo diuersum , non est necesse aliquo esse diuersum . omne etenim,

quodcunq; sit ens, aut idem, aut diuersum est: differens vero ab ali... quo, aliquo differens est: quare necesse est aliquid idẽ esse, quo diffe-runt. hoc vero idẽ, aut genus, aut species est. omne nanq; differẽs, aut genere, aut specie differt. genere quidem, quorum non est commu... materia, neq; mutua generatio, vtputa, quorum alia prædicationis fi-gura est: specie vero, quorum idem genus. dicitur autem genus, quo ambo quæ differunt, secundum substantiam idem dicuntur.

Diuersitas autem & alietas alio modo. diuersum enim, & illud cuius est diuersum, non est necesse vt sit diuersum a re. omne enim ens aut est diuersum, aut idem: quod autem differt ab aliquo per ali-quid differt: ergo est necesse vt sit aliquid idem, per quod non diff... & hoc est genus aut forma. omne enim differẽs differt per genus, ... formam. secundum genus autem illa, quę non habent materiam com-munem, neq; generantur ex inuicem, vt omnia, quorum figura præ-dicamenti est alia: per formam vero illa, quorum est genus idem, ... dicitur genus illud, quod est idem per substantiam omnia diuersa.

12 Diuersa aũt, & non diuersa opponuntur sibi alio mõ ab eo, scd̃m quẽ oppo-tur idẽ. D. incœpit dare differentiã, & d. diuersum. n. &c. i. diuersum, quod ... nitur eidẽ, non est de capitulo ad aliquid, ita ꝙ sit diuersum ab aliquo, vt d... est differens ab aliquo, & conueniens alicui conueniens. D. d. omne. n. ens, &c. oĩa. n. duo entia aut sunt diuersa, aut idem. D. d. illud aũt, quod differt, &c. ... differens differt per aliquid, necesse est vt illud, quod non differt, conueni... illo, per quod fuit differentia: & vt illud, in quo conuenit, sit illud, per quod ... fert. Si igitur aliqua conuenientia conueniunt secundum genus, aut secund... mã, necesse est vt illa, quæ differunt, & differant aut scd̃m genus aut secund... mã. D. d. secundũ aũt genus illa, q̃ non habent, &c. i. & illa, q̃ differunt ... genus, sunt illa, quæ non habent materiã cõmunem, neq; transmutantur ad... cem. D. d. hoc, quia illa, quę transmutantur adinuicem, habent materiam ... nem. D. d. vt omnia, quorum figura prędicamenti est alia. i. vt oĩa, quæ ... diuersis prędicamentis. vt linea, & album. ista. n. non conueniunt in al... nere, quia vnum & ens non sunt genera vera, & ideo non transmutantur ... cem. D. d. per formam vero, &c. i. illa. n. quę differunt per differẽtias for... sunt illa, quorum genus est vnum. Deinde descripsit ipsum genus, & d. ... nus, &c. i. & dicitur genus illud, quod est prędicabile de diuersis, secũdum ... vnumquoq; eorum, ista enim est dispositio prędicabilis substantialis.

Illa q̃ transmutãtur adĩuicẽ, habent materiã cõmunẽ. Idem 2. de Generatione. 43. & 53.

Caput Secundum. Contrarietatem differentiam esse perfectam: & quomodo differant ipsa contraria.

COntraria uero differẽtia sunt, & contrarietas quędam ... ferentia est. Quòd autem recte hoc supponimus ... ctione patet. Cuncta enim differre videntur, & ... diuersa esse, sed quædam secundum genus diuersa, ... in eadem prædicationis coordinatione. quare & quæ eadem ... eodem genere sunt. determinatum autem in aliis est, quæ ... aut diuersa genere sunt. Cum autem contingit inuicem di... differunt, & plus & minus, est etiam quædam maxima di... hanc dico contrarietatem. Quòd autem maxima differẽt...

Hic sumi so-let definitio cõtrariorũ.

A nifeſtum eſt ex inductione. Quæ.n.genere differunt, non habent ad ſe mutuo viam, ſed plus diſtant, & non cõueniunt. illis vero, quę ſpecie differunt, generationes ex contrariis tanquam ex vltimis ſunt. diſtantia vero vltimorum maxima eſt, quæ etiam contrariorum. Atqui quod maximum eſt in quoque genere perfectum eſt. etenim Maximũ eſt, cuius non eſt exceſſus. Perfectum vero, extra quod non eſt poſsibile aliquid habere. finem nanque habet perfecta differentia. quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eo ꝙ habeant finem. extra finé aũt nihil eſt. vltimum enim in re omni eſt, & continet. quare nihil extra finem eſt, nec indiget aliquo, quod perfectum eſt. Maximum quid. Perfectũ qd

Quoniam autem & contrarietas eſt aliqua diuerſitas, manifeſtum eſt ex ſequentibus ꝙ bene fuit hoc poſitum. omnia enim videntur eſſe differentia, & non illa, quæ ſunt diuerſa tantum. ſed quædam ſunt diuerſa ſecundum genus, & quædam per ordinem vnius prædicamé B ti. ergo ſunt in eodem genere, & ſunt eadem ſecundum genus. & determinatum eſt in aliis locis, quæ ſunt ſecundum genus idẽ, aut diuerſa. Cũ igitur poſsibile eſt vt differant abinuicem differẽtia maiori & minori, manifeſtũ eſt ꝙ aliqua differẽtia maxima eſt. Quoniã illa, quę differũt ſecũdũ genus, impoſsibile eſt vt ſint ex inuicem, ſed diſtant magis, & non cõueniunt. illa autem, quæ differunt ſecundum formã, generantur ex cõtrariis, quia ſunt maiora; & diſtantia aliarum rerum eſt maxima diſtantia: ergo diſtantia contrariorum eſt. Sed maximũ in quolibet genere eſt perfectum. Maximũ.n. eſt illud, cui non eſt additio. Perfectum vero, extra quod nihil eſt. diuerſitas enim habet perfectionem. ſicut alia etiam dicuntur perfecta, quæ habent cõplementum. & complementum eſt, extra quod nihil eſt. vltimum.n. eſt in ente, & eſt continens. & ideo nihil eſt extra complementum, & complementum nullo indiget omnino.

C Quoniam autem bene poſuimus ꝙ contraria & contrarietas eſt aliqua differentia, manifeſtum eſt ex ſermone ſequenti, ſcilicet ex inductione. Deinde dicit, 13
omnia enim videntur, &c.i. apparet enim ꝙ omnia, quæ dicuntur eſſe differentia, & non conuenientia, nõ dicitur hoc in illis, quæ ſunt diuerſa ſimpliciter, ſed in eis, quæ ſunt diuerſa ſecundum genus, aut diuerſa ſecundum formam tantum, ſed quædam ſecundum genus, quædam ſecundum formam. Deinde dicit. ergo ſunt in codẽ genere, &c.i. ergo illa, quæ ſunt differentia, ſunt quæ non cõueniũt in eodem genere, & quæ ſunt cõuenientia conueniunt in eodem genere. D.d. & determinatum eſt in aliis, i. diſtincti ſunt ſuperius modi rerum, quæ ſunt eædẽ ſecundũ genus, aut diuerſę ſcdm genus. D.d. Cũ igitur poſsibile eſt, &c.i. &, cum poſsibile eſt vt res differãt abinuicẽ magna differẽtia & parua, manifeſtũ eſt ꝙ differentia, quæ eſt in fine, eſt maxima differentia. D.d. qm̃ illa, quæ differunt ſecundum genus, &c.i. illa vero, quę differunt in genere, non agunt in ſe inuicẽ, neque ſunt contraria, ſed diſtant ab inuicem. & in rei veritate non ſunt differentia.n. agunt in ſe inuicem, illa vero, quæ differunt ſecundũ formã, aut ſunt cõtraria, ut ſunt illa, quorum generatio eſt ex contrariis, & ſunt contraria, quæ contraria ſunt in vltoris diſtantiæ in eſſe, quemadmodum illa, quæ ſunt differẽtia prima in loco, ſunt illa, quorũ diſtantia eſt maxima. Et debes ſcire ꝙ hæc definitio eſt contrariorum propter contrarietatem, quæ eſt in loco. diſtantia enim in loco Documẽtũ. Idẽ.8. Met. com.4.

Cõtrarietas ĩ locis ẽ causa ĩ cõtrarietate substantiarũ corporũ propriorũ istis locis. Oppositũ.5. Phy. cõ.10. vbi nõ cõcedit cõtrarietatẽ aliquam in substãtijs. Vide cõtra. Zim.

est maxima,s.centri ad circunferentiã.& ista distãtia est causa in contrarietate substantiarũ corporũ propriorũ istis locis,& ideo dictũ est in definitione contrariorũ simpliciter,ꝙ sunt illa,inter quę est distantia in esse maxima. Deinde d. Sed maximum,&c.i.si distantia maxima in quolibet genere,s.distãtia in loco, & distantia in qualitate,& forma est perfecta. Deinde dicit. Maximũ.n.est illud,cui non est additio.i.& illud,cui non est additio.i.& illud, cui non põt fieri additio,est complementum.Deinde dicit. & complementum est, extra quod nihil est.i. & illud,extra quod nihil est,est complementum. ergo distãtia, quæ est inter res contrarias & differentes,est distantia completa.D.d.& est continens scilicet complementum.& ideo nihil est extra complementum.i.quia est continens,& complementum nullo indiget omnino,i.nullo addito.

Quod igitur contrarietas est differentia perfecta, ex his patet. C... aũt multipliciter dicantur contraria,ita perfectum sequitur,s.cuti ... inest esse contrariis. His autem existentibus,patet quòd non conti... git vni plura contraria esse.nec enim vltimo vlterius aliquid erit,nec vnius distantiæ plura,quam duo vltima. & omnino si contrarietas differentia est,differentia vero duorum est,ergo & ipsa perfecta.Necesse autem alias contrariorum definitiones veras esse.etenim plur... mum differt perfecta differentia. Nanque non est aliquid sumen... extra ea,quæ & genere differunt,& specie.ostẽsum est enim ꝙ ad ea, quæ extra genus sunt,non est differentia.horum autem hæc maxi... est. Et quæ in eodem genere plurimum differunt,contraria sunt.maxima enim horum differentia est,quæ perfecta est . Et quę in eod... susceptiuo plurimum differunt,contraria sunt.materia enim eade... contrariis. Et quæ sub eadem potentia plurimum differunt. etenim scientia circa vnum eorum genus vna, in quibus perfecta differentia,maxima est.

Quòd igitur differentia completa contrarietas est , manifestũ ... ex istis.Et,cum contraria dicuntur multis modis, accidit eis vt ... completa hoc modo,secundum ꝙ est eis essentia,vt sint contraria. Et cum ita sit,manifestum est ꝙ impossibile est vt vnum habeat ... ta contraria.nullum enim est magis posterius quam postremum ... vna dimensio non habet plus quã duo vltima.& vniuersaliter, ... uersitas est differentia,& diuersitas est duorum,ergo & comple... tum etiam. Et necesse est etiam vt definitiones cõtrariorum ... mæ sint veræ.diuersitas enim completa habet diuersitatem ma... impossibile est enim vt aliquid sit magis distans in diuersis ... genus & formam.Declaratum est igitur ꝙ diuersitas non est ... quæ sunt extra genus,& ꝙ hoc in eis est maximum.Et ꝙ maxim... uersa in vno genere sunt contraria. diuersitas enim maxima ... est diuersitas cõpleta . Et ẽt differentia maxima diuersitate,quæ ... in eodem genere.materia enim est eadem contrariorum, & quæ ... in eadẽ potentia sunt diuersitate maxima diuersa.eadem.n.sci... in eodem genere,& in eis est completa diuersitas, & maxima.

14 Manifestum est igitur ex sermonibus prædictis,s.ꝙ diuersitas ... trarietate,est diuersitas,cui impossibile est addere in illo genere, ... illius generis sit extra illud.& quod est tale,est cõpletũ in distãtia:ergo ...

A rietas est diuersitas completa. Deinde dicit. Et cũ cõtraria dicũtur, &c.i. &, cũ sit declaratũ ꝙ contrarietas est diuersitas completa, secundũ ꝙ est contrarietas: cõtraria aũt dicuntur multis modis, vt dictum est superius: manifestum est ꝙ diuersitas inter modos eorum debet esse cõpleta secũdum essentiam contrarij, secũdũ ꝙ est contrarium. quoniam, si fuerit in loco, tũc diuersitas in loco erit perfecta. &, si fuerit in forma, tunc diuersitas in forma erit completa. &, si sunt in qualitate etiã erit completa. Et, cum declarauit hoc, incœpit declarare ꝙ contrarium vnũ habet contrarium. & hoc vtitur in cœlo & mundo tanquam sumpto, & d. Et, cum ita sit, manifestum, &cæt. & hoc intellectum est per se. D. d. demõstrationem, & d. qm̃ non aliquid erit, &c. i. qm̃ positũ est ꝙ contrariũ est in extremo vltimæ distãtię: & vltimũ non est nisi vnũ, quemadmodũ & primũ: & ideo d. et distantia nõ habet plura ꝙ̃ duo, s. quam duo vltima, s. principium & finẽ. D. d. & vniuersaliter, &c. i. & vniuersaliter, si contrarietas est diuersitas, & diuersitas est duorum, manifestum est ꝙ diuersitas eorum est completa. Deinde dicit. Et necesse est etiam, &c. i. manifestũ est ex hoc sermone ꝙ definitio contrariorũ conuenit diuersis, maxime in eodem genere. contraria enim sunt illa, quorum diuersitas est completa: & diuersitas completa est postquã non est maior: & nulla diuersitas est maior ꝙ̃ illa, quæ sunt in eodem genere: qm̃ inter illa, quæ sunt diuersa secundũ genus & formam, non inuenitur magis distans & magis propinquũ B scilicet qm̃ inter illa non accidit comparatio, sicut non accidit mensura inter diuersas magnitudines in genere. D. d. declaratũ est igitur, &c. i. declaratum est igitur ꝙ non inuenitur diuersitas completa in eis, quæ non sunt in eodem genere. qm̃ diuersitas, quæ est inter illa est maxima. Et est declaratum ẽt, ꝙ illa, quę maxime differunt in eodem genere sunt contraria. & est econtrario sermoni dicenti ꝙ contraria sunt in eodem genere, & ꝙ sunt maxime differentia in illo genere. D. d. Et etiam differentia, &c. i. & etiam est declaratum ꝙ illa, quæ maxime differunt, sunt in eodem genere, & ꝙ differentia eorum est completa. D. d. materia enim eorũ contrariorum, &c. i. & significat ꝙ illa, quæ sunt in eodẽ genere, sunt cõtraria, hoc, ꝙ materia recipit cõtraria, & ꝙ illa, quæ sunt in potentia ĩ eodẽ loco sunt diuersa maxima diuersitate. & ideo eadẽ est scia cõtrariorũ.

1. cœ. t. c. 10.

Inter illa, q̃ sunt diuersorũ generũ, nõ accidit cõparatio. Idẽ 7. Phy. tex. cõ. 27.

Caput Tertium. Primum contrariorum esse priuationem & habitum: omnemque contrarietatem priuationem esse, & non econtra.

C PRima vero contrarietas habitus & priuatio est. non tamẽ oĩs priuatio (multipliciter. n. priuatio dr̃) sed quęcũq; perfecta sit. Cętera uero cõtraria scd̃m hęc dicentur, quędã, eo ꝙ habeant: quędã, eo ꝙ faciant, aut factiua sint: quædã, eo ꝙ accipiant, abiiciant hæc, aut alia cõtraria. Si opponũtur itaq; cõtradictio, priuatio, cõtrarietas, & ad aliqd horũ aũt primũ cõtradictio: cõtradictionis vero nihil mediũ est, cõtrariorũ aũt cõtingit: patet ꝙ nõ idẽ est cõtradictio & cõtraria. Priuatio uero quędã cõtradictio est. aut. n. qđ omnino impossibile est habere, aut qđ, cũ natura aptũ habere sit, nõ habeat priuatũ est, aut totaliter, aut modo quodã determinatũ. multipliciter. n. hoc, ut ĩ aliis diuisum a nobis est, dicimus. q̃re priuatio quędã cõtradictio est, aut ĩpossibilitas determinata, siue simul accepta cũ susceptiuo. Ideo cõtradictionis quidem non est mediũ, sed priuationis alicuius est. omne enim, aut ęquale, aut non ęquale. ęquale uero, aut inęquale non omne, nisi solum in susceptiuo ęqualitatis.

Vide Auer. in Epi. Tractatu. 3.

Et prima contrarietas est habitus & priuatio. & non omnis priuatio (quoniam priuatio dicitur multis modis) sed illa quæ est perfecta. Alia vero contraria dicũtur de talibus istis: quædam enim, quia habent: & quædam, quia agunt, & quia habent agentia: & quędam, quia sunt diminutio, & etiam ista & alia contraria. Et si opponũtur secundum oppositionem contradictoria, & contraria, & priuatiua, & relatiua: & contradictoria sunt prima istorum: & non est medium contradictoriorum. cõtraria vero possunt habere mediũ: manifestum est igitur ꝙ contradictoria & contraria non sunt idem. Priuatio autem est contradictio quoquo modo. quoniam, si illud, quod non habet potentiam vt omnino sit, & illud, quod non habet istud, quod naturaliter debet habere, est priuatio, aut vniuersaliter, aut aliquo modo singulari. quoniam hoc dicitur multis modis, sicut diximus in aliis locis. ergo priuatio est cõtradictoria, quæ distincta est sine potentia accepta cum recipiente. Et ideo non est medium inter contradictoria, alia autem priuatio habet medium. quoniam æquale illud, ꝗd non est æquale. æquale vero totũ, & inæquale, si fuerit in receptione æqua.

15 Oĩa cõtraria opponuntur scdm priuationẽ & habitũ, qa vilius cõtrariorum est sicut priuatio perfectioris. Idẽ supra cõ. 9. & t.c.7. et 2. Ph.c.15. & 3. Ph. cõ.5. & 1. de Generatione.c. 18. & 2. cœli.cõ.18. & 4. Met.t.cõ. 27. Idẽ hic tex. seq.

Priuatio & habitus non diuidũt verũ & falsum, nisi qñ subiectũ eorũ fuerit terminatũ: secus de cõtradictorijs. Idem in Post. pdicamentis. & 5. Met. cõ.27.

ET prima contrarietas, &c. & d. hoc, quia opposita secundum habitum & priuationem præcedunt naturaliter opposita secundũ cõtrarietatẽ. Omnia contraria opponũtur secundum priuationem & habitum: quia vilius contrariorum accidit ei vt sit perfectioris priuatio: & declaratum est in Physicis ꝙ prima contrarietas est priuatio & forma. Deinde d. & non omnis priuatio, &c. sed non omnis priuatio & habitus præcedunt contraria: sed priuatio, quæ est vera priuatio, & non coniuncta cum esse omnino. D.d. Alia vero contraria, &c. alia vero contraria dicuntur contraria, quia pendent ex istis contrarijs dictis. quoniam quædam dicuntur contraria, quia habent aliquid de intentione istorum contrariorum: quædam dicuntur contraria, quia sunt acta a contrarijs: & quædam, quia sunt agentia contraria. D.d. & quædam, quia est diminutio, & quædam dicuntur contraria, quia alterum eorum est completus habitus, & alterum diminutus. D.d. & etiam ista, & alia contraria. i. ista igitur est dispositio contrariorum, de quibus induximus exemplum superius, & alia contraria sunt, quæ non diximus. D. dicit. Et si opponuntur secundum oppositionem, &c. i. & opposita completa sint quatuor, vt descriptum est in alijs locis, contradictoriorum sunt magis opposita, & prima in hoc. & hoc declaratum est in primo capitulo peri Hermenias. D. incœpit dare differentiam in hoc, & d. & non est medium contradictoriorum. i. affirmatiua & negatiua differunt a contrarijs, quia affirmatiua & negatiua non habent medium, & quædam contraria habent. D.d. Priuatio manifestum est ꝙ contradictoria & contraria non sunt eadem. D.d. Priuatio autem est contradictoria quoquo modo. & d. hoc, quia priuatio & habitus non diuidunt verum & falsum, nisi quando subiectum eorum fuerit ens, aut terminatum: contradictoria vero diuidunt verum & falsum, siue subiectum fuerit siue non, & declaratum est in Logica. Deinde incœpit dare differentiam inter illam & contradictoriam, & d. quoniam, si illud, quod non habet potentiam, &cæt. i. & priuatio est contradictio quoquo modo. quia quãdoque priuatur ab aliquo illud, quod non habet potentiam vt sit in eo, vt rationalitas ab asino: & quandoque priuatur ab aliquo illud, quod naturaliter habet aut simpliciter & in omni tempore, aut in aliquo tempore, vt barba tas in homine a principio natiuitatis, aut in aliquo tempore, vt barba. priuatio enim dicitur multis modis, & necesse est in omnibus recipiente. ideo d. ergo priuatio est contradictoria, &c. ergo priuatio est negatio, quæ est potentia ad affirmationem, cum fuerit accepta cum proprio recipiente. Et ideo non est medium, & cæt. i. & ideo causa in hoc, ꝙ contradictoria

A bent medium,est,quia contradictio est priuatio non in recipiente proprio. Priua tio autem & habitus habent simile medio,quando prædicantur de alio a proprio recipiente, quoniam tunc falsant ambo. Deinde d.exempldm,& dicit quoniam æquale,&c.v.g.æquale & inæquale. in albo enim falsant ambo, scilicet æquale & inæquale. Deinde dicit.æquale vero totum, &cæt.idest, æquale vero & inæquale,quando prædicantur de subiecto proprio,scilicet magnitudinibus, diuidunt verum & falsum,quando accipitur oppositum æquale & inæquale, diuiditur enim verum & falsum. dicitur enim ꝙ ista linea est aut æqualis illi, aut inæqualis.sed,si fuerit declaratum ꝙ est non æqualis, diuiditur etiam in magnum & paruum.diuisio enim perfecta est dicere ꝙ ista linea est æqualis, aut maior, aut minor. & 1.cœ.129 & 3.Ph.cō. 24. & 4.Ph. 109. Idē hic in cō.seq.

Si itaque generationes ipsi materiæ ex contrariis: fiunt autem aut ex forma,& habitu formę,aut ex aliqua priuatione speciei & formę: patet ꝙ omnis quidem contrarietas priuatio est, priuatio vero non omnis fortasse cōtrarietas est. Causa vero est, quia multipliciter priuari contingit quod priuatum est. a quibus enim vltimis transmutationes,hæc contraria sunt. Hoc autem & per inductionem manifestū
B est.omnis nanque contrarietas habet alterius contrariorum priuationem:verū non omnia similiter.inæqualitas enim æqualitatis,dissimilitudo vero similitudinis, vitium autem virtutis. Differt autem, vt dictum est.etenim hoc quidem,si solum priuatum sit: hoc vero, si sit, aut quando,aut in aliquo.vtputa in aliqua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo horum quidem est aliquid medium, & est nec bonus homo,nec malus:illorum vero non est,sed necesse est esse parem, vel imparem. Præterea,quædam habent subiectum determinatum, quædam non. Quare manifestum est, quòd semper alterum contrariorum secundum priuationem dicitur.

Et si generationes in materia sunt ex contrariis: & generantur aut ex forma,& ex habitu formæ,aut ex aliqua priuatione formæ: manifestum est ꝙ contraria omnia erunt,priuatio vero nō erit,neq; omnia contraria. Et causa in hoc est,quia possibile est priuatum priuari
C multis modis.ista.n. contraria sunt ex aliis,ex quibus sunt transmutationes. Et hoc manifestum est ex sermone sequenti. omnia enim cōtraria habent priuationem alterum contrariorum. sed non est simile in omnibus.quoniam inæqualitatis est æqualitas, & dissimilitudinis similitudo,& prauitas studiositatis. Et differunt sicut dictum est. Vnū enim quādo fuerit priuatū tantū,& aliud quādo in aliquo tpe fuerit alicuius,sicut est alicuius in aliquo tpe ætatis,aut modo dominātiin natura totius. Et ideo quędā habēt mediū,& est homo nō bonus, aut malus.sed & in quibusdā nō est,sed impar,aut par. & ēt in quibusdā est subiectū terminatū,& in quibusdā nō. Ergo manifestū est ꝙ semper alterū cōtrariorū est modo priuatiuo,& ꝙ hoc necesse est.

Idest,si generatio est in materia inter contraria:& omnis generatio est ex forma cōpleta in formā diminutam,aut ecōuerso,& generatio est ex contrarijs: manifestum est ꝙ in altero contrariorum est priuatio,& non omne, in quo est priuatio est contrarium. Deinde dicit priuatio vero, &cæt. idest, sed non de necessitate omnis priuatio est contrarium, quoniam quædam priuationes sunt, in 16

quibus non eſt contrarietas,ſ.cũ completę priuationes.Et cauſa in hoc eſt, qm̃ D in omni priuatione nõ eſt cõtrariũ:qm̃ priuatio,aut eſt priuatio ſecundũ totum, aut eſt priuatio,quia caret perfectione tm̃, D.d.iſta.n.&c.i.& cauſa in hoc.ꝙ cũ contrariis admiſcetur aliqua priuatio,eſt,quia ſunt ex principijs contrarietatis, ex qua fit generatio ſimpliciter,ſ.quæ ſunt forma & priuatio. & hoc eſt manife ſtum ẽt ex inductione,ſ.ꝙ alterum omnium contrariorum eſt priuatio. nigrum enim quoquo modo eſt priuatio albi, & ſimiliter calidum & frigidum,& leue et graue.D.d.ſed non eſt ſimile in omnibus,&c.i.ſed habitus & priuatio, quæ eſt in altero contrariorum, non eſt ſimilis in omnibus modis contrariorum. etenim inæqualitas opponitur æqualitati,& diſsimilitudo ſimilitudini. & quod opponi tur prauitati eſt ſtudioſitas.& cum iſta ſint diuerſa ſecundũ ſua cõtraria:ergo & priuationes coniunctæ in eis ſunt diuerſæ.D.d.Et differunt,ſicut dictũ eſt,&c.i. & iſtæ priuationes diuerſantur. qm̃ quædã ſunt,in quibus eſt priuatio ſimplici ter:& quædam ſunt,in quibus eſt priuatio ſecũdum aliquod tempus, v.g. ſecun dũ aliquod tẽpus ætatis, vt priuatio barbæ ante pubertatẽ:& quædã habent de priuatione intentionẽ dictam principaliter & vere.D.d.Et ideo quædã habent mediũ,&c.i.& pp diuerſitatẽ naturę cõtrariorũ & naturę priuationẽ accidit vt quędã habeãt mediũ.v.g.qm̃ homo eremita,q nõ eſt pars ciuitatis,nõ eſt bonus aut malus,& eſt medius.Et quędã nõ habẽt mediũ: vt par & impar & ẽt ... dã priuationes habẽt ſubiectũ terminatũ,& quędã nõ.& intẽdit priuationẽ, ... ſignificat hęc particula nõ.D.d.Ergo manifeſtũ eſt,&c.i. ex pdictis manifeſtũ eſt, ꝙ neceſſe eſt ex hoc vt priuatio et habitus ſint illa,ad q̃ reducũtur cõtraria.

Eremita, q non eſt pars ciuitatis, nõ ẽ bonus aut malus. Idem 5. Me. c. 27.

Caput Quartum. Quo pacto Aequale magno & paruo opponatur.

Vide Auer. in Epi. Tracta. 3.

SVfficit uero etiam,ſi prima & genera contrariorũ,utpu ta unũ & multa.cætera.n.ad hæc reducuntur. Cũ autẽ unũ uni contrarium ſit, dubitauerit quiſpiã quonam mo do unum & multa opponũtur, & ęquale magno & par uo.ipſum enim utrum,ſemper in oppoſitione dicimus utputa,utrum album,an nigrum?utrum album,an non album? utrũ uero homo,an album,non dicimus,niſi ex ſuppoſitione, & quærentes.utputa,utrum Cleon uenit,an Socrates.ſed hoc in nullo gene re neceſſe eſt. Verum hoc quoque illinc aduenit. ſola nãque oppoſita non contingunt ſimul eſſe,quo & hic utitur, in eo ꝙ eſt uter ue... nam,ſi ſimul,contingeret,ridicula eſſet interrogatio. ꝙ ſi etiam ... ſimiliter etiam in oppoſitionem cadit, ad unum, aut multa. utpu... utrum ambo uenerunt,an alter.

Et ſi principia contrariorum & genera eorum ſunt, ſicut unum & multum,unum attribuitur iſtis. Sed,cum unum eſt contrariũ uni, ... ctũ eſt ut aliquis quęrat quęſtionem difficilem, quomodo opponun tur ſecũdum oppoſitionẽ unum & multũ & ęquale magno & paruo. quoniã,ſi oppoſita ſecundũ oppoſitionem dicũtur ſemper per utrũ, ſcilicet utrũ album aut nigrum,& utrũ album & non album. & non di cimus utrũ homo aut non album,niſi per accidens.& quęſtio ... ueniens eſt Cleon,aut Socrates.quoniã hæc nõ eſt neceſſe in aliquo genere omnino. Sed iſte deinde fuit deceptus.oppoſita enim ſecun dum poſitionem non poſſunt exiſtere inſimul.& ipſe utitur hoc ...

A cum dicit,utrum ueniens eſt alter. quoniam, ſi eſſent inſimul, tunc queſtio eſſet deriſibilis.&,ſi fuerit hoc modo etiã,tũc caderet ſub oppoſitione in uno aut multo,ſicut utrũ ueniũt ambo,aut alter.

Et ſi principia & genera contrariorũ ſunt vnum & mullũ,quia vnum accipitur in definitione contrariorũ. Sed,ſi vnũ & multũ ſunt contraria, & eſt dictũ ꝙ contrarium non habet niſi vnum contrarium,& multum nõ eſt vnum: & ſimiliter æquale,quod eſt propriũ vni,opponitur magno & paruo: & cũ oppoſitũ & contrariũ in iſtis non eſt vnum,ſed plura vno, quomodo igitur dicitur ꝙ vnũ eſt contrariũ vni? D.incœpit declarare diuerſitatem inter oppoſita, & non oppoſita,& dicit.qm̃, ſi opooſita ſecundũ oppoſitionem, &c.i. quoniam ſi illa, quæ ſunt oppoſita ſecundũ oppoſitionem,ſint illa, de quibus queritur per hanc particulam vtrum,v.g.vtrum iſte color eſt album,aut nigrũ,aut mediũ, aut iſte color ſit albus,aut non albus. D.d.& non dicimus vtrũ homo,&c.i. & nõ queritur per hanc particulam vtrum in eis,quæ non ſunt oppoſita,niſi oppoſitio accidat in eis per accidens.v.g.quando aliquis quærit vtrum veniat Socrates, aut Plato, non eſt neceſſe vt iſta ſit oppoſitio in aliquo genere omnino: quoniam poſsibile eſt vt veniant ambo inſimul.D.incœpit dare modũ,ſecundum quẽ ho- 17
B mines quærunt hanc quæſtionem, & d. Sed iſte deinde fuit deceptus.i.ſed qui hoc quærit,fuit ẽt deceptus ex hoc:quia quærens talẽ quæſtionem credit ꝙ non venient inſimul:& tunc quærit aut ſcit ꝙ alter eorum debet venire.et ideo ſunt oppoſita per accidẽs,ſ. quia accidit eis hoc ſecundũ quærentem,ſ.quia quærens ſcit ꝙ illi non venient inſimul: aut quia alter eorum debet venire, & ignorat quis D.d.cauſam in hoc,& d.oppoſita.n.ſecũdum poſitionem,&c.i. & hec particula vtrũ coniungitur ſemper cum oppoſitis,quia oppoſita non poſſunt eſſe inſimul.D.d.teſtimonium ſuper hoc,ꝙ qui quærit hoc,ſcit ꝙ non veniũt inſimul, & d.& ipſe vtitur hoc,&c.i.& potentia iſtius quæſtionis eſt ſicut quæſtio quærentis vtrũ veniens eſt alter iſtorũ. Et d.hoc,quia,ſi potentia iſtius quæſtionis non eſt potentia alterius interrogationis,tũc potentia eſſet ocioſa. D.d.& ſi fuerit hoc modo, &cę.i.&,cum declaratum ſit ꝙ iſta interrogatio,ſ.vtrum venit Socrates aut Plato,eſt ſicut interrogatio,quæ eſt an venit alter eorum, manifeſtum eſt,quod iſta interrogatio reducitur ad interrogationem,quæ eſt in oppoſitis:ſicut interrogatio,quæ eſt in oppoſitione,quæ eſt inter multum & paucum. & intendit per hoc ꝙ omnis interrogatio eſt in oppoſitis.

Si itaque ipſius utrum quæſtio ſemper in oppoſitis ſit:dicitur autẽ utrum maius,an minus,an ęquale:quęnam æqualis ad hæc oppoſitio
C eſt? Nec alteri ſoli contrarium, nec ambobus eſt. cur enim magis maiori,quam minori? Præterea inæquali æquale contrarium. quare in pluribus quam uno erit. quod ſi inæquale idem ambobus ſimul ſignificat,erit quidem ambobus oppoſitum.

Et ſi ſemper in oppoſitis eſt interrogatio per utrum,& dicitur utrũ eſt magis,aut minus,aut æquale:quid igitur opponitur ſecundũ oppoſitionem æquali.quoniam non eſt contrarium, neq; alteri tantũ, neque utrique.quoniã erit maius minori.Et etiam æquale eſt cõtrariũ non æquali.ergo erit aut multitudinis,aut unitatis. & ſi nõ æquale ſignificat idẽ utriq;,ergo erit oppoſitũ in oppoſitione utrique.

Cum declarauit ꝙ interrogare per vtrum eſt in quatuor oppoſitis, q̃rit nunc quõ æquale, & magnum,& paruũ opponuntur, cũ in eis vſitatur iſta particula 18
vtrum.Et d. Et ſi ſemper,&c.i. ꝙ ſi interrogare per vtrum eſt ĩ quatuor modis: & multotiens interrogamus in magnitudinibus vtrum ſit maius aut minus aut æquale:quomodo eorũ opponitur æquale,minori,aut maiori? D.d.quoniam nõ eſt contrarium,&c,i,qm̃,ſi fuerit cõtrariũ,aut erit contrariũ alteri, aut vtrique.

& impoſsibile eſt vt ſit contrarium alteri, v.g. minori. inuenitur enim maius mi- nori, & minus maiori. D. d. Et etiam æquale, &c. i. &, cũ dicimus q æquale eſt contrarium inæquali, tunc dicere non æquale, aut ſignificat vnam naturam, aut plures. ſi igitur inæquale ſignificat vnam naturam oppoſitam naturaliter æquali, continget vt illud, quod non eſt non æquale, ſit æquale: quod eſt falſum.

Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem eſſe. verũ accidit vnum duobus contrarium eſſe: quod impoſsibile eſt. Item æquale quidem mediũ magni & parui videtur. contrarietas vero neque media videtur, neq; ex definitione poſsibile eſt. nõ enim eſſet perfecta, ſi alicuius media eſſet, ſed magis ſemper aliquid ſuiipſius mediũ habet. Reſtat itaq;, aut vt negationẽ opponi, aut vt priuationem. Alterius igitur nõ contingit (cur. n magis magni quã parui?) ambo-rum ergo priuatiua negatio. ideo ipſum vtrum ad ambo, non ad alterum ſolum dicitur. vtputa, vtrum maius an æquale, vel vtrum æquale an minus, ſed tria ſemper. Non autem priuatio neceſſario. etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale eſt, ſed in quibus apta natura ſunt illa eſſe. Eſt igitur æquale, quod, cum nec magnum, nec paruum ſit, natura tamen aptum eſt magnum, aut paruũ eſſe. & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur, ideo & medium eſt. quod nec bonum, nec malum eſt, ambobus opponitur, verum innominatum eſt. multipliciter nanque vtrunque dicitur, & ſuſceptiuum non eſt vnum. ſed magis, quod nec album, neque nigrũ. neq; tamen hoc dicitur vnum, ſed determinati quodammodo colores ſunt, de quibus priuatiue hæc negatio dicitur. neceſſe eſt enim, aut fuſcũ, aut pallidum, aut huiuſcemodi aliquid aliud determinatum eſſe. Quare non recte reprehendunt, qui ſimiliter putant omnia dici, vt calcei & manus medium ſit, quod neque calceus, neque manus eſt: quoniam quidem & quod nec bonum, nec malum eſt boni & mali, ac ſi omnium eſſet aliquod medium. Verum non eſt neceſſe, vt hoc accidat. etenim hæc negatio ſimul oppoſitorum eſt, & quorum aliquod medium, & aliqua diſtantia natura apta eſt eſſe. illorum autem non eſt differentia. in alio enim genere ea ſunt, quorum ſimul erãt negationes. quare quod ſubiicitur, non eſt vnum.

Et quæſtio difficilis accidit dicentibus q inæquale ſolum eſt ... ſed accidit vt vnum contrarium ſit duobus: quod eſt impoſsibile ... ẽt æquale videtur inter magnum & paruum. contrarium enim non videtur inter. & impoſsibile eſt hoc de definitione etiam. quoniam non eſt cõpleta ſi fuerit inter, ſed habet ſemper aliquid inter. Remanet igitur vt opponantur ſecundũ oppoſitionẽ, ſicut negationẽ, aut ſicut priuationẽ. Sed impoſsibile eſt alteri. non. n. eſt negatio ... magis quã parui. ergo eſt vtriq; negatiua priuatiua. & ideo dr̃ ... de vtroq;, & nõ dr̃ de altero vtrũ eſt maius aut æquale, aut vtrum æquale aut minus: ergo ſunt tria. Priuatio autem neceſſario ... non omne, quod non eſt maius aut minus, eſt æquale, ſed ... ſunt in eis, eſt æquale. Aequale enim eſt illud, quod non eſt mag-

A aut paruum, & naturaliter est magnum aut paruum. sed non habet nomen. & opponitur ambobus secundum oppositionem, quoniam vtrunq; dicitur multis modis.& recipiens non est vnum,sed plura.& non est album aut nigrum.neq; hoc est vnum,sed terminatur aliquo modo illud,de quo dicitur hæc negatiua modo priuatiuo. quoniam necesse est vt sit aut rubei coloris,aut alterius.Ergo non est verus sermo existimantium ꝙ sermones omnium rerum sunt consimiles. ergo erit inter manum & vestimenta manus, quod est neq; vestimentum aut manus, cum non sit bonum aut malum etiam inter bonum & malum.est enim medium inter omnia. Et non accidit vt hoc sit de necessitate. negatiua vero congregata, quæ opponitur secundum oppositionem,est medium,& habet naturam vt sit aliqua distantia.quędam autem non habent diuersitatem, quorum negatiua congregata sunt in eodem genere.ergo subiectum non est vnum.

B Et quæstio difficilis accidit dicentibus ꝙ inęquale solum ita inuenitur in exēplari.& si non est error,intendit ꝙ dicentes ꝙ inæquale significat vnam intentionem,& est inter ęquale & non æquale,accidit etiam eis quęstio ista,& est ꝙ inter affirmationem & negationem est medium. D.d. Et etiam æquale videtur,&c.i.& etiam æquale dicitur esse medium inter magnum & paruum:& neutrum contrariorum est medium inter duo extrema. D.d. nec est possibile hoc etiam ex definitione, &c.i. & etiam hoc impossibile est ex definitione contrariorum,s.ꝙ maxime distant, vt æquale sit contrarium magno & paruo. Quod enim est contrarium non est medium inter duo contraria: sed contraria sunt illa, inter quæ est medium. & ex hoc apparet ꝙ magnum non est contrarium paruo, neq; æquale medium inter illa: magnum enim & paruum non maxime distant,i.perfecte, cum inueniatur maius magno,& minus paruo. D.d. Remanet igitur,&c.i.& cum ęquale non opponatur magno & paruo secundum contrarietatem, remanet vt sint opposita aut secundum affirmationem aut negationem, aut secundum priuationem & habitum. D.d.Sed impossibile est, &c.i.sed impossibile est vt æquale sit oppositum alteri illorum secundum negationem:quoniam non magis opponitur magno secundum negationem, quam paruo. Et d. hoc: quia,si esset negatio,esset negatio vnius tantum: cum sit impossibile vnam negationem esse duorum: quod non est in priuatione. D.d.ergo est vtriq;, &c. 19

C i.& cum inęquale non opponitur ęquali secundum negationem,ergo opponitur secundum priuationem. Et cum d.ꝙ est vtriq; negatiua priuatiua, i. illud,quod significat inæquale, incœpit declarare quomodo apparet ꝙ non est priuatiua vnius,& d. & ideo dicitur vtrum.&c.i. & inæquale, quod significat alterum,s. aut magnum aut paruum,non opponitur ęquali,quia non quęritur vtrum hoc sit maius aut ęquale,aut vtrum hoc sit minus aut æquale. D.d.ergo sunt tria,&c.i. ergo quærere per vtrum est de tribus.s.vtrum sit aut maius,aut minus,aut æquale. D.d. Priuatio autem necessario, &c.i. æquale autem esse oppositum magno & paruo secundum oppositionem priuationis & habitus sequitur necessario non secundum negationem & affirmationem. inęquale autem non est negatiuum æqualis: quoniam non omne,quod est maius aut minus, est æquale.v.g. quoniā color nec est minus nec maius, tamen non est æquale. sed æquale inuenitur in natura, in qua inuenitur magis & minus: & ideo non significat maius nec minus. D.d. Aequale enim est illud, quod, &c.i. inæquale enim non est negatio ęqualis:quoniam ęquale & inęquale non diuidunt verum et falsum inter se,nisi in natura terminata,s.in natura,quę recipit magis & minus,non in omnibus entibus sicut est dispositio de affirmatione & negatione.& ideo æquale & inęquale non diuidunt verum & falsum in colore. D.d. sed non habet nomen, &c.i. sed inæquale,secundum quod significat maius & minus,non habet nomen,quod

Vide causā istius supra cōmē. 15.& quę ibi.

significat aliquod finitum. maius enim dicitur maius respectu plurimum; & simi-
liter minus, ita φ hoc procedit in infinitum. vnde sequitur vt priuatio eorum di-
catur de intentionibus infinitis: ideo non fuit positum terminatum. Et quia cau-
sa fuit in hoc, s. φ negatiua priuatiua, quæ negant extrema opposita, non signifi-
cant vnam naturam. verbi gratia non maius non minus, nõ album non nigrũ,
in hoc, φ imponeret eis nomina, incœpit declarare hoc, & d. & recipiens no
est vnum, &c. i. & illud, quod significant hęc duo negatiua priuatiua, s. non al-
bum, non nigrum non est vna natura: quemadmodum illud, quod significat n
maius & non minus, non est vna natura, cũ maius & minus sint relatiua. D.
neq; hoc est vnum, &c. i. & illud, quod significat non album & non nigrum, n
est vnum significatum, sed plura terminata, s. colores medij inter album & ni-
grum. & cum d. illud, de quo dicitur hęc negatiua modo priuatiuo, intendit n
album & non nigrum. & vocauit hęc duo priuatiua, quia non sunt negatiua sim-
pliciter, quia significant naturam existentem & terminatam. D. d. quoniam n
cesse est, &c. i. necesse est enim illud, quod significat non album & non nigr.
sit color rubeus, aut viridis, aut alius color inter album & nigrum. D. d. Er
non est verus sermo, &c. idest ergo non est verus sermo fingentium φ serm
omnium rerum secundum affirmationem & negationem omnium sunt lim
qm̃, si negatio esset quorũlibet duorum diuersorum abinuicem, sicut negatio d
rum oppositorum a medijs amborum, tunc esset inter vestimenta manus & m
nus aliquid, quod esset nec vestimenta manus, nec manus: sed est imposs.
quoniam non est medium inter manum & vestimenta manus, neq; inter pe
Vide supra cõ, 16. & manum, neq; inter asinum & equum, sicut inter bonum & malum, s. vir n
bonus neq; malus. Duo autem negatiua, quę negant secundum priuatio
extrema opposita, quę sunt in eodem genere, significant naturas medias. &
intendebat, cum d. negatiua vero congregata, &c. i. duo autem negatiua co
gata ex negatione duorum extremorum oppositorum sunt illa, quę signi
aliquod medium, s. tertiam naturam. D. d. & habet naturam, &c. i. & me
dium habet naturam, per quam habet distantiam terminatam a duobus ex
mis, s. φ pertinet naturę mediorum. Quædam autem negata abinuicem no
bent hanc naturam, quę inuenitur inter opposita, s. quę sunt in eodem gen
φ negatio duorum extremorum in eis vere dicitur de medijs.

Caput Quintum. Quo pacto vnum, & multa opponantur.

Vide Auer. in Epi. Tra. tertio.

SImiliter autem de vno & multis quispiam dubitare n
sit. Etenim, si multa vni simpliciter opponuntur, a
cidunt quædam impossibilia. vnum etenim pauc
aut pauca erit. multa etenim paucis opponuntur. P
terea duo sunt multa (siquidem duplex multip
dicitur autem duplum a duobus: quare ipsum vnum paucum e
ad quid enim ipsa duo dicerentur multa, nisi ad vnum & pau
nihil nanque est minus. Præterea, si vt in longitudine long
breue, ita in multitudine multum & paucum, & quodcunq
multum & multa, & rursus quæ multa etiam multum. nisi ergo n
continuo facile terminabili differat, quod paucum est quædam m
titudo erit. quare ipsum vnum multitudo quædam est, siquidem &
paucum. hoc vero esse est, si ipsa duo multa sunt. Verum ton
multa dicuntur quidem, sicuti & multum, sed vt differens: v
aqua multum, multa vero minime. sed quæcunque diuisibilia
in his dicuntur. vno quidem modo, si qua multitudo sit, exc

A aut ſimpliciter, aut ad aliquid habens: paucumq; ſimiliter, multitudo defectum habens. alio vero, vt numerus, qui ſolum vni opponitur. ita enim dicimus vnum, aut multa, quemadmodum ſiquis dicat vnum & ipſa vna, aut album & ipſa alba, & menſurata ad menſuram & menſuratum. ſic & multiplicia dicuntur. multa nanq; vnuſquiſque numerus, quia vnius, & quia vnuſquiſque menſurabilis, & tanquam vni, non pauco oppoſitus. Hoc itaque modo multa ſunt & ipſa duo: tanquam vero multitudo, aut ad aliquid, aut ſimpliciter exceſſum habens non ſunt, ſed prima. ſimpliciter vero ſunt pauca ipſa duo: multitudo nanque eſt prima defectum habens. Quare non recte fuerit dicens Anaxagoras, quòd ſimul cunctæ res erant, multitudine & paruitate infinitæ. oportebat nanque pro paruitate dicere, & paucitate. non enim infinitæ, cum paucum non propter vnũ, vt quidam aiunt, ſed propter duo.

B Quærenda eſt quæſtio hæc de vno etiam & multo. Quoniam, ſi multum opponitur vni modo, ſimplici, accident quædam impoſsibilia. tunc enim erit vnum paucum aut pauca. multa enim paucis opponuntur. Et etiam duo erunt multa: cum duplum eſt de magnis multiplicibus, & opponitur duobus etiam: ergo vnum eſt paucum. & ſi non fuerit ita, quomodo igitur opponuntur duo, & erunt multa, niſi uni aut pauco? nihil enim eſt minus de numero. Et etiam, ſi quemadmodum eſt in longitudine longum & breue, ita in multitudine multum & paucum, ergo quod eſt multum eſt multa, & quod multa eſt multum. niſi igitur hoc differat aliquo modo in continuo facilis determinationis, tunc erit paucum aliqua multitudo. ergo vnum erit multitudo, & ſi ſit paucum etiam. & ſimiliter neceſſe eſt vt duo ſit multitudo. Sed rectum eſt vt quędam multa dicantur multitudo etiam, quia eſt diuerſum: & quædam non. vt aqua eſt multum, non multitudo. ſed ſicut illa, quæ non diuiduntur in iſta. quo-

C niam iſta dicuntur vno modo, ſi fuerit multitudo quædam, quæ habet partes quaſdam. id eſt & ſua quædam ſunt ſicut numerus, & opponuntur vni tantum. & ſimiliter opponitur vnum multitudini, ſicut cum aliquis dicit vnum & vnum ſemper, aut album & album, & menſurata in reſpectu menſuræ, & menſuratum eſt vnum. & omne vnum eſt menſuratum ab vno. ſed quemadmodum oppoſitum eſt vnum, non paucum, ſimiliter duo ſunt multa etiam, addita aut alicui, aut ſimpliciter. ſed duo ſunt pauca ſimpliciter, quia eſt prima multitudo, quæ habet quædam. Et ideo non bene dixit Anax. in hoc, quod dicit, quòd omnia erant inſimul infinita in multitudine & paruitate. deberet enim dicere in loco paruitatis paucitatem. quoniam non ſunt finita in paucitate vnius, ſicut dixerunt quidam, ſed propter duo.*

* Co. Græ. hęc addit. opponuntur itaq; & ſic.

Cũ induxit quęſtiones contingentes in hoc, ꝙ quale opponitur magno et par uo, & declarauit ꝙ de neceſsitate opponitur ſecũdum habitum & priuationem, 20

incœpit perſcrütari de vno & multo quomodo opponuntur ſibi,& d. Quęrend
eſt,&c.i.& quęrendum eſt hoc ſimiliter de vno & multo, ſ. vtrum oppon
ſimul ſecundum contrarietatem,aut alio modo. D.d. Quoniam,ſi multum,&
i.quoniam,ſi vnum opponitur multo ſimpliciter ſecundum contrarietatem,
dent plura impoſsibilia. D.incœpit dicere impoſsibilia,& d.tunc enim
paucum,&c.i.quoniam,ſi fuerit poſitum ꝙ vnum eſt contrarium multo:&
quod eſt contrarium multo eſt paucum: accidet vt vnum ſit paucum. D.
pit declarare quęſtionem , & d. Et etiam duo erunt multum, &c.& etiam
ſunt multa,quia ſunt duplum, & duplum eſt multitudo , quia dicitur in reſp
paucitatis,ſicut multiplex dicitur in reſpectu ſub multiplicis. D.d. concl
nem ex hoc,& d. ergo vnum eſt paucum,&c.i.quoniam,cum duo fuerit
& duplum eſt multitudo reſpectu eius cuius eſt duplum : ſequitur ꝙ illud,
duo ſunt duplum,ſ.vnum ſit paucum. quoniam,ſi vnum non fuerit paucum
igitur comparantur duo,cum dicantur eſſe multa? & ꝙ omne multum com
tür pauco, ſi non comparatur ad vnum,aut ad aliquid minus vno : ſed
* a.l.cōparātur ad vnū. minus vno:ergo de neceſsitate * comparantur adinuicem:& vnum eſt ill
cum,ad quod comparatur multitudo multa,quę ſunt duo. D.d.aliam quę
& d. Et etiam,ſi quemadmodum in longitudine,&c.i.& etiam debet ali
cere,quoniam quemadmodum in omni longo eſt longum & breue:longum
cet in reſpectu breuioris,& breue ſcilicet in reſpectu longioris:& omne m
eſt paucum in reſpectu pluris , & multum in reſpectu paucioris. ſi autem
fuerit paucum in reſpectu duorum,continget ut ſit multum in reſpectu pau
ſicut continget vt duo ſint pauca in reſpectu pluris . & quia vſus eſt in hoc
mone,ꝙ omne, quod eſt multum eſt multitudo multa , & hoc non eſt ver
liquabilibus,excepit illa . & hoc non nocet in hoc , quod intendit con
quoniam numerus non eſt de liquabilibus, & multum dicitur de numeris
liquabilibus æquiuoce.& hoc intendebat,cum d.niſi igitur hoc differt,
cum compleuit hanc dubitationem,quę ſequitur ab impoſsibili , quod eſt
diuidi,incœpit ſoluere eam, & declarare quomodo vnum & multum
tur ſibi,& dixit. Sed rectum eſt vt & quędam multa,&c.i.ſed rectum e
dam,quę dicuntur multa,vere dicantur multitudo,quia natura eorum
& quędam non vere dicantur multitudo, & vere dicantur multa. vt a
vere dicitur multa,& non vere dicitur multitudo. Multitudo vero,
tes non diuiduntur,dicitur vno modo , cum partes eius fuerint ſicut par
quantitate diſcreta. Et intendit ꝙ non omnis multitudo eſt multitudo
eſt paucioris,neq; omnis paucitas eſt multitudo eius quod eſt paucioris
manifeſtum eſt de multitudine & paucitate in numeris . & ideo non eſt
vt ex numero vnum opponatur duobus ſecundum paucitatem & mul
D.d.& opponuntur vni tantum,&c.i.& modus,quo vnum opponitur
ni,& multitudo vni,eſt modus,quo vnum opponitur multo,quod eſt
lius vnius.& vnum album opponitur pluribus albis, & vnum plur
iſta oppoſitio nulla alia eſt niſi oppoſitio menſurantis ad menſuratum.
Omnis multitudo mēſuratur p vnū ſuę ſpeciei. rantis ad numeratum. Omnis enim multitudo menſuratur per vnum
& ideo non opponitur ſibi ſecundum contrarietatem , ſed ſecundum
& numeratum. Et declaratum eſt in principio iſtius tractatus ꝙ vnum
ꝙ eſt vnum & ſimplex,eſt menſura eius , quod componitur ex illo.
quemadmodum oppoſitum, &c.i. & quemadmodum illud,quod oppo
titudini,eſt vnum ſecundum menſuram & proportionem menſurantis
ratum,non ſecundum paucum & multum, ita eſt de vno & duobus.
niam autem habet multitudinem, &c.i.duo vero , quę ſunt multitudo,
multa,quia addunt ſupra paucius illis: aut quia ſunt multa ſimpliciter.
in reſpectu eius,ad quod dicitur multitudo ſimpliciter,ſ.paucitas: &
D.d. ſed duo ſunt pauca,&c.i.ſed duo ſunt primus numerus numeror.
rum. ſunt igitur pauca ſimpliciter,cum non inueniuntur pauciora .
ſunt prima multitudo. D. d. Et ideo non bene dixit Anaxag.&
lud,quod opponitur multitudini,eſt paucitas, & illud,quod opponitur

A magnum. Si igitur dixerit ꝙ omnia sunt infinita propter paruitatem & magnitudinem, non est sermo falsus. &, si dixerit infinita in paucitate & multitudine, esset falsus quodammodo, & verus alio modo. falsus vero, quia quod disponitur per multitudinem & paucitatem, non procedit in infinitum: verus autem, quia paucitas opponitur multitudini. D.d. deberet enim dicere, &c. i. si aliquis dixerit ꝙ illa, quę disponuntur per multitudinem, sunt finita in paucitate, & perueniunt ad vnum, non diceret verum: sed verum est dicere ꝙ sunt finita in paucitate, quia perueniunt ad duo, quę sunt pauciora paucorum.

Opponuntur autem vnum & multa, quæ in numeris, vt mensura mensurato: hæc vero, vt ea, quæ ad aliquid, quæcunq; eorum, quæ ad aliquid non secundum se. distinctum autē a nobis in aliis est, ꝙ ea, quæ ad aliquid, dupliciter dicuntur. quædam vt contraria, quædam vt scientia ad scibile, eo quòd aliquid aliud dicatur ad ipsum. Vnum vero aliquo minus esse, vtputa duobus nihil prohibet. non enim si minus est, etiam paucum est. Multitudo autem quasi genus numeri
B est. numerus etenim est multitudo vno mensurabilis. Et quodam modo vnum & numerus opponuntur, non vt contraria, sed quemadmodum dictum est, vt quædam eorum, quæ ad aliud. quatenus enim hoc quidem mensura, illud vero mensurabile, eatenus opponũtur. Ideo non omne, quod vnum sit, numerus est. vtputa, si quid indiuisibile sit Cum autem similiter dicatur scientia ad scibile, non similiter assignatur. videri nanque possit scientia quidem mensura esse, scibile vero quod mensuratur. accidit autem omne quidem scientiam scibile esse, scibile non omne scientiam esse, eo quòd modo quodam scientia scibili mensuratur. Multitudo autem neque pauco contraria est, sed huic multum, tanquam excedens multitudo excessę multitudini. nec vni omnino, sed hoc quidem, vt dictum est, quod diuisibile, hoc indiuisibile, tanquam ad aliquid, quemadmodum scientia scibili, si fuerit numerus, vnum vero mensura est.

Et vnum opponitur multo, vt mensura mensurato: illa autem,
C quæ opponuntur secundum relationem, sunt omnia, quæ non sunt per se de capitulo relationis. & iam distinximus in alio libro quòd relatiuum dicitur multis modis: vno modo sicut contraria, & alio modo sicut scientia ad scitum. dicitur enim istud in respectu illius. Vnum autem nihil prohibet vt sit minus aliquo, verbi gratia duobus. quoniam non si est minus, est paucum etiam. Multitudo vero est tanquam genus numeri. numerus enim est multitudo mensurata per vnum. Et opponuntur vnum & numerus quoquo modo, non sicut cõtrarium, sed sicut dictum est in quibusdam relatiuis, quæ opponuntur sibi. opponuntur enim sicut mensura, & mensuratum. Et ideo nõ omne, quod est vnum, est numerus etiam, sicut est omne quod diuiditur. Et sciẽtia dicitur tali modo in respectu sciti, sed non conuertitur. rectum est igitur vt scientia sit mensura & scitum mensuratum, sed accidit quòd omnis scientia sit scitum, sed non omne scitum est sciẽtia. scientia enim quoquo modo mensuratur per scitum. Multitudo

vero non eſt contraria pauco etiam, ſed hoc multum, quod eſt ſicut multitudo vna addita multitudini, ei eſt contraria. Et multitudo n eſt contraria uni omni modo, ſed cuidam, ſicut dictum eſt, quia di ditur. illud vero, quod non diuiditur, eſt ſicut relatiuum, ſicut ſcient ſcito, ſi fuerit numerus ſciti, unum uero eſt menſura.

21 Et vnum opponitur, &c. i. & vnum eſt oppoſitum multo, non ſecundum re tionem contrariam, vt multum pauco, ſed ſecundum relationem, in qua no contrarietas, vt menſura & menſuratum. Et d. hoc, quia poſuit in quæſtio dicta ꝙ vnum opponitur multo, ſecundum ꝙ multum opponitur pauco. D. la autem, quæ opponuntur, &c. illa, quę ſunt oppoſita ſecundum relatione ſunt illa, quę non ſunt relatiua in ſe. Declaratum eſt. n. in tractatu, in quo ex

5. Met. tex. cõ. 20.

ſuit nomina ꝙ relatiuum eſt duobus modis: quorum vnus eſt illud, quod eſt tiuũ per ſe, & alius relatiuum per aliud, ſ. quia aliud comparatur ad ipſum ſatum & intellectum. ſenſatum. n. & intellectum ſunt relatiua, quia intelle ſenſus, quę ſunt relatiua non per ſe, comparantur ad ipſum, & per ſe, non ſ latiua. D. d. & iam diſtinximus in alio libro, &c. i. & iam diſtinximus i tractatu ꝙ relatiuũ eſt duobus modis. Vnus autem modus eſt, relatiua per ſunt illa, quorum vtrunq; non habet eſſe, niſi ſecundum ꝙ refertur ad ſe & iſti relationi accidit contrarietas, vt paucum & multum. Secundus aut quæ non ſunt relatiua per ſe: & ſunt illa, in quibus non accidit contrarietas ſcientia & ſcitum. D. d. dicitur. n. iſtud, &c. i. ſcitum. n. dicitur relatiuum, n eſt relatiuum per ſe, ſed quia aliud comparatur per ſe ad ipſum, ſ. ſcientia. Vnum aũt nihil prohibet, &c. i. Et d. hoc ad diſſoluendum quęſtionem pr dicentem ꝙ, ſi duo ſunt multa, ſequitur ꝙ vnum ſit paucum, quia eſt pau d. reſpondendo ꝙ non ſequitur vt omne, quod eſt minus aliquo, ſit diuiſib poteſt eſſe indiuiſibile omnino. & hęc eſt diſpoſitio vnius cum duobus. vnum non eſt paucum. D. d. Multitudo vero eſt tanquam genus numeri tudo vero oppoſita vni eſt multitudo, quæ eſt tanquam genus numeri. per hoc illud, quod dictum eſt in definitione numeri, ſ. ꝙ eſt multitudo ta ex vnitatibus. & ideo d. numerus enim eſt multitudo menſurata, id rata per vnum. D. d. Et opponuntur vnum, & numerus, &c. i. & forte ponitur numero ſecundum oppoſitionem contrarij, ſed ſecundum oppoſi modi relatiui, quod non eſt relatiuum per ſe. Et d. hoc, quia poſuit in q prædicta ꝙ multitudo opponitur vni, ſecundum ꝙ opponitur pauco, & ſitio ſecundũ contrarietatẽ. & ideo ſequitur ex illo ſermone vt vnum Et cum dixit ꝙ multitudo opponitur vni modo relatiuo, dedit exempl opponuntur. n. ſicut opponuntur menſura, & mẽſuratũ. D. d. Et ideo nõ i. & ideo non ſequitur vt illud, quod eſt vnum, & menſurat multitudinem ſicut paucum. vnum. n, menſurans poteſt eſſe indiuiſibile omnino. D. d. tia dicitur, &c. i. & ſcitum cognoſcitur per ſcientiam, ſicut menſuratum per ſuram. & ſcientia dicitur hoc modo ſecundum relationem ad ſcitum: ſed uertitur, ſ. vt ſit, ſicut omnis ſcientia habet ſcitum, vt omne ſcitum habe tiam. Et intendit ſicut conuertitur, dicere omnis menſura eſt menſura m & omne menſuratum eſt mẽſuratum per menſuram. D. d. rectum eſt ig i. rectum eſt igitur vt ſcientia ſit menſura, & ſcitum ſit menſuratum. ſed vt omnis ſcientia ſit ſcitum, ſcilicet vt omne menſurans ſit menſuratum. omne ſcitum ſit ſcientia, i. cognoſcitur per ſcientiam. ſcientia. n. quoque n gnoſcitur per ſcitũ. D. d. Multitudo vero, &c. i. multitudo vero non o paucitati ſimpliciter, ſed opponitur paucum multitudini, quę dicitur additionem ſupra aliam multitudinem. D. d. Multitudo vero non eſt c omni vni, &c. i. & multitudo non eſt cõtraria omni vni ſcdm paucitat buſdã vnis, ſ. vni, quod diuiditur. illud. n. quod non diuiditur de vnit nitur multitudini, ſicut ſcientia opponitur ſcito. & hoc intendebat, cũ d ro, quod non diuiditur, eſt ſicut relatiuum, &c. i. illud vero, quod non opp

A ſicut ſcientia ſcito opponitur, ſi ſcientia fuerit numerus, & menſura ſciti. D.d. vnum vero eſt menſura.i. qm̄ non accidit in eo vt ſit menſuratum ſecundum qꝫ eſt vnum, ſicut accidit ſcientię vt ſit menſurata per ſcitum.

Caput Sextum. Media contrariorum in eodem genere cum ipſis contrariis eſſe, ac ex ipſis componi.

CVm uero contrariorum contingat aliquid medium eſſe, & quorundam ſit, neceſſe ex contrariis media eſſe. Omnia enim media, & illa, quorum media ſunt, in eodem genere ſunt. Media nanq; illa dicimus, in quæ neceſſe eſt primo tranſmutari, quod tranſmutetur. utputa ſi ab ultima ad primā paulatim pertrāſeat, prius ad medios ſonos ueniet. & in coloribus, ſi ex albo ad nigrum ueniat, prius ad puniceum, & fuſcum, quā ad nigrum ueniet. ſimiliter autem & in aliis. Tranſmutari uero ex alio genere in aliud genus non eſt niſi ſecundum accidēs, Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.
B ut ex colore in figuram. neceſſe igitur ut media & ſibiinuicem, & quorum media ſunt, in eodem genere ſint. At uero omnia aliquorum oppoſitorum ſunt. ex his nanque ſolis per ſe tranſmutari eſt. Quare impoſsibile eſt media eſſe non oppoſitorum, eſſet nanque profecto tranſmutatio etiam ex non oppoſitis. Oppoſitorum uero contradictionis quidē nullum eſt medium. Hoc enim eſt contradictio, oppoſitio, cuius cum nihil habeat medium, cuicunque altera pars adeſt. Cæterorum uero quædam ad aliquid, quædam priuatio, quædam contraria ſunt. Eorū uero, quæ ad aliquid, quæcunq; non ſunt contraria, non habent medium. cauſa uero, quia nō in eodem genere ſunt. quid nanq; ſcientiæ & ſcibilis medium? verum magni & parui eſt.

Cum uero contraria poſſunt eſſe mediata, in quibuſdam eſt neceſſe ut ſit medium inter contraria. Omnia.n. mediata ſunt in eodem genere, & illa, quæ habent medium etiam. Et dico media omnia iſta, ad
C quæ primo tranſmutabile tranſmutatur neceſſario primo. v.g. qꝫ, ſi motus fuerit de neumate ad acutum, primo veniet in neumatibus minus conuenientibus, quæ ſunt inter ſe. & ſimiliter in coloribus, ſi fuerit motus de albo in nigrum, primo veniet ad rubeum & glaucum. & ſimiliter de aliis. Tranſmutatio vero de vno genere in aliud non eſt niſi per accidens, vt de colore in figuram. ergo de neceſsitate media, & illa, quæ habent media, ſunt in eodem genere. Sed omnia media ſunt rerum oppoſitarum, quoniam ex iſtis ſolummodo eſt tranſmutatio per ſe. & ideo impoſsibile eſt tranſmutari illa, quæ nō opponuntur ergo tranſmutatio & non tranſmutatio erit de oppoſitis. Et oppoſitorum contradictoria non haabent medium. Contradictoria enim ſunt oppoſita, quorum altera pars ſemper eſt, & nullum habet medium omnino. Alia vero oppoſita quædam ſunt relatiua, & quædam priuatiua. Relatiuorum vero omnia, quæ non ſunt contraria, non habent medium. & cauſa in hoc eſt, quia non ſunt in

eodem genere.& non erit medium inter ſcientiam & ſcitum; ſed in-ter magnum & paruum.

22 Ideſt, & proprium eſt contrarijs inter alia oppoſita ꝙ in quibuſdam eorum eſt medium. Et cauſa in hoc eſt ꝙ in quibuſdam generibus, in quibus ſunt ne-ceſſe eſt vt ſit medium inter contraria. quoniam media, & illa, inter quę media, ſunt in eodem genere; & contraria ſunt in eodem genere: ergo ſecundum conuerſionem maioris propoſitionis vt media ſint in contrarijs. D. dec. medium. Et d.& dico media,&c. & intelligit per medium illud, a quo trans-mutabile tranſmutatur primo & eſſentialiter, ſ. quando tranſmutatur de contra-rio in contrarium. D.d.exemplum, & d.v.g &c.i.v.g. quoniam tranſmutatio quę eſt a neumate grauiſsimo ad acutiſsimum erit per tranſmutationem neumata, quę ſunt inter graue & acutum.et ſimiliter motus de albo in nigre-per motum ſupra colores medios primo, & poſt peruenitur ad nigredinem. in hoc eſt, quia tranſmutatio eſt de contrario in contrarium, & contraria ſunt in eodem genere, & media in genere, in quo ſunt contraria, ſunt illa, in quę primo cadit tranſmutatio. Tranſmutatio vero de genere in genus, ſ. quę non eſt in eo-dem genere, non eſt niſi per accidens, v.g. de colore in figuram. D.d. ex necesſitate, &c.i. & cum tranſmutatio fuerit de contrario in medium pri-deinde in ſui contrarium; & contraria ſunt in eodem genere ſicut dictum e-go neceſſe eſt vt media & contraria ſint in eodem genere. D.d. Sed or-dia, &c.i.&, quia media ſunt contraria, ideo etiam tranſmutatio ex eis erit per ſe, ſicut erit inter extrema mediantibus illis. D. d. & ideo ... eſt, &c.i.& propter hoc, ꝙ tranſmutatio debet eſſe de contrario in con-non tranſmutantur illa, quę non opponuntur ſibi adinuicem eſſentialiter. tranſmutatio erit de illis, quę ſunt oppoſita. Et quaſi iſte ſermo eſt con-mi. in primo enim poſuit ꝙ tranſmutatio eſt de contrario in contrarium. claraulit ex hoc, ꝙ tranſmutatio erit primo ad media. in hoc autem po-mutatio eſt ad media, & declarauit ex hoc, ꝙ tranſmutatio eſt de con-enim videntur conuerti. D.d. Et oppoſitorum, &c.i.& contradictoria-poſita non habẽt medium. & hoc manifeſtũ eſt. D.d. Alia vero oppo-& illa, quę ſunt oppoſita apud interrogationem per vtrum, ſunt qu... dictoria, & relatiua, & priuatiua, & contraria. Relatiuorum autem ... ſunt contraria, non habent medium. D.d.& cauſa in hoc, ſ. ꝙ quæ ... ua non habent medium, eſt ꝙ vnum relatiuorum poteſt eſſe in aliq... & ſuum correlatiuum in altero. vt ſciẽtia ſc tum. ſcientia enim eſt ... & ſcitum in ſubſtantia. Et ideo d.& non erit medium inter ſcientiam & ... D. d. ſed inter magnum & paruum.i. & medium non inuenitur in rela-in quibus eſt contrarietas, vt magnũ & paruum, inter quę eſt æquale.

Scĩa ẽ ĩ qua-litate, & ſci-tũ ẽ in ſuba. Oppoſitũ.7. Phyſ.20. Vide cõtra. Zim.

Quòd ſi media in eodem genere ſunt, vt oſtenſum eſt, et con-riorum media neceſſe eſt ipſa ex his contrariis componi. Aut erit aliquod genus eorum, aut nullum. et ſi genus quidem ... aliquid prius contrariis ſit, differentiæ priores contrariæ ... faciunt contrarias ſpecies, tanquam generis. ex genere nam... rentia ſpecies ſunt vtputa ſi album et nigrum contraria ſunt ... illud ſegregatiuus color, hoc vero congregatiuus: hę differentiæ ... gregatiuum et ſegregatiuum priores. quare priora inuicem ... ria ſunt. at vero quæ contrarie differentia ſunt, magis contra... cætera quoque et media ex genere et differentiis erunt. vt ... cunq; colores medii inter album et nigrum ſunt, hos opor... genere dicantur (eſt autem genus color) et ex quibus ... riis. hę vero non erunt prima contraria. quod ſi ſecus, ...

A aut album, aut nigrum erit, ergo aliæ. mediæ igitur primorum contrariorum hæ erunt. primæ vero differentiæ segregatiuum & congregatiuum. Quare hæc primum quærendum est, quæcunque contraria non in genere, ex quo media eorum. Quæ enim in eodem genere sunt, necesse est ut aut ex incompositis genere componantur, aut incomposita sint. & quidem contraria inuicem incomposita, propterea ꝙ principia sunt. media vero, aut omnia, aut nullum. ex contrariis vero aliquid fit. quare erit in hoc transmutatio, ante quã in illa. Vtroq; enim & magis & minus erit. medium igitur contrariorum hoc etiã erit. Ergo cætera quoque media composita sunt. id enim, quod vno minus, altero magis est, compositum ex illis quodam modo est, quorum vno minus, altero magis dicitur esse. Cum vero contrariorum alia priora eiusdem generis non sint, omnia media profecto ex contrariis erunt. quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrariis erunt.

B Si igitur media sunt in eodem genere, sicut declaratum est, & contraria habent media, necesse est vt sint composita ex istis contrariis. Quoniam aut habebunt aliquod genus, aut nõ habebũt. si habebũt, ergo erunt secundum hunc modum, quasi aliquod recipiens: ante contraria, & erunt contraria ante differentias, quæ fecerunt contraria. formæ enim sunt ex genere & differentiis. vt album & nigrũ sunt contraria, & alterum color segregans, & alterum color congregãs. iste igitur differentiæ segregans & congregans sunt ante. ergo ista sunt contraria ante. sed illa, quæ differunt secũdum contrarietatem, sunt magis contraria: ergo erunt ista media ex genere & differentiis. vt omnes colores, qui sunt inter album & nigrum. oportet igitur vt ista dicantur ex differentiis, & genus est color, & quòd ista sunt ex aliquibus differentiis, sed non erunt contraria prima. & si nõ, erit quodlibet aut album, aut nigrum, aut aliud medium. ergo erunt ista inter

C prima contraria, & primas differentias, quæ sunt tales, & quæ continent. Ergo quærẽda sunt ista primo, & omnia contraria, quæ nõ sunt ex aliquo medio in genere. Necesse est. n. vt illa, quæ sunt in vno genere, sint composita ex illis, quæ non sunt composita secundum genus, aut sunt nõ cõposita. Quoniam contraria non sunt cõposita ex inuicẽ, ergo sunt principia. media vero aut omnia, aut nulla. & erit aliquod ex contrariis. ergo erit transmutatio in hoc, antequam perueniat ad ista: erit enim vtrũque eorum minus, aut maius. Ergo & hoc ẽt est inter contraria. & ideo omnes partes cõpositæ sunt mediæ. cõpositum. n. ex altero magis quam ex altero minus, dicitur quoquo modo, quod est ex altero magis, & ex alio minus. Et cum non sint diuersa omnia contraria, ergo media sunt ex contrariis. ergo omnia, quæ sunt sub, & contraria & media erũt ex primis contrariis.

Si igitur media & cõ traria sunt iu eodem genere, vt dictum est, & media sunt media inter cõtraria, necesse est vt media sint composita ex illis contrariis. D, d, 23

Quoniã aut habebũt genus, etc. i. cõtraria aũt aut habebũt idẽ genus, aut nõ. ſed
ſi non habebũt idem genus, nõ erunt contraria. & ſi habuerint, continget vt illud
genus recipiat contraria. i. & ſic illud genus recipiet contraria, & illa quæ ſunt
inter contraria. & cõtinget vt ſint contraria ante differentias, ex quibus con[illegible]
euuntur cõtraria. D. d. formæ. n. &c. i. ſpecies. n. cõponitur ex generibus & diffe
rẽtijs. v. g. albũ & nigrũ, quę ſunt cõtraria: & albedo eſt color diſgregãs viſum,
& nigredo color cõgregãs viſum: & iſtæ differentię ſunt priores differẽtijs, ex
bus conſtituũtur media. ſegregãs. n. & congregãs ſunt ante in cõtrarietate al[illegible]
& nigro, cũ per illa ſint contraria albũ & nigrũ. D. d. ſed illa, quę differũt, &c.
& ſpecies cõtrariorũ, vt albũ & nigrũ, ſunt maioris cõtrarietatis, q̃ differẽt[illegible]
& d. hoc, quia diſgregatio & congregatio accidit eis magis & minus. D. d. ergo
erunt iſta media, &c. i. &, cũ hæc cõtraria fuerint cõpoſita ex genere & pri[illegible]
differẽtijs, & media illius generis ſint inter illa, neceſſe eſt vt iſta media ſint [illegible]
poſita ex genere & illis duabus differẽtijs oppoſitis ſcdm mixtionem: q̃m [illegible]

Dĩę colorũ recipiãt magiset minus,

differẽtiæ recipiũt magis & minus. v. g. colores medij inter albũ & nigrũ, q[illegible]
cõponũtur ex colore & ſegregatione & cõgregatione, ſed differũt ſcdm ma[illegible]
& minus. D. d. oportet igitur, &c. i. oportet igitur ſcdm hoc vt media ſint in e[illegible]
genere, & vt habeãt aliquas differẽtias cõtrarias, ſed nõ erunt prima cõtra[illegible]
D. d. &, ſi nõ, erit quodlibet, &c. q̃m differẽtiæ mediorũ aut erũt eædẽ cũ dif[illegible]
tijs primorũ contrariorũ, aut mediæ inter contraria: ſed dĩæ eorũ non ſunt p[illegible]
morum contrariorũ: ergo ſunt media inter differentias primorũ cõtrariorũ. [illegible]
q̃m mediũ inter album & nigrũ, aut eſt albũ aut nigrum, aut medium inter [illegible]
D. d. ergo erunt iſta, &c. i. ergo ſequitur, vt iſta media ſint inter contraria, q[illegible]
continent oĩa media, & vt differentiæ eorũ ſint inter differentias primorũ co[illegible]
trariorum. D. d. Ergo quærenda ſunt, &c. i. ergo oportet quærere ſemper iſta [illegible]
dia, & contraria, quæ non habẽt aliquod mediũ in vno gñe. q̃m illa, quæ ſ[illegible]
vno genere, neceſſe eſt vt ſint cõpoſita ex illis, quę nõ ſunt cõpoſita ex illis [illegible]
ſunt in illo genere, aut vt nõ ſint cõpoſita, ſ. aut ſint cõpoſita ex ſimplicibus [illegible]
vt ſint ſimplicia. D. d. Quoniã cõtraria, &c. i. q̃m cõtraria, cũ nõ ſint comp[illegible]
ex illo genere, ſequitur vt ſint principia cõpoſitorũ ex illo genere, ſ. me[illegible]
D. d. media vero neceſſe eſt, aut vt oĩa ſint ex contrarijs, aut nullũ eorum [illegible]
cõtrarijs. Et intẽdebat declarare ꝙ eſt impoſsibile opinari ꝙ quædam ſint [illegible]
contrarijs, & quædam non: & tacuit deſtructionem partis, dicentis ꝙ n[illegible]
eorũ cõponitur ex partibus contrarijs, quia eſt manifeſtũ ex hoc ꝙ ſunt m[illegible]
& quia primo ad illa tranſmutãtur cõtraria. & ideo d. ergo erit trãſmutatio [illegible]
ideſt, trãſmutatio ergo de cõtrario erit ad illud, qđ eſt mediũ, antequam [illegible]
ad ſecũdum cõtrarium. &, ſi eſſent alterius naturę, tũc tranſmutatio de cõtr[illegible]
in cõtrariũ mediantibus illis eſſet per accñs. D. d. erit. n. vtrũque eorũ magis [illegible]
minus. i. & cauſa in hoc, ꝙ trãſmutatio de cõtrarijs erit ad media, eſt, quia [illegible]

Si media differrẽt ſpẽ ab extremis, ñ eẽt illic iter, neq; motus. a Digreſsio, qua oſtendit nõ poſſe dari ęquale ad pondus, nec compſonem tpatam, qualẽ poſuit Galenus. Vide 1. Cœ. cõ. 7. & in 2. Colliget cap. 1.

traria recipiũt magis & minus. aut intẽdit ecõtrario, ſ. ꝙ, cũ fuerit poſitum [illegible]
tranſmutatio eſt primo de cõtrario in mediũ, ſequitur vt cõtrariũ recipiat [illegible]
& minus. Illud. n. quod non recipit magis aut minus, nõ habet trãſmutatio[illegible]
ideo, ſi media differũt in ſpecie ab extremis, non eſſet illic inter, quod [illegible]
ſariũ in motu, vt declaratũ eſt in naturalibus: nec eſſet illic tranſmutatio [illegible]
no. & ideo d. poſt. Ergo & hoc ẽt eſt inter contraria. i. ergo tranſmutatio [illegible]
ceſſario inter contraria. Deinde dicit, ideo & oẽs partes, &cæ. ideſt, [illegible]
modo eſt verũ dicere ꝙ omnia media ſunt compoſita ex contrarijs, ſed [illegible]
rio, ſcilicet ꝙ omnia compoſita ex contrarijs ſunt media. compoſita [illegible]
bus debent habere ex altero illorum minus, & ex altero magis. [illegible]
monſtratur ex ſuo ſermone: quoniam impoſsibile eſt ꝙ in compoſito [illegible]
trarijs ſint duæ partes æquales: ſed altera debet eſſe dominans, [illegible]
forma. Et hoc demonſtrat quod impoſsibile eſt inuenire complexionem [illegible]
diam in extremis contrarijs, vt dixit Gal. poſsibile eſſe. Quoniam, [illegible]
bile, tunc eſſet poſsibile inuenire compoſitum ex ipſis extremis, [illegible]
accideret eis tranſmutatio aut diminutio. Et iam fecimus ſermonem [illegible]
tem Galeno. Deinde dicit, compoſitum, enim &c. i. quoniam in compoſito [illegible]

A nitur ex altero contrariorum magis,& ex altero minus,non simpliciter,sed aliquo modo,i.in potentia. [a]partes enim compositi sunt in composito in potentia, non in actu.& ideo compositũ est vnum in actu.& forma per partem domini i. tem.& si non,non esset vnum in actu. D.d. Et,cũ non sint diuersa omnia contraria,ergo media sunt ex contrarijs.i.& cũ media sint inter res diuersas:& diuersitas earum non differt a diuersitate contrariorum : ergo media necessario sunt inter contraria:ergo omnia,quæ sunt sub medijs,& contraria non prima, & media sunt ex primis contrarijs.

a Partes cõpositi sunt in cõposito in potentia. ex hoc vř extrema nõ eẽ actu in medio. Vide.5. Phys. 6.19. 52. & 2. de Aia. 158.& 2.de Gen.c. 21.vbi d. oppositum. Vide cõ. Zim.

Caput Septimum. Differentiam secundum speciem contrarietatem esse.

ET quidem q cuncta media in eodem genere, & contrariorum media sint,ac ex contrarijs componantur, patet. Diuersum autem specie ab aliquo diuersum aliquid est,& hoc ambobus inesse oportet. vt si animal specie
B diuersum,ambo animalia.necesse est igitur in eodem genere esse,quæ specie diuersa sunt. Huiuscemodi enim appello genus,quo vnum & idem ambo dicuntur,non secundum accidens differentiam habens,siue vt materia existens,siue vt aliter. etenim non solum commune oportet existere, vt ambo animalia , verum etiam vtrique diuersum hoc ipsum animal: vt hoc quidem equũ, hoc vero hominem.quare hoc cõmune diuersum specie vicissim est. erit itaq; secundum se hoc quidem tale quid animal,hoc vero tale quid:vt hoc quidẽ equus,hoc vero homo . Necesse igitur hanc differentiam generis diuersitatem esse.dico nanque differentiam generis diuersitatem,quæ diuersum hoc ipsum facit. Cõtrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione.cuncta nanque oppositis diuiduntur.& quòd contraria in eodem genere sint ostensum est.contrarietas enim perfecta differẽtia erat:omnis vero speciei differentia est alicuius. aliquid :
C quare hoc & idem,& genus in ambobus.ideo in eadẽ coordinatione prædicamẽti sunt omnia cõtraria,quæcũque nõ genere differunt , & inuicẽ maxime diuersa.perfecta nanque differentia, & simul inuicẽ non fiunt. Differẽtia ergo contrarietas est. Hoc enim est diuersa speciei esse,quòd,cum in eodem genere sint,contrarietatem habent,indiuidua existentia. Eadem autem specie,quæcunque contrarietatem nõ habent, indiuidua existentia.in diuisione nanque,& in medijs fiunt contrarietates,antequã ad indiuidua deueniatur. Quare manifestum est, quòd ad id, quod vocatur genus , nec eadem,neque diuersa specie,vlla,quæ vt generis species,conueniunt. materia nanque negatione ostẽditur: genus vero materia eius est , cuius genus dicitur,nõ vt quod Heraclidarum,sed vt quod est in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere sunt,sed ab illis genere differunt,specie vero ab his, quæ in eodem genere sunt. etenim differentiam necesse est esse contrarietatem eius, a quo specie differt: hæc autem his solis inest, quæ in eodem genere sunt.

Vide cõtra. Zim.

Declaratum est igitur ꝙ omnia media sunt in eodem genere, & quòd sunt inter contraria, & quòd omnia sunt composita ex contrariis. Illud aũt, quod est aliud per formam, est aliud alicuius, & oportet vt hoc in sit vtrique. quoniã, si animal est aliud secundum formam, necesse est vt vtrunque sit animal, & vt illud, quod est aliud secundum formam, sit in eodem. Illud enim, quod est tale, bene dr̃ quòd ... sunt ex eodem, cum differunt non per accidens, sed secundum ... ram, siue alio modo. oportet .n. vt habeant illud, quod est comm... tãtum, vt animal vtrique, sed vt quodlibet eorum habeat aliud, ... idem animal. v.g. vt sit equus, & aliud homo. Necesse est igitur vt ... diuersitas sit alietas in genere. dico .n. quòd diuersitas generis est ... tas, & alietas est illud, quod facit hoc aliud. Contrarietas igitur, ... est in re, est eadem. Et hoc manifestum est ex sermone sequenti. ... nia .n. diuiduntur secũdum oppositionem. & iam declarauimus quòd cõtraria sunt in eodem genere. contrarietas .n. est perfecta diuersitas & diuersitas secũdũ formam: omne enim aliquod est alicuius ... hoc: ergo illud, quod est idem, & genus etiam dicitur de vtroque ... ideo omnia cõtraria conueniũt in eodem prædicaméto, quæ ... secũdum formam, nõ secundum genus. & ista quædam a quib... aliis magis. diuersitas enim est completa, & nõ est insimul vtr... Ergo diuersitas est contrarietas. Et dicũtur idem secundum form... omnia, quæ nõ habent contrarietatem: & sunt illa, quæ non ... tur. contrarietas enim est in diuisione, & in eis, quæ sunt me... tequam perueniãt ad illa, quæ non diuiduntur. Ergo manifest... quòd nihil est in rei veritate apud illud, quod dicitur genus, ... idem, neq; aliud in forma omnino in illa, quę est sicut formę ge... ris. materia .n. cognoscit̃ per negatiuã. genus aũt est materia illius ... dicit̃ genus, nõ sicut genus Herculeorũ, sed sicut illud, qđ est in ... sunt naturaliter. Neq; in illis, quæ non sunt in eodem genere, ... ferũt ab istis secũdum genus, & differũt secũdũ formã ab illis, q̃ ... in eodẽ genere. contrarietas .n. est diuersitas eius, quod diff... dum formã: & ista est in illis, quæ sunt in eodem genere tãtum.

24 Cum declarauit ꝙ contraria sunt in eodem genere, & ꝙ medium com... ex contrarijs, & ꝙ media sunt inter contraria, fecit rememorationem de ... Deinde incœpit declarare ꝙ illa, quę differunt secundum differentias & ... mas, conueniunt in genere, & d. Illud autem, quod est aliud, &cę. i. ... quod est aliud secundum formam, inuenitur in alio, & non sunt diuers... tia in eodem subiecto, sed in genere, in quo conueniunt. & hoc intend... d. & oportet vt hoc in sit vtrique. Deinde dicit. quoniam, si animal. ... se est .n. si animal diuiditur in duo diuersa secundum formam, s. in duas ... vt animal sit in vtroque, s. ꝙ vtrunque sit animal. D. d. & vt illud. & ... vniuersaliter necesse est vt illa, quę differunt secundum formam, s. ... in eodem genere. D. d. Illud enim quod est tale, &c. i. illa enim quę d... li diuersitate, s. secundum formam, sunt in eodem genere, cum non d... accidens, sicut illa, quę conueniunt in forma, & differunt secundum ... v.g. duo annuli, alter de auro, & alter dę argento. D. d. oportet .n. vt ... idest, oportet vt non conueniant nisi in re communi tantum, & vt differant ...

A illo, per quod vtrunque est aliud. Et intendit per hoc distinguere inter res diuer
sas, quæ faciunt illa, in quibus inueniuntur diuersa in specie, & res diuersas, quę
congregantur in eodem subiecto, & non faciunt illa, in quibus inueniũtur diuer-
sa secundum colorem & saporem: in istis enim non est contrarietas. illa autem,
quæ faciunt res existentes diuersas, faciunt hoc per contrarietatem, quæ est eis,
cum dictum sit ꝙ contraria sunt illa, quæ non congregantur in eodem subiecto
eodem modo. D.d. Necesse est igitur vt ista diuersitas, &c. i. ergo necesse est vt
iste modus diuersitatis, quæ facit contrarietatem, sit illud, per quod differt intra se
idem genus in sua substantia. D.d. dico. n. &c. i. & ideo dico ꝙ illud, per quod
differt idem genus, est aliud: & ista alietas facit genus diuidi per differentias cō-
trarias. D.d. Contrarietas igitur, &c. i. &, cũ ista sit contrarietas, quæ existit in
forma, est illa, quæ facit vt habeat idē genus. D.d. Et hoc manifestũ est, &c.
idest, & hoc, ꝙ forma, per quam diuiditur genus primo & essentialiter, habet in
se contrarietatem, manifestum autem est ex inductione. i. qm̃, cum considerata
fuerint omnia genera, inueniuntur ita. D.d. omnia. n. diuiduntur, &c. i. quæ non
congregantur in eodem. Et, cum posuit propositionem dicentem ꝙ differentię,
quibus genus diuiditur, sunt contrarię, posuit ꝙ contraria sunt in eodem genere,
ad concludendum ꝙ formæ, quibus diuiditur aliquid, sunt in eodem genere, &
d. & iam declarauimus, &c. i. & iam declarauimus superius ꝙ contraria sunt in
B eodem genere. Contrarietaş. n. est completa diuersitas: & completa diuersitas nō
intelligitur, nisi inter duo, quæ sunt eiusdem naturæ, v.g. inter duas extremita-
tes longissimæ lineæ, & in qualitate inter duas formas remotissimas. D.d. & di-
uersitas, quę est secundum formam, &c. i. & diuersitas, quę est secundum formã,
est contrarietas, quæ facit vt illa, quę diuersantur secundum ipsam, non congre-
gantur. D.d. ergo illud, quod est idem, & genus, i. illud ergo, in quo conueniũt
duę formę diuersę, est idem, & genus, de quo prędicantur. D.d. & ideo omnia
contraria, &c. i. & propter hęc omnia contraria, quę sunt in eodem prędicamē-
to secundũ formam, diuersantur non secundum genus. vt album & nigrum, dul-
ce & amarum, quę sunt in qualitate. D.d. & ista quędam a quibusdam alijs ma-
gis. i. & ista differunt abinuicem magis q̃; alia differentia, s. quę inueniuntur in
eodem subiecto. D d. diuersitas. n. est completa, &c. i. & intendit ꝙ duo diuersa
non inueniuntur insimul. Et in alia translatione d. diuersitas enim completa nō
erit, cum quędam fuerint cum quibusdam insimul. i. diuersitas. n. completa non
inuenitur in diuersis, quę sunt insimul in eodem, vt color, & albedo, & rationa-
litas. & ideo ista inueniuntur in generibus diuersis. illa autem, quę differunt
perfecta differentia, scilicet quę non inueniuntur in eodem, necessario sunt in
eodem genere. D.d. Ergo diuersitas, &c. i. ergo diuersitas secundum formam est
diuersitas secundum contrarietatem. diuersitas enim secundum formam est illa,
C secundum quam diuiditur idem genus, & non congregantur in eodem. & ista
est dispositio contrariorum. D.d. Et dicuntur idem, &c. i. illa, quę sunt idem se-
cundum formam, sunt omnia, quę non habent contrarietatem, s. particularia, quę
non diuiduntur. vt Socrates & Plato. D.d. contrarietas. n. &c. i. contrarietas. n.
est in forma, per quam diuiduntur prima genera, & media genera, donec perue-
niatur ad illa, quę non diuiduntur secundum formam, & sunt vltimę species, quę
diuidũtur in indiuidua. D.d. Ergo manifestum est, &c. i. ergo in genere non in-
uenitur aliquid, quod in rei veritate sit idem cum forma, quę est in genere, aut
aliud, qm̃ genus est materia. et materia cognoscitur per negatiuã, cum dr̃ ꝙ ma-
teria est priuatio formę. & intendebat declarare ꝙ in genere nihil est in actu,
ita ꝙ diceretur aut est idem cum forma existente in eo, aut aliud. D.d. genus aũt
est materia, &cę. idest, genus autem significat materiam, s. genus, quod dicitur in
rei veritate, non genus, quod dicitur de* omnibus attributis eidem* parti. v.g. ge
nus Herculeorum. D.d. sed illud, quod est, &cęt. i. sed genus, quod prędicatur de
rebus existentibus secundum naturam, quod ita definitur, s. ꝙ est prędicabile de
pluribus speciebus in eo ꝙ quid. D.d. Neque in illis, quę non sunt in eodem ge-
nere. idest neque diuersitas secundum formam inuenitur inter illa, quę non sunt
in eodem genere, Deinde dicit, & differunt secundum formam, &c. idest, & il-

Genus signĩficat materiã. Vide oppositum. 1. Me. c. 17. Vide cōtra. Zim.

* a. l. hoibus

* a. l. primũ.

la, per quæ differt forma, sunt in eodem genere. & causa in hoc est: quia contra rietas secundum formam est diuersitas, & diuersitas secundum formam est diuersitas secundum contrarietatem: & contraria sunt semper in eodē genere: ergo diuersa secundum formam sunt in eodem genere. & hoc intendebat, cum d. & isti ista, quæ sunt in eodem genere, s. diuersa secundum formam.

Caput Octauum. Dubitationis solutio, cur quædam contrarietas diuersa specie faciat: quædam uero non. Et an materia, diuersa specie faciat, uel ne.

Vide Auer. in Epit. Tractatu, 3.

DVbitabit autem quispiam, cur mulier a viro non speci differat, cum mas, & fœmina contraria existant, d rentia vero contrarietas sit. neque diuersum specie mal masculus, & fœmina, cum tamen hæc differen per se animalis sit, & non vt albedo, aut nigredo, quatenus animal, & masculus, & fœmina existant. Hæc autem du tatio fere eadem est, & cur hæc quidem contrarietas diuersa specie ciat, hæc vero non vt gressibile, & volucre, albedo vero & nigr non. An, quoniam illa quidem propriæ passiones generis sunt, hæ vero minima. & cum illud quidem ratio, hoc vero materia sit, q cunque in ratione contrarietates sunt, specie differentiam fac quæcunque vero in coassumpto materiæ, minime faciunt. Qua minis albedo, vel nigredo non facit, nec hominis albi ad hom nigrum secundum speciem differentia est, etiam si vnum nomen natur. homo nanque vt materia est, materia vero non facit differen tiam. non enim hominis species sunt homines. Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa sint, attamen totum diuersum quidem, specie vero non est diuersum, quoniā in ratione non est con trarietas. hoc autem est vltimum indiuiduum. Callias vero cum materia est, & albus homo, quoniam Callias albus. per cidens igitur homo est albus. Nec ęneus, & ligneus circu ue triangulus ęneus, & circulus ligneus ob materiam specie runt, sed quoniam in ratione contrarietas inest. Vtrum autem teria non faciat diuersa specie, cum quodam modo diuer An aliquo modo facit. Cur enim hic equus ab hoc homine sus specie, cum rationes eorum cum materia sint? An, q in ratione contrarietas inest. etenim hominis albi, & equ specie diuersitas est, non tamen prout hic quidem albus, hic ver ger: siquidem & si ambo albi essent, nihil minus specie diuer Masculus autem & fœmina proprię quidē animalis passiones sed nō secūdum substantiam, verū in materia, & corpore. qua semen aliquam passionem passum, aut fœmina, aut mas fit.

Et quęrendū est, quare mulier non differt a viro secūdum cum masculus sit contrarius fœminæ, & diuersitas est contra & quare animal masculū nō est aliud a fœmina scdm formā

A uersitas est per se animalis,& non est sicut albedo & nigredo, sed fœmina,& masculus sunt secundum ꝙ animal. Ista.n.quæstio appropinquat quæstioni,dicẽti quare quędam contraria faciunt alia secundũ formã,& quędam non.vt ambulans & pennatũ,albedo vero & nigredo nõ. Quædam.n.sunt passiones propriæ generi,& quædã nõ. ergo quædam sunt verbũ & quędam materia . ergo omnia contraria, quæ sunt in definitione,faciũt diuersitatẽ secundũ formã:& omnia, quæ sunt in re cũ materia,nõ faciunt.Et ideo albedo non facit hominem neq; nigredo:neq; homo albus differt secundũ formam in respectu hominis nigri,neq; si fuerit positũ vnum nomẽ.homo.n.est sicut materia, & materia nõ facit diuersitatem.quoniam homines nõ habẽt formas ideę.Ideo & si carnes & ossa sunt alia & alia,ex quibus sunt hæc & hoc,sed tamẽ totum congregatũ est aliud:secũdum vero formam nõ est aliud,quoniã in verbo nõ est cõtrarietas. & hoc est vltimũ,quod nõ diuiditur.
B Callias vero est sermo cũ materia, & albus est homo,quoniã Callias est albus,& homo est albus per accidens. Nec circulus cupri & ligni,neque triangulus cupreus, & circulus ligneus differunt secundũ formã propter materiam,& nõ sunt diuersa secundũ contrarietatem,sed quia in verbo est contrarietas. Sed vtrũ materia nõ facit aliud secundũ formã,cum sit diuersa aliquo modo? Et forte possibile est vt faciat.Et quare est equus alius secundũ formam ab hoc homine,cũ verba eorũ sunt cum materia? Aut quia in verbo est contrarietas, vt hominis albi & equi nigri. habent.n.formas,sed nõ quia alter albus,& alter niger.quoniã, si ambo essent albi,& formæ eorum essent in alia dispositione. Masculus vero & fœmina & si sint passiones propriæ animali cum non sint secundũ substantiam,sed sunt in materia & corpore.& ideo idem sperma erit aut fœmina aut masculus,postquam patitur aliquam passionem.

Et quærendum est quare masculus non differat a fœmina secundũ formã, cũ
C sint duo contraria:& diuersitas secundum contrarietatem est diuersitas secundũ 29
formã.et quare animal masculum non est cõtrarium animali fœminino,ita ꝙ sit
substantia,adeo ꝙ diuidatur his duabus differentijs diuisione specifica. Et dixis
hoc,qm̃ manifestũ est per se ꝙ masculus & fœmina sunt in omni genere anima-
lium eiusdem speciei. D.d.causam facientem hanc quæstionem, & dicit.ista.n.
diuersitas,&c.ide ẽ animal enim diuiditur his duabus differentijs essentialiter,
non accidentaliter,sicut diuiditur in album & nigrum. & intendebat quoniam,
si diuiditur essentialiter,necesse est vt masculus sit vna species, & fœmina alia
species. Deinde dicit,sed fœmina,&c idest & est necesse vt ista diuisio sit essen
tialis,quoniam diuisio animalis in masculum & fœminam est secundũ ꝙ est ani
mal,quod non est ita in albo & nigro. Deinde d. Ista enim quæstio, &c.idest &
similis est isti quæstioni quæstio, dicens quare quædam contraria faciunt spe-
cies, verbi gratia ambulatio & volatus & natatio. ambulans enim & volans
& natans diuersantur secundum speciem . & quædam non faciũt speciẽ,vt albe
do & nigredo.in eadẽ.n.specie inueniũtur albũ,& nigrũ. D.d. causam in hoc,
& dixit. Quædã enim sunt passiones,&c.& causa in hoc est,qm̃ quędã contra-
ria,in quę genus diuiditur,sunt accidentia & passiones illius generis, non diffe-
rentiæ substantiales,& quædam non,i.non differentiæ substantiales. Deinde d.
ergo quædã sunt verbum,&c.i,ergo quædam contraria sunt forma, quæ est

pars ſubſtantiæ rei, per quam diſponitur, & quædam eſt materia non attribu
ſubſtantiæ rei. Deinde dicit. ergo omnia contraria &c.i. ergo omnia contrari
quæ ſunt in definitionibus, ſcilicet quæ accipiuntur in eis pro differentijs, faci
diuerſitatem ſecundum ſpeciem, ſcilicet faciunt ſpecies contrarias. Omnia vero
contraria, quæ inueniuntur in materia, & ſunt accidentia materiæ non faci
ſpecies. & ideo albedo addita animali non facit hominem, ſicut rationalitas ad
dita animali facit hominem: neque homo albus differt ab homine nigro. Deinde
dicit. neque ſi fuerit poſitum, &c.i. & ſi aliquis poſuerit nomen proprium ho
mi nigro, & nomen proprium homini albo, tamen propter hoc non faciet ho
nem duas ſpecies. quoniam homo eſt ſicut materia albi & nigri, & album &
nigrum ſunt paſsiones materiæ: & paſsiones contrariæ materiæ non faciunt ma
teriam ſpecies contrarias. Deinde dicit. quoniam homines non habent form
ideæ, ſ. quia ſunt albi & nigri, aut habent alia contraria accidentia materiæ, ſ.
facit homines eſſe homines. rationalitas. Deinde dicit. Ideo & ſi carnes, &
& nulla alietas inuenitur in homine ſecundum materiam, etſi carnes & oſſa, e
quibus componitur hoc demonſtratum, ſint alia a carnibus & oſsibus, ex qui
componitur hoc aliud, ſ. diuerſæ complexionis. & ideo totum congregatum e
iſtis oſsibus & carnibus non eſt aliud a toto congregato ex iſtis oſsibus & c
nibus. & homo eſt vnus ſecundum formam, & alietas non inuenitur, niſi qu
in forma ſint contrarietates. Deinde dicit quoniã in verbo nõ eſt contrarietas.
& cauſa in hoc, ꝙ homo eſt vnus in ſua forma, eſt, quia in ſua definitione non
accipiuntur differentiæ contrariæ. Illa. n. in quorum definitionibus accipiuntur
differentiæ contrariæ, ſunt contraria. D.d. & hoc eſt vltimum, quod non di
tur. i. & illud, quod ſecundũ formã eſt vnum, eſt vltima ſpecies, quæ non d
tur niſi in indiuidua. D.d. Callias vero, &c.i. indiuiduum vero, v.g. Callias
compoſitum ex forma & materia. D.d. & albus eſt homo, &c.i. quoniam a
do & nigredo inſunt homini per accidens: & iſtæ differentiæ non faciunt
ſpecialitatem. albedo enim non eſt in homine, niſi quia eſt in quibuſdam i
duis hominis, vt Socrate & Platone. eſt igitur in homine non ſecundum ſp
ſed ſecundum ſua indiuidua. eſt igitur in ſpecie per accidens. Et ideo dicit.
circulus cupri, &c. ideſt nec etiam diuerſantur res in ſpecie propter diuer
ſuarum materierum in ſpecie, cum forma ſit vna, vt circulus factus ex cupro
ligno, & triangulus factus ex cupro aut ligno. D.d. & non ſunt diuerſa ſe
dum contrarietatem. i. & ideo illa, quæ diuerſantur ſecundum ſpeciem, non
uerſantur ſecundum diuerſitatem ſuarum materierum, ſed quia in ſuis form
contrarietas. D.d. Sed vtrum materia, &c.i. & quæritur vtrum ſit poſsibile
materia faciat aliud in ſpecie, quando materia fuerit diuerſa quoquo modo.
Et forte, &c.i. & forte exiſtimatur poſsibile eſſe vt iſta diuerſitas ſecundũ
teriam faciat diuerſitatem in ſpecie, quando duæ diuerſitates fuerint congre
ſcilicet in ſpecie & forma inſimul. D.d. Et quare eſt equus alius, &c.i.
aliquis quærat quare equus & homo ſunt alia ſecundum ſpeciem vtrum p
uerſitatem formarum, aut materierum, quia ſunt diuerſa in ambobus. Et
dit, quoniam poteſt aliquis fingere in talibus ꝙ diuerſitas earum in ſpecie
propter diuerſitatem eorum in materia. D. dedit exemplum, & dicit. vt h
albi, &c.i. v.g. homo albus & equus niger. hæc enim duo ſunt diuerſa ſec
materiam & formam. diuerſa enim ſecundum materiam, quia alter eſt al
alter eſt niger: ſecundũ formã vero, quia hoc rationale, hoc autem h
D.d. ſed non, quia alter albus, &c. ideſt, ſed manifeſtum eſt per ſe ꝙ ho
bus non differt ab equo nigro in hoc, ꝙ homo albus, & equus niger. De
dit cauſam in hoc, & dicit. quoniam, ſi ambo eſſent albi, &c.i. quoniam
conuenirent in albedine, eſſent in forma diuerſi, & propter hoc non co
in forma. & intendit ꝙ ſic eſt intelligendum in diuerſitate hominis &
materia, ſcilicet ꝙ iſta diuerſitas non facit diuerſitatẽ in forma, ſicut eſt
tio in homine albo & homine nigro. Et, quia quæſtio, a qua incœpit
& fœmina non eſt diſſoluta diſſolutione propria, incœpit dicere hoc. &
Maſculus vero & fœmina, &c. i. quæſtio autem dicta de mare & fœmina

Illa, ĩ quorũ definitioni-bus accipiũ-tur differen-tię cõtrariæ, ſũt cõtraria.

Illa, quę di-uerſantur ſe-cũdũ ſpeciẽ, nõ diuerſan tur ſedm di-uerſitatẽ ſua rum materie rũ, ſed quia in ſuis for-mis eſt con-trarietas. Idẽ prio de Ani ma cõ. 53.

A ſtentibus in animali ſic diſſoluitur. quoniam maſculinitas & fœmininitas, licet
ſint paſsiones eſſentiales animali & propriç ei, tamen non ſunt de numero diffe
rentiarum eſſentialium ſubſtantialium, ſed ſunt accidentia eſſentialia materiç, et
corporis animalis: ſed animal accipitur in definitione earum, non autem illa in
definitione animalis. D.d.& ideo idem ſperma, &c.i.& ideo materia maris &
fœminç vniuerſaliter eſt vna. Idem.n.ſperma, quando patitur aliqua paſsione,
fit ex eo maſculus: & quando patitur paſsione contraria, fit ex eo fœmina. Et
dixit hoc, quia paſsio eſt in prædicamento qualitatis, non in prædicamento ſub-
ſtantiç: & ſperma eſt in genere ſubſtantiç. Et forte intendit per paſsionem illud,
quod accidit ei de caliditate & frigiditate, illud quod declaratum eſt in genera-
tione animalium.

Caput Nonum. Quæ ſint contraria, quæ generi cam faciant differentiam.

QVid igitur ſit ſpecie diuerſum eſſe, & cur quædam ſpe-
B cie differant, quædam non, dictum eſt. Cum vero con-
traria ſpecie diuerſa ſint, corruptibile autem & incor-
ruptibile contraria ſunt (priuatio nanque determinata
impotentia) neceſſe eſt diuerſum genere eſſe corrupti-
bile & incorruptibile. Nunc quidem in ipſis vniuerſalibus nomini-
bus diximus. quare videbitur vtique non eſſe neceſſe quodcunque
corruptibile & incorruptibile diuerſa ſpecie eſſe, quemadmodum
nec album, & nigrum. Idem enim contingit & ſimul eſſe, modo vni-
uerſalium ſit. ſicuti homo profecto eſſe poſsit & albus, & niger. & ſin-
gularium fuerit idem (non ſimul) & albus, & niger, tametſi album
nigro contrarium ſit. Verum contrariorum quædam ſecundum acci-
dens quibuſdam inſunt, vt ea quç nunc dicta ſunt, ac alia multa: quç-
dam impoſsibile eſt, quorum eſt corruptibile, & incorruptibile. nihil
enim ſecundum accidens corruptibile eſt. accidens nanque contingit
non eſſe: corruptibile vero eorum eſt, quæ neceſſario inſunt his, qui-
C bus inſunt. aut vnum & idem corruptibile, & incorruptibile erit, ſi
contingit non ineſſe ei corruptibile. Aut ſubſtantiam igitur, aut in
ſubſtantia cuiq; corruptibilium neceſſe eſt corruptibile eſſe. Eadem
autem ratio & de incorruptibili eſt. eorum enim ambo ſunt, quæ ne-
ceſſario inſunt. Prout igitur & ſecundum ꝙ primum hoc quidem cor
ruptibile, illud vero incorruptibile, oppoſitionem habent. quare ne-
ceſſe eſt genere diuerſa eſſe. Manifeſtum itaque eſt quòd non contin
git tales formas eſſe, quales quidam aiunt. erit nanque & ipſe homo
hic quidem corruptibilis, ille vero incorruptibilis, quãuis formç eędẽ
ſpecie cum particularibus eſſe dicantur, & non æquiuocæ. quæ vero
genere diuerſa ſunt, plus diſtant, quam quæ ſpecie.

Dictum eſt igitur quare ſunt alia in forma, & quare quædam ſunt
diuerſa in forma, & quædam non. Et cum contraria ſint alia in for-
ma: & corruptibile & incorruptibile ſunt contraria: alia magis eſt ne
ceſſarium vt ſint genere corruptibile & incorruptibile ex priuatione

per differentiam ſine potentia. Et ideo diximus nunc in nominibus
ergo poſsibile eſt exiſtimare quòd non eſt neceſſe vt incorruptibile
& corruptibile ſint alia in forma, quemadmodum neque nigrum ne-
que album. Quædam enim poſſunt eſſe idem inſimul, cum fuerint
ex vniuerſalitate, vt homo, quoniam poteſt eſſe albus & niger. & poſ-
ſibile eſt vt hoc ſit in rebus ſimplicibus, & vt ſit vnum, & non inſimul
album & nigrum, & ſi album eſt contrarium nigro. Sed quædam con-
traria in quibuſdã rebus ſunt p accidens, dicta nunc, & alia multa,
quædam non poſſunt eſſe alicuius. & ſimiliter corruptibile, & in-
corruptibile. qm̃ nihil corrumpitur per accidẽs. accidens.n.poſsibile
eſt vt non ſit: corruptibile autem & incorruptibile ſunt rerum, quæ
ſunt neceſſario in his, in quibus ſunt. cum idem fuerit corruptibile
etiam, & ſi fuerit poſsibile vt non habeat corruptionem, ſimiliter.
Ergo neceſſe eſt vt corruptio ſit ſubſtantia, aut in ſubſtantia, cu-
iuſlibet eorum, quę corrumpuntur. Et iſte ſermo eſt poſsibilis etiam
in eis, quæ non corrumpuntur. vtrunq; enim eſt ex illis, quæ ſunt
neceſſario, quoniam ſunt ſuperius etiam primo modo, per quem
oppoſita. alterum enim eſt corruptibile, & alterum incorruptibile.
ergo neceſſe eſt vt ſint alia ſecundum genus. Et eſt manifeſtum, quod
impoſsibile eſt vt ſint formæ tales, vt quidam dicunt. & ſi non, erunt
homines quidam corrumpuntur, & quidam non, etſi iſtæ formæ dicun-
tur ꝙ ſecundum formam ſunt eædem cum ſingularibus, non autem
uoce. illa vero, quę ſunt alia in genere, magis diſtant, quam illa, quæ
ſunt alia ſecundum formam.

26 Dictum eſt igitur de cauſa, propter quam dicitur aliud eſſe aliud in ...
D.d. & quare quædam, &c.i & quare quędam eorum, quę diuidu...
cundum contraria, diuerſantur in ſpecie, & quędam non diuer...
ſpecie. Et, cum poſuit hanc quęſtionem, incœpit perſcrutari de corrupt...
incorruptibili, quomodo diuiditur ens in ipſa: vtrum ſecundum ꝙ genus ...
tur per differentias contrarias ſubſtantiales, aut ſecundum ꝙ materia di...
accidentia oppoſita: aut corruptibile & incorruptibile diuerſantur ſecund...
nus & formam, contraria enim non fugiunt ab iſta trina diuiſione. D.d. ...
contraria ſint alia, &c.i.& cum contraria faciant ſpecies diuerſas: et cor...
le & incorruptibile ſunt contraria: ergo corruptibile & incorruptibile ...
cies diuerſę. Quod.n.eſt tale, non collocatur ſub vno genere. illud.n.p...
differt corruptibile ab incorruptibili, eſt differentia priuationis diuerſa...
tiarum duarum, ſcilicet ꝙ corruptibile differt ab incorruptibili, quia alter...
bet ad corruptionem potentiam, & alterum non habet potentiam ad cor...
nẽ. Cõtraria vero, quę ſunt in eodem genere, differunt, qm̃ in genere ...
duę potentię diuerſę: quarum vna recipit alterum cõtrariorum, & altera ...
& ideo corruptibile & incorruptibile ſunt diuerſa non ſecundũ formam ...
ſcdm formam & genus. D.d. Et ideo diximus nunc in nominibus. & ...
quia corruptibile & incorruptibile ſunt duę differentię contrarię: & ...
congregat illa, eſt nomen ęquiuocum: & qui loquitur de tali natura, v.g. ...
quitur de corpore ſimplici, non loquitur niſi de nominibus. qm̃ hoc nomen ...
pus. v.g. quod dicitur de corruptibili & incorruptibili, eſt nomen ęquiuocum ...
ideo neceſſe eſt, ſi corpus corruptibile eſt compoſitũ ex materia & forma ...
corruptibile ſit non compoſitum, & vt materia & forma dicantur ęquiuoce ...
materia & forma ſit generabilis & corruptibilis. D.d. ergo poſsibile eſt ...

Corpus dictum de corruptibili & ęterno ẽ no-

A mare,&c.i.ergo est posſibile existimare de corruptibili & incorruptibili, ꝙ quidam talium contrariorum posſibile est vt inueniantur in eadem natura inſimul, qñ illa natura fuerit vniuerſalis. vt homo, posſibile.n.est vt quidam ſit albus,& quidam niger,& hoc inſimul. D.d. & posſibile est vt hoc ſit in rebus ſimplicibus,&c.i.& posſibile est in talibus iſtis contrarijs vt inueniantur in re ſingulari,ita ꝙ vnum ſit album et nigrum,ſed non inſimul, ſed album in aliquo tẽpore, & nigrum in alio. D.d.& ſi album eſt contrarium, &c.i.ſed iſta quęſtio,& ſi cõcedatur in ea ꝙ corruptibile eſt contrarium incorruptibili:qm̃ quędam accidunt illi contraria,in quo ſunt,& quędam imposſibile eſt vt ſint in eodem genere.Et intendit ꝙ,cum contraria ſunt tribus modis,quorum duo ſunt deſtructi in definitione corruptibilis & incorruptibilis,remanet tertius,ſ.contraria ſubſtantialia,q̃ non ſunt in eodem genere. D.d.& ſimiliter corruptibile & incorruptibile,&c.i. quoniam ſunt ex contrarijs exiſtentibus in re eſſentialiter , non accidentaliter: cum imposſibile eſt dicere in aliquo corruptibili ꝙ eſt corruptibile per accidẽs. Illud enim,quod corrũpitur,non corrũpitur niſi in ſua ſubſtãtia, ſ.illud quod videtur corrumpi ſimpliciter. D.d.accidens.n.posſibile eſt vt non ſit, &c.i.& eſt differentia inter contraria eſſentialia & accidentalia:quoniam accidentalia posſunt eſſe in illo, in quo ſunt,& nõ eſſe:eſſentialia vero ſunt neceſſario. & corru-

B ptibile & incorruptibile ſunt de rebus neceſſarijs in rebus , quę diſponuntur per illa.D.d.cum idem fuerit,&c.i.quoniam cum idem fuerit corruptibile,eſt corruptibile neceſſario.& ſimiliter,ſi fuerit incorruptibile,ſemper etiam diſponetur ꝑ incorruptibilitatem neceſſario. D.d.Ergo neceſſe eſt,&c.i.&, cum corruptio eſt de rebus neceſſarijs rebus corruptibilibus,ergo neceſſe eſt ut corruptio ſit ſubſtãtia cuiuslibet eorum,aut ſit aliquid exiſtens in ſubſtantia cuiuslibet eorum,ſ.aut eſt ſubſtantia,aut ſequitur ſubſtantiam rei. D.d.Et iſte ſermo, &c.i. & talis ſermo dicitur de rebus, quæ non corrumpuntur, ſ. quoniam priuatio corruptionis, aut eſt ſubſtantia eorum,aut ſequitur ſubſtãtiam. D.d.quoniã ſunt ſuperius,&c. i.magis.n.differunt quã illa,quę opponuntur primo modo: & ſunt illa, quę ſunt oppoſita,quorum genus eſt idem. D.d.ergo neceſſe eſt,&c.i.& cum magis differãt quam oppoſita in genere, ergo neceſſe eſt vt ſint diuerſa ſecundum genus. D.d. Et eſt manifeſtum,&c.i.et manifeſtum eſt ex hoc,ꝙ imposſibile eſt vt ſit hic eadem forma in ſpecie æterna & non ęterna,ſicut quidam dicunt,quoniam, ſi ita eſſet,eſſet posſibile vt quidam homines eſſent ęterni, & quidam generabiles & corruptibiles:quoniam & generatio & corruptio tunc eſſet in eis per accidens, vt albedo & nigredo. D. d.etſi iſtæ formę , &c.i. & imposſibile ſequitur, quoniam formę ſeparatę ponuntur eædem cum ſingularibus in natura:ita ꝙ nomen homo dicatur de ſeparato & ſenſibili vniuoce & non æquiuoce . Et dixit

C hoc,quia iſte ſermo eſt ponentium formas . dicunt enim ꝙ formę ſeparatę ſunt ſubſtantię formarum ſenſibilium , Qui autem ponit formas æquiuocas cum iſtis formis ſenſibilibus,non eſt loquendum cum eo. D.d. illa vero, quę ſunt alia in genere,&c.i.& illa,quæ diſtant ſecundum genus,magis diſtant quam illa , quæ diſtant ſecundum formam:quoniam illa,quę diſtant in forma, ſunt in eodem genere,& illa,quæ diſtant ſecundum genus, non conueniunt in vna natura omnino propter cauſam prædictam ,

men ęquiuocũ . Idem primo cœli cõmen.5.

Illa,q̃ diſtãt ſcdm genus, nõ cõueniũt in vna natura oĩno. vide idẽ ſupra cõ.8.

Decimi Metaphyſicorum cum Commen. Auer.

FINIS.

ARISTOTELIS

METAPHYSICORVM

LIBER VNDECIMVS,

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima reassumuntur dubitationes, de quibus in Tertio libro habitus est sermo.

In Secunda narrantur ea, quę ad huius scientię consyderationem pertinent: de quibus in Quarto libro. ex his autem nonnullarum quęstionum supra- ctarum solutiones eliciuntur.

In Tertia ex ratione consyderandi ac definiendi modo annotatur huiusce scientiæ ad alias differentia: quarum hic fit diuisio. Item ens per acciden- scientiarum consyderatione abijcitur: de quibus omnibus in Sexto.

In Quarta agitur de Motu, de Infinito, de Diuisionibus motus, & de Non- larum definitionibus: de quibus omnibus in Tertio, & Quinto Physicorum

Summæ Primæ Caput Primum. Mouentur dubitationes circa Sapientiæ consyderationem.

QVOD quidem Sapientia scientia quædam cir- principia est, patet ex primis, in quibus ad ea, ab alus, de principiis dicta fuerunt, dubitatum. Ambigat autem quispiam, vtrum ipsam Sapi- par sit vnam esse scientiam, an plures. si enim vna certe semper contrariorum est. at principia traria non sunt. quòd si non vnam, quales has nere oportet. Item demonstratiua principia lari vtrum vnius est, an plurium. nam si vnius, cur huius magis cuiuscunque. quòd si plurium, quales has ponere oportet. Præte- vtrum omnium substantiarum, an non. nam si omnium, difficile qualium nam sit reddere. si autem non omnium vna, incertum quonam modo contingit plurium eandem scientiam esse. Præte- rea, vtrum circa substantias solum, an etiam circa accidentia. si circa accidentia demonstratio est; circa substantias non est. q- ra, quænam vtraq;, & vtra sapientia sit. demonstratiua enim sapi- tia, quæ circa accidentia est: quæ vero circa ipsa prima, quæ sci- tiarum est. At nec circa causas, quæ in Physicis dictæ sunt, quærimus, scientia ponenda est. neque enim circa ipsum cuius ca- tale enim est bonum. hoc vero in agendis, & his, quæ sunt in m- existit. & hoc primum mouet. tale namque finis est. in immobili- vero primum mouens nō est. Et omnino dubitatationem habet,

A circa sensibiles substantias est, quæ nunc quæritur, scientia, an non, sed circa alias quasdam. etenim si circa alias, aut circa formas erit profecto, aut circa mathematica. quòd autem formæ non sint, manifestum est. Attamē etiam, si quis eas ponat esse, dubitationem habet, cur non ita se habet de cæteris, quorum formæ sunt, quemadmodum de mathematicis? dico autem, quòd mathematica quidem, media ponunt formarum, & sensibilium esse, quasi tertia quædam præter formas, & ea, quæ hic sunt. at tertius homo non est, nec equus, præter ipsum, & particulares. Quòd si, vt aiunt, non sunt, circa qualia ponendum est, quod Mathematicus tractet? non enim circa ea, quæ hic sunt. nihil enim horum tale est, quale Mathematicæ scientię quęrunt. At vero nec circa mathematica est, quæ nunc quęritur scientia. nihil enim horum separatum est. Verum nec sensibilium substantiarum. corruptibiles nanque sunt. Et omnino dubitare aliquis possit qualisnam scientię sit, de Mathematicorum materia dubitare. nec.n.
B Naturalis, eo ꝙ circa ea, q̄ in se principium motus & quietis habent, oīs Naturalis intentio est. Nec illius, quæ de demonstratione, & sciā tractat. circa nanq; idipsum genus consyderationē facit. Restat itaq; Philosophiam propositam de hisce rebus tractare. Dubitauerit autē quispiam profecto, si hęc, quæ quæritur, scientia ponenda sit circa principia, quæ a quibusdam elementa vocātur. hæc aūt omnes inesse cōpositis ponunt. At magis videatur vniuersalium eam oportere esse, quæ queritur sciā. omnis.n. ratio, omnisq; scientia vniuersaliū, nō vltimorum est. quare sic erit vtiq; primorum generum. hæc aūt sane fuerint ens, & vnum. hæc.n. maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principiis assimilari, eo ꝙ natura prima sint. corruptis nanq; eis, simul cætera quoq; pereunt. oē enim, ens & vnū. Quatenus aūt necesse est, vt differentiæ participent his, siquis hęc genera ponat, nulla vero differentia participat genere, hoc pacto non videbitur ea genera ponere, neq; principia. Itē, si magis principiū est, qđ
C simplicius q̄ quod minus tale sit, vltima vero eorū, q̄ ex genere sunt simpliciora, q̄ genera sint (hæc.n. indiuidua sunt: genera vero in plures species, & differentes diuiduntur) magis species, q̄ genera videantur principiū esse. quatenus vero species simul cū generibus pereunt, genera magis assimulātur principiis. principiū nanq; est, quod coninterimit. Hæc vtiq; & huiuscemodi alia sunt, quæ dubitationē habēt.

Caput Secundum. Proponuntur dubitationes de rebus iis, quæ ab hac scientia consyderari dicuntnr.

ITem, vtrum ponendum est quicquam prēter particularia, an non, sed horum est, quæ quæritur, scientia. at hæc infinita sunt. quæ vero præter singularia sunt, aut genera, aut species sunt. neutrius autem horum, quæ quæritur, scien-

tia eft. cur enim hoc impofsibile fit, dictum eft. Etenim omnino h
fitationem habet, vtrum arbitrandum fit aliquam feparatam fub
tiam præter fenfibiles fubftantias, & has quæ hic funt, an non, fed
la effe entia, & circa illa Sapientiam verfari. quærere nanq; viden
aliã quandã, & hoc eft nobis propofitum. dico autem videre fi
per fe feparabile fit, & in nullo fenfibilium exiftens Item, fi pr
fenfibiles fubftantias eft aliqua alia fubftantia, præter quales fen
les ea ponenda effet. cur enim magis præter homines, quam pr
equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata ponenda
at his fenfibilibus, & corruptibilibus fubftantiis alias fempit
æquales ponere profecto extra rõnem cadere videretur. Quòd
quod nunc quæritur, principiũ non eft a corporibus feparabile,
aliud magis, quã materiam quis ponet? at hæc actu quidem non
potentia vero eft. Magis itaq;, ac principalius ea videatur effe p
pium, fpecies & forma. verum hæc quoq; corruptibilis eft. quare
nino, non eft perpetua fubftantia, & per fe-feparabilis. Sed hoc in
ueniens eft. videtur nanq; effe, ac ab ipfis maxime * gratia præ
quæritur, tanquam fit tale principium, ac talis fubftãtia. Quo
pacto ordo erit, non exiftente aliquo perpetuo feparato, ac per
te? Item, fi eft aliqua fubftantia, & principium naturale, quale
quærimus, & hoc omnibus vnũ, & idẽ ꝑpetuis, atq; corruptib
dubitationem habet, cur cũ idem principium fit, quędam, quæ
lo principio funt, æterna funt, quædam non. hoc.n. inconuenien
Et fi aliud quidẽ corruptibiliũ principiũ, aliud æternorum eft
corruptibiliũ æternum eft, fimiliter dubitabimus. Cur.n. pri
æterno exiftente, non æterna, quæ fub æterno funt? corruptibili
exiftente, aliud quoddã huius principium fit, & illius aliud, & hoc
infinitum procedet. Quòd fiquis rurfus (quæ maxime videntur
nobilia principia effe) ens & vnum ponat, primo quidem nifi
quid & fubftantiã vtrunq; eorũ fignificet, quõ feparabilia, & per
fa erunt? talia nanq; prima, & æterna principia quærimus. Q
fubftantiã, & quod quid vtrunq; eorũ fignificet, omnia entia
tiæ funt, cũ de omnibus ens prędicetur. de quibufdã vero ẽt vnu
cta vero entia fubftantiã effe falfum eft. Item illis, qui primum p
pium ipfum vnum aiunt, & hoc fubftantiam effe, ex vno vero, &
ria primo numerum generant, & hunc fubftantiam effe dicunt
contingit verum effe quod dicitur? Dualitatem nanq;, & cæt
compofitorum numerorum vnumquenq;, quonam modo vnu
telligere oportet? de hoc enim nec dicunt aliquid, nec vt dic
le eft. Si quis vero lineas, aut quæ has fequuntur (dico autem
fuperficies) principia effe ponat hæc non funt fubftantię fepar
verum fectiones & diuifiones, illæ quidem fuperficierum,
corporum. puncta vero linearum funt, & etiam ipfarũ ear
mini. hæc autem omnia in aliis funt, & nihil feparabile eft.

* Elegantiffimis.

A quonam modo arbitrari oportet vnius & puncti substantiam esse? omnis nanq; substantiæ generatio est, puncti vero minime. punctum enim diuisio est. Prębet autem dubitationem hoc etiam, quòd omnis quidem scientia vniuersalium est, & eius, quod tale est: substantiā vero non esse vniuersalium, sed magis ipsum quod quid & separabile. quare, si scientia circa principia est, quonam modo arbitrari oportet principiū substantiam esse? Item, vtrum est aliquid præter ipsum totum, an non. dico aūt materiam, & quod cum ea est. Nam si non est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt. quod si est aliquid, species & forma profecto fuerit. hoc itaq; in quibus est, in quibusue non est, difficile determinare est. in quibusdam enim manifestum est non esse formam separabilem, vtputa domo. Item principia, vtrum specie, an numero eadem sint. si enim numero vnum, omnia erunt eadem.

B *Summa secunda. Narrantur ea, quæ ad huius scientiæ consyderationem pertinent, de quibus in Quarto libro. Ex iis autem nonnullarum quæstionum supradictarum solutiones eliciuntur.*

Caput Primum. Primam Philosophiam de ente, prout est ens, speculari: quod vt ea, quæ ab vno, vel ad vnum, dicitur.

Prima Philosophia ens vt ens vniuersaliter & non secundū partē consyderat.

CVm autem Philosophi scientia sit entis prout ens, vniuersaliter, & non secundum partem, ens vero multipliciter, & non secundum vnum modum dicatur, si æquiuoce, & non secundum aliquid commune dicitur, non est sub vna scientia: talium enim non est vnum genus. quòd si secundum aliquod commune, erit vtiq; sub vna scientia. Videtur autem prædicto modo dici, quemadmodum medica-
C tiuum, & salubre. etenim vtrunq; horum multipliciter dicitur. dicitur nanque hoc modo vnumquodq; eorum, eo q hoc quidem ad medicandi scientiam quodam modo referatur, hoc vero ad sanitatem, hoc vero aliter, vnumquodq; vero ad idem. medicatiuus nanq; sermo, & cultellus dicitur, eo quòd ille quidem a medicandi scientia, hic vero ei vtilis. similiter & salubre. hoc enim, quia sanitatis significatiuum: hoc vero, quoniam factiuum. idem autem modus, & de cæteris est. Eodem autem modo & omne ens dicitur. eo nanq; quòd entis, prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiuscemodi sit, dicitur ens vnūquodq; eorum. Cum autem omnis entis ad vnū quid & cōe reductio fiat, contrarietatum quoque singulæ ad primas differentias, & contrarietates entis reducentur, siue multitudo & vnum, siue similitudo & dissimilitudo primæ sunt entis differētiæ, siue aliquæ aliæ, sint autem hę speculatione perceptę. Nihil autem interest ad ens, vel ad vnum entis reductionem fieri.

etenim si non idem, sed aliud sit, attamen conuertitur. & ipsum enim vnum quodam modo ens, & ipsum ens vnum est. Cum autem & eiusdem scientiæ sit cuncta contraria speculari, vnumquodque horum secundum priuationem dicatur, quorum aliquid intermedium est, quemadmodum iusti & iniusti, dubitauerit quispiam quonam modo secundum priuationem dicantur. Circa omnia talia sane priuatio ponenda non totius rationis, sed vltimæ speciei. vtputa iustus est secundum habitum quendam legibus obtemperans, iniustus erit omnino tota ratione priuatus. circa vero obedientiā legum deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit. eodem autem modo & de aliis. Quemadmodum autem Mathematicus circa abstracta speculatur: tollendo nanq; omnia sensibilia, ita speculatur, vtputa grauitatem & leuitatem, duritiem & contrarium, item autem calidum & frigiditatem, & cæteras sensibiles contrarietates: solum vero relinquit quantum & continuum, horum quidem ad vnum, horum vero ad duo, horum autem ad tria, & passiones eorum prout quanta, & continua sunt, non prout aliquid aliud speculatur, & horum quidem situs adinuicem consyderat, & ea quæ eis insunt, horum vero commensurationes & incommensurationes, horum autem rationes, attamen vnam omnium, & eādem scientiam ponimus Geometriam: eodem modo etiam circa ens se habet. Quæ enim ei prout ens est accidunt, & eius prout ens contrarietates, non est alterius scientiæ, quam Philosophiæ speculari. Naturali nanque speculationem de eis, non prout entia, sed prout motu participant, attribuere queat quispiam. Dialectica vero, & Sophistica de his, quæ accidunt quidem entibus, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est: restat Philosophū esse circa prædicta speculatiuum, prout entia. Cum vero & omne ens secundum vnum quid & commune multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad prima nanq; contrarietates, & differentias entis reducuntur) huiusmodi uero possibile sit sub vna scientia esse, soluetur profecto dubitatio in principio dicta. dico autem in qua dubitatur, quonam modo multorum & genere differentium vna quædam scientia erit.

Caput Secundum. Primum Philosophum uersari circa communia principia in uniuersum.

Vide. 12. meta. cō. 5.

CVm autem etiam Mathematicus proprie specialiter communibus vtatur, horū quoq; principia speculari Primi Philosophiæ profecto erit. quod enim ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt quę restant, commune quidē in omnibus quantis est. Mathematica vero abstracta circa quandam suæ materię partem speculatur, vt circa lineas, angulos, aut numeros, aut aliquid cęterorum quantorum ...

A proutentia,sed prout vnumquodque horum ad vnum, vel duo, vel
tria continuū est.Philosophia vero de particularibus quidem, prout
vnicuique horū aliquid accidit,non considerat: circa vero ens prout
ens,vnumquodque horū speculatur.Eodem autem modo circa etiā Vide.7.Meta.cō.9.
Naturalem scientiam se habet,quo Mathematica.Naturalis nanque
accidentia & principia entium prout mouentur, & non prout entia
sunt,speculatur.primam vero scientiam horum diximus esse, prout
ipsa subiecta entia sunt,& modo prout aliquid aliud . Propter quòd
& illam,& Mathematicam scientiā Sapientiæ partes esse ponēdū est.

Caput Tertium. Quod circa primum principium non contingat falsum dicere:redarguunturq; illi, qui aliter senserint.

ESt autem aliquod in entibus principium , circa quod
B dicere falsum non erit, sed necesse est semper contra-
rium facere.dico aūt verum dicere, vtputa ꝙ non con
tingit idem secundum vnum, & idem tempus esse, &
non esse:& cætera eodem atque hæc, opposita. & de his
talibus simpliciter quidē demonstratio non est,ad aliquem autē est.
non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdem face
re,quod esse oporteret,si simpliciter demonstrare esset. Ad illum ve-
ro,qui dicit locutiones oppositas,accipiendum est ab eo , qui mon-
strat hoc falsum esse,aliquid tale,quod idē erit quidem ei, quod nō
contingit secundum vnum & idem tempus idem esse , & non esse ,
non autem appareat idem esse.sic enim solummodo demonstretur ad
eum,qui dicat oppositas locutiones de eodem verificari.Qui autem
sermonem inuicem communicaturi sunt,oportet vt aliquatenus inui
cem intelligant.hoc enim non facto,quomodo erit eis inuicem ser-
monis communicatio?Oportet igitur nominū vnumquodque notū
esse,& aliquid significare,nec multa,sed vnum.quòd si plura signifi-
C cet,manifestare ad quod eorum nomen fert.Qui igitur dicit esse hoc
& nō esse hoc,qđ omnino esse dicit,non dicit.quare id,quod nomen
significat,idipsum nō significare dicit.hoc aūt impossibile est. vnde
siquidem significat aliquid,hoc scilicet esse hoc,impossibile est con-
tradictionem de eodem verificari.Item,si nomen aliquid significat,
& hoc verificatur, oportet hoc necessario esse.quod vero necessario
est non contingit tunc non esse.oppositas ergo non est possibile locu
tiones de eodem verificari . Item,si nihil magis affirmatio, quā ne-
gatio verificatur,qui dicit hominem, vel non hominem,nihil magis
verum dicet.attamen videri potest,quòd si hominem non equum es-
se dicat,aut magis,aut non minus verum dicere,quam si non homi-
nem.vnde etiam,si eundem dicit equum esse, verum dicet. oppositas
enim similiter erit veras esse.accidit igitur eundem, & hominem , &
equum esse,aut cæterorum animalium aliquod. Horum sane nulla

est simpliciter demonstratio: verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est. Facile autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari. nunc vero, cū seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Omnino autem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verū erit. scilicet inquā, ꝙ contingit idem secundum vnum & idem tempus esse. Quemadmodum. n. & ipsis diuisis nihil magis affirmatio, quam negatio verificatur, eodem modo simul vtroque, ac complexo, ac si vna quædā affirmatio esset, nihil, magis negatio, quā totum tanquam in affirmatione positum verificabitur. Itē, si nihil est vere asserere, id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse. ꝙ si aliquid sit, soluetur profecto, quòd ab illis dicitur, qui ad huiuscemodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt. D

Caput Quartum. Redarguitur Protagoræ opinio falsa, asserentis omne, quod opinamur verum esse: assignaturque deceptionis ipsius causa. E

Protagoras aiebat hoīes oīum rerum eē mensurā. Idē. 10. Meta, 5.

Simile autem dictis est & quod a Protagora dictum est. & ille nāque omniū rerū mensurā hominem aiebat esse: nihil aliud dicens, nisi quod id, quod vnicuique apparet, hoc ēt indubitato esse. hoc autem posito, idem accidit esse, & non esse, & malum & bonū esse, & cætera, quæ secundum oppositas locutiones dicuntur: propterea quòd plerunque his quidem hoc apparet, istis vero contrarium esse bonum: mensurā autem esse, quod vnicuique appareat. Soluetur autem hęc dubitatio, viso vnde huius opinionis principium venit. Videtur etenim quibusdam quidem ex Naturalium opinione sumpsisse principium, quibusdam vero ex eo ꝙ non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrarium. nihil. n. ex non ente fieri, omne vero ex ente fere omnium Naturalium est decretum. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat, & minime ex non albo, nunc vero factum non album, si fieret ex nō ente albo, quod fit non album fieret profecto ex non ente secundum illos, si non erat idem album, & non album. Non est autem difficile hanc dubitationem soluere. dictum est enim in Naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiunt. At similiter vtrisque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui sibi ex aduerso addubitant, attendere stolidum est. manifestum est enim, ꝙ alteros eorum necesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ secundum sensum fiunt. nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdā contrarium apparet non corruptis, & læsis alteris organo sensus, & iudicatiuo prædictorum saporum. hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros vero minime. Similiter F

Nihil ex nō ente, oē vero ex ente fieri cōe est Naturalium decretū. Idē 1. Ph. te. 34.

A autem & de bono, & malo, & turpi, & aliis huiuſcemodi dico. nam non ponere eſſe, niſi ea quæ apparent, nihil differt ab his, qui digitũ viſui ſupponentes, ex vno duo apparere faciunt, ac duo eſſe putant, propterea quod tot apparent, & rurſus vnum. illis nanque, qui viſum non mouent, vnum apparet, quod vnum eſt. Simpliciter autem inconueniens eſt ex eo, quod præſentia videntur mutabilia, & nunquam in eiſdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare. oportet etenim ex eis, quæ ſemper ſimiliter ſe habent, nullamque mutationem faciunt, veritatem venari. talia vero ſunt, quæ in mundo. hæc. n. non quandoque quidem talia, rurſus autem alia apparent, verum ſemper eadem, nullius mutationis participantia. Præterea, ſi motus, & aliquid motũ eſt, omne vero ex aliquo in aliquod mouetur, oportet igitur quod mouetur eſſe adhuc in eo, ex quo mouetur, & non eſſe in eo, & ad hoc moueri, ac fieri in eo, aut contradictionem non B verificari ſecundum eos. At ſi ſecundum quantum præſentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis verum non ſit, cur ſecundum quale non manent? Videntur autem haud minime ea, quæ ſecundum contradictiones ſunt, de eodem prædicari, ex eo, quod putant quantum in corporibus nõn manere, propterea quòd idem & quatuor cubitorum eſt, & non eſt. ſubſtantia uero ſecundum quale. hoc enim determinatæ naturæ, quantum uero indeterminatæ eſt. Item cur, cum hunc cibum præcipiat medicus, ſumunt? quid nanque magis hoc, panis quam non panis ſit? quare nihil differt comedere, uel non comedere. nunc uero tanquam uerum dicente circa idipſum, & hoc cibo exiſtēte, qui præceptus fuit, ſumunt illum. at non oportebat, cum nulla natura in ſenſibilibus firmiter maneat, ſed omnes ſemper fluant, ac moueantur. Item, ſi ſemper quidem alteremur, & nũquam iidem permaneamus, quid mirum, ſi nunquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis? etenim his eo quòd non ſi- C militer diſpoſitus habitus eorum ſit, ut cum ſani erant, non ea apparent ſimilia, quæ ſecundum ſenſus, cum ipſa quidem ſenſibilia nullã mutationem propter hoc participent, diuerſas tamen ægrotis, & nõ eaſdem ſenſationes faciunt. Eodem igitur modo fortaſſe neceſſe eſt ſe habere, ſi dicta mutatio fit. Quòd ſi non mutamur, ſed iidem permaneamus, ſit aliquid profecto permanens.

Veritas ex quibus.

Sẽſibilia oĩa ſemper mutari.

Caput Quintum. Quibus ſupradicta opinantibus cum difficultate, facileue ſit occurrere. Item locutiones omnes neç ueras, nec falſas eſſe poſsibile eſſe.

AD eos igitur, qui ex ratione prædictas dubitationes habent, non eſt facile diſſoluere, ſi nihil ponant, nec huius rationem querant. hoc enim modo omnis ratio, omniſque demõſtratio fit. ſi enim nihil ponunt, ipſum diſputare, & omnino orationem perimunt. quare

ad eos quidẽ nõ est sermo. Ad illos vero qui hæsitant, facile est ex iã D
traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere, quæ faciunt in eis dubitationem: vt ex prædictis patet. Quare manifestum est ex his, quòd non est possibile locutiones oppositas de eodem, vno & eodẽ tpe verificari: nec ipsa contraria, cum omnis contrarietas secundum priuationem dicatur. hoc autem patebit, resoluentibus ad principiũ rationes contrariorũ. Similiter nec mediorũ quicquã possibile est de vno & eodẽ prædicari. si.n. albũ sit aliqd subiectũ, dicẽtes illud, nec nigrũ, nec albũ falsum dicimus. accidet.n. illud albũ esse, & nõ esse. alterũ.n. cõplexorũ de eo verificabitur. hoc aũt est albi contradictio. Neq; igitur secũdũ Heraclitum dicẽtibus, vera dicere possibile est, neq; secũdum Anaxagorã. aliter accidet contraria de eodẽ prædicari. cũ.n. in omni re dicat omnis rei partẽ esse, non magis dicit esse dulce, quam amarum, aut quacunq; cæterarũ cõtrarietatũ, si omnia quidem non solũ in omni potẽtia, verũ ẽt actu, & seiunctim insunt. E
Similiter aũt nec oẽs locutiones falsas, nec veras possibile est esse: tũ propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionẽ euenirent: tum ẽt quoniã si cunctæ falsæ sint, nec cũ hoc ipsum aliquis dicet, verũ dicet. si autem veræ, cũ oẽs falsas dicet, non falsum dicet.

Summa Tertia. Annotatur Primæ Philosophæ ad alias sciẽtias differentia. Item ens per accidens a scientiarum consideratione abiicitur: de quibus omnibus supra in Sexto.

Caput Primum. Primam Philosophiam ab aliis differre scientiis, quarum hic fit diuisio, ex considerandi ratione, ac definiendi modo.

OMnis aũt sciẽtia circa vnumquodq; eorũ, quæ sub ea scibilia sunt, principia quędã & causas quærit, vt Medicatiua, & Exercitatiua, ac singulæ Effectiuarũ, vel Mathematicarũ. harũ etenim vnaquęq; circa quoddã circũscriptũ genus, tanquã existẽs, & ens, nõ tamẽ prout ens est, tractat. sed hæc alia quædã scientia præter illas scientias est. dictarũ vero scientiarũ vnaquæq; accipiens aliquo modo ipsum quid est in vnoquoq; genere, cætera vel debilius, vel exactius conatur ostendere. Accipiũt autem ipsum quid est quædã per sensum, quædã supponentes. Vnde ex hac inductione patet substantiæ, & ipsius quid est demonstrationem non esse. Cũ autem sit aliqua de natura scientia, patet quòd & ab actiua, & ab effectiua diuersa erit. Effectiuæ nanque in faciente, non in eo quod fit, motus principium est. & hoc, aut ars quædam, aut alia vis est. Similiter & actiuæ, nõ in eo q̃ agitur, sed magis in agentibus motus est. Naturalis vero scientia circa ea, quæ in seipsis habent motus principium est. Quòd itaque neque actiuam, F

A neque effectiuam, sed speculatiuam esse Naturalem scientiam necesse sit, ex his patet: in vnũ nanque horum genus eã cadere necesse est. Cum vero vnicuique scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum q̃d est scire, & hoc vt principio vti, oportet non latere quonam modo definiendum Naturali sit, quoque modo substantiæ ratio sumenda sit, vtrum vt simum, an magis vt concauũ. horum enim, simi quidã ratio vna cum materia rei dicitur, concaui vero absque materia. simitas nanque in naso fit. & ideo ratio quoq; eius cum eo dicitur. simũ enim est nasus concauus. manifestũ est igitur etiam carnis, & oculi, cæterarumq; partium rationem cũ materia reddendam esse. Cum autem quædã sit entis scientia, prout ens & separabile est, considerãdum est vtrum eam eandem cũ Naturali ponendũ sit, an magis aliã. Naturalis sane circa ea est, quæ motus principiũ in seipsis habent. Mathematica vero speculatiua quidem est, & hæc quædã circa manentia, nõ tamen separabilia. Circa separabile igitur ens, & immobile
B ile alia præter has ambas scientia est, si aliqua quidem talis substãtia est. dico autem separabilis, & immobilis, quod tentabimus ostendere. &, si qua talis in entibus natura sit, illic profecto diuinitas erit, & hoc erit primũ & principale principiũ. Patet igitur tria genera speculatiuarũ esse scientiarum, Naturalem, Mathematicam, Theologiam. Optimũ igitur speculatiuarum quidem scientiarũ genus, harum sane ipsarum ea, quæ vltimo dicta est. circa nanq; honorabilissimum entium est. vnaqueq; vero melior, aut deterior dr̃ secundum propriũ scibile. Dubitauerit autem quispiam, vtrum entis, prout ens est, scientiam vniuersalem ponere oportet, an non. Mathematicarum etenim vnaquæq; circa vnum quoddam determinatum genus est. vniuersalis vero communis de omnibus est. Si itaque naturales substãtiæ primæ sint entiũ, ipsa quoq; Naturalis scientia prima scientiarũ erit. quod si alia natura, atq; substantia separabilis, & immobilis est, necesse est
C vt scientia quoq; eius alia sit, & Naturali prior, & vniuersalis prior.

Caput Secundum. Ens per accidens a nulla considerari scientia: ipsumque non habere causas nec principia. Nec etiã de ente uero quarenda esse principia. Item de Fortuna causa per accidens existente.

CVm autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum vnus est, qui secundum accidens dicitur esse, primo de ente hoc pacto considerandum est. Quòd igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetur, patet. Nec enim ars ædificatoria, quidnã illis, qui vsuri sunt domo, accidit considerat: vtputa, si anxie, vel ecõtrario habitabunt, neque textura, neque sutura. quod vero proprium sibiipsi est, solum vnaquæque istarũ scientiarũ considerat. hoc autem

finis proprius eſt.neque quatenus muſicum & grammaticum: nec qđ is,qui muſicus eſt,factus grammaticus ſimul ambo erit,cum prius nõ eſſet.quod autem cum nõ ſemper eſſet,eſt,hoc fiebat.quare ſimul muſicus,& grammaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certæ ſcientiæ ſunt,quærit,præter Sophiſticam,hæc enim ſola circa accidens verſatur. Quare non male Plato ait,cum dixit Sophiſticam circa nõ ens immorari. Quòd autem nec ſit poſsibile accidentis ſcientiam eſſe, manifeſtum erit,ſi videre conabimur quidnam accidẽs ſit. omne itaque dicimus quoddam quidem ſemper,& ex neceſsitate eſſe (ex neceſsitate autem non ea dico,quæ ſecundum violentiam dicitur,ſed qua in demõſtrationibus vtimur)quoddam vero vtplurimũ, quoddam autem,nec vtplurimum,nec ſemper & ex neceſsitate,ſed vt contingit. vtputa ſub cane fiat frigus: ſed hoc nec vt ſemper ex neceſsitate,nec vtplurimum fit, quandoque tamen accidet. accidens ergo eſt,quod fit quidem,non ſemper tamẽ,nec ex neceſsitate, nec vtplurimum. Quid itaque accidens ſit dictum eſt. Cur vero non ſit huiuſcemodi ſcientia,patet. omnis nanque ſcientia eius eſt, quod ſemper, aut plurimum eſt.accidens vero in neutro horum eſt . Quòd autem entis ſecundum accidens non ſint cauſæ,& principia talia, qualia per ſe entis,manifeſtũ eſt.eſſent enim omnia ex neceſsitate. nam ſi hoc exiſtente,hoc erit,& hoc,hoc(atque id nõ vt cõtingit, ſed ex neceſsitate)illud quoque ex neceſsitate erit,cuius hoc cauſa erat, vſque ad vltimum dictum cauſatum.hoc vero ſecundum accidens erat. quare ex neceſsitate omnia erunt,& de entibus auferetur,tũ quod ad vtrũlibet ſe habet,tum ipſum contingere & fieri & non fieri. At & ſi cauſa non vt ens, ſed vt ea,quæ fit, ſupponatur, eadem accident. omne nanque ex neceſsitate fiet.etenim craſtina eclipſis fiet,ſi hoc fiat. hoc vero,ſi aliud quiddam.& hoc, ſi aliud. & hoc itaque modo, ſi ab eo tempore finito,quod a nunc eſt vſque cras,dematur tempus , deueniet aliquando ad exiſtens.quare cum hoc ſit, cuncta , quæ ſequuntur,ex neceſsitate profecto fient. vnde ex neceſsitate omnia fient. Quoddam autem vt verum & non ſecundum accidens eſt ens, quod eſt in mentis complexione,& paſsio in ea.quare circa illud,quod ita eſt ens,non quæruntur principia,verum circa id,quod extra & ſeparabile ens eſt. Quoddam vero non neceſſarium, ſed infinitum. dico autem quod ſecundum accidens eſt.huius vero inordinatæ & infinitæ cauſæ ſunt.Ipſum vero alicuius gratia in eis eſt,quæ a natura,aut a mente fiunt.Fortuna vero eſt,cum aliquid horum ſecundum accidens fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per ſe, quoddã ſecundum accidens eſt,ita & cauſa. fortuna vero ſecundum accidens cauſa eſt in eis,quę ſecundũ electionẽ alicuius gratia fiunt. quare circa idem fortuna & mens.electio nanque abſente mente non eſt.Cauſæ vero,quibus ea fiant,quæ a fortuna ſunt, indeterminatæ ſunt,quare humanę cogitationi incertę ſunt.& cauſa per accidẽs eſt.ſimplici

Sophiſticen circa accidẽs verſari, | Fortuna, | D | E | F

A ter vero nullius. Bona vero fortuna & mala dr̃, cum bonũ aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium circa magnitudines horum. Cum autem nihil secundũ accidens prius his sit, quę secundũ se sunt, nec igitur causæ. Si itaque fortuna aut casus cœli causa est, prior, mens & natura causa erit.

Summa Quarta. De Motu, de Infinito, de diuisionibus motus, & nonnullorum terminorum definitionibus: de quibus in Tertio, & Quinto Physicorum.

Caput Primum. De Motu.

EST aũt hoc quidem actu solum, illud vero potentia: hoc autem potentia & actu. hoc quidem ens: illud vero quantum: hoc autem cæterorum aliquid. Non est autẽ

B motus præter res. mutatur enim semper secundum entis prædicationes, commune autẽ nihil in his in vlla prædicatione. vnumquodque vero dupliciter omnibus inest, velut hoc. nã hoc vt forma, hoc vero vt priuatio ac sc̃dm qualitatẽ hoc albũ, illud nigrũ, secundũ quantitatẽ hoc perfectũ, illud imperfectum. eodẽ modo & secundũ lationẽ: nã hoc sursum, illud deorsum, aut leue aut graue. quare motus & mutationis tot sunt species, quot entis. Cũ autẽ vnũquodq; genus in actum & potentiam diuidatur, actum eius, quod potẽtia est, prout tale est, dico esse motũ. Quòd aũt vera dicimus, hinc constat. cum.n. ædificabile, ꝑut tale, ipsum dicimus esse actu quatenus ædificatur, & hoc est ædificatio. similiter eruditio, curatio, volutatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. Accidit aũt moueri cum actus ipse fuerit, & neq; prius, neq; posterius. actus aũt eius, qđ est potẽtia, cũ actu ens agat, nõ prout ipsum, sed ꝑut mobile, motus est. dico aũt prout sic: nam æs potentia est statua, non ta-

C mẽ actus æris, prout æs, motus est. non.n. idem est æri esse, & alicui potentię. Quòd si idem esset simpliciter, ac secũdũ rationes, eẽt profecto ęris actus motus quidã. at nõ est idẽ quod & in cõtrariis patet. siquidẽ posse sanari, posseq; ęgrotare, nõ est idem: alioqui & sanari & ægrotare idẽ foret. subiectũ vero, quod sanabile, aut ęgrotabile est, siue humor, siue sanguis, vnũ idemq; est. Cũ nõ sit igitur idem, sicut nec color, ac visibile idem est, constat motũ esse actum rei possibilis, prout possibilis est. Quod igitur ipse est, & qđ tunc contingit moueri, cũ actus ipse sit, & quod nec ante nec post, manifestũ est. nã cõtingit vnũquodq; aliquãdo qdem operari, aliquãdo minime. velut ędificabile, ꝑut ędificabile: & ædificabilis, prout ędificabilis actus, ædificatio est. aut.n. hoc, ędificatio in ædificabili actus, aut domus. at vbi domus fit, non vltra ędificabile erit. ędificatio vero eius est, qđ ædificabile est. necesse itaque ędificationem actũ esse. ędificatio vero motus

quidam est.eademque in cæteris motibus ratio est. Quòd vero hæc D
sint recte dicta, ex his quoque constat, quæ alii de ipso referunt. tum ex eo ꝙ non facile est ipsum aliter definire. nec enim licebit cuiquam in alio genere eum collocare. Et patet ex his etiã, quæ alii protulerunt. quidam enim alteritatem, inæqualitatem, & ipsum non ens, quorum nullum necesse est moueri. at neque mutatio hæc, neque ex his potius quã ex oppositis est. Causa vero, propter quam in his motum statuerunt, ea est, ꝙ indefinitum quiddam videtur esse motus: alterius verum coordinationis principia, vtpote priuatiua, indefinita sunt. nam nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorum vl um ipsorum est. Quòd vero motus indefinitus esse videatur, ea est causa, ꝙ neque inter ea, quæ sunt potentia entia, nec quæ secundum actum, ponere ipsum est. nec enim quod potest quantum esse, moueri necessarium est, nec actu quantum. At motus actus quidam esse videtur, quanquàm imperfectus. causa vero est, ꝙ imperfectum est E
possibile, cuius actus est. quamobrem difficile ipsum comprehendere, quidnam sit. nam aut in priuationem necessario reponetur, aut in potentiam, aut in actum simplicem. horum autem nullum videtur cõtingere posse. superest igitur quod dictum est, esse & actuum, & non actum qui dictus est, qui etsi difficilis cognitu sit, tamen contingit esse. Simul & illud perspicuum est, motum esse in moto. actus enim eius est a motiuo. Neq; alius est motiui actus: oportet enim vtriusq; actum esse. nam motiuũ est, eo ꝙ possit: mouens vero, eo ꝙ operatur, verũ actiuũ est ipsius mobilis: quare eodẽ modo vnus vtriusq; actus. quẽadmodũ eadem distãtia ad duo vnius, & ad vnũ duorũ, ascensus quoq;, ac descensus, at esse nõ est vnũ, ita etiã in mouẽte, & in moto.

Caput Secundum. De Infinito.

Quid sit infinitum.

INfinitum vero est, aut qđ impossibile est pertrãsire, eo F
ꝙ non sit aptũ permeari, quemadmodũ vox inuisibilis: aut qđ transitũ habet inconsummabilem: aut qđ vix: aut qđ natura aptum est habere, nequaquam tamen trãsitũ, aut finem habet. Item secũdum appositionem, aut ablationem, aut ambo. Separabile sane ipsum quicquã esse impossibile est. nã si nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & nõ accidens, indiuisibile erit. siquidem diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo est. ꝙ si est indiuisibile, nõ est infinitũ, nisi quẽadmodũ vox inuisibilis est. verũ nec sic aiũt nec nos si quærimus, sed tanquã impermeabile. Prætera, quonam modo cõtinget esse per se ipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorum infinitum passio est? Præterea, si secũdũ accidens, nõ esset sane rerum elementũ prout infinitũ est: sicuti nec inuisibilis locutionis, tametsi vox inuisibilis est. Quòd aũt infinitũ non potest esse actu, patet. erit namq; quæq;

Vide cõtra, Zim.

Infinitũ indiuisibile.

Infinitũ actu eẽ nõ posse.

A pars eius infinita, quæ accipitur. nã infinito esse, atq; infinitũ, idem: si quidé infinitũ substãtia, & non de subiecto sit. aut igitur inuisibile, aut per infinita diuisibile, si partibile est. verũ multa infinita idé esse impossibile est. quemadmodum.n. aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, si substantia, & principium sit. impartibile igitur, & indiuisibile est. verũ hoc impossibile, actu esse ens infinitũ: necessariũ.n. quantũ esse. scd̃m accidens igitur existit. at hoc mõ dictum est non posse principiũ esse, verũ id potius, cui accidit numerũ, vel par esse. sed hæc fortasse inquisitio vniuersalis est. Quòd vero in sensibilibus nõ est, hinc constat. nam si est corporis ratio hoc, esse superficie definitum, nõ sane fuerit infinitum corpus, nec intelligibile, nec sensibile. Cæterũ nec numerus ita est, tanquã separatus, atq; infinitus. quippe cũ numerus, aut quod habeat numerũ, numerabile sit. Quòd si naturaliter potius contéplemur, ex his patet. neq;.n. compositorũ, neq; simplex poterit esse. Compositũ nanq; non erit corpus, si finita quidem sunt multitudine elementa. oportet nanq; contraria æquari, nec esse vnũ eorũ infinitum. nã etsi quãtumuis inferior sit alterius corporis virtus, corrũpetur finitũ ab infinito. nec possibile est vnumquodq; esse infinitũ, si corpus quidé est, qđ vndecunq; habet dimensionem: infinitum vero, qđ infinite distat. quare infinitũ corpus vndecunq; infinitũ erit. Nec vero vnum & simplex contingit infinitum esse corpus. nec, vt quidã aiunt, præter elementa, vnde hæc generant. tale nanq; corpus præter elementa non est. nã cuncta, ex quibus sunt, in ea ẽt resoluuntur. hoc vero nõ vr̃ p̃ter simplicia corpora, neq; ignis neq; aliud vllũ elemétorum. etenim absq; eo ꝙ aliquod horũ infinitũ sit, impossibile est vniuersum, & si finitũ sit, aut esse, aut fieri aliquod eorũ vnũ, vt Heraclitus dicit, oĩa quandoq; igné fieri. Eadé rõ & de vno est, qđ faciunt p̃ter elementa Naturales. oẽ.n. ex contrario in contrariũ, velut ex calido in frigidũ transit. Item corpus sensibile alicubi est, idemq; partis ac totius locus, velut terræ. quare, si vniforme sit, aut immobile erit, aut sp pelletur. hoc vero impossibile est. quid.n. deorsum potius quã sursum, aut vsquã? velut si gleba sit, quo mouebitur, aut vbi manebit? locus.n. eiusdé generis corporis illius infinitus est. continebit igitur totũ locũ. At quõ? Quæ igitur mansio, motusq; eius? An vbiq; manebit? non mouebitur ergo. An vbiq; mouebitur? no ergo stabit. Quòd si vniuersum dissimile sit, loca quoq; dissimilia erunt. Ac primũ quidem non vnũ vniuersi corpus, nisi tactu. Deinde aut finita erunt hæc, aut infinita spẽ. finita quidem impossibile. nã q̃dam infinita erunt, q̃dã minime, si totũ infinitũ sit, velut ignis aut aqua. at hoc erit contrariis corruptio. qđ si infinita, ac simplicia, loca quoq; infinita, & elemẽta infinita erunt qđ si est impossibile, locaq; finita sint, totũ item necessario finitũ erit. Et oĩno impossibile infinitũ esse corpus, & locũ corporibus, si oẽ quidem corpus sensibile, aut grauitatem hẽt, aut leuitatem. aut.n. ad mediũ, aut sursum mouebitur. verũ impossibile

Infinitũ in sensibilibus non esse.

infinitum, aut totum, aut mediũ, aut quodcunq; passum esse. quo.n. D
modo diuides, aut quo pacto infiniti hoc quidem sursum fuerit, hoc vero deorsum, aut extremũ, aut medium? Omne item corpus sensibile in loco: loci vero species sex. in corpore vero infinito hæ esse non possunt. Omnino aũt si impossibile est locum infinitum esse, corpus quoq; impossibile est. quod.n. in loco est, id alicubi est hoc vero, aut sursum, aut deorsum, aut aliqd cæterorũ significat, quorũ vnũquodq; terminus quidã est: Infinitum vero nõ idem in magnitudine, motu, & tempore, tanquã vna quędam natura, sed ipsum posterius secundũ prius dicitur. veluti motus secundum magnitudinem, super quam fit motus, aut alteratio, aut augumentatio: tẽpus vero propter motũ.

Caput Tertium. Distinguitur motus per se a motu per accidens, & secundum partem. Quot modis aliquid in aliud mutari dicatur. In quot, & quibus prædicamentis sit motus. Immobile item quot dicatur modis. E

TRansmutatur vero quod trãsmutatur, hoc quidem secũdum accidens, veluti cum dicimus musicum ambulare: illud vero, eo ꝙ eius quippiam mutetur, simpliciter dicitur mutari, vt quę secundum partem dicuntur. sanatur nanq; corpus, quoniam oculus. Est præterea, quod per se primum mouetur, & hoc est per se mobile. Est item de mouente quoq; eodem modo. mouet nanq; quoddã per accidẽs, quoddam secundũ partem, quoddam per se. Est rursus aliquid, quod primo mouet: & est aliquid, quod mouetur. Item tẽpus, in quo, ac præterea ex quo, demũ, & ad quod. formæ vero, passionesq;, ac locus, ad q̃ mouẽtur mota, ea immota sunt. veluti scientia & calor est vero motus, non caliditas, sed calefactio. Mutatio aũt non ꝑ accidens haud quaquã in oĩbus est, sed in cõtrariis ac mediis, atq; ẽt in cõtradictione. cuius rei fides in inductione est. Mutatur aũt quod mutatur, aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum. Alio autem subiectum, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutationes esse. illa.n. quæ ex non subiecto in non subiectum, nõ est mutatio. nec enim contraria, neq; contradictio est, quia neq; oppositio. Mutatio igitur ex non subiecto in subiectũ scd̃m contradictionem, generatio est: quæ quidem simpliciter simplex, quæ vero cuidã, quędam, at quæ de subiecto in non subiectum, corruptio: quæ simpliciter simplex, quæ cuiusdam, quædam. Si itaq; non ens multifariã dicitur, & nec quod secundum compositionem, aut diuisionem dicitur moueri cõtingit, nec item quod scd̃m potentiam, quod oppositũ est ei quidem, quod simpliciter est (non album.n. aut non bonum contingit nihilominus secundum accidens moueri. esse nanq; homo põt non album) quod vero simpliciter non hoc, id nequaquam. nam impossibi-

A le est non ens moueri. si igitur hoc, & generationem motum esse. fit enim non ens. nam etsi maxime secundum accidens fit, attamen verum est dicere de eo, quod simpliciter fit, quod est nõ ens. Eodem modo igitur & quiescere. Hæc itaq; omnia accidunt absurda, si quicquid mouetur, in loco est, non ens vero in loco non est: esset enim vsquã. Nec corruptio igitur motus. siquidem motui motus aut quies contrarium est. corruptio vero generationi est contraria. At cum omnis motus mutatio quædam sit: mutationes vero tres, quæ dictæ sunt, harum vero, quæ secundum generationem & corruptionem minime sic motus (sunt autem illæ secundũ contradictionem) necesse ex subiecto in subiectum mutationem solam motum esse. subiecta vero, aut contraria, aut media, nam & priuatio contrarium esse ponatur, quandoquidem & affirmatio declaratur, veluti nudum, cæcum, & nigrũ. Si igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco, facere pati, ad ali-
B quid & quantitate diuidantur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci. Secundum vero substantiam minime: propterea q substantiæ nihil contrariũ est. Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterum nullatenus mutatum. quare scd̃m accidens horum motus erit. Nec præterea agentis aut patientis, neq; omnino moti ac mouentis: cum non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec deniq; mutationis mutatio. Bifariam enim cõtingit motionis motum esse. nã aut tanquam subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrũ mouetur. quare sic etiã motus, aut calefit, aut frigefit, aut loco transfertur, aut crescit. id vero impossibile est cũ motus non sit aliquod subiectorum. Aut eo q aliud quoddã subiectũ ex mutatione in aliã speciem mutetur. Vt homo ex morbo in sanitatem. At nec hoc possibile, preterquam per accidens (omnis nanq; motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio eodem modo. ve-
C rũtamen quæ ex oppositis sic aut sic, non sunt motus) alioqui simul ex sanitate in morbum mutatur, atq; ex ea ipsa mutatione in aliam. constat itaq; q, cum ægrotauerit, in quãuis mutatus erit. continget enim quiescere. ac preterea nõ semper in quãcunq;, & illa quoq; ex aliquo in aliud quiddam erit. quare opposita erit conualescentia, verum ex accidẽti, vt ex reminiscentia in obliuionem mutatur, quia id, cui inest quãdoq; in sciam, quãdoq; in sanitatem mutatur. In infinitũ preterea procedet, si mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. necesse igitur & priorem fore, si posterior fuerit. vt si simplex aliquando fiebat generatio, illud quoque, qđ fiebat, simpliciter fiebat. quare nondũ erat qđ simpliciter fiebat, sed qđ fit aliquid, aut qđ iam fiebat. si igitur hoc etiã aliquãdo, fiebat cur nondum erat. qđ tunc fiebat: cũ vero in infinitis non sit aliquid primum, non erit primũ: quãbrem neq; consequens erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquã possibile est. Eiusdem præterea motus cõtrarius atq; quies, generatioq; & corruptio. quare qđ fit, cum factum fuerit, quod fit tũc

corrumpitur.nec.n.statim,cũ fiat,nec post.nam esse opus est quod cor D
rumpitur. Item necesse materiã subesse ei,quod fit, & mutatur.quæ igitur erit velut alterabile quiddã,aut corpus , aut anima, ita quiddã etiam eius, quod fit,aut motus,aut generatio,& aliquid item ad hoc mouetur.nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc,quod motus non est,esse motum. Quonam igitur modo ? Non erit doctrina doctrinæ. quare neq; generatio generationis . Cum vero neq; substantiæ , nec ad aliquid,neque faciendi , ac patiendi , superest secundum quale, & quantum,& vbi motum dũtaxat esse. quandoquidem in horũ singulis contrarietas est. Quale autem dico,non quod in substantia(si quidem differentia quale est) verum pasiuũ quale, quo dicitur res, aut pati,aut impasibilis esse. Immobile autem est,& quod omnino impossibile est moueri:& quod in multo tẽpore vix mouetur, aut quod tarde incipit . & quod natum quidem est moueri, non posit autem, quando natũ est,& vbi,& quomodo: quod sane inter immobilia solũ E
voco quiescere. cõtraria.n.quies motui.quare priuatio erit susceptiui.

Caput Quartum. Nonnullorum terminorum assignantur definitiones.

Simul secundum locum esse dicuntur , quæ in vno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso . Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium , in quod natum est prius venire quod mutatur,quam ad quod vltimum mutatur,secundum naturam continue mutatum. Contrarium secundum locum , quod secundum rectitudinem plurimum distat. Consequens est,cuius principium sequentis, aut solo situ, aut forma,aut aliquo quodam modo definito,atque illius,cuius est consequens,nihil est medium eorum , quæ in eodem genere sunt . velut linea lineæ,aut vnitas vnitatis , aut domus ipsius domus . aliud vero mediũ esse nihil prohibet.Consequens nanq; alicuius consequens,ac quoddã posterius est.non.n.vnũ consequens duorũ,neq; nouilunium F
consequens secundæ.Attiguũ vero,qđ consequens tangit. Cæterũ cũ omnis mutatio in oppositis sit, hæc vero contraria , ac contradictio, contradictionis vero nihil medium est,cõstat quòd medium in contrariis est. Continuum sane, quoddam attiguum,aut tangens est.dicitur vero continuum,cum idem fiunt , atque vnus vtriusque termini,quibus tangunt,& se continuant . quare patet in his esse continuũ, ex quibus vnum quiddam natum est secundum contactum fieri. Et quod consequens primum sit , constat. consequens nanque non tangit.hoc vero consequens est. & si continuum est,tangit . quòd si tangit,nondum continuum est.in quibus vero non est tactus, in his non est cohęrentia.Quare non est punctũ idem vnitati.nã illorum est tactio, harum vero minime , sed consequenter . & illorum quidem est aliquid intermedium,harum vero minime.

Vndecimi Metaphysicorum Arist. Finis.

AVERROIS IN DVODECIMVM METAPHYSICORVM PROOEMIVM.

Paulo Israelita interprete.

QVONIAM nec Alexandri, nec Posteriorum in aliquam huius scientiæ dictionem glosa, expositioue reperta est, nisi in hanc dictionem, cuius quasi duæ tertiæ partes glosę Alexādri, & completa Themistij paraphrasis mihi ablata est, ideo in singulis articulis Alexandri sententiam recensere ratum fore censui, & quod Themistius, & nos apposuimus, aut dubitauimus, adijcere.

Alexander igitur in hanc dictionem exorsus, inquit ꝙ hęc dictio descripta per literam Lamech, scilicet duodecima litera alphabeti, continet, & est vltimum huius scientiæ & finis. In alijs enim dictionibus dubitationes, & earundem solutiones tradidit: quod ipse in his, quæ deinceps sunt, duabus dictionibus adimpleuit. in quibusdam vero tractat de rebus consequentibus ipsum ens, secundū ꝙ ens. in hac autem dictione de fine entium secundum ꝙ entia: qui quidem principium est & prima substantia, cuiys secundum vltimum veritatis existentia est. ostēdit enim talis conditionis dari substantiam, quidq; hęc ipsa substantia sit explanat. Et hoc est, quod demum in hac arte deposcitur. Duę nanque sequētes dictiones nihil primaria intentione nuntiant, nec quicquam proprijs rationibus demonstrāt: sed nil aliud quam eorum, qui entium principia formas, numerosq; statuunt, sententiam refellere moliuntur. licet enim idem facere aggressus est in dictione signata per literam Aleph maiorem, de hoc tamen in duabus hic dictionibus sermonem consumat. Insuper hanc vltimam esse dictionum, quibus huius scientiæ cōsyderatio fit eius, in principio dictionis tertię, necnon & alijs in locis verborum series insinuat. Hæc summa est eorum, quibus Alexander præsentem hanc dictionem aperuit.

Nec absonum est huc quoque afferre ea, quæ ad summariam aliarum huius scientię dictionum intelligentiam Alexan. præposuit. Dicamus igitur, quoniam præsens eruditio speculatur de ente secundum ꝙ ens: speculari autem huiusmodi exigit consyderationem de principijs entis secundum quod ens, deq; dispositionibus consequentibus ipsum: hæc siquidem duo sciendi genera omnis speculatiua ars complectitur: idcirco & hoc, cui insistimus, negotium primo in duo partiri necesse est. At quia Prisci de rerum primordijs falsa quędam enuntiant, condecens quoque erat hęc ipsa illorum dicta obruere. quo fit vt tertia huius scientiæ portio emergat. Tres itaque huius artis partes collige, vnam de primis principijs entis, secundum ꝙ ens: aliam de consequentibus entis, secundum ꝙ ens: tertiam de falsis sermonibus, qui de entium principijs traduntur.

Rursus, ex quo omnis speculatiua facultas in duo absoluitur, quorum Vnum continet modum consyderandi illius artis, & quas causas, & unde sumendum sit exordium, & quo vsque procedendum, quaue lege fabricandę sint definitiones, quæ omnia propriam huius artis consyderationem concernunt: Secundum genus depromit & prosequitur quicquid in hac arte comprehenditur: quocirca primo in duo hanc artem proscindi voluit, quorum vnum exprimit partem logicalem huic arti propriam, alterum ea, quorum hic scientiam petimus. & sic duæ

ampliores sunt partes, quarum vna rursus in arctiores scinditur partes tres, vnde quatuor huius scientię portiones resultant. D

Quoniam vero in hoc præsens indago alijs artibus pręfertur, ꝙ ipsa suimet principia porrigit, ideo vbi hoc ipsum peragitur, quasi quinta huius scientiæ portio excipitur. Insuper, ex quo hęc scientia partes entis consyderat, vna aūt partium est ipsum ens intelligibile, opportunum erat de huius generis entium principijs speculari, & falsis circa hæc cogitationibus resistere. Arist. igitur in singulis his generibus consyderando, exactiorem qui fieri potuit doctrinæ ordinē exercuit: ita ꝙ in prima dictione designata p literam Aleph minorem commemorat quantum difficultatis, facultatisq; hęc scīa contineat, asserens id, qđ singuli hominum in hac scīa referunt, tametsi pusillum quoddam sit, nihilominus, cum oīa illorum dicta in cumulū redacta fuerint, erit qđ colligitur quātitas haud modica.

Cumq; ad huius scientię opificem spectet consyderationem causarum attingere, siquidem harum gratia cætera entia prosequimur, ideo & ipse in eadē dictione sermonem terminat ad causas, postquam commemorauerit formas. denіq; finem facit in enuntiando potiores causas errorum contingentium in speculabilibus, pręsertim circa principia, quales. s. errorū causę sunt falsę hominum existimationes pullulantes, quas inde in speculabilibus ipsi fide accipiendas statuunt.

Cumq; consyderatio de causis expostulet prænoscere quot sint prima illarū genera, quidue de eis tradūt priores, ideo in dictione, cui ascribitur litera Aleph maior, commemorat quid de causis quatuor cognouerit Antiquitas: ostēditq; harum genera esse quatuor, asserens ꝙ, si perspecta fuerint aliorum dicta de causis, iudicabitur eadem ipsa quatuor causarum genera inuere. Deinde illorū rationes de rerum naturalium, diuinarumq; causis affert, et earum nonnullas destruit, pręsertim illorum, qui tractant diuina, non autem qui tractant naturalia, quorum cōfutatio attinet ad negotium de Natura. quos aūt ex illis redarguit sunt qui principia ponūt entia mathematica & numeros. nec ipsos quidē tractantes diuina adamussim ibi refellit, sed ex parte. reliquū aūt redargutionis cōplet in dictionibus duabus, quæ hanc ipsam sequuntur, descriptis per literam Lamed, & Mem. E

Quoniam vero cuiusq; examinis scīam perfecte assequimur, qū primo sciuerimus, probabiles sermones, qui & astruunt, & destruunt, eo ꝙ nisi pręduбitatū sit de re, nequaquā, quantum de scīa rei post eius ignorantiam attingitur, quantū vt de eadē pręscitū fuerit diiudicari poterit, idcirco iustū erat in ordine doctrinę seorsum dictionē facere, qua primo topicis ratiocinijs singula huius scīę quæsita examinarentur: reliduū vero in alijs huius libri dictionibus absoluere. hoc itaq; agitur in Tertia huius libri dictione descripta per literam Beth. Condecens aūt erat hanc dictionem posteriorem esse dictione prima, & secunda, & priorē alijs dictionibus, q̄ eā sequuntur, quia in duabus dictionibus primis ēt topice tractat hic dari causas, & nullum causarum genus abire in infinitum, ideo hanc prima & secunda posteriorem esse licuit. priorem autem alijs huius libri dictionibus hanc esse oportuit, eo ꝙ id, quod aliæ dictiones ostēdunt, alteram duarum dispositionum continet, scilicet aut ipsas dubitationes, quę in hac dictione recēsentur, aut notitiam earum rerum, quas dubitationem solutio deposcit. F

Quoniam vero biformes eiuscemodi dubitationes sunt: nam quædā de modo consyderandi huius scientię dubitant, & quędam de quęsitis, quę hęc ipsa scientia examinat; ideo qui modum consyderandi in hac scientia ostendere nititur, primo dubitationum attinentiū ad modum consyderandi solutionē concipiat necesse est. ex hoc. n. facile modus consyderandi huius scīę eliquescit, per quē sane modum hæc ars, vocata Sapientia, ab alijs artibus secernitur. quapropter, dubitationes de modo consyderandi huius scientię primo soluere oportuit.

At, quia consyderandi modus reuincitur ex notitia habita de propositionibus maximis, operępretium fuit in primis contendere cum eo, qui eiuscemodi propositiones perimit. quo fit vt duo hæc in Quarta huius dictione designata per literam Ghimel enodari voluerit; scilicet vnum, quo peculiarem huic scientiæ consyderandi legem explanet: alterum, quo primum principiorum, quæ nobis constant natura, insinuat, videlicet ꝙ affirmatio vel negatio de quacunq; re vna

A affirmanda est. hæc enim propositio cuiusq; consyderationis principium extat. & qui hanc renuit, nullum prorsus, nec afferentem, nec destruentem sermonem comprobare potest.

Cumq; hanc in illa dictione intẽtionem expleuerit, iustũ erat varietatẽ dispositionẽ, quas in hac scientia noĩa designant, statim subnectere. cui negocio Quintã huius libri dictionem destinauit, eamq; priorẽ aliis dictionibus collocauit. quia quod in ea ostenditur ad singulorum quæsitorum demonstrationem præconcipi necesse est, quandoquidem cuiusque quæsiti nomen multiplex significatum porrigit, quod ad accommoditatem huius scientiæ intentionem distingui necesse est.

Cumq; & hæc in hac dictione absoluerit, condecens erat de rebus in hac sciẽtia comprehensis, videlicet de causis entium perquirere. & quia entium genera sunt tria, scilicet quę per accidens, quæ in anima, quæ extra animam, opportunũ erat eniti ipsa entium genera precognoscere, & quod ex entiũ generibus potiori intentione perquiritur esse ipsum, cui extra animam inuentio est. hęc omnia examinat Sexta dictio, quę continuo quintam dictionem sequitur.

Et quia in hac ipsa dictione intentio est ens per accidens, & ens in anima discernere ab eo, quod vere ens est. quod vtiq; innotescere non potuit, nisi ei, qui prenouerit hanc artem speculari de omni ente, secundum ꝙ ens, ideo in eiusdẽ dictionis capite recolligit ea, quæ iam in Quarta huius libri dictione ipse expo-
B suit, videlicet hanc artem speculari de ente secundum ꝙ ens, eamq; aliam a Mathematica, Naturaliq; facultate scientiam existere. quæ quidem non reiterationis, sed commemorationis causa, & aliter quam prius resumere statuit. & hęc quoq; in ipsa Sexta dictione designata per literam He.

Cumq; explanauerit ens per accidens, & ens in anima esse entia imperfecta, & ꝙ scrutandi intentio est de ente vero extra animam existente, mox ad huius entis examen accingitur. Et, quia huius entis principium est substantia, ideo conatur ostendere quę sint principia substantię, & primo de principijs substantiæ, quæ generationem corruptionemq; patitur, docendo horum principia esse materiam, & formã: formã aũt esse substantiã via definitionis patefieri censuit, videlicet, quia apparuit sensibiliũ definitionis innuere id, quod ipsorũ sensibilium substantia est. cũ igitur ipsæ eædẽ definitiones formas insinuent, conuincitur & formas esse substantiam: quodq; eiuscemodi formę, & id cuius hę formę sunt, vnum & idẽ existunt, & quod secundũ hoc non erunt accidentia substantia, nec opus esse separatas formas, quæ substantię sint sensibilium, quæue scientiam rerũ conferant effingere. Ostendit insuper eiuscemodi generabiles corruptibilesq; substãtias generari a substantia corruptibili sibi specie & genere vniuoca, quę & rei generans est atq; corrumpens: ipsum vero generabile & corruptibile cõpactum esse ex materia & forma: formas aũt nec generationi, nec corruptioni esse obno-
C xias, nisi secundũ accidens. quo conuincitur ꝙ Platonis formæ tametsi extiterint, ad generationem tamen nullam pręstant opem. Ostendit pręterea vniuersalia non esse substantias existentes extra animam, licet de substantijs significent: formas vero esse substantias, non ꝙ compactę sint ex elemento, sed tertia substantia censentur. & inter eiuscemodi substantias differentiam assignat. primarũ quoq; substantiarum differentiam enuntiat, & partes formales distinguit a partibus materiæ. quæ omnia examinantur in dictione Septima signata litera Vau, & Octaua signata literan Zain.

Cumq; in duabus his dictionibus explanata sint principia substantię sensibilis, quę generationem et corruptionẽ subire apta nata est, exinde vniuersalia entis, sed ꝙ ens concomitantia, speculari iustum erat. & primo inquirit de potentia & actu, eas in primarias partes scindendo, monstratq; priorem esse actum potentia. & hoc in Nona huius libri dictione, signata per literam Heth.

Exinde in Decima dictione, cui ascribitur Teth, tractat de vno & multo, de eodem, de simili, de contrario & id genus vniuersalium, quę consequuntur entia, secundum ꝙ entia.

Deinde in Vndecima huius dictione speculatur de motu, de infinito, alia ex parte quam de his consyderat Naturalis. Et, quia intendit post hanc vndecimã

dictionem descriptam litera Iod, consyderare de primo principio substantię sensibilis, quod potissimum finaleq; huius scientiæ propositum erat, ideo in huius dictionis principio coaceruatim repetit dubitationes commemoratas in tertia dictione signata litera Beth: sic & eas solutiones, quas priores dictiones insinuant, mutilatim quoque enuntiat, & sermones, qui sequuntur ad auferentes principia sciendi, hæc omnia tractantur, absoluunturq; in dictionibus precedentibus dictioni descriptæ litera Caph, supple quæ numerari deberet dictio duodecima. Dictio autem signata per literam Iod, supple quæ vndecimæ dictionis locum tenet, nondum peruenit ad nos.

At dictio, cui deputata est litera Caph, & cui nunc insistimus, potissimum de primo sensibilis substantię principio nititur. Primum autem omnium substantiarum principia declarat, initium faciendo de principio substantiæ generabilis & corruptibilis, & ea, quæ circa hoc septima, & octaua dictio exposuit, breui sermone resumit. exinde ostendit principium substantiæ primæ, & idipsum substantiam esse, & quot modi principij ei congruant demonstrat.

Cumq; de vniuersali principio examen absoluerit, reuertitur ad reluctandum contra falsa opinantes de principio vniuersi, & hoc in duabus dictionibus signatis litera Lamed, & Mem.

Ex his denique quicquid omnes huius Aristotelis scientię dictiones complectuntur ad nutum intueri licet: quodq; nihil in eis inordinatum repertum est, vt falso opinatus est Nicolaus Damascenus, qui se exactius hanc tradidisse scientiam, quam Aristoteles in quodam suo volumine præsumpsit.

Nos autem summa indagine, atque amore prosecuti sumus hanc scientiam, & iam ante huius viri in hac scientia dictiones compendio perstrinximus, in eruditionem eorum, qui non ad amussim Arist. verbis studuerint, & ad epilogi instar his, qui eius verba penetrauerint.

Ab ipso denique Altissimo, qui solus scientiam tribuit, & intellectum, opem deposcimus, vt nobis virtutem elargiatur ad huius dictionis expositionē, iuxta verborum seriem perficiendam: quemadmodum Dei patrocinio in præhabitis dictionibus idipsum adimpleuimus.

AVERROIS

METAPHISICORVM LIBER DVODECIMVS.

B cum Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In Prima agitur de ſubſtantia Senſibili.
In Secunda de ſubſtantia Immobili.
In Tertia de Vniuerſi bonitate.

Summæ Primæ Caput Primum. De ſubſtantia ſpeculationem eſſe oportere, ex Antiquorum etiam opinionibus.

C SPECVLATIO de ſubſtantia eſt. ſiquidem ſubſtantiarum principia, & cauſæ querũtur.

Conſideratio quidem de ſubſtantia eſt. quęſita enim ſunt cauſę & principia ſubſtantię.

DIXIT Alexander. Quia ſua intentio in hac arte fuit loqui de ente in eo ꝙ eſt ens, & de cauſis & principijs eius, cum prima Philoſophia de iſtis duobus conſideret, & iam declaratum eſt ꝙ ſubſtantia principaliter eſt ens, & eſt cauſa cæterorum, incœpit in hoc tractatu quærere de principiis entis, quod eſt ſubſtantia. Et dixit. Et intendit per hoc, quod dixit conſideratio eſt de ſubſtantia, ideſt ꝙ conſideratio in hoc tractatu eſt de ſubſtantia, ideſt de principiis eius. Et poteſt intelligi ꝙ conſideratio in hac ſcientia principaliter eſt de ſubſtantia, & de principijs eius: ſed melius eſt dicere ꝙ incœpit tractatum iſtum cum intentione eius. Et ſecundum hoc intelligendum eſt ſubſtantiam generabilem & corruptibilem, &

1 Continuatio

Septimo Me.t. cō.4. & t.cō.2.

Conſideratio quidem.

Expoſitio.

Documentum.

æternam, & ꝙ sua intentio in hoc tractatu principaliter est loqui de principiis substantię ęternę: de principiis autem substantię sensibilis generabilis & corruptibilis locutus est in tractatu Secundo, & Tertio, & etiam declaratum est in Naturalibus, sed alio modo. Consideratio enim de principiis eius, in eo ꝙ est substantia, alia est a consideratione de eis, inquantum sunt causę transmutationis. & ideo incępit primo considerare de principiis substantię generabilis & corruptibilis, & facere rememorationem de hoc, quod declaratum est in Naturalibus, & in tractatu pręcedenti hunc. Et ideo iste tractatus videtur diuidi in duo, scilicet in considerationem de principiis substantiæ generabilis & corruptibilis, & ęternę. D

Idem. 7. Met. c.9. & que ibi.

Primus vsque ad 29. secūdus a 29. vsque finē.

Etenim, si vt totum aliquid vniuersum est, substantia prima pars est. & si ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantum.

Quoniam, si hoc totum fuerit quasi aliquod vniuersum, substantia est pars primi & si est secundum ꝙ aliquid consequitur aliquid successiue, tunc etiam substantia hoc modo est prima, & post hoc quale, & quantum. E

2 Dixit Alexan. Intendit, per totum ens. & quasi dicat diximus ꝙ consideratio est de substantia, quoniam, si aliquis fuerit opinatus ꝙ ens est quasi vnum vniuersum continuum, credendum est ꝙ substantia est pars primi. &, si opinatus fuerit ꝙ quiddam prius est quoddam in esse, & ꝙ ex eo hoc est primum, hoc autem secundum, dignius est credere ꝙ substantia principaliter est ens, & iste modus prioritatis est, quem intendit Aristo. & est quod prius declarauit. Et cum de ente quiddam est primum, scilicet substantia, & quiddam secundum, necesse est ei qui considerauit de principiis entis, in eo ꝙ est ens, vt consideret de principiis substantiæ. hęc igitur est intentio Alex. & est expositio vera. Deinde & potest intelligi per hoc, quod dixit, quasi vniuersum, genus: & per hoc quod dixit pars primi, species. & quasi dicat: quoniam, si ens est quasi genus, tunc sua prima species est substantia. Deinde debilitauit hanc expositionem, quia verum genus non habet species priores se adinuicem, sed omnes sunt secundum vnum ordinē. Dico ergo ꝙ intendebat Aristo. dicere apud me ꝙ ens aut demonstrat vnum genus & vnam naturam, aut genera diuersa. & quomodocunque sit manifestum est ꝙ substantia est prior cęteris. multa enim, quę sunt eiusdem generis, sunt priora adinuicem, vt sunt substantiæ se priores adinuicem. Prioritas enim inuenitur in eodem genere, & in diuersis generibus, quę dicuntur in respectu eiusdem rei, vt dicitur ens de decem prędicamentis. secundum hoc igitur intelligendum est de hoc, quod dixit vniuersum, totum collectum scilicet indiuiduum, & vniuersale collectum ex speciebus, in quibus inuenitur prioritas & posterioritas Themistius autem exponit sic, dicendo. Totum enim, siue fuerit adunatum, sicut est coadunatio membrorum in corpore humano, & partium in corpore plantę: aut fuerit compositum ex rebus contingenti- F

Prima expositio Alex.

Secunda expositio Alex.

Auer. secunda Alex. sustinet.

Prioritas inuenitur in eodem genete, & in diuersis generibus, quę dicunē respectu eiusdē rei,

Exposit. Themistii.

A bus se adinuicem, sicut domus & nauis: aut fuerit compositum ex re
bus segregatis, sicut ciuitas, & exercitus: necesse est vt prima suarum
partium sit substantia, & ꝙ locus eius sit de toto, sicut locus cordis de
corpore animalis. Si autem non fuerit huiusmodi, sed sicut vnum in-
uenitur in numero, deinde duo, deinde tria: aut sicut in figuris rectarum
linearum primo inuenitur triangulus, deinde quadratum, etiam secun-
dum hoc substantia inuenitur prima, deinde quantitas & qualitas. sub
stãtia enim prior est istis, sicut vnum alio numero, & triangulus aliis fi
guris. hoc igitur dixit Themistius in sua abbreuiatione. Sed ipse intel
lexit de vniuerso tres modos. aut vniuersum compositum, ex partibus
*consimilibus adunatis adinuicem: aut contingentibus se, vt corpora
artificialia: aut segregatis, vt partes ciuitatis & exercitus, & hęc ad
ditio est superflua, nullus enim existimat ꝙ partes entis, quæ sunt de
cem prædicamenta sint contingentes se, aut segregate in loco. Sed sua
expositio ad hoc, quod dixit de particula secunda scilicet hoc, quod
dixit. & si fuerit secundum ꝙ aliquid consequitur aliquid, vt numerus,
& superficies consequuntur se adinuicem, est mala expositio. Prioritas

Impugnatio Themistii.

*a.l. non consimilibus.

B enim in numeris & superficiebus est in eodem genere. sed prioritas sub-
stantię aliis prędicamentis non est in eodem genere, sed sicut prioritas
rei ad res, quę attribuuntur ei. Expositio igitur Alexan. in hac parti-
cula est vera. Sed quęrendum est, & dicendum, iam declarauit supe-
rius modum quo substantia præcedit alia prędicamenta: sed tamen
Aristo. non intendebat ponere istos duos modos prioritatis nisi ad con-
firmandum suum sermonem contra aduersarium: cum aduersarius non
possit ponere ꝙ substantia antecedit alia prędicamenta nisi his duo
bus modis, in quibus necesse est vt substantia sit prior. Et cum dixeri
mus ꝙ intentio Aristo. est ista, quomodo reputat aliquis ꝙ dispositio
substantiæ cum aliis prædicamentis est sicut dispositio continui ex par
tibus * consimilibus? nisi intelligat quod prioritas rerum huiusmodi
sit prioritas rerum, quę sunt eiusdem generis. membra enim corporis
sunt in eodem genere: sed cor antecedit ea. & secundum hoc nulla dif
ferentia est inter hanc prioritatem, & prioritatem numerorum, & su-
perficierum: sed hoc in continuo, & hoc in discreto. Et cum ita sit,
substantia non videtur antecedere alia prędicamenta, nisi altero istorũ

Opinio Auer.

*a.l. non consimilbus.

C duorum modorum: aut sicut ea, quæ sunt in eodem genere, pręcedunt se
adinuicem apud reputantes ꝙ hoc nomen ens dicitur de eis, sicut nume
rus de duobus & tribus: aut sicut res antecedit res, quæ attribuuntur ei,
& non sunt in eodem genere, vt sanitas antecedit sanabilia, & Medi-
cina antecedit res attributas Medicinę. & ista comparatio est vera cõ
paratio. Et est intelligenda per hoc quod dixit. Quoniam, si hoc to
tũ fuerit quasi aliquod vniuersum idest res, quę antecedunt sibiinuicem
& sunt in eodem genere secũdum expositionem, quam debilitauit Ale.
& accepit Arist. in hoc loco vniuersum loco generis, ne accideret ei du
bitatio, quæ accidit Ale. cum genus dicatur quandoque vniuoce, & quã
doque secundum prius & posterius. & ideo omisit hoc nomen genus,
& accipit vniuersum in suo loco. & ideo, si huiusmdi genus fuerit in-
tellectum per vniuersum, erit vera expositio. Themistius vero non in
tellexit hunc locum, & transmutauit expositionem. posuit enim inten
tionem primę particulę in secunda, & exposuit primam in modum,
quem non habet substantia cum aliis prędicamentis, & dimisit veram
comparationem, quam habet substantia cum aliis prędicamentis. Ex-
positio igitur Ale, est, quam non compleuit. Themistii autem est purus

In quo differt ab Ale.

Genus quandoque dicitur vniuoce, & quãdoque secũdũ prius & posterius. Idem. 1. de Aïa c. 7. & 2. đ Aïa 30. & 3. de aïa. 4. 4. Meta. c. 2. & 5. Met. cõ. 4

In quo differt a Themistio.

error. Et cauſa in hoc eſt diminutio, quæ accidit in expoſitione Alexand. Themiſtius enim non abbreuiauit niſi expoſitionem Alex. D

At ſimul (vt ita dicam) nec entia ſunt iſta ſimpliciter, verum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum. dicimus nanque hæc quoque eſſe, veluti eſt non album. Præterea cæterorum nullum ſeparabile eſt. At hoc idem opere teſtantur Antiquiores. quippe qui principia, elementa, & cauſas ſubſtantiæ quærebant.

Et cum hoc non ſunt entia ſimpliciter præter illa, ſed qualitas & motus: quia neque album neque rectum dicitur vere quòd ſunt entia etiam. ſimiliter inuenitur non album. Et etiam nullum aliorum eſt abſtractum. Antiqui etiam teſtantur per hoc quòd faciunt. illi enim quærunt elementa, & cauſas ſubſtantiæ. E

3 Hæc eſt alia cauſa, propter quam conſiderandum eſt de ſubſtantia tantum. Nullum enim inuenitur aliorum ſimpliciter neque motus, ſed in ſubſtantia verbi gratia quia qualitas non dicitur ens ſimpliciter, neque motus, ſed dicitur eſſe qualitas, & eſſe motus. Motus enim eſt motus alicuius, & qualitas eſt qualitas alicuius: ſubſtantia vero non eſt ſubſtantia alicuius. ens igitur principaliter & ſimpliciter eſt ſubſtantia. Et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ alia prædicamenta diminuuntur a ſubſtantia tantum, & hoc nomen ens dicitur de omnibus, dixit reſpondendo, ſimiliter inuenitur non album, ideſt & hoc nomen ens, quamuis dicatur de eis, tamen dicitur ꝙ hoc eſt album, & hoc eſt mobile. tamen hoc non dat vt perfecte habeant eſſe: quoniam hoc etiam dicitur ens in negando eſſe, cum dixit ꝙ hoc eſt non album, & non rectum. Et, cum dixit ꝙ ſubſtantia dicitur ens ſimpliciter, & alia prędicamenta ſecundum comparationem, dedit cauſam in hoc, & dixit. Et etiam nullum aliorum eſt abſtractum, ideſt & cauſa in hoc eſt, F

Idē 1. Ph. 14. ꝙ ſubſtantia eſt coſtans & ens per ſe, & alia ſunt in ſubſtantia. Deinde dedit teſtimonium, & dixit. Antiqui etiam teſtantur, &c. id eſt & Antiqui teſtantur noſtrę opinioni per hoc, quod fecerunt, quando quærebant de principiis entium. tunc enim quęrebant elementa, & cauſas ſubſtantię.

Recentiores vero vniuerſalia magis ponunt eſſe ſubſtantias. genera nanque vniuerſalia ſunt, quæ aſſerunt magis principia, atque ſubſtantias eſſe, propterea quod Logice quærunt. Antiquiores vero ſingularia, vt ignem & terram, non autem corpus commune.

Qui vero modo ſunt ponunt ſubſtantiam eſſe vniuerſalia. vniuerſalia enim, de quibus dicunt eſſe proprie principia ſub-

A ſtantiæ, ſunt genera, quia reputatio eorum fuit ſecundum Logicam. Antiqui vero particularia, vt ignem & terram, ſed non corpus vniuerſale.

Cum narrauit ꝙ Antiqui quærebant principia ſubſtantiæ & iam prę- 4
dixit opiniones eorum de hoc, fecit hic rememorationem de eis, & dicit, Qui vero modo ſunt. ideſt iuniores. & intendebat Platonem, qui opinabatur ꝙ vniuerſalia ſunt ſubſtantię, & principia ſubſtantię ſenſibilis. opinabatur enim ꝙ genera ſunt naturæ abſtractę, & non ſunt exiſtentia in particularibus, ita quod in eis coniungantur. Vniuerſalia enim apud Ariſtote. ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem, Plato vero ponebat vniuerſalia exiſtentia extra animam per ſe. Et verificabat ſuam opinionem ex hoc, quod ſcientię & definitiones ſunt de vniuerſalibus, vnde videntur eſſe perfectiora particularibus & priora eis. vniuerſalia enim cum non fuerint, non erunt parti-
B cularia: ſed econuerſo non. & ideo ponebat vniuerſalia eſſe principia & forma ſubſtantiæ ſenſibilis, ſed deſtructum eſt hoc iam in tractatu *Secundo. Et intendit per Logicam hic conſiderationem, quę fit ex propoſitionibus non cōuenientibus. Propoſitiones enim falſe quędam ſunt conuenientes. & quędam non. & vniuerſaliter qui ſemper eſt in diſputatione multotiens accidit ei videre extranea remota a natura rei. Deinde dicit Antiqui vero particularia, vt ignem & terram, ſed non corpus vniuerſale. ideſt Antiqui vero opinabantur ꝙ corpus particulare eſt principium ſubſtantię, vt ignis & terra, & non opinabantur ꝙ principium eſt corpus vniuerſale, vt Moderni. Et cum narrauit ꝙ conſideratio de principiis entis dat vt conſideratio ſit de ſubſtantia, & ꝙ principia quęrendę ſubſtantię non ſunt res vniuerſales, incępit diuidere modos ſubſtantię.

Op̄. Plato. Idē. 1. de anima cō. 8. & que ibi differentia inter Ariſt. & Plat. de vniuerſalibus.

Fundamentum opinionis Plat. Infra in 18.

*a.1. ſeptimo.

Quid per Logicam.

Alia op̄. Antiquorum, de qua 1. Phy. cō. 48.

Cōtinuatio ad te. ſeq.

C *Caput Secundum. Diuiditur ſubſtantia in ſenſibilem & immobilem: illaque in ſempiternam, & corruptibilem. Item oſtenditur in ſenſibilibus ſubſtantiis materiam neceſſariam eſſe: triaque ipſarum eſſe principia.*

VErum ſubſtantię tres ſunt. Vna ſenſibilis: cuius quædam ſempiterna, quædam corruptibilis, quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia. Sempiterna vero, cuius elementa, ſiuæ vnum, ſiue multa ſint, accipere neceſſe eſt. Alia immobilis, quam aliqui ſeparabilem aiunt eſſe, quidam in

Mult. c. nō habent hęc verba Sempiterna, vero.

Has etiam duas ſcripturas vidit Auer. ex Ale.

duo diuidentes, quidam in vnam ponentes naturam tam formas quam mathematica, quidam ex his mathematica, solum.

Substantiæ autem sunt tres. Quarum vna est sensibilis. & istius quædam est æterna, & quędam corruptibilis, quam omnes concedunt. vt plantæ, & animalia, cuius elementa necesse est accipere, aut vnum, aut plura. Alia autem est immobilis. & ideo dicunt quidam quod est abstracta, & quidam eorum diuidunt eam in duo, & quidam eorum posuerunt formas mathematicas in eadem natura, & quidam mathematicas tantum existis.

Ale. expositio super illo versu, cuius elementa est accipere.

DIcit quod substantię sunt tres, sensibilis, & insensibilis. sensibilis autem diuiditur in duo, in substantiam æternam, quod est corpus quintum, & in substantiam generabilem & corruptibilem, quam omnes concedunt, vt plantæ & animalia, & dixit, cuius elementa necesse est accipere. Alex. dixit super hoc, ꝙ non est intelligenda ex hoc substantia generabilis & corruptibilis, sed vtraque generabilis & non generabilis. Et Alexan. dixit. demonstrare enim principia entium, quę sint, est primi Philosophi: & quod istis vtitur Naturalis, est quia non declarat ea, sed quia ponit ea. Substantia enim immobilis est principium & causa rerum naturalium, de quo modo loquitur principaliter: illa autem alia principia sunt tantum Naturalis, idest ad declarandum quę sunt, dixit & hoc, quod dixit postquam dixit substantiam sensibilem generabilem & corruptibilem, scilicet cum dixit, cuius elementa necesse est accipere, ita inuenitur in vna scriptura, & expositio est ... [illegible]

Auer. perscrutatio circa Alex. expositionem.

[illegible]

A dum igitur hunc intellectum iste sermo est falsus. Si igitur aliquis dixerit ꝙ dictum est in Logica ꝙ nulla scientia habet probare sua principia: sed subiectum scientie † Naturalis est corpus mobile, & eius principium est substantia abstracta. Dicemus ꝙ hoc verum est. sed illud, quod dictum est in Logica, est ꝙ * nulla facultas habet probare sua principia scilicet propter quid, quoniam hoc non fit, nisi per principia illorm principiorum, & per principia principiorum generis, cum illa principia habuerint principia. Sunt igitur alterius generis necessario superioris illi. Ille enim, qui consyderat de illis principiis, habet consyderare de hoc. & ideo facultas inferior non habet consyderare principia sui generis secundum simplicem demonstrationem: secundum vero demonstrationes, quę vocantur signa, possibile est, & ideo principia subiecti. Naturalis non demonstrantur nisi per res posteriores in scientia Naturali. † Et ideo impossibile est declarare aliquid abstractum esse, nisi ex motu. & omnes viæ, quę reputantur esse ducentes ad primum motorem esse pręter viam motus ęqualiter, sunt insufficientes. & si essent verę, essent numeratæ in prima Phi-
B losophia, prima enim principia impossibile est vt demonstrentur. Iste enim sermo Alexã. non est intelligendus scdm suum intentum. * Et tñ Auice. reputauit hunc sermonem esse verum, scilicet ꝙ nulla facultas habet probare sua principia. Et Auicen. hoc absolute dixit, ꝙ primus Philosophus habet declarare principia sensibilis substantię siue ęternæ, siue non: & Naturalis ponit positione naturam esse: & quod primus Philosophus demõstrat eam esse, & non distinxit inter duas substantias. Si igitur aliquis dixerit † ꝙ Phylosophus consyderat de principiis entis, in eo ꝙ est ens: ergo consyderat de principiis substantię [illegible]

C [illegible]

† Obiectio ꝙ Naturalis non posse demonstrare substantias abstractas esse.
Solutio.
* Nulla sciẽtia hẽt probare sua principia demõstratione propter quid. Idem. 2. Ph. c. 26. 21. & 1. Ph cõ. vlti. & 2. de Anima 27.
† Impossibile est demonstrare aliquid abstractum esse, nisi via motus.
* Error Auic. de quo et Vide. 1. Ph. cõ. vlti. & 2. Ph. cõ. 22. 26 & 8. Ph. com. 3.
† Obiectio bona, ꝙ diuinus probat principia Naturalis.
* Nota; quomodo Diuinus probat principia scientię Naturalis. pro quo vide etiã. 4. Met. c. 2. & 1. Met. c. 15. & 18. [illegible] de formis. Secundo Met. 4. & 5. & 3.

Met. 2:7. & 15 mouet questiones.

Communicatio scientie Naturalis & Diuinę

ducantur ad vnum, & qūo ordinantur ab eo. Sic igitur intelligenda est cōicatio istarum duarum scientiarum in consyderatione de principijs substantię, scilicet ꝙ Naturalis declarat ea esse secundum ꝙ sunt principia substātię mobilis. Philosophus aūt consyderat de eis scdm ꝙ sunt principia substantię in eo quod est substantia, non substantia mobilis. & ēt Philosophus declarat abstractū esse quod est principium substātię sensibilis: sed postquam accepit pro concesso a Naturali huiusmodi esse substantiam. Et forte hunc modū intendebat Alex. dicere, cum dixit ꝙ Philosophus cōsyderat quę sunt principia substātię ęternę: sed hac via cōsyderationis nō indiget Naturalis, neq; necesse est ei ponere ipsum. & forte etiam intendebat dicere quod Naturalis consyderat quę sunt principia substantię generabilis & corruptibilis secundum modum proprium ei scilicet per principia propinqua. & hęc scientia consyderat de multis principijs, cum declarat ꝙ substantia immobilis est principium substantię mobilis. & hoc est intelligendum de hoc sermone; & sic non erit dubitabilis. & hoc fecit Auicen. errare. Quod autem Alexan. dicit ꝙ prima scriptura est melior secunda, forte est econuerso. quia hęc est sua prima intentio in hoc tractatu. Et, cum posuit tres substantias esse, & ꝙ vna earum est abstracta, induxit testimonium, & dixit. & ideo dicunt quidam ꝙ est abstracta, &c. idest quia opinabantur, sicut nos. Et quia istorum hominum quidam diuidunt hoc abstractum in duo, & quidam reducunt hęc duo in vnum, & quidam ponunt tantum vnum, dicit & quidam eorum diuidunt ipsam in duo, & quidam ponunt formas mathematicas tantum ex istis idest quod hæc substantia quidam ponunt causa duplicis naturę, scilicet formas, & mathematica, quę ponunt inter formas abstractas & substantias sensibiles. & quidam ponunt formas & mathematica vnam naturam, & quidam ponunt substantiam abstractam sola mathematica, & non dicunt formas esse. Et primus sermo est Platonis. Secundus autem, vt dixit Alexan. est alterius, & secundum expositionem quorundam discipulorum Platonis est Platonis. Tertius est Pythagorę, & aliorum: quamuis variet de istis, qui non dicunt numerum esse abstractum, & in tractatu sequenti cum istis loquitur de hac substantia.

D E F

Illæ itaque Naturalis. cum motu nanque sunt. Ista autem alterius est, si nullum eis commune principium est. Sensibilis vero substantia mutabilis est. Si itaque ex oppositis, aut mediis mutatio sit, oppositis vero non omnibus (non album enim ipsa vox, verum ex contrario) necesse est aliquid subesse, quod in contrarietatem mutetur. non enim. contraria transmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrarium vero non permanet. est igitur aliquid tertium præter contraria, ipsa materia.

Et sermo de istis modis duobus est Naturalis. ista enim sunt cum motu. & ista alterius est, cum non habeant neque vnum principium commnnæ. Snbstantia autem sensibilis est transſ

A mutabilis. Si igitur transmutatio est ex oppositis in situ, aut
ex medio, non est ex omnibus oppositis in situ (vox enim nõ
album, sed econtrario) necesse esse vt subiectum sit ei, quod
transmutatur ad contrarietatem. contraria enim non transmu
tantur. Amplius hic permanet, contrarium autem non per-
manet. materia enim tertia est a contrariis.

Dixit Alexan. Et, cum locutus fuit de substantia mobili dicit quod 6
Naturalis debet loqui de istis duabus substantiis scilicet ęterna & cor-
ruptibili. Consyderatio enim Naturalis est de substantiis mobilibus,
secundum quod accipit principia istorum a primo Phylosopho: substan
tia autem immobilis est propria primę Philosophiæ. Alexan. autem in
hoc toto aperte videtur dicere ꝙ Naturalis consyderat de substantia
mobili, querendo principia eius a Philosopho, & quod Philosophus
declarat hęc principia esse. sed iam declarauimus ꝙ iste sermo non est
B verus: & ꝙ Naturalis consyderat de substantia mobili, quærendo prin
cipia eius, perueniendo a posterioribus ad priora, vt declaratum est il
lic. Deinde dicit ista enim sunt cum motu idest & consyderatio de sub
stantia mobili est alterius scientię scilicet istius. & causa in hoc est,
quia illę duę substantię sunt mobiles, hęc autem est alia ab eis & immo
bilis, cum mobile & immobile non habeant principium sibi commu-
ne. Deinde dicit Substantia autem sensibilis, &c. Alexan. idest cum
dixit ꝙ sermo de substantia sensibili est Naturalis, cum sit in motu, &
iam prędixit ꝙ necesse est accipere elementa substantię sensibilis, si
vnum, & si plura. Consyderatio enim in hoc & in inueniendo princi-
pia naturalium est primi Philosophi. & ideo incepit suum sermonem
in hoc, & declarauit quę sunt elementa naturali substantię. & ad hoc
accepit propositionem manifestam, scilicet ꝙ omnis sensibilis sub-
stantia est transmutabilis. Omnis enim huiusmodi substantia, aut est
transmutabilis in loco tantum, aut substantia ęterna: aut in qualitate
& magnitudine, aut in substantia, vt in generatione. Deinde coniungit
ei aliam propositionem manifestam, & est, ꝙ illud, quod transmutatur,
C ex contrario aut ex medio inter contraria transmutatur, sed ea, quę
sunt inter contraria, non dicuntur esse contraria media enim, ex quibus
fit transmutatio ad extrema non simpliciter sunt contraria ex extre-
mis: vnde videtur non ex contrariis. quomodo autem transmutatio,
quę est in istis, & ex istis, ẽt est ex contrariis: quia illa, quę sunt inter
cõtraria, fiunt ex mixtione contrariorũ: in tractatu Decimo declaratũ
est. Et cum dicit ꝙ transmutatio, quæ est inter contraria dicit & acce
pit in hoc loco opposita loco contrariorum, & ponit ꝙ omnis trans-
mutatio fit ex contrariis, aut ex mediis, quę sunt inter contraria Dein-
de dicit vox enim non est alba, sed econtrario. Alexan. idest quamuis
possumus dicere quod vox non est alba, tamen non propter hoc fit al-
bum ex voce, quia vox non est album. oportet enim ꝙ illud, quod tran
smutatur, fiat contrarium ei ex quo transmutatur. D. Alexand. forte
non intendebat hoc. sed cum dixit vniuersaliter quod transmutatio fit
ex oppositis & ex medijs: opposita autem multipliciter dicuntur: de-
clarauit ꝙ transmutationes non fiunt ex quibuslibet oppositis. Quo-
niam bene possumus dicere ꝙ vox opposita est alba, cum dicendum
sit quod uox non est album: sed tamen non propter hoc est dicendum

Sententia Ale. de consyderatione Naturalis circa principia naturalium.

Mobile, & immobile non habent principiũ commune. Vide. 10. Met. t. c. vlt. & 1. cęl. com. 5.

5. Ph. 52. & 1. Phy. 47. & 43. 1. cę. 20. 1. de Gene. 50. 10. Me. 23. & 2. de Anima. 41. 10. Meta. t. co. 23.

Alia expositio Alexan. quare dixit ex oppositis.

quod album fit ex voce, & ꝙ vox transmutatur in album, non enim ex omnibus, de quibus dicitur non album, fit album: quoniam non ex omnibus oppositis fit transmutatio, sed ex contrariis. Et, cum declarauit ꝙ necesse est in omnibus naturalibus vt in principiis sit aliqua contrarietas, contingit hoc, quod necesse est vt in omnibus transmutabilibus sit aliquod subiectum, quod transmutetur ad contrarietatem, qua fit transmutatio: & ꝙ in aliqua hora sit in aliqua parte eius, & in alia hora in alia parte. Impossibile enim est vt contraria recipiant sua contraria permanentibus illis. & hoc iam declaratum est * in primo Phy. & coniungit etiam hoc, quod declaratum est in illis tractatibus, ꝙ illud, quod transmutatur, cum transmutatur, permanet: contraria autem, ex quibus transmutatio fit, non permanent. & ex hoc apparet ꝙ necesse est in omnibus transmutationibus vt sit tertium permanens aliud a contrarijs. hęc sunt verba Alexan. & est perfecta expositio. † Sed hoc, quod dicit, ꝙ consyderatio in hoc, & inueniendo principia naturalium est Philosophi, non est intelligendum secundum suum modum, scilicet ꝙ demonstrare principia naturalis substantię esse est primi Philosophi, sed econtrario. Naturalis enim habet dare causas mobilis substantię materiales & mouentes: formales autem & finales non potest. sed Philosophus dat eas demonstrando ꝙ primum mouens, quod iam declaratum est esse in scientia Naturali est principium substantiæ sensibilis secundum formam & finem. Secundum igitur hunc modum quęrit Philosophus elementa substantię sensibilis, idest elementa entis, in eo ꝙ est ens. Declarat igitur in hac scientia ꝙ ens non materiale, quod iam declaratum est esse mouens substantiam sensibilem, est substantia antecedens substantiam sensibilem: & quod est principium eius secundum formam & finem. Secundum hoc igitur intelligendum est ꝙ Philosophus quęrit de principiis substantiæ naturalis, scilicet de prima forma & fine: de causa autem mouente & materiali est Naturalis. Et in hac scientia ponit has duas causas esse principium perscrutationis de duabus aliis causis. Et ideo incœpit ponere has duas causas, & primo materialem, & declarat illam per positiones illas easdem, quibus vsus fuit in scientia Naturali. Et ideo videtur ꝙ hęc consyderatio non est propria huic scientię, sed est pars scientiæ Naturalis. sed, quia vicinę sunt hæ duę consyderationes, & necesse est vna earum vti in altera quasi principio, fecit rememorationem de hoc, quod declaratum est in scientia Naturali. Sed tamen hic magis generaliter perscrutatur quam in naturalibus, verbi gratia ꝙ, cum declarat quod principia substantiæ sensibilis est materia & forma, quęrit vtrum principia substantię sint principia aliorum prædicamentorum aut non. & sicut perscrutatus est in prędictis tractatibus de forma, vtrum sit substantia aut non, & de vniuersali & particulari, & ideo fecit rememorationem in hoc loco de eo, quod declaratum est de principiis substantiæ sensibilis in scientia naturali, & in tractatibus prędictis istius scientiæ. Istæ autem duæ scientiæ vicinę sunt, scilicet scientia, quę consyderat de principiis substantię mobilis in eo quod est mobilis, & quæ consyderat de eis in eo ꝙ substantię. & ideo possibile est vti his propositionibus magis generalibus quam in scientia Naturali, non in eo quod est substantia simpliciter. Et secundum hoc verificabitur sermo Alexand. cum dicit quod consyderatio Naturalis est de substantiis, quę sunt in motu, secundum quod accidit principia istorum a primo Philosopho, scilicet quod intelligenda

Marginalia:

* 2.1. Ph. 50. 51. 52. & 53. 51 Ph. 59.

† Digressio in qua īquirit qualiter diuinus cōsiderat pricipia sensibilis substātię: & qualiter expositio Ale. verificari pōt.

Naturalis habet dare causas mobilis substātię materiales & mouētes, formales autem et finales non potest. Oppositū. 2. Phy. t. c. 70. Vide corra. Zim.

Quomodo expositio Alexā. pōt habere veritatem.

A sunt ex hoc causa formalis & finalis, non materialis & mouens, quã uis sint vna secundum subiectum. Et similiter verificabitur sermo eius prędictus, cum dicit quod demonstrare principia entium est primi Philosophi, & ꝙ Naturalis ponit ea positione, scilicet quod intelligenda est causa formalis & finalis, non mouens & materialis. Et similiter verificabitur etiam sermo eius, cum dicit illa autem alia principia sunt Naturalis tantum, cum fuerint intellecta ex istis hęc duo tantum principia, scilicet materia prima & primum mouens. Et cęcidit dubitatio in hoc, quod principium formale, & finale, & mouens non sunt tria numero, sed vnum in subiecto & tria in ratione. secundum autem quod est mouens, declaratur esse in scientia Naturali, & quod non est in materia: & secundum quod, concedit hæc scientia quod hoc mouens non est in materia, declarat quod est forma & finis istius sensibilis substantiæ, non in eo, ꝙ est sensibilis, sed in eo ꝙ est ens. secundum igitur hoc est intelligendum quod principia vtriusque scientię sunt diuersa in modo tantum, non in esse, & ideo sermo Alexand. est valde dubitabilis, nisi determinetur sic. Ex quo errauit Auicen. sicut B dixit. & oportebat Alexand. si hoc intendebat, sicut est famosus in hac scientia, distinguere & determinare hoc. Et ideo videmus Themistium dimittere hanc intentionem vniuersaliter.

Causa formalis, et finalis, & mouẽs sunt idẽ subiecto. Idem 10. Met. c. 7.

Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum ipsum quid, aut secundum quale, aut quantum, aut vbi, ac generatio simplex & corruptio, quę secundum quod quid fit, augmentatio & diminutio, quę secundum quantum, alteratio, quę secundum passionem, latio vero, quę secundum locum, profecto in contrarietate quę scđm singulũ mutationes erunt. necesse est igitur mutari materiam, quæ ambo posit.

Si igitur transmutationes snnt quatuor, aut in quid, aut in quale, aut in quantum, aut in vbi, generatio autem simpliciter est in hoc, augmentum vero in quantum, alteratio autem in passiones, translatio autem in locum, videtur quòd C transmutationes nõ inueniãtur, nisi in eis, quę sunt in vno quoque, & necesse est vt materia transmutetur, quia põt vtrunq;.

Cum declarauit ꝙ transmutatio fit ex contrariis, aut ex his, quę sunt inter contraria, quę etiam sunt contraria, & declarauit ꝙ contraria habent tertium subiectum, & est materia coniuncti, vult declarare quot sunt modi contrarietatis, qui sunt in transmutationibus, & dicit, Si transmutationes sunt quatuor, aut in substantia, & dicitur generatio & corruptio simpliciter: aut in qualitate passiua, & dicitur alteratio: aut in quãtitate, et dicitur augumentũ & diminutio: aut in vbi & dicitur taanslatio, necesse est vt omne, quod transmutatur, transmutetur ex contrariis, quę sunt in vnoquoque istorum modorum quatuor. Et iam declaratum est in Quinto Physico, qui sunt modi diuersitatis inter has transmutationes, & diuersitatem, quæ est inter hęc contraria. Contrarietas autem in substantia est forma & priuatio: in qualitate autem, vt calor & frigus in tactu, & dulce & amarum in gustu, & album & nigrum, in visu. & omnia ista reducuntur ad sensum tactus, vt de- 5. Phys. t. 10.

2.de Generatione.6.& 7. claratum est in libro peri Gene. in quantitate augmentum & diminutio. Et, cum posuit ꝙ hęc quatuor sunt modi transmutationum, dicit, & necesse est vt materia transmutetur, quia potest vtrunque, idest &, si necesse est, sicut declaratum est, vnumquodque istorum contrariorum habere * naturam, super quam succedunt sibi contraria, necesse est vt non sit materia nisi secundum ꝙ recipit vtrunque contrariorum, non quia habet alterum contrariorum in substantia sua: & vt non sit materia, nisi quia transmutatur ex contrario in contrarium illo permanente. & totum hoc perfecte declaratum est in Physicis. D

*r.l. materiam

Primo Ph. 50. & 59.

Cum autem duplex sit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, vt ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. Quare non solum per accidens ex non ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt: verum potentia quidem ente, actu vero ex non ente. E

Et, quia ens est duobus modis, omne transmutabile transmutatur ex eo, quod est ens in potentia, ad illud, quod est ens in actu, verbi gratia ex albo in potentia ad album in actu. & similiter in generatione & corruptione. Ergo non tantum est possibile vt sit accidentaliter ex non ente, sed ex ente, id est vt sint omnia ex ente in potentia, & non ente in actu.

8 Cum declarauit ꝙ principia sunt substantię contrariorum, vult declarare cuiusmodi esse sit esse materię: & prępomitur huic ꝙ ens diuiditur in potentiam & actum in omnibus prædicamentis. & Alexan. dixit ꝙ hoc declaratum est in tractatu Nono, in quo loquitur de potentia & actu: & intendebat per hoc, ꝙ in hoc tractatu demonstrat potentiam esse pręcedentem ad actum. & dicit impossibilia contingentia ad negantes potentiam esse, & ponentes eam cum actu. & hoc non fecit in illo tractatu, nisi ad confirmandum. potentiam enim esse non indiget demonstratione. Et, cum posuit ꝙ inuenitur ens duobus modis, aut potentia, aut in actu dicit quod transmutatio est ex ente in potentia ad ens in actu in omni specie transmutationis. verbi gratia ꝙ transmutatio ad album est ex albo in potentia ad album in actu: & transmutatio ad hanc substantiam est ex illa substantia in potentia, & similiter corruptum est ex illo, quod est in potentia corruptum. & hoc intendebat, cum dixit: & similiter in generatione & corruptione. & intendebat quod omne transmutabile fit ex illo, quod est in potentia in illo modo prędicamenti. Et, quia hoc ignorauerunt Antiqui, errauerunt in generatione, & dixerunt ꝙ nulla generatio est omnino, sed entia fuerunt pręcedentia in esse in actu, sed reputantur propter sensum esse generata, & non sunt in rei veritate, sed exeunt ab inuicem, & vnus eorum, qui hoc opinati sunt, est sicut Anaxa: & mouit eos ad hoc credendum ꝙ ens non fit ex non ente. non esse enim non transfertur in esse, neque etiam ex ente: quia illud, quod F

Potentiam esse non indiget demonstratione.

Vide. 1. Physi. 33.

A sit, tunc esset prius ens, quam esset. Et, cum posuit ꝙ generatio fit ex ente in potentia, vt declaratum est in Primo physic. dicit. Ergo non tantum possibile est, &c. & innuit per hoc modum, quo dissoluit quęstionem dictam in Primo Physic. de generatione. Dictum est enim illic ꝙ, si generatio est, aut est ex non esse, aut ex esse. si ex non esse, ergo non esse transfertur in esse. si ex esse, contingit vt sit ens, antequam sit. & dissoluit hanc questionem in illo tractatu, dicendo quod generatio fit ex non ente accidentaliter, quia est ex ente potentialiter scilicet materia, cui accidit priuatio, quę est non ens simpliciter: & etiam est ex non ente in actu accidentaliter. accidit enim materiæ, ex qua est generatio essentialiter ꝙ fuit non ens in actu & ens in potentia. Facit igitur hic rememorationem de eo, quod declaratum est illic, ꝙ generabile non generatur ex ente accidentaliter, sed etiam essentialiter, scilicet ex ente in potentia idest quod non sufficit dicenti in solutione istius quęstionis ꝙ generabile impossibile est quod generetur ex non esse, dicere quod generatur ex non esse essentialiter, sed accidentaliter: sed oportet etiam dicere ei cum hoc quod generatur ex ente essentialiter scilicet ex ente in potentia. B Et Alexand. dixit quod non compleuit sermonem in hoc loco de materia, quoniam transmisit nos ad Physicam. Et hoc demonstrat ipsum videre ꝙ sermo in probando primam materiam esse est naturalis, econtrario Auic.

Primo Ph. 71. mouetur questio, soluitur autem ibidem in 74. & 75.

Priuatio est nō ens simpliciter, Vide. 1. Phy. 78.

Contra Auic. Vide etiā. c. vlti. 1. Phy. & 22 2. Phy.

Et hoc est Anaxagoræ vnum. melius nanque quam cuncta simul, & quam mistura Empedoclis, ac Anaximandri, &, vt Democritus quoque ait, simul omnia potentia erant, actu vero minime. Quare materiam tetigerunt.

Et hoc est vnum, quod Anaxagoras ignorauit. & est melius quam quod omnia sint insimul. & est etiam mistio Empedoclis, & hoc Anaximandri. & sicut dicit Democritus, C omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autem non, quousque inueniantur admistæ cum materia.

Vult declarare ꝙ omnes Antiqui, cum voluerunt dissoluere illam quęstionem de generatione, speculabantur naturam materię debiliter, & non potuerunt scire veritatem illius materię, sed tamen omnes intendebant, quasi veritas induceret eos ad illam. Et dixit. & hoc est vnum. &c. idest & istam naturam, quę declarata est esse, reputabat Anaxa. esse misturam suam. Materia enim assimilatur mistioni: quia res admistę propinquę sunt vt sint in potentia, sed tamen insimul sunt in actu. & ideo dicit & est melius quam ꝙ omnia sint insimul. idest & ponere ꝙ materia est in potentia omnia, in dissolutione illius quęstionis melius est quam dicere ꝙ omnia existunt in actu mistione insimul. Non enim potest euadere per positionem mixtionis ex hoc, ꝙ generatio fit ex ente in actu: & sic remanet quęstio destruens generationem. Deinde dicit, & est etiam mistio Empe, idest & ista mate- 9

ria est, quam Empedo. inspiciebat, cum posuit quod mundus est admistus aliquando per amicitiam: & aliquando segregatus per litem. Deinde dicit, & hoc Anaximandri, idest & quod ponebat iste homo, habet aliquam similitudinem cum materia. Ponebat enim ꝙ elementum omnium rerum est infinitum, & medium inter aerem & ignem, aut inter aquam & aerem, sicut alius faciebat. isti enim inspiciebant potentiam existentem in materia, & ideo posuerunt ipsum medium inter ea, quę sunt entia in actu, & inspiciebant etiam naturam materię, cum posuerunt ipsum infinitum, ne generatio secetur. esse enim eius in potentia omnia est causa, propter quam generatio non abscinditur. Deinde dicit, sicut dixit Democri. omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autem non, idest & de propinquioribus istis in aspiciendo materiam fuit Democritus, cum dicit partes esse indiuisibiles, quę sunt apud ipsum elementum omnium, dicit enim ꝙ istæ fuerunt in potentia omnia, antequam conglutinarentur adinuicem, & quod nunquam fuerunt in actu. Deinde Alexan. & forte iste sermo, quem dicit omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autem non, est totus Democriti: sed sermo Democriti est; omnia fuerunt nobis in potentia, idest ęterna, quia assimilantur materię in hac intentione, & erit sermo eius, omnia sunt in potentia, in actu autem non, prius Aristote. & quia correxit sermonem Democriti, dicendo & Demo. quasi dicit, quod partes indiuisibiles semper fuerunt æterne, bene inspexit naturam materię: & maxime esse eius in potentia omnia facta ex eis, non in actu. Deinde dicit, quousque inueniantur admistę cum materia, idest & natura veritatis induxit omnes antiquos vicinari materię. Et dicit hoc, quasi ꝙ fuit testimonium super hoc, quod probauit de materia. Nullus enim sciuit materiam in rei veritate ante ipsum, sed inspiciebant ipsam a longe.

De propinquioribus in aspiciẽdo materiã fuit Democri. oppositum. 1. Phy. c. 79. de Plato. Vide c. Zim.

E

Nullus sciuit materiam, autẽ Arist. sed inspiciebant ipãm a longe. Id. m. 1. Phy. c. 78.

Cuncta vero quæcunque mutantur, materiam habent, sed diuersam. nam, & ipsorum sempiternorum quęcunque non sunt generabilia, sed latione mobilia, attamen non generabilem, sed vnde, quo. F

Et omnia, que transmutantur, habent materiam, sed diuersam. Omnia igitur æterna, scilicet omnia, quæ sunt in generabilia, & mouentur secundum translationem, habent materiam, sed non generatam, sed ex vbi, aut ad vbi.

10 Et, si omnia, quę transmutantur, habent materiam, sicut diximus, sed naturę materierum diuersantur secundum modos naturę transmutationis. materia autem generabilium est in potentia, translatorum autem est in actu, cum translatum sit aliquid in actu, & ideo quod ex translatis fuerit non generabile neque corruptibile, non habebit materiam, quam habet generabile & corruptibile, & est quæ est in potentia. & quasi dicat, & omnia ęterna, quę sunt non generabilia, sed mouentur motu secundum translationem, habent materiam, sed non habent materiam generabilium, sed materiam eorum, quę mouentur de vbi in vbi. Et ex hoc videtur † corpus cœleste non habere po-

Naturę materierũ diuersantur secundum modos naturę trãsmutationis. Idem. 5. Ph. t. c. 8. & 1. Phy. 63. vide etiam. 3. de Anima, co.

A tentiam diuisibilem secundum diuisionem corporis, scilicet formam materialem, nam si ita esset in eo materia, quæ est in potentia: & iam declaratum est ꝙ nullum ęternum habet potentiam vt corrumpatur, & in primo cœli et mundi. Auicen. autem errauit in hoc, cum dicit, ꝙ materia, quę est in potentia, existit in omnibus corporibus.

5. iuxta principium digressionis.

†Corpus cæleste nõhabet materiam. Idem infra. 36. 41. 48 &. 49. &. 1. cœ. cõ. 5. 20. 22. 95. & 1. 2. cœ. 3. 15. 31. 32. 36. 38. 61 & . 1. Ph. 63. & 73. &. 8. Meta. comẽ. 12. & 9. Met. cõ. 17.

Dubitare vero quispiam posśit, ex quo non ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiam est potentia. Verum tamen non ex quocunque, sed cum alterum ex altero. Nec id sufficit, quòd simul omnes res erant, quia differunt materia, cur enim infinita facta fuissent & non vnum, cum intellectus vnus sit? quare si materia vna, illud actu fuisset factum, cuius materia potentia erat.

Et dubitandum est in hoc & dicendum ex quo non ente fit generatio. non ens enim tripliciter dicitur. Si igitur fuerit in
B potentia. Sed non ex qualibet potentia, sed alterum ex altero. Et non sufficit etiam vt omnia sint insimul, nam sunt diuersa secundum materiam. & si non, qua de causa sunt infinita, non vnum, intelligentia enim vna est? si autem materia fuerit vna, & istud erit in actu, cuius materia fuit in potentia.

Vult narrare ꝙ quamuis materia prima sit vna, tamen multa est in potentia, & habilitate, & ꝙ quodlibet ens cum materia communi habet naturam propriam. & incœpit ponere quęstionem, quam dissoluit, & est ꝙ ens non fit ex ente, sed ex non ente, & dicit, &, si aliquis posuerit ꝙ generatio fit ex non ente, habet dubitare & dicere ex quo non ente fit generatio. Non ens enim dicitur tripliciter. Et intendit, quorum vnum est non ens simpliciter, quod non habet esse, neque imaginationem. Secundum est non esse, quod est in materia, scilicet
C priuatio formarum. Tertium est ens in potentia. Ens enim in potentia dicitur non ens, scilicet non ens in actu. Et, cum posuit hęc tria, incœpit breuiter ponere intentionem, qua dissoluitur quęstio, & dicit. Si igitur fuerit in potentia, &c. idest, & si quęstio dissoluitur, ponendo ꝙ ens fit ex non ente in actu, & ente in potentia. non enim quodlibet ens fit ex qualibet potentia, sed vnumquodque entium fit ex eo quod est in potentia illud, quod fit, idest ex potentia propria, ita ꝙ numerus potentiarum sit sicut numerus specierum entium generabilium. Et dicit hoc, quia opinatur quod prima materia est vnum secundum subiectum, & multa secundum habilitates. Primo enim habet habilitates ad recipiendum primas contrarietates, scilicet formas omnium quatuor elementorum, Secundo vero habet potentias consimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum. & istę potentię diuersantur secundum diuersitatem mistionis quatuor elementorum, ita quod ex hoc diuersantur formę generabilium. Et, quia Antiqui secundum positionem suam in materia non possunt dare causam in multitudine entium ex materia, dicit. Et non sufficit etiam ꝙ omnia fuerint insimul, i. & ideo non sufficit in dando causam multitudinis en-

11 Materia ẽ vna, tamẽ est multa potentia & habilitate. Vide. 1. de Generatione cõ. 22. & te. com. 29. &. 4. Phy. t. c. 84.

Numerus potẽtiarum est sicut numerus specierum entium generabilium. Prima materia primo habet potentiam ad recipiẽdum formas elementorum: & eis mediantibus ad formas mixtorum. Idẽ 3. cę. cõ. 67.

tium dicere quod ea, ex quibus fit generatio, fuerunt entia inſimul in D
actu, neque entia in potentia, cum potentię non fuerint multę. Et
iſta quęſtio conſequitur Anaxagoram dicentem mixturam, & om-
nes Antiquos. contingit enim eis vt quodlibet fiat ex quolibet, eo
quod non ſint materię propinquę propriæ vnicuique enti. album igi-
tur non fit ex non albo quod eſt nigrum, ſed ex quolibet non albo,
verbi gratia ex linea. non album enim dicitur de linea. Et ſimiliter
contingit Democrito & Empedocli, cum elementa diſtinguantur apud
ipſum ex vno, quod fecit amicitiam apud corruptionem mundi. Et
cum dicit, quod non ſufficit in poſitione eius, ex quo eſt generatio,
dicere quod ea ex quibus fit generatio, fuerunt entia ante genera-
tionem, dedit cauſam in hoc, & dicit, nam ſunt diuerſa ſecundum
materiam, &c. ideſt, & ſermo Anaxagorę proprie non ſufficit, quia
multitudo entium prouenit ex multitudine materiæ aut formę agen-
tis. & ſi non, qua de cauſa diuerſantur entia in infinitum diuerſitate
infinita, & non ſunt vnum, cum agens eſt vnum apud ipſum, quod
eſt intelligentia. Et intendebat, cum materia ſit vna & agens ſit E
vnum, neceſſe eſt vt non ſit multitudo. multitudo enim eſt aut ex mul
titudine materię, aut ex multitudine agentis, ſi fuerit poſsibile vt for-
mæ diuerſę habeant eandem materiam, aut ex multitudine duarum
cauſarum. Deinde dicit, ſi autem materia fuerit vna, &c. ſi autem
materia fuerit vna, & generans vnum, & potentia vna, tunc illud
quod fit, erit vnum. ſubiectum enim, cum fuerit vnum, & potentia
exiſtens in eo fuerit vna, & agens vnum, tunc nulla erit cauſa mul-
titudinis.

Multitudo entium prouenit ex multitudine materię, aut formæ agentis. Vide 7. Meta. com. 28

Cum ſubiectū fuerit vnum, et potētia exiſtēs ī eo fuerit vna, & agēs vnum, tunc nulla erit cauſa multitudinis.

Caput Tertium. Nec materiam, nec formam generari. Item quo pacto formas dari non male dixerit Plato: et cur etiam non cogamur eas ponere.

TRES itaque cauſę, & tria principia. duo quidem ipſa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma, hoc vero priuatio: tertium vero materia. Poſt hæc quòd neque materia fit, neque forma. dico autem extrema. Omne enim quod tranſmutatur, aliquid eſt, & ab aliquo in aliquod tranſmutatur. ab aliquo quidem, primo mouente, in quo vero, materia, in quod autem, forma. in infinitum itaque procedet, ſi non ſolum æs rotundnm fit, verum ipſum rotundum, aut æs. quare neceſſe eſt ſtare.

Cauſe igitur ſunt tres, & principia tria. quorū duo ſunt cōtra

ria, quorum

A ria, quorum vnum est forma, & alterum priuatio, & tertium materia. Et post ista neque materia fit: neque forma, sed illa duo alia. omne enim, quod transmutatur, transmutatur ex aliquo in aliquod. illud autem, a quo transmutatur, est motor: transmutabile autem est materia. illud autem, ad quod transmutatur, est forma. & processus erit in infinitum, si cuprum non tantum fuerit rotundum, sed rotundum etiam, & cuprum necesse est vt pręcedant.

Cum declarauit in principio istius tractatus ꝙ ipse non quærit nisi principia 12
& elementa substantiæ, & posuit ꝙ substantiæ sunt tres, mobilis & immobilis, & mobilis diuiditur in duo, in æternam & non æternam, & fecit rememorationem de eo, quod declaratū est in scientia Naturali, & etiam in tractatibus præcedentibus, & declarauit quantum comprehenderunt Antiqui de principio materiali, & ꝙ nullus eorum dixit in hoc sermonem conuenientem generationi & corruptioni, & hoc quod dicunt, ꝙ principia sunt contraria, non sufficit, & ꝙ necessarium est dicere subiectum esse, & ꝙ nullus eorum dixit sermonem rectum, vnde non potuerunt dissoluere quæstionem dictam in dissolutione generationis, B neque potuerunt reddere causam, propter quam generabilia sunt multa, materia autem sit vnum, & agens similiter. &, cum omnia ista fuerint declarata ab eo, dixit ꝙ causæ sunt tres, &c. Deinde dicit ꝙ forma non generatur, neque materia, sed illud, quod congregatur ex eis. Omne enim transmutabile ab aliquo, & ad aliquid, & ex aliquo transmutatur. illud autem, a quo transmutatur, est motor: & illud, ex quo transmutatur, est materia: & illud, ad qđ transmutatur, est forma. [a] Si igitur forma generaretur, esset composita ex materia & forma, quia transmutaretur ab aliquo, & ex aliquo, & ad aliquid: & forma tunc haberet formam: & continget sic in ista vt haberet essentiam: & sic in infinitum. forma igitur, in eo ꝙ est forma, non generatur. Et sic est de materia, si esset generata, esset composita. & sic inuenirentur ex parte materiæ species infinitæ in composito, aut generatio esset ex nihilo. & hoc est declaratum in tractatibus præcedentibus istius scientiæ. D.d. & processus erit in infinitum. i. formæ & materiæ. i. ꝙ, si fuerint generabiles, continget vt in eodem sint formæ & materiæ infinitæ. D.d. si cuprū tantum non fuerit rotundū. i. necesse est vt formæ & materiæ sint infinitæ, si posuerimus ꝙ generatum non est compositum tm̄, sed etiam forma & materia. v.g. ꝙ generatum non est cuprum rotundum, sed rotunditas & cuprum. quoniam, si ita fuerit, continget vt ante rotunditatem sit rotunditas, & recipiens rotunditatem, & similiter cuprum indiget recipiente & C forma. Et hoc, quod dixit, non est impossibile in compositis materijs, vt in cupro: sed est impossibile in prima materia, & in simplicibus formis. & accepit cuprū rotundum loco compositi, & cuprum loco materiæ, & rotundum loco formæ, D.d. sed rotundum etiam & cuprum necesse est vt præcedant. i. sed forma & materia necesse est vt præcedant compositum. aut intendit, sed si posuerimus formam esse generabilem, & materiam esse generabilem, sicut est compositum ex eis, necesse est vt præcedāt eas forma & materia. v.g. ꝙ, si rotundum fuerit generabile, necesse est vt sit compositum ex rotundo & cupro.

Expositio. Nec forma nec materia generat, sed qđ cōgregatur ex eis. Idē. 7. Met. 23. 26. et 27. 31. Vide oppositum. 1. Ph. cō. 60. de materia. Vide cō. Zim.

a Si forma generaretur eēt cōposita ex materia et forma. Idē 7. Me. com. 26. & 27.

Documētū. Vide. 1. Ph. tex. cō. 82.

Deinde ꝙ quælibet substantia ab vniuoco fit. Quæ enim natura, substantiæ sunt, & alia. aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipso. homo nāque hominem generat. cæteræ vero causæ priuationes horum sunt.

Et post ista, quia vnaquæq; substantiarum fit ex eo, quod est conueniens ei in natura. naturalia enim sunt substantiæ, & illa alia residua. quoniā aut sunt artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Ars igi-

tur principium est in altero, natura vero est principium per se. homo D
enim generat hominem. causæ autem residuæ sunt priuationes isto-
rum alterorum.

Cum declarauit principia substantiæ generabilis & corruptibilis existentia
13 in ea, scilicet formam & materiam, vult etiam declarare principia agentia ad
veniendũ ad prima principia. & incœpit facere rememorationem de eo, quod
declaratũ est in tractatibus substantiæ, & dixit, ꝙ vna quæq; substãtiarũ fit ex
eo, quod cõuenit ei in nomine: vt homo ex homine, & equus ex equo. Et dixit
Alexã. quæstiões de genitis ex putredine, et de mulo qũo fiant a sibi simili. Alex. ꝙ debet homo cõiungere huic, & quærere de animalibus gñatis a putre-
factione qũo sint generata a cõuenienti in nomine. Ista. n. videtur generari na-
tura, non volũtarie, aut casu. neq; ẽt mulus fit ex conueniente ei, cum non gene
retur a mulo. Quod aũt coniungit est ꝙ ponit maiores dubitationes. quoniã, cũ
d. ꝙ ea, quæ sunt secundũ naturam, sunt ex conuenientibus, addit in suo sermo-
ne ꝙ et illa alia residua aut erũt artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Reputatur
enim ꝙ iste sermo non est ꝙ tantum substantiæ sint ex conuenientibus, sed &
omnia alia, quę fiunt ex non substantia sunt etiam ex conuenientibus. Ea autẽ,
quæ fiunt artificialiter, possibile est vt sit verum, cum ars est forma illius, quod
fit, quam facit artifex in materia: sicut d. in sermone præcedenti ꝙ ratio cuiusli- B
bet est forma. In eis autem, quæ sunt casu, quorum agens non est terminatũ, qũo
7. Me. 25. est intelligendum ꝙ ista fiunt ex cõuenientibus. Et forte non d. in istis, neq; ꝙ
sunt, neq; ꝙ fiunt a simili. qm̃ cum d. de rebus, quæ fiunt naturaliter, & quæ arti
ficialiter, sequitur post, & d. causę autem residuæ sunt priuationes istorum: et pri
uationes non sunt generationes secundũ primam intentionẽ, sed secundum erro-
rem ex accidentibus positis: qm̃ neque in artificijs etiam ea, quæ fiunt secundũ
errorem, fiunt in rei veritate. i. ꝙ est credendum ꝙ Arist. opinabatur ꝙ ea, quæ
fiunt casu, fiunt ex conuenientibus, cum non sit rectum vocare ea generabilia,
sed priuationes generabilium. sunt enim in natura, sicut ea, quæ fiunt in artificio
errores. & sicut ista non est rectum vt vocentur generabilia artificialia, ita illa,
quæ fiunt casu in rebus naturalibus. & hoc intendebat cum d. causæ autem resi-
duæ sunt priuationes istorum. D. d. Alexan. iam locutus fuit de hoc multum in
tractatu Septimo, & declarauit quomodo fit vnaquæque rerum, quæ fiunt ex cõ
uenientibus: & etiam locutus fuit Aristo. de rebus, quæ fiunt ex putrefactione in
Physicis. quoniam ista, quamuis non sint ex conuenientibus simpliciter, tamen
Scdo Ph. 83 & 84. sunt ex aliqua operatione. calor enim existens in substantijs est causa in genera
tione huiusmodi. D. etiam, & quid intelligebant per suum sermonem ex conue-
nientibus ita est, ꝙ ea, quę fiunt naturaliter, naturaliter fiunt: & ꝙ nullum eorũ, F
Alia expositio Alex. quæ fiunt naturaliter, fit ab artificio, sed ex natura. et similiter artificialia ab ar-
tificio, & similiter casualia. nullum enim istorum fit ex natura, aut artificio. &
ꝙ omnia ista declarata sunt hic. D. d. Ars igitur principium est in altero. i. quod
ars est principium mouens in alterum, in eo quod est alterum: natura autem est
mouens aliquid per se, i. quia existit in re per se, non accidentaliter. & hoc de-
claratũ est in Secundo Phy. Et, cum non dixit in hoc sermone ea, quæ fiũt vo-
luntarie, dixit Alex. ꝙ possibile est ordinare ea, quæ fiunt voluntarie, etiã cũ
eis, quæ generantur secundum artem. Voluntas enim est etiam principium in
alterum. D. Alexan. & cum dixit hoc, d. post, homo. n. generat hominem. & iste
sermo significat ꝙ non intendebat per hoc, quod d. de eis, quæ generantur quæ
fiunt ex conuenientibus, nisi primam intentionem intentionũ conuenientium.
Omnia enim, quæ sunt naturaliter, aut artificialiter, non habent dispositionẽ ta-
lem. inueniuntur. n. per se, aut per casum, cum vocat ea, quæ sunt huiusmodi pri-
uata, non generata. Et intendit Alexã. per hunc sermonem ꝙ ea, de quibus d.
Arist. ꝙ ea, quę sunt ex cõuenientibus, & ex arte sunt secundũ primã intentio-
nem. Omnia. n. quæ fiunt a natura & artificio, sunt talia, cum iam perscrutatus
est de casu in alio loco: & ipse dat rationem ex hoc, ꝙ Aristo. non vocat ista ge
nerata. D. Alex. & forte fiũt casu, & nõ per se aialia, quæ generatur ex putrefa
ctione, qm̃ aũt ea, quæ fiũt ex artificio fiũt ex conueniẽtibus, iã declaratũ est in

A primis tractatibus. quoniam vero mulus fit ex conueniente, declaratū est in primis tractatibus. fit enim ex asino & equa: & sunt ea quæ sunt vna intētio, & habent vnum nomē positum. i. ꝙ intentio conueniens, ex qua fit mulus, est natura vna communis asino & equæ. Et hoc, quod dicit Alex. in expositione istius loci est totum bonum, sed non videtur ex verbis Arist. ꝙ ponit præter substātias aliqua generari ex conuenientibus, sicut ipse dicit ꝙ apparet ex sermone eius. qm̄, cum dicit, & illa alia residua, non respondent ad illud, quod dicit ꝙ fiunt ex conuenientibus, sed est principium sermonis, & suum appositum est aut artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Et in alia trāslatione ab ea, quam exposuit Alex. cecidit aut artificialiter. & secundū hoc, quasi dicat ꝙ generabilia, quæ sunt substantiæ, sunt ea, quæ fiunt ex conuenientibus: illa aūt alia fiunt naturaliter, aut casu. & secundū hoc non accidit dubitatio in hoc sermone. & hoc idem declarauit in tractatu septimo. Et inuenimus hunc sermonē copulari in alia translatione cum eo, qđ dictum est prius hic sic. D. d. necesse est vt hoc sit post hoc. omnis. n. substantia fit ex conueniente in nomine & definitione: ea autem, quę fiunt natura, sunt substantię, alia autem aut sunt naturaliter, aut per se. Et reputo ꝙ hoc, qđ cecidit in translatione Alexā. & illa alia residua, qm̄ sunt aut casu, aut per se, s. hoc, ꝙ addidit hanc particulam, qm̄: quia secundū hoc quod dicit, & illa alia residua, respondendum ad hoc, quod dicit ex conuenientibus.

Expō Auerrois contra primā expositionē Alexandri.

Septimo metaphys. 32.

B Et hoc inuenimus ex translatione Ioannis, sicut dicit, & cū processus fuerit in infinitū, si cuprū nō fuerit tantum rotundum, sed rotundum, aut cuprū necesse est vt stet. deinde post hoc, quoniam vnaquęq; substantiarū fit ex conueniente in nomine, & ea, quę in natura substantię, & illa alia residua, quoniam fiunt, aut artificialiter, aut naturaliter, aut casu, aut per se. & hoc facit existimare ꝙ omnia fiunt ex conuenientibus, secundū quod dicit Alex. & ꝙ plus ponit dubitationem in hoc est, qa ponit in eis ea, quę fiunt artificialiter, iam enim dicit Aristo. ꝙ ea, quę fiunt artificialiter, sunt ex conuenientibus. sed videtur mihi ꝙ intendebat per alia residua, alia accidentia pręter substantiam. & ideo posuit inter ea, quę fiunt accidentaliter. Et secundū hoc substantię, quę fiunt ex putrefactione, collocātur in eis, quę fiunt ex conuenientibus, non in eis, quę fiunt ex casu. Ea. n. quę fiunt ex casu, non habent ordinem, neque sunt species intentę a natura. istę autem vidētur esse species a natura, sed tantum diminuuntur a speciebus gn̄atis a patre & matre. Et plura eorum fiunt in temporibus determinatis. nihil est igitur in istis dicere ꝙ fiunt casu. Hoc aūt, quod dicit ꝙ Arist. dicit ista in Physicis, errauit p obliuionē. & forte dicit ea in tractatu secundo, & iste tractatus est diminutus in quibusdam locis, secundū quod peruenit ad nos. Et, cum diximus ꝙ illud, quod generatur ex putrefactione, gn̄atur ex conueniente, non volumus dicere ꝙ generatur ex calore innato tm̄, sicut dicit Alex. secundum alteram suarum expositionū: sed est dicere ꝙ putrefactio, ex qua gn̄atur, est sicut semē in animalibus generātibus, s. qa sicut in seminibus est virtus gn̄atiua speciei habētis illud semen, quā Arist. assimilauit artificio: ita virtus, quę est in putrefactione ꝓpria alicuius aīalis, est similis artificio, qđ est in semine. & cū ea, quę fiūt ex artificio, fiūt ex cōueniēte, necesse est vt ea, quę fiūt ex virtute, quę est in putrefactione propria alicuius aīalis, fiāt a cōueniēte. Et nulla differētia est inter virtutē, quę est in putrefactione, quę assimilatur artificio, & eā, quę est in semine. sed ea, quę est in semine, fuit ex habente semen & Sole: illa autē, quę est ex putrefactione, a Sole tantum. & ideo dicit Aristo. ꝙ homo generatur ab homine & Sole. Et ideo nullo modo indigemus ponere formas, quas existimauit Themistius ponere ex necessitate in animalibus, quę fiunt ex putrefactione.

Pria rō. Ea, quę fiunt casu, nō habēt ordinē, neq; sunt species intētę a natura. Vide idē infra cō. 18. et 7. me. c. 31

Secunda rō. Vide. 2. Ph. 83.

C

Quomō genita p putredinē fiunt a cōuenienti.

Differētia īter virtutem putredinalē, & seminis.

Subſtātiæ vero tres. quædam materia, quæ* quod quid est, eo ipso ꝙ apparet. quęcunque. n. tactu non coadhærentia sunt, materia & subiectum sunt. Quędam vero natura, & ꝙ quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex his, quæ singularis est, vt Socrates, aut Callias. In quibus igitur quod quid non est præter cōpositam

Secūdo physico. 26.

* hoc aliqd

ſubſtantiam (vt domus forma non niſi ab ipſa arte) nec eſt genera- D
tio aut corruptio eorum: verum alio modo ſunt, & non ſunt, tum domus, quæ abſque materia, tum ſanitas, & omne, quod ſecundũ artẽ eſt. ſed ſiquidem ſunt, in his ſunt, quæ natura fiunt.

Subſtantiæ autem ſunt tres. Vna autem eſt materia, & eſt hoc, ſecundum quod videtur. quoniam quod eſt ſecundum contactum, nõ ſecundum ordinem, eſt materia & ſubiectum. Et quædam natura eſt hoc, ad quod eſt aliquis habitus in eſſe. Et etiam eſt Tertia, quæ eſt vniuſcuiuſque, vt Socratis, & Calliæ. Quoniam in qualibet re intentio huius rei non eſt aliud a ſubſtantia compoſita: vt forma domus, niſi ars eſſet. non eſſet etiam generatio & corruptio iſtorum, niſi alio modo ſint entia, & non entia, domus ſine materia, & ſanitas, & omne, quod eſt ſecundum artem, aut alio modo, aut non niſi quæ ſunt ſecundum naturam.

14 Cum dixit principia ſubſtantiæ ſenſibilis, quorum principia ſunt ſubſtantiæ, E
intendit dicere in hoc capitulo quot ſunt ſubſtãtiæ. & ipſe facit rememorationẽ de eo, quod declaratũ eſt in tractatibus ſubſtantiæ, & in ſcitia Naturali, et declarat ꝙ ſunt tres, materia, & forma, & illud, quod ex eis cõgregatur: vt veniat ex hoc ad cognoſcendum primam formã, & primũ finẽ. D. Alex. & primo Ariſto. dicit de materia hunc ſermonem. Vna aũt eſt materia, & eſt hoc, ſecundũ quod vr̃. Etiam in hoc ſermone eſt difficultas. & intentio eſt, ꝙ ſubſtantiæ ſunt tres. Vna igitur earũ eſt materia. & hoc eſt, qñ recipit formã, & adunatur, quia tunc eſt cum forma. forma enim eſt in actu, & vr̃ illic: illa aũt per ſe non videtur. D. aut erit intentio ſic, & eſt quia materia eſt hoc ſecundum ꝙ videtur. quoniam in materia per ſe & in rei veritate non eſt hoc, ſed reputatur eſſe hoc: quoniam in quolibet inuenitur materia. & hæc ſunt quæ ſunt ſubiecti. Intentio autem primæ expoſitionis Alexan. eſt, quia materia eſt illa, quæ videtur, aut ſentitur propter formam, & deberet dicere ꝙ materia eſt illa, quæ videtur, ſecũdũ quod eſt hoc, loco eius quod dicit, ꝙ eſt hoc, ſecundum quod videtur. Intentio vero ſecundæ expoſitionis eſt, ꝙ materia eſt hoc in ſenſu. i. ꝙ ſenſus non comprehendit differentiam inter ipſam, & hoc ſecundum intellectum. & ideo Antiqui reputauerũt ſubſtantias rerum eſſe materias earum, & ꝙ formæ non ſunt ſubſtantiæ. formæ enim ſunt inſenſibiles, ſed intelligibiles. & habet tertiã & quartã expoſitionẽ, F
quas nos poſt dicemus. D. Alex. & hoc, quod dicit poſt, quoniam illud, quod eſt ſecundum contactũ, & non eſt ſecundũ ordinem, eſt materia & ſubiectũ, addidit ipſum ei, quod dicit. & eſt ſecundũ quod videtur, inquantum demonſtrat ꝙ materia videtur hoc in rebus, in quibus exiſtit, cum fuerint contingentes ſe adinuicem, & adhuc non ordinatæ, aut compoſitæ, ſicut eſt res generata, & eſt illud, quod componitur ex eis. iſta enim reputatur eſſe materia eius, quod fit ex ea, ſecundum quod eſt hoc. non enim contingerent ſe adinuicem, niſi eſſent hoc in actu. & ſecundum hunc modum lapides & lateres ſunt materia domus, & ligna & tabulæ ſunt materia nauis. Sed forte intendebat, cum dicit. & eſt hoc, ſecundum ꝙ videtur, demonſtrare ꝙ materia, quæ videtur eſt hoc. materia autẽ, quæ videtur, eſt materia propinqua, hæc autem eſt in re. Et forte dicit ſecundũ quod videtur, ad declarandum materiæ naturam. Quod enim dicit de ea in alio loco, ꝙ ipſa materia eſt cognita ſecundũ ſimilitudinem, conuenit huic, quod dicit modo, ſecundum ꝙ videtur. ibimus. n. ad intelligendum naturam eius ex rebus, quę videtur. & forte hoc eſt illud, qđ declarauit per exẽpiũ, cum dicit, qñ illud, qđ eſt ſecundũ cõtactũ, nõ ſecundũ ordinẽ, eſt materia & ſubiectũ. qñ, ſi in rebus, quę vñr, ſ. compoſitis, fuerit aliquid nõ ſecundũ ordinẽ, vt in domo materia vr̃ vicina rebus, ex quibus fit domus: lapides. n. & lateres habẽt talẽ diſpoſitionem & proportionẽ, ſicut materia habet in alijs rebus. & forte dicit hoc in loco eius,

Prima expoſitio Alex.

Secũda expoſitio eiuſdem.

Sũma primę expõnis.

Sũma ſecundę expoſitionis.

Tertia expoſitio.

Quarta expoſitio.

A quod diceret ꝙ est aliqua substantia. hæc igitur sunt verba Alex. Intentio aũt primi sermonis est, quia, cũ dicit ꝙ materia reputatur esse hoc secundũ sensum, declarauit quando existimatur hoc, & dicit, & hoc erit, cum materiæ rei, ex quibus componitur, fuerint contingentes se adinuicem, sicut dispositio lapidum & laterum in domo. domus enim non reputatur esse nisi lapides & lateres. cum.n. materiæ rei fuerint admixtæ, tunc non reputantur esse illa res. & secundum hoc intendebat, cum dicit per ordinem mixtionem. & confirmat hanc expositionẽ illud, quod inuenitur in alia translatione. Intentio autem tertiæ expositionis, quam dicit super hoc, ꝙ materia est hoc, secundum ꝙ videtur, quia intendebat materiam propinquam. & quasi dicit, & materia propinqua rei est materia huius rei visibilis. & secundum hoc erit intentio sermonis eius, quoniam quod est secundũ contactum non secundum ordinem est materia & subiectũ quia materiæ propinquæ sunt illæ, quæ tangunt se adinuicem. Quæ enim admiscentur & adunantur sunt materia propinqua. v.g. quia caro & os & manus, ex quibus manus componitur est materia propinqua manus, & sunt contingentia se adinuicẽ. quatuor autem elementa, quæ sunt admixta adinuicem, sunt materiæ remotæ. Intentio autem quartæ expositionis est, quod dicit in primo Phy. idest ꝙ prima materia non intelligitur nisi secundũ cõparationem, s. illa, cuius comparatio ad omnia entia in actu, est sicut comparatio materiæ sensibilis ad illud, cuius est materia, vt comparatio ligni ad nauem. & secundum hoc erit intentio eius, qđ dicit ꝙ materia est hoc, secundum ꝙ videtur. i. ꝙ prima materia non intelligitur esse materia huius rei, nisi secundum materias, quæ videntur. materiæ enim contingentes non adunatæ faciunt intelligere hanc intentionem. Et omnia ista, quę iste dixit, nihil faciunt nos acquirere, quę ante non sciuimus de materia. Si igitur potuerimus exponere hunc sermonem tali modo, quo potuerimus scire rem nouam de materia, & conuenientem literę, erit aliquid. Et videtur mihi ꝙ intẽdebat dare differentiam inter naturam materię in esse, & naturam formæ vniuersalis, & maxime illius, quod est genus. Reputatur. n. ꝙ prima materia, quia est communis, habet naturam rei vniuersalis, prædicabilis de pluribus. Vnde quidam existimant primam materiam esse corpus. Et, si ita esset, haberet formam, & non esset vna secundum numerum, sed secundum formam. sed iam dictum est in alijs locis ipsam esse vnam secundum numerum. Demonstrandum est igitur quomodo vnum numero potest inueniri in pluribus. Hoc quidem non intelligitur in eo, quod est in actu: in eo autem, quod est in potentia dicere, est quod est vnum in numero, & commune pluribus, &c. non habet differentias, quibus differunt in singulis indiuiduis adinuicem. &, quia differentiæ indiuisibiles absunt, & carent formis, quibus inuenitur pluralitas in numero, dicuntur esse vnum. & quia carent forma, qua res dicitur esse vna numero, dicuntur esse communes rebus pluribus in numero: non quia habent formam cõem, sicut est in igne Secundum igitur ꝙ carent differentijs formarũ indiuidua lium est vna numero, non quia habeat formam indiuidualem, quæ sit vna numero. & secundũ hoc etiam ꝙ caret forma in actu indiuiduali, est cõmunis pluribus rebus. Formæ enim cõmunes, in quibus inueniuntur vniuersalia, sunt entia in potentia cõicatione: & scire ideo aliquid secdm ꝙ est vniuersale est scire in potentia: [a] cõitas igitur, quę intelligitur in formis communibus, habet esse extra animam in potentia. Ista autem communitas, quæ intelligitur in materia, est pura priuatio, cum non intelligatur nisi secundum ablationem formarum indiuidualium ab ea. Materia igitur non habet esse extra animam secundum hũc intellectum, s. quia est communis omnibus generabilibus & corruptibilibus, cum non intelligatur sic nisi secundũ priuationem. Et, cum ita sit, illud igitur, quo differt a non esse, & est aliquod ens extra animam, est, quia est subiectũ indiuidui sensibilis, quod videtur, non illud, quod intelligitur ex ea. & hoc est perfecta imaginatio materiæ. & hoc nunquam dicit Aristo. in aliquo loco, sed inuenitur ex eius verbis. Si igitur iste sermo est conueniens huic expositioni, tunc iste sermo facit intelligere ꝙ esse est esse materię, & est proprius huic scientię, & non de scientia Naturali. & nullus potest intelligere esse materiæ in rei veritate nisi

B

C

Expõ primę expositionis Alex.

Expositio tertiæ.

Expositio quartę.

Expositio Auerrois.

Intellectus ꝓpositionis, qualiter materia est vnã numero et pluribus cõmunis.

Inde colligitur p formã rẽ esse vnã numero. vid cõsimile. 2. de Aĩa. cõ. 7. et 8. & 7. Met. c. 49. & 85. 6. Phy.

a Cõitas, q intelligitur i formis cõibus habet eẽ extra aĩam in potentia. Idẽ 1. Met. 45. & 7. me. 57. vide hic cõ. 4. & ifra cõ. 18.

sic.&,cum inspexeris verba Arist.videbis ꝙ hęc expositio non remota est ab D
eis plus illis quatuor expositionibus,& est multo melior eis. Et secũdũ hoc erit
intentio eius,quod dixit,est hoc,secundum ꝙ videtur.i.& est illa, cuius esse nõ
est nisi secundum ꝙ sentitur.i.propter illud,quo fit sensibilis:& hęc est forma.
Materia.n.non est sensibilis per se, sed per aliud,i.per formam.& nõ habet es-
se,nisi quia sentitur per aliud,non per se.est.n.ens per illud,quod sentitur. Et,
quia esse materię est esse in comparatione ad hoc esse,quo sentitur,& est forma,
dicit.quoniam quod est secundum contactum,&c.i. & causa,quod suum esse est
per illud,quod sentitur,est,quia omne,cuius naturã est in contactu & continua-
tione cum alio,vt perficiatur per ipsum(nõ cuius natura est in ordine intellecto
ab eo,& est forma intelligibilis)est materia & subiectum.Ista enim natura, qa
non habet formam,non habet esse in intentione intellecta ab ea,& fuit suũ esse
in comparatione ad formam. Et quasi intendebat demonstrare ꝙ sua natura est
in comparatione,& ꝙ non habet naturam propriam.& accepit contactum loco
comparationis.Omne.n.cuius esse est per contactum & per continuationem cũ
alio,nõ per naturam intellectam ab ea, qua fit ens per se,est materia. Et forte
intendit intentionem manifestiorem omnibus prędictis secundum verba, & est
ꝙ materia est illud,ad quod innuitur secundũ sensum.Forma.n.non comprehen E
ditur secundũ sensum,sed secundũ suam actionem.& ideo non comprehenditur
nisi ab intellectu.Et dicit qm̃ quod est secundũ contactum,non secundum ordi-
nem,est subiectum & materia.i.& ideo elementa sunt ea,quę tangũt se,non se-
cundũ ordinẽ,qui fit a rebus tangibilibus.& intendebat per ordinẽ formam. &
iste sermo secundũ intellectum hunc est proprius materijs propinquis. Et dicit
secundũ contactum,non mixtionem;quia hoc est commune elementis admixtis
& non admixtis,s.quia admixta primo tangunt se,deinde admiscentur.Et,cum
dicit hoc,incœpit dicere formam,& dicit.Et quędam natura est hoc,ad quod est
aliquis habitus in esse.i.& secunda substantia est natura,ad quam transmutatur
substantia,quę est in materia,& est habitus,s.forma. D.d.Et ẽt est tertia, &c.i.
& tertia substantia composita ex istis,quę est vnũquodque indiuiduorum. D.d.
Quoniam in qualibet re intentio huius rei non est aliud a substantia cõposita:
vt forma domus,nisi ars.i.manifestũ est ꝙ intentio rei,quę existit in ea in actu,
& est forma eius,non est separata a materia, quę est in eo,nisi in artificijs.for-
ma.n.eius quod fit,est in anima,& est aliud ab eo,quod est extra animam. Et
hoc est manifestius in alia translatione.dicit.n.loco istius sermonis:quoniã intẽ
tio istius est,ꝙ non ẽst extra substantiam compositam.Et,cum induxit hũc ser-
monem,quasi proponendo ipsum ad perscrutandum,vtrum forma abstracta in-
ueniatur,aut non,dicit.non esset etiam generatio aut corruptio.i.sed formę artifi-
ciales non habent generationem neque corruptionẽ,cũ sint accidentia. Et hoc F
ẽt inuenitur manifestius in alia translatione. D.d.neq; etiam inuenitur in istis
generatio & corruptio.& dicit hoc,ne aliquis dicat ꝙ sicut formę artificialium
inueniuntur in alio a materia eorum,forte sic est de formis naturalibus:sed quo-
modocunque sint,formę artificiales non sunt abstractę, quia aut sunt in anima,
aut in materia.D.d.nisi alio modo sint entia, & non entia,domus sine materia,
& sanitas,&c.i.sed forte aliquis quęret,vtrum sit possibile vt aliqua formarum
sit abstracta. Sed manifestum est ꝙ non de artificialibus:de naturalibus autem
dubium est.de artificialibus autem non est dubium,quia forma domus,aut est in
lateribus,aut in anima Aedificatoris.& similiter forma sanitatis,aut est in ani-
ma Medici,aut in humoribus. Et inuenitur in alia translatione post hoc, quod
dicit,neque inuenitur in istis gñatio & corruptio sic,sed domus,quę est sine ma-
teria,& sanitas.Et intendit,sed domus,quę est sine materia,& sanitas,quę est in
aliquo sine materia,est in aliqua materia,s.anima.& forte intẽdit,sed domus,&
alię artificialium formarum sunt ea,quę sunt possibilia inueniri in materia alia
a materia,in qua existunt in rei veritate.D.d.Arist.in hac translatione.& om-
ne,quod est secundum artem,& alio modo,aut non nisi quę sunt secundum na-
turam.idest & ideo quęrendum est,vtrum sit possibile inuenire aliquod abstra-
ctum in formis artificialibus,aut non,nisi in formis naturalibus.

Auer.applicat suã expositionẽ textui.

Idẽ prio ph. 69.& primo cap. de substa. orbis & 4.Phy.c.16.

Alia expositio Cõmẽta.

Forma non cõprehendit̃ scd̃m sẽsum: sed scd̃m suã actionẽ.Oppositũ. 2. de aĩa.cõ. 63. Vide cõtra. Zim.

Forma artis ĩ aĩa est alia ab ea, q̃ est extra aĩam. vide ĩfra cõmen.23.

Idem 2.Ph. cõ.13.

Forma sanitatis aut est ĩ aĩa medici, aut in humoribus.Idẽ.7. me.c. 23. & hic ĩfra.c.36

A Propter quod non male Plato dixit, ꝙ formæ eorum sunt, quę natura sunt. siquidem formæ sunt aliæ ab his: vt sunt ignis, caro, caput. cuncta nanque materia sunt: & maxime eius substantiæ, quæ est vltima.

Et ideo non fecerũt male illi, qui posuerũt formas. quia formæ, si fuerint aliquo modo, sunt oĩa, quę existũt secundũ naturam. sed ex istis ignis, caro, os, caput, omnia sunt materia. & hæc substãtia est illud, quod est maius valde, & illud postremum & indiuisibile.

15 Dicit Alexan. Innuit in hoc sermone Platonem. & non dixit bene fecerunt, sed dicit non male. & iste sermo erit manifestior, si legatur ita. & ideo non male fecerunt ponentes formas, si habent esse aliquo modo, affirmando omne, quod ex eis fit per naturam. D. & potest intelligi sic. & ideo non male fecerunt ponẽtes formas istorum omnia, quę sunt secundũ naturam, si forma habet esse aliquo modo. Dicit. & erit manifestior iste sermo, si mutauerint in hãc particulam ista, hanc particulam formę, & fuerit posita cum hac particula sunt: ita ꝙ sic legatur, & ideo non male fecerunt ponentes formas, quia ista sunt omnia, quę sunt secundum naturam, si formę habent esse. B Et omnes istę expositiones reducũtur in duas. Quarum, vna est ꝙ intendebat ꝙ nõ male fecerunt ponentes formas abstractas formarũ rerum naturalium. quia non posuerunt istas formas rerum artificialium, si aliquo modo esse habent formę abstractę. Aut intendit ꝙ ideo nõ male fecerunt, dicentes ꝙ formę rerum naturalium sunt abstractę, cum non dixerunt hoc in formis artificialibus. Duo enim hi sermones propinqui sunt, s. dicere ꝙ formę naturales sensibiles habent formas abstractas, quod dicit Plato, aut dicere ꝙ formę naturales sunt formę abstractę. Et perscrutatio de hoc, idest vtrũ est aliqua forma abstracta, est perscrutatio naturalis, sicut ipse post facit. perscrutatio vero de hoc, vtrũ formę abstractę sint alię a formis sensibilibus, quę sunt formę rerum sensibilium, non est naturalis, cum naturaliter desideratur: sed est perscrutatio necessaria, secundum ꝙ aliquis dicit. & hoc secundũ aliquam rationem. D. d. sed ex his ignis, caro, os, caput, omnia sunt materia. Sunt intelligenda ex hoc secundum Alexan. duo, quorum vnum est ꝙ hoc non apparet in omnibus formis naturalibus, sed quędam formę materiales videntur non separari a materia, vt forma ignis, & ossis, & capitis, & carnis. Et quasi dicat secundũ hãc expositionem, sed quod fuerit ex istis formis, sicut ignis, & caro, & os, habent communem materiam, & impossibile est vt sit abstractum ab eis. Et potest intelligi etiam ꝙ impossibile est credere in omnibus formis hoc. quia formarũ rerũ C naturalium quędam sunt formę rerum, quę sunt materia aliorum, vt ignis & aliorum elementorum, quę sunt materię aliorũ: & similiter carnis & ossis, quę sunt materię capitis. & hoc manifestius est secundum hoc, quod dicit, omnia sunt materia. D. d. de substantia est illud, quod est maius valde, & illud postremũ & indiuisibile. Intelligenda etiam sunt secundum Alexan. duo intendit enim per illud, quod est magis substantia, compositum ex materia & forma, & per postremum & indiuisibile materiam. & quasi dicat, & substantia congregata dignior est vt sit substantia, q̃ postrema substantia, quę est communis omnibus, & est corpus. Aut intendebat per substantiam, quę est maioris substantialitatis, substantiã cõpositam ex elementis, & per postremum elementa. & secundum hoc erunt omnia ista, scilicet formę & materia eorum materia postremę substantię. D. Alex. & hoc inuenitur manifestius in alia scriptura sic. & ideo non male fecerunt ponentes formas. quia sunt omnia, quę sunt secundum naturam, si formę sunt aliquo modo, sed istorum. Ignis enim, & caro, & os, & caput omnia sunt materia postrema eius quod est dignius vt sit ens. Dicit Alexander. & non intendebat substantiam postremam hic materiam. Dico ego. & dicit hoc, vt reputo: quia Aristoteles non fecit hic comparationem, nisi inter substantias, quę sunt in actu.

Prima expositio Alexã.

Secunda expositio eiusdem.

Sũma istarũ expositionũ.

Prima expositio Alexã.

Secunda expositio eiusdem.

Ibi vr̃ sedm Alex. cõpositum esse nobiliorẽ substantiã quã formam.

Causæ itaque mouentes, tanquam antea ortæ, existunt. quæ vero vt ratio, simul sunt. cum enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est. & forma æneæ sphæræ simul atque ænea sphæra. D

Et causæ mouentes sunt, quia præcedunt tantum. ea autem, quæ sunt vniuersaliter, sunt insimul. si enim homo est sanus, tunc sanitas, & homo sunt insimul. & figura sphæræ cupreæ, & sphæra cupri sunt insimul.

16 Cum declarauit causas esse duas, materiam. s. & formam, vult distinguere inter eas, & causam mouentem & agentem, dicendo ꝙ causa agens differt a forma, quia agens & mouens præcedit illud, quod agitur & mouetur ab eo. formalis autem & materialis est cum generatione. Et hoc intendebat cum dicit. ea autem, quæ sunt vniuersaliter, sunt insimul. causæ autē, per quas res fit ens, & vnū, sunt cum eo, quod per ipsas fit totum insimul, cum talem dispositionem habeant in congregato, sicut partes in toto. D. dedit exemplum, & dicit. si enim homo est sanus, &c. i. ꝙ sanitas non pręcedit hominem sanum, cū sanitas in sano est quasi forma. sanus autem necesse est vt præcedat sanitatem, & similiter figura sphęrę, quę est quasi forma sphæræ. non pręcedat sphęram. E

Hic videtur dicere materiā p̄cedere formā: cuius oppositū vide. 9. Metaphysicę. 15. Vide cōtra. Zim,

Si autem aliquid posterius permanet, considerandum est. in quibusdam. n. nihil prohibet. veluti si anima tale sit, non omnis, sed intellectus. omnem nanque fortassis impossibile est.

Si autem aliquid remanet in postremo, quærendum est de hoc. in quibusdam enim non est impossibile. verbi gratia, si anima est talis dispositionis, non tota, sed intellectus. tota enim forte impossibile.

17 Dicit Alexā. quærendum est, si aliqua istarum formarum remanet, postquam compositum corrumpitur, deinde narrauit vnde veniat ad hanc quęstionem. quoniam, quia anima hominis est forma eius, & intellectus est aliqua forma. & virtus animę remanet postquam homo corrumpitur, possibile est vt aliqua forma materialis remanet, postquam compositum corrumpitur, sed non tota anima remanet. Quædam enim virtutes animę non habent esse nisi cum materia: vt cibabilis, & sensibilis, & imaginatiua, & desideratiua. Neque etiam iste intellectus, qui est virtus animę, & existimatur ꝙ est pars eius, possibile est vt remaneat. Intellectus enim quem dicit in lib. de Anima, scilicet ꝙ remanet, scilicet intellectus adeptus, non est intellectus iste, neque etiam est pars animæ, neque est etiam forma materialis, vt declaratum est illic. Et d. forte, quia demonstratio super hoc non est istius artis, sed libri de Anima. Et hoc, quod dicit Alex. est sua opinio de intellectu, scilicet ꝙ nullus intellectus remanet nisi adeptus intellectus. Intellectus autem in habitu, & materialis corrumpitur apud ipsum, & hunc intellectum intendebat, cum dicit neque etiam iste intellectus, qui est virtus animę, & reputatur ēt esse pars eius, possibile est vt remaneat. & ideo est, ꝙ intellectus, quē dicit in lib. de Anima remanere, s. adeptus, non est iste, s. qui est habitus animę, neque pars eius. Sed non est talis sententia Theophrasti, neq; aliorum Peripateticorū, neq; Themistij: sed reputabāt plures eorum quod intellectus materialis remanet, & ꝙ intelligentia agens abstracta est, quasi forma in intellectu materiali, vt compositum ex materia & forma: & ꝙ ipsa creat intellecta vno modo & recipit ea alio modo. agit. n. eas inquantum est forma, et recipit eas secundū intellectū materialē. Nos aūt iam perscrutati sumus de istis duabus opinionibus in lib. de Anima, & diximus ꝙ intelligētia agens est quasi forma in intellectu materiali, & ꝙ ipsa agit intellecta, & recipit ea secdm intellectum materialē: & ꝙ intellectus materialis nō est generabilis & corruptibilis. & declarauimus illic ꝙ hæc est sententia Aristo. & ꝙ intellectus in habitu habet partē generabilē & partem corruptibilē, Illud autem, quod corrumpitur, est

A actio eius in se, aut non corrumpitur; & ꝙ ex extrinseco intrat nos. Si enim esset generabilis, consequeretur transmutationem, vt declaratum est supra in tractatibus substantiæ, s. cum declarauit ꝙ, si aliquid fieret sine transmutatione, tunc aliquid fieret ex nihilo. & ideo intellectus, qui est in potentia, est quasi locus istius intellectus, non quasi materia. Et si actio istius intellectus, secundum ꝙ copulatur cum intellectu materiali, esset non generabilis, tunc actio eius esset substantia eius, & non haberet necessitatem in hac actione, vt copularetur cum intellectu materiali. Sed, cum fuerit copulatus cum intellectu materiali, erit actio eius, secundum ꝙ copulatur cum eo actio alia a substãtia eius: & fuit aliud, quod agit substantia, & est alij non sibi. & ideo possibile est vt aliquod æternum intelligat aliquod generabile & corruptibile. Si igitur iste intellectus denudetur apud perfectionem humanam à potentia, necesse est vt destruatur ab eo hæc actio, quę est alia ab eo. & tunc aut non intelligemus omnino per hunc intellectum, aut intelligemus secundum ꝙ actio eius est substantia eius, & impossibile est vt in aliqua hora non intelligamus per ipsum. Relinquitur igitur, cum iste intellectus fuerit denudatus a potentia, vt intelligamus per ipsum, secundum ꝙ actio est substantia eius, & est vltima prosperitas.

Cõ. 5. tertij de Aĩa. Et cõ. 20.

Manifestum itaq; est, ꝙ propter hæc non oportet ideas esse. homo B nanq; hominem generat, singularis aliquem. Similiter etiam in artibus. Medendi enim ars ratio sanitatis est.

Manifestum est igitur, ꝙ nullo modo indigemus propter hoc vt formæ sint. homo enim generat hominem, quod est vnum: vnde homo ex hominibus. Et secundum hoc in artificiis. ars enim Medicinæ est ratio sanitatis.

Cum declarauit ꝙ causarum quędam sunt agentes, & sunt præcedentes ad esse, & quædam sunt partes rei, & sunt cum ea, dicit ꝙ manifestum est ꝙ nihil cogit nos dicere formas Platonis. quoniam, cum illud, quod fiet, fiat ex conuenienti in nomine, nulla est indigentia vt formæ sint. homo enim generatur ex homine, & equus ex equo, & vnum ex vno, & particulare ex particulari, non particulare ex vniuersali, sicut dicit dicens formas esse. ita enim est de natura, sicut de arte. Ars. n. agens sanitatem est forma sanitatis existens in anima Medici. & sicut artifex, cum agit, nõ indiget exemplari, ad quod respiciat cũ agit, cũ illud, quod habet de forma illius quod fit, sufficiat & in actione, ita est de natura agẽte, s. ꝙ non agit, nisi secundum ꝙ habet formam illius, ꝙ fit. & ideo necesse est vt conueniens fiat ex conuenienti. Themistius autem dicit hunc sermonem esse C sufficientem, sed dicit ipsum oblitum fuisse animalia, quæ fiunt ex nõ similibus. Vespę enim videntur fieri ex corporibus equorum mortuorum, & apes ex corporibus vaccarum mortuarũ, & ranę ex putrefactione aquę, & muscilliones ex vino corrupto. natura enim non facit ista ex similibus in forma. & nos bene scimus ꝙ in spermate cuiuslibet animalis & plantæ sunt proportiones proprię, & * rationes, quibus ea, quę generantur ex eis sunt animalia propria, aut plantæ propriæ: ita ꝙ ex spermate hominis non fit equus, neq; equi homo: neq; ex semine alicuius plantę alia planta, neque sunt respondentia istis proportionibus in eis, ex quibus generantur ista animalia, nisi in natura fuerint positæ prius proportiones habiles ad faciendum quãcunq; speciem possibilem in speciebus animalis, cum inuenerint naturam conuenientem vt aliquod animal fiat ex eã. D. & non decipiat te vilitas animalium talium. & cogita ꝙ maius mirum est de scientia operantis aliquid de luto, quam de scientiã eius in faciendo aliquid ex auro. &, si tu bene consyderaueris de animalibus maioribus istis, inuenies ꝙ processus naturę in eis est talis processus. Necesse enim est vt proportiones & formę eius sint in natura, secundum quas facit id, quod facit. Homo enim quãuis generetur ab homine, tamen pater nihil facit in compositione eius, quia est impossibile vt sit melior: sed oportet vt sit talis dispositionis per illud, quod positũ est in natura cuiuslibet substantiarum ex proportionibus & formis. Ars autẽ nihil 18

Digresſio, in qua prio inducũtur verba Themistij, contra Arist. negãtem ideas.

*a.l. relationes. a.l. resolutiões. a.l. resultationes.

D

facit in corpore, nisi in extremitatibus tantum, natura vero in ipso corpore toto.
& non est mirum, quãuis natura non intelligat aliquid de huiusmodi, & tamen
facit hoc inducendo aliquam intentionem. & hoc demonstrat ꝙ aliquid reme-
morat ipsam de causis nobilioribus, vt anima, quę est in terra: de quo Plato dicit
ꝙ fit ex Dijs secundis, & Aristo. ex Sole & orbe decliui. & ideo facit illud,
quod facit, inducendo se paulatim ad intentionem, quam agit, & ipsa non intel-
ligit intentionem: sicut videmus homines loquentes futura, & nihil intelligunt
Nota de Prophetis. de eo, quod dicunt. & vniuersaliter necesse est vt in natura sint proportiones, &
formę, cum in generatione rei indigeatur suo simili. sed omnia, quę generantur,
non habent simile, ex quo generantur: sed, cum indiguerimus aliqua forma,
tunc aliqua actio est, & sciemus ꝙ non fit per ipsam solam: & sic fiet ipsa for-
ma, quasi esset latens in aliqua re. & in rei veritate latet in naturā generante.
hæc igitur sunt verba Themistij. Et apparet ꝙ iste non intelligit quomodo fit
Reprobatio Themistij. generatio, & quid est dicere ꝙ generatum fit a conuenienti in definitione et sub
stantia. Cum enim intellexit ꝙ generatum fit de nouo a conuenienti, idest ꝙ
creat formam eius, & ponit eam in materia, quasi esset aliud in materia, fuit ne-
cesse apud ipsum vt in rebus naturalibus sint formę creantes animalia, & plan-
tas, & generata ex putrefactione, scilicet formæ dantes animato creationem, & B
lineationem, & animam. Et contingit in istis formis, si agens fuerit conue-
niens, vt sint animæ, aut abstractæ, aut non abstractæ. sed, si animę fuerint non
abstractę, & fuerint in instrumentis proprijs (& in istis formis generantibus for
mas animalium generatorum ex putrefactione non apparet) neque subiecta
propria sunt abstracta. aut aliquis dicet ꝙ sint non abstractę, & non habent de
instrumentis, nisi principium, scilicet calorem animalem. & si istę fuerint hu-
iusmodi, erunt factę. A quo igitur fiunt tales formę? & omne factum a conue-
niente fit. & ideo putatur ꝙ iste sermo coget formas dicere esse. Et hoc non tan
tum contingit in animalibus, quę fiunt ex putrefactione, sed in seminibus. Cum
enim dixerimus ꝙ necesse est in seminibus vt sint virtutes, & formæ similes re-
bus artificialibus, quæ agunt ea, quæ habent semina, & posuerimus eas factas,
continget vt habeant alias formas, a quibus fiant. quapropter necesse est for-
mas abstractas esse. Vnde quidam dicunt ꝙ omnes formæ substantiales fiunt
Opio Auicennæ ponẽtis col... formam, seu datorem formarum. a forma abstracta extrinseca, quę dicitur a quibusdam dator formarum. & di-
cunt ꝙ hæc est intelligentia agens. & ratiocinantur super hoc ꝙ virtutes acti-
uæ sunt quatuor qualitates, calor, frigus, humidum, siccum: & ꝙ nihil est in
materia agens, nisi ista, quę agunt sua similia. formæ autem substantiales non
agunt in quibusdam. ignis enim; cum fecerit alium ignem similem sibi ex cor-
pore graui, tunc forma substantialis, quæ est in eo, verbi gratia leuitas, non agit
in illo corpore graui, quod fecit ignem, aliam leuitatem similem sibi, cum aper-
te fuerit dictum in lib. periGeneseos ꝙ nulla est in igne virtus agens, nisi calor.
Et, cum ita sit, cum forma ignis sit in corpore combusto ab alio igne, necesse
est ꝙ hoc fiat altero duorum modorum: aut vt forma ignis fiat in corpore com-
busto consequens factionem caloris ignei in eo, sicut actiua consequuntur for-
mas. & hoc est inconueniens. & contingit secundum hoc vt fiat forma ex nõ
forma. & hoc non dicunt in anima & in omnibus formis substantialibus. &
dicunt ꝙ non videmus animam fieri ex anima, sed ex non anima. Si igitur fa-
ctio fit ex conuenienti, necesse est animam abstractam esse, ex qua fiunt istę an[imæ].
Et hoc iam aperte dicit Themist. in suo lib. de Anima, cum locutus fu[it]
Snia Arist. ẽ minoris dubitatiõis omniũ sniarũ, & magis cõueniẽs vt sit vera. Idẽ.2. cœli.c.prio. de intellectu, sicut dicit, cum dicit ꝙ ista anima est illa, quam Plato dicit fieri
Dijs secundis, & Aristot. a Sole, & orbe decliui. Et ista quidem quæstio e[st]
valde difficilis. Et nos dicemus in hoc secundum nostrum posse, & secundu[m]
propositiones, quas habemus de sententia ipsius Aristo. quę est vt dicit Ale[x.]
minoris dubitationis omnium sententiarum, & magis conueniens vt sit vera.
Dicamus igitur ꝙ omnes dicentes agens aliquod esse & generationem esse [vni-]
uersaliter, sunt bipartiti & valde contrarij, & habent medios, & quidam
Opio Anaxagorę. rum sunt dicentes latitationem, & contrarij eorum sunt dicentes creationem
Dicentes enim latitationem dicunt ꝙ quodlibet est in quolibet: & ꝙ gener[...]

[illegible] & quod agens non est, nisi extrahens & [illegible] rerum abinuicem: & quod agens apud illos non est nisi mouens. [illegible] communem, quod autem agens apud illos [illegible] quod agens creat totum ens de [illegible]. Dicentes autem creationem [illegible] hoc [illegible] materia [illegible] nihilo, quod non habet necesse ad hoc [illegible] in nostra lege, & lege [illegible] totum. & hæc est opinio Loquentium in nostra lege, [illegible] quod possibilitas non est nisi [illegible] de qua Ioannes Christianus [illegible] in libro de [illegible] naturalibus. [illegible] Alpharabius narrauit in libro de [illegible] reducit in duas: quarum vna [illegible] & [illegible] inter istas duas videntur [illegible] conueniunt in hoc, quod ponunt gene[illegible] duas, & sunt tres. Istæ quidem tres conueniunt in [illegible], & quod nihil generatur ex nihi[illegible] nem esse transmutationem in substantia, & quod generationem necessarium est in generatione subiectum esse, & quod gene[illegible] scilicet quod necessarium est in generatione subiectum esse. Vna autem istarum [illegible] non fit nisi ab eo, quod est sui generis in forma. Et istorum de qua [illegible] num est, quod agens creat formam, et ponit eam in materia, & vocant ipsam dato[illegible] [illegible] dicunt quod illud agens non est in materia omnino, & vocant ipsam dato[illegible] formarum: & Auicen. est de illis. Quidam dicunt quod illud agens in[illegible] [illegible] duobus modis, aut abstractum a materia, aut non. Illud autem, quod [illegible] non abstractum apud eos, est sicut ignis, qui facit ignem, & homo gene[illegible] hominem. Abstractum vero est illud, quod generat animalia & plantas, [illegible] fiunt non a simili. Et hæc est sententia Themistij, & forte Alpharabij, [illegible] secundum quod apparet ex suis verbis in duabus philosophijs: quamuis dubi[illegible] in ponendo hoc agens in animalibus generans a patre & matre. Tertia [illegible] autem est opinio Aristote. & est quod agens non facit nisi compositum ex ma[illegible] teria & forma: & hoc fit mouendo materiam; & transmutando eam, donec [illegible] exeat de ea, illud, quod est de potentia in ea, ad illam formam in actu. Et in ista opinione est quædam similitudo dicentis quod agens non agit nisi ordinan[illegible] do segregata, & est sententia Empedoclis. & nos dimisimus hanc sententiam de agente, cum dicimus sententias hominum. sed agens apud Aristotel. non est congregans inter duo in rei veritate, sed extrahens illud, quod est in potentia ad actum, & quasi congregat inter potentiam & actum, scilicet inter materiam & formam, secundum quod extrahit potentiam ad actum, non destruendo su[illegible] biectum recipiens potentiam: & tunc efficiuntur in composito duo, scilicet ma[illegible] teria & forma. Et etiam assimilatur creationi, inquantum illud, quod est in po[illegible] tentia, fit in actu: sed differt a creatione, quia non conuenit per formam ex non forma. & similiter assimilatur latitationi aliquantulum. & omnes dicentes crea[illegible] tionem, aut latentiam, aut congregationem & segregationem, hoc intendebant, & non potuerunt pertingere ad illud. Intentio igitur sermonis Aristote. quod conueniens fit a conueniente, aut prope conuenientem, non est quod conueniens agit per se & per suam formam, formam sibi conuenientis: sed est dicere quod extrahit formam sibi conuenientis ex potentia in actum, & non est agens, quia adducit in illam materiam aliquid extrinsecum. Et sic est in hoc de substan[illegible] tia, sicut in alijs accidentibus. calidum enim non inducit in corpus calidum ca[illegible] lorem extrinsecum, sed facit calidum in potentia esse calidum in actu. Et sic est de magnitudine consequente generationem, scilicet quod magnitudo, cum fuerit transmutata apud generationem ex quantitate in quantitatem aliam non transmutabitur ex quantitate aduemente ex extrinseco. Et similiter motus lo[illegible] calis non est veniens ab extrinseco a motore. & ideo non est necesse vt agens omnino sit conueniens secundum omnes modos. Generans [illegible] quod [illegible] non est dicere quod ponit animam in materia, sed quod extrahit illud, quod [illegible] anima potentia, ad esse animam in actu. [illegible] ignis generatur a motu [illegible] ex ab igne. Et intentio proportionum & formæ [illegible] in potentia [illegible] bus animalia est, quia extrahunt proportiones [illegible] formas [illegible] ex potentia in actum: & omne extrahens aliquid ex potentia in actum [illegible] se est vt in eo sit aliquo modo illud, quod extrahit, [illegible] omnes modos. Virtutes igitur, quæ sunt in [illegible] non sunt animatæ in actu, sed in potentia [illegible] non in actu. Et ideo Aristo. [illegible] Artificatoris, est domus in potentia [illegible]

Opio Christ[illegible]
[illegible]
Opio [illegible] Sarracenorum & Iudeorum.
Opiones ne[illegible] dicæque sunt tres.
Opio Auic.
de qua [illegible] ipsam in. 9a Meta. suæ cap. 4.
Opio Themistij.
Tertia Opio Aris.
Agens apud Arist. nõ est cõgregãs inter duo i rei veritate: sed extrahẽs illud, quod ẽ i potẽtia ad actũ. Vide cõ. 15. 8. Metaphys.
Vide. 2. Cœ[illegible] [illegible]
[illegible] V[illegible]
[illegible] Vide [illegible] lib. 7. Meta. [illegible] comm. 31.

D

milationem de istis virtutibus ad virtutes artificiales, & dicit in lib. de Anima- libus ꝙ istæ virtutes diuinę sunt, cum habeant potentiam dandi vitam, & sunt similes virtutibus, quæ dicuntur intelligentię, quia adducunt ad finem. Et, quia ista semina non faciunt hoc, nisi per calorem, qui est in eis, & calor ignis non facit nisi calefactionem aut desiccationem, non figuram neq; formam animatam, dicit Aristotel. in lib. de Animalibus ꝙ iste calor non est ignis neque igneus. Ignis enim corrumpit animalia, non generat, iste autem calor generat. & ideo videtur similis calori artificiali, quem ars mensurat ad aliquam operationem. & iste calor habet formam, qua conseruatur in sua mensura, & ista forma non est anima in actu, sed in potentia: & est quam Aristot. assimilat arti & intellectui. & ideo vocat calorem istum calorem animę non animatum. & iste calor est in seminibus, & fit ab habente semen & a Sole. Vnde Aristot. dicit ꝙ homo generatur ex homine & Sole: & factus est ille calor ex terra, & aqua ex calore Solis admixto cum calore aliarum stellarum. Et ideo Sol & alię stellæ sunt principium vitæ cuiuslibet viui in natura. [a] Calor igitur Solis & stellarum diffusus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione nata, & vniuersaliter omnia, quæ fiunt ex non semine: non ꝙ illic sit anima in actu.* inuenta in orbe decliui & a Sole, sicut narrat Themistius. & omnia ista declarata sunt in lib. de Animalibus. ergo calores generati ex caloribus stellarum generantes quamlibet speciem specierum animalium, habent mensuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum stellarum; & dispositionibus earum adinuicem in propinquitate & remotione. Et ista mensura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ est similis vni formę vnius artis principalis, sub qua sunt artes plures. Secundum hoc igitur est intelligendum ꝙ [b] natura facit aliquid perfecte, & ordinate, quamuis non intelligat, quasi esset rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quę dicuntur intelligentię. Istæ autem proportiones, & virtutes, quę fiunt in elementis a motibus Solis & aliarum stellarum, sunt hæ, quas reputat Plato esse formas, & eas intendit: sed longe respiciebat eas, quapropter dicit formas esse. Aristot. autem sustentatur super hoc, scilicet ꝙ agens non inuenit formam, creando eam. quoniam, si creasset eam, tunc aliquid fieret ex nihilo. & ideo forma apud ipsum non habet generationem, neque corruptionem, nisi accidentaliter, scilicet per generationem & corruptionem compositi, & cum homo conseruauerit hoc fundamentum, nullus error accidet ei. Imaginatio ergo super creationes formarum induxit homines dicere formas esse & datorem esse formarum: & induxit Loquentes trium legum, quę hodie quidem sunt, dicere aliquid fieri ex nihilo. & cum Loquentes nostræ legis opinabantur ꝙ agens agit creando formam ex nihilo, & nullum huiusmodi agens viderunt hic, dixerunt vnum agens omnia entia sine medio, & ꝙ actio illius agentis tá sit in vno instanti in actiones contrarias & conuenientes & infinitas: ita ꝙ negant ignem comburere & aquam humectare, et dicunt omnia ista indigere creatione. Sed corpus non creat corpus, neque facit venire in corpore aliquam dispositionem: adeo ꝙ dicunt ꝙ homo, cum mouet lapidem expellendo, non est mouens, sed illud agens creat motum. & negauerunt propter hoc potentiam esse. & error istorum est manifestus. Istis et hominibus accidit mirabile. Dicunt enim ꝙ agens non potest priuare aliquid: actio enim agentis non est nisi in inueniendo, non in priuando. Cōsydera igitur quomodo reputant esse impossibile ꝙ agens transmutet ens ex esse in non esse, & non reputant esse impossibile ex non esse aliquid esse. Si igitur aliquis dixerit quomodo agens facit priationes? Dicemus sicut facit inuenire, et est extrahere illud, quod est in potentia in actu. Generatum enim in actu est corruptum in potentia. & omnis potentia nō exit in actum, nisi propter extrahens, quod est in actu. Si igitur potentia non esset ens, non esset agens omnino. & si agens non esset, nihil esset hic omnino in actu. Et ideo dicitur ꝙ omnes proportiones, & formæ sunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore: & assimilatur aliquo modo esse eius, quod fit in anima artificis. Reuertamur igitur ad nostrum locum.

E

F

Dr̃ia ĩer calorẽ elementalẽ et cœlestẽ. Pro qua vid. 2. d̃ Generatiōe animaliū. ca. 3. & 2. cap. de substãtia orbis, et. 4. Cœli cō. 32. Sed vide oppositũ in prio cãticorũ. c. 15. Vide cõtradict. Z im.

a Calor Solis & stellarũ diffusus ĩ aqua & terra, gñat animalia ex putrefactiōe nata, & vñiter oĩa, q̃ fiũt ex nō semine.

* a.l. iniuncta ex

b Natura pfecte et ordinate operatur, q̃uis nō intelligat, rememorata ab intelligẽtia nō errante.

Rō et fundamẽtũ opinionis Arist.

Cõtra leges. Vide cõsimile. 9. Meta. cō. 7.

Dubium.

Solutio.

Oẽs proportiones, et formę sunt ĩ potentia in prima materia, & in actu in primo motore.

A *Caput Quartum. Quot, quibusq; modis sensibilium rerum principia eadem dici possint, & quibus minime.*

CAusæ vero, atque principia quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam vero modo non, si quis vniuersaliter dicat, & secundum proportionem omnium eædem. Dubitare nanque quispiam posset, vtrum alia, an eadem principia & elementa substantiarum sint, & eorum, quæ ad aliquid sunt. & eodem modo in quolibet prędicamento. At absurdum est, si omnium eadem sunt. ex eisdem enim erit ad aliquid & substantia. Quid igitur hoc erit? præter enim substantiam, & alia, quæ prædicantur, nihil commune est. prius autem elementum est, quam ea, quorum est elementum. At vero nec substantia eorum, quæ ad aliquid sunt, elementum est, nec aliquid horum substantiæ.

B Et principia sunt rerum diuersarum, & causæ, & sunt sicut homo debet dicere vniuersaliter omnia eadem proportionaliter. Et debet homo dubitare, vtrum materia & elementa substantiarum, & relationum, & omnium prædicamentorum sint similiter eadem. Sed est inconueniens, si principia sint eadem. substantia autem & relatio erunt ex eisdem, ex eo ꝙ hoc non erit ens, quoniam inuenitur extra substantiam, & illa alia aliquod vniuersale, & elementum quam illud, quod est elementum eis. Et substantia non est elementum rerum relatiuarum, neq; istæ etiam substantiæ.

ISta quæstio iam inducta est in principio istius artis, & modo iterat eam ad dissoluendum eam. & est quęstio, vtrum principia & elementa decem prædicamentorum sint eadem, aut diuersa. Et primo ponit secundum quem modũ sunt eadem, & dicit ꝙ causæ, & principia prædicamentorum, quãuis sint rerum diuersarum, bene potest homo ponere ea eadem secundum proportionalitatem. Et quia hoc non apparet, nisi cum fuerit declaratum ꝙ non sunt eadem simpliciter, neq; diuersa simpliciter, incœpit declarare hoc, & dicit. Et debet homo dubitare, &c. idest & sunt eadem secundum proportionalitatem, non secundum definitionem: quia homo debet dubitare, vtrum elementa substantię sint elementa relationis & aliorum, aut non. Sed est inconueniens vt sint eadem, tunc enim substantia & relatio erunt sub eodem genere. Et dicit proprie relationem: quia est debilioris esse alijs prędicamentis: ita ꝙ quidã repatauerunt ipsam esse ex secundis intellectis. D. incœpit dicere impossibile consequens hanc positionẽ, & dicit. ex eo ꝙ hoc non erit ens, quoniam inuenitur extra substantiam &c. idest & sequitur ex positione eorum, vt sub vno genere sit natura vniuersalis alia a quolibet decem prędicamentorum. & est natura communis. Et quia aliquis potest dicere ꝙ & si ista natura non fuerit decem prædicamenta, possibile est vt sit vnum eorum, scilicet substantia, cum existimatum est ꝙ substantia est principium, & elementum aliorum: &, cum omnia existant in substantia, & substantia antecedat ea in definitione & alijs modis, dicit. Et etiam substantia non est elementum rerum relatiuarum, neq; istæ etiam substantiæ. i. & impossibile est ponere ꝙ substantia sit elementum relationis & aliorum, & tacuit impossibile, quoniam manifestum est. Manifestum est enim ꝙ elementa substantiæ sunt substantię, & elementa relationis relatio. Et, si substantia esset elementum relationis & aliorum, contingeret vt omnia essent substantia. omne enim cuius ele- 19

Relatio est debilioris ẽ alijs prædicamentis.

Idem, 2. de Aia, cõ. 2.

mentum est substantia, est substantia. Et similiter est impossibile ponere vnum aliorum esse elementum omnium, verbi gratia relationem. cõtingeret enim omnia esse relatiua: & contingeret vt in aliqua hora dissolueretur substantia in relationem, aut relatio in substantiam, & hoc contingit in genere, quod est in materia, non in eo, quod est in forma.

Item, quo modo continget omnium eadem esse elementa? nullum enim elementorum idem potest esse ei, quod ex elementis componitur. veluti ipsi B A, ipsum B, aut ipsum A.

Et etiam, quõ est possibile vt omnia elementa sint eadem? nullũ enim elementorum possibile est vt sit illud, quod est compositum ex elementis, vnum. verbi gratia, vt A sit B quoddam.

Expositio Alex.

20 Manifestatio istius sermonis est ꝙ elementa decem prędicamentorum impossibile est vt sint eadem. contingit enim vt elementa & compositum ex elemento sint idem. Et Alexan. dicit ꝙ ista ratio est probabilis. non enim contingit ex natura illius, cuius est elementum vt sit cum eo idem. elemẽtum enim cũ eo, cuius est elementum, est eiusdem naturæ: sed tamen elementum in illa natura est simplex, & elementatum compositum. hoc igitur non contingit, nisi ponẽdo elementum esse vnum illorum, & esse elementum omnium. tunc enim contingit vt elementum & elementatum sint idem. & hoc non videtur ex suis verbis. Et ideo dicit Alexan. forte intendebat ꝙ, si elementum omnium prędicamentorum fuerit aliquod ens aliud a prędicamentis, necesse est vt habeat etiam elementũ. Omne enim habet elementum. aut igitur illud elementum habebit elementum, aut elementum & elementatum erunt idem. Et hoc, quod dicit Alex. est ẽt probabile. non enim contingit vt quidlibet sit ex elemento, cum omne ens aut sit elementum, aut ex elemento: nisi ponatur ꝙ omne ens in actu necesse est vt sit ex elementis. Si igitur omnia elementa sunt in actu, contingit vt omne elementatum habeat elementum. & hoc aut procedat in infinitum, aut elementum & elementatum erunt idem. Et hoc dissoluetur ponendo ꝙ eorum, quę sunt in actu, quędam habent elementa in actu, & quędam in potentia. & hæc dispositio est corporum simplicium, quę sunt elementa compositorum. Themistius autem aliter exposuit, dicendo ꝙ, si decem prędicamenta habeant elementum vnũ aliud ab eis, necesse est aut sit extrinsecum ab eis, i. prędicatum de eis, aut intrinsecum in eis, i. ꝙ omnia prædicantur de ea. Si extrinsecum. contingit vt aliquid pręcedat substantiam & alia prędicamenta. Si autem intrinsecum, continget vt cõpositum prædicetur de simplici, ex quo cõponitur: & tunc res prædicatur de suo elemento. Quapropter erunt idem hoc modo: ita ꝙ vere prędicabitur syllaba de consonante & non consonante, quę sunt elementa syllabę. & vtrunq; eorũ est vna pars syllabę. & hoc intendebat, cum dicit. vt A sit quoddam B. i. verbi gratia ꝙ A non est consonans. & similiter est de dictionibus cum syllabis. Et in inuenimus Alexan. post exponentem hunc sermonem hac expositione. Et in quadam scriptura inuenimus sic. Et etiam, quomodo est possibile dicere eadem esse elementa omnium? idest, cum hoc nomen ens demonstret eis elementum cõmune, i. cum hoc nomen ens demonstret eis elemẽtum in aliqua natura communi: & demonstrat vnumquodq; eorum: ergo ipsa sunt vera elementa.

Themistij expositio.

Neq; sanè vllum intelligibilium, vt vnum vel ens, elementũ est. hæc enim vnicuique compositorum insunt. nullum igitur eorum neque substantia, nec ad aliquid erit. at necessarium est.

Neq; etiam ex elementis intellectis, vt de vno, aut de ente. hæc enim duo existunt in omni composito. nullum enim eorum est substantia, aut relatio. sed necessarium.

21 Cum declarauit ꝙ impossibile est vt decem prędicamenta habeant vnum elementum sensibile, vult declarare ꝙ neq; etiam erit ex intellectis vniuersalibus

A vnum & ens idest ꝙ non potest aliquis dicere ꝙ vnum & ens sunt genera & elementa istorum, & ꝙ sunt extrinseca ab eis. & hoc intẽdebat, cum dicit Neq; etiam ex elementis, &c. D.d, hæc enim duo existunt in omni composito. Et Alex. exposuit hunc sermonem duobus modis sic. Ens enim & vnum demonstrat simplicia sicut composita. si igitur elementum est vnũ & ens, tunc simplex non est magis elementum compositi quam compositum simplicis. vtrunq; enim est vnum & ens. Aut sic. Contingit enim vt compositum & simplex sit idem, cum hoc nomen vnum eodem modo dicatur de eis. D. d. & nullum eorum est substantia aut relatio, sed necessarium, & Alex. dicit, ꝙ oportet coniungere istũ sermonem ad illud, quod dixit prius, s. & etiam quomodo est possibile dicere eadem esse elementa omnium: nullum enim elementorum, &c. idest dicit, quoniã hoc, quod dicit, nullum enim eorum est substantia aut relatio, consequitur hunc sermonem: quoniam sermo eius est de elementis. Et dicit, & intendit per hoc quod dixit, nullum enim eorum est substantia aut relatio. sed necessarium, ꝙ, si vnum & ens fuerint elementum substantię & relationis: elementum autem non est idem cum suo elementato: tunc substantia & relatio, & alia prædicamenta non erunt vnum neq; ens. & si nullum eorum fuerit aut vnum aut ens, nullum eorum erit neque substantia, neque relatio, neque alia. quod enim est non ens, non est. sed necessarium est vt hoc nomen vnum dicatur de omnibus. Dixit. Et possibile est vt hoc, ꝙ dicit, nullum enim eorum est substantia aut relatio, si de vno & de ente, si aliquis dixerit ꝙ aliquod istorum duorum est elementum compositorum. hæc enim duo indigent ad hoc vt non sint eadem cum eis, quę fiunt ex eis, vt non sint in aliquo istorum generum. sed vnumquodque istorum generum est vnum & ens. & ideo neque vnum erit talis dispositionis sicut vnum, quod est in istis, neque ens. sed est impossibile vt vnum & ens sint extrinseca a decem generibus: sed necesse est ꝙ, si aliquod fuerit ens & vnum, vt sit in istis, quoniam, si elementata sunt substantia & quantitas & qualitas aut aliud aliorum: elementa autem sunt animalia: tunc nullum istorum erit ens, neque substã-tia, neque quantitas, neque qualitas, neque aliquod aliorum. sed hoc est necessarium. necesse est enim vt elementa sint ex entibus. Si igitur aliquod istorum fuerit ens, & vnum, necesse est vt intret sub vno prędicamentorum. hęc sunt verba Alexan. Et abbreuiatio eius, quod dicit in hoc capitulo, & in prædicto est, ꝙ, si decem prędicamenta communicent in aliquo, quod est elementum eorum, verbi gratia in vno & in ente: vnum autem & ens non dicuntur nisi de decem prædicamentis: necesse est vt elementa sint hic prędicamenta. & hoc est incõueniens, continget enim vt elementum & compositum sint idem. Et etiam vnũ & ens sunt ex rebus vniuersalibus, & quę non habent esse extra animam. & C vniuersaliter unum, & ens non demonstrat quodlibet compositorum, sed decem prædicamentorum. Quodlibet igitur prædicamentorum est non ens. de quo enim ens dicitur non ens dicitur. & sic nulla erit substantia, aut quantitas, aut qualitas. sed necesse est vt sint: ergo vnum, & ens non sunt vna natura communis alia ab eis.

Prima expositio Alex.

Secũda expositio eiusdem.

Prima expositio sup uno & nullum.

B Secunda expositio sup idem.

Abbreuiatio expõnis Alexandri.

Idẽ. 10. Metaphy. cõ. 6. Ens, & unũ nõ sunt vna natura cõis alia a decẽ prędicamẽtis. Idẽ supra cõ. 19. et. 20. & . 10. Met. comen. 8.

Non sunt ergo omnium eadem elementa. An (vt diximus) quodam modo quidem sunt, quodam modo vero non. veluti fortassis corporum sensibilium calidum, tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. materia vero, quod primo per se potentia hęc erat. substanciæ vero, tum hæc, tum ea ex his, quorum hæc principia sunt: aut si quid ex frigido, & calido fit vnũ, vt caro, aut os, necesse profecto est aliud ab his esse illud, quod factum est. horum itaque eadem elementa, atq; principia sunt, alia vero aliorum. Omnium vero ita quidem dicere non est, sed analogice. quemadmodum si quis dicat, quòd principia sunt tria. forma, priuatio, & materia. verum vnumquodq; horum circa vnumquodq; genus aliud est. vt in co-

loribus album, nigrum, ſuperficies, lumen, tenebræ, aer: ex his vero dies, & nox. D

Elementa igitur omnium non ſunt eadem. Et ſunt, ſicut diximus, eadem vno modo, & alio modo non ſunt, vt elementa corporum, quod autem eſt ſicut forma calidum, alio autem modo frigidum priuatio. materia autem illud, quod eſt in potentia hæc duo, primum per ſe. Subſtantia vero eſt illa, & quæ ſunt ex iſtis, quorum ſunt hæc principia: & ſi aliquid ſit vnum ex calido & frigido, vt caro & os. quod enim fit neceſſe eſt vt ſit aliud ab eis. iſtorum autem hæc ſunt elementa, & principia, aliorum autẽ alia. Quòd autem ſic dicitur de omnibus, non eſt eis, ſed oportet æquare comparationem. vt ſi aliquis dixerit quòd principia ſunt tria, ſcilicet forma, priuatio, & materia. ſed quodlibet iſtorum eſt diuerſum in vnoquoque generum, in colore album, nigrum, ſuperficies, planities, obſcuritas, lumen, aer: & ex iſtis dies, & nox. E

22 Cum induxit impoſsibilia contingentia, ſi principia decem prædicamentorũ fuerint eadem natura, dicit Elementa igitur omnium non ſunt eadem, i. iam igitur declaratum eſt ꝙ elementa decem prædicamentorum non ſunt eadem, ita ꝙ hoc nomen ens dicatur de eis vniuoce. Et, cum declarauit ꝙ impoſsibile eſt ꝙ elementa eorum ſint eadem ſimpliciter. & etiam fuit manifeſtum per ſe ꝙ principia eorum non ſunt diuerſa ſimpliciter. ſed quia prædicamenta accidentiũ cõſtituuntur per ſubſtantiam, & quoddam eorum antecedit quoddam, dedit tertium modum verum, & eſt quia principia eorum ſunt eadem proportionaliter. & dicit. Et ſunt, ſicut diximus, eadem vno modo, & alio modo non ſunt. i. & cum nõ ſunt eadem ſimpliciter neque diuerſa ſimpliciter, neceſſe eſt vt ſint eadem vno modo, & diuerſa alio. D. dedit exemplum ad declarandum quę elementa ſunt ſubſtantiarum, quę dicuntur proportionaliter in omnibus prædicamentis, & d. vt elementa corporum &c. i. verbi gratia, ꝙ principia in ſubſtantia declaratum eſt ꝙ ſunt tria, duo contraria, & ſubiectum: vt vnum contrariorum eſt quaſi forma & habitus, & aliud quaſi priuatio. quę autem eſt quaſi forma, eſt ſicut calor, qui eſt forma quorundam elementorum, ſcilicet ignis & aeris. illud vero, quod eſt quaſi priuatio eſt ſicut frigidum, quod eſt forma terrę & aquę. ſubiectum aũt eſt illud, quod eſt in potentia hęc duo contraria, primo & per ſe. Et Alexan. dicit ꝙ hic poſuit priuationem aliquo modo ſub ſubſtantia, cum frigidum eſt illud, quod caret calore, & frigiditas in corporibus frigidis facit ſubſtantiam eorum. quapropter ſunt in eis ſubſtantię econtrario rebus, in quibus ſunt accidentia, ſ. ꝙ frigiditas & caliditas non ſunt ſubſtantię in rebus, quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas, ſed alię virtutes, vt anima in animatis. D. d. ſubſtantia vero eſt illa, & quæ ſunt ex iſtis, quorum iſta ſunt principia. i. &, cum iſta ſint principia ſubſtantię: & principia ſubſtantię ſunt ſubſtantię: neceſſe eſt vt ſubſtantia dicatur de iſtis rebus, ſcilicet de contrarijs, & materia, & de compoſitis ex eis, quorum iſta tria ſunt principia. Deinde dicit & ſi aliquid ſit vnum ex calido & frigido, vt caro, et os. i. & ſi alię ſubſtantię fiunt ex iſtis corporibus ſimplicibus, neceſſe eſt vt formæ earum ſint aliæ a formis iſtorum. Generatum enim aliud debet eſſe ab eo, ex quo generatur, quia habet aliam formam. Et intendebat demonſtrare ꝙ principia propinqua in omnibus ſubſtantijs non ſunt eadem, ſed formę [a] ſimplicium alię ſunt a formis compoſitorum, & materię eorum propinquæ alię a materijs iſtorum; ſed tamen eędem ſunt proportionaliter. In ſimplicibus [b] autem ſunt prima materia & formę contrarię ſubſtantiales, et in compoſito ex ſimplicibus virtus, quę eſt in ſimplicibus ad recipiendum formas compoſitas ex formis finalibus, & iſtis formis. ſecũdum igitur hunc modum poſsibile eſt dicere ꝙ principia ſubſtantiarum ſenſibilium ſunt eadem, Et, quia etiam inueniur F

Frigiditas ſecũdũ Alex. facit ſubſtãtiã in corporibus frigidis. Idem primo ph. 52. & 5. ph. cõ. 10. & 8. Me. cõ. 5.

[a] Formę ſimplicium ſunt alię a formis cõpoſitorũ. vide idẽ. 7. Meta. c. 60. & prio Me. c. 12. & 1. d Genera. 84. & 3. Cœli 67.

[b] Hinc ſumitur cõtra po

A inuenitur in alijs prædicamentis quod asimilatur istis principijs, quæ sunt in substantia, sed non sunt eadem.d.istorum autem hæc sunt elemēta & principia, aliorum autem alia.idest substantiarum autem ista, quæ diximus, sunt elementa & principia, alia autem præter substantias habent alia elementa sibi similia. D. dicit. Quod autem sic dicatur de omnibus, &c.idest, ꝙ autem dicatur de omnibus, scilicet hæc tria, quæ sunt in substantia, sunt principia aliorum prædicamē-torum, scilicet propinqua, non est sic: sed habent ista principia secundum comparationem & proportionem.idest ꝙ in vnoquoque prædicamentorum accidentium inueniuntur principia, quorum proportio ad illa est, sicut proportio principiorum substantiæ ad substantiam, non ꝙ habeant illam eandem materiam. Deinde dedit exemplum, quomodo est ista comparatio vniuersalis in omnibus, & dicit. vt si aliquis dixerit ꝙ principia sunt tria, &c.idest, & dicere est quod principia sunt eadem proportionaliter, vt dicimus ꝙ forma, & materia, & priuatio sunt principia decem prædicamentorum, sed quæ in substantia differūt ab eis, quæ sunt cuiuslibet prædicamenti. & similiter ea, quæ sunt vniuscuiusque prædicamenti, differunt ab alijs. Deinde dedit exemplum istorum principiorum in qualitate, & dicit. in colore album, nigrum, & cæ.idest. verbi gratia, ꝙ principia colorum secundum formam & priuationem sunt album & nigrum, secūdum B autem materiam recipientem est superficies, quæ est in potentia omnes colores. & principia noctis & diei secundum formam & priuationem sunt, lux & obscuritas, secundum autem materiam recipientem est aer, qui est in potentia luminosus & obscurus. Et intelligēdum est hoc in principijs propinquis; in remotis vero possibile est vt principia substantiæ sint principia omnium.

nētes numerū formarū scdm numerū ꝑdicatorū qditatiuorū multiplicari. Idē. 4. Cœli. 22.

Principia ꝓpinqua decē prædicamentorū nō sunt eadē, sed remota posſūt eadē esse.

Cum vero illæ non solum, quæ insunt, causæ sint, verum etiam ex his, quæ extrinseca sunt, illud quod mouet, patet ꝙ aliud est principium, aliud elementum. ambo vero causæ sunt, & principium in hęc diuiditur. quod autem vt mouens, vel sistes est, principium quoddā, & substantia est. Quare elementa quidem analogice tria: causæ vero, atque principia quatuor. aliud vero in alio: & prima causa, vt mouens, in alio alia. sanitas, morbus, corpus: mouens, ars Medendi. forma, inordinatio talis, lateres: mouens Aedificatiua. & nimirū in hæc diuiditur principium.

Et quia causæ non tantum sunt in eis, quæ fiunt, sed ea, quę sunt C extrinsecus, manifestum est ꝙ principium, & elementū diuersa sunt. quod autem mouet, aut sistit, est quasi aliquod principium. Elementa vero secundum æqualitatem, quæ est secundum cōuenientiā, sunt tria, causæ autem & principia sunt quatuor. & aliud alii est causa: prima etiam secundum ꝙ est mouens aliud. sanitas, infirmitas, corpus: quod mouet, Medicina. forma enim non ordinatur, sicut illud, quod mouet artem ædificationis.

Principiū dignius dr̄ de motore, & elementū de 23 causis intrinsecis. Idē. 5. Met. c. 4. & 1. Ph. cō. 1.

Cū locutus fuerit de principijs, quæ sunt partes rei, s. forma & materia, vult loqui de extrinseco, scilicet motore. & dicit. Et quia causæ non sunt, &c.i. & quia causæ non omnes sunt partes rei compositæ, sed etiam sunt aliæ causæ extrinsecæ, quarū vna est mouens: & hoc nomen principium dignius est conuenire motori, & elementum conuenire intrinsecis: manifestum est ꝙ elementū & principium differunt inter se. Et d. hoc[a], quia causa dicitur de omnibus: principiū autē de extrinsecis: elementum vero de intrinsecis. Et ideo d. in Physicis ꝙ dispositio scientiæ in omnibus artibus habentibus principia & causas & elemēta: quia intendebat per principia causas mouentes[b]: & per causas, illud, quod est commune illis quatuor: & per elementa, ea quæ sunt in re. Et quia agens proprium

a Expositio dicti in cō. et tex. primo primi phy. b Contradi-

est motori:agens.n.est mouens & faciens passiones, vt declaratum [a] est in libr. D
peri Geneseos:mouens autem proprie nullam facit passionem: quapropter om-
ne agens est mouens,sed non omne mouens est agens.D.quod aũt mouet,&c.i.
ꝙ si de mouente & elemento dicatur principium,cum principium proprie dica-
tur de motore. Et in alia translatione inuenimus loco huius. manifestum est ꝙ
principium & elementum sunt alia,& causæ vtriusque.i.manifestum est ꝙ prin
cipium differt ab elemento,& ꝙ hoc nomen causa dicitur de vtroque. Et inue-
nitur loco eius,quod d.quod autem mouet,&c.sic.& principiũ diuiditur in duo,
sicut illud quod mouet & constituit,cum sit quasi aliquod principium. Et in ter-
tia translatione.& dicitur principium in istis.quod autem mouet est principium.
& manifestum est ꝙ intendebat demonstrare per hunc sermonẽ,ꝙ hoc nomen
principium cõmune est eis.D.d.elementa vero secundũ equalitatem, &c. & in
alia translatione. Causæ aũt & principia sunt quatuor,sed aliud alij: & prima
causa est quasi motor alius alij,sicut sanitas,& infirmitas,& corpus:& Medici-
na quod mouet,quamuis sit sine ordine,sicut ista sanitas,illud quod mouet ædifi-
cationem.i.Et iam declaratum est ꝙ principia & causæ sunt quatuor: & illud,
quod est principium & finis,est aliud ab eo,cuius est principium, & ꝙ mouens
est aliud ab eo,quod mouetur ab eo.D.d.exemplum causæ extrinsecę, & d. sa-
nitas,infirmitas,corpus:quod mouet,medicina.i.& exemplũ causę, quę est alia E
a causato,est Medicina,quæ mouet ad sanitatem,aut ad firmitatem. Medicina
enim alia est a sanitate,& ab infirmitate.& quia forma sanitatis non est in ani-
ma Medici in materia,sicut est forma sanitatis,ideo forma sanitatis, quæ est in
anima Medici,non facit sanitatis actionem.quoniam,si ita esset, tunc Medicus
esset sanus.D.& si sine ordine ista sanitas mouens ædificationem.i. ꝙ,si sanitas
mouens non habet ordinationẽ sanitatis,quæ est in corpore,neque forma ędifi-
cationis habet ordinem formę domus.i.ꝙ forma sanitatis,quę est in anima,non
habet actionẽ sanitatis,sicut habet formam sanitatis,quę est in corpore. Et hoc
intendebat,cum dicit in alia translatione.forma.n.non ordinatur, sicut illud, quod
mouet artem ędificationis.i.ꝙ forma,quę est in anima sine ordine,i.sine actio-
ne eius,quod est extra aĩam,vt forma ędificationis,quę mouet ad formam ędifi
cati,quia non habet actionem formę domus.

Cum autem mouens,in naturalibus quidem homo, in his vero,
quæ a mente fiunt ipsa forma,vel contrarium sit, modo quodã tres
profecto causæ erunt,alio vero modo quatuor.sanitas nanque quo-
dammodo est ars Medendi,& Aedificatiua forma domus, & homo
hominem generat.præter hæc item cuncta mouens,tanquam omniũ F
primum.

Mouens autem in rebus naturalibus homo hominis,in eis autem,
quæ sunt ex cognitione forma,& suum contrarium.quapropter cau
sæ aliquo modo sunt tres,sicut & quatuor. Medicina enim est ali-
quo modo sanitas,& ars ædificandi forma domus, & homo generat
hominem.& etiam illud,quod est extrinsecum ab istis,quod est prin
cipium omnium.

24 Cũ declarauit causas esse quatuor, vult declarare ꝙ aliquo modo reducuntur
in tres.& dicit ꝙ,cũ quidlibet nõ fit,nisi a sibi cõuenienti: vt homo generat ho-
minẽ in rebus naturalibus,& forma artificialis facit aliã formã sibi similẽ,aut cõ
trariã in rebus artificialibus:manifestũ est ꝙ causę reducuntur in tres,cũ agens
& finis idẽ sint forma. Medicina.n.aliquo modo est sanitas,& forma domus ali
quo modo ęst domus,& semẽ hominis homo.&,quia dispositio vltimi mouentis
oia aliquo modo est sicut dispositio mouẽtis ꝓpinqui,& primũ mouẽs mouet ad
oẽs formas:manifestũ est ꝙ forma primi mouẽtis aliquo modo est omnes formę.
& hoc intendebat,cũ dicit.& ẽt illud,quod est extrinsecũ ab istis,quod est pri-

Margin notes:

cit sibi ꝺ cau sa hic & primo ph.cõ.1. Vide cõtra. Zim.

a Primo de Gñatione t. cõ. 45. & 3. Ph,cõ,3.

Forma sanitatis quę est in aĩa medici non est in materia: quãtũ faceret sanitatis actionem.

Forma primi mouentis aliquo modo est oẽs for-

A mum. Alexander autem dicit, ꝙ addidit hoc ad demonstrandum aliud principiũ esse extrinsecum a motis, & commune omnibus mouentibus. hoc enim principium, secundum ꝙ est commune & remotum, non est necessarium vt sit conueniens. & quia etiam primus motor, sicut declaratum est, non mouet nisi ad perfectionem. & quod est sic, non est necesse vt sit cõueniens. Et veritas est ꝙ primũ principium non debet esse conueniens secundum modum, quo est principiũ proprium: & debet esse conueniens aliquo modo vniuersali. Et Themistius dicit ꝙ dicit primum motorem, ad inueniendum ꝙ est aliud ab istis mouentibus propinquis, & quod illud est quæsitum in hoc sermone. & ita videtur mihi. Et Alexander dicit, quod dicere conueniens non verificatur, nisi in causis agentibus propinquis & essentialiter, non casu, scilicet in eis, quę sunt ex causis agẽtibus, quę fuerint propter aliquid. & iam prædixit ꝙ animalia, quę fiunt ex putrefactione, sunt apud ipsum istius generis. & in sermone eius est quęstio, quę per se est perscrutanda. Deinde & dubitandum est in hac propositione dicente quod conueniens fit essentialiter ex conueniente: quia in corrigia nihil est tale quale illud, quod relinquitur ab ea in dorso. & est simile sermoni ꝙ in serra non est signum abscisionis, quę est in ligno. talia autem sunt instrumenta, non causę agentes. & sermo eius non est nisi in causis agentibus. & ideo dicit ꝙ abscisio, quam facit serra, est in anima serrantis: & dolor, quem facit corrigia, est in anima percutientis. B Dicit igitur ꝙ ista propositio verificatur tribus conditionibus, s. vt sit in agente non in instrumento, & in propinquo non in remoto, & in agente essentialiter non accidentaliter.

me. vide idẽ supra cõ. 18. in fine.

Alex. expositio.

Themistij. expositio.

Documẽtũ.

Quot conditiones requirũtur vt verificetur propositio famosa ꝙ conueniẽs fit a cõuenienti. vide et. 2. Cœli c. 42. & 7. Met. cõ. 28.

Cum autem quædam separabilia, quædam inseparabilia sint, illa sunt substantiæ, propter quod hæc omnium causæ sunt: siquidẽ absq; substantiis passiones, & motus non sunt. deinde hæc erunt, anima fortassis, & corpus: aut intellectus, appetitus, & corpus.

Et quia quædam res sunt abstractæ, & quædam non abstractæ, illæ sunt substantiæ, & propter hoc inueniuntur istæ causæ: quia extra substantias non inueniuntur passiones eorum, neque motus. & post hoc erunt ista, anima forte, & corpus, aut intellectus, aut desiderium in corpore.

Cum declarauit quod possibile est dicere causas prędicamentorum esse easdẽ proportionaliter, vult declarare ꝙ substantia aliquo modo est causa omnium. 25 Materia enim, quę est in substantia, est materia* omnium prędicamentorum, & C causa eorum. contraria enim similiter, quę sunt in substantia, sunt causę contrariorum aliorum prędicamentorum. & hoc iam declaratum est in tractatibus substantię. & hic facit rememorationem. Et intendit per abstracta substantias, quę sunt subiecta nouem prędicamentorum, & per non abstracta nouem prędicamenta. quasi diceret, quia prędicamentorum quędam sunt abstracta, & quędam non, abstracta sunt substantię, & non abstracta accidentia substantię. & hoc declaratum est, declaratum est enim ꝙ substantia accipitur in diffinitione eorum, & non econuerso, vnde substantia videtur causa eorum. Deinde dedit causam, & dicit. & propter hoc. & cęt. idest. & quia accidentia non separantur a substantia, videntur substantię causę eorum. nullum enim accidens existit extra substantiam. sunt enim in rei veritate passiones, & motus substantiarum. & hoc intendebat, cum dicit. quia extra substantias non inueniuntur passiones, & motus earum. idest, quia ista non sunt nisi dispositiones substantiæ, non sui ipsorum. Et hoc intendebat in secunda translatione, cum dicit. & propter hanc causam causæ omnium sunt ista: quia passiones & motus non sunt extra substantias. idest. & propter hoc, quod diximus, causæ omnium sunt substantiæ, quia passiones & motus impossibile est extra substantias. Et sciendum est quod substantiæ sunt duobus modis:

* a. c. ad. omnis materię.

Documẽtũ.

Substantiæ sunt duobus modis: vnus sine acciden te alius cum accidētibus.

modus vnus, in quo possibile est fugere accidentia: & alius sine aliquo accidente. primus autem est sensibile: secundus autem intelligibile. Deinde dicit & post hoc erunt ista anima, &c, & dicit hoc, quia substantiarum quædam sunt naturales & quædam animatæ. animatæ autem videntur esse principia substantiarum naturalium. & quasi dicat. & post hunc sermonem dicamus ꝙ principia omniū substantiarum forte est anima, & corpus: aut intellectus ex anima, & desideriū tantum. & innuit corpora cœlestia. quia enim sunt principia animatorum & nō animatorum, fuit necesse vt essent animata, &. vt principia eorum sint corpus & anima. Et dicit forte, quia adhuc non est perfecte declaratum. Alexander autē dicit ꝙ, cum narrauit causas substantiæ, quæ est causa omnium, coniungit huic corpus & animam: aut quia ista sunt causæ animalium, aut quia opinatur quod hæc duo propriæ sunt substantiæ abstractæ. & ideo non dicit materiam, neque naturam, quia istæ sunt substantiæ non abstractæ. & ideo dicit forte, quia quidā existimauerunt animam esse abstractam, quæ anima apud ipsum non est abstracta, sed prima forma est abstracta. & intendit per omnia ista, corpora cœlestia. D. & similiter intendit per intellectum primū mouens corpora cœlestia, & per desiderium: animam, quæ est in corporibus cœlestibus. & vtrunque istorum est alteri propinquum. Et vniuersaliter apparet ex hoc sermone ꝙ, cum dicit, ꝙ substantia est principium aliorū entium, dicit ꝙ principiū substātiæ est anima, & corpus: aut intellectus & desideriū & corpus. & dimisit formas naturales et primam materiam, cum videntur esse causatæ a substantijs animatis: quia substantiæ animatæ sunt priores eis in esse: aut quia non sunt substantiæ in actu, sicut anima & corpus.

Prima forma tantū est abstracta apud Alex.

D

Item alio modo analogice principia sunt eadem, vt actus, & potētia. verum hęc etiam in alijs alia, & alio modo sunt. In quibusdam.n. idem quandoque actu, quandoque potentia est: vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hæc in prædictas causas. actus nanque est forma, si separabilis sit, & quod ex ambobus. priuatio etiam, vt tenebræ, aut ægrotans. potentia autem materia. hoc nāque est, quod ambo fieri potest. Aliter autem actu, potentiaque differunt, quorum nō eadem materia est, quorum non eadem forma: sed diuersa est. veluti hominis causa, elementa, ignis, & terra, & materia: & propria forma, & si quid aliud extrinsecus est, vt pater, & præter hęc Sol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiusdē speciei sunt, verum mouentia. E

Et etiam alio modo principia proportionaliter sunt eadem, vt potentia, & actus. sed hæc sunt rerum diuersarum diuersa, & modis diuersis. In quolibet enim inuenitur idem quandoque in actu, quandoque in potentia: vt vinum, aut caro, aut homo. Et cadunt ista etiam in causis prædictis. forma enim est in actu, cum fuerit abstracta, & quod est ex vtroque est priuatio, vt obscuritas, aut infirmus. & in potentia materia. & hoc est possibile vt sit vtrunque. Et alio modo est diuersum in actu & in potentia, in qua non est materia vna, & cuius forma non est eadem, sed diuersa. vt sunt elementa causæ hominis, scilicet ignis, & terra, sicut materia: & forma propria: & aliud ex extrinseco, vt pater, & extra ista Sol, & orbis decliuis, cum non sunt materia, neque forma, neque priuatio, neque æquale in specie etiam, sed motor. In alia translatione loco istius capituli dicitur etiam idem. F

A Cùm declarauit ꝙ posſibile eſt dicere ꝙ omnia prædicamenta habent eaſdem cauſas ſecundum proportionalitatem, & ſunt cauſæ, quas habent de forma, & materia, & priuatione, vult etiam declarare ꝙ hoc etiam habent de actu & potentia, ita ꝙ principia omnium ſunt actus, & potentia, & ꝙ hæc etiam reducũtur ad formam & ad materiam. Et dicit. Et etiam alio modo, &cæ. ideſt, & ẽt poſſumus dicere ꝙ principia omnium prædicamentorum ſunt eadem proportionaliter, alio modo a prædicto, ſicut dicimus de materia, & forma, & priuatione. Deinde dicit. ſed hæc duo ſunt rerum diuerſarum diuerſa, & modis diuerſis. i. ſed potentia & actus, ſecundum ꝙ inueniuntur in rebus diuerſis ſunt diuerſa, & habent reſpectum ad entia modis diuerſis. ideſt, quia potentia & actus, quę ſunt principiũ ſubſtãtiæ, ſunt alia a potẽtia & actu, q̃ ſunt principia qualitatis. & ſic de alijs. hæc aũt ſunt principia omniũ, qa quidlibet eſt aliquando in potentia, & aliqñ in actu. & hoc intendebat cũ dicit. In quolibet. n. inuenitur idem, &c. i. & hæc duo ſunt vniuerſalia omnibus: quia quodlibet ens aliquando eſt in potentia, aliquando in actu, verbi gratia, vinum quando eſt in actu, quandoque in potentia: & ſimiliter caro, & homo. Deinde dicit. Et cadunt iſta etiã in cauſis prædictis, &c. ideſt, actus enim reducitur ad formam, quæ eſt abſtracta, aut ad illud, quod congregatur ex materia & forma, & priuatione. vt obſcuritas, quæ eſt in aere, ex priuatione lucis, & infirmitas, quę eſt in corpore, ex priuatione ſanitatis. Deinde d. & in potentia materia. & hoc poſsibile eſt vt ſit vtrunque. ideſt potentia autem reducitur ad materiam: de qua eſt poſsibile vt fiat congregatum ex ea & ex forma, ſcilicet compoſitum. potentia enim, quæ eſt in materia, eſt ſuper indiuiduum compoſitum ex ea & ex forma. Deinde dicit. Et alio modo eſt diuerſum in actu, &cę. ideſt & etiam accidentia diuerſantur abinuicem ſecundum potentiam & actum propter ſuam diuerſitatem in materia & forma, alio modo ab eo, ſecundum quem diuerſantur paſsiua. Deinde dicit vt elemẽta, &c. ideſt, verbi gratia, ꝙ materia hominis ſunt quatuor elementa, & motor propinquus pater, & remotus Sol & orbis decliuis. materia autem hominis & patris, & formæ eorum ſunt eadem: Sol autem & orbis decliuis non. Et intendebat quaſi per hoc declarare ꝙ ſicut actiua diuerſantur in potentia & actu per diuerſitatem formarum & materierum eorum, ita etiam actiuã differunt a paſsiuis in potentia & actu per diuerſitatem materierum & formarum eorum. Et, quia cauſæ actiuarum differunt a cauſis etiam paſsiuarum, ſcilicet quæ ſunt partes rei, dicit & Sol & orbis decliuis, cum non ſunt, &c. ideſt, cum non ſunt forma hominis neque materia eius. & dicit. neque æquale in ſpecie. quia motor propinquus eſt æqualis in ſpecie; ſcilicet pater.

Nota q̃o actus & potẽtia ſunt prĩcipia oĩum prędicamentorum.

Documẽtũ.

C Pręterea videre oportet, ꝙ quędam eſt vniuerſaliter dicere, quędã minime. Omniũ itaq; prima principia, qđ actu primum, & aliud, qđ potentia. At illa, quę vniuerſalia dicimus, non ſunt. ſingulare nanq; principium eorum eſt, quæ ſingularia ſunt. homo. n. hominis vniuerſalis. ſed nullus eſt. verum Peleus Achillis, tui autem pater. & hoc B ipſius B A, ipſum vero B omnino ipſius B A ſimpliciter. Deinde formę hę, quę ſubſtantiarũ ſunt. verũ aliorũ alię cauſę, ac elementa, vt dictũ eſt, eorũ, quæ non in eodẽ genere ſunt colorum, ſonorũ, ſubſtantiarum, quantitatis, niſi proportionaliter. Eorum quoq;, quę in eadẽ ſpecie ſunt diuerſa, non ſpecie, ſed quoniã quæ ſingularium aliud, & tua materia, & forma, & quod mouit, & forma, ac mea materia. vniuerſali vero ratione eadem.

Et ẽt conſiderandũ eſt ꝙ quædã ſunt, quę poſſumus dicere vniuerſaliter, & quędam, quę poſſumus dicere particulariter. Et prima principia habent naturam, quæ eſt in actu. & hoc eſt prius. & aliud in

potentia. Et illa vniuersalia non sunt, quoniam quod est indiuiduũ, est istius indiuidui. homo enim est hominis vniuersaliter. sed nullus. Sed Achilles Pelleum, & te pater tuus. & hoc B ad hoc B, vniuersaliter autem B ad B simpliciter. Formæ enim substãtiarum alię sunt causæ aliorum, & elementa, sicut dictum est ea, quæ non sunt in eodem genere, ex coloribus, & contrariis, & substantiis, & quantitate. Præterea quæ conueniunt, & ea, quæ sunt in eadem forma, & differunt secundum formas, sed quodlibet singulare est aliud, & materia, & forma, & quod mouet, quamuis non sunt idem vniuersaliter. D

27

Vlia nõ habent esse extra aĩam. Idẽ supra cõ. 4. & 21. & 14. Idem. 3. Meta. cõ. 20. & primo Met. cõ. 6. 26. & 27. Idẽ. 2. de aĩa cõ. 60. et prĩo de Aĩa cõ. 8. & 3. đ Aĩa cõ. 18. Idẽ. 10. Me. c. 6. Et idem hic ĩ cõ. seq. Idẽ. 7. Met. cõ. 46.

a Singularia in esse pręcedũt vlia: sed vlia p̃cedũt singularia in intellectu. vide primo de Aĩa. t. cõ. 8.

Cum determinauit quod principia sunt eadem proportionaliter in omnibus pręedicamentis vult declarare quod principia duobus modis habent respectum ad res, vniuersaliter, & particulariter. & demonstrat quod verus respectus est particularis, cum vniuersalia non habeant esse extra animam. Et dicit. Et etiam considerandum, & cæt. idest, & sciendum est in hac consideratione quod iste causę dandę sunt in suis causatis vniuersaliter, & particulariter. verbi gratia, ꝙ sanguis menstruus est materia hominis, & quod homo generat hominem. E & possumus etiam dicere quod Socrates generat Platonem, & ꝙ sanguis istius mulieris est materia istius indiuidui. Deinde demonstrauit ꝙ verus modus est particularis, & dicit. Et prima principia habent naturam, & cęt. idest, & principia principalia sunt ea, quorum substantia est aliquod ens in actu extra animam, alia autem sunt ea, quę sunt in potentia particularia. & primum pręcedit hoc. Et iste processus est, sicut dicit Alexander in esse,[a] non in intellectu. Vniuersalia autem sunt priora in intellectu particularibus, quę, cum auferuntur, auferuntur particularia. vnde existimantur vniuersalia esse substantię. Deinde d. post. Et illa vniuersalia non sunt, &c. idest & principia vniuersalia non existunt extra animam, sed indiuiduale hoc. hoc enim indiuiduum ab alio indiuiduo generatur. homo enim vniuersale non generatur ab homine vniuersali. Deinde dicit. homo enim est hominis vniuersaliter, &c. idest, dicitur enim vniuersaliter ꝙ homo generat hominem, sed nullum vniuersale generat aut generatur, sed Socratem Plato, & te tuus pater. & hoc B ad hoc B, quamuis dicatur ꝙ b simpliciter generat b simpliciter. Et ꝙ residuum est de hoc capitulo inueni diminutum in expositione Alexan. & est. Formę enim substantiarum alię, &c. idest, & cum considerandę fuerint causę & causata, vniuersaliter inuenientur formę substantiarum diuersę in genere esse causę rerum diuersarum in genere: F & elementa diuersa in genere rerum diuersarum in genere, vt causę rerum, quę sunt in diuersis generibus, vt causę elementorum contrariorum, & aliarum substantiarum, quę sunt diuersę in genere. Et dicit hoc, quia causę aut erunt conuenientes in specie, & diuersę in numero, vt causa Socratis & Platonis: aut conuenientes in genere & diuersę in specie, vt causa hominis & equi: aut conuenientes in genere, quod est vnum proportionaliter, & diuersę in vero genere, sicut causę substantiarum differunt a causis quantitatis & qualitatis. Et in alia translatione. & post hoc, quia actiones substantiarum sunt alię causę aliorum, & elementa aliorum: sicut dictum est de eis, quę non sunt in eodem genere colorum contrariarum substantiarum quantitatis. Et hoc, quod dicit. Pręterea quę conueniunt, & ea quę sunt in eadem forma, & differunt secundum formas, dicit ipsum ad extrahendum ex substantijs substantias, quarum causę sunt diuersę in specie: & sunt ea, quorum causę sunt diuersę in specie, & sunt in eodem genere. causę enim istorum sunt eędem in forma generali, & diuersę in forma speciali. Et intendit per hoc, quod dicit in eadem forma formam generalem. Et intendit per hoc, quod, dicit. & differunt secundum formas, formas specialissimas. & intendebat ꝙ causę substantiarum, & substantię, quę differunt, quędam differunt secundum genus modo propinquo diuersitati causarum decem pręedicamentorum, & non dicuntur esse eędem, nisi proportionaliter, & non vt ea, quę sunt

A conuenientia in eodem genere & in eadem forma. istę enim sunt conuenientes in forma generali, & diuersę in forma speciali. Deinde dicit, sed quodlibet singulare est aliud idest, sed ea, quorum causę eędem sunt in specie, sunt etiam diuersa in numero, & sunt singularia indiuidua. quodlibet enim istorum aliud est a suo compari in numero. & ex hoc intelligitur aliqua esse conuenientia in suis causis in specie. Deinde dicit & materia, & forma, & quod mouet, &c. idest, &, cum dicamus ꝙ materia, & forma, & motor sunt principia omnium rerum, non sunt eadem, eadem sunt sermone vniuersali. Et in alia translatione est. materia enim tua, & sanitas, & quod mouet hoc in sermone vniuersali sunt principia omnium entium. quoniam quamuis cum dicantur esse principia non eisdem modis, sed diuersis, tamen eadem sunt omnibus rebus vniuersaliter & proportionaliter. & quasi dicat. quoniam quamuis non sint eadem secundum naturam, tamen sunt eadē sermone vniuersali, per quem describitur principium & causa.

Quærere autem quænam principia, siue elementa substantiarum, ad aliquid, & qualitatum sint, vtrum eadem an diuersa, patet quòd, cum multipliciter dicantur, vniuscuiusque sunt. at si diuidantur, nō eadem, sed diuersa, nisi quòd aliquo modo eadem. analogice namque
B eadem: quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo substantiarum causæ, quasi omnium causæ sunt: quia peremptis, perimuntur. Præterea quod primum actu est. illo vero modo alia prima, quæcunque contraria, quæ nec vt genera, neque multipliciter dicuntur, item & materiæ.

Quoniam autem quæstio nostra, quæ sunt principia, & elementa substantiæ, relationis, & quantitatis, vtrum sint eadem aut diuersa, manifestum est ꝙ sunt quæ dicuntur multis modis in quolibet. & cū diuidatur, non sunt eadem, sed diuersa, præter hoc quòd sunt omnium etiam. sic autem sunt eadem secundum æqualitatem comparationis forma, mouens. & sic etiam causæ substantiarum, sicut similia eorum omnium, quæ auferuntur cum illa auferuntur. Et etiam primum in perfectione. & sic aliud, & prima omnia, quæ sunt contraria, quoniam ista non sicut genera dicuntur, neque multis mo-
C dis, & etiam materia eorum.

Cum quęsiuit principia prędicamentorum an sint eadem aut diuersa, & declarauit modum, quo sunt eadem, & quo sunt diuersa: amplius, & quod principia substantię sunt aliqualiter, sicut principia aliorum prędicamentorum, vult colligere hęc dicendo. Quęstio autem nostra, vtrum principia substantię sint eadem aut diuersa, manifestum est quod sunt diuersa, cum multipliciter dicatur hoc nomen principium de vnoquoque istorum. sed tamen non est intelligendum ex hoc, ꝙ secundum ęquiuocationem puram dicatur, & hoc intendebat, cum dicit multis modis. Et in secunda translatione dicit. manifestum est ꝙ dicitur multis modis vniuersalibus. & addidit vniuersalibus, cum sit talis dispositio significationum nominum, scilicet ꝙ significent intentiones vniuersales in quęsitis. De particulari enim non fit demonstratio: quamuis ipsum tantum sit ens in rei veritate. Deinde confirmauit hoc, & dicit. & cum diuidatur, & cęte. idest & apparet quod, cum hoc nomen principium diuidatur, scilicet in formā, & priuationem, & materiam, & mouens, non videbitur significare idem in quolibet eorum, sed diuersum. Forma enim in substantia differt a se in alijs prędicamentis. & similiter priuatio, & materia, & mouens. Et, quia nō perfecte differunt, scilicet quia non pura ęquiuocatione dicuntur hęc principia de eis, dicit pręter hoc ꝙ sunt omnium, & cęt, idest, pręter hoc quod videntur eadem se- 28

De particulari non est demōstratio. Idē. 7. Met. 53. Solū particulare est ens in rei veritate. Idē supra cō. pcedenti. Idē. 2. de Gñatione cō. 59.

cundum comparationem & respectum. verbi gratia, ꝙ respectus formæ substantiæ ad substantiam est sicut respectus formæ qualitatis ad qualitatem, & quantitatis ad quantitatem: quamuis non idem significet forma in vnoquoque eorum. & similiter de priuatione, & materia, & motore. ista igitur principia de eis dicuntur in respectu. Et puto ꝙ sermo eius fuit diminutus, cum dicit forma mouens. debebat igitur dicere forma, priuatio, materia, mouens. Deinde dicit, & sic etiam causę substantiarum &cæ. idest, & etiam causæ substantiarum videntur esse causæ causarum aliorum prædicamentorum similium causis substantiarum. & signum eius est quod, cum causę substantiarum auferentur, auferentur causæ aliorum prædicamentorum. materia igitur est causa materię cęterorum prędicamentorum. & similiter de forma, & priuatione, quę est in substantia, & in mouente. Et hoc intendebat, cum dicit in secunda translatione. & iste modus, qui est in substantijs, est quasi causę omnium, quia corrumpuntur, cum illa destruũtur. idest, & secundum istum modum possumus dicere ꝙ causę substantię sunt causę omnium prędicamentorum. Et hoc est, quod intendebat declarare de prima materia. cum enim declaratum fuerit ꝙ causę substantię sunt causę omnium entium, & fuerit declaratum quę sunt causę generum substantię corruptibiliũ & incorruptibilium, tunc declarabuntur causę vltimę entium, in eo quod sunt entia. & hoc intendebat declarare in hoc tractatu. & ideo perscrutatus est primo de principijs substantię. Deinde dicit. Et etiam primum in perfectione. & intendit per primum in perfectione causam propinquam, qua res perficitur in esse: & est causa agens causę, quę est ei propinqua. & intendit ꝙ etiam ista causa dicitur de omnibus proportionaliter. Deinde dicit & sic aliud, & prima omnia, quę sunt contraria. idest & alio modo dicitur de eis ꝙ contraria pręcedunt omnia, idest ꝙ sunt principia omnium alio modo ab eo, secundum quem dicuntur genera, quorum nomina sunt vniuoca, & ab eo, secundum quem dicuntur nomina ęquiuoca. idest quod, cum dicimus ꝙ principia omniũ sunt contraria duo, materia, non est dictum ęquiuoce nec vniuoce, sed secundum assimilationem. Et hoc, quasi manifestius est in secunda translatione, quę talis est. & etiam primum in perfectione, & alio modo prima omnia contraria, quę non dicuntur sicut genera, neque multis modis, sed eadem. Et Alexander dixit, ꝙ forte intellexit per hoc, quod dixit, & ista non sicut genera dicuntur, neque multis modis, causas induiduales, quę sunt vere causę causatorum indiuidualium, quę sunt vere causata. idest ꝙ ista differunt in numero, & non in genere, neque in specie. Causę enim eorũ, quę differunt in genere, differũt in genere, & quę in specie in specie, & quę in numero in numero. Et secundũ hoc intẽdebat cũ dixit. & alio modo prima omnia contraria. prioritas enim indiuidualis alia est a prioritate vniuersali.

Causę eorũ, quę differũt gñe, differũt gñe, & quæ specie spẽ, et quę numero numero.

Summa Secunda. De substantia Immobili.

Caput Primum. Necessarium esse dari substantiam aliquam immobilem, perpetuam, semperque actu existentem. Item actum potentia esse priorem.

Vide Auic. in Epi. tra. 4

QVæ itaque sensibilium principia sunt, & quot, quoue modo eadem, & diuersa, dictum est. Cum vero tres sint substantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum quòd necesse est perpetuam aliquam, & immobilem substantiam esse. Etenim substantiæ, primæ entium sunt. & si cunctæ corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. at impossibile est aut generari

A motum, aut corrumpi: nam semper erat. neque tempus; cum non sit posibile prius & posterius esse, tempore non existente. & motus sanè ita continuus est, sicuti & tempus. aut enim idem, aut quædam ipsius motus pasio est. motus vero non est continuus, præter hunc, qui secundum locum, & hunc, qui circularis est.

Quæ autem sunt principia sensibilium, & quot, & quomodo sunt eadem, & diuersa dictum est. Et, quia substantiæ sunt tres, quarũ duę sunt naturales, & vna est immobilis, loquendum est de ista, & narrandum est quòd necesse est aliquam substantiam æternam & non mobilem esse. Substantiæ enim præcedunt omnia entia. si igitur omnes substantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta. sed est imposibile ꝙ motus fiat, aut corrumpatur: semper enim erat. neque tempus etiam, cum imposibile sit prius & posterius esse, si tempus non fuerit. & motus igitur secundum hunc modum continuus est, si-
B cut tempus. aut enim erit idem, aut pasio motus. sed non inuenitur motus continuus, nisi in loco, & ex istis circularis.

Per hoc, quod dixit ꝙ sunt principia sensibilium, innuit materiam, & formã, & priuationem, & motorem, & ꝙ sunt tria vno modo, & quatuor alio modo. 29
Et per hoc, quod dixit & quomodo, innuit illud, quod prędixit, ꝙ sunt eadem ꝑ assimilationem, & diuersa secundum naturam. Consyderandum autem est, vtrũ hoc intendebat per sensibilia, de quorum principijs loquebatur, generabilia, & corruptibilia tantum, aut etiam æterna. Alexander autem dixit ꝙ quamuis sermo eius prædictus sit de substantijs non æternis tamen de vtraque substantia loquitur, scilicet æterna, & non æterna. In substantia enim æterna inueniuntur eædem causæ, quæ per similitudinem dicuntur cum causis generabilibus & corruptibilibus. inuenitur enim in ea potentia, cum mouetur in loco. sed tamen potentia in vbi non est potentia in substantiam. Deinde d. hoc enim, quod inuenitur in vbi simile est contrarietati, aliquando enim est in vbi in potentia, aliquando in actu. Et signum huius est quia Arist. posuit diuisionem in hoc sermone in substantiam mobilem & immobilem, ita quod dixit. Et, quia substantiæ sunt tres, quarum duæ sunt naturales, &c. idest, Sed hoc, quod dixit. & narrandum
C est quod necesse est aliquam substantiam æternam & non mobilem esse, est signum ꝙ posuit hanc substantiam esse in diuisione potentia, vbi dixit, et vna est immobilis: nisi posuerit hoc in diuisione, secundum ꝙ omnes Antiqui opinabantur, scilicet hoc esse substantiã immobilem. simile enim huic fecit in primo istius tractatus. Et illud, super quod debemus sustentari in imaginatione est, ꝙ substantia est duobus modis. modo æterno & non æterno, vt declaratum est in scientia Naturali. & ꝙ sua intentio in hoc tractatu est perscrutari de substantia, quę est principium substantię æternę: cum declarata sint principia substantiæ generabilis & corruptibilis in naturalibus. sed quia sermo eius in hac scientia est de principijs substantię simpliciter, necesse fuit exponere cõsyderationem bipartitam, scilicet in principijs substantię non æternę, & principijs substantię æternæ. Et ideo diuisit hunc tractatum primo in duo. Quorum primum est de principijs substantię non ęternę, quæ habent communicationem cum æterna: & posuit hoc de naturalibus. Secundum autem est de principijs æternæ proprijs. Et, quia principia substantię sunt substantię, necesse fuit loqui de substantia, quę est principiũ æternę substantię mobilis, & declarauit eam esse immobilem & ęternam. Sed tamen Arist. voluit ponere doctrinam manifestiorem, & magis simplicem. fecit enim sicut homines ponunt substantiam immobilem esse principium mobilis. D. incœpit declarare hanc substantiam esse ex propositionibus vtriusq; sciẽtię, & dicit. Substantię enim precedunt omnia entia. idest, vt declaratum est prius.

In substãtiã ęterna inueniuntur causę. q̃ ꝑ similitudinẽ dicũtur cũ causis generabilibus et corrũptibilibus.

Idem cõ. primo huius.

Substãtiam æternã esse declarari ꝑ ꝑpositioni

bus coĩbus vtriq; ſciẽ. Oppoſitũ re quire in cõmẽ. vlt. primi phyſi. Vide cõtradict. Zim. Oẽ, cuius cã eſt generabilis & corruptibils, ẽ generabile & corruptibile.

D.d. ſi igitur omnes ſubſtãtię fuerint corruptę, omnia entia erunt corrupta. ideſt E ꝙ, cum poſuerimus ꝙ cauſę omnium entium ſunt ſubſtãtię, & ꝙ ſubſtantię ſunt generabiles & corruptibiles, continget neceſſario vt omnia entia ſint generabilia & corruptibilia. Omne enim, cuius cauſa eſt generabilis et corruptibilis, eſt generabile & corruptibile. Et, cum poſuit ꝙ, ſi omnes ſubſtantię fuerint generabiles & corruptibiles, omnia entia erunt generabilia & corruptibilia, deſtruxit conſequens, & dixit. ſed eſt impoſsibile ꝙ motus fiat, aut corrumpatur. ideſt, ſed eſt impoſsibile vt omnia entia ſint generata, poſtquam nihil fuit omnino, & corrupta, ita ꝙ nihil erit. impoſsibile enim eſt intelligere motum factum, poſtquam nullus motus fuit: aut corruptum, ita ꝙ nullus motus erit. Deinde dicit. ſemper enim erat, ideſt vt declaratum eſt in Naturalibus. Deinde d. neq; etiam tempus, ideſt, neque etiam tempus eſt ex entibus talibus, ſcilicet quæ poſſunt imaginari generata aut corrupta, poſtquam fuit tempus, & poſtquam non erit tempus. D.d. cauſam in hoc, & dicit. cum impoſsibile ſit prius & poſterius eſſe, ſi tẽpus non fuerit, ideſt, cum impoſsibile ſit intelligere generatum & corruptum, niſi intelligantur prius & poſterius, quę impoſsibilia ſunt imaginari, niſi cum preterito & futuro, quę ſunt partes temporis. factum enim eſt illud, quod eſt poſt nõ eſſe, & cuius non eſſe eſt ante ſuum eſſe. ſed ante & poſt ſunt differentię tẽporis. Si igitur tempus ponatur eſſe factum, neceſſe eſt fieri in tempore. quapropter tẽpus erit ante tempus, & ſic in infinitum. D.d. & motus igitur ſecundum hunc modum continuus, &c. ideſt, & cum tempus eſt continuum, & ęternum, & vnũ, neceſſe eſt vt motus æternus ſit continuus, & vnus. [a] Tempus enim & motus aut ſunt idem: aut tempus eſt aliqua paſsio eius. [b] ſine enim tempore impoſsibile eſt imaginari motum. D.d. ſed non inuenitur motus continuus, niſi in loco, & ex iſtis circularię. i. & impoſsibile eſt vt iſte motus ſit, niſi localis & circularis, vt declaratum eſt in Phyſicis.

a Tẽpus & motus aut ſunt idẽ, aut tẽpus eſt; aliqua paſsio motus. conſimile. 8. phy. cõ. 10. vide pro hoc clarius, 4. ph. cõ. 98. & tex. cõ. 101.
b Sine tpe ĩpoſsibile eſt imagĩari motũ. Vide oppoſitũ. 4. ph. cõm. 97. Vide cõtradict. Zim.

At vero, ſi motiuum aut effectiuum eſt, non autẽ operans aliquid, non eſt motus. poſsibile nanque eſt non operari, quod potentiam habeat. nulla igitur vtilitas erit, nẽ quidem ſi perpetuas ſubſtantias faciamus, quemadmodum qui faciunt formas, niſi aliquod principiũ inſit, quod mutare poſsit. Non igitur ſufficit illa, nec alia ſubſtantia præter formas. Nam, ſi non operabitur, motus non erit. nec item ſi operabitur, ſubſtantia vero eius potentia ſit. non enim erit perpetuus motus. quod enim potentia eſt, contingit non eſſe. oportet igitur eſſe tale principium, cuius ſubſtantia actus ſit. Item has oportet eſſe ſubſtantias abſque materia. ſempiternas enim eſſe oportet, ſi aliquid quidem æternum eſt. actu igitur ſunt. Atqui dubium eſt. Nam omne quidem agens poſſe quoque videtur, potens vero non omne, agere. quare potentia erit prior. Verum, ſi hoc ita ſit, nihil entium erit. contingit enim poſſe quidem eſſe, nondum vero eſſe. At ſi, vt Theologi, qui ex nocte cuncta generant, ſiue, vt Naturales dicunt. omnes res ſimul erant, idem impoſsibile erit. Quo nanq; modo mouebuntur, ſi nulla erit actu cauſa? non enim ipſa materia ſeipſam mouebit, verum opifex virtus. neq; menſtrua neq; terra, verum ſemina atque humanum ſemen. Propter quod quidam faciunt ſemper actum, veluti Leucippus & Plato, cum ſemper eſſe motum dicãt, cur vero, vel quem, nõ aiunt. nec cur ſic, nec cauſam. nihil enim ſuſq; deque mouetur, ſed oportet vt ſemper aliquid præexiſtat. ſicuti nunc, natura quidem hoc modo, vi etiam, aut ab intellectu, aut ab aliquo

Dubitatio.
Solutio.

alio, hoc modo. Deinde quisnam primus sit. differt enim quammaxime.

Sed, si fuerit substantia mouens, aut agens, & nihil agit, non erit motio. possibile est enim vt illud, quod est in potentia, non agat. & si non, nihil prodest cum posuerimus substantias æternas, aut dicentes formas, nisi in eis sit principium, quod potest transmutare. Sed hoc non sufficit, neq; aliud extra formam. Si enim non fuerit, non erit motus. neq; si egerit, & substantia eius fuerit in potentia. non enim erit motio æterna. Possibile enim est, vt quod est in potentia, non sit ens necesse est igitur vt tale principium sit substantia, quæ est actio. Et oportet etiam vt istæ substantiæ sint existentes extra materiam, cum necesse est vt sint æternæ. si etiam aliud fuerit æternum, actio est. Quamuis hic sit quæstio. Existimatum est enim, quòd omne agens habet potentiam, qua potest, & non omne, quod potest per potentiã, agit. vnde potentia videtur prior. Sed quamuis ita sit, nullum quidẽ entium erit ens, cum sit possibile vt sit, & non sit ens. Sed si secundum Loquentes in Diuinis generantes mundum ex nocte dicunt, & Naturales dicentes q omnia fuerunt insimul, impossibile est vt sint eadẽ omnibus. Et si non quomodo mouentur, si non habent in actu causam? materia enim substantia carpentarii impossibile est vt moueatur per se, sed carpentarietas. neque sanguis menstruus neque terra, sed semina & sperma. Et ideo quidam ponunt separationem, vt Plato, et Leucippus. dicunt enim motum semper esse aliquid. sed quare, non dicunt causam. nihil enim mouetur, sed oportet vt semper sit aliquid, sicut modo est, aut naturaliter, aut violente, aut ex alio et post, qui est primus. multum enim differt.

Sed, si fuerit substantia, &c. idest, q, cum motus æternus sit, & omnis motus habet motorem, vt determinatum est, necesse est vt iste motus habeat motorem, qui est actio pura sine aliqua potentia, idest, quia in nulla hora est motor in potentia. Si enim non fuerit actio pura, sed cum potentia, aliqua hora erit, in qua non erit motus ab eo. Deinde dedit causam, & dicit. possibile enim est, &c. i. quia omnis motor, cuius substantię admiscetur potentia, possibile est vt in aliqua hora non moueat. non enim mouet, nisi per alium motorem extrahentẽ ipsum ex potentia in actum, qui est impossibilis vt non sit pręsens. Deinde dicit. & si non, nihil prodest, cum posuerimus, &c. i. declaratum est igitur substantiã esse æternam, & semper mouentem. & ideo nihil prodest ponere substantiam æternam, in qua non sit principium mouendi: vt dicunt dicentes formas. Deinde dicit. Sed hoc non sufficit, neque aliud. idest, non enim sufficit ponere principiũ mobilium formas, neque aliud extrinsecum a formis: cum motus non auferatur ab ablatione illius. Et hoc intendebat, cum dixit. Si enim non fuerit, idest. si. n. non fuerit, nõ erit motus. i. si non fuerit positum aliquod tale, idest aliquod, quod si non esset, non esset motus. Deinde dicit. neque si egerit, & substantia eius fuerit in potentia. idest & non sufficit in hoc ponere aliquid, quod si non fuerit tale, non erit motus, sed etiam si non fuerit tale, idest q si auferetur, auferetur motus, & substantia eius non erit in potentia. sed vtrunque necessarium est, in eo scilicet, quod cum auferatur, auferatur motus, & quod substantiæ non admisceatur potentia. Alexander autem dixit quod necesse est tertium esse, cum hoc sit æternum & mouens in actu, scilicet vt sit illud, ad quod secundum desyderium mouetur corpus, quod est nobilissimum corporum, scilicet cœleste. 30

Oĩs motor, cuius substãtię admiscet potẽtia, possibile est vt in aliqua hora non moueat. Idẽ. 8. phy. 4. et. 8. 15. cõmen.

Illud autem,ad quod secundum desyderium mouetur hoc corpus, non est homo, D
neque aliquod entium,quę sunt hic:cum nobilius desyderio non tendat in uilius.
Deinde dedit causam in hoc,et dixit.non enim erit motio æterna,idest,si in sub
stantia huius motoris fuerit substantia,quæ est in potentia , scilicet in materia.
Deinde dicit,possibile enim est,vt quod est in potentia,non sit ens.& hoc quod
dixit,si fuerit in potentia,substantia,possibile est vt non sit ens simpliciter.idest,
quia corrumpetur in aliqua hora. Et hoc quidem determinatum est in Naturali-
bus,ꝙ omne, cuius substantię admiscetur potentia,est generabile & corruptibi-
le. &,si fuerit in potentia motor in loco,impossibile est vt non moueat . Vnde
necesse est,vt isti motori non admisceatur potentia omnino, neq; in substantia,
neque in loco,neque in aliquo modorum potentię . Et hoc intendebat,cum di-
xit.necesse est igitur vt tale principium sit substantia , quę est actio . quia causa
potentię in rebus,in quibus est potentia, est materia , vt dictum est in Naturali-
bus. Et dicit. Et oportet etiam vt istę substantię sint existentes , &c. idest, &
quia istę sunt mouentes sine aliqua potentia, necesse est vt sint sine omni mate-
ria,cum necesse est vt sint æternę. omne enim ęternum est actio pura: & omne,
quod est actio pura,non habet potentiam. D.d. Quãuis hic sit quęstio,&c.i.&
si isti sermones dicant vt actio sit ante potentiam,est tamen hic quæstio.Existi-
matum enim est ꝙ potentia est ante actum,quia existimatum est ꝙ omne agens E
fuit in potentia:& non omne,quod est in potentia aget: vnde & potentia vide-
tur prior actu. Deinde dicit. Sed quamuis ita sit,nullum entium, &c. idest , &
hoc est impossibile. quoniam,si motor omnis, & agens haberet potentiam mo-
uendi & agendi,possibile esset vt in aliqua hora nihil esset:& tunc possibile es-
set quodlibet esse & non esse. quoniam, si possibile est vt primus motor non sit
vt nõ moueat,possibile erit vt nihil sit omnino:quod est impossibile , vt dictum
est prius,vbi locutus est ꝙ actus est ante potentiam. Deinde dicit. Sed si secun-
dum quod Loquentes in Diuinis, &c.idest,nisi esset verum,quod Loquentes in
Diuinis & Naturalibus dicunt, scilicet ꝙ omnia facta fuerunt ex se sine moto-
re.vt dicentes mundum generari ex obscuritate,& vt ponentes causam genera-
tionis omnium materiam tantum,aut vnum elementum quatuor , aut partes infi-
nitas:quod est impossibile, scilicet vt aliquid moueatur sine motore . verbi gra-
tia.ꝙ lignum,quod est subiectum carpentarij,impossibile est vt moueatur per se
absque carpentario. & similiter sanguis menstruus impossibile est vt ab eo fiat
homo,nisi moueatur a spermate:neq; terra planta , nisi moueatur a semine. D.
d. Et ideo ponunt quidam,&c.idest. &,cum quidam perceperunt ꝙ nihil moue-
tur,nisi ante sit motus, posuerunt motum ante generationem mundi. nulla enim
differentia est inter ponentem materiam esse mobilem ex se,et ponentem ꝙ oẽs F
causę fuerunt in quiete,& ꝙ demum incœperunt moueri , & ideo posuerunt isti
ante generationem mundi motum æternum , vt Plato dixit , ꝙ prius fuit motus
inordinatus, deinde Deus induxit eum ad ordinem:& sicut dicunt dicentes par-
tes esse indiuisibiles de motu in vacuo . Deinde d . qui dicunt ꝙ omnia fuerunt
insimul. Et Alexander dicit ꝙ non innuit Anaxagoram, iste enim ponit cau-
sam agentem,s. intellectum. sed,quia istis contingit ꝙ,cum aliquid incœperit *
mouere,vt sit prius in potentia * mouens , deinde in actu sine motore , in nullo
differunt ab eis,qui non perceperunt causam esse mouentem . & hoc modo non
est remotum vt Anaxagoras sit de eis, vt omnis generans mundum,siue conces-
serit causam esse mouentem , aut non. Et forte dixit de his, qui non receperunt
causam mouentem in substantia: quia omnia apud eos fuerunt insimul.quia,cum
illic non fuerit generatio,non erit illic aliquid in potentia,& aliquid in actu,sed
omnia in actu insimul semper, cum impossibile est vt omnia sint priuata vt ali-
quid sit quandoq; ens,& quandoq; non ens. Et, cum Plato,Leucippus,& De-
mocritus dicebant motum esse ante generationem mundi, Leucippus autem mo-
tum spacij in vacuo, necesse est eis dicere quis motus est iste motus ęternus im-
possibile enim est motum æternum esse nisi circularem. & necesse est eis dicere
etiam quare est semper. Et dixit, vt mihi videtur , ꝙ illi dicunt motum aliquid
esse: quia aliqui Antiquorum ordinabant motum in non ente:& istis etiam con-

Nobilius desyderio non tendit in vilius.

Oẽ, cuius substãtię admiscet potẽtia, est gñabile et corruptibile.

Cã potẽtię ĩ rebus,in quibus est potẽtia,est materia.

Oẽ ęternũ ẽ actio pura.

Idẽ istra. 35. 41 . & 44.

Idẽ. 9. Met. t.c.17. et.2.Cœ.33. et.34. Oppositũ.3.de aĩa cõ.5. in solutione tertiæ qõnis, & cõmen.14.

Vide cõtradictio.Zim.

* a.l. moueri.

* a.l.motum.

Aliqui ordinabãt motũ in non ente.

A fingit ponere motum violentum esse æternum & priorem naturali. & hoc manifestum est ex sermone Platonis, qui vocat eum motum inordinatum. Deinde d. nihil enim mouetur, &c. idest impossibile enim est ponere aliquid moueri, si nõ ponatur aliquis modorum motuum, qui sunt hic, & aliquis modorum mouentiũ. motus enim, qui sunt hic, aut sunt naturaliter, aut violenter. & motor etiam aut est motor primus, aut qui ab alio mouetur. i. ꝙ necesse est dicentibus motum esse ante generationem mundi, dicere quis modus fuerit motuum, & quis modus fuerit mouentium, & vtrum fuerit motor vnus aut plures: quod non fecerunt, neq; possunt facere: sed contingit dicenti motum inordinatum esse dicere motum violentum esse ante naturalem: quod est valde inconueniens, & impossibile. & hoc intendebat, cum dicit & post, qui est primus. multum enim differt dicere ꝙ motus naturalis est primus, aut ꝙ motus violentus.

At neque Platoni possibile est dicere id, quod quandoque putat principium esse, quod seipsum mouet. posterior enim pariter cœlo est anima, vt ait.

Neque etiam possibile est Platoni dicere quod multotiens existimabat, ꝙ principium est illud, quod mouet se. anima enim, sicut dixit, est in postremo cum cœlo.

B

Quia aliquis defendendo Platonem potest dicere quod ea, quæ mouebantur æternę ante mundum, erant principia, quę se mouebant, cum Plato opinabatur aliquid mouere se, d. respondendo propter hoc, ꝙ non potest dicere hoc. Anima enim apud ipsum est mouens se; sed apud ipsum anima non fuit nisi post cum generatione cœli. apud enim illum motum æternum non ordinatum non fuit anima apud ipsum. 31

Arbitrari itaque potentiam actu priorem, quodammodo quidem bene est, quodammodo vero minime. dictum autem est quomodo. Quòd autem actus sit prior, Anaxagoras testatur. intellectus nãque actus est. Et Empedocles, amicitiam & contentionem ponens. & qui semper esse motum aiunt, vt Leucippus. Quare non erat tempore infinito Chaos, aut nox, verum semper eadem circuitione, aut aliter, si actus quidem prior potentia.

Quoniam autem potentia est prior actu, in existimatione quodãmodo recta, & quodammodo non recta, dictum est quomodo. Quo-

C niam autem actus est prior, testatur Anaxagoras. intellectus enim est actus. & etiam Empedocles, qui ponit amicitiam & litem. & etiam ponentes motum esse semper, vt Leucippus. Fouea autem & nox nõ sunt infinita, sed eadem semper sunt, aut secundum reciprocationem, aut alio modo, si actus est prior potentia.

Cum declarauit actum esse priorem potestate propter hoc, ꝙ motori motus circularis nulla potentia admiscetur omnino, facit nunc rememorationem istius quæstionis in tractatu primo, & dicit. Quoniam autem, &cęt. idest, cum prędiximus modum, secundum quem possibile est dicere potentiam priorem esse actu, & modum, secundum quem non. determinatum enim est in alijs ꝙ potentia pręcedit tempore indiuiduum generatum: actus autem pręcedit simpliciter potentiam, cũ nihil exeat de potentia in actum, nisi per aliquid in actu. Vnde propositio, dicẽs ꝙ omne, quod est in actu, prius fuit in potentia, non est vera. nam si ita esset, tũc potentia pręcederet actum simpliciter. & si ita esset, tunc res mouerentur ex se sine motore. Et ideo dixit. Quoniam autem actus est prior, testatur Anaxagoras, idest, quoniam autem est prior potentia simpliciter, testatur omnis ponens causam mouentem, vt Anaxagoras ponens intellectum facientem generationẽ. 32

Propositio dicẽs ꝙ oẽ, qđ ẽ in actu, prius fuit in potentia, nõ ẽ vera. vide

 D

9. Meta.cō. 13. & .3. de aīa tex. cō. 20, & 27.

& Empedocles faciens litem & amicitiam. & etiam testatur ponens motū semper æternum, quia ponit actionem æternam, vt Leucippus. Deinde dicit. Fouea autem & nox, &c. idest, &, cum declaratum est quod actus præcedit potentiā, si etiam fuerit ex nocte & fouea: fouea tamen & nox dicuntur esse fixæ tempore infinito, sed necesse est quod generatio & corruptio eorum sit reciproca: aut in toto, vt dicit Empedocles de toto mundo, quod quandoque generatur, quandoq; corrumpitur: aut secundum partes, sicut est de generatione & corruptione elementorum. & hoc intendebat, cum dixit alio modo. Et ideo videtur quod, si quædam fuerint permanentia in specie, & de eis alia permanentia in numero, quæ sunt causæ permanentiæ illorum in specie, necesse est vt potentia præcedat indiuiduum secundum tempus, & quod actus præcedat potentiam simpliciter: & quod hoc conuertatur, scilicet quod, si necesse fuerit vt actus præcedat potentiam simpliciter, & potentia generatum secūdum tempus, necesse erit vt entia sint duobus modis, modo remanente in numero, & modo remanente in specie.

In permanētibus in specie potentia præcedit tpe actū, in pmanentibus secūdū numerū ē ecōtra.

Si vero semper idem circuitione, oportet vt aliquid semper similiter operando permaneat.

Si igitur idem est semper & circulariter, necesse est vt agat sic per se, & sic per alterum. cœlum igitur primum æternum. E

33 Dixit Alexander quod facit hic rememorationem breuiter de eo, quod dictum est in libro de Generatione & corruptione, scilicet quod, si generatio est semper, necesse est aliquid generare semper, & est corpus quod circulariter mouetur. & si non erit generans semper, impossibile est quod generatio & corruptio sint semper. & si non, consumetur materia. & tunc necesse est vt corrumpens semper sit aliud a generante semper. aut idem faciat duas diuersitates duobus [illegible] diuersis. immo necesse est aliquid æternum vnum esse, quod sit [illegible], & aliquod æternum, quod agat actiones [illegible], quod non agit nisi vnam actionem, & aliquod æternum, quod agat actiones diuersas, vt ab eo semper sint actiones diuersæ. & hæc est dispositio [illegible] motu diurno. Aeternitas enim actionis prouenit ex eo, quod ipse facit vnam actionem semper. Quæ autem faciunt actiones diuersas, sunt quæ mouentur [illegible] declinatus: & maximus eorum est Sol: remotio enim & propinquitas [illegible] est contraria. verbi gratia quod, cum fuerit remotus, erit causa corruptionis plurium [illegible], & cum fuerit propinquus, erit causa generationis plurium. & [illegible] remotus generat aliqua, & propinquus generat alia. Et omnia ista [illegible] breuiter per hoc, quod dixit: Si igitur idem, &c. id est, si igitur necesse est [illegible] motum vnum, & continuum æternum esse vt agat per se vnam actionem continuam, & vt agat per aliud actiones diuersas, vt semper sint duæ actiones: & nihil est tale, nisi cœlum: necesse est vt cœlum sit æternum. Et in alia translatione. F

Vide idē. 2. de Generatiōe, t.c. 56.

Quòd si futura est generatio & corruptio, aliud operans aliter & aliter esse oportet. Necesse igitur est hoc quidem modo illud secundum se operari, hoc vero secundum aliud. aut igitur secundum diuersum, aut secundum primum. necesse autem est vt secundum hoc. hoc nanque rursus, & sibi & illi causa est. Dignius ergo est, quod primum est. hoc nanq;, vt semper similiter se habeat, causa erat: vt vero aliter, aliud. vt autem semper aliter, ambo scilicet. Patet igitur quòd motus quoque ita se habent. Cur igitur alia quærere oportet principia? Cum vero & ita contingat (& si non sic, ex nocte, & simul omnibus, & ex non ente erunt) hæc profecto soluentur. Et est aliquid, quod semper incessabili motu mouetur. hic vero circularis est, & hoc non solum ratione, verumetiam opere patet. Quare æternum est profecto primum cœlum.

Principium sequentis textus Auerrois vsque ibi, Et si generatio, idem est cum textu superiori Trigesimotertio, sed secundum aliam translationem. quod etiam per ea vltima antecedentis commenti verba, Et in alia transla-*tione, satis patet.*

Si igitur idem semper fuerit circulariter, oportet aliquid semper esse permanens, quod agat vnam actionem consimilem. Et, si generatio & corruptio sit, oportet aliquid esse, quod agat multis modis. Necesse est igitur vt agat per se secundum hunc modum, & alio modo secundum alium modum. & necesse est vt illud sit aut alio modo, aut primo modo. & illud etiam est causa sui ipsius, & alterius. Primũ igitur est melius. illud enim fuit causa vt semper fiat secundum eandem dispositionem consimilem: cur autem sint plures modi, iam fuit alia. quòd autem semper fuit, & plures modi, vtrunq; . Et hoc est manifestum, ꝙ motus non sunt sic. Quomodo igitur quærenda sunt principia? & si non secundum hunc modum, secundum autem alium modum possibile est vt omnia sint ex nocte, & vt etiam sint insimul, & non ex ente etiam. ista igitur non desistunt. Aliquid enim semper mouetur motu non quiescenti, scilicet quia secundum circulationẽ. & hoc declaratur non tantum potestate, sed etiam actu. Primum igitur cœlum est æternum.

Per hoc igitur, quod dixit. Si igitur idem, &cęt. intendit si igitur est hic vna actio æterna consimilis, et est motus circularis, oportet vt illud, quod agit ipsam, sit circulare & vnũ, sicut est de orbe, qui mouetur motu diurno. & ista vna actio est cã continuationis & permanentię transmutationis, s. ꝙ ista actio est causa, ꝙ transmutatio non deficit, & ꝙ omnia sunt semper insimul, quæ non consequuntur se adinuicem, nisi propter istum motorẽ. quod igitur dat iste orbis primo & per se, est continuatio, & æternitas. D.d. Et, si generatio & corruptio est, &c. i. si hic fuerint duę actiones contrariæ, vt generatio & corruptio æternæ & secundum reciprocationem, oportet vt illud circulare, quod facit has duas actiones contrarias, moueatur duobus motibus oppositis in loco, aut pluribus, sicut est de septem planetis. & plus quod apparet de actionibus istorum est Sol. & ideo Antiqui vocabãt istum dominũ vitę. D.d. Necesse est igitur vt agat per se, &c. i. necesse est igitur vt hoc corpus vnũ, quod circulariter mouetur & continue, primo & per se agat continuationem & æternitatem, per aliud autẽ & secundo generationem & corruptionem æternas. D. d. & necesse est vt illud sit aut alio modo, aut primo. i. necesse est igitur vt sit alius modus actionis alij, & primus primo. Et in alia translatione. igitur aut per aliud, aut per primum necesse est vt continuetur. i. actio, i. diuersa sit per aliud a primo. ęternitas autem necesse est vt sit ex primo. D.d. & illud etiam est causa sui ipsius, & alterius. i. & est primum cã sui ipsius & aliorum. Et intelligendum est per primum, primũ cœlum, aut totum cœlum, aut octauam sphæram. D.d. Primum igitur est melius, &c. i. primũ igitur est perfectioris actionis & melioris. Primum enim [illegible], quę sunt diuersarum actionum æterna, & continuatur illud, quod est post primum est causa actionũ diuersarum. D.d. ꝙ autem semper fuit, & plures modi, vtrunq;, primum & secundum congregata sunt causa ꝙ actiones sunt [illegible]. æternę aũt propter primum [illegible] propter illud, quod est post primum. D.d. Et hoc est manifestum, ꝙ motus non sunt sic. i. [illegible] manifestum est ꝙ nullus apparentes non conueniunt principiis, quę posuerant illi. Aut intendit ꝙ est manifestum ꝙ motus consequẽtes illa principia, quę dicebant Antiqui non sunt sicut isti motus. Deinde d. Quomodo igitur sunt quęrenda principia. & si non 34

secundum hunc modum.i.quomodo igitur possibile est ponere alia principia cõ- D
uenientia ei,quod apparet. Sed,si hoc fuerit impossibile secundum hunc modũ,
possibile est vt ponatur. D.d.secundum autem alium modum possibile est vt oĩa
sint ex nocte,&c.i.&,cum principia fuerint posita alio modo ab isto, possibile
est,vt omnia sint ex nocte,sicut d.* Dinodes faciens leges, & ꝙ entia sunt su-
bito inuenta insimul,& ex non ente omnino. D.d.ista igitur non desistunt,&c.
i.ista igitur generabilia & corruptibilia non deficiunt in aliqua hora generari.
Est enim corpus,quod mouetur motu nunquam quiescente.et hoc non inuenitur
nisi in corpore circulari,in eo ꝙ est circulare. D.d.& hoc declaratur non tantũ
potestate, sed etiam actu,i.non tantum ratione,sed sensu. Apparet.n.motum ta-
lem esse,s.qui nunquam deficit nec deficiet,& ꝙ semper est circularis, & ꝙ alij
motus reducuntur ad ipsum. D.d. Primum igitur cœlum est æternum.i.ex om-
nibus igitur apparet ꝙ primum cœlum est æternum,et ꝙ per ipsum perficiuntur
alij motus corporum cœlestium. Et in alia translatione. & hoc non apparet ser-
mone tantum,sed operatione.& intendit per sermonem definitionem,et per ope
rationem illud,quod apparet sensu.

* a.l. Hesiodus.

Estq; aliquid,quod mouet. Cũ vero id,quod mouetur,& mouet,
medium sit,est etiam aliquid,quod non motum mouet, quod æter- E
num,& substantia,& actus est.

Inuenitur igitur aliquod mouens,cum non mouetur. Et,quia etiã
est motum,& etiam est motor, & medium aliquod est mouens, cum
non mouetur.

8. Physi. 37. Abbreuiatio. Oẽ composi tum ex duobus, quorum alterũ põt eẽ per se, poſſe erit ẽt alterũ esse p se, nisi sit cõpositio substantię et accñtis. vide idẽ. 8. Phy. cõm. 37. Tex. expositio prima. Mouens primũ imune ẽ a potẽtia,et ĩ nulla existit materia. Idẽ 8. Ph. 78.79 et ĩ libro de substãtia orbis.p totum. Expositio secunda. Expositionũ comparatio.

35 Dixit Alexander. Ista est ratio,ꝙ aliquod mouens non mouetur.& est dicta
breuiter,et rememoratio eius quod dictũ est in viii. Phy. Et est fundata sup duas
propositiones,quarũ vna est ꝙ oẽ compositũ ex duobus, quorũ alterũ põt esse p
se,poſſe erit ẽt alterum esse per se,nisi compositio sit substantię & accidentis.v.g.
ꝙ hydromel,quia componitur ex aqua & melle,& mel inuenitur per se, neces-
se est ergo vt aqua inueniatur per se. Et,quia inuenimus aliquod motum & mo-
uens quasi compositum ex mouente & moto:& inuenimus aliquod motum per
se & non mouens:manifestum est ꝙ est necesse aliquod mouens esse & non mo
tũ.hoc igitur mouens immune est a potentia:et in nulla materia existit.Et d.In-
uenitur igitur aliquod mouens,cum non mouetur.i.inuenitur igitur aliquod mo-
uens & non motum. Sunt.n.tria in intellectu,motũ vltimum, & mouens primũ,
& medium,s.mouens & motũ. Quapropter necesse est vt primum mouens non
moueatur omnino. medium.n.erit nõ primum,si mouebitur. Aut si dicamus ꝙ,si F
extremum vltimum,s.motũ tantum inuenitur simplex,tantum necesse est vt reliquũ
oppositum inueniatur simplex. Omne enim compositum ex duobus oppositis,
quorum alterum inuenitur per se, de necessitate & reliquum. Secundum igitur
has duas intentiones intelligitur apud me hęc ratio : sed secundum primam ma-
gis videntur verba eius. Secunda autem est Alex. & oportet conditionare ꝙ
compositum sit ex duobus extremis oppositis.tunc enim propositio erit manife-
stior,& nulla conditione indiget,nisi vt vnum eorũ non sit accidens in reliquo,
vt d. Alexan. Potest.n.dicere ꝙ,cum alterum extremorum & mediũ fuerit, &
reliquum extremorum erit.potest ẽt dicere ꝙ,cum duo extrema & medium fue
rint, necesse est vt alterum extremorum non sit medium, s. ꝙ,si vnum extremũ
fuerit mobile tantũ non motor , necesse est vt reliquum extremũ sit motor non
mobile.ex his apparet ꝙ primus motor non est necessario motus. Et in alia trãs
latione. Est igitur aliquod mouens ẽt,quia est motum ẽt & mouens:est igitur me
dium. Est igitur aliquid mouens non motũ ęternũ,substantia,et actus. Et ex hoc
ꝙ accepit medium, videmus ꝙ sustentatus est in hac propositione super duo ex-
trema opposita. Cum.n.alterum duorũ extremorum separatũ fuerit a medio,ne-
cesse est ut reliquum separetur ab alio.intentio enim eius,quod dixit in hac trãs-
latione est ꝙ,cum est mouens et motum,necesse est vt medium sit.et cum sit me
dium & alterum extremorum,necesse est vt sit reliquum extremum.

Caput

A *Caput Secundum. Quo pacto dicta substantia, quæ primum est principium, immobilis moueat.*

MOuet autem hoc modo. concupiscibile & intelligibile mouet, non motum. horum autem prima eadem sunt. desiderabile nanque, quod apparet bonum. primũ vero* voluntate affectabile, quod est bonum. magis vero appetimus, quia videtur, quã videtur, quia appetimus. Et mouet, sicut mouet desideratum & intellectum,, cum non mouetur. & principia istorum eadem sunt. & desiderium est sensus, qui distinguit, & primum affectatum est sensus. & primo affectatum est bonum, & desideratum magis, quia eststimatur proprie esse maius, & non existimatur, quia desideramus.

Vide Auer. in Epit. Tracta.4. in duobus locis. Vide cõtra. Zim.

* volibile.

B ET cũ primum mouens mouet & non mouetur, neque secundum accidens, neque secundũ seipsum, sicut mouetur anima, quæ est in corpore, necesse est vt iste motor moueat, quemadmodum desideratum & affectatum mouent nos. quare actio videtur esse bonum. Et, quia modi desiderabilium mouẽtiũ sunt apud nos alij a modis intelligibilium, quæ mouent nos, adeo ꝙ iste duæ motiones contrariantur sibi: quoniam motio in alterum desiderati differt a motione in alterum intellecti. Et videtur de istis principijs, quæ sunt in corporibus cœlestibus, ꝙ desideratum in eis idem est cum intellecto. Desideratum enim apud nos differt ab intellecto: quia potentia, qua comprehenditur desideratum, differt ab ea, qua comprehenditur intellectum. Desideratum enim comprehenditur sensu, & est voluptatum: intellectum autem intellectu, & est cuius actio videtur bona. Corpora igitur cœlestia, quia non sentiunt: sensus autem non est in animalibus nisi ad salutem: ideo desideratum in eis non differt ab intellectu. intellectum enim mouens ab eo, quod est bonum, est insimul voluptuosum. hoc igitur est dicere ꝙ voluptuosum & intellectum est idem in eis. Et ex hoc quidẽ apparet bene hæc corpora[a] esse animata, & ꝙ non habent de virtutibus animæ nisi intellectũ & virtutem desideratiuam quæ mouet in loco. Et hoc declarabitur ex his. Dictũ est enim[b] in Octauo Physicorũ, ꝙ mouens hæc corpora cœlestia in nulla existit materia, & ꝙ est forma abstracta. Amplius in libro de
C Anima formas abstractas esse intellectus. quapropter hoc mouens est intellectus, & est mouens, quia agit motum, & quia est finis motus. Hæc autem differũt in nobis, f. illud, quod mouet nos in loco secundum ꝙ est agens, & quod mouet nos in loco secundum ꝙ est finis. Et habet duplex esse, in anima, & extra animam. quod autem est in anima, est agens motum. secundum vero, quod est extra animam, est mouens secundum finem. Verbi gratia[c] quoniam balneum duplicem habet formam, in anima, & extra animam: & propter illam formam, quæ est in anima, desideramus aliam formã, quæ est extra animam. forma igitur animæ balnei inquantum est in anima, est agens desiderium & motum: secundum autem ꝙ est extra animam est finis motus, non agens. Si igitur forma balnei non esset in materia, tunc moueret & secundum agens & secundum finem sine aliqua motione contingente. Et sic est intelligendum de mouentibus corpora cœlestia. secundum igitur ꝙ illa intellecta sunt formæ eorum, sunt mouentia secundum agẽtis: secundum autem ꝙ sunt fines eorum, mouentur ab illis secũdũ desiderium. Quæret aũt aliquis, si illud, quod imaginatur ex illis formis, est esse illorum corporum, quid igitur indigeret motu? si igitur forma arcæ, quæ est in anima artificis esset esse arcæ, non moueretur ad agendam arcam. Dicamus igitur ꝙ non mouẽtur, nisi quia intelligũt ex se ꝙ perfectio & substantia eorũ e[illegible] in motu: sicut facit illud, qđ mouetur ad conseruandã suã sanitatẽ, quia scit ꝙ sua

36

Corpora cœlestia nõ sentiũt, qa sẽsus dati sunt aĩalibus ad salutẽ. Idẽ. 2. ca. de substãtia orbis. & 3. de Aĩa. 60. 63. & 2. de Aĩa cõ. vlt.

a Corpa cœlestia sũt aĩata, & nõ hñt de virtutib' aĩę nisi intellectũ et virtutẽ desideratiuã. Idẽ. 1. cœ. 90. & 2. cœ. 39. & 61 & 2. de aĩa. 15. & 32. & 2. c. de subã orb. ac 4.

b Diuinus summa Naturali formas eẽ abstractas, et eas eẽ itelligẽtes. Idẽ 1. de aĩa. c. 2. & c. 61. scđi đ cœ. et mũ. vlt. ca. đ substãtia orbis.

c Balneũ in

aīa mouet vt agēs, & vt ē extra animā mouet vt finis.
a Idē supra 14. & 7. huius. 23.
b Formę materiales actu hūt esse ī materiā, potētia autē sunt in primo motore. Oppositū Vide supra com. 18.
Vide cōtra. Zim.
c Idē supra com. 18.
* a. l. nō ita.
Intelligētię prima intentione ñ agūt pp inferiora sed consecutiue. Vide Idē, 2. cœ. c. 17. & 21.
Desideriū ē pp existimationem eius, qđ ęst aliqđ esse bonum.
Intelľs mai' bonū ipse appetit.
Vnū & simplex nō idē.

sanitas non conseruatur nisi motu. Et ēt intelligūt ꝙ motus eorum est causa exi- D
tus eius, quod est in potentia in illis formis abstractis ad actū, s. ad formas mate-
riales. Istæ enim formæ forte videntur habere duplex esse, s. in actu. s. materiale
esse, quod habent, & esse in potētia, s. esse qđ habēt in illa forma.[a] Et dico in po-
tentia, quemadmodum dicimus ꝙ [b] formæ artificiales habēt esse in actu in ma-
teria, & in potentia in anima artificis. Vnde hæ formæ vidētur habere duplex
esse abstractū, & materiale. [c] Et hoc quidē est ꝙ faciētes formas volūt dicere,
sed nō perueniūt ad ipsum. Sed tñ motus eorū non est propter exitū istarum for-
marū a potentia in actū, * ita ꝙ illud sit perfectio prima eorum, sed ita ꝙ illud
est consequens primam perfectionem eorum. Verbi gratia, ꝙ qui exercitatur ad
conseruandum sanitatem per aliquam operationem alicuius artis, primo intēdit
ad conseruandum sanitatem suam, secundo autem intendit illam operationem.
D. d. & desideriū est sensus, qui distinguit, & primum affectatum est sensus. i. qm̄
desiderium in animalibus est propter sensum, qui distinguit, & comprehēdit vo-
luptuosum. & hoc desideratum est appetitus. voluntas autem est propter intelle-
ctum. Deinde dicit. & primo affectatum est bonum, & desideratum. i. quod pri-
mo est affectatum, est bonū simpliciter, versus quod mouentur corpora simplici-
ter. Et potest intelligi ꝙ primo affectatum apud intellectum, in eo ꝙ est intelle- E
ctus, est bonū. & ideo dicit. & desideratum magis, quia existimatur propter esse
maius, & non existimatur, quia desideramus. i. &, cū quanto magis aliquod exi-
stimatum fuerit maius bonum, tanto desiderium erit maius. Desiderium n. est
propter existimationem eius, quod est aliquid esse bonum: & non existimamus
aliquid esse bonū, propter quod desideramus ipsum. necesse est igitur vt illud,
quod est in se maius bonū, sit magis desideratum. Et intendebat ꝙ, si motor cor-
porum cœlestium est magis bonus omnibus, necesse est vt sit desideratus magis
bonis omnibus. Et intendebat, cum d. & non existimatur, quia desideramus, di-
stinguere inter desiderium intellectus & sensus. In quo enim appetitus sensuum
non dominatur super intellectum, reputatur desideratum esse bonū, quia est desi-
derabile. Et omnia ista d. ad declarandum ꝙ corpora cœlestia, cum habent ap-
petitum propter intellectum: intellectus autem maius bonum ipso appetit: contin-
git necessario ꝙ corpora cœlestia appetunt in hoc motu aliquod magis bonum
ipsis. &, cum illa sunt nobilissima corpora sensibilium & meliora, necesse est vt
illud bonum, quod appetunt, sit nobilissimum entium, & maxime quod appetit
totum cœlum in motu diurno.

Principium enim intellectio. Ac intellectus ab intelligibili moue-
tur. Intelligibile vero alter ordo est, qui per seipsum est. & huius sub- F
stantia prima, atque huiusce quæ simplex, & secundum actum est. Est
autem vnum, & simplex non idem. siquidem vnum significat mensu-
ram, simplex vero quo modo se habeat ipsum. At vero bonum quo-
que, & quod per se eligibile est in eodem ordine sunt. & semper pri-
mum est optimū, aut pportionale. Quod vero cuius gratia in immo
bilibus sit, ipsa diuisio manifestat. est enim id cuius gratia alicui. eo
rum, quorum hoc quidem est, hoc vero non est. mouet itaque, vt qđ
amatur. quod mouetur autem, cætera mouet.

Principiū aūt est imaginatio per intellectum. Intellectus vero est
ex intellecto. Intellecta aūt sunt allastogia vltima per se, & singulari-
ter. & ex istis substātia est prima, & ex hoc simplex, & quę est in actu.
Et vnū, & simplex non sunt idem. hoc. n. significat mensurā. simplex
aūt significat quō. Et ēt illud, quod eligitur per se in vnitate eleme-
torū, & est valde nobile, cū acquiritur primo. Quoniā aūt in nō mo-
bilibus inuenitur propter quid, hæc demonstrat diuisio. propter qđ

A enim inuenitur alicui, & huic. & horũ quidem est hoc ens, hoc autem non. mouet igitur sicut amatum. propter motũ autẽ mouet illa alia.

Cum declarauit primum motorem esse æternum & substantiam, & principiũ 37
sine materia, & motorem absque quod mouetur, & quod mouet sicut desideratũ & voluptuosum: principium autem cuiuslibet motionis est ex aliquo, & ad aliquid: vult narrare principium istius motionis in moto quid est: & quid est illud, ad quod est motus. Et d. Principium autem est imaginatio per intellectũ, i. principium autem istius motus existentis in corpore cœlesti est imaginatio per intellectum. Et d. hoc ad demonstrandum ꝙ principium istius motus non est phantasia neque sensus, sed imaginatio per intellectum & desiderium, & quod hoc corpus mouet in loco, est ab imaginatione in actu. Et, quia imaginatio per intellectum, quæ est actio intellectus, est ipse intellectus: intellectus autem est ipsum intellectum, vt dictum est in libro de Anima: deinde d. Intellectus vero est ex intellecto. i. essentia aũt & substantia intellectus est ex intellecto. Et, quia intellecta sunt plurium rerum, incœpit demonstrare ꝙ intellectum est illud intellectũ, quod mouet totum cœlum motu diurno, qui est maximus & velocissimus motuũ & dicit. Intellecta autem sunt allastogia vltima &c. i. Et Alex. d. ꝙ ex hoc intelligenda sunt multa: quorum vnum est, ꝙ vna allastogia per se est intellecta de genere allastogiæ, quam posuerunt Pythagorici, cum quærebant de principijs. quoniam, cum posuerunt contraria esse principia omnium entium, ordinauerunt contraria decem, quę ponebant principia, & ordinauerunt primum sub genere, quod est bonum, & vltimum in malo. & quæ ex istis sunt intellecta per se, sunt allastogia boni; quæ autem mali, per accidens sunt intellecta, s. per priua tionem boni, & quasi dicat. & hoc intellectum collocatur sub genere boni, idest est bonum: quia bonum est intellectum per se. D. & forte est rememoratio de allastogia, quam dicit in diuisione elementorum. & loquitur ex istis de contrarijs, quæ sunt in vnoquoque generum, quæ sunt principia transmutationis omnium transmutabilium, quorum vnum est quasi forma, & aliud quasi priuatio. Allastogia autem, quæ est quasi forma, est intellecta per se: quę autem est quasi priuatio est intellecta, sed non per se. priuatio enim non intelligitur nisi in respectu sui habitus, qui est forma. & quasi dicat ꝙ hoc intellectum est de genere formę quę est habitus, non quæ est priuatio, cum habitus intelligitur per se. Vel aliter. & est ꝙ intendit per allastogiam vltimas formas perfectas, quibus priuatio nõ admiscetur. & quasi dicat ꝙ hoc intellectum est ordinatum in intellectis, quibus nõ admiscetur priuatio, non in contradictorijs, quibus admiscetur priuatio. Aut intendebat per allastogiam, vltimam formam, non materiam. hoc enim principium non intelligitur per se, sed per assimilationem: forma autem intelligitur per se. Et quasi dicat quod hoc intellectum est ordinatum in intellectis formarum, non in intellectis materiæ. Allastogia enim, quæ est forma, est per se & simpliciter: intellecta autem materierum decem entium sunt per assimilationem. & ideo dixit post. & ex istis substantia est prima. & hoc magis sonat ex suis verbis. Et quasi dicat & hoc intellectum est collocatum in intellectis formarum, quæ intelliguntur per se & non per assimilationem, & sunt intellecta materiæ: & collocantur de hoc genere in specie formarum substantialium, & ex istis in eis, quæ sunt simplices. Formarum enim quædam sunt substantiales, quædam non: substantialium autem quędam materiales, & quędam non: in quo genere collocatur hoc primum intellectum. & hoc intendebat, cum dixit. simplex, & quæ est in actu. intendebat enim per simplex formam, cui non admiscetur materia. compositum enim est omne, cui potentia admiscetur. & quia potentia per aliud intelligitur, actus autem per se, magis intelligitur illud, cui nulla potentia admiscetur. Deinde dicit. Et vnum & simplex non sunt idem, &c. idest, quoniam vnum, quod dicitur de continuo, non significat idem & simpliciter absolute. vnum enim, quod dicitur de continuo significat aliquid, quod est multum in potentia & vnum in actu. continuum enim diuisibile est: simplex autem absolute indiuisibile significat, potentia & actu. Et vni-

Pricipiũ motus cœli non est Phãtasia neq; sensus sed imaginatio per intellectũ & desideriũ. Idẽ. c. precedẽti & quę ibi.

Prima expõ

Scda expõ.

Priuatio nõ itelligitur nisi i respectu sui habitus. Idẽ. 3. de aĩa t. c. 25. & 1. de Aĩa. 83. & 4. Ph. 113 & 120.

Tertia.

Quarta.

Materia intelligitur per assimilationem. Idẽ. 1. Phy. 69. & 81. & 1. ca. de subã orbis. & hic com. 14.

Potẽtia per aliud intelligitur, actus aũt p se. Idẽ 9. Met. tex. cõ. 20.

uersaliter simplex, & vnũ dupliciter dñr, aut absolute, aut in cõparatione. Absolutũ aũt vtriusque est illud, cui non admiscetur materia, neque est indiuisibile omnino. Et fecit hic differentiam inter vnum & simplex: quia famosior intentio, quam significat hoc nomen vnum, est illud, quod dicitur de continuo: & famosior intentio, quam significat hoc nomen simplex, est simplex absolutum. & propter hoc timuit, ne accideret error in hoc nomine simplex, propter hoc nomen vnum famosum, dum vnum ponatur pro altero. D.d. & etiam illud, quod eligitur propter se in vnitate elementorum istorum, est nobile valde. idest, & et illud, quod eligitur propter se, & desideratur inter hæc principia abstracta, quorum vnumquodque est aliquid vnum simplex, & elementum corporis, quod mouet, est illud, quod est ex eis in fine nobilitatis, & simplicitatis et vnitatis. Et intendit per hunc sermonem distinguere inter primũ principium & alia principia abstracta. Alia.n. videntur esse electa, & desiderata propter alia, s. principia aliorum motuum cœlestium præter motum diurnum. quod autem hunc motũ facit videtur esse electum per se, cum versus ipsum mouetur omne motu velociori & maiori motibus ,pprijs vnicuiq; eorũ. est.n. electũ per se & amatũ omnibus: tale aũt est ꝑfectũ secundũ finẽ. Deinde dicit. cũ acquiritur primo. i. cũ illud, qđ est valde nobile, est illud, qđ acquiritur per se: & oĩa, quæ acquiruntur, ꝑp ipsum acquiruntur. D.d. Quoniã autem in non mobilibus inuenitur ,ppter quid, hæc demonstrat diuisio. Et Alexan. d. ꝙ dixit hoc, ne aliquis existimet ꝙ intendebat perfectionẽ, quę est accidens in perfecto. Perfectionũ.n. propter quas mouetur perfectũ, quædam sunt qualitates, quibus perficitur illud, quod mouetur, vt illud, quod mouetur propter sanitatem: & quædam sunt substantiæ extrinsecæ a re, quę mouentur ad eas, vt assimilentur eis. vt inueniũtur oẽs actiones seruorũ, q̃n sunt erga * genera intentionum domini sui. igitur serui dicuntur esse propter dominum. & similiter omnia entia cũ hoc primo principio. D.d. propter quid.n. inuenitur alicui, & huic. i. propter quid enim, quod non est existens per se, inuenitur alicui, vt bonitas in anima & sanitas in corpore. quod autem est existens per se, est huius hoc idem, i. existens per se. D.d. & horum quidem est hoc eius, hoc autem non. i. illud autem, quod est substantia ex his duobus finibus est ens per se, vt rector hominibus ciuitatis: alius aũt modus est non per se, sed in alio. D.d. mouet igitur sicut amatum. propter motũ autem mouet ista alia. i. hoc autẽ primũ mouens mouet primum motum ab eo, sicut mouet amatum primum amãs absq; ꝙ amatũ moueatur. ea autem, quę sunt sub primo moto, mouent mediante isto primo. Et intendit per primũ motũ corpus cœleste: & per alia mota, ea, quę sunt sub primo corpore, s. alias spheras, & ea quę sunt in generatione & corruptione, Primum.n. cœlũ mouetur ab isto motore secundum desideriũ vt assimiletur ei secundũ suũ posse, sicut amans mouetur vt assimiletur suo amato. alia aũt corpora cœlestia mouentur secundum desiderium ad motum primi corporis. & ideo planetæ habent motũ duplicẽ. Ea autem, quæ sunt sub istis, mouentur mediantibus istis motibus. generationem autem & corruptionem faciunt motus oppositi duplices, continuationem vero vnus motus ęternus. & ex hoc vr̃ Deum habere curam circa omnia entia. Dicentes aũt ꝙ Deus sollicitus est circa vnũquodque induiduũ, aliqualiter est verũ, & aliqualiter non. est quidem verum, quia nullũ indiuiduũ habet dispositionẽ propriam, nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. hoc igitur modo verũ est Deũ sollicitari circa indiuidua. sollicitudo autem circa induiduũ tali modo, ꝙ nullus habeat communicationem eum eo, hoc non est fas bonitati diuinæ.

Ex hoc patet Deũ mouere effectiue.

Perfectio duplex.

* a. l. intentionem.

Primũ cœlũ mouet a primo motore scdm desideriũ, vt assimiletur ei scdm suũ posse, sicut amãs mouetur vt assimiletur suo amato.

Vide infra com. 44.

Propter qđ planetę duplici motu mouentur.

Quomodo Deus sollicitudinem habeat circa indiuidua secũdũ Auer. Vide etiã 2. de Aĩa cõ. 34. & alic infra cõ. 52. & 2.

At si quid mouetur, contingit etiã aliter se habere. Quare, si latio prima etiã actus est, quo mouetur, hoc modo sane contingit aliter se habere secundum locũ, quamuis non secundũ substantiã. Cũ aũt aliquid sit mouens, ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo cõtingit aliter se habere. latio namque prima mutationũ est. huius aũt, quæ circularis est. hanc aũt illud mouet. Ex necessitate itaq; est

A ens.& prout necessitas, bene est.& sic principium. Necessarium nãq; toties dicitur, quoddam vi, quia præter inclinationem: quoddã, sine quo non bene esset: quoddam, quod non aliter contingit se habere, sed simpliciter est. a tali ergo principio tũ cœlũ, tũ natura depẽdet.

Phy. cõ.75. Sed op. huius, vide 10. Ethi.ca. 10. Vide cõtra. Zim.

Si igitur aliquid mouetur, possibile est vt sit diuersarũ dispositionum. Si igitur allatio & prima actio, quæ mouetur, fuerit, possibile est vt locus sit diuersis dispositionibus, & ꝙ in substantia nõ sit diuersitas. Et, quia illud, quod mouet ipsum, est non motum, cum sit in actu, impossibile est omnino vt sit secundũ aliã dispositionẽ. & trãslatio est prima transmutationũ, & est quæ est secundũ circularitatẽ. & hic est motor istorum. Ex necessitate igitur inuenitur principium ẽt, quod de necessitate sit principium. Et necessitas dicitur secundũ hos modos. quædam igitur est violente, quia est extra naturam: & quædam impossibile est, vt sit simpliciter alio modo quã sic. cœlum B igitur, & natura continua sunt sicut per principium.

Vult declarare modũ colligationis entiũ transmutabiliũ cũ prima substãtia. est.n.in hoc magna quæstio iam prædicta, s.quomodo æternũ est principiũ generabilis & corruptibilis. Et d. Si igitur aliquid mouetur, possibile est vt sit diuersarum dispositionum, & hæc propositio est vera in modis transmutationũ. quod enim transmutatur in substantia, inuenitur diuersarũ dispositionum in substãtia, & similiter in qualitate, & in loco. D.d. Si igitur allatio, & cæt.i. si igitur motus transmutationis, quo mouetur primũ motũ, fuerit, possibile est vt hoc motum habeat diuersitatẽ in loco, nõ habendo diuersitatẽ in substãtia, s.ꝙ possibile est inuenire aliquod æternũ non transmutabile in substantia, & trãsmutabile in loco: & est quasi mediũ inter primũ, in quo nulla trãsmutatio est, & inter transmutabilia in substantijs suis. Et hoc intendebat cũ d. Et quia illud, quod mouet ipsum est non motũ, cum sit in actu, impossibile est omnino vt sit secundũ aliã dispositionẽ.i.ꝙ illud, quod mouet primũ motũ, cum sit non motũ, quia est actus purus sine aliqua potẽtia, impossibile est vt habeat aliam dispositionem ab ea, quã habet. D.d. & translatio est prima transmutationum & c.i. & translatio est primus motuũ, sicut dictum est in Naturalibus: & ex istis circularis. D.d. & hic est motor istorũ.i. & primus motor mouet istũ motum tantum sine medio. Deinde d. C Ex necessitate igitur, & c.i. declaratum est igitur ꝙ necesse est tale principium esse de necessitate. D.d. Et necessitas dicitur secundum hos modos.i. duobus modis, quorũ vnus est violente, & est illud, quod est extrinsecum a natura rei. & dicitur ẽt de eo, quod est impossibile, vt in aliqua hora sit contra suum esse & hoc intellexit, cum dixit. hoc est de necessitate principium. D.d. in alia translatione. cũ tali principio continuum est cœlũ, & natura, sicut in nobis bona dispositio paruo tempore.i. iam igitur declaratum est ꝙ cœlum & naturalia continuantur cũ primo, quod est intellectus, qui est in fine gaudij & voluptatis, sicut nostra dispositio in cõtinuatione cũ intellectu, qui est principiũ paruo tempore. D.d. Ista igitur dispositio in illo est semper, nobis vero est impossibile. i. sed continuatio cœli cũ hoc principio semper est, nostra autẽ continuatio cum principio, quod est in nobis, impossibile est vt sit semper. illud autem, quod cõtinuatur de nobis, est generabile & corruptibile, in corpore vero cœlesti est æternum. Et ex hoc quidem apparet bene ꝙ Aristo. opinatur ꝙ forma hominum, in eo ꝙ sunt homines, non est nisi per continuationem eorum cum intellectu, qui declaratur in libro de Anima esse principium agens & mouens nos. Intelligentię.n. abstractę, in eo ꝙ sunt abstractæ debent esse principia eorum, quorum sunt principia duobus modis, secundum ꝙ sunt mouentes, & secundum ꝙ sunt finis. Intelligentia.n. agens, inquantum est abstracta & est principium nobis, necesse est

Necessitas dupl'r dicit'. Vide. 5. me. ca. de necessario.

Expõ prĩcipij textus sequentis.

Digressio, q̃ õndit ĩtell'm esse formam hoĩs, ĩ eo ꝙ hõ. Vid op. 3. de Aĩa. c. 5. et 2. de aĩa 7. & 11. cõ. Vide cõtra. Zim.

Intelligẽtiæ abstractę, ĩquantũ sunt

vt moueat nos ſecundum ꝙ amatũ amans.& ſi omnis motus neceſſe eſt vt cõti nuetur cum eo, a quo fit ſecundum finem, neceſſe eſt vt in poſtremo continuetur cum hoc intellectu abſtracto: ita ꝙ erimus dependentes a tali principio, a quo cœlũ depẽdet: quãuis hoc ſit in nobis modico tẽpore, ſicut dixit Ariſto. D

abſtractę, debẽt eẽ principia eorum quorum ſunt pricipia duobus modis, ſecũdum ꝙ ſunt mouentes, & ſcdm ꝙ ſunt finis. Idem ſupra 36.& infra. 44.& 1.cap. de ſubã orbis & 2.

Caput Tertium. De uita, eſſentia, perfectioneque primi principii. Et contra nonnullos dicentes in ipſo non eſſe optimum, ac pulcherrimum.

* Vita. Principium huiustex.qd nũ eſt ĩ tex. Auer.exponit ipſe ĩ fine cõmẽti pcedentis.

Degẽtia * vero, qualis nobis pauco tempore, optima illi eſt. ſiquidem ita ſemper illud eſt. nobis autem profecto id impoſsibile eſt: quoniam & delectatio actus huius eſt. Et ob hoc vigilatio, ſenſus, intellectio maxime delectabile eſt. ſpes autem, ac memoria propter hæc. Ipſa vero intellectio ſecundum ſe eius eſt, quod ſecundum ſe optimum eſt.& quæ maxime eſt, eius quod maxime eſt. ſeipſum vero intellectus intelligit aſſumptione intelligibilis. intelligibilis nanque fit attingens & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile ſit, ſuſceptiuum enim intelligibilis & ſubſtantiæ intellectus eſt, operatur autem, habens. Quare iſtud magis, quam illud eſt id diuinum, quod intellectus videtur habere. & ſpeculatio optimum, & maxime delectabile eſt. Si igitur ita bene ſe habet Deus ſemper, vt nos aliquando, admirabile eſt. quod ſi magis, adhuc admirabilius eſt. at ita ſe habet. Cæterum, vita quoque profecto inexiſtit. ſiquidem intellectus operatio vita eſt. ille vero eſt actus. actus vero per ſe illius vita optima, & perpetua eſt. Dicimus itaque Deum, ſempiternum, optimũq; viuẽs* eſſe. Quare vita, & æuum continuum, & æternum Deo ineſt. hoc enim eſt Deus. E

Deus quid. ζωον aĩal.

Voluptas enim eſt actio illius etiam. Et ideo vigilia, & ſenſus, & intellectus ſunt voluptuoſa. ſpes autem, & rememoratio ſunt propter iſta. Intellectus autem per ſe eſt eius, quod eſt nobilius per ſe.& quod eſt magis, eſt illius, quod eſt magis.& quod intelligit ſe, eſt intellectus per acquiſitionem intellecti. fit enim intellectum, quando admiſcetur, & intelligit. intellectus igitur, & intellectum ſunt idem. recipiens enim intellectum, & ſubſtantiam eius eſt intellectus, & non intelligitur, niſi cum habet. Intellectus igitur ille diuinus eſt maior iſto. deſideratio aũt eſt aliquid valde nobile, & voluptuoſum. Si igitur Deus ſemper eſt, ſicut nos in aliqua hora, hoc eſt mirum.&, ſi magis, magis eſt mirum. eſt autem ſic. Et habet vitam, quia actio intellectus eſt vita.& ille eſt intellectus per ſe, & habet vitam nobilem, & ſemper æternam. Deus igitur eſt vnus, æternus, in fine nobilitatis. Ergo eſt vita, & eſt continuum æternum. hoc quidem eſt Deus. F

39 Dixit Ariſto. Voluptas enim eſt actio, &c. i. primi principij. Deinde dedit cauſam, & dixit. Et ideo vigilia, &c. i. quia cauſa voluptatis eſt comprehenſio. & quaſi dicat. & delectatur, quia comprehendit. Et ſignum, ꝙ comprehenſio eſt

Cauſa voluptatis eſt cõ

A causa **voluptatis, est, quia vigilia,** & sensus, & intellectus sunt ĩ nobis voluptuosi. D.d. spes aũt, &c. i. spes aũt, & rememoratio, q̃uis sint voluptuosæ, tñ sunt in rebus non existentibus in actu. & sunt voluptuosæ, quia sperans imaginatur ea esse cõprehensa in actu, & similiter memorans. & innuit q̃ comprehensio voluptuosa non est nisi illius, quod est in actu, non in potentia, & q̃ desiderium præcedens comprehensionẽ magis vr̃ dolor q̃ voluptas. D. Intellectus autem per se est eius, quod est nobilius per se. i. & quod intelligit per se non per aliud est nobilius eo, quod intelligit per intellectũ existentem in eo. D.d. & quod est magis, est illius, quod est magis. i. q̃ voluptas, quæ est maior, est illius, quod est maioris intellectus. D.d. & quod intelligit se, est intellectus per acquisitionem intellecti. i. quod intelligit se delectatur per se. & hoc est verum delectaus, & tale est intellectus. Eum enim acquisiuit intellectum & intellexit ipsum intelligens se, quando ipse non est nisi intellectum, quod intelligit. intellectus igitur est illud, quod delectatur per se. D.d. fit enim intellectum, quando admiscetur, & intelligit. i. & intellectus in nobis non intelligit se, donec admisceatur cum intellecto, & imaginetur, & intelligat ipsum in actu, non quaudo est in potentia; antequam intelligat ipsum intellectum: quia intellectum cum intelligitur, fiet idem cũ eo, s. intellectu. Et intendebat per hoc distinguere inter voluptatem, quæ est in intel- prehensio.

Intellectũ, cũ intelligitur, fit idẽ cũ intellectu.

B lectu, quæ quandoque est in potentia quandoque in actu, & quæ est semper in actu. & hic est, qui non est in materia. D.d. intellectus igitur, & intellectum sunt idem, &cę. i. intellectus autem, & intellectum fiunt idem, cum intellexerit. quia recipiens & receptum de intellecto vtrũque est intellectus. & ideo intellectus, & intellectum, & intelligens reducuntur in vnum, & non differunt nisi secundũ respectum dispositionum. Intellectus enim, inquantum intelligit intellectum, dr̃ intelligens: & inquantum intelligit per se, dicitur q̃* intellectus per se est ipse intellectus, econtrario illi, quod intelligit per aliud: & inquantum quidem* intellectus est illud, quod intelligitur, dicitur q̃ intellectus est res intellecta. Deinde dicit. Intellectus igitur ille diuinus est maior isto. i. &, cum intellectus in nobis q̃nq; est potentia, quandoque actus: ille aũt intellectus diuinus semper est actus: manifestũ est nobiliorẽ esse isto intellectu, qui est in nobis. D.d. desideratio aũt est aliquid valde nobile. i. & manifestum est q̃ intelligere per intellectum, qui est in nobis, est valde voluptuosum, & nobilius omnibus rebus existentibus in nobis. Deinde d. Si igitur Deus, &cæ. i. & ideo videmus q̃, si voluptas Dei per comprehensionem sui ipsius est æqualis voluptati, quam nos habemus cum intellectus in nobis cõprehendit se, & est q̃n denudatur a potentia: hoc autem in nobis paruo tẽpore existit, in Deo autem semper: valde est mirabile, & si illa voluptas, quæ semper est in eo, est nobilis multo magis quam in nobis est, ma-

* a.l. intelligens.
* a.l. intelligens.
Vide hoc q̃uo dr̃ intellectũ esse rẽ intellectã.

C gis & magis est mirabile. Et Alex. dixit. q̃ non est intelligendum per voluptatem, voluptatem consequentem passionem, quæ opponitur tristitiæ. Voluptas aũt, quæ est in intellectu, non est passio, neque habet oppositum: cum ista cõprehensio non opponatur ignorantiæ. Voluptas enim consequitur comprehensionem. sicut vmbra corpus. Si igitur aliqua comprehensio est, quæ nullum oppositum habet, nunquã est in potentia, cũ comprehendenti nunquã accidit dolor per defectũ cõprehensionis. Deinde dicit. Et habet vitam, quia actio intellectus est vita. i. & dicitur de eo vita. hoc enim nomen, s. vita dicitur de comprehensione. & cum actio intellectus est cõprehensio: ergo actio intellectus est vita. D.d. & ille est intellectus per se, & habet vitã nobilem. i. & cũ intellectus est vnus, & cũ actio eius est vita, illud igitur, quod intelligens est, quia intelligit se, non quia intelligit aliud, illud est viuum, quod habet vitam in fine nobilitatis. & ideo vita, & sciẽtia proprie dñr de eo. Est igitur vnus, Deus, sapiens. & hoc putauerũt Antiqui trinitatẽ esse in deo in substãtia, & voluerũt euadere per hoc, & dicere quia fuit trinus, & vnus deus, & nesciuerũt euadere: quia, cum substãtia fuerit numerata, congregatum erit vnũ per vnam intentionem additã congregato, Et d. Alex. & hoc similiter cõtingit loquẽtibus in lege Maurorum, ponentibus has dispositiones additas essentiæ. quapropter cõtingit eis vt sit vnus per vnã intẽtionẽ additã essentię materię & dispositionibus, Et vtriq; dispositioni dubitatur ac-

Voluptas ita consequitur cõprehẽsionẽ, sicut vmbra cõsequitur corpus.

Digressio.

Omne cõpoſitũ ẽ nouũ. qdde intell'u agẽte & materiali? quid de orbe et intelligentia.

Quomõ differũt abſtractũ & cõcretum in rebus materialib', & qũo ĩ abſtractis a materia.

In abſtractis a materia diſpoſitio, et diſpoſitũ ſunt vnũ ĩ eſſe, et duo in conſideratione.

Intellectus natus ẽ diuidere ea, quæ ſunt adunata in eẽ, ſicut diuidit materiã a forma. Opposi.

Vide de materia. 1. Ph. 69. & 4. Ph. cõ. 16. Vide con. Zim.

Multiplicitas attributorũ in Deo ẽ ſcdm rationẽ, nõ ſecundum eſſe.

cidere compoſitio. & omne compoſitum eſt nouum, niſi dicant aliquã componi E per ſe. & ſi aliqua eſſent, quæ componerentur per ſe, tunc exirent de potentia in actum per ſe, & mouerentur ſine motore per ſe. Et ſic eſt intelligendũ, cũ dicimus ipſum eſſe vnũ, & habentẽ vitam, ſ. idem in ſubiecto, & duo ſecũdũ modũ: non quia ſignificant idem omnibus modis, ſicut ſignificant nomina ſynonyma; neque ſicut ſignificãt nomina, neq; ſicut principalę & ſumptũ. quia ſumptum ſignificat idẽ, quod ſignificat principale, & magis. Vita. n. ſignificat aliquid nõ in ſubiecto: viuum autem ſignificat aliquid in ſubiecto, ſ. formam in materia, & habitũ in ſubiecto. hæ igitur ſunt diſpoſitiones ſignificationũ nominum in eis, quę ſunt forma in materia. In eis autem, quæ ſunt forma non in materia, diſpoſitio et diſpoſitum reducuntur ad vnum in eſſe, & duo in cõſideratione. Iſta enim eſſentia, cum fuerit accepta ſecundum ꝙ eſt poſita, & fuerit diſpoſita in aliqua diſpoſitione, tunc diſpoſitio & diſpoſitũ vnum erit in prædicatione, & duo in intẽtione. quia prædicatum differt a ſubiecto: ſed tamen non ſicut prædicatum differt a ſubiecto in propoſitionibus categoricis ſubſtantialibus. Diſpoſitio. n. idem eſt et diſpoſitum, ſicut in rebus abſtractis: ſed in potentia duo, quando intellectus diuiſerit vnum ab altero. intellectus enim natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea, ex quibus componuntur, quamuis non diuidantur in eſſe: ſicut diuidit materiam a forma, & formã a cõpoſito ex materia & forma. Hęc igitor eſt diſpoſitio intellectus in rebus cõpoſitis ex materia & forma, cũ diſponit cõpoſitũ per formã, aut cũ diſpoſuit cõpoſitũ habentem formam per formã. intelligitur. n. vtraq; eſſe adunata aliquo modo, & differentia aliquo modo. v. g. qa, cũ diſpoſuit hoĩem per rõnabilitatẽ, intelligit ꝙ ſubiectũ rõnabilitatis & rõnabilitas idẽ ſunt ĩ adunatione: & intelligit ꝙ deferẽs ex eis eſt aliud a delato. Cũ aũt fuerit cõſiderata diſpoſitio & diſpoſitũ in eis, quæ non ſunt in materia, tũc reducũtur ad vnam intentionem oĩbus modis: & nullus modus erit, quo prædicatũ diſtinguatur a ſubiecto, & diſpoſitio extra intellectũ, ſ. in eſſentia rei. Sed, cũ intellectus compõnit aliquam propoſitionẽ ex diſpoſitione & diſpoſitio in talibus rebus, tũc non intelligit ex eis nomina ſynonyma, ita ꝙ propoſitio ſit ſecundũ nomẽ, nõ ſecũdum intentionẽ, ſed intelligit ea eſſe differentia ſecundũ aſsimilationem ſ. ꝙ in talibus accipit duo, quorum proportio adinuicẽ alterius ad alterum eſt ſicut proportio prædicati ad ſubiectum. & ex eis componit propoſitionem categoricam, & nullam intelligit differentiam inter ea eſſe omnino, niſi ſecũdũ acceptionẽ, ſcilicet quia idẽ accipit diſpoſitũ & diſpoſitionem. Intellectus enim põt intelligere idem his duobus modis ſecundũ ſimilitudinẽ ad propoſitionem categoricã in rebus cõpoſitis, ſicut intelligit multa ſecundũ ſimilitudinẽ. & ſi intellectus nõ accepiſſet in iſtis diſpoſitionem & diſpoſitũ, non poſſet intelligere naturas eorũ, F neque declarare eas. & magna differentia eſt inter ea quæ differunt in eſſe & in intellectu, ꝙ quæ differunt in intellectu tantũ. Multiplicitas igitur in Deo nõ eſt niſi in intellectu differentia, non in eſſe. Sed Alexan. d. ꝙ non eſt intelligendum per hoc, quod dicimus non intellectus intelligit ſe, ſecundum alterationem. videmus enim virtutem viſibilem viderę ſe in ſpeculo. & cum hoc poſsibile eſt dicere in eo, magis eſt poſsibile in intellectu. Deinde dicit. Deus igitur eſt vnus, & c. i. & ſecundum hoc, quod ſonat hoc nomen, eſt vnum æternum valde nobile. & declaratum eſt ratione aliquod tale eſſe: & eſt illud, quod mouet omne. hoc igitur eſt Deus.

Quicunque vero (vt Pythagorici & Pſeuſippus) putant optimum & pulcherrimũ non eſſe in principio, eo quòd plantarum quoque ac animaliũ principia cauſæ quidẽ ſunt, bonũ vero & perfectum in his eſſe, quæ ex his ſunt, non recte putant. ſemen nanque ex aliis prioribus perfectis eſt. neque ſemen primũ eſt, ſed ꝙ perfectũ eſt. veluti hominem dicere quiſpiam poſsit priorem ſemine eſſe, non illũ qui ex eo generatur, ſed alium, ex quo ipſum ſemen eſt.

Omnes autem qui exiſtimabant exiſtimationem, vt Pythagorici &

A Leucippici, q bonum & nobile nõ est in primo, quia causæ plantarũ & animalium sunt principia, & q bonum & perfectum sunt in eis, quæ sunt ex istis, non verum reputant. Semina enim sunt ex alijs p̃cedentibus perfectis. primum autem non est semen, sed aliquid perfectum. verbi gratia quòd hominem oportet esse ante sperma, non illud, quod fit ex hoc, sed aliud, ex quo fit semen.

Et Antiqui dicentes, q perfectio non est in principijs. sed in eis, quę sunt ex principijs: animalia enim & plantę perfectiora sunt principijs, s. seminibus, & spermate, non vere dicunt. semina. n. fiunt ex rebus perfectis generantibus semina. v. g. quoniam semen hominis fit ex homine. semina igitur non sunt principia, sed est principium illud, a quo generantur, & est in perfectione sicut generatum, si fuerit de speciebus generatis ex similibus: aut perfectius, si fuerit ex non generatis ex suis similibus. Principium enim eorum, quę non generantur ex simili, est Sol & orbis decliuis: et eorum, quę generantur ex simili, non tãtũ est principium simile in specie, sed cum Sole & orbe decliui. Vnde [a] Aristo. d. homo generat hominem, & Sol. 40

Pricipiũ eorũ, q̃ nõ generantur ex simili, est Sol, & orbis decliuis. Vide idẽ supra 13 & 18. & 7. Met. 31. & 8. Ph. 46. & 47. com. a Scdo Ph. t. c. 26.

Quòd itaq; est quædam æterna, immobilisq; substantia, & a sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est q nec vllam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, verum impartibilis, indiuisibilisq; est. nam infinito tempore mouet. nihil vero finitum infinitam potentiam habet. cum vero omnis magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem: infinitam vero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo. At vero & quòd impassibilis, & inalterabilis est. oẽs nanq; reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidẽ hæc propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

Quoniam aũt aliam substãtiam æternam non mobilem abstractã a sensibilibus esse manifestum est hoc modo. Et iam declaratum est hanc substantiam habere magnitudinem aliquã non posse, sed neq; partem, neque diuisionem habet. mouet enim in tempore infinito. & nullum finitum habet potentiam infinitam. omnis igitur magnitudo aut infinita, aut finita. propter hoc igitur non erit in magnitudine finita: neq; infinita, quia magnitudo infinita est nulla. Et etiam manifestum est quòd non patitur, neq; transmutatur. omnes enim motus post locales sunt. Hæc igitur manifesta sunt esse talia.

Facit rememorationem de hoc, quod declaratum est prius, s. substantiam ęternam esse, non mobilem & abstractam ab omnibus materijs, & d. Et iam declaratum est hanc substantiam, &c. i. & iam declaratum est in naturalibus q impossibile est vt iste motor sit potentia in corpore, neq; corpus, quoniam non habet partem, neq; diuisibilis est, neque essentialiter, neq; accidentaliter. omne autem corpus habet partes, & est diuisibile. Deinde dedit causam in hoc, & d. mouet enim in tempore infinito quapropter debet habere potentiam infinitam. D. d. & nullum finitum habet potentiam infinitã. i. et necesse est vt habens potentiam infinitam non sit corpus, quia primus motor habet potentiam infinitam: & omne corpus, aut potentia in corpore, est finitum: ergo in secunda figura primus motor non est corpus, neque potentia in corpore. Et, quia necesse est vt omne corpus habeat potentiam finitam, quia omne corpus est finitum, & potentię corporales sunt diuisibiles secundum diuisionem eius, d. omnis igitur magnitudo aut infinita, aut finita. i. & necesse est vt omnis potentia in corpore sit finita, si enim 41

Octauo Ph. 78. & 79.

Digreſsio I qua ducitur q̄ Ioannis Grāmatici contra Peripateticos. p qua uide cō. 79.in.8.Ph. & ī fine ca. 5.libri de ſubſtātia orbis.

Auerrois Solutio.

Potētia multipliciter dr̄. Vide.8.ph. 63.et 8.Me. c.4. & 12.et hic t.c.10.et 2.et ca. 5.de ſubſtātia orbis.

Dubium. Solutio.

Motus cœli componitur ex duplici motore.

a In corpore cœleſti nō ē potentia vt corrūpatur, quia nō hēt cōtrariū. Idē 1.cœli.com. 20.& q̄ ibi.

b Motus impoſſe ē vt ſit remanens ſecundū ſuam ſubſtātiā, cū hēat contrarium.

c Nō ē ī cœlo poſſitas,niſi ut qeſcat. Vide oppo. 6.Ph.15. & 7. Ph. cō.2. Vide cōtra. Zim.

d Nono Meta.t.cō.17.

In ſolo mo.

non,aut ergo in corpore finito,aut infinito:ſed corpus infinitum impoſsibile eſt eſſe,&,ſi in corpore finito fuerit potentia infinita,continget corpus illud moueri in inſtanti,vt declaratum eſt in Octauo Phyſico. Et hoc intendebat,cum d. pp hoc igitur nō erit in magnitudine finita.&c.i.cā aūt, pp quā potentia infinita nō eſt in corpore,eſt quia in corpore infinito nō eſt,quia corpus infinitū nō eſt. in corpore aūt finito nō eſt,quia diuiditur per diuiſionē finiti:& qđ diuitur p diuiſionē finiti,eſt finitū. Ioannes aūt Grammaticus mouit magnā q̄ōnem & difficilē Peripateticorum. D. enim ſi omne corpus habet potentiam finitā,& cœlū eſt corpus:ergo habet finitā potentiam. & oē finitum eſt corruptibile: ergo cœlum eſt corruptibile. Si igitur aliquis dixerit q̄ priuatio corruptionis eſt acquiſita in cœlo de potentia æterna abſtracta,continget vt aliquid poſsibilis corruptionis ſit æternum.q̄ aūt eſt impoſsibile hoc,declaratum eſt in fine primi Cœli & Mundi. Dicamus igitur nos q̄ mirū eſt de hoc,quod d.q̄ oē corpus habere potentiā finitā eſt verum. Potentia.n.multipliciter dicitur.eſt.n.potentia in ſubſtantia,& alteratione,& vbi. & iam declaratum eſt q̄ de iſtis virtutibus nulla exiſtit in corpore cœleſti,niſi potentia in loco.iſta igitur propoſitio non eſt cōis omni corpori,niſi cum per potentiam intelligatur potētia in vbi,ſ. cum dicimus q̄ omne corpus habet potentiā finitam. Cum.n.dicimus oēs potentias in corpore eſſe finitas,eſt verum quæcunq; potentia fuerit. &,cum dicimus quæcunq; potētia fuerit in corpore,eſt finita,eſt verū.ſed non conſequitur ex hoc q̄ oē corpus habeat omnem potentiam:quia corpus cœleſte non habet potentiam,niſi tantū in vbi. Si igitur potentia,qua mouetur hoc motu æterno,fuerit in eo,aut eſt finita,aut infinita.ſi infinita,continget moueri in inſtanti.ſi finita, poſsibile eſt quieſcere:quod improbatum eſt.ergo non mouetur per potentiā exiſtentem in eo,immo per potentiā non in ſubiecto omnino. Sed aliquis quęret,ſi mouetur a potentia,cuius actio eſt infinita,neceſſe eſt vt moueat ipſum non in tēpore:ſicut cōtinget,cum fuerit exiſtēs in eo. Et diſſolutio eſt,q̄ iſte motus cōponitur,vt declaratū eſt ex duobus motoribus,quorum vnus eſt finitę motionis,& eſt anima exiſtens in eo:& alter eſt infinitę motionis,& eſt potentia,quæ non eſt in materia. Secundū igitur q̄ mouetur a potentia finita,mouetur in tēpore:cum dicere finitatē eſt habere proportionē terminatā ad motā rem,& in ſua ſubſtantia eſt ęterna,quēadmodū eius ſubiectum eſt æternū,ſ. q̄ in neutro eorū eſt poſsibilitas in ſubſtantia,& tā eſt poſsibilitas in ſubiecto eorum in recipiendo motū in eis,aut non niſi in mouere tantū. Et per diuerſitatē iſtius proportionis in corporibus cœleſtibus,ſ.quę eſt inter corpora eorū,& animas, diuerſantur in velocitate & tarditate,& in hoc in quo conueniunt, quia mouētur a potentia non in materia habente ęternitatē motus,et continuitatē motus. Et ex hoc modo ēt verū eſt dicere corpus cœleſte habere potentiā finitā. Et hęc eſt intentio eius,quod d. Ariſt.eſſe in cœlo.q̄m,ſi in primo cœlo eſſent plures ſtellę,aut maiores,aut tardius mouerentur,aut omnino non:non quia laſsitudo accidat ei,ſed propter defectum proportionis,quæ eſt inter motorem in eis,& motū. Motor.n. non mouet, niſi quia potentia eius eſt maior potentia moti. & quanto maius fuerit,tanto maior potentia eius.et cū potentia motoris non ſuperabundauerit,non poterit mouere ipſum. & ſi modicū ſuperabundauerit,mouebit tardius. [a] In corpore quidē cœleſti nō eſt potentia,vt corrūpatur,quia non habet contrariū.eſt igitur remanens p ſe et per ſuā ſubſtantiā. [b] motus aūt impoſsibile eſt vt ſit remanēs per ſuā ſubſtantiā, cū habeat contrariū,i.quietem.ſecundum igitur permanentiā motus oportet nos ponere aliam intentionē remanentem in ſe, econtrario permanentię, quæ eſt in ſubſtantia. [c] ideoq; non eſt in cœlo poſsibilitas,niſi vt quieſcat.ſed hoc iā probatum eſt eſſe impoſsibile:ergo neceſſe eſt vt hoc ſit propter motorē,in quo nulla potentia eſt omnino,neq; eſſentialiter,neq; accidentaliter.ſed tale non eſt in materia. Et ideo dixit [d] Ariſt.q̄ non eſt timendū cœlum quieſcere in aliqua hora,& non d.corrumpi.corruptio.n.non eſt eo poſsibilis,ſicut quies. Et ideo non eſt verū dicere aliquid poſsibile eſſe ex ſe,æternum aūt & neceſſarium ex alio: eo q̄ neceſſariorū quoddam eſſe neceſſarium per ſe,& quoddam per aliud, non eſt niſi in motu cœli tantum, Vt aūt aliquid ſit poſsibile in ſua ſubſtantia,& per

A aliud sit necessarium in esse, impossibile est. Impossibile.n. est vt idem sit possibile in esse ex sua substantia, & recipiat ex alio necessarium esse: nisi esset possibile vt natura eius transmutaretur. Motus autem possibile est vt sit necessarius ex alio, & possibilis ex se. & causa in hoc est, quia esse habet ex alio, s. a motore. Si igitur motus iste fuerit æternus, necesse est vt fiat ex motore non moto omnino, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. Permanentia igitur motus est ex alio, substantia aũt ex se. & ideo impossibile est inuenire substantiā possibilē ex se, necessariā ex alio: quod est possibile in motu. Omnis igitur potentia mouēs existens in corpore, necessario mouetur accidentaliter et non essentialiter: & oē motũ accidentaliter aut essentialiter possibile est vt quiescat ex se, & est motũ ab alio. Si igitur est aliqua potētia in corpore, quā possibile est quiescere a motione in aliqua hora, necessario mouetur a motore, in quo nulla potentia est omnino, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, sicut est de corpore cœlesti. Hęc igitur est intentio eius, quod dixit Arist. ꝙ oīs potētia in corpore est finita. i. ꝙ actio eius possibile est vt sit finita. in quo aũt ex corporibus est potētia ad esse, necesse est vt transmutetur eius substantia. & impõe est vt acquirat permanentiā & ęternitatē ex alio, nisi substantia eius transmutetur. in quo vero ex corporibus est potētia tantũ in vbi, possibile est dicere hanc potentiā esse possibilē ex se, necessariā ex alio. Et ēt qm̃ corpus cœleste ex se mouetur: et oē, quod ex se mouetur,

B possibile est vt quiescat ex se: & dicere est motum ex se hic oē, qđ per desyderiũ & voluptatē mouetur: sed iā declaratũ est, ꝙ corpus cœleste quiescere impossibile est: quapropter ęternitas motus eius est propter motorē, in quo nulla potētia existit ad aliquē modũ transmutationis, neq; essentialiter, neq; accidētaliter. Motor igitur corporis cœlestis est potentia non materialis necessario. ideo credēdum est ꝙ oē habens motũ in loco æternũ, necesse est vt sit substantia ęterna. Si vero substantia æterna sit, non erit necessarium vt motus eius in vbi sit æternus. sed si motus eius in vbi fuerit ęternus, necesse est vt motus eius sit a motore nõ corporeo, neq; potentia in corpore, neq; æterno, neq; non æterno. Hoc quidē est valde difficile, & clausum: et ideo iste locus fuit lapsus sapientũ. Cum.n. declaratum est hoc corpus esse æternum, possibile est existimare ꝙ non indigetur in hoc esse ponere principium aliud nobilius eo. Existimatum est.n. ꝙ, cũ dicimus omnis potentia in corpore est finita, non est verum nisi in corporibus materialibus generabilibus & corruptibilibus. Si aũt aliquod æternum est in sua substantia, existimatũ erit ꝙ necesse est potentiā eius manentē esse ęternę motionis. & in hoc loco errauerunt Zabij, & sapientes eorũ. Et Arist. sustentatus est in hoc super duas propositiones: quarũ vna est, ꝙ oīs potentia in materia finita est: secunda aũt est, ꝙ actio infinita non fit ex potentia finita: vnde prouenit ꝙ faciēs

C motũ infinitum est potentia non in materia. Et ipse laborabat in declaratione istarũ duarum propositionũ Octauo Physicorum. Et contradicentes huic dicunt ꝙ propositio dicens ꝙ, si in stellis sunt potentię finitę, tunc non esset vera, nisi stellę essent compositę ex materia & forma. & dicũt ꝙ impossibile est vt sint in eis potentię finitę, & vt sint infinitę actionis. dicunt.n. ꝙ finitas actionis & motionis non accidit nisi p alterationē motoris a moto. quapropter accidet ei fessitudo. Quod aũt non alteratur in sua substantia, neq; accidit ei fessitudo, non est impossibile vt agat actionē infinitam. Themistius autem in hoc loco d. ꝙ nõ rectum dicit, dicens Solē & alias stellas esse finitas & habere potentias infinitas. Potentia enim, quæ est in stellis, quæ est infinita, non est naturalis in eis, neque secundum ꝙ sunt corpora: sed aut pendet a prima causa, aut ex anima existente in eis ab alia potentia, quæ non est corpus. Prima enim causa est, quod reuoluit eos in tempore infinito. quoniam, si haberent illud, quod habent in potentia, vt corpus & magnitudo habent, & non essent semper in actu, tunc necessarium esset eis laborare, & lassari. Corpora enim stellarum quia existit in eis aliquid in potentia, secundum hoc potentię eorum sunt finitę: in qualibet enim hora existunt in alio loco. Quandoque igitur sunt hic, quandoque illic. & ista loca sunt quasi vltima motus. & impossibile est in aliquo existente in potentia, cum post peruenerit ad actum, quem intendit, vt non sit ei vltimum, & extre-

tu æternitatem hēt ꝙ aliqd ex se posse, fiat ab alio necessariũ, ĩ substātijs autē impoẽ ē.

Snīa Themistij.

nium. Causa autem, in qua nulla potentia existit, sed semper est in actu, & nun-
quam diuersatur in aliqua hora post aliam. Quomodo igitur possibile est ima-
ginari magnitudinem & corpus, vt ista alia, in quibus semper existit potentia,
siue corruptibilia sunt siue non. Et vniuersali er, si actio singularis per se possi-
bile est remanere in infinitum cum æternitate temporis: actus vero, qui exit ab
eo, qui est in potentia, est complementum illius, quod est in potentia: & impos-
sibile est in tali actu ipsum permanere in infinitum, cum pręcedat ipsum poten-
tia: quapropter necesse est vt potentia mouens, quæ est in stellis, sit infinita: quo
niam stellæ acquirunt hac potentia non modo potentiali. Motus autem eorum
in loco est finitus. potentia enim non est in stellis, nisi secundum has dispositio-

Abbreuiatio snię Themistij.

nes. Hæc igitur sunt verba Themistij. Et abbreuiatio eius est, ꝙ omnis motor
in loco, motio eius est ad aliquid in potentia: & omne, quod mouet ad aliquid,
quod est in potentia, motus eius est finitus, cum illud, quod est in potentia, neces-

Oē, qđ mouet motu ęterno, motus eius ē ad aliquid sp in actu,

se est vt exeat ad actum: omne igitur, quod mouet motu æterno, motus eius est
ad aliquid semper in actu: & quod est semper in actu non est corpus, neque in
corpore. omne enim, in quo est potentia, aut est corpus, aut potentia in corpo-
re. in quo igitur non est potentia, neq; est corpus, neq; potentia in corpore. Et
illud, super quod Aristotel. est sustentatus in hac intentione, est ꝙ omnis actio
æqualis infinita semper æterna nessario fit á potentia, cuius actio est infinita,
cui nulla transmutatio accidit, propter quam deficiat actio. & omnis potentia
mouens in loco in corpore, cui accidit transmutatio, necesse est vt eius actio nō
sit semper ęterna, quia ab alio mouetur. hoc igitur est intelligendum de eo, quod
est infinitę motionis in alterum. Et, cum ita sit, potentiæ mouentes, quę sunt in
corporibus sunt duobus modis. aut potentię in corporibus generabilibus & cor-
ruptibilibus. hæ igitur impossibile est vt semper moueant se propter transmuta-
tionem eorum, & propter transmutationem subiecti eorum. & ideo accidit tali-
bus necessario fessitudo. aut potentię mouentes in corporibus ęternis. hę igitur
possibile est vt moueant semper, & vt non moueant semper. Possunt enim non
semper mouere, si posuerimus illud, ad quod mouentur, scilicet primum moto-
rem, receptibilem transmutationis cuiuscunque modi. Possunt autem semper
mouere, quando illud, ad quod mouentur, fuerit non transmutabile aliquo modo
transmutationis. & hoc est, cum non fuerit corpus omnino. Si igitur motum ęter
num est, necesse vt moueatur per potentiam existentem in eo a motore, cui nul-
lus modus transmutationis accidit: & tale in nulla materia existit. Hęc igitur est
intentio Aristo, cum d. ꝙ omnis actio infinita prouenit a potentia infinita, idest
infinitę actionis. hoc etiam modo proprio magis apparet. corpus enim cœleste
animatum est necessario. Reuertamur igitur ad nostrum locum. Et dicit Ari-
sto. Et etiam manifestum est quod non patitur & cæt. idest, & manifestum est
etiam quod in motore, qui semper mouet & eadem dispositione, ꝙ non patitur
neque alteratur. quoniam, cum mouetur in loco, nullum aliorum motuum reci-

Motus in loco præcedit oēs motus. Idē. 8. Phy. 55. vsque ad 61.

pit. motus enim in loco pręcedit omnes motus: & cum nobiliorem non habet,
non habet viliorem. Corpus enim cœleste, quia est nobilius omnibus corpori-
bus habet nobilissimum motum, scilicet localem. Et quia iste motor est nobilior
corpore cœlesti, fuit causa permanentię eius in nobiliori dispositione, s. in motu.
Deinde dicit. Hæc igitur manifesta sunt esse talia. & innuit omnia, quę declara-
uit de hoc primo motore, qui non est in materia.

Caput Quartum. Quot sint numero substantiæ immobiles, ac sphæræ, quæ ab eis mouentur, opiniones tum aliorum, tum propria: ac peradmodum Antiquos de ipsis loquentes confirmatio.

Vide Auer. in Epi. Tractatu. 4.

VTrum aūt vna sit ponenda talis substantia an plures, &
quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoq; aliorū
snīas, quod de pluralitate nihil, quod dictū perspicuū sit,
dixerunt. De ideis namq; opinio nullam accommodatam

A consyderationem habet. Numeros nanque dicunt ideas, qui dicunt ideas esse: de numeris vero quandoq; vt de infinitis aiunt, quandoq; tanquam vsque ad denarium determinatis. qua vero de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil cũ diligentia demõstratiua dicitur.

Vtrum autem ponenda est talis substantia vna, aut plures, & quot sunt. & non debemus occultare sermones aliorum, sed dicere iudicia eorum. nihil enim manifeste dixerunt in multitudine. Sentẽtia enim de exemplaribus non habet perscrutationem propriam omnino. Dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros. & de numeris quandoque dicunt eos ea esse infinitos, & quandoq; vsq; ad decem. quare vero multitudo numerorum est sic, nihil dixerunt demonstratione.

CVm autem declarauit vnam substantiã æternam esse non in materia oĩno, incœpit quærere, vtrũ hæc substãtia esset vna aut plures. & si plures, quot sint. Et quia Antiqui quidã dicebãt substãtias esse abstractas, s. formas, sed maxime earum Antiqui nihil sufficienter dixerunt, incœpit demonstrare impossibile eorum ad declarandum hoc in illis substantijs positis. Deinde d. & non debemus occultare sermones aliorum, &c. i. & oportet inspiciẽtem in nostro sermone videre inquantum differt a sermone aliorum. dicentes. n. substãtias abstractas esse, nihil dixerunt in multitudine. D. d. Sententia autem est de exemplaribus. i. opinantes autem substantias esse exemplaria, & formas rerum, nihil proprie dixerunt de numero eorum secundum q; sunt formæ. sed, si aliquid dixerũt, dixerunt secundum q; sunt numeri. & hoc intendebat, cum d. Dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros. i. quoniam inquantum sunt numeri, dicunt aliquid in multitudine eorum. D. d. opiniones dicentium numeros formales abstractos in multitudine, & d. & de numeris quandoq; dicunt, &c. i. & dicentes numeros esse formales diuersi sunt. quidam dicunt eos esse infinitos, & quidam peruenire ad decem. D. d. quare vero multitudo, &c. i. et dicentes illos esse decẽ, nihil dixerunt super hoc demonstratione. 42

Nobis vero ex præsuppositis atque determinatis dicendum est. Principium enim ac primum entium, tum per se, tum per accidẽs immobile est: mouens autem, primo, sempiterno, & vno motu. Cum vero quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri, primumq; mouens C immobile per se esse, ac motu æterno ab æterno moueri, & vnum ab vno, videmusq; præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam & immobilem mouere, cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum nanq; & irrequiescibile circulare corpus est. monstratum autem est de his in Physicis) necesse est harum quoq; lationũ vnamquanque a per se immobili, & æterna substantia moueri. nam & stellarum natura perpetua substantia quædam existens, & quod mouet perpetuum, & prius est moto. & quod prius substantia est, substantia sit necesse. Constat itaque necesse esse tot substantias esse natura perpetuas, & per se immobiles, ab absq; magnitudine, ob causam prius dictam.

Nos autem dicamus de substantiis diuinis. Principium enim & primum entium non mouetur neq; essent aliter, neq; accidentaliter: & mouet & facit primum motum æternum etiam. Si igitur motum necesse est vt moueatur per aliquid, primus autem motor non mouetur.

per se, & motus æternus fit per motorẽ æternum, & vnus p vnum; & nos videmus ꝙ prçter motũ totius simplicem, de quo dicimus moueri a substãtia nõ mobili, alios motus çternos, qui sunt erraticorũ. (corpus.n. circulare est æternum sine quiete. hoc.n. declaratum est in Naturalibus) necesse est igitur vt vnusquisq; istorum motuum fiat per aliquid, quod non mouetur per se, & per substantiam æternam. natura enim stellarum est etiam æterna. & cum motor est æternus etiã & ante motum, necesse est vt illud, quod est ante substãtiam, sit etiã in substantia. Manifestum est igitur ꝙ necesse est vt substantiæ sint secundũ numerum illorũ, & ꝙ substantiæ sint æternæ naturaliter, & immobiles per se, & ꝙ sint sine magnitudine propter causam prædictam.

43 Nos autem possumus declarare bene multitudinem istarum substantiarum ex rebus dictis, & inducere ad viam, qua quis põt scire numerum eorum. Principiũ aũt illius est hoc, quod prius declarauimus, scilicet ꝙ primum & principium entium est aliquid immobile omnino: & ꝙ hoc facit primum motum æternum, & vnũ, & continuum, et diuinum. D.d. Si igitur motũ necesse est vt moueatur, &c. i. si igitur positũ est nobis ꝙ omne motum habet motorem, & motum primũ habet motorem æternum, qui non mouetur per se, & omnis motus æternus habet motorem æternum, qui non mouetur per se, & vnũ (necesse est.n. vt vnus motus habeat motorem vnũ. &, si non, tunc vt non esset continuus. neq; vnus) sed nos videmus in cœlo plures motus prçter motum totius cœli, quẽ dicimus fieri a prima substantia immobili, s. motus stellarum erraticarum, & manifestum est istos motus esse çternos, sunt.n. partes corporis çterni, necesse est igitur vt vnusquisq; motuum istorum habeat motorẽ, qui non moueatur per se, & cuius substantia est æterna. natura enim stellarum est æterna. D. d. & cum motor est æternus, & ante motum, &c. idest, & cum motor vniuscuiusq; istorum motuum prior est illis motis: & illa mota sunt substantiç: necesse est vt omnes isti motores sint substantiç. D. d. Manifestum est igitur ꝙ necesse est, &c. i. manifestum est igitur ꝙ numerus substantiarum mouentium est secundum numerum motuum propter causas dictas, & ꝙ illç causç sunt æternç per se naturaliter, & non motç per se, neq; corrupabiles propter causas prçdictas.

Numerus substantiarũ mouẽtiũ est scdm numerũ motuum.

Quòd igitur substantiæ sunt, & harum quænam prima, quæue secunda, secundum eum ordinem, quem & lationes sy derum habent, patet. Pluralitatem vero lationũ ex peculiarissima Philosophia Mathematicarum scientiarum, videlicet ex Astrologia, consyderandũ est. hæc enim de substantia sensibili quidem, at sempiterna speculatur. cæteræ vero de nulla quidem substantia, veluti quæ circa numeros, atq; quæ circa Geometriam. Et quidem quòd plures sint eorum, quæ feruntur lationes, manifestum ẽt est his, qui parum attigerunt. pluribus enim quam vna, errantium astrorum vnũquodq; fertur.

Consyderatio.

Quoniam autem substantias esse, & earum hæc est prima, hæc autem secunda secundum ordinem motuum stellarum, manifestum est. Multitudo autem motuum scienda est a propria Philosophia Mathematicorum. Ista enim vtitur scientia de substantia sensibili, sed æterna. illa autem non vtitur scientia de substantia omnino, sicut de numeris, & mensura omnino. Quoniam autem motus erraticarum plures sunt, manifestum est eis etiam, qui parum cõsy derant. vnaquçq; enim stellarum erraticarum videtur moueri plus vno motu.

Idest, Quoniam declaratũ est ex hoc sermone substantias ęternas esse plures 44
una, & ꝙ in eis est prima, scilicet illa, quę omnia mouet, & secunda, & tertia secundum ordinem orbium manifestum est. Quoniam autem illa, quę omnia mouet, præcedit omne, manifestum est valde & pręcise. omnes enim istum motum maximum intendunt. quapropter prior est omnibus naturaliter & etiam secundum locum, & etiam secundum magnitudinem, scilicet ꝙ illa substantia videtur esse prior propter prioritatem eius, quod mouetur ab ea secundum locum, & secundum magnitudinem in multitudine stellarum & velocitate motus. & omnia ista faciunt eam priorem nobilitate & substantia. Quoniam vero ordinatio istorum mouentium a primo motore oportet vt sit secundum ordinem stellarum orbium in loco, manifestum est et prioritas enim in loco eorum, et in magnitudine facit eos priores in nobilitate. sed videmus quoq; eos in velocitate motus econuerso, s. ꝙ illi, qui sunt propinquiores terrę, sunt velociores. & hoc forte prouenit propter nobilitatẽ motoris, & forte propter paruitatem corporis. Sol autem videtur propter magnitudinẽ eius & * actionis eius in entibus, & propter hoc quod apparet, ꝙ motus aliarum erraticarum ordinantur secundum motum Solis, et consequitur ipsum habere motorem priorem omnibus erraticis. sed velocitas, quę est in illis, sicut diximus, forte est propter nobilitatem substantiarum mouentium, et forte propter paruitatem corporum. Ordinatio quidem eorum adinuicem secundum nobilitatem possibile est sciri ex dictis ab Antiquis habentibus curam de actionibus earum in entibus. verbi gratia quoniam dant Soli vitam, & Saturno res fixas. ordinatio igitur earum a primo est * præcisa, ordinatio vero earum abinuicem non est * præcisa. Et forte melius est illud, quod Aristo. intendebat, scilicet ꝙ ordo eorum sit secundum ordinem eorum in loco. Quod autem Moderni dicunt substantiam primam esse priorem motore totius, falsum est. quælibet enim substantia istarum est principium substantię sensibilis secundum motorem, & secundum finem. Et ideo dicit Aristo. ꝙ, si aliquę substantię essent non mouentes, essent ociosę. Quod autem mouit eos ad hoc dicendum est ratio, quę potest dissolui a quolibet exercitato in hac scientia. dicunt enim ꝙ apparet ex illis intelligentijs ꝙ quædam earum consequitur quandam, sicut causatum causam, prima autem substantia debet esse vna & simplex in fine: ab vno autem & simplici non prouenit nisi vnum: & a motore primi cœli prouenit anima primi cœli, & motor orbis consequentis: necesse est igitur vt sit non simplex. habet ergo causam priorem eo. Hic autem sermo est imaginabilis, non enim est illic prouentus, neque consecutio, neque actio, ita ꝙ dicamus ꝙ vna actio consequitur agentem tantum. est enim illic causa & causatum, secundum quod dicimus ꝙ intellectum est causa intelligentis. Et cum ita sit, non est impossibile vnitatem, quod est per se intelligentia & intellectum sit causa plurium entium, secundum quod ex eo intelliguntur multi modi. illud igitur, quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & est causa in anima cœli, aliud est ab eo, quod intelligit ex eo motor orbis Saturni. & similiter de vnoquoque eorum, scilicet ꝙ perfectio vniuscuiusq; eorũ est intellectum intelligendo causam primam & propriã. et secundum hoc omnes motus eorum idem intendunt, scilicet ordinem totius. & sic est intelligendum de multitudine motuum in cuiuslibet stellę, scilicet quod omnes sunt colligatę per motum illius stellę: & quilibet motor eorum perficitur per formam primi motoris proprij illi stellę. & ideo motus cuiuslibet stellæ earum intendunt motum ipsius stellę. Et sic est intelligendum quod motus aliorum orbium intendunt motum orbis stellati, & quod perfectio vniuscuiusque mouentium vnumquodque eorum, idest orbium, scilicet primorum, perficitur per primum motorem omnium. Et ideo omnes intendunt hunc motum diurnum, qui est primi motoris actio, & principium aliarum actionum. apparet enim quod alij motus proprij sunt propter istum motum & consequentes eum, & adunantes in ordine, quem intendunt, & est principium actionum earum. Sed quęret aliquis, quoniam, si motus omnium orbium intendant eandem actionem, & eundem ordinem communem omnibus, necesse est vt habeant eandem formam intellectam extrinsecam a formis, quas intendit vnusquisque per

*a.l.propter actionem.

* a.l.pscita.

*a.l.pscita.

Ordinatio intelligẽtiarũ a primo ẽ pcisa, sed ordinatio earum adinuicẽ nõ est pcisa.

Digressio cõtra Auic.

Si aliquę substãtię essent nõ mouẽtes, essent ociosę.

a Solo moti ui Auicen.

In itelligentijs nõ ẽ prouẽtus neque actio, sed tm̃ ẽ illic cã & causatũ, secundũ ꝙ intellectũ est cã intelligẽtis.

fe, ſcilicet formis proprijs. erit igitur forma quaſi finis addita ſuper formam propriam, erga quam mouetur vnuſquiſque orbis aliorum orbium.

Solutio.

Dicamus ergo quod nulla forma eſt quaſi finis et communis et vniuerſalis, niſi illa ex eis, quæ habet actionem communem. & hęc eſt diſpoſitio formę mouentis primum cœlum motu diurno. Diſpoſitio enim in iuuamento corporum cœleſtium adinuicem in creando entia quę ſunt hic, & conſeruando ea, eſt ſicut diſpoſitio regentium bonorum, qui iuuant ſe adinuicem in regendo bonam ciuitatem. quoniam omnes actiones eorum ſunt erga actiones primi principis. ponunt enim actiones ſuas ſeruientes & conſequentes actionem primi principis. Quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus neceſſe eſt vt habeat actionē propriam, quę eſt nobiliſsima actionum. (& ſi non, eſſet ocioſus) quam actionem intendunt per ſuam actionem omnes, qui ſunt ſub primo principe. quemadmodū igitur neceſſe eſt in iſtis principatibus vt primus principatus ſit, ſic eſt neceſſe in actionibus principium vt prima actio ſit: & ſic accidit in artificijs, quę iuuant ſe adinuicem erga vnum artificiale, & ſunt illa quorum quędam ſunt principantia alijs, & omnia reducuntur ad vnum artificium, v.g. quā plura artificia ſeruiūt artificijs equitandi: ſic igitur eſt intelligendum de iſtis corporibus cū ſuis formis, a quibus mouētur, et de iſtis formis adinuicem. multum n. aſsimilantur artificijs, quę ſeruiunt ſibi adinuicem, & quę intelligunt adinuicem ſunt principia eorum, ex quibus accipiunt intellectum proprium. verbi gratia quia artificium frenificandi accipit ſua principia ab artifice artis equitandi, & ſimiliter alia artificia ſeruientia huic artificio. Differentia autem inter iſta & artificialia eſt, quia formę artificij mouentes artifices ſunt in materijs, iſtæ autem non.

Cōtra Aui.

Mos autem, qui iam eſt inter Modernos in dicendo ꝙ a tali motore prouenit talis motor, aut eū ſequitur, aut præcedit, aut talia verba, non vere intelliguntur de iſtis principijs abſtractis. omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentium ſuperficietenus, non vere.

Ab agēte nihil prouenit niſi extrahere illud, qđ ē in potentia ad actum.

ab agente enim nihil prouenit, vt prędiximus, niſi extrahere illud, quod eſt in potentia ad actum. ſed illic non eſt potentia, vnde neq; agens. tantum. n. illic intellectus & intellectum, & perfectum & perficiens. quemadmodum artificia perficiuntur ab inuicem in hoc, ꝙ accipiunt principia ab inuicem, et omnia reducuntur ad accipiendū omnia ſua principia ab artificio vniuerſali continenti ea. Et ideo videmus ꝙ ſcientia magis propria primi Dei, ſcilicet eſt illud, quod cōtinetur ſub prima Philoſophia: & ſcientia propria proprijs, quę ſunt ſub eo, eſt ſimilis ſcientijs particularibus, quę ſunt ſub prima Philoſophia, ſicut d. Nicolaus Peripateticus in ſua prima Philoſophia. Et ideo videmus ꝙ per acquiſitionem iſtius ſcientię ab homine inuenitur homo in ſua perfectione eſſendi. Hoc autē, quod Plato dixit in ſuis verbis obſcuris, ꝙ Creator creauit Angelos manu, deinde pręcepit eis creare alia mortalia, & remanſit ipſe in quiete ſine labore, non eſt intelligendum ad literam. Et forte exiſtimare hoc in Deo fuit cauſa ſabbati poſiti in lege filiorum Iſrael. Et hoc, quod diximus de mouentibus omnium orbium, eſt ēt in mouentibus, quę iuuant ſe adinuicem ad mouendum quamlibet ſtellam ſtellarum erraticarum, ſ. ꝙ omnes illic reducuntur ad illum primum motorem, & ꝙ omnes intendunt motum illius primi motoris.

Cōuertit ſe ad textum.

Et cum hoc declaratum eſt, reuertamur & dicamus ꝙ, cum Philoſophus accepit numerum motuum ab Aſtrologo, ſicut principia eſſe a Naturali, fecit rememorationem de hoc, & dixit. Multitudo autem motuum ſcienda eſt, &c. i. numerus autem motuum conſyderandus eſt per Aſtrologos. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit. Iſta. n. vtitur ſcientia, &c. ideſt, iſta autem ars propria eſt huic intētioni inter alias Mathematicas, quia conſyderat de ſubſtantijs ęternis ſenſibilibus. alię autem ſcientię Mathematicę conſyderant de accidentibus, vt ars Arithmetica, & Geometria.

Sola Aſtrologia de Mathematicis cōſyderat đ ſubſtantia.

D. d. Quoniam autem motus erraticarum ſunt plures, &c. ideſt, quoniam autem comprehenſum ſenſu eſt ꝙ iſtę ſtellę habent plures motus. qui enim aliquantulum ingreſſus eſt in Mathematicam, videt ꝙ quęlibet ſtellarum erraticarum habet plures motus vno.

Documētū.

Motus quas ponūt Aſtrologi ſunt tribus modis.

Et ſciendum eſt ꝙ iſti motus, quos ponunt Aſtrologi, ſunt tribus modis. Eſt enim modus comprehenſus a vulgo viſu. Eſt etiam alius modus, cuius motus non comprehenditur niſi in inſtrumentis & conſyde-

rationibus.

A rationibus. & horũ modorũ quidã comprehenduntur in longiſsimis tẽporibus, & quidã in paruis. Eſt ẽt tertius, cuius motus ſunt declarati ratione. plures enim iſtorũ motuũ videntur viſu ſimplices. ſecundũ aũt rationẽ & naturalia opinandum eſt illos eſſe compoſitos ex pluribus vno. v.g. quia ſtellæ erraticæ videntur qñq; velociores & qñque tardiores, & modo progredi & modo retrogredi. & hoc nõ poteſt eſſe verum ſecundum naturas corporum cœleſtiũ. Declaratũ eſt.n.in naturalibus ꝙ oẽs motus ſunt æquales, & ꝙ impoſsibilis eſt in eis velocitas & tarditas, aut progreſſus aut retrogradatio. Vnde neceſſarium fuit Aſtrologo ponere Aſtrologiam, ex qua conſequerentur hæ diſpoſitiones ſine aliquo impoſsibili in naturalibus. Et hoc duobus modis accidit: aut vt ille motus, qui quandoque vr̃ velocior quandoque tardior ſit compoſitus ex pluribus motibus: aut vt ſint illic orbes ecentrici & epicycli, vt dicunt Moderni Mathematici. Propter hoc igitur differunt Aſtrologi de numero motuum & ſtellarũ, & multotiẽs inueniũt per conſiderationẽ tẽporũ motuũ ſtellarum, & ſecundum cõputationẽ inueniũt eas in locis terminatis zodiaci. & cũ conſiderant eas in inſtrumentis, inueniũt eas in alijs ab illis locis, & tunc addunt motũ nouũ illi ſtellæ. Et hoc modo poſuit Ptole. plures motus Lunæ & alijs ſtellis, quos nullus de Antiquioribus poſuit. v.g. motus, quẽ Ptolemæus vocat motũ reſpectiuũ Lunæ, B & motum polorum epicyclorũ. Iſtorum aũt motuũ non potuit iſte homo facere Aſtrologiam. & ſimiliter hoc quidem apparuit ei, ꝙ motus ſtellarum erraticarum in ſuis orbibus ecentricis ſunt ſecundum centra alia à centris ecentricorũ, & non potuit ponere Aſtrologiam ſecundum ſua fundamenta. et omnia iſta manifeſta ſunt parum exercitatis in Aſtrologia.

Quot vero hæ ſint, nunc quidem nos ea, quæ quidam Mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquã determinatam mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidẽ nos ipſos quærere decet, quædam autem a quærẽtibus ſciſcitari, ſi quid præter ea, quæ nunc dicta ſunt, his videatur, qui circa hæc verſantur, diligere quidem vtroſque, adhærere vero certioribus. Eudoxus igitur Solis, & Lunæ vtriuſque lationem in tribus poſuit ſphæris eſſe. quarum Primam quidem eam eſſe, quæ non errantium ſtellarum. Secundam vero ſecundum id, quod per medium zodiacum. Tertiam porro ſecundum eum, qui in latitudine zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, ſecundum quem Luna fertur, quam C ſecundum quem Sol. Solis & Lunę latio.

Quot aũt ſunt dicamus, ſecundum ꝙ dixerunt quidam Mathematicorum, vt aliquo modo imaginemur aliquam multitudinem terminatam. Quod autem relinquitur, quærendũ eſt a nobis perſcrutãtibus de hoc, aut ab eis, qui inquiſiuerunt, ſi aliquid apparuerit ab eo, quod dictũ eſt modo: quamuis ſit perſcrutandum de duabus ſectis, & concedendum ſermonem illius, qui magis perfecte perſcrutatus eſt. Eudoxus vero ponit motum vtriuſque, Solis, & Lunæ in tribus ſphæris. quarum Prima eſt ſtellarum non erraticarum. Secunda, quæ eſt in medio ſignorum. Tertia autem, quæ declinat in latitudine ſignorum. & illa, in qua magis Luna mouetur, magis declinat in latitudine ſignorum, quam in qua exiſtit Sol.

Quia Philoſophus accipit pro conſtanti numerum motuum, Aſtrologi autem diuerſi ſunt in hoc, fecit rememorationem de hoc, quod fuit magis famoſum in ſuo tempore. & talia principia in maiori parte tm̃ ſunt famoſa, cum fere omnia ſunt fundata, ſ.in ſenſu quantitatũ motuũ ſtellarum, quod nõ poteſt perfici in vi- 45 Intentio & cauſa.


ta humana. ideo necesse est in considerationibus prædictis, & tunc verificatur D
quantitas motuum. Et propter difficultatem istarum rerum impossibile est vti propositionibus necessarijs: sed famosis in hoc loco magis vtimur quam necessarijs, sed quando in eis non fuerit diuersitas. si autem in eis fuerit diuersitas, nihil erit, super quod sustentetur. Sed quocunque modo sit, melius est scire sermones hominum in hoc, quam nihil. Et ideo dixit. Dicamus secundum ꝙ dixerũt quidam Mathematicorum, &c. i. Deinde dicit. Quod autem relinquitur, quærendũ est a nobis perscrutantibus de hoc. i. quoniam autem sunt motus additi super istos, quos computo, perscrutandum est in alia scientia. Et, cum dixit hoc, fecit rememorationem de hoc, quod dixerunt Mathematici in suo tempore, & posuit de eis duos homines famosos in hac scientia. Et dixit ꝙ Eudoxus ponebat Soli & Lunæ tres orbes. Vnum quo mouetur ab oriente ad occidentem in vna die. Secundum ad motum longitudinis. Tertium ad motũ latitudinis. Et hoc est manifestum de eis, quoniam motus longitudinis & latitudinis sunt duo numerati. Mathematici autem huius temporis ponunt eundem motum, & est motus stellę in suo orbe decliui: propter quod accidit ei in respectu zodiaci motus in longitudine & motus latitudine. Quod autem sint duo motus a duobus corporibus, nõ indigetur. quod enim potest natura facere vno instrumento, non facit duobus. & secundum hoc Sol non habebit nisi duos motus tantum, & nisi sit necesse ponere tertium motum, propter hoc, quod apparet de velocitate & tarditate. Eccentri- E
cum enim aut epicyclum dicere est extra naturam: epicyclus autem impossibile est vt sit omnino. Corpus enim, quod circulariter mouetur, non mouetur nisi in circuitu centri totius, cum ipsum faciat centrũ. &, si esset motus circularis extra hunc centrum, contingeret alium centrum extra hunc centrum esse: quapropter & alia terra extra istam est. & hoc impossibile est, vt dictum est in Naturalibus. Et similiter forte est de ecẽtrico, quem ponit Ptolemæus. Si enim essent plura centra, essent plura corpora grauia extra locum terræ: & tunc mediũ non esset vnum, & haberet latitudinem, & esset diuisum. & omnia ista sunt impossibilia. Amplius, si essent eccentrici, necesse esset inuenire in corporibus cœlestibus corpora superflua sine aliqua vtilitate, nisi ad implendum locum vacuum, sicut in corporibus animalium. Sed nihil de eis, quæ apparent in motibus stellarum, cogit necessario dicere epicyclum esse, aut eccentricum. Et forte excusant vtrunque motus lenliab, quos ponit Aristo. & sicut Ptolemæus d. in suo libro, qui dicitur liber Narrationis, in quo d. ꝙ Aristo. & Antiqui ponebant loco istorum motuum motum gyrationis, & d. ꝙ secundum hoc apud eos oportet crescere motus secundum numerum. Qui autem post venerunt, inuenerunt viam simpliciorem ista, & potuerunt ponere ea, quę apparent in paucioribus corporibus, & inuenit epicyclum & eccentricum. & d. ꝙ ista via est nobilior, quia concessum est, F
ꝙ natura nihil facit superflue, & ꝙ, cum poterit mouere aliquid instrumentis paucis, non mouebit pluribus. Ptolemæus autem ignorauit quid coegit Antiquos ponere motus gyrationis, & est quoniam epicyclus & eccentricus sunt impossibiles. necesse est igitur rursus perscrutari de ista Astrologia vera, quæ est super fundamenta naturalia: & est apud me fundata super motum eiusdem orbis, & polos diuersos duos, aut plures, secundum ꝙ conuenit apparentibus. possibile est enim accidere stellis ex talibus motibus velocitatem & tarditatem, & progressum & retrogradationem, & alios motus, quibus non potuit Ptole. ponere Astrologiam. & apparet ex hoc propinquitas & remotio, vt accidit in Luna. In iuuentute autem mea sperauí vt hęc perscrutatio compleretur per me: in senectute autem iam despero. sed forte iste sermo inducet aliquem ad perscrutandum de hoc. Astrologia enim huius temporis nihil est in esse, sed est conueniẽs computationi, non esse. Lunę autem inuenerunt Antiqui post Aristo. vnum motum, scilicet motum draconis. Ptolemęus autem inuenit ei in respectu Solis quartum motum, & in respectu centri, secundum quem reuoluitur luna ęqualiter, motum quintum, quem vocat motum respectiuum diametri epicycli, cui non potuit secundum suum fundamentum ponere Astrologiam.


Melius ẽ scire sermones hoĩum ĩ hoc quam nihil. Expõ textus.

Quod natura põt facerẽ vno instrõ nõ facit duobus cõsimile. 1. Ph. 50. Quod nõ dẽtur ecentrici, nec epicycli vide. 2. cœli, cõ. 35.

Natura nihil agit supflue. Idem. 1. cœ. 32. & 3. de Aĩa. 45. et 1. Phy. 50.

Designationes orbium, ac motuum, qui ab Auerroe confutantur.





Errantium vero stellarum vniuscuiusque in quatuor sphæris. quarum Primam quidem & Secundam eandem illis esse. etenim quę nō errantium est, eam illam esse, quæ omnes fert. at eam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundum zodiacum lationem habet, communem omnibus esse. Tertiæ vero omnium polos in eo, quod per medium zodiacum esse. Quartæ autem lationem, secundum eum, qui obliquatus ad medium eius est. esse vero tertię sphærę polos aliarum quidem proprios, Veneris autem & Mercurii eosdem. D

Stellarum autem erraticarum vnaquæque est in quatuor sphæris. & earum Prima & Secunda sunt illis eadem. illa autem, quæ non est erraticarum, quæ defert omnes per suum motum, & illa, quæ est ordinata sub ista, cuius motus est in medio signorum, communes sunt omnibus. Tertia autem, quæ est communis omnibus, poli eius sunt in illa, quæ est in medio signorum, sphæra. Motus autem quartus mouetur ad medium istarum. & poli tertiæ sphæræ aliarum quidem stellarum sunt proprii, Veneris autem & Mercurii vnus. E

46 Cum narrauit ꝙ Eudoxus ponebat vtrique, Soli & Lunæ tres orbes, incœpit dicere ꝙ ponebat ēt vnicuiq; erraticarū quatuor orbes, tres. s. orbes, quos posuit Soli & Lunæ, & quartum additum. & forte iste quartus est propter progressum & retrogradationem, quæ apparent in istis quinque stellis. Deinde dicit. & earum Prima & Secunda sunt illæ eædem. idest, prima autem sphæra erraticarum, & secunda sunt similes primæ & secūdæ Solis & Lunæ, scilicet orbis, qui mouet eas motu diurno, & orbis propriæ stellæ, qui mouet eas econuerso, scilicet ab occidente in orientem, qui est in medio orbis signorum. Deinde illa aūt, quæ non est erraticarum, & cæ. idest, prima enim sphæra cuiuslibet stellæ similis est primæ sphæræ totius cœli, quæ defert omnes orbes ab oriente in occidente in vna die. Deinde dixit, & illa, quæ est ordinata sub ista, & cætera. idest, & secundus orbis communis est omnibus, qui ita transit per medium zodiaci, idest quia decliuus est a primo orbe. Iste enim etiam communis est omnibus, cum in hoc orbe videantur moueri. Et, quia apparet etiam eis latitudo in hoc orbe, posuerunt Antiqui eis orbem declinem ab isto orbe. & hæc erat opinio Antiquorum de Sole, ꝙ habebat latitudinem a zodiaco, præter latitudinem, quam habebat ex æquinoctiali. & ideo posuerunt Soli tres orbes, sicut alijs stellis. Ptolemæus autem non posuit Soli latitudinem, nisi in respectu æquinoctialis. Deinde dixit. Tertia autē, quæ est communis omnibus, & cæ. idest, & ista tertia, quæ facit declinationem a medio signorum in omnibus stellis. Deinde dixit. poli eius sunt in illa, quæ est medij signorum. idest, quoniam, cum posuerunt orbē, in quo mouetur per medium signorum alium ab orbe, in quo mouetur obliquum a medio signorū, fuit necessarium vt poli istius orbis sint in circulo zodiaci. Stella enim, cum mouetur in orbe, cuius maximus circulus transit per zodiacum, & mouetur ab orbe, cuius poli sunt in hoc circulo, necessario videbitur declinans stella a circulo medio, quæ est in zodiaco. D. d. Motus autem quartus, & cæt. i. quoniam iste orbis est declinans a medio istius tertij. Deinde dicit. & poli tertiæ sphæræ, & c. idest, vt mihi videtur, intendit orbes decliues, qui sunt communes omnibus stellis. F

At Calippus situm quidem sphærarum eūdem Eudoxo ponebat, hoc est distantiarū ordinem. pluralitatem autem stellæ quidem Iouis ac Saturni eandem illi attribuebat, Soli vero & Lunę duas adhuc putabat sphæras addendas esse, si quis eorum, quæ sensibiliter apparet, causas assignare debeat: cæteris vero errantium vnicuique vnā. ne-

A ceſſe vero eſſe, ſi debent omnes ſimul poſitæ, quæ apparent reddere, ſecundum vnamquamque errantium alteras ſphæras vna pauciores eſſe, quæ reuoluant, & ad idem poſitione ſemper primam eius aſtri ſphæram, quod inferius ordinatum eſt, conſtituant. hoc enim modo ſolum contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipſa quidem feruntur ſphæris, hæ quidem octo, hæ vero viginti quinque ſint, horum ſane illas ſolas non oportet reuolui, in quibus fertur, quod infime ordinatum eſt. quæ quidem duarum primarum ſphæras reuoluunt, ſex erunt. quæ vero poſteriorum quatuor ſexdecim. cunctarum vero numerus, tum earum quæ ferunt, tũ quæ reuoluunt eas, quinquagintaquinque. ꝙ ſi Lunæ & Soli non addat aliquis, quos diximus, motus, omnes ſphæræ erunt ſeptem & quadraginta. Pluralitas itaque ſphærarum tanta ſit. Sphærarum numerus.

Calippus autem in poſitione quidem ſphærarum eandem poſuit B cum Eudoxo. in multitudine autem in Ioue quidem & Saturno conuenit, in Sole autem & Luna videtur ponere duas ſphęras additas, ſi aliquis voluerit dare apparentia: aliarũ autem erraticarũ, aut vniuſcuiuſque vnam. neceſſe igitur, quoniam ſtella non mouetur per ſuũ corpus, ſed mouetur in ſphæra, ſi omnes congregentur ſecundum ꝙ dant apparentia in vnaquaque erraticarum, vt ſint aliæ ſphęræ pauciores eis, quæ reuoluuntur gyratiue, & reuertunt primam ſphęram ad ſuum ſitum ſuper eundem, quæ eſt ſtellę ordinatę ſub ea. hęc enim tantummodo poſſunt eſſe motus omnium erraticarum. Sphęræ igitur, in quibus mouentur, quędam ſunt octo, & quędam viginti quinque, & ex iſtis non oportet moueri in eis motu gyratiuo, quæ mouentur in eis faciliores earum. Quę igitur mouentur motu gyratiuo duarum primarum ſunt ſex, & quatuor poſtremarum erunt. xvi. Numerus igitur omnium, quę mouentur, & quę mouent iſtas C motu gyratiuo, ſunt quinquagintaquinq;. Si autem nullus addat, quę diximus Lunę, & Soli, omnes ſphęre erunt quadragintaſeptẽ. Multitudo autem motuum ſit tanta.

Dixit. Calippus autem ponebat orbes in ordine, quẽ ponebat Eudoxus. numerum vero orbium maiorem niſi in Ioue & Saturno, quoniam conueniebat Eudoxo. Deinde dixit. in Sole autem & Luna videtur ponere, &c. i. quoniam iſte homo addit ei, quod dixit Eudoxus de numero orbium vtriuſque, Solis, & Lunæ duos orbes, vt per hæc conueniat apparentibus de motibus eorum. Et reputo ꝙ addit hoc, vt det ex eis cauſas velocitatis & tarditatis, cum ſit impoſſibile vt motus eiuſdem ſtellæ ſit velox & tardus inſimul, niſi compoſitus ex motibus. Deinde dixit. aliarum autem erraticarum vniuſcuiuſque vnam. i. addit in numero orbium ſtellarum erraticarum in qualibet ſtella vnum orbem. Ponebat igitur quinque orbes vniuſcuiuſque erraticarum. Deinde dixit. neceſſe eſt igitur, quoniam ſtella non mouetur per ſuum corpus, & ponebat iſtum orbẽ additum, quia opinabatur quod impoſſibile eſt vt ſtella moueatur motibus diuerſis, ſecundum quod mouetur per ſe, ſecundum quod eſt pars orbis. Deinde dixit. ſi omnes congregentur, & cætera. ideſt, & omnes conueniunt in hoc, quod omnis ſtella habet de ſphæris minus quam ſphæræ primæ vna. Omnis enim ſphæra ex hoc circulo reuoluit vnamquanque primarum ſphærarum ad con- 47

trariam partem, ad quam mouentur primæ sphæræ, ita ꝙ ex hoc fit vt stella videatur retrogada ad suũ primum locum zodiaci, deinde progressa. & quasi intendit ꝙ ex motibus istorum orbium contrarijs fit vt stella videatur retrogada & progressa. Et secundum ꝙ Alexan. dixit, ponebant omni orbi orbium stellarum præter orbem signorum, orbem, qui mouet illum orbem super vnum polũ ad partem contrariam, ad quam mouetur primus orbis. & ponebant istos orbes mouentes ad contrarium. Quintum quidem sub quarto, & super eundem polũ reuolui. Sextum autem ponebat sub tertio, & super eundem polum cum eo. Septimum vero sub secundo, & super eundem polum cum eo. & dicebant ꝙ hoc modo motuum compositorum possunt conuenire apparentibus. Et ista Astrologia non est manifesta nobis ex hoc sermone secundum motus istarum stellarũ, quæ ponuntur in hoc tempore. & similiter etiam hoc non est manifestum quomodo fiunt motus gyratiui ex istis motibus contrarijs, nisi ponantur super polos diuersos. Motus enim contrarij, qui sunt super eosdem polos, sunt destruentes se adinuicem, scilicet ꝙ impossibile est quod duo motus contrarij sint super eũdem polum. super autem polos diuersos possibile est, & similiter super centra diuersa. Nisi aliquis dicat quod orbis, in quo est stella, cum posuerimus ipsum inter duos orbes, qui mouentur ad contrarium, scilicet adinuicẽ, accidit ex hoc, vt orbis, in quo est stella, moueatur motu gyratiuo. sed talis motus est violentus, qui non accidit corporibus cœlestibus: ideo melius est reputare ꝙ motus isti gyratiui fiant ex motibus contrarijs, & super polos diuersos. secundum hoc enim accidit vt stella videatur aliquando velox, & aliquando tarda, & aliquando retrograda, & aliquando progressa, vt diuersetur sua latitudo a zodiaco. Ponatur igitur hoc fundamentum. est enim fundamentum, ex cuius positione non accidit impossibile, & potest conuenire omnibus apparentibus. & iste motus gyratiuus inuenitur in cœlo secundum conuenientiam inter motum diurnum, & motum stellarum in suis orbibus decliuibus, scilicet quod omnes Astrologi conueniunt in hoc, quod poli orbium decliuium reuoluuntur in motu diurno in circuitu polorum totius. & iste motus, vt Mathematici Hispaniæ dicunt, existit in orbe stellato, & vocant ipsum motũ processus, & reuersionis. Deinde dicit. Sphæræ igitur, in quibus mouentur, quędã sunt octo, & quædam vigintiquinque. & intendit per vigintiquinque, sphæras, per quas mouentur stellæ erraticæ motu proprio. Iste enim homo ponebat vnicuiq; stellarum erraticarum quinque orbes: & stellæ erraticæ sunt quinque: erunt igitur orbes vigintiquinque. & intendit per octo orbes quatuor, quos addidit in Sole & Luna. & sunt illæ, quę mouent orbes eorum primos gyratiue, scilicet orbes, quos ponebant Soli, & Lunæ, & quatuor, qui reuoluunt orbem Saturni gyratiue. Deinde dicit. & ex istis non oportet moueri in eis motu gyratiuo, quæ mouentur in eis faciliores earum. idest, & ex istis orbibus, qui est facilis motus, & est vltimus motus orbis, in quo sunt stellę, non habet orbem, in quo reuoluatur gyratiue: & ideo reuoluentes diminuuntur a cæteris in vno tantum. Et dixit hoc, vt reputo, quia Sol & Luna non habent, vt apparet, retrogradationem & progressionem, sed tantum velocitatem & tarditatem. Deinde dicit. Quæ igitur mouentur motu gyratiuo, &c. intendit per sex primos orbes, qui sunt Solis, & Lunæ, scilicet deferentes non reuoluentes. & intendit per sexdecim reuoluẽtes, quatuor stellas erraticas. Erit igitur, sicut dicit numerus orbium quinquagintaquinque. & eorum triginta & vnus sunt deferentes, & vigintiquatuor reuoluẽtes. Deinde dicit. si autem nullus aliquis addat, & cęt. idest, si autem diminuantur quatuor reuoluentes Solis, & Lunæ secundum Eudoxum, & quatuor deferentes erraticarum, secundum Eudoxum erit numerus orbium quadragintaseptem. Et secundum ꝙ apparet ex suo sermone debet esse numerus orbium secũdum Eudoxum quadragintasex. addebat enim in reuoluentibus quatuor, quos ponebat Soli, & Lunę: & addebat in deferentibus erraticarum quinque.

Motus cõtrarij, q sunt super eosdẽ polos, sunt destruentes se adinuicẽ. Vide. 1. cœli cõ. 32.

Motus gyratiuus est violentus. Vide 7. Ph. t. c. 10.

Oẽs Astrologi conueniũt in hoc, ꝙ poli orbiũ decliuiũ reuoluũtur in motu diurno in circuitu polorũ totius.

D

E

F

Quare substantias quoque & principia, tum immobilia, tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse. quod enim necessarium

A est, relinquatur potentioribus dicendum. Quod si nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ, omnem item naturam, omnemque substantiam impassibilem & per se arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profecto præter has alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse. si etenim aliæ sunt, vtique mouebũt, cum lationis finis sint. Sed esse alias lationes præter dictas impossibile est. hoc autẽ ex his, quæ feruntur, rationabile est accipere. si enim omne, quod fert, eius gratia, quod fertur, suapte natura est: omnisque latio alicuius, quod fertur est: nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum stellarum causa. Si nanque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quæ in cœlo feruntur.

Inde sumitur ꝙ nulla est intelligentia, quę non moueat aliquē orbem.

Omnis lationis finis.

B Necesse est igitur reputare ꝙ principia immobilia & sensibilia sunt huius numeri. quod autem est necessarium dimittendum est fortioribus. Si autem non existimatur ꝙ motus omnino non est conueniẽs motui stellæ, & ratio etiam dat ꝙ existimandum est ꝙ omnis natura & omnis substantia, in qua passio non existit & est per se, inuenit dispositionem meliorem, non igitur erit alia natura omnino nisi ista, immo necesse est quòd numerus substantiarum sit iste. quoniam, si essent alia, mouebunt igitur quia sunt perfectio motus. Sed impossibile est vt sint alii motus a prædictis. & necesse est vt hoc sit a motis. quoniam, si omnis motus est propter rem motam, & omnis motus est per aliquem motorem: nullus motus est omnino propter se, neque propter alium motum, sed propter stellas. Quoniam, si motus erit propter motum, necesse erit vt ille sit propter alium. sed impossibile est vt illud, quod est in perfectione, sit infinitum, & omnis motus corporis diuini est corporum, quæ mouentur in cœlo.

C

Cum posuit ꝙ numerus motuũ aut sunt quinquagintaquinque aut quadraginta & septem, & iam declarauit ꝙ numerus substantiarum mouentium oportet esse secundum numerum corporum cœlestium motorum, dixit ꝙ oportet existimare quod numerus substantiarum mouentium non naturalium, & numerus substantiarum sensibilium motarum est iste numerus, & quod hoc sufficit nobis in hoc tempore. quod autem est verum & necessarium, dimittendum est habentibus sollicitudinem in illa arte. Et sciendum est quod numerus motuum, in quo conueniunt Moderni, est Solis quidem duo, & Lunę quinque, Mercurij autem septem, vniuscuiusque autem cæterarum erraticarum octo. orbis autem stellati duo, motus diurnus, & motus processus & reuersionis, quem Ptolemæus existimauit motum esse perfectum istius orbis ex oriente in occidentem, & sicut est dispositio de erraticis. omnes igitur erunt quinquaginta & vnus motus, scilicet augis Solis dubitabilis. isti enim sunt huiusmodi numeri, ita quod ponantur simplices, & quod situs eorum sint illi, quos posuit Ptolo. Si autem motus eorum fuerint cõpositi ex pluribus vno motu, vt in Astrologia antiqua, fere duplicabatur iste numerus. Deinde dicit. Si autem non existimatur ꝙ motus omnino, &cæ. idest, si autem posuerimus quod impossibile est vt sit corpus cœleste, quod non habet iuuamẽtũ in motione stellæ alicuius, & posuerimus 48

Documẽtũ.

ꝙ principia mouentia impoſsibile eſt vt ſint niſi in diſpoſitione meliori, quod non accidit eis paſsio materiæ, cum ſint entia per ſe non in materia, & eſſe eorum in diſpoſitione meliori eſt vt ſint mouentia, neceſſe eſt vt via numerandi iſta principia ſit via iſta, ſcilicet ex numeratione motuum ſtellarum. cum enim poſuerimus quod nulla ſubſtantia abſtracta eſt, quæ non moueat, quia tunc inueniretur in diſpoſitione diminuta: &, cum poſuerimus ꝙ omnis orbis eſt propter ſtellam, & ſi non, eſſet ocioſum, manifeſtum eſt quod via numerādi iſtas ſubſtantias abſtractas eſt via numerandi motum ſtellarum. Deinde cōfirmauit hoc, & dicit. quoniam ſi eſſent alia, &cæt. ideſt, quoniam neceſſe ſi aliæ ſubſtantiæ ſint ab iſtis ſubſtantijs, vt ſint corpora mouentia cœleſtia alia ab iſtis corporibus: quoniam vnaquæque illarum ſubſtantiarum eſt perfectio et finis motus. Deinde dicit. Sed impoſsibile eſt vt ſint alij motus a prædictis, ideſt, ſed impoſsibile eſt vt alij motus ſint ab eis, qui comprehenſi ſunt, aut poſſunt comprehendi. impoſsibile eſt igitur vt ſint ſubſtantiæ mouentes, niſi illæ, quæ ſunt ſecundum numerum motuum. Deinde dicit. & neceſſe eſt vt hoc ſit a motis ideſt, neceſſe eſt vt non ſint alij motus a prædictis, quia non ſunt alia mota a prædictis. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit. quoniam, ſi omnis motus eſt propter rem motam, &cæt. ideſt, & neceſſe eſt vt numerus motuum ſit ſecundum numerum rerum mouentium & motarum. quoniam, ſi omnis motus eſt propter eſſe in aliquo moto, & propter aliquem motorem: & nullus motus eſt propter ſe, neque propter alium motum, ſed omnis motus eſt propter ſtellas: neceſſe eſt vt idem ſit numerus motuum, & mototum, & mouentium. & dixit hoc, quia forte aliquis poteſt dicere, forte ſunt alij motus præter iſtos dictos. D. incœpit declarare hoc, & dixit. Quoniam ſi motus erit propter aliud, &cæt. i. quoniam, ſi motus fuerit propter alium motum, continget vt ille etiam ſit propter alium, & ſic in infinitum. ſed impoſsibile eſt vt habens finem & complementum ſit infinitum: infinitum enim non habet finem: neceſſe eſt igitur vt omnis motus ſit propter corpus diuinum corporum, quæ mouentur in cœlo, ſ. ſtellarum. & hic completur ſermo Alexan. expoſitiuus.

Nulla ſubſtā tia abſtracta eſt, quę non moueat, qa tūc inueniretur ī diſpoſitione diminuta.

Impoſsibile eſt vt habēs finē & complementū ſit infinitum.

Quæcunque multa numero, materiā habent.

Quòd autem cœlum ſit vnum, manifeſtum eſt. ſi enim plures ſint cœli, vt homines, principium vniuſcuiuſque erit ſpecie vnum, numero multa. at quæcunque multa numero, materiam habent. Vna etenim & eadem multorum ratio eſt, veluti hominis. Socrates vero vnus. ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, cum actus ſit. vnum ergo, tum ratione, tum numero primum mouēs immobile ens eſt. & id igitur, quod ſemper continuoque mouetur. vnū ergo tantum cœlum eſt. F

Quoniam autem cœlum eſt vnum, manifeſtum eſt. quòd, ſi plures cœli fuerint, erunt ſicut homines. ſi autem principium hominis vnius eſt vnum, & fuerit vnum in numero, & plura, & aliud numero multum, habet materiam. Vnus enim ſermo, qui eſt idem, eſt etiam plures, vt ſermo hominis. Socratis autem vnus. quod autem eſt per primam eſſentiam non habet materiam, quia eſt perfectio. primus igitur motor, qui non mouetur, eſt vnus ratione, & numero. oportet igitur vt motum ſemper continuo motu ſit vnum tantum. ergo cœlum eſt vnum tantum.

49 Quoniam autem vnum eſt cœlum, manifeſtum eſt. & innuit ꝙ mundus eſt vnus, non plures. quoniā, ſicut d. ſi cœli eſſent plures, eſſent ſicut indiuidua hominum, ſ. vnū definitione, & plures numero: ſicut homo, qui eſt vnus definitione, & plures ſecūdū numerū. Et hoc intendebat cum d. ſi autem principium hominis vnius, &c. i. ſi aūt plures cœli eſſent, cōtingeret vt principiū cuiuslibet cœli

esset vnum numero. erit igitur principium cœlorum vnum in ſpecie, plura in numero. Et hoc magis manifeſtum eſt in alia translatione, & eſt.d. enim. & erit principium, quod eſt vnum in ſpecie, & plura in numero. Et poteſt pōt intelligi ſic. & erit principium, quod poſuimus, vnum in ſpecie, & plura in numero. D.d. vnū in numero, & plura, habet materiam. i. & oē, quod eſt vnū, et plura in numero, i. vnū in ſpecie, & plura in numero, habet materiam. ſed iam declaratū eſt ꝙ principium cœli non habet materiā. D.d. Vnus. n. ſermo, &c. i. ea autē, quę ſunt vnū in ratione, i. definitione, ſunt plura in numero. vt homo, qui eſt vnus in numero, & plura in potentia, vt Socrates & Plato. D.d. quod autem eſt per primā eſſentiam, non habet materiam, quia eſt perfectio. i. & hoc fuit ita, ꝙ prima eſſentia, quæ ſignificat eſſe rei, oportet vt non habeat materiam. qm̄, ſi haberet materiā, haberet aliam eſſentiam, & ſic in infinitum. & ideo neceſſe eſt vt prima forma, quæ perfectio eſt, & finis, non habeat materiam. erit ergo ſimplex. & oē ſimplex eſt non in materia. D.d. primus igitur motor, qui non mouetur, eſt vnus definitione & numero. D.d. oportet igitur vt motū ſemper motu continuo ſit vnum tantū. ergo cœlum eſt vnū tantum. i. & ſi motor eſt vnus numero, ergo ipſum primū motum ab eo, ſi mouetur motu continuo, eſt vnum etiam numero. & ſi cœlum eſt tale, vt declaratum eſt, ergo cœlum eſt vnum numero. mouetur enim vno motu continuo ab vno motore numero, & definitione. Idē. 1. Met. com. 40.

Tradita autem ſunt quędam a maioribus noſtris, & admodū Antiquis, ac in fabulę figura poſterioribus relicta, quòd hi Dii ſunt, vniuerſamq; naturam diuinum continet. Cętera vero fabuloſe ad multitudinis perſuaſionem, & ad legum, ac eius quod cōferat opportunitatem, iam allata ſunt. hominiformes nanq;, ac aliorum animalium nonnullis ſimile eos dicunt, ac alia conſequentia, & ſimilia his, quę dicta ſunt. quorum ſiquis ipſum ſolum primum ſeparando accipiat, ꝙ Deos arbitrabantur primas ſubſtantias eſſe, diuine profecto dictum putabit: & (vt veriſimile eſt) ſępius quaque arte & Philoſophia, quo ad poſsibile fuit, inuenta, corruptaq; rurſus, has illorū opiniones, quaſi quaſdam reliquias, nunc vſq; ſaluatas eſſe.

Et accepta ſunt ab Antiquiſsimis valde aliqua, quę ſunt in poſterioribus, ſicut fabuloſe, quòd iſta ſunt Dii, & quòd Deus continet omnia naturalia. Alia autem ſunt ſimilia fabulis propter vſum legū, & illud, quod eſt bonum hominibus. & ideo dicunt ꝙ iſta ſunt ſimilia quibuſdam aliis animalibus, & alia ſimilia iſtis, non conuenientia dictis. ſi igitur aliquis diſtinxerit ex iſtis, & acceperit primum tantū, opinabantur quòd primę ſobſtantię ſunt Dii: & ſecundum ꝙ oportet, cum iam dictum ſit multotiens in eo ꝙ poſsibile eſt cuilibet artificio & Philoſophię, & etiam corrumpuntur, & iſtę ſententię eorum remauent vſq; modo, quaſi reliquiæ.

Cum Ariſt. fuerit primus, qui ſciuit in ſuo tempore hoc principium, vult dare teſtimonium de ſermonibus Antiquis acceptis a Chaldeis, in quibus fuit ſcientia perfecta ſecundum illud, quod remanet de ſermonibus eorum & eſt quaſi apologus. Et d. & accepta ſunt ab Antiquiſsimis valde. i. & accepta ſunt ab antiquiſſimis, quæ ſunt hodie quaſi apologus. i. ꝙ corpora cœleſtia ſunt Dij: & ꝙ Dij continent omnia naturalia. D.d. Alia autem ſunt, &c. i. Alij autem ſermones, et apologi in corporibus pręter illos, qui accepti ſunt a Chaldeis, verę ſunt fabulę ſine aliqua veritate: & non fuerunt ſcriptę, niſi ad corrigendum mores hominū ad illud, quod eſt bonum eis. Deinde dicit & ideo dicunt ꝙ iſta ſunt ſimilia quibuſdam alijs animalibus ideſt & iſti apologi ſunt hoc, quod dicunt, quod hæc 50

Astrologi dicūt ꝙ formę quę sunt hic obediūt formis cœlestibus.

corpora sunt similia modis animalium. Et innuit per hoc formas cœlestes, quas dicunt similes esse formis, quę sunt hic. & ꝙ formę, quę sunt hic, sunt obediētes illis, sicut dicunt Astrologi. D.d.& alia similia istis, &c.i.& alij apologi nō cōuenientes ei, quod declaratum est de his principijs, neque secundum remotā expositionem. D.d.si igitur aliquis distinxerit, &c.i.& si aliquis homo exposuerit sermonem eorum, ꝙ intendebat per Deos primas substantias, quę sunt principia corporum cœlestium, tunc expositio erit vera, & tunc apologus erit conueniens veritati. Et signum eius, ꝙ Antiqui intendebant per deos illas substantias, est quia iam Philosophia inuenta fuit, & corrupta infinities, sicut alia artificialia. & hoc intendebat, cum d. cum iam dictum est multotiens, &c.i.& cum iam hoc dictum fuit, & scitum multotiens, cum hoc possibile est in omni artificio, & in Philosophia.[a] Omne enim generabile est corruptibile, & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities. D.d. & ꝙ istæ sententiæ eorum remanserunt quasi reliquię vsq; modo. et ideo opinandum est ꝙ isti apologi sunt reliquię opinionum eorum, quę corruptę sunt, & destructę.

Philosophia inuēta fuit et corrupta īfinities. Idē.1. Meteororū. & 3. de aīa. com. 5.

a Oē generabile ē corruptibile, & oē generabile & corruptibile reciprocatur infinities.

Caput Quartum. Examinantur nonnullæ dubitationes circa primi intellectus intellectionem.

PAterna itaq;, ac priorum opinio in tantum nobis manifesta sit. Ea vero, quæ circa mentem sunt, quasdam dubitationes habent. Videtur enim eorum, quæ apparent, quid diuinissimum esse. quo vero modo se habens, talis erit, difficultates quasdam habet. Siue enim nihil intelligat, sed ita se habeat, vt dormiens, quidnam præcellens erit? siue intelligat, huius vero aliud sit principale) nō enim id, quod est eius substantia, intellectio erit, sed potentia) profecto non erit optima substātia. siquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas inest. Præterea, siue mens, siue intellectio eius substantia sit quid intelligit? aut enim ipsa seipsam, aut aliquid aliud. quod si aliud, aut idem semper, aut aliud. Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcūque? An vero de quibusdam ipsam etiam & cogitare absurdum est. Manifestum itaq; est, quòd illud intelligit, quod diuinissimum, honorabilissimumq; est. Neque mutatur. in deterius nanque mutatio fieret, ac motus, quod huiusmodi iam esset. Primo igitur, si non est intellectio, sed potentia, rationabile est laboriosam ei continuationem intelligendi esse. Deinde dilucidum, quòd aliquid aliud honorabilius esset quam mens, id scilicet, quod intelligitur. Et intelligere profecto, ac intellectio, & quod pessimum intelligenti inerit. Quare fugiendum hoc est. etenim quædam melius est nō videre quā videre. alioqui nō fuerit quod optimum intellectio. Seipsam ergo intelligit, si est quidem, quod optimum est, & est intellectio intellectionis intellectio. At videtur semper alterius esse, tum sciētia, tum sensus, & opinio, ac cogitatio: sui vero ipsius præter * necessitatem. Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi sit, secundum quod horum inest ei bene esse? quandoquidem non est idem intellectioni esse & intellecto. An in quibusdam scientia est ipsa res. in effectiuis quidem absque

Non videre quædam dignius est ꝙ videre.

* accessorie.

materia substantia, & ipsum quid erat esse: in speculatiuis vero, ratio, res, & intellectio. Cum igitur non sit diuersum id quod intelligitur & intellectus, quæcunque non habent materiam, idem erunt, ac intellectio vna eius, quod intelligitur. Item restat dubitatio, vtrum compositum sit, quod intelligitur. mutaretur etenim in partibus totius. An omne non habens materiam indiuisibile est, quemadmodũ humanus intellectus, aut qui compositorum in aliquo tempore se habet. nam non bene esse habet in hoc aut in hoc, verum in toto quoddam, quod optimum est, aliud ab eo existens. sic autem ipsa sui ipsius intellectio per totum æternum se habet.

Oẽ non habẽs materiã indiuisibile est.

Sententia aũt patrum præcedens omnia est hæc, & quãtum declaratum est nobis ex illa, & est de intellectu tantũ. Et in eo sunt plures dubitationes. Videtur. n. esse ex apparentibus quòd est valde diuinum. quo autem est tale, est valde difficile. Quoniã si nihil intelligit, quid est illud nobile quod est ei? non enim est ei, nisi sicut dormienti. &, si intelligit, habet alium dominũ, quoniã substantia eius non est hoc intelligere, sed potentia in eo. ergo nõ erit substantia nobilissima oĩum entiũ, quia nobilitas nõ inest ei, nisi quia intelligit. Et etiã, si substãtia eius est intellecta, est igitur aut sui ipsius, aut alterius & si alterius, quid est illud, quod semper est vnũ, & non aliud? Et vtrũ non est differentia oĩno intelligere bonũ, aut quodcunq; ? Aut impossibile est vt intelligat in diuersis. Manifestum est enim quòd ipse intelligit intellectum valde diuinum, & valde nobilem. Et nõ transmutatur, transmutatio. n. est ad malum. & quod est tale, est aliquis motus. Et primo, si non intelligit, sed est potentia, necesse est vt consecutio intelligendi inducat ei lassitudinem. Et postea manifestum est quòd nobile valde erit aliud ab intellectu & intellecto. Intelligere. n. tunc erit eius, quòd habet intelligere vilius. Si igitur necesse est fugere hoc, non videre enim quædam est melius, & nobilius quã videre. nobilius igitur non intelligit. Ergo intelligit se, cum est fortius, & ipse intelligit intelligere. Sed semper videmus quòd alterius est scientia, & sensus, & existimatio: & intelligere sui ipsius, aut accidentaliter. Aut etiam, si intelligere & passio sint aliud & aliud, ex quo igitur erit bonitas? quoniã essentia intelligendi non est eadem. Et sicut in quibusdam rebus scientia est scitum, quoniam in rebus intellectis substãtia est sine materia, & quod est per essentiam. in rebus aũt essentialibus res est ratio, & intellectus intellectum enim non est aliud ab intellectu. Omne igitur, quod non habet materiam, est idem. intelligere enim & passio est etiã idem. Relinquitur autem dubitatio, si intellectum est compositum. quoniam hic tunc transmutaretur in partibus totius. Et non diuiditur omne, quod non habet materiã, vt intellectus humanus. & quod est compositum ex bonitate in hoc est secundum hunc modum: sed nobile in aliquo est omne, & est aliud. & secundum hanc dispositionem intelligere est per se in toto seculo.

51 Nobiliſſima oĩum qõnũ quæ ſunt de Deo, eſt ſcire quid intelligit.

Quia iſta quæſtio eſt nobiliſsima omnium, quæ ſunt de Deo, ſcilicet ſcire quid intelligit, & eſt deſyderata ab omnibut naturaliter: &, quia Chaldei valde ſunt perſcrutati de ea, vocauit eam ſententiam patrum. & dedit primo dubitationem in hoc quid intelligit Deus, & dicit. Videtur enim ex apparentibus, ꝙ eſt valde diuinum idest videtur enim ꝙ manifeſtum eſt, & apparens nobis ꝙ neceſſe vt ſit nobiliſsimum omnium entium, ita ꝙ nihilius eo. Deinde dicit quomodo autem eſt tale, eſt valde difficile ideſt & quęſtio non eſt in hoc, quod Deus debet eſſe perfectiſsimum & nobiliſsimum omnium: ſed quęſtio eſt quomodo erit hoc, quod eſt in fine perfectionis in ſe, ſecundum ꝙ eſt talis diſpoſitionis. Deinde dicit. Quoniam, ſi nihil intelligit, &c. ideſt quoniam neceſſe eſt, ſi eſt intellectus, vt ſemper ſit ſecundum alterum iſtorum duorum: aut ſecũdum diſpoſitionem, in qua ſciens non vtitur ſcientia ſua, aut in qua vtitur. Si igitur fuerit in diſpoſitione, in qua ſciens non vtitur ſua ſcientia, tunc eſt quaſi dormiens, & non inuenitur in eo diſpoſitio nobilis: & hoc eſt inconueniens. & ſi igitur eſt ſecundum diſpoſitionem, in qua ſciẽs vtitur ſua ſcientia, quid igitur eſt illud, quod intelligit in illa hora? oportet quidẽ vt ſit valde nobile in fine, quapropter erit aliud ens nobilius iſto. Intellectum enim eſt perfectio intelligentis. & hoc intendebat, cum dicit. & ſi intelligit habet alium dominum. D.d. quoniam ſubſtantia eius non eſt hoc intelligere, ſed potentia in eo. i. et cauſa in hoc eſt, qa, ſi intelligit aliud, tunc ſubſtãtia eius nõ erit ac totius, ſed ſubſtãtia eius erit potẽtia, qua ſit iſta actio. quapropter perficitur neceſſario p hanc actionẽ, ſicut intellectus perficitur in nobis per illud, quod intelligit. D.d. ergo non erit ſubſtantia nobiliſsima omnium entium, quia nobilitas non eſt ei, niſi quia intelligit ideſt ergo ſubſtantia eius non erit ei nobiliſsima omnium entium, quia nobilitas non eſt ei, niſi quia perficitur per aliud, quod aliud neceſſe eſt vt ſit nobilius eo. quia intellectum eſt perfectio intellectus. Deinde dicit. Et etiam, ſi ſubſtantia eius eſt intellectus, & intelligere eſt ſui ipſius, aut alterius ideſt &, ſi ſubſtantia eius eſt in hoc, ꝙ intelligat, neceſſe eſt aut vt intelligat ſe, aut vt intelligat aliud extra ſe. Deinde dicit & ſi alterius quid igitur eſt quod ſemper eſt vnum, & nõ aliud i. & ſi ſuum eſſe ſemper eſt in hoc, ꝙ intelligat aliud, quid eſt igitur illud, quod ſemper eſt vnum per ſe ſine alio? hoc enim non eſt, quia eſt per eſſe alterius econtrario illi, quod poſitum eſt de primo principio, ſcilicet ꝙ primum principiũ eſt illud, quod ſemper eſt ſine hoc, quod indiget altero. Deinde dicit. Et vtrum non eſt differentia, &c. ideſt & contingit vt nulla differentia ſit in ponendo primum principium intelligere, & in ponendo intelligere quodcunq; ſit, ſiue bonum, ſiue malum. Deinde dicit. Aut impoſsibile eſt vt intelligat in diuerſis, &c. i. aut dicamus ꝙ impoſsibile eſt vt intellectus eius perficiatur per aliud, quodcunque ſit. Illud enim, quod intelligit quodcunque, intellectus eius conſequitur illud, quod intelligit. i. quoniam ſemper eſt ſub eo in ordine. ſed manifeſtum eſt & notum nobis ꝙ intellectus diuinus neceſſe eſt vt ſit valde nobile, & valde perfectum. Et etiam quod intelligit aliud, tranſmutatur in ſua ſubſtãtia in aliud. & omne, quod tranſmutatur in aliud, poſsibile eſt vt tranſmutetur in aliud, quando tranſmutatur in vilius eo. i. ꝙ, cum primum intelligat quodlibet, neceſſe eſt vt tranſmutetur in vilius. Deinde dicit, & quod eſt tale, eſt aliquis motus. i. & cuius intellectus eſt talis, vel talis intellectus, ſcilicet exiens de poten ia in actũ, ſicut eſt demonſtratio intellectuum. intellectus eius eſt motus: et omnis motus eſt a motore: quapropter primum patitur, & mouetur ab alio. Deinde dicit. Et primo ſi non intelligit, &cę. i. & ſi tranſmutetur in ſuo intellectu ex aliquo in aliquid, i. quia non intelligit aliquid, & poſt aliud, ſicut intelligit intellectus in nobis non ſubito, neceſſe eſt vt ſucceſsio intellectorum faciat ei laſsitudinem, quando vult intelligere eas, & numerare eas inſimul. Et hoc non contingit, niſi cum poſuerimus ipſum intelligere omnia ſucceſsiue. cum autem poſuerimus ipſum intelligere ſubito, non contingit hoc: ſed contingit vt in eo ſit multitudo, & ꝙ perficiatur per vilius. D.d. Et poſtea manifeſtum eſt ꝙ nobile valde erit aliud, &c. i. manifeſtum eſt ꝙ principium nobiliſsimum non acquirit nobilitatem, niſi per ſuam actionem: quemadmodum intellectus in eis, qui intelligunt, ſcilicet quoniã

Intellectũ ẽ perfectio intelligentis.

non acquirunt nobilitatem, nisi per actionem intellectus. Si igitur primum intelligit vilia, cõtingit vt sua nobilitas sit intelligendo vilia: quapropter et sua actio erit vilissima actio actionum. Deinde dicit. Si igitur necesse est fugere hoc, &c. i. si igitur oportet nobile fugere actionem vilem, necesse est enim apud nos non videre quędam esse melius quam videre, & non est necesse quamuis videre nobilius est quam non videre, vt sit simplex. sed in rebus nobilioribus dixit hoc, scilicet ne aliquis dicat ꝙ continget ex hoc vt primum ignoret plura. & quasi dicat respondendo ꝙ ignorare vilia est melius quam scire. Deinde dicit nobilius igitur non intelligit, scilicet viliorem. vel sic, nobiliorem non intelligit. D. d. Ergo intelligit se, i. & cum impossibile est ipsum intelligere vilius aut nobilius, cum non est nobilius ꝙ intelligat, ergo intelligit se. Deinde dicit cum est fortius, &c. idest. cum sit nobilioris intellectus omnibus rebus. & dicit hoc, quia intellectus in nobis non intelligit se, nisi * accidentaliter. Deinde dicit & ipse intelligit intelligere. i. & intelligit suam actionem, quæ est intelligere. sua enim substantia est sua actio. D. d. Sed semper videmus ꝙ alterius est scientia, & sensus, &c. i. sed videmus cognoscere, & sentire, & existimare. & intelligere esse aliud ab eo, cuius sunt. i. ab intellecto, cognito, & sensato, & existimato in nobis. hę enim actiones ex istis virtutibus sunt aliorum, non sui ipsorum, nisi per accidens, scilicet quia sensus, & existimatio, & intellectus sunt intellecti, & sensati, & existimati non per se, sed per accidens. i. ꝙ intellectus in nobis non intelligit se nisi per accidens, scilicet quia accidit intellecto ꝙ sit forma intellectus, et similiter accidit existimato ꝙ sit existimatio, & sensato similiter ꝙ fuit sensus sentire. & hoc fuit, quia intellectus non est in nobis intellectum omnibus modis. & magis remotum hoc est, ꝙ sensus sit sensatum. D. d. Aut etiam, si intelligere, & passio sint aliud, et aliud. i. ꝙ si iste intellectus intelligit aliud, tunc erit patiẽs & faciens, & passio. ex quo igitur erit nobilitas in patiente, vtrum ex passione, aut essentia patiente, aut ex eo, a quo fit passio? ista enim tria sunt consimilia, & dissimilia in omni, quod intelligit aliud. & ideo sicut essentia intellectus non est eadem cum intelligere, quod est actio intellectus in nobis, & intellecto in nobis intelligere non est idem omnibus modis. Et causa in hoc est, quia intellectum in nobis est illud ab intelligente. in eis autem, quæ sunt non in materia, contingit vt intellectum, & intellectus, & actio intellectus sint idem. Et hoc intendebat cum dicit. Et sicut in quibusdam rebus scientia, &c. idest, & sicut videmus ꝙ vere possumus dicere ꝙ scientia est res scita, & res scita est scientia, que est in materia, sicut de artificio & artificiali: dicimus enim ꝙ forma artificialis, quę est in materia, & quę est in anima artificis est eadem: quanto magis debet esse in rebus intelligentibus, quibus materia non admiscetur, & non sunt nisi forma & essentia signans esse rei. D. d. in rebus autem essentialibus, &c. idest in rebus autem speculatiuis definitum est definitio, & intellectum intellectus. D. d. intellectum enim non est aliud ab intellectu. i. intellectum igitur in rebus abstractis a materia dignius est vt non sit aliud ab intellectu. D. d. Omne igitur, quod non habet materiam, &c. i. declaratum est igitur ꝙ omne carens materia, & intellectum, & intellectus in eo idem est. patiens enim & passio idem est. Et, cum declarauit ꝙ nihil intelligit extra se, incœpit quærere vtrum illud, quod intelligit ex se, est vnum simplex aut multa composita, & dicit. Relinquitur autem dubitatio, si intellectum est compositum. quoniam hic tunc transmutaretur in partibus totius. i. remanet igitur dubitatio in intellecto ab eo, vtrum sit simplex aut compositum ex multis intellectis. sed, si fuerit compositum ex multis intellectis, necesse est ipsum esse diuersarum partium non consimilium. quia tale multa intelligit: & quod intelligit multa, intelligit aliqua extra se, quę aliqua sunt causę ipsius. D. d. Et non diuiditur omne, quod non habet materiam, vt intellectus humanus. Potest intelligi ꝙ omne intellectum intellectus, cuius intellectus non habet materiam, & est illud, quod idem est in eo intellectus & intellectum, impossibile est vt diuidatur: sicut est possibile vt diuidatur in intellectu humano, si causa diuisionis in intellectu humano est, quia intellectum aliquo modo est aliud ab intellectu. quoniam si intellectus & intellectum in eo essent vnum omnibus mo-

Ignorare vilia ẽ melius ꝗ scire.

Intellectus in nobis nõ intelligit se nisi accidentaliter. Vid. 3. de Anima tex. cõ. 8.

* a. l. actualr

In abstractis a materia idẽ est intellectũ intellectus & intellectio.

Cā multitudinis ī intellectis ē alietas inter ītellectū et rem intellectā in nobis.

Res cōpositæ nō addūt in nobilitate sibi adinuicē nisi ī paucitate cōpositionis et propinquitate eorū ꝙ simplici in illo genere.

dis, non contingeret ei vt in intellectu eius essent plura. causa enim multitudinis est alietas inter intellectum, & rem intellectam in nobis. Et potest intelligi ꝙ signum eius est, ꝙ omne carens materia non diuiditur in eo intellectus ab intellecto, est intellectus humanus. Videmus enim ipsum liberatum a materia in se. & quanuis non sit liberatus simpliciter intellectus et intellectum in eo idem est. Et cum ita sit illud, quod est liberatum a materia simpliciter, intellectum & intellectus in eo idem est simpliciter. Deinde dicit & quod est compositum de bonitate in hoc est secundum hunc modum idest & res compositæ non addunt sibi in nobilitate adinuicem nisi in paucitate compositionis, & propinquitate eorum primo simplici in illo genere: & cum fuerit aliquod genus intelligentiarum, quę diuersantur adinuicem in compositione, scilicet in alietate intellecti in eis ab intellectu, nobilius eorum est illud, quod est minoris compositionis in illo genere, immo illud est simplex in illo genere. Deinde dicit sed nobile in aliquo est omne, & est aliud idest immo necesse est vt nobile in omni genere sit omne, & simplex indiuisibile, et singulare, & per se extra compositum, scilicet ꝙ substantia eius non est in compositione. verbi gratia ꝙ calida non semper abundant adinuicem, nisi in paucitate & multitudine caloris. & ideo calidum simpliciter est, in quo non est compositio ignis, cum nō admisceatur ei aliud corpus, propter quod fiat modici caloris. et similiter primus intellectus necesse est ut sit simplex, & vnum simpliciter. Deinde dicit & secundum hanc dispositionem intelligere est per se in toto seculo idest & quia nihil intelligit extra se, cum simplex, tunc, cum intelligit se, non acciddit ei transmutatio neq; lassitudo in omni seculo, sicut accidit intellectui in nobis. Et sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis.

Digressio, q̄ ostendit qūo intellectus primus ē simplicissimus, et tm̄ vnum intelligit.

Sed primus est simplicior eorum: & ideo est vnus simpliciter sine aliqua multiplicitate, neque propter alietatem intellectus & intellecti, neque propter multitudinem intellectorum. Multitudo enim intellectorum in eodem intellectu, sicut est in intellectu in nobis, consequitur alietatem, quæ inuenitur in eo, scilicet alietatem intellectus & intellecti in nobis. quoniam, cum intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione, contingit vt intellecta multa plura, quæ sunt intellectus illius, adunentur & fiant vnum & simplex omnibus modis. quoniam, si remanerent illa intellecta, quæ sunt in vno intellectu, plura, & non adunarentur cum essentia intellectus, tunc essentia eius aliud erit ab eis.

Sententia Themistij.

Et cum hoc ignorauit Themistius d. ꝙ possibile est ꝙ intellectus intelligat multa intellecta subito. hoc enim contradicit sermoni nostro, cum diximus ꝙ intelligit se, & nihil aliud extrinsecus. & ꝙ intellectus & intellectum in eo sunt idem omnibus modis. dicit enim ꝙ intelligit omnia, ex quo intelligit se esse principiū eorum.

Impugnatio

Et omnia ista sunt eius, qui non intelligit demonstrationes Aristo. sed tamen huic contingit inconueniens in hoc loco, & est vt sit ignorans ea, quæ sunt hic.

Quomō ītellectus diuinus oīa scit scd̄m Auer.

Hoc nomen scīa equiuoce dr̄ de scīa Dei, & de scīa nostra.

Scīa Dei nō est vl'is, neq; particularis.

Idē lib. destructio destruc. disp. 13. ī solutione primi dubij.

& ideo dixerunt quidam ꝙ ipse scit omnia, quæ sunt hic, scientia vniuersali, non scientia particulari. Et veritas est ꝙ primum scit omnia, secundum ꝙ scit se tantum scientia in esse, quod est causa eorum esse. verbi gratia qui scit calorem ignis tantum, non dicitur nescire naturam caloris existentis in reliquis calidis: sed iste est ille, qui scit naturam caloris, secundum ꝙ est calor. Et similiter primus scit naturam vnitatis in eo ꝙ est ens simpliciter, quod est ipsum. Et ideo hoc nomen scientia æquiuoce dicitur de scientia sua & nostra. sua enim scientia est causa entis: ens autem est causa nostræ scientię. Scientia igitur eius non dicitur esse vniuersalis, neq; particularis. ille enim, cuius scientia est vniuersalis, scit particularia, quę sunt in actu in potentia scita. eius igitur scientia necessario est scientia in potentia, cum vniuersale non est nisi scientia rerum particulariū. Et, cum vniuersale est scientia in potentia: & nulla potentia est in scientia eius: ergo scientia eius non est vniuersalis. Et magis manifestum est, quoniam scientia eius non est particularis. particularia enim sunt infinita, & non determinantur a scientia. Ille igitur primus non disponitur per scientiam, quę est in nobis, nec per ignorantiā, quę est ei opposita: sicut non disponitur per istas illud, quod non est innatum habere alterum. Declaratum est igitur aliquod ens esse sciens, de quo non erit fas dicere sibi.

Summa Tertia. Quo pacto uniuersi naturæ ipsum bonum, ipsumq́ optimum habeat, opinio propria, aliarumq́ impugnatio.

PErscrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura uniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: ut ũ separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine. An utroq; modo, quemadmodum exercitus. etenim bene esse eius, in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse. non enim ipse propter ordinem, uerum ordo propter ipsum est. Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, uerum non similiter & natantia, & uolatilia, & plantæ. nec ita se habent, ut sit ulum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam: ad unum nanque coordinata sunt omnia. Verum, quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt: mancipiis uero & bestiis parum, quod ad commune conferat, sed ut plurimum quodcunq; contingit (tale nanq; principium cuiusq; eorum natura est.)

Vide Auer. in Epi. Tracta. 4.

Ad unũ oĩa coordinata esse.

Et perscrutemur etiam quomodo in natura totius bonum & nobile, utrum sit aliquid distinctum per se, aut per ordinem, aut utroque modo, ut in exercitu. In ordina enim est bonum, & in duce exercitus, sed in duce magis. iste enim non est propter ordinem, sed ille propter istum. Ordinata enim sunt insimul omnia aliquo modo, sed non ordine consimili sunt natantia, & uolatilia, & plantæ. sed tamen non sunt in tali dispositione, in qua non comparantur adinuicem omnino, immo aliquid: omnia enim ordinata sunt in respectu alicuius. Sed sicut liberi domus raro non licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt, sed omnes actiones eorum, aut plures sunt ordinatæ: seruientes autem, & lupi in pauco communicant illis in actione, & pars maior actionum istorum est quocunque, quomodolibet, & qualibet. principium enim cuiuslibet eorum est tale natura.

ISta est tertia pars istius tractatus. & intendit in ea perscrutari, utrum entia sint per se entia adinuicem, & oĩa sint propter primum, sicut est de mẽbris hominis cũ primo principio, quo fit homo: aut nulla ligatio est inter ea, sed esse eorũ adinuicem est a casu, & omnia sunt propter aliquod extrinsecum ab eis. et, quia manifestum est per se ꝙ habent aliquod bonum & aliquẽ finem, propter quẽ fiunt, perscrutatus est utrũ bonum quod est in entibus, est extrinsecum, et distinctum ab eis: sed nullum bonum habent existens in ordine, i. quoniã non sunt ordinata propter se adinuicem. ordinata enim propter se adinuicem, illud bonũ, quod existit in eis, existit in ordine: aut bonum existens in eis non est nisi in ordine tantum. & nullum bonum habent distinctum a to. o, aut est in utroq;. Verbi gratia utrum bonum existens in quolibet modo modorum hominum existentiũ in una ciuitate, s. finis, quem intendunt per actiones eorum, est aliquod distinctũ & extrinsecum ab eis, uerbi gratia, primus princeps: aut bonum, quod est in eis nõ est, nisi propter prioritatem eorum adinuicem: aut in utroq;, s. propter primũ principem, & propter prioritatem eorum adinuicem. Et hoc intendebat, cum dicit, Et perscrutemur &c. idest, & perscrutandum est utrum bonũ, quod est in 52

istis entibus,s.illud, propter quod sunt, sit extrinsecum & distinctum ab eis: aut est in ordine eorum adinuicem, s.in esse quorundam propter quędam: aut est in vtroq;, sicut est in exercitu. Bonum.n.existit in exercitu propter ducē in exercitu, & propter ordinem eius. sed bonum, quod est in duce, maius est bono, quod est in ordine. Ordo.n.est propter ducem, sed dux non est propter ordinē, cū dux sit cā ordinis, sed non est ordo cā ducis. Et hoc intendebat cum dicit. In ordine enim est bonum, & in duce exercitus, sed in duce magis.i. bonum.n.existit in vtroq;, sed magis in duce. D.d.causam in hoc, & dicit.iste.n.non est propter ordinem, sed ille propter istum.i.dux non est propter ordinem, sed ordo propter ducem. & quia bonum existit in hoc toto vtroq; modo, s.propter ordinē, & propter illud, propter quod est ordo, s.primum principium. et omnia, quę sunt sub primo principio non æqualiter habent ordinem. hęc.n.quidem perfectum habent ordinem, ita ꝙ nihil admiscetur eis per accidens, sicut est de corporibus cœlestibus: hęc autem, inuenitur in eis priuatio ordinis per accidēs, & sunt ea, quæ sunt sub corporibus cœlestibus. Et hoc valde simile est ei, quod continetur in vna domo continente seruos, & liberos. Liberi.n.nullam actionem faciunt, nisi propter regimen domus: seruientes autem multotiens faciunt actiones non conuenientes regimini domus. Et ideo dicit. Ordinata.n.sunt insimul oīa aliquo modo, &c.i. &, cum consyderata fuerint omnia entia, quę sunt in mundo, inuenientur non eodem ordine, sed quędam eorum magis in hoc quibusdam, sicut est de lupis, & animalibus, & volatilibus, & plantis. D.d.sed tamen non sunt in tali dispositione &c.i.& cum consyderantur, non inuenientur carentia ordine omnino.s.in dispositione, in qua nullum eorum est per aliquod, immo in eis videtur aliquis ordo. D.d. omnia enim ordinata sunt in respectu alicuius idest apparet enim ꝙ hoc commune est omnibus entibus, s. ꝙ omnia sunt propter vnum, & ꝙ actiones eorum sunt erga illud vnum, & est prima causa: quemadmodum omnia, quę sunt in domo, propter dominum domus sunt. D.d. Sed sicut liberi domus raro non licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt, &c. idest quoniam actiones corporum cœlestium in communicatione eorum adinuicem in constitutione mundi, est sicut actio liberorum in constitutione domus. Quemadmodum enim liberi non licentiantur ad faciendum omnia, quæ appetunt de actionibus, sed omnes actiones eorum sunt propter iuuamētum eorum adinuicem, ita est de corporibus cœlestibus. ea autem, quę sunt sub istis de entibus, sunt sicut seruientes, & lupi conseruantes domos. Quemadmodum enim actiones seruientium communicantes cum liberis paucę sunt, & pauciores luporum, ita sunt in eis, quæ sunt sub corporibus cœlestibus. Deinde dicit causam, propter quam modicus est ordo existens in actionibus rerum * naturalium, & dicit. principium enim cuiuslibet eorum est tale natura.i.& est ita, quoniam principium cuiuslibet istorum impossibile est vt habeat naturaliter prius. Et potest intelligi, quoniam principium vtriusq; istorum modorū, scilicet voluntarij et naturalis, oportet vt habeat talem intentionem accidentis. Et sciendum est ꝙ hęc est sententia Arist. in sollicitudine & per istam dissoluuntur omnes quęstiones contingentes sollicitudini. Sunt enim quidam, qui dicunt quoniam nihil est, de quo Deus non habeat sollicitudinem. Dicunt enim ꝙ non licet sapienti dimittere aliquid sine sollicitudine, neque vt faciat malum: & ꝙ omnes actiones eiusdem sunt iustę. Et alij, qui contradixerunt huic sermoni de hoc, quod inuenitur, quoniam multa mala sunt, & debet sapiens dimittere ea. Isti igitur sunt in extremo contradictorio, scilicet ꝙ nulla sollicitudo est in eo omnino. Et veritas est in hoc, ꝙ sollicitudo est, & ꝙ, si aliqua sunt sine sollicitudine, proueniunt ex necessitate materię, non ex diminutione agentis; ita ꝙ hoc excitat quosdam ad dicendum duos Deos esse, quorum vnus creat bona, & alius non bona.

> Quęcunque sunt sub primo pricipio non ęqualiter habēt ordinē. Consimile. 8. Me. tex. cō. 10. Et prīo Cœli. te. c. 100. Et prīo Physic. 81. Et. 2. de Aia. 34. vide hic supra, 44.

> *a.l. materialium.

> Documētū.

> Vide consimile supra cōm. 37.

Dico autem pariformiter quòd necesse est omnia in discrimen * venire. & alia ita sunt, quibus omnia communicant ad vniuersum. Quæcunque vero impossibilia, siue absurda aliter dicentibus accidunt, quæùe dicunt elegantius dicentes, ac in quibus minime dubitationes

> * segregationem

D tationes sunt, non decet nos latere. Omnes nanque ex contrariis omnia faciunt. At non recte id, omnia, neque id, ex contrariis. quibus autem contraria insunt, quonam modo ex contrariis erunt, non dicunt: quandoquidem contraria impassibilia sunt a se inuicem. A nobis autem rationi consentance hoc soluitur, cum aliquid tertium sit. Quidam vero alterum contrariorum materiam faciunt, quemadmodum qui inæquale æquali, aut vni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo. nam materia vna nulli contrarium est.

Et ego dico eis quod coguntur omnes ad diuidendum iudicium. & alia huius dispositionis sunt, in quibus communicant omnia in toto. Et oportet nos non ignorare omnia impossibilia contingentia, & quæ impossibilia sunt de sermonibus aliorum, & ꝙ illud, quod dixerunt, non ridiculose dixerunt, & in quibus est pauca dubitatio.
E Omnes enim faciunt omnia ex contrariis. Sed non recte faciunt, neque in omnibus, neque in quibus sunt ex contrariis: quia contraria non patiuntur abinuicem. Nos autem dissoluamus hanc quæstioné sermone necessario ad aliquod tertium esse. Et si posuerunt alterum contrariorum esse materiam, sicut ponunt non æquale æqualis, & vnum multitudinis. Hoc enim dissoluamus tali modo. vna enim materia nullo modo est contraria.

Cum compleuit notificare opinionem suam in istis rebus, vult demonstrare quod sua sententia est, a qua separantur omnes obiectiones, & dissoluuntur omnes quæstiones contingentes Antiquis in principijs. Coguntur enim concedere quod in rebus voluntarijs, quæ communicantur in vna actione, inueniuntur similia his duobus modis actionum. &, cum hoc fuerit in rebus voluntarijs, non est quærenda alia causa in rebus naturalibus. Et hoc intendebat cum dicit. coguntur enim omnes ad diuidendum iudicium, & cæte. idest, omnis enim, qui locutus fuit de hoc, coactus fuit iudicare hanc diuersitatem existentem in natura, & distinguere, & determinare eam. & cum hoc confessus fuit ꝙ tale inuenitur in rebus * omnibus in omni actione, scilicet in rebus voluntarijs. & quasi induxit hoc modo castigandi, cum oporteret eos dissoluere hanc quæstionem tali dissolutione, & dicere in principijs totius talem sermonem, & non inducere impossibilia, quæ induxerunt, cum laborauerunt in dando principia entium, & causas apparentium in eis. Et ideo dicit post. Et oportet nos non ignorare, & cæt. idest, & ideo oportet eum, qui sciuerit sermones nostros, non ignorare differétiam inter sermones nostros & sermones aliorum cogitando impossibilia consequentia sermones eorum. Deinde dicit. & quod illud, quod dixerunt, non ridiculose & cæt. idest, non ignorare debent ꝙ illud, quod dixerunt de hoc, non ridiculose dixerunt, & quod in opinionibus eorum nulla opinio est, cui accidat modica dubitatio. D. incœpit dicere opiniones eorum corruptas de principijs, & dicit. Omnes enim faciunt omnia ex contrarijs, & cęt. idest error, in quo conueniunt omnes, est, quia faciunt principia omnium entium tantum contraria. & peccant in duobus. Quorum alterum est ꝙ principia omnium non sunt contraria, cum in principijs corporum cœlestium non est contrarietas. Et secundum est, quod impossibile est quod sola cõtraria sint principia. Deinde dicit quia contraria non patiuntur abinuicem. i. contraria autem non sufficiunt esse principia generabilium, quia contrariũ non recipit suum contrarium, cum transmutatur ens in generatione & corruptione. 53

F

* a. l. communibus.

Primo Phy. tex. com. 51. vsq; ad 63.

de contrario ad contrarium. & hoc declaratum est primo Physic. hic autem est dictum ad rememorandum. Deinde d. Nos autem dissoluamus &cæ. idest, nos autem iam dissoluimus hanc quæstionem, addentes contrarijs tertiũ, scilicet materiam recipientem contraria succesiue. Deinde d. Et si posuerunt alterum contrariorum, &c. idest, & non possunt euadere ex hoc alterum contrariorum ponẽdo, quasi materiam alterius. Materia enim oportet vt non sit contraria alicui, quia si esset, non reciperet illud, cuius est materia: vt ponentes non æquale materiam esse æqualis, & vnum materiam multitudinis. D

Item cuncta participabunt malo præter ipsum vnum. alterum nanque elementorum ipsum malum est. Et alii neque principia bonum & malum, quanquam in omnibus maxime ipsum principium ipsum bonum sit. Quidam autem hoc quidem recte, ꝙ principium: quo vero modo ipsum bonum principium sit, vtrum vt finis, an vt mouens, an vt forma, non dicunt. Empedocles quoque absurde amicitiam facit bonum, cum hæc principium sit, & vt mouens, si quidem congregat: & vt materia, nam misti pars est. At si etiã eidem accidat, & vt materiæ principio esse & vt mouenti, ipsum tamen esse non idem est. secundum quod igitur horũ amicitia est? Inconueniens item est contentionem incorruptibilem esse, cum hæc ipsa mali natura sit. E

Et etiam mendacium erit acquisitum in omnibus, præterquam in vno. malum enim per se est alterum elementorum. Alii autem non dixerunt malum & bonum esse principia, quamuis in maiori parte in omnibus bonum est principium. Et quidam eorũ dicunt ꝙ hoc principium est bonum: sed non simpliciter dicunt ꝙ bonum est principiũ, quasi perfectio, aut quasi mouens, aut quasi forma. Empedocles etiã dicit modo imposibili. facit enim bonum amicitiam, & malum litem. & hæc sunt principia: quia est quasi mouens, & quia aggregat: & est quasi materia, quæ est pars admixti. Quoniam, si accidit alicui vni, vt habeat principium quasi materiam, & etiam quasi mouẽs, sed tamen essentia non est vna. secundum quod est igitur amicitia? Et impossibile est vt lis sit, quæ non corrumpatur omnino, cum talis sit natura mali, & cum habeat naturam mali. F

54 Et etiam mendacium, &cæt. idest, & quidam ponunt omnibus duo principia, malum scilicet & bonum, quæ sunt materia & forma. & si ita sit, tunc malum existit in omnibus, præterquam in vno, scilicet forma. necesse est autem vt omnia composita sint mala, quia alterum elementorum eorum, quod est materia, est malum. & hoc intendebat cum dicit. malum enim per se est alterum elementorum. Deinde d. Alij autem non dixerunt bonum & malum esse principia. Alij vero non dixerunt bonum & malum esse principia, cum bonum videatur esse principium in omnibus, & pluribus dispositionibus. D. d. Et quidam eorũ dicunt ꝙ hoc principium est bonum idest, & quidam Antiquorum opinantur, ꝙ primum principium est bonum, sed non dixerunt quomodo est principium, vtrũ secundum finem, aut secundum formam, aut secundũ mouens: neq; determinauerunt hoc, sed dixerunt hoc vniuersaliter, non modo determinato. D. d. Et Empedocles etiam dicit. modo imposibili. facit enim bonum amicitiam, & malum litem, & hæc sunt principia, &cæt. idest, & quod dicit Empedocles de princi-

pijs, est etiam impossibile. facit enim principium, quod est bonum, esse amicitiam, & principium, quod est malum, litem. Sed inquantum amicitia congregat res, est principium quasi mouens, & inquantum est pars rei admixtæ, est principium quasi elementum. quapropter contingit ei ponere causam mouentem extrinsecam esse quasi elementum rei motæ, scilicet vt motum sit admixtum cum motore. Deinde dicit. Quoniam, si accidit alicui vni, &cæt. idest sed, si accidat alicui vni vt habeat principium quasi materiam & elementum, & principium quasi mouens, tamen non est possibile vt essentia motoris sit essentia materiæ. secundum igitur quem modum facit his duobus modis amicitiam esse principium, vtrum secundum mouentem aut secundum materiam? impossibile enim est vt idem sit causa eiusdem vtroque modo. Deinde dicit. Et impossibile est etiam vt lis, &cæt. idest, & impossibile, quod contingit Empedocli in suo sermone, est quod lis secundum quod est principium non corrumpetur, quamuis sit mala, & male naturæ, & violenta. violentum autem non est mansiuum. Principium. Non est possibile vt essentia motoris sit essentia materiæ. Violentū nō est mansiuū. Idē.2. Cœli tex.cō.18.

Anaxagoras autem bonum ponit principium, vt mouens, mens enim mouet. verum alicuius gratia mouet. quare alterum, nisi sit, vt nos dicimus. ars enim medendi quodam modo sanitas est. Inconueniens etiā est ꝙ non fecerit aliquid bono, mentique contrarium.

Anaxagoras autem bonū principiū dicit esse quasi mouens. intellectus enim mouet, sed mouet propter aliquid. dixit igitur alium sermonem, non sicut dicitur. medicina enim est aliqua materia sanitatis. & impossibile est etiam non ponere contrarium boni, & intellectus.

Anaxagoras autem dicit ꝙ bonum est principium mouens, cum iam posuit, quod intellectus est mouens omnia: sed non dicit, qua de causa mouet. omne enim, quod mouet propter aliquid mouet: & illud propter quod mouet, magis est bonum, quam illud bonum mouens. Dixit igitur sermonem diminutum, quia contingit ei ponere aliud principium, non sicut dicimus ꝙ principium mouens mouet secundum perfectionem & complementum, vt videmus medicinam mouere ad se. mouet enim ad sanitatem, & medicina est forma sanitatis. si igitur sanitas non esset in subiecto, sicut est de primo principio, tūc medicina moueret vtroque modo, scilicet secundum ꝙ est agens motum, & finis. 55 Vide supra 36. & 38.

Porro nulli eorum, qui ponunt contraria, vtuntur contrariis, si quem inquirere non pigeat. & cur quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia nemo dicit. omnia nanque entia ex eisdem principiis faciunt. Præterea, quidam ex non ente faciunt entia. quidam vt hoc non cogantur, vnum cuncta faciunt. cur item semper generatio erit, quidque generationis causa sit, dicit nemo. At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse est esse: tum illis, qui formas, quia aliud principalius principium est. cur enim participauit, aut participat? Et aliis quidem necesse est Sapientiæ, ac nobilissimæ scientiæ aliquid contrarium ponere esse, nobis vero minime. nihil enim est primo contrarium. quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc sunt. contraria vero ignorantia ad contrarium. primo autem nihil contrarium est. Præterea, si non erunt alia præter sensibilia, nō erit principium, & ordo, & generatio, & ipsa cœlestia, sed semper principii principium, vt Theologis, Naturalibusque cunctis. Si autem erunt

 D

formæ, aut numeri, nullius cauſæ erunt. ſi vero non, neque prorſus ipſius motus. Quo nanque item modo ex non habentibus magnitudinem magnitudo continuumque erit? numerus nanque non faciet continuum, neque vt mouens, neque vt forma. Cæterum nihil contrariorum erit quod & factiuum & motiuum. alioqui contingere ſane poſsit non eſſe. verum enimuero & facere poſterius quam potentia eſt. Entia ergo non erunt ſempiterna: attamen ſunt. interimendum igitur aliquid horum eſt. hoc autem aliquo pacto dictum eſt. Item, quomodo numeri ſunt vnum, aut anima, & corpus, & omnino forma & res, nemo aliquid dicit, nec dicere poteſt, niſi (vt nos) dicat, quod vt mouens faciat. Qui vero dicunt mathematicum numerum primũ, & ita ſemper aliam attiguam ſubſtantiã, ac alia cuiuſq; principia, inconſpirantem* vniuerſi ſubſtantiam faciunt (nihil enim altera alteri confert, ſiue ſit, ſiue non ſit) & principia multa. At entia nolunt male gubernari. non eſt bonum pluralitas principatuum. vnus ergo princeps.

* ἐπεισοδιώδη adue̅titiã.

E

Duodecimi Metaphyſicorum cum Commen. Auer.

FINIS.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER TERTIVSDECIMVS, cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima, de Mathematicarum rerum essentia pertractatur.
In Secunda, disputatur contra Ideas.
In Tertia, probatur Numeros non esse substantias separatas.

Summæ primæ Caput Primum. De quibus agendum sit in subsequentibus libris.

B DE sensibilium itaque substantia, quænam sit, dictũ est: in traditione* quidem naturalium, de materia, * μεθόδῳ
posterius vero de actu. Cum autem hæc consideratio sit, vtrum præter sensibiles substãtias aliqua sit immobilis & æterna necne, & si sit, quænã sit, quæ ab aliis dicuntur, primo speculandum est: vt tum siquid non recte dicant, non simus eisdem conscii: tum si quod nobis & illis commune decretum sit, hoc separatim non contra nos grauiter feramus sufficiens enim erit, siquis quædam melius dicat, quædam non deterius. Duæ autem de his opiniones sunt. Quidam etenim ipsa Mathematica substantias esse aiunt, vt numeros, lineas, & quæ his eiusdem generis sunt. Et rursus Ideas. Cum autem quidam ideas, numerosque mathematicos duo genera faciant, quidam vnam amborum naturam, quidam
C autem alii mathematicas tantum substantias esse dicant: primũ quidem de mathematicis considerandum est, nullam aliam eis addendo naturam, veluti vtrum ideæ sint necne, & vtrum principia, substantiæque entium, an non: verum tantum, vt de mathematicis, vtrũ sint an non sint: & si sint, quonam modo sint. Deinde postea seorsum de ipsis ideis simpliciter, & aliquantulũ legis gratia. diuulgata nãq; plurima sunt etiam in exterioribus rationibus. Præterea ad illam considerationem oportet maiorem sermonis partem attendere, cum de his consideremus, vtrum substantiæ, principiaque entium numeri ac ideæ sint. post enim ideas hæc tertia consideratio restat. Necesse autem, si mathematica sunt, aut in sensibilibus ea esse, quemadmodum aliqui dicunt, aut a sensibilibus separata (& hoc etiam modo quidã aiunt) aut si neutro modo sunt, aut alio modo sunt. Quare dubitatio nobis non de ipso esse erit, verum de modo.

Capus Secundum. Mathematica substantias non esse magis quam corpora, nec eis priora nisi ratione, nec ab eis separata esse posse.

ET quidem quod in sensibilibus ea esse imposibile est, quodque simul fictitia ratio est, dictum sane in dubitationibus est, quod simul duo solida esse imposibile est. Item quod eiusdem rationis est cæteras quoque potentias & naturas in sensibilibus esse, ac nullam separatã. hæc itaque prius dicta sunt. Verum ad hæc etiam constat, quod imposibile esset quodcunque corpus diuidi. diuideretur enim secundum superficiem, & hæc secundum lineam, & ista secundum punctum. quare si punctum imposibile est diuidere, etiam lineam. quòd si hanc, cætera quoque. Quid igitur differt aut has esse tales naturas, aut nõ esse quidem in eis tales naturas? idem nãque accidet. diuisis enim sensibilibus, diuidentur, aut nec ipsę sensibiles. At nec separatas esse tales naturas posibile est. Nam, si erunt præter sensibilia solida separata ab his diuersa, prioraque sensibilibus, patet, quod etiam præter superficies alias necesse est esse superficies separatas, puncta quoque, & lineas: quandoquidem eadem ratio est. Quod si hæc rursus præter mathematici solidi superficies, lineas, & puncta, alia separata, siquidem incõposita, priora compositis sunt. & si sensibilibus priora sunt corpora non sensibilia, eadem ratione superficiebus etiam, quæ in solidis immobilibus sunt, priores sunt hæ, quæ per seipsas existũt. Quare aliæ sunt hæ, tum superficies, tum lineæ, ab his, quæ simul cum separatis solidis sunt. hæ nanque simul cum mathematicis solidis, illæ vero eis priores sunt. Rursus illarum superficierum lineæ erũt, quibus priores alias oportebit eadem ratione lineas, punctaque esse. & eorum, quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, quibus non erunt amplius alia priora. At absurda sane coaceruatio fit. accidit nanque solida quidem vnica præter sensibilia esse. superficies vero triplices, præter sensibiles: illæ scilicet præter sensibiles, quæ in mathematicis sunt solidis, quæque præter eas, quæ in his sunt. lineæ autem quadruplices, puncta autem quincupla. Quare circa qualia horum mathematicæ scientiæ erunt? non enim circa superficies, lineas, & puncta, quæ in immobili solido sunt: quandoquidem semper scientia circa priora est. Eadem ratio de numeris quoque. præter enim quælibet puncta alię vnitates erunt, ac præter quælibet entia sensibilia, deinde præter intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt. Item quonam modo quæ in dubitationibus enumerauimus solui possunt? etenim ea, circa quæ Astrologia est, simili modo præter sensibilia sunt, ac circa quæ Geometria. esse vero cœlum, & partes eius, quonã modo posibile est, aut aliud quodcunq; motũ habẽs? similiter aũt Perspectiuæ & Harmonicæ obiecta? erit nanque

A vox, & visus præter sensibilia & particularia. Quare patet, quòd alii sensus etiam, aliaque sensibilia sunt. cur enim magis illa quam ista? quòd si hæc sunt, animalia quoque erunt, siquidem & sensus. Item quædam a Mathematicis vniuersaliter præter has substantias scribuntur. erit igitur hæc quoque alia quædam substantia separata, ac media inter ideas, ac media, quæ nec numerus, nec puncta, nec magnitudo, nec tempus sit. quòd si hoc impossibile est, constat quoque illa impossibile esse a sensibilibus separata. Et omnino contrarium, tum vero, tum ei, quod existimari solitum est, accidit, siquis ita esse mathematica ponat, vt quasdam naturas separatas. necesse enim est propterea quidem, quod ita se habeant, priores sensibilibus magnitudinibus esse, secundum autem veritatem posteriores: siquidem imperfecta magnitudo generatione prior, substantia posterior sit, vt inanimatum animato. Item quo, & quando magnitudines mathematicæ vnum erunt? quæ quidem interdum animæ, aut B parti animę, aut alicui, quæ particeps est rationis, insunt? quòd si nō, multa erunt, ac dissoluentur. Illis vero (cum diuisibiles, quantæq; sint) quidnam causę est, vt vnum sint, coniunctęque maneant? Item ipsę etiam generationes hoc manifestant, quandoquidem, quod primum est, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finem nactum est. Si itaque substantia prius, quod generatione posterius est, corpus profecto, tum superficie, tum longitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis, atque totū, quia fit animatum. Linea vero, siue superficies, quonam modo animata erit? supra nanque nostros sensus hęc certe dignitas erit. Item corpus quidem substantia quędam sit, quippe ꝙ iam perfectionem quodam modo habet, lineę vero quonam modo substantię erunt? nec enim vt species, & forma quędam, veluti si anima sit, quod tale est nec vt materia, veluti corpus. nihil enim ex lineis, neque ex superficiebus, neque punctis videtur consistere posse. Atqui si qua C materialis substantia esset, hoc pati posse profecto videretur. Ratione itaque prior sit. non tamen omnia, quęcunque ratione priora, substantia quoque priora sunt. substantia nanque priora, quęcunque separata ipso esse excedunt. ratione vero his, quorum rationes ex rationibus. hęc autem non sunt simul. si enim passiones non sint pręter substantias, veluti quiddam motum vel album, homine albo secū dum rationem albedo prior est, non secundum substantiam. non. n. potest separata esse, verum semper vna cum toto est. dico autem totum hominem album. Quare manifestum est, neque prius esse, quod ex ablatione est, neque posterius, quod ex appositione est: ex appositione nanque, ipsa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec substantię sint magis quam corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verum sola ratione, nec vsquam esse separata possibile esse, satis dictum est.

Non omnia, quęcunq; ratione, & substantia sunt priora.

Caput Tertium. Mathematica & entia eſſe, & quo pacto: & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de Abſtractione multa.

CVm vero nec in ſenſibilibus ea eſſe contingat, manifeſtum eſt ꝙ aut omnino non ſunt, aut modo quodam ſunt, & ob hoc non ſimpliciter ſunt. multipliciter nanque ipſum eſſe dicimus. Quemadmodum enim vniuerſalia in Mathematicis non ſunt de ſeparatis præter magnitudines, numeroſque, verum de his, quamquam non quatenus talia, vt magnitudinem habeant, aut diuiſibilia ſint, patet ꝙ etiam de magnitudinibus ſenſibilibus rõnes & demonſtrationes ſunt: verũ nõ prout ſenſibiles, ſed prout tales ſunt. quemadmodum.n. prout mota ſolũ multæ rationes ſunt, abſq; eo ꝙ quid ſit vnũquodque eorum, ac eis accidentium conſideretur, & nõ eſt neceſſe propterea idẽ aliquid motũ a ſenſibilibus ſeparatũ eſſe, vel in eis aliquam naturam ſegregatam eſſe: ita de his, quæ mouentur ẽt erunt rationes, atq; ſcientię, non tamen quatenus mota, verum quatenus corpora tantum, & rurſus prout ſuperficies tantum, & prout longitudines tantum, & quatenus diuiſibilia, & quatenus indiuiſibilia ſitum habentia, & prout indiuiſibilia tantũ. Quare cum ſimpliciter verum ſit dicere, non ſolũ ſeparabilia, ſed & non ſeparabilia eſſe, veluti ea quæ mouentur, & mathematica (quia etiam qualia dicũt verum eſt ſimpliciter dicere, & talia eſſe) & quemadmodum cæteras ſcientias ſimpliciter verum eſt dicere huius eſſe, non eius, quod ei accidat, veluti ꝙ albi (ſi ſalubre album ſit) verum prout ſalubre eſt, ac illius, cuius vnaquæque eſt, ſi ſalubris ſalubre, ſi vero hominis prout homo eſt, ita & Geometriam, non ſi accidit ſenſibilia eſſe quorum eſt, non eſt autem eorum, prout ſenſibilia ſunt: non erunt ſenſibilium Mathematicæ ſcientiæ, neque profecto circa hæc, aliis ſeparatis. Multa vero per ſe rebus accidunt, prout vnumquodque talium eſt. quoniam & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, propriæ ſunt paſsiones: etſi non eſt quicquam fœmina, neque mas ſeparatum ab animalibus. Quare etiam prout longitudines ſolum, & prout ſuperficies, & quanto de prioribus ratione, ac ſimplicioribus, tanto magis id certitudinem habet. hoc autem ſimplex eſt. quare abſque magnitudine magis quam cum magnitudine, & maxime abſque motu. quod ſi habet motum, primũ maxime: ſiquidem hic ſimpliciſsimus eſt, & huius qui regularis eſt. Eadẽ ratio de Harmonica, & Perſpectiua eſt. neutra nanque prout viſus, vel prout vox ſpeculatur, verum prout lineæ, & numeri. at hæc, propriæ illorum paſsiones ſunt. Mechanica quoque ſimiliter. Quare ſi quis ab accidẽtibus ſeparet, ac de eis aliquid, quatenus talia ſunt, conſideret, minime propter hoc mentietur. quemadmodum nec cum in terra deſcribat, ac eam, quæ pedalis non eſt, pedalem dicat. nõ

De qbus ſint ipſa Mathematica, et eorum demonſtrationes.

Quo pacto fiat abſtractio.

Inſtantię ſolutio.

Idem primo Priorum cõ. 25. & primo

A enim in propositionibus falsitas inest. Optime vero ita vnumquodq; profecto consyderabit, si quis separans ponat quod non est separatum: quod Arithmeticus, Geometraq; facit. Vnum etenim & indiuisibile est homo, prout homo. ille vero posuit vnum indiuisibile: deinde speculatus est, si quid homini prout indiuisibile est, accidit. at Geometra nec prout homo, nec prout indiuisibilis, verum prout solida. quæ enim etiam tametsi nullibi erat indiuisibilis, inerant ei, patet ꝙ etiam absque his contingit ei posse inesse. Quare propter hoc non male Geometræ dicunt, & de entibus disserunt, & entia sunt. duplex enim est ens, hoc quidem actu, hoc vero materialiter. Cum autem bonum & pulchrum differant (siquidem illud semper in operatione, pulchrum vero ēt in immobilibus est) qui dicunt Mathematicas sciētias nihil de bono vel pulchro dicere, falsum dicunt. Dicunt etenim & maxime ostendunt. nam etsi non nominant, cum tamen opera &
B rationes ostendunt, nonne dicunt de eis? pulchri nanq; maxime species sunt, ordo, commensuratio, & definitum, quæ maxime ostendunt Mathematicæ scientiæ. Et, cum hæc multorum causæ esse appareant (dico autem veluti ordo & definitum) patet ꝙ etiā similem causam, quæ vt bonum causa est, quodam modo dicant. magis autem aperte in aliis dicemus. De mathematicis igitur, & quòd entia sunt, & quo entia, & quo modo non priora, & quomodo priora, tot dicta sint.

Poste. te. 80 Instantię solutio.

Ens duplex. Boni & pulchri discrimen.

Quo pacto Mathematicę sciētię bonum & pulchrum consyderent.

Pulchri species.

Summa Secunda. Disceptatio contra Ideas.

Caput Primum. Quæ mouerint Idearum assertores ad eas ponendas.

C De ideis autem primo ipsam, quæ de idea est, opinionem consyderandum, ad numerorum naturam nihil consortii habentem*, sed quemadmodum opinati sunt a principio, qui primi ideas esse dixere. Accidit vero de ideis opinio illis, qui dixerunt, propterea quòd de veritate adhæserant Heracliti rationibus, tanquam omnia sensibilia semper fluant. Quare, si qua cuiuspiam scientia, prudentiaq; erit, oportet alias quasdam naturas permanentes esse, præter sensibiles. non enim fluentium esse scientiam. Cum vero Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vniuersaliter definire primus quæreret, (naturalia enim paramper Democritus tetigerat solum, & aliquatenus calidum & frigidum definierat. Pythagorici etiam prius de quibusdam paucis, quorum rationes ad numeros reducebant, veluti quid est tempus, aut iustum, aut nuptiæ) ille sane rationabiliter quærebat ipsum quid est. syllogizare enim quærebat. syllogismorum vero principium est ipsum quid est. nondum enim tunc erat vis dialectica, vnde & possent absq; eo ipso quid est contraria consyderare, vtrum contrario-

* a. l. habentes.

Syllogismorū principiū est ipsum qd est.

rum eadem ſcientia eſſet. Duo nanq; ſunt, quæ Socrati iure proprio attribuat quiſpiam, inductiuas orationes, & definitionem vniuerſalis. hæc enim ambo circa principium ſcientiæ ſunt. At Socrates quidem vniuerſalia nõ ponebat ſeparata, nec definitiones. quidam vero ſepararunt, ac talia entium ideas appellarunt. quare fere accidebat eis eadem ratione omnium, quæ vniuerſaliter dicuntur, ideas eſſe. D

Caput Secundum. Deſtruuntur fundamenta eorum, qui ideas ponunt.

AT ſimile eſt, ſicuti ſi quis numerare volens, cum quidem pauciora exiſtant, arbitretur non poſſe: cum vero plura faciat, numeret. plures etenim (vt ita dicam) formæ ſunt, quam ſenſibilia particularia. de quibus cum cauſas quærerent, ex his ad illas proceſſerunt. nam E & ſecundum vnumquodq; eiuſdem nominis ſunt, & præter ſubſtantias, cæterorum quoque in multis eſt vnum, & in his, & ſempiternis. Cæterum quibus modis oſtenditur, quòd formæ ſunt, ſecundum nullum horum apparet: e quibuſdam nanque non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum: e quibuſdam vero, etiam quorum non putant, horum formæ fiunt. Secundum nanq; rationes, quę ex ſcientiis, formæ erunt omnium, quorum ſcientiæ ſunt. ſecundum vero vnum in multis, etiam negationum. & ſecundum quòd intelligimus aliquid eius, quod corruptum eſt, etiam corruptibilium: ſiquidem horum aliqua conceptio eſt. Inſuper quædam rationum, eorum etiam quæ ad aliquid ſunt (quippe cum exactiſsimæ ſint) ideas faciunt, quorum non dicimus eſſe per ſe genus. Quædam etiam tertium hominem dicunt. Et ſimpliciter hæ de formis rationes, illa perimunt, quæ magis quam ipſas ideas eſſe volunt, qui formas dicunt. Accidit enim non eſſe prius dualitatem, ſed numerum: & huius quod eſt ad aliquid eo, F quod eſt per ſe: & cuncta, quæcunq; cum quibuſdam ſequerentur de ideis opiniones, aduerſa facere principiis. Item ſecundũ exiſtimationem, ſecundum quam dicunt ideas eſſe, non ſolum ſubſtantiarum, verum etiam multorum aliorum formæ erunt. etenim vnus conceptus non ſolum de ſubſtantiis, ſed de non ſubſtantiis etiam eſt. Et ſcientię non ſolum ſubſtantiæ erunt. & alia id genus accidunt infinita. Secundum vero neceſsitatem & opiniones de eis, ſi formæ participabiles ſunt, neceſſe eſt ſubſtantiarum ſolum eſſe ideas. non enim ſecundum accidens partipatio earum eſt, ſed eatenus vnaquaq; participare eſt, quatenus dicitur nõ de ſubiecto. dico autem, vt ſi quid ipſo duplo participat, hoc etiam æterno participat, ſed ſecundum accidens. accidit enim duplo æternum eſſe. quare formæ ſubſtantia erunt. hæc aũt hic & ibi ſubſtantiam ſignificant. An aliquid eſt dicere eſſe præter hæc ipſum quid vnum in multis? etſi eadem quidem forma eſt idearum,

A & participantium, erit aliquid commune. cur enim magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem, sed æternis dualitas vnũ & idem sit, quam de hac & aliqua? ꝙ si non est eadem forma, æquiuoca erit profecto: & simile, ac si quis Calliam, & lignum homines appellarit, nullam inspiciens communicationem eorum. Si autem cætera quidem, communes videlicet rationes formis cõuenire ponemus, ueluti ad ipsum circulum figuram planam, & ceteras rationis partes, & quod ei, cuius est, apponatur, consyderandum est, ne omnino vanum hoc sit. cui nanq; apponetur? medio, an plano, an cunctis? Omnia enim, quæ in substantia sunt, ideæ sunt, vt animal & bipes. Item patet, ꝙ ipsum quoque necesse est quid esse, veluti planum naturam quandam, quæ omnibus speciebus vt genus inerit.

Caput Tertium. Ideas ipsas neque rebus, neque scientiis prodesse.

B Potissimum vero quispiam dubitabit, quidnam formæ conferant, aut sempiternis sensibilium, aut illis, quæ fiunt, & corrumpuntur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis, eis ipsis causæ sunt. At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec enim horum illæ substantiæ sunt: in his etenim essent. Nec ad esse. quippe cum non insint participantibus. Ita etenim fortasis causæ putabuntur esse, vt album mistum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prior, Eudoxus vero posterior dubitans, & alii quidam dixerunt. facile enim est multa & impossibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex formis cętera sunt secundum vllum illorum modorum, qui dici solent. Dicere vero exemplaria eas esse, & cætera eis participare, vana & figmenta poetica est dicere. Quid.n. est, quod agit, ad ideas C inspiciens? Possibile enim est & esse, & fieri quodcunq;, etiam non ex imagine. quare, & existente Socrate, & non existente, fiet vtiq; quale Socrates est. Similiter etiam dilucidum, si Socrates sempiternus esset, & eiusdem erunt plura exemplaria. quare & forma, vtputa hominis, animal, & bipes: simul autem & idealis homo. Item non solum sensibilium exemplaria forma erunt, verumetiam ipsarum. vtputa genus formæ, quę in generis sunt. quare idem erit exemplar & imago. Item videretur impossibile esse separatam substantiam, & id, cuius substantia. Quamobrem, quomodo ideæ, cum rerum substantiæ sint, separatę erunt? In Phædone vero hoc modo dicitur, quòd tum ipsius esse, tum ipsius fieri formæ causæ sunt. attamen quamuis formę existant, non fiunt, si non sit, qui moueat. & multa alia fiunt, vt domus, & annulus, quorum non dicunt formas esse. Quare patet cætera quoque, quorum aiunt ideas esse, posse & esse & fieri propter tales causas, quales eorum sunt, quę nunc dicta sunt, & non propter

formas. sed de ideis quidem, & hoc modo, & per alias tum magis D
dialecticas, tum certiores rationes, multa iam consyderatis, similia congregari possunt.

Summa Tertia. Opinionum numeros substantias separatas ponentium destructio.

Caput Primum. Quot modis possibile sit dicere numeros substantias esse separatas: & qui modis illis vsi sint.

CVm autem de his determinatum sit, decet rursus, quæ circa numeros illis accidunt, qui eos substantias separatas dicunt, ac entiũ causas primas speculari. Necesse vero est, si numerus quædam natura est, nec est alia quædam eius substantia, sed hoc ipsum, vt quidam aiunt, aut E
quoddam eius primum esse, quoddam consequens, quod sit secundum, quodq; specie diuersum. & hoc aut in vnitatibus confestim existit, & est quæcunque vnitas cuique vnitati incombinabilis: aut sunt confestim consequenter omnes, & quæcunque quibuscunque combinabiles, qualem aiunt mathematicum numerum esse, (in mathematico enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quasdam combinabiles, quasdam non: veluti si post vnum est prima dualitas, deinde trinitas, & sic alius numerus. Sunt autem vnitates in vnoquoq; numero: veluti quæ in prima dualitate sunt, inuicem combinabiles, & quæ in prima trinitate sunt, inuicem: & ita in cæteris numeris. Quæ vero in ipsa dualitate incombinabiles eis, quæ in ipsa trinitate sunt. & similiter de aliis consequentibus numeris. Ideo mathematicus quidem numeratur, post vnum duo, cum anteriori vno aliud vnum. F
tria quoque cum his duobus aliud vnum, & reliquus quidem similiter. iste vero post vnum, duo alia, absque primo vno. & trinitas absq; dualitate. similiter autem & reliquus numerus. Aut igitur quendam numerorum esse oportet qualis primus dictus est, quendam autem qualem Mathematici dicunt, tertium vero qualis vltimo dictus est. Item istos numeros aut separatos a rebus esse, aut non separatos, sed in ipsis sensibilibus. non autem ita vt prius consyderabamus, sed vt ex numeris inexistentibus ipsis sensibilibus, aut quendam eorum esse, quendam non, aut omnes esse. Modi quidem, secundum quos contingit eos esse, hi sunt necessario soli. At hi etiam, qui dicunt ipsum vnum principium substantiam, ac elementum omnium esse, & ex hoc & alio quodam numerum esse, fere singuli horum aliquem modorum dixerunt, præterquam quòd omnes vnitates incombinabiles sint. & rationaliter accidit. non enim contingit alium modum esse, præter eos qui dicti sunt. Quidam itaque ambos numeros esse aiunt. illum quidem, qui prius & posterius habeat ideas: mathema-

A ticum vero, præter ideas & ſenſibilia, ac ambos a ſenſibilibus ſepara-
tos. Quidam mathematicum ſolum numerum eſſe primum entium, *Pythagoricorum opinione ſenſibiles ſubſtãtias numero mathematico cõſtare.*
ac a ſenſibilibus ſeparatum. Pythagorici quoq; vnum ipſum mathe-
maticum, verum non ſeparatum, ſed ex eo ſenſibiles ſubſtantias con-
ſtare dicunt. totum enim cœlum ex numeris conſtruunt, præter id,
quod non ex monadicis, ſed vnitates exiſtimant habere magnitudi-
nem. Quo autem modo primum vnum conſiſtit magnitudinem ha-
bens, dubitare videntur. Alius autem quidam primum numerum,
ipſum formarum vnum eſſe: alii vero & ipſum mathematicum, hunc
eundem eſſe. Simili modo etiam circa longitudines, & plana, & ſoli-
da. quidam enim alia eſſe mathematica, & alia, quæ poſt ideas. Eorū
vero, qui aliter dicunt, quidam mathematica, & mathematice dicunt:
quicunque ideas non faciunt numeros, nec eſſe ideas aiunt. quidam
mathematica, non mathematice. non enim ſecari omnem magnitu-
dinem in magnitudines, neq; quaſcunq; vnitates dualitatem eſſe. mo-
B nadicos autem numeros eſſe ponunt omnes, præter Pythagoricos, qui-
cunque vnum, elementum, atq; principium entium aiunt eſſe. illi n.
habentia magnitudinem aiunt, vt prius dictum eſt. Quot igitur mo-
dis contingat de eis dici, quodq; omnes modi dicti ſint, ex his ma-
nifeſtum eſt. Sunt autem cuncta quidem impoſsibilia, magis vero for-
taſsis altera alteris.

Caput Secundum. Diſputatio contra ponentes Ideas numeros eſſe.

PRimo itaque conſyderandum eſt, vtrum combinabiles
ſint vnitates, an incombinabiles. Quòd ſi incombinabi-
les, quonam modo, vt diuiſimus. eſt enim quamcun-
que cuicunque vnitati incombinabilem eſſe. eſt autem
& eas, quæ in ipſa dualitate ſunt, ad eas quæ in ipſa tri-
C nitate, & ſic eas, quæ in vnoquoque numero primo ſunt, incombina-
biles inuicem eſſe. Si omnes igitur vnitates combinabiles, & indiffe-
rentes ſint, mathematicus numerus fit, & vnus ſolus, neq; contingit
ideas numeros eſſe. qualis nanq; numerus idealis homo, aut animal,
aut aliqua alia ſpecierum erit? Idea nanq; vna vniuſcuiuſque veluti
ipſius hominis vna, & ipſius animalis alia vna. hi vero ſimiles & in-
differentes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipſe idealis homo
erit, quã quæcunq;. Quòd ſi ideę non ſunt numeri, nec omnino poſ-
ſibile eſt eas eſſe. ex quibus nanque principiis ideę erunt? numerus
enim ex vno & dualitate indeterminata eſt. ac principia & elementa
ipſius numeri dicuntur, neq; ea contingit, aut priora, aut poſteriora
numeris ordinare. Si vero vnitates incombinabiles ſunt, & ita incom-
binabiles, vt quæcunq; cuicunq;, nec mathematicum hunc contingit
eſſe numerũ. mathematicus nanq; ex indifferentibus eſt. & quæ de eo
oſtenduntur, tanquam in tali conueniunt. Nec hunc eſſe formarum.

nõ enim erit dualitas prima ex vno & indeterminata dualitate. Dein D
de conſequentes numeri, vt dicitur, dualitas, trinitas, quaternitas. ſimul etenim quæ ſunt in prima dualitate vnitates generantur: ſiue quemadmodum qui prius dixit, ex inæqualibus (factis nanq; ęqualibus fiebant) ſiue aliter. Deinde, ſi altera vnitas prior altera erit, dualitate etiam, quæ ex his fit, prior erit. cum enim aliquid ſit, quoddam prius, quoddam poſterius, & quod ex his, hoc quidé prius, illo vero poſterius eſt. Itē, cum primum quidem ipſum vnum ſit, deinde cęterorum eſt aliquod primum vnũ, ſecundum vero poſt illud, & rurſus tertium, ſecundum quidem poſt ſecundum, tertium vero poſt primũ, vnum. Quare priores profecto erunt vnitates, quam numeri, qui eas complectuntur. veluti in dualitate erit tertia vnitas, antequam tria ſint: & in trinitate, quarta & quinta, antequam hi numeri ſint. At nemo eorum hoc modo dixit vnitates incombinabiles. verum ſecundum quidem principia eorum ita eſſe rationabile eſt: ſecundum autem veritatem impoſsibile eſt. etenim vnitates priores & poſteriores eſſe rationabile eſt, ſi & quædam quidem prima vnitas eſt, vnumque primum. & dualitates ſimiliter, ſi & prima quidem dualitas eſt. poſt nanque primum rationabile & neceſſarium eſt ſecundum quiddam eſſe: & ſi ſecundum, tertium, & ita cætera conſequenter. Simul vero vtrunque dicere, vnitatemq; primam poſt vnam eſſe, atque ſecundam & primam dualitatem, impoſsibile eſt. hi vero vnitatem quidem & vnum primum faciunt, ſecundum vero, & tertium nequaquã. ac dualitatem primam, ſecundam vero, & tertiam minime. Conſtat autem, quòd ſi omnes vnitates incombinabiles ſunt, non contingit dualitatem ipſam eſſe, ac trinitatem, & ſic cæteros numeros. ſiue nanque ſint vnitates indifferentes, ſiue differentes ſingulæ a ſingulis, neceſſe eſt numerum numerari per additionem. veluti binarium, ad vnũ vno alio addito. ternarium quoq;, alio ad duo appoſito. & ſimili modo quaternarium. Quare cum ita ſint, impoſsibile eſt numerorum eſſe generationem, quemadmodum ex dualitate & vnitate generant. binarius nanq; pars ternarii fit, & hic quaternarii. eodem autem modo & in conſequentibus accidit. At ex primo binario, indeterminatoq; binario fiebat quaternarius, duo binarii præter ipſum binarium. quod ſi non, pars erit ipſe binarius. alter vero adhuc erit vnus binarius. & binarius erit ex ipſo vno & alio vno. Quòd ſi eſt, non eſt poſsibile alterum elementum eſſe indeterminatum binariũ. vnam enim vnitatem generat, ſed non determinatum binarium. Itē præter ipſum ternarium, ipſumq; binarium, quomodo erunt alii ternarii & binarii? quoque modo ex prioribus & poſterioribus vnitatibus componuntur? hæc enim omnia & fictitia ſunt, & impoſsibile eſſet eſſe primum binarium, deinde ipſum ternarium. at neceſſe eſt, poſtquam vnum quidem & indeterminatus binarius elementa erunt. quòd ſi quæ accidunt impoſsibilia ſunt, hæc quoque principia

(margin letters: E beside "dum quidem principia…"; F beside "li modo quaternarium…")

A impoſsibile eſt eſſe. ſi itaq; vnitates quæcunque a quibuſcunque dif-
ferant, hæc & alia huiuſcemodi neceſſario accidunt. Si autem quæ
quidem in alio differentes ſunt, quæ vero in eodem numero indiffe-
rentes inuicem ſolæ, non pauciora difficultatem ingerentia, hoc quo-
que modo accidunt, veluti in ipſo denario decem vnitates ſunt. com
ponitur autem denarius, tum ex his, tum ex duobus quinariis. Cum
vero ipſe denarius non ſit quicunque numerus, nec ex quibuſcunque
quinariis componatur, ſicuti nec vnitatibus, neceſſe eſt vnitates, quę
in hoc denario ſunt, differre. nam ſi non differant, nec quinarii dif-
ferent, ex quibus denarius eſt. cum vero differant, vnitates quoque
different. Si igitur differant, vtrum non erunt quinarii alii, ſed hi
duo tantum, an erunt? ſiue igitur non erunt, inconueniens eſt: ſi-
ue erunt, qualis ex eis denarius erit? non eſt enim in denario alius
denarius præter ipſum. at vero etiam neceſſe eſt, vt non ex quibuſuis
B binariis quaternarius componatur. indeterminatus nanq; binarius
(vt aiunt) determinatum accipiens binarium, duos binarios effe-
cit: eo enim, quod cepit, binarii fuit efficiens. Item, quonam mo-
do contingit binarium præter duas vnitates, ac ternarium præter
tres vnitates, aliquam eſſe naturam. aut enim certe alterum altero
participabit, quemadmodum albus homo præter album & homi-
nem (his enim participat) aut cum alterum quædam alterius differẽ
tia ſit, quemadmodum homo præter animal & bipes. Item quædam
tactu, quædam miſtione, quędam poſitione ſunt vnum, quorum nihil
vnitatibus, ex quibus binarius atque ternarius ſit, competit: ſed
quemadmodum duo homines non ſunt vnum quid præter vtrunq;,
ita de vnitatibus quoque neceſſe eſt. Et non, quoniam indiuiſibile,
idcirco different. etenim puncta quoque indiuiſibilia ſunt: verũta-
men dualitas eorum nihil aliud eſt præter duo. At vero nec hoc la-
tere decet, quod accidit priores, poſterioresq; dualitates eſſe, ſimi-
C liter autem & alios numeros. Binarii enim, qui in quaternario ſunt,
ſint inuicem ſimul: ſed ipſi his, qui octonario inſunt, priores ſunt &
genuerunt (quemadmodum binarius ipſos) ipſi quaternarios, qui in
ipſo octonario ſunt. Quare ſi & primus binarius idea, hi quoque quę-
dam ideæ erunt. Eadem ratio de vnitatibus etiam eſt. quæ enim in
prima dualitate ſunt vnitates, generant quatuor, quæ in quaternario
ſunt. Quare omnes vnitates ideę fiunt, & componetur idea ex ideis,
Quamobrem patet, quòd etiam illa, quorum hæ ſunt ideæ, com-
poſita erunt. veluti ſi quis animalia dicat ex animalibus componi, &
horum ideæ ſunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnita-
tes quomodocunque differentes, abſurdum & fictitium eſt. Dico au-
tem fictitium, quod ad ſuppoſitionem coactum eſt. nec enim ſecun-
dum quantum, nec ſecundum quale videmus differre vnitatem ab
vnitate. neceſſeq; eſt aut æqualem, aut inæqualem eſſe omnem qui-
dem numerum, ſed præcipue monadicum. quare ſi nec maior neque

minor, ęqualis. ęqualia vero & omnino indifferentia, eadem putamus esse in numeris. Quòd si non ita sit, nec dualitates, quæ in hoc denario sunt, indifferentes erunt, cum ęquales sint. quam enim causam dicturus est, qui dicit indifferentes esse? Itē, si oīs vnitas & vnitas alia, duo: vnitas quoq; quæ ex ipsa dualitate, & quæ ex ipsa trinitate dualitas erit & ex indifferentibus. Et vtrum trinitate prior, an posterior? Magis nanq; videtur necessariū priorē esse. hæc nanq; vnitatū simul trinitati, illa vero simul dualitati. Et nos quidē omnino putamus vnū & vnum, siue æqualia, siue inæqualia sint, duo esse, veluti bonum & malum, & hominem & equum. qui vero ita dicūt, nec ipsas vnitates. Siue antem non est maior numerus ipsius trinitatis quam dualitatis, mirum est. siue est maior, constat quòd æqualis etiam dualitati inest. quare ipse indifferens ab ipsa dualitate. verum non contingit, si primus aliquis numerus est, & secundus Nec erunt ideæ numeri. hoc.n. ipsum recte aiunt, qui vnitates differentes debere esse arbitrantur. si quidem erunt ideæ (vt prius dictum est) vna profecto erit species. Si vero vnitates indifferentes, dualitates quoq;, ac trinitates indifferentes erunt. quare necesse est eis dicere ita numerandum esse, vnū, duo, non superaddito iam præexistenti. nec enim generatio ex indeterminata dualitate erit, nec ideam esse contingit. inerit nanq; altera idea in altera, cunctæq; formæ vnius partes. quare secundum suppositionem quidem recte dicunt, simpliciter vero non recte. multa nanque perimunt. Cum autem hoc ipsum habere quandam profecto dicant dubitationem, vtrum cum numeremus & dicamus vnum, duo, tria, assumentes numeramus, an secundum particulas. vtroq; autem modo facimus: quapropter ridiculum est hanc ad tantam substantiæ differentiam reducere. Ante autem omnia probe se habet determinare quænam numeri, & vnitatis differentia est, si est. Necesse autem est, aut secundum quantum, aut secundum quale differre. neutrum autem horum videtur posse esse: verum prout numerus, secundum quantū. Si itaq; etiam vnitates quantitate differrent, numerus quoq; a numero differret, qui æqualis est, plenitudine vnitatum. Item vtrum primæ maiores, an minores, & postea crescant, an econuerso? hęc enim omnia absurda sunt. At vero nec secundum qualitatem differre contingit. nullam enim inesse passionem possibile est. etenim numeris quoque posterius aiunt inesse qualitatem quam quantitatem. Item nec ab vno hoc ipsæ patientur, nec a dualitate. hoc enim non est quale, illa vero quantum, quale. nam vt entia multa sint, hæc natura causa est. Si igitur aliter quoquo modo se habet, dicendum hoc maxime in principio est, & de differentia vnitatis determinandum, maxime quidem & propter quid necesse est existere. quòd si non, quam dicunt? Et quidem, si ideæ numeri sunt, dilucidum est, ꝙ neutro modorum contingit, nec combinabiles cunctas vnitates esse, nec inuicē incombinabiles.

Caput

A *Caput Tertium. Destruuntur opiniones; Et ea, quæ numeros mathematicos rerum principia ponit: Et ea, quæ eundem esse numerũ et mathematicũ, & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum est, dicentium numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurque earum erroris causa.*

AT nec, vt alii quidem de numeris dicunt, recte dicitur. sunt autem hi, quicunque ideas quidem esse non putāt, nec simpliciter, nec vt numeros quosdam existētes: mathematica vero esse, & numeros entium primos, ac eorum principium esse ipsum vnum. Absurdum nanque est, vnum quidem esse quid primum vnorum, vt illi aiunt, dualitatē vero non esse dualitatem, neque trinitatem trinitatum. eiusdem enim rationis omnia sunt. Si igitur ita se habeāt quæ circa numerum sunt,
B & solum mathematicum quis esse ponat, ipsum vnum non est principium. necesse enim esset, vt tale vnum differret ab aliis vnitatibus. quòd si hoc dualitatem quoque primam a dualitatibus. similiter aūt cæteros quoque consequentes numeros. si autem ipsum vnum est principium, necesse magis est quæ circa numeros sunt se habere (vt Plato aiebat) ac esse dualitatem primam & trinitatem, nec esse numeros ad seinuicem combinabiles. si quis vero rursus hæc ponat, dictum est quòd multa impossibilia accidunt. At necesse est aut hoc, aut illo modo se habere. quare, si neutro modo, non est possibile numerum esse separatum. Constat autem ex his, quòd tertius modus pessime dicitur, eundem videlicet esse mathematicum & formarum numerum. Necesse est enim in vnam opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerum contingit hoc modo esse, sed proprias suppositiones supponentem necesse est prolixum esse. Et insuper quæcunque accidunt eis, qui vt formas numerum di-
C cunt, hæc etiam necesse est dicere. Modus vero Pythagoricorum partim pauciores habet difficultates, quā prius dictæ sunt, partim alias proprias. Nam non separatum facere numerum, aufert multa impossibilia. Corpora vero ex numeris esse composita, & hunc numerum mathematicum esse, impossibile est. nec enim indiuiduas magnitudines dicere verum est. Deinde, quia hoc modo maxime se habent, vnitates vero non habent magnitudinem, magnitudinem vero ex indiuisibilibus componi, quonam modo possibile est? At vero numerus arithmeticus monadicus est. illi vero numerum entia dicunt. speculationes. n. adaptant corporibus, tanquam existentibus ex ipsis numeris. Si igitur necesse quidem est horum aliquo dictorum modorum esse, numerus quidem aliquid per se entium est, nullo autem horum esse contingit, constat non esse aliquam talem numeri naturam, qualem asserunt, qui eum separatum faciunt. Item vtrū vnaquæque vnitas ex magno & paruo adæquatis sit, aut hæc qui-

dem e paruo, illa vero ex magno? Si itaque sic, nec ex omnibus elementis vnumquodque est, nec vnitates sunt indifferentes, in hac quidem magnum, in hac vero paruum inest, suapte natura contrarium existens. Item quæ in ipsa trinitate quonam modo sunt? vna enim superflua est. sed propterea fortassis ipsum in impare medium faciunt. Quòd si vtraque vnitatum ex ambobus est adæquatis, quonam modo dualitas una quædam existens natura, ex magno & paruo erit? aut quid ab unitate differet? Item vnitas prior dualitate. perempta nanque, perimitur dualitas. ideam igitur ideæ necesse est eam esse, cum prior idea sit, ac priorem factam fuisse. ex aliquo igitur. indeterminata enim dualitas dualitatis efficiens erat. Item aut finitum, aut infinitum necesse est numerum esse. numerum enim separatum faciunt quare non est posibile non esse horum alterum. Et quidem quòd infinitum esse non contingit, patet. infinitus enim, nec par nec impar est. generatio vero numerorum, aut imparis numeri, aut paris semper est. cum enim unum hoc non cadat in parem, impar efficitur. cum uero hoc modo dualitas incidat, qui ab uno duplicatur. sic autem imparibus, alius par. Item, si omnis idea alicuius est, numeri uero ideæ sunt, infinitus quoque numerus erit alicuius uel sensibilium, uel alicuius alterius idea. quamuis nec secundum positionem, neque secundum rationem contingit, ita tamen ordinant ideas. Quod si finitus, usquequo? hoc enim dici oportet, non solum quod est, uerumetiam propter quid est. A uero, si numerus ad denarium vsque, vt quidam aiunt, primo quidem cito deficient formæ. puta si trinitas est homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenim ad denarium vsque numerus est idealis, ideo necesse est quosdam eorum numerorum in eis esse. hi enim substantiæ, ideæque sunt. attamen deficient, si formæ quidem animalis excedent. Simul autem constat, quòd si hoc modo trinitas idealis homo sit, & cæteræ quoque trinitates, cum similes sint, qui in eisdem numeris sunt. quare infiniti homines erunt, aut vnusquisque idealis homo, si vnusquisque trinitas idea est. aut si non, saltem homines. Et si minor pars sit maioris, qui ex his combinabilibus vnitatibus est, quæ in eodem sunt numero, si alicuius idea sit ipsa quaternitas, veluti equi aut albi, homo erit pars equi, si homo dualitas sit. Absurdum item est denarii quidem ideam esse, vndenarii autem non, neque sequentium numerorum. Item & sunt & fiunt quædam, quorum formæ non sunt, vnde qua de causa non sunt illorum formæ? non sunt ergo formæ causæ. Item inconueniens est, si numerus vsque ad denarium magis quid ens, & ipsius denarii species, tametsi huius quidem non sit generatio tanquam vnius, illius tamen fit. tentant autem, tanquam si is, qui ad denarium vsque est profectus numerus sit. generant porro quæ sequuntur, veluti vacuum, proportionem, abundans, cæteraque huiusccmodi. infra de-

Gñatio numerorum.

D E F

nariùm quædam quidem principiis attribuunt, puta motum, ſtationem, bonum, malum, alia vero numeris. ideo vnũ impar eſt. ſi enim in trinitate, quomodo quinarius impar? Magnitudines item, & quæcunque ſimilia, quouſque quanta? veluti prima linea indiuiſibilis, deinde dualitas, deinde hæc etiam ad denarium vſque. Item, ſi numerus ſeparatus eſt, dubitauerit quiſpiam Vtrum vnum prius, an trinitas & dualitas. quatenus enim numerus compoſitus eſt, vnũ eſt. quatenus vero vniuerſale & forma, prior numerus eſt. vnaquæq; enim vnitatum pars numeri, vt materia eſt: ille vero, vt forma. ac quodam quidem modo rectus prior acuto, quia & in ratione definiente poſitus eſt: quodam vero modo acutus, quia pars eſt, ac in hunc diuiditur. tanquam igitur materia acutus, elementum. & vnitas, prius. at vero ſecundum formam, & eam, quæ ſecundum rationẽ eſt, ſubſtãtiam, rectus, ac totum, quod ex materia & forma. quod enim ambo eſt, propinquius eſt formæ, & ei cuius ratio eſt: generatione vero poſterius. Quo igitur modo ipſum vnũ principiũ eſt? quia non eſt diuiſibile, aiunt, ſed indiuiſibile, tum vniuerſale, tum particulare, & elemẽtum. verum alio modo, illud quidẽ ſecũdũ rationẽ, hoc vero ſecundũ tẽpus. Vtroq; itaq; modo ipſum vnũ eſt principiũ? vt enim dictũ eſt, & rectus acuto, & iſte illo prior eſſe videtur, & vterq; vnus. Vtroq; igitur modo ipſum vnũ faciũt principiũ. At impoſsibile. hoc.n. vt forma, & ſubſtantia: hoc vero vt pars & materia. Eſt nanque quodammodo vnum vtrunque, ſecundum veritatem quidem potentia: ſiquidẽ vnum quid eſt numerus, & non aceruus, ſed alius ex aliis (vt aiunt) vnitatibus: actu vero non eſt vtraq; vnitas. Cauſa vero erroris, qui accidit, quia ſimul ex mathematicis & vniuerſalibus rationibus venabantur, ita vt ex illis quidem tanquam punctũ poſuerint ipſum vnum, & principium. vnitas enim punctum ſine poſitione eſt. quemadmodum igitur quidam ex minimo entia cõpoſuerunt, ita & iſti. quare vnitas efficitur numerorum materia, ſimulque dualitate prior. rurſusque poſterior, tanquam dualitate exiſtente toto quodam, & vno, & forma. ex eo vero, quòd vniuerſale quærebant prædicatum vnum, & ita vt partem dixerunt. at ſimul hæc eidem ineſſe impoſsibile eſt. Quòd ſi ipſum vnum ſolum ſine poſitione eſſe oportet (in nullo enim differt, niſi quòd principium eſt, & dualitas quidem diuiſibilis, vnitas vero non) ſimilior erit profecto ipſi vni vnitas. ſi autem vnitas, illud quoque vnitati quam dualitati, ea quoque de re vtraque Vnitas prior dualitate erit. at non dicunt: generant ſane dualitatem primo. Item, ſi dualitas ipſa vnum quid eſt, ac ipſa trinitas, ambo dualitas, ex quo igitur hæc dualitas? Dubitabit autem quiſpiam, quòd cum tactus quidem in numeris minime ſit, conſequentibus quidem his, quarumcunque non eſt aliquid medium, vnitatibus, veluti his, quæ in dualitate, trinitateue ſunt, vtrum conſequentes ſint ipſi Vni, an non. & vtrũ dualitas prior

Principiũ, quõ vnum.

eſt his,quæ conſequuntur, an quacunque vnitatum. Simili modo hæ D difficultates de poſterioribus etiam numero generibus,linea,plano, & corpore accidunt. Quidam enim ex magni & parui ſpeciebus faciunt,veluti ex longo quidam & breui longitudines, ex lato vero & ſtricto plana,ex profundo autem & humili moles.hæ autem magni & parui ſpecies ſunt,principium vero,quod ſecundũ ipſum vnũ eſt. Alii ea,quæ eorum ſunt,aliter poſuerunt.At etiam in his infinita videntur impoſsibilia,& fictitia,& omnibus rationabilibus contraria. abſoluta nanque abinuicem accidet ea eſſe, ſi principia etiam non cõſequuntur,vt ſit latum & ſtrictũ,lõgum & breue. at ſi hoc erit planũ erit linea,& ſolidũ planũ. Anguli itẽ & figurę & huiuſmodi,quonam modo aſsignabuntur?idemque accidit,quod eis, quæ circa numerum.hæ nanque magnitudinis ſunt paſsiones,non ex his magnitudo:quemadmodum nec ex recto & curuo longitudo, nec ex leui & aſpero ſolida. His autem omnibus commune,quod in ſpeciebus, E quæ ſunt vt generis, dubitare accidit, cum quis vniuerſalia ponat: vtrum animal ipſum in animali,an alterum ab ipſo animali. Hoc nanque,ſi ſit non ſeparatum,nullam dubitationem faciet. ſi vero ſit, quemadmodum qui hæc dicunt ſeparatum ab vno & numeris, non eſt facile ſoluere: ſi non facile dicere oportet, quod impoſsibile eſt. cum enim vnum quis in dualitate intelligat, & omnino in numero, vtrum ipſum quid, an aliud intelligit? Quidam itaque ex tali materia magnitudines generant, quidam ex puncto(punctum autem eis non vnum,ſed quale vnum eſſe videtur)& altera materia qualis eſt multitudo,ſed non multitudine.de quibus nihil minus eadem accidit dubitare. Nam ſi materia vna eſt, idem linea, planum, & ſolidũ ſunt. ex eiſdem enim vnum & idem erit. Quòd ſi materiæ plures, & altera quidem lineæ, altera plani, altera ſolidi, aut ſequuntur inuicem, aut non. quare hoc etiam modo eadem accident. planum etenim aut non habebit lineam, aut linea erit. Item quo quidem F modo contingit ex vno & multitudine numerum eſſe, nihil dicere conantur. quomodocunque autem dicant,eædem difficultates accidunt,quæ illis quoque,qui ex vno,& indeterminata dualitate dicebant. Quidam nanque ex eo,quod vniuerſaliter prædicatur,& nulla multitudine numerum generat.quidam ex aliqua multitudine, prima tamen. dualitatem nanque primam aliquam multitudinem eſſe. Quare(vt ita dicam)nihil differunt,ſed eædem dubitationes ſequentur, ſiue miſtio ſit,aut poſitio,aut temperamentum,aut generatio,& quæcunque alia ſimilia. Maxime autem aliquis inquirat, ſi vna ſit quæque vnitas, ex quonam eſt. non enim erit vnaquæque ipſum vnum.neceſſe autem eſt,aut ex ipſo vno, & multitudine eſſe, aut ex parte multitudinis.atqui multitudinem dicere vnitatem eſſe, impoſsibile eſt,cum indiuiſibilis ſit. Quòd autem ex parte ſit alias habet multas difficultates. vnamquanque enim partium, aut indiui-

A fibilem, aut multitudinem necesse est esse, ac vnitatem diuisibilem, & ipsum vnum, ac multitudinem non esse elementum. quandoquidem vnaquæq; vnitas non est multitudine, ac vno. Item qui hoc dicit, nihil aliud quam alium numerum facit. multitudo nanque indiuisibilium numerus est. Item quærendũ etiã ab eis, qui sic dicũt, vtrũ numerus infinitus an finitus sit. erat nanque, vt apparet, multitudo quoq; finita, ex qua & vno sunt vnitates finitæ. aliudq; est ipsa multitudo, multitudoq; infinita. qualis itaq; multitudo, & vnũ est elemẽtum? Similiter aũt de puncto quoq; aliquis quęreret, ac elemẽto, ex quo faciunt magnitudines. non enim vnum solũ pũctum hoc est. ex quo nanq; vnũquodq; aliorũ punctorum? non enim ex quadam dimensione, ipsoque puncto. At vero nec partes diuisibiles esse contingit partes dimensionis, quemadmodũ multitudinis, ex quibus vnitates numerus nanque ex indiuisibilibus componitur, magnitudines
B vero minime. Hæc itaque omnia, cæteraque similia manifestant ꝙ impossibile sit numerũ ac magnitudines separatas esse. Præterea q̃d ipsi primi de numeris discordant, signum est ipsas res, cum non sint veræ, ipsis præbere confusionẽ. Quidam. n. qui mathematica tantum faciunt præter sensibilia, cũ viderent difficultatem atque fictionem circa formas, destiterunt a numero ideali, ac mathematicũ fecerunt. Quidam vero, cũ formas simul & numeros facere vellent, neque viderent quonã modo siquis hæc principia ponat, mathematicus numerus præter idealem esset, eundem idealẽ ac mathematicum numerum fecerunt ratione. quia aũt opere sublatus est mathematicus, proprias profecto & non mathematicas suppositiones dicunt. Qui vero primus formas & numeros esse posuit, formas & mathematicas esse rationabiliter separauit. quare accidit omnes secundnm quid recte dicere, omnino vero non recte. ac ipsi etiam fatentur nõ eadem, sed contraria dicentes. Causa vero est, ꝙ suppositiones atque principia
C falsa sunt. difficile autem est (Vt ait Epicharmus) ex non bene præsuppositis, bene dicere. cum primum enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictum. Sed de numeris quidem sufficiant, quę dubitata & quæ determinata sunt. cuicunque nãque persuasum est, magis ei ex pluribus persuasum fuerit. vt autem illi persuadeatur, cui non est persuasum, nihil magis.

Ex suppositionibus nõ bonis difficile est bene dicere.

Caput Quartum. Considerandum esse quid & quomodo dicitur. Ideas, Numerósue esse rerum principia. Ostenditur autem quod ideæ principia esse non possunt.

DE primis vero principiis, primisq; causis & elementis, quæcunque quidem dicunt, qui de sola sensibili substantia determinant, quædam in Naturalibus dicta sunt, quædam non sunt præsentis scientiæ.* Quæcunque vero aiunt, qui dicunt præter sensibiles esse

* μελλον

alias ſubſtantias, conſequens eſt dictis ſpeculari. Cum igitur quidam D
ideas, ac numeros tales eſſe dicant, elementaque eorum elementa, principiaque entium eſſe, conſiderandum de his, quid & quonam modo dicunt. Verum qui numeros tantum & hos mathematicos faciunt, poſterius examinandi ſunt. Eorum autẽ, qui ponunt ideas, ſimul quiſpiam, & modum profecto viderit, & dubitationem, quæ de eis fit. ſimul nanque vniuerſales ſubſtantias faciunt ideas, & rurſus vt ſeparatas & ſingularium. hæc vero, quod non contingant, dubitatum eſt prius. Cauſa vero eis, qui vniuerſales ideas dicunt, vt eas in idem coniungant, fuit, quia ſenſibilibus non faciebant eaſdem ſubſtantias. ſingularia etenim, quæ in ſenſibilibus, fluere putabant, nec aliquid horum manere. vniuerſale autem præter hæc, tum eſſe, tum aliud quid eſſe. Hoc autem (vt antea dicebamus) mouit quidem Socrates propter definitiones, non tamen a ſingularibus ſeparauit. & hoc recte intellexit, non ſeparans. conſtat autem ex operibus. etenim E
abſque vniuerſalibus quidem non eſt accipere ſcientiam: ſeparare autem cauſa difficultatum, quæ circa ideas accidunt, eſt. Quidam vero tanquam neceſſarium ſit, ſi ſubſtantiæ quædam præter ſenſibiles, & fluentes erunt, ſeparatas eſſe (alias quidem non habebant) eas ſane, quæ vniuerſales dicuntur, attulerunt: vt fere accidat eaſdem naturas vniuerſales, ac particulares eſſe. at hæc ipſa per ſeipſam erit difficultas eorum, de quibus dictum eſt.

Caput Quintum. Difficultatis determinatio, quo pacto uniuerſalis dicatur eſſe ſcientia, ſi ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt.

QVod vero & his qui dicunt ideas, & his qui non dicũt, aliquam dubitationem habet, quod & a principio in dubitationem dictum eſt prius, modo dicamus. Nam F
ſiquis ſubſtantias non ponat eſſe ſeparatas. & hoc modo ſicuti entium ſingularia dicuntur, perimet ſubſtantiam, quemadmodum dicere volumus. Quod ſi quis ſubſtantias ſeparatas ponat, quomodo principia earum & elementa ponet? ſi ſingulare nanque & vniuerſale, tot erunt entia, quot elementa. neque ſcibilia elementa. ſint etenim ſyllabæ quidẽ, quæ in voce ſunt, ſubſtantiæ. elementa vero earum elementa ſubſtantiarum. neceſſe autẽ eſt B A, & vnamquanque ſyllabarum vnam eſſe, ſi non vniuerſaliter quidem & ſpecie eædem, ſed vna numero vnaquæque, & quod quid, nec æquiuocum. Item ipſum quod eſt vnumquodque vnum ponunt. quod ſi ſyllabæ, ita illa quoque, ex quibus ſunt. non erunt igitur plura A, quam vnum, nec aliorum elementorum vllum ſecundum eandem rationem, ſecundum quam nec aliarum ſyllabarum eadem altera & altera. At vero ſi hoc, præter elementa non erunt alia entia, ſed

A solum elementa. nec item erunt scibilia elementa, cum non sint vniuersalia, scientia vero uniuersalium sit. constat uero ex demonstrationibus, ac definitionibus. non enim fit syllogismus, quod hic triangulus duobus rectis, nisi omnis duo recti. nec quod hic homo animal, nisi omnis homo animal. At uero, si principia uniuersalia sunt, aut etiam substantiæ, quæ ex his fiunt, uniuersales sunt, erit nō substantia prior substantia. uniuersale nanque non est substantia. elementum uero & principium uniuersale est. est autem elementum & principium prius his, quibus principium & elementum est. Hæc itaque omnia rationabiliter accidunt, tum cum ex elementis ideas faciunt, tum cum præter eas ideas, substantiasque, quæ eandem formam habent, unum quid separatum esse censent. quod si nihil prohibet, quemadmodum in uocis elementis multa A, multaque B esse, nihilque præter multa ipsa A, ipsaq; B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. Quod aūt omnis scientia uninersaliū sit, quamobB rem necesse sit, tum entium principia uniuersalia esse, tum non esse separatas substantias, hoc plus quam alia prædicta, maxime dubitationem habet. At quodam quidem modo uerum, quod dicitur est, quodam autem modo non uerum. Scientia nanque, sicut & ipsum scire, duplex est: quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cum sit tanquam materia ipsius uniuersalis, ac indefinita, uniuersalis, indefinitique est. actus uero determinatus & determinati, cum quod quid, huiusque alicuius sit. Verum per accidens uidet uisus colorem uniuersalem, eo quòd hic color, quem uidet, color est, & quod Grammaticus hoc A speculatur, A est. Nam, si necesse est principia uniuersalia esse. necesse est illa quoque ex his uniuersalia esse, quemadmodum in demonstrationibus est. quod quidem si ita est, nihil erit separatum, ne substantia quidem. sed constat, quòd quodam modo quidem scientia uniuersalis est, quodam modo ue-
C ro minime.

Quo pacto sit & nō sit ipsius vlis scientia.

Tertijdecimi Metaphysicorum Arist.

FINIS.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER QVARTVSDECIMVS,
cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In hoc libro disputat contra eos, qui mathematica, vel ideas numeros entium principia ponebant.

Caput Primum. Circa Immobiles substantias non posse principia contraria existere.

DE hac itaq; substantia tot dicta sint. omnes vero, quemadmodum in naturalibus, similiter etiam circa immobiles substãtias principia cõtraria faciũt. Si autem nullis principiis possit prius aliquid esse, impossibile erit profecto principium, aliquid aliud existens, principium esse. veluti siquis dicat albũ esse principiũ, nõ prout aliud, sed prout albũ, esse tamẽ de subiecto, & aliquid aliud existẽs albũ esse, illud sane prius erit. at vero cuncta ex cõtrariis fiunt, tanquã cuiusdam subiecti. necesse ergo est maxime hoc contrariis inesse. semper igitur cuncta cõtraria de subiecto sunt, & nullum est separabile. Cæterum, quemadmodum apparet, ratioque testatur, nihil substantiæ contrarium est. nullum ergo contrariorum omnium proprie principium est, sed alterum.

Caput Secundum. Narrantur opiniones multæ Antiquorũ de principiis.

QVidam vero alterum contrariorum materiam faciunt. quidam vni scilicet æquali inæquale, quasi hoc natura multitudinis sit. quidam vni multitudinem. generantur enim numeri a quibusdam ex dualitate inæqualis, magno ac paruo, a quodã ex multitudine, ambobus tamẽ ab substãtia vnius. etenim qui inæquale & vnum dicit elemẽta, inæquale vero ex magno & paruo dualitatem, tanquã vnum sint inæquale & magnum & paruum dicit. nec determinat quòd ratione, numero vero minime. At vero principia etiam, quæ elementa vocant, non bene assignant. Cum autem quidam magnum & paruum pariter cũ vno hæc tria numerorum elementa dicunt, duo quidem materiam, vnum vero formam. Quidam vero multum & paucum, quia magnum & paruum magnitudini magis secundum naturam pe-

A culiaria sunt. Alii aũt qđ magis vniuersale in his, excedens & excessum. At nullũ illorũ aliquid differt (vt ita dicã) quoad quędã, q̃ accidunt, nisi ad logicas tantũ difficultates, a quibus cauent, propterea ꝙ alii quoq; logicas afferunt demonstrationes. eiusdẽ tamen rationis est excedens & excessum, at non magnũ & paruum principia esse, ac numerum dualitate priorẽ ex elementis ponere. ambo nanq; magis vniuersalia sunt. at illud quidẽ dicunt, hoc vero minime. Quidã vero alterum & aliud ad vnũ opponunt. alii aũt multitudinẽ & vnũ.

Caput Tertium. Narratæ opiniones confutantur.

SI igitur entia (vt volunt) ex cõtrariis sunt: vni vero aut nihil cõtrariũ, aut si est, multitudo est, & inæquale ęquali, & alterum eidem, ẽt aliud eidem: maxime quidẽ qui vnũ opponunt multitudini, aliqua opinione nituntur,
B nec hi tamen sufficienter. vnũ etenim erit paucum, quãdoquidem multitudo paucitati, multũ vero pauco opponitur. Vnum vero, ꝙ mensuram significet, manifestum est. ac in cunctis est aliquid aliud suppositum, veluti in harmonia primus sensibilis tonus, in magnitudine digitus, aut pes, aut aliquid simile. & in rythmis gradus, aut syllaba. similiter in grauitate põdus aliquod determinatum est. ac eodem mõ de oĩbus in qualitatibus quale quid, in quantitatibus quantum quid. mensura. n. indiuisibile, quædã scđm formam, quædã scđm sensum, tanq̃ vnum, non sit aliqua per se substantia. & hoc rationabiliter. vnũ nanq; significat, ꝙ mẽsura cuiusdã multitudinis est. ac numerus multitudo mensurata, & multitudo mẽsurarũ. Quare rationabiliter vnum non est numerus. neq;. n mensura mensuræ. Verũ tam mensura q̃ vnũ, principium est. Oportet aũt vt mensura sp idem cum oĩbus sit. veluti si equus mensura equis, & si homo hominibus.
C ꝙ si homo, & equus, ac Deus animal, numerus quoq; eorum fortassis animalia erit. si aũt homo, & album, ac ambulans, minime quidem horũ numerus est, eo ꝙ eidem vniq; scđm numerum oĩa insunt. attamen numerus horũ generũ erit, aut alicuius alterius similis appellationis. Qui vero inæquale vt vnũ qd, dualitatem aũt indeterminatã ex magno, paruoq; faciunt, vehemẽter longe, tũ ab apparẽtibus, tum a possibilibus dicunt. passiones nanq; magis hæc, & accidentia, q̃ subiecta numeris & magnitudinibus sunt. multum nanq; & paucũ numeri, ac magnum & paruũ magnitudinis. sicuti par & impar, laue & asperũ, rectũ & curuum. Præterea ad hunc quoq; errorem ẽt necesse est magnũ, & paruum, & quæcunq; similia ab aliquo esse. Ad aliqd vero minime p̃dicamentorum oium natura quædã, aut substãtia est. ac posterior, tũ quali, tum quanto, & q̃dam quanti passio (vt dictum est) sed non materia, aut aliquid aliud q̃ oĩno commune ad aliquid, partibusq; eius, & speciebus, nihil. n. est, nec magnum nec paruũ, nec

multum nec paucum, nec omnino ad aliquid, quod nõ aliquid aliud D existens, multum aut paucum, aut magnum aut paruum, aut quod ad aliquid est. Quòd autem ad aliquid minime aliqua substantia, aut ens aliquod sit, signum est, quòd eius solũ non est generatio, neq; corruptio, neque motus: quemadmodum secundum quãtum augmẽtatio & diminutio, secundum quale alteratio, secundum locum latio, secundum substantiam simplex generatio & corruptio. At secundum ad aliquid minime. absque enim quòd moueatur, quandoque maius, quandoque minus, aut æquale erit, altero secundum quantũ moto. Necesse item est cuiusque materiam esse, quod potentia tale est. quare etiam substantiæ est. ad aliquid vero, neque potentia, neque actu substantia est. inconueniens itaque est, immo impossibile substantiæ elementum facere non substantiam, ac prius. posteriora nanq; omnia prædicamenta sunt. Item elementa non prædicantur de his, quorum elementa sunt. multum vero & paucum seorsum, E & simul prædicatur de numero. ac lõgum & breue de linea, planumq́; latum & strictum est. quòd si qua multitudo est, cuius semper ipsum paucum sit, vt dualitas (nam si eius multum sit, vnum profecto paucum erit) & si multum simpliciter, nimirum erit veluti denarius multum, & (si hoc pacto non est) plus quam dena milia. Quo igitur modo iste ex pauco, multoq́; numerus erit? aut enim ambo prædicari oportebat, aut neutrum. nunc vero alterum tantum prædicatur. Simpliciter autem consyderandum est vtrum possibile sit æterna ex elementis componi. materiam nanq; habebunt. omne nanque, quod ex elementis est, compositum est. Si itaq; necesse sit, ex quo quid est (siue semper sit, siue factum sit) ex eo fieri, omne vero fiat ex eo, quod potentia est id, quod fit (nec enim ex impossibili factum fuisset, nec esset) quod vero possibile est, contingit vt & quis agat, & non, numerum quoque (& si quam maxime semper sit) aut quodcunque aliud materiam habens, contingat profecto non esse haud secus, F & quod vnum diem habet, & quòd annos quotcunq;. si vero sic, & tempus cum tantum sit, vt cuius non est terminus. non erunt ergo æterna: siquidem quod contingit non esse, non est æternum, quemadmodum in aliis tractatum est. Quòd si verum vniuersaliter est, quod nunc dicitur, nullam substantiam æternam esse, si non sit actu, elementa vero materia substantiæ sint, nullius profecto æternæ substantiæ elementa erunt, ex quibus inexistentibus sit. Sunt aũt quidã, qui dualitatem quidem indeterminatam vna cum vno faciunt elementum, inæquale vero haud ab re spernunt, propter impossibilia, quæ accidunt. a quibus tot solum de difficultatibus ademptæ sunt, quotcunque necesse est illis accidere, qui inæquale & ad aliquid faciunt elementum. quotcunq; vero præter hanc opinionem sunt, has illis quoque necesse est accidere, siue idealem numerum, siue mathematicum ex eis faciant.

A *Caput Quartum. Multis de causis Antiquos in has causas lapsos fuisse: præcipue vero ob Parmenidem dicentem ipsum ens vnum esse: quod ab Aristotele redarguitur.*

MVltę igitur causæ sunt, quare in has causas lapsi sunt. ma
xime vero ea, quæ ob antiquitatē dubitatio est. videba-
tur nãq; eis oĩa entia fore vnũ, s. ipsum ens. nisi quis sol
uat, & consentanee Parmenidis rõni incedat. nunquã. n.
hoc vllo mõ esse non ens. verũ necesse esse ostendere, ꝙ
non ens sit. hoc nanq; mõ ex ente & aliquo alio entia fore, si multa
sunt. Profecto in primis quidē, si ens multipliciter dicatur: quoddã. n.
quia substantiã significat, quoddã, quia quale, quoddã, quia quantũ,
& reliqua quoq; prædicamenta: quale igitur vnum oĩa entia erunt,
si nõ erit ens? vtrum substantiæ, an passiones, & alia quoq; similiter,
B an cuncta? & erit vnum hoc, & tale, & tantum, & alia quæcunque
vnum quid significant? At inconueniens est, immo vero impossibile
vnã aliquam naturã factam causam, & huius entis, & eiusdē entis sit
quoddã hoc, quoddam tale, quoddã tantum, quoddã vero vbi. Dein
de ex quali non ente, ac ente entia? Multipliciter. n. & quod non ens,
sicuti ēt ens. etenim qđ non hominē significat, non esse hoc: quod nõ
rectum aũt, non esse tale: quod non tricubitũ vero, non esse tantũ. ex
quali igitur ente, & non ente multa entia erunt? Vult itaq; falsum, &
hanc naturã non ens dicere, ex quo & ente multa entia. qua de re di-
cebat ꝙ oportebat aliquod falsum supponere, quēadmodũ Geome-
træ pedalē esse, quæ non sit pedalis. At impossibile est hæc ita se ha-
bere. nec. n. Geometræ vllum supponunt falsum. non enim id in syl-
logismo propositio est. neq; entia fiunt ex ita non ente, neq; corrum
puntur. verum quoniam non ens, quod scđm casus dicitur, æque ac
pędicamenta dicitur, præter hæc aũt nõ ens dicitur, quod vt falsum,
C ac id, quod secundum potentiam, ex hoc generatio est. ex non homi-
ne, potentia vero homine, homo. & ex non albo, potentia vero albo,
album. similiter, siue vnũ quid, siue multa fiant. Videtur aũt quæstio,
quomodo ens, quod secundum substãtias dicitur, multa sit, cum pro-
fecto numeri, longitudines, & corpora, ea sint, quę generantur. Incõ-
ueniens itaque est, quõ quidem ens, quod quid est multa sit quærere,
non aũt quo modo, aut qualia, aut quãta. non. n. indeterminata dua-
litas, nec magnum & paruũ causa est, vt duo alba, aut multi colores,
aut sapores, aut figuræ sint. numeri nãq; hæc ēt erunt, ac vanitates.
At vero, si hæc consyderassent, vidissent profecto quid ēt in eis cau-
sæ est. eadem. n. & proportionalis causa est. ipsa. n. transcensio causa &
id quod quærebant, enti & vni oppositum, ex quo & his entia face-
rent, causa fuit, vt ad aliquid & inæquale supponerent, quod neq; cõ-
trariũ, neq; negatio illorum est, sed vna natura entiũ, quemadmodũ
quid & quale. Oportebat igitur hoc ēt quærere, quonam modo ad

aliquid multa esset,& non vnum. Nunc vero quo quidem modo multæ vnitates præter primum vnum quæritur, quo modo vero multa inæqualia, minime. Quamuis vtuntur & dicunt magnum paruum, multum paucum, ex quibus numeri, longum breue, ex quibus longitudo, latum strictum, ex quibus planum, profundum humile, ex quibus moles, et adhuc plures species eius dicunt, quod ad aliquid est. quid igitur his causæ est, vt multa sint? Necesse itaq; est (quemadmodum dicimus) vnicuique supponere potentia ens. nam & ille, qui hæc dixerat, hoc quoque commonstrauit, quòd aliquid potentia sit ens, hocq; substantia, non ens aūt per seipsum, videlicet quia ad aliquid. ac si diceret, tale quod neque potentia est vnum, aut ens, neque vnius, aut entis negatio est, verum vnum quid entium est. at multo magis (vt dictum est) si quęsiuisset, quonam modo entia multa sunt, non quæ in eodem prædicamento, quõ multæ substantiæ, aut multa qualia quærendo, verum quo modo multa entia. quędam nanq; substantiæ, quædam passiones, quædam ad aliquid sunt In aliis igitur p̄dicamentis habet aliam ēt quandam consyderationem, quonam modo multa sint. Etenim propterea quòd non sunt separabilia, eo quòd subiectum multa fit, & est, qualia quoq; multa sunt, & quāta. & quātuis oportet vnicuique generi aliquam esse materiam, separabilem tamen a substantiis impossibile est. In his aūt, q̄ quod quid sunt, habet quandam rationem qũo multa ipsum quid sunt, si non quid erunt & quod quid, & q̄dam talis natura. hæc vero dubitatio illinc magis est, qũo multæ actu substantię, & non vna. At vero si nō idem sit hoc, & quantum, non dicitur qũo, & cur entia multa sunt, sed qũo, & quare multa quanta. Omnis nanque numerus quantum quid significat. & vnitas non est nisi mensura, quia ea, quæ secundum quantum, indiuisibilis est. si igitur quantum, & quod quid est alterum non dicitur, quod quid est, ex quo neque quomodo multa. si autem idem, multas sustinet contradictiones, qui hæc dicit.

Caput Quintum. Examinantur opiniones variæ ponentium numeros rerum principia: eædemq; improbantur.

SVggerere autem quispiam de numeris etiam consyderationem possit, vnde nam sit accipienda fides q̄ sint. apud eum nanq;, qui ponit ideas, præbent quandā entibus causam. si quidem vnusquisque numerorum idea quædam est, idea sane cæteris vt sint, quomodocunque cā est. Sit.n. hoc eis suppositum Illi vero, qui hoc quidem modo nō putet, propterea quòd videat difficultates, quæ circa ideas existunt, ita vt propter hæc eas non faciat numeros, faciat vero numerum mathematicum, vnde credendum est, quod talis numerus sit, ac quod quicquā cæteris vtilis? nullius nanq;, nec ille ait, qui dicit eū esse, veruṁ vt quandam ipsam per se existentem naturam esse dicit: nec ap-

A paret eum causam esse, quandoquidem omnia Arithmeticorum theoremata ēt de sensibilibus (vt dictum est) erunt. Qui igitur ponunt ideas esse dicere tentant, quomodo, & qua de causa sint: eo quòd secundum expositionem cuiusque vnum quid præter multa accipiunt vnumquodq;. At vero quoniam hęc, neque necessaria, neque possibilia sunt, neque numerum propter hæc esse asserendum est. Pythagorici vero, eo quòd multas numerorum passiones sensibilibus inesse corporibus videbāt, numeros quidem esse entia fecerunt, non tamen separatos, verum ex numeris entia. Cur aūt? quoniam numerorū passiones in harmonia sunt, & in cœlo, cæterisq; multis. Illis vero, qui mathematicum solum numerum esse dicunt, nihil tale secundū suppositiones dicere contingit: verum quòd non erunt de eis scientiæ, dicebant. nos autem dicimus esse, quemadmodum diximus prius. Et patet quòd mathematica non sunt separata. si.n. separata essent, non
B inessent corporibus passiones eorū. Pythagorici vero scd̄m tale nullius culpabile existunt. At scd̄m quod naturalia corpora ex numeris faciunt ex non habentibus grauitatem vel leuitatem grauitatem & leuitatem habentia videntur de alio cœlo corporibusq; aliis, non aūt de sensibilibus dicere. Qui vero faciunt separatum, eo quòd dignitates non sunt in sensibilibus, quodq; vera sunt quæ dicuntur, & animæ adblandiuntur, & esse existimāt, & separata esse, similiter quoq; & magnitudines mathematicas. At dilucidū est, quòd oratio quoq; cōtraria dicet cōtraria, & quod iā dubitatum est, soluitur ab illis hoc pacto sciscitantibus, quam ob causam, si nullatenus ea sensibilibus insit, passiones eorum in ipsis sensibilibus sint. Sunt aūt quidam, qui ex hoc, quòd termini, extremaq; sunt, punctum lineæ, hæc superficiei, ista solidi, putāt debere tales naturas ex necessitate esse. Oportet igitur & hanc rationem consyderare, nonne nimium debilis sit. Nec.n. substantiæ sunt extrema, immo oīa hęc termini. Cū & ambulationis,
C & omnino motus aliquis terminus sit, is ne igitur est quod quid, & substantia quædam. at absurdum est. At vero etsi sunt, sensibilia sane oīa erunt. in his nanq; esse ratio dixit. cur igitur separata erunt? Item inquiret quispiam, qui non admodum facilis sit ad credendum, de omni quidem numero, & mathematicis hoc ipsum, quod nihil conferant inuicem priora posterioribus. nam & numero nō existente, nihil minus magnitudines erunt illis, qui mathematica solum esse aiunt: & his non existentibus, anima, & corpora sensibilia. Ex his vero, quæ apparēt, non videtur natura inconnexa, quemadmodum vitiosa Tragœdia. Qui vero ponunt ideas, hoc quidem eos fugit. ex materia nāque, & numero faciunt magnitudines. ex dualitate quidē longitudines, ex trinitate vero fortassis plana, ex quaternitate solida, aut ex aliis numeris. nihil.n. interest. Sed vtrum hæc erunt ideæ? aut quis modus earum est, quidue conferunt entibus? Nihil profecto, quemadmodum neq; mathematica, nec istæ cōferant. At vero nec vllum theore-

ma de eis est, nisi quis velit mathematica motum efficere, ac proprias quasdam opiniones facere. non est autem difficile eos, qui quascunq; suppositiones sumunt, prolixum quippiam facere, atq; connectere. hi quidem hoc modo mathematica ideis annectentes, peccant. Primi autem duos numeros facientes, tum idealem, tum mathematicũ, nullo modo dixerunt, nec dicere habeant, quomodo, vel ex quo mathematicus erit: faciunt enim eum medium inter idealem, & sensibilem. Si enim ex magno & paruo, idem erit illi, qui idearum est. verũ ex alio quodam magno & paruo magnitudines sane facit. si autem aliud quoddam dicet, plura elementa dicet. Et si principium vtriusq; vnum quid est, commune quid in his id vnum erit. at quærendum est quomodo hæc multa vnum sint? Et simul secundum eum aliter quã ex vno, & indeterminata dualitate numerum fieri impossibile est. Hæc itaque omnia irrationabilia sunt, ac ipsa sibi ipsis, & bene ratione vtentibus compugnant. videturq; in eis esse longus Simonidis sermo. fit nanque longus sermo, quemadmodum is, qui seruorum est, cum nihil sanum dicant. Ipsa quoque elementa magnum, & paruum videntur conqueri, quòd trahuntur. non possunt enim vllo modo generare numerum, nisi eum, qui ab vno duplicatur. Inconueniens etiam est, immo impossibile generationem quoque eorum facere, cum perpetui sint. vtrum autem Pythagorici faciant, an non faciant generationem, nihil dubitandum est. manifeste nanque dicunt, ꝙ vno constituto, siue ex planis, siue ex colore, siue ex semine, siue ex quibus egent dicere, confestim infinito propinquissimum trahebatur, terminabaturq; a termino. Verum quoniam de mundi factura, ac naturaliter hæc dicere volunt, decens erat aliquid eos de natura inuestigare, a præsenti vero via discedere. Quærimus nanque principia, quæ in immobilibus sunt. quare talium numerorum generationem considerare oportet. Imparis itaque generationem non dicũt, quasi videlicet paris generatio sit. Parem vero primo ex inæqualibus, magno & paruo æquatis, quidem constituunt. necesse itaque est prius esse ipsis inæqualitatem, quam ipsum æquari. si autem semper æquata fuisset, non fuissent inæqualia prius. ipso enim semper nihil est prius. quare patet quòd non contemplandi gratia faciunt generationem numerorum.

D

E

F

Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto bonum in ipsis principiis insit: de qua re diuersæ Antiquorum redarguuntur opiniones.

HAbet autem dubitationem, & a bene dubitante reprehensionem, quonam modo ad bonum, atque pulchrum elementa, principiaq; se habent. dubitationem quidem hãc vtrum aliquod istorũ tale sit, quale volumus ipsum ideale

bonum,& optimum dicere, an non, sed posterius genita sint. A quibusdam enim recentioribus Theologis concessum esse videtur, qui non aiunt, nisi quòd entium natura præcedente, bonum quoque, ac pulchrum apparet. hoc vero faciunt veram veriti difficultatem, quæ accidit dicentibus, quemadmodum quidam ipsum vnum, principium. Difficultas autem est, non quoniam principio bonum tanquam insitum attribuerunt, verum propterea quod ipsum posuerunt principium, & principium, vt elementum. numerum quoque ex vno. Poetæ vero Antiqui similiter quomodo regnare, eo & principia esse aiunt. non enim primos, veluti noctem, & cœlum, aut chaos, aut etiam oceanum, sed Iouem. At vero his quidem, eo quòd mutant entium principes, talia dicere accidit. quia hi quidem eorum, qui misti fuerunt, nec omnia fabulose dicunt (vt Pherecydes, & alii quidam) primum generans optimum ponunt, ac etiam Magi, & posteriorum quoque Sapientum, vt Empedocles, & Anaxagoras, cum hic quidem amicitiam, ille vero intellectum principium fecerit. eorum vero, qui immobiles substantias esse dicunt, quidam ipsum vnum ipsum bonum esse aiunt. substantiam tamen eius ipsum vnum maxime putabant esse. Dubitatio quidem hęc est, vtro modo dicendum est. Mirabile autem est, si primo, & perpetuo, ac sibi ipsi sufficientissimo hoc ipsum primum, per se sufficientia, & salus non sit tanquam bonum. enimuero propter nihil aliud incorruptibile, vel sibi sufficiens est, nisi quoniam bene se habet. Quare dicere quidem principium tale esse rationi consentaneum est verum esse: hoc vero esse ipsum vnum. Aut si non hoc, elementum, & numerorum elementum esse impossibile est. Accidit enim multa difficultas, quam cum quidam fugerent, qui vnum quidem fatebantur primum principium esse, ac elementum ipsius, tamen mathematici numeri abnegarunt. cunctæ nanque vnitates re vera fiunt aliquod bonum, & magna bonorum erit abundantia. Item, si formæ numeri, omnes formæ ipsum bonum aliquod. At vero cuiuscunque velit, ponat quis ideas esse, siquidem bonorum solum ideæ, non erunt substantiæ. Quòd si etiam substantiarum, cuncta animalia, & plantæ bona sunt, & participantia. Hæc itaque inconuenientia accidunt. Et ad hæc contrarium elementum (siue multitudo, inæquale, & magnum & paruum sit) ipsum malum erit. Quare quidam fugiebat bonum vni copulare, tanquam necesse sit, cum generatio sit ex contrariis, naturam multitudinis malum esse. quidam inæquale mali naturam dicunt. accidit igitur omnia entia, præter vnum, quod est ipsum vnum, malo participare. & numeros eo magis puro participare, quam magnitudines. & malum locum esse boni, ac participare, & appetere corruptiuum. contrarium nanque corruptiuum contrarii est. At si, quemadmodum dicebamus, quòd materia est id, quod potentia vnumquodque, veluti ipsius actu ignis, quod est po-

Co. Gre. ita legit. Poetę vero Antiq hac similiter qua regnare et dominari aiunt, nō primos, &c.

tentia ignis, malum erit ipsum potentia bonum. Hæc igitur omnia D
accidunt. quoddam quidem, quia omne principium faciunt elementum. quoddam, quia contraria principia. quoddam, quia ipsum vnū, principium, quoddam, quia numeros primas substantias,& separabiles, ac formas. Si igitur tum non ponere bonum inter principia, tum ita ponere impossibile est, constat quòd non recte assignantur principia, neque primæ substantiæ. At etiam nec is recte putat, qui vniuersi principia, animalium, plantarumq; principio assimilat, quia ex indeterminatis, ac imperfectis semper perfectiora: & ideo etiam in primis ita se habere aiunt, vt nec ens aliquod sit ipsum vnum. Verum etiam hic perfecta principia sunt, ex quibus hæc sunt. homo enim hominem generat, nec semen primum est.

Caput Septimum. Contra ponentes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt ex elementis entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non diuidentibus. E

ABsurdum item est locum simul cum solidis mathematicis facere. locus nanq; singularium proprius. quare loco separabilia sunt. mathematica vero non sunt alicubi. At insuper dicere quidem, quòd alicubi erunt, quid vero locus sit, non absurdum est. Oportebat vero eos, qui entia dicebant esse ex elementis, primaq; entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio sit: & ita dicere quonā modo numerus ex principiis sit. Vtrum mistione? At non est omne miscibile, & quod fit alterum, non erit separabile vnum ipsum, nec altera natura, neque volunt. At compositione dicent, vt syllabam? Sed situm necesse est esse. & qui intelligit, seorsum intelliget vnum, & multitudinem. hoc igitur numerus erit, vnitas & multitudo, aut vnum & inæquale. Et cum F
id, quod est ex aliquibus esse, est quidem, vt ex his, quæ insunt, est vero, vt non, vtronam modo numerus est? Sic enim vt ex his, quæ insunt, non sunt nisi ea, quorum generatio est. Sed tanquam a semine erit? At non possibile ab indiuisibili aliquid abire. Verum fortassis tanquam vt ex contrario non permanēte? At quæcunque ita sunt, ex alio quoque quodam permanente sunt. Cum autem vnum, quidam quidem vt cōtrarium multitudini, quidam vero inæquali ponat, vno vt æquali vtens, tanquam ex contrariis erit numerus profecto. est igitur quippiam aliud, ex quo permanente, & altero est, aut factus est. Præterea, cur cætera quidem, quæcunque ex contrariis sunt, aut ea, quibus cōtraria sunt, corrumpuntur, numerus vero, & si ex omni sit, minime? de hoc enim nihil dicitur, quamuis contrarium tam quod inest, quā quod non inest, corrumpat, vt contentio misturam. attamē non oportebat. non enim est illi contraria.

A *Caput Octauum. Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum.*

NIhil autem determinatũ est, qualiter numeri substãtiarum,& existentiæ causæ sunt:vtrum vt termini, veluti puncta magnitudinum,& vt Eurytus ordinabat,hęc numerus huius:puta, hic quidẽ hominis, hic vero equi: quemadmodũ illi,qui numeros ad figuras, triangulũ, & quadratũ reducunt,ita plantarũ formas supputationũ calculis assimilãs. An,quoniã ratio,& cõsonãtia numerorũ,similiter ẽt homo, & aliorum vnũ quodque? At passiones,qualiter sunt numeri,albũ,dulce,& calidum? Quod vero numeri veri nõ sint substantia,neq; causę formę,patet:substantia nanq; ratio est,numerus vero materia.veluti carnis,aut ossis numerus substantia sic,tria ipsius ignis, terræ vero

B duo.& semper numerus,quicunq; fuerit,aliquorũ est,vel igneus,vel terrenus,vel monadicus.verũ substantia tantum ad tantum esse secũdum mistioné hoc sane non est numerus,sed ratio mistionis numerorũ corporaliũ,aut quorũcunq;.Nec igitur eo ꝙ faciat,causa numerus est:nec omnino numerus monadicus,aut materia,aut ratio,& forma rerũ est:sed nec quidem vt id, quod cuius causa.

Caput Nonũ. Contra ponẽtes bonũ,quod est hic,omne a numeris prouenire. Contra ẽt nonnullos Homeri expositores,fatua quædã in numeris dicẽtes.Et quo pacto in numeris ponendũ est ipsum bonum.

DVbitauerit autẽ aliquis,quidnã sit illud bene, quod a numeris, si misti in numero rationali, aut impari sit. nunc etenim nihil salubrius,ter tria, si melicratum sit mistum, sed magis proderit fortassis, si in nulla proportione sit, & aquosum, aut si in numero sit purum. Itẽ rationes mistionũ in addi-

C tione numerorum,non in numeris sunt. veluti tria ad duo, non ter duo.idem.n.genus esse oportet in multiplicationibus. Quare ipso A mensurare oportet ordinẽ,in quo A,B,C.& ipso Deũ, in quo D, E, Z.quarę eodẽ omnia.erit igitur ipsius ignis B,E,Z. & aquæ numerus bis tria. Si aũt necesse est omnia numero participare,necesse est multa eadẽ accidere,& numerũ eundem huic,& alii esse. Vtrũ igitur hoc est causa,& propter hoc res est? An id immanifestum. veluti est quidam Solis,ac rursus Lunę lationum numerus,& vitæ vniuscuiusque animalium. Quid igitur prohibet quosdã eorũ quadratos esse, quosdam cubos & æquales,alios duplos? Nihil.n.prohibet, sed necesse est in hos conuerti, si omnia numero participabant,& quæ differunt cõtingebat sub eodẽ numero cadere. Quare, si quibusdam idem accidens acciderit,eadem inuicẽ illa erunt,eãdem habentia numeri speciem,puta Sol & Luna,eadem. Sed propter quid causæ eædẽ? septẽ quidem vocales,septem autem chordæ,aut harmoniæ, septem vero

pleiades, in septem autem quædam emittunt dẽtes, quædã vero nõ, D septem etiam, qui ad Thebas. Vtrũ igitur quoniã talis quidã numerus suapte natura aptus est, ideo aut illi fuerũt septẽ, aut pleias septenarum stellarũ est? An hi quidẽ ꝓpter portas, aut aliã quãdã causam. Illam vero nos ita numeramus, vrsam aũt duodecim, quidam aũt plures. nam ξψζ consonãtias aiunt esse. & quoniam illæ tres, hæc quoq; tria. quod aũt mille talia sint, nemo curat. ipsi enim γ & ρ esse posset vnũ signum. Si aũt quoniã duplũ aliorũ vnũquodque, aliud vero minime, causa quidẽ est, quia cũ tria loca sint, vnũ in vno quoq; infertur ipsi σ, propterea tria tantũ sunt, sed non quoniã consonãtiæ tres: nã plures cõsonantiæ sunt. hic vero non amplius possunt. Similes vero hi quoque sunt Antiquis homericis, qui paruas similitudines vident, magnas vero nõ vident. Dicunt aũt quidam, ꝙ multa talia sunt, veluti ipsæ mediæ. quædã nouem, quædã octo, & carmẽ decem & septem his esse æquale numero. ascendit autem in dextro quidẽ nouẽ syllabis, in synistro vero octo. & ꝙ æqualis distantia, tã in literis ab α ad ω, quã in tibiis a grauissimo bombo ad acutissimã neten, cuius numerus æqualitas est omnimodæ cœli melodiæ. Videri aũt non decet talia. nã nullus dubitaret neq; dicere, nec inuenire ĩ perpetuis, quoniã & in corruptibilibus. Vtrũ quæ in numeris naturæ laudatæ, & quæ his contraria, ac omnino, quæ in Mathematibus, vt quidã dicunt, & causas naturæ faciunt, videntur hoc modo considerantes fugere. secundum nullum.n. modũ eorũ, qui circa principia determinati sunt, vlla eorũ causa est. Vt tamen manifestum faciunt, quod ipsum bene est, & quod de coordinatione ipsius boni est impar, rectũ, æquale, quæ quorundã numerorũ sunt potentiæ (simul nanq; anni tẽpora, & talis numerus) & cætera, quæcunque colligũt, ex theorematibus mathematicis hanc potentiã omnia habent. Quare assimilantur casualibus accidentibus. sunt.n. accidentia quidẽ, sed conueniẽtia inuicem omnia. vnum aũt, qđ proportionale est. In vnaquaq;.n. entis prædicatione est, quod proportionale est vt rectũ in longitudine, ita in latitudine æquale: in numero vero fortassis impar, in colore autẽ album. Præterea harmonicorum, atq; similiũ nõ sunt causa numeri, qui in formis sunt. Illi nanq; æquales ab inuicẽ specie differũt. etenim ipsæ quoq; vnitates. quare ꝓp hæc non sunt faciẽdæ formæ. Quæ igitur accidunt, hæc, & alia ẽt his plura, si colligerentur. Videtur aũt id indicio esse multis male affici circa generationem eorum, & nullo modo posse connecti, eo ꝙ mathematica non sit a sensibilibus (vt quidam dicunt) separata, nec ipsa quidem sint principia.

Librorum quatuordecim Metaphysicorum.

FINIS.

AVERROIS CORDVBENSIS EPITOME IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS,

TRACTATVS PRIMVS.

A DIXIT Auerrois. Intẽtio nostra in hoc libro est collige-
re dicta scientialia vl'ia ex dictis Aristotelis, posita in scia
Metaphysicę, iuxta nr̃am cõsuetudinẽ ĩ libris p̃cedẽtibus.
Et primo incipiamus narrare intentionẽ huius scię, & eius
vtilitatẽ, partesq; ipsius, atq; gradũ, & pportionẽ: tandem
exordiemur de rebus, quarũ pręcognitio iuuat in initio hu-
ius artis. Et dicamus ꝙ iã alibi fuit dictũ, ꝙ artiũ, & sciẽtia Sciarum, &
rũ gña sunt tria: vel. s. artes speculatiuę. & sunt illę, quarum artiũ diuisio.
finis est scire tm̃: vel artes practicę, & sunt quarũ sciẽtia hr̃
propter opus: aut sunt artes auxiliãtes his, & dirigentes ad
istas, & sunt. s. artes logicales. in libro ẽt Posteriorũ fuit dictũ, ꝙ artes speculati-
uę sunt duę, vniuersalis s. & particularis. vl'is quidẽ cõtẽplatur de ente absolute,
& de cõcomitãtibus ipsum essentialibus, cuius spẽs sunt tres, s. ars Topicorũ, ars
Elẽchorũ, et hęc ars. Partialis vero est, q̃ speculatur de ente quoquo mõ: vbi ad-
huc fuit dictũ ꝙ ipsius particularis gña sunt tm̃ duo, s. Naturalis scia, quę s. tra-
ctat de ente trãsmutabili, & scia Mathematica, q̃ de quãtitate denudata a mate-
ria cõtẽplatur. qđ totũ in libro Posteriorũ fuit suppositũ modo suppositi et est no
tũ. Hic aũt cõuenit inuestigare de hoc. & dicamus ꝙ diuisio harũ artiũ speculati
B uarũ in has tres partes tm̃ fuit qđ accidẽs de necessitate, cũ ipsa entia diuidantur
in hęc tria gña. Nã si entia perquirãtur, reperiẽtur aliqua eorũ esse in materia. et
huius generis entiũ speculatio, eorũdemq; accidentiũ cõsequẽtiũ posita est p se
in vna scia. & hoc est manifestum apud illũ, qui in sciẽtia Naturali studuit. Sũt
& aliqua alia entia, in quorũ definitione nõ apparet materia, licet habeãt esse
in materia. & hoc est manifestũ speculari in Mathematicis: & de oĩbus horũ ge
neribus atq; cõsequẽtibus ea fit speculatio de per se. Et, quia in sciẽtia Naturali
ostẽdũtur alia principia, quę nõ sunt in materia, neq; in aliqua re, sed habẽt esse
absolutũ: ideo fuit necessariũ horũ speculationẽ fieri in arte vl'i, quę speculať de
ente absolute. Reperiũtur adhuc hic quędã res cões, in quibus cõmunicat sensi-
bilia & insensibilia, vt vnũ & multa, potẽtia et actus, et reliqua cõsequẽtia vl'ia,
& tandẽ ea, quę cõcomitãtur rebus sensibilibus inquãtũ sunt entia: et est modus,
quo appropriãtur res separatę, vt post hoc ostẽdemus. De huiusmodi igitur re-
bus impossibile est aliquã artẽ speculari pręter illã, cuius subiectũ est ens absolu
tũ. Cũ ergo ita sit, & fuerit propalatũ ꝙ scientiæ speculatiuæ bifariã diuiduntur,
scilicet in partialẽ & vniuersalẽ, & de ipsa particulari iã præteriit sermo: quod Quę sit intẽ-
igitur restat modo nobis est tractare de hac sciẽtia: cuius intentio, vt declaratum tio ĩ hac sciẽ
fuit, est cõtemplari de ente inquantum ens, & de omnibus generibus eius, donec tia, et eius su
perueniatur ad subiecta artium particularium, & de consequẽtibus essentialibus biectum.

ipsius, & complere totum hoc vsque ad suas causas primas, quæ sunt res separa- D
tæ. Hinc est ꝙ hæc scientia non præstat de causis, nisi formam & finem, & ali-
quo modo agens: videlicet non eo modo, quo dicitur agens in rebus transmuta-
bilibus: quia conditio agentis in hoc loco non est ꝙ præcedat passum præces-
sione temporali, sicut fit in rebus naturalibus. Et quemadmodum in scientia Na-
turali, quando redduntur causæ cuiuscunque rei, redduntur ratione naturæ &
rerum naturalium, sic etiam in hoc loco, si conatur reddere causas rerum, quæ
sunt entia, illæ redduntur ratione diuinitatis, & rerum diuinarum, quæ scilicet
sunt entia non existentia in materia. Tandem eius prima intentio in hac scien-
tia est dare id, quod restauit apud ipsum de scientia circa notitiam causarum vlti
marum rerum sensibilium. Nam in scientia Naturali fuerunt declaratæ de hoc
duæ causæ vltimæ tantum, scilicet materia & mouens. hic igitur restauit sibi
declarare causam formalem ipsarum, & finalem, & agentem. Nam arbitrari po-
test esse differentiam inter agens & mouens: quia mouens præstat mobili mo-
tum tantum, agens vero formam, propter quam fit motus. Huiusmodi autẽ noti-
tia fuit propria huic scientiæ, propterea quia res, quibus habetur esse harum cau
sarum, sunt res vniuersales. & hoc etiam, postquam fuerit receptum hic id, quod
in scientia Naturali propalatum fuit de esse motoris, qui non est in materia. De
causa autem materiali, & de vltimo motore dantur ibi, scilicet in scientia Natu- E
rali propositiones, per quas possunt haberi, non tamen possunt perfecte declara-
ri per aliam, præsertim causa mouens. Declarationes vero, quas fecit Auicen. ad
ostendendum primum principium in hac scientia, sunt dicta topica non omnino
vera, neque dant aliquid perfecte. & tu percipies hoc ex contradictionibus ad-
ductis ab Algazele contra eas in libro Destructionis. Similiter etiam recipit
professor huius scientiæ, vt diximus a scientia Naturali illius esse, & dat modũ,
quo est motor: quemadmodum Mathematica recipit numerum motorum ab ar-
te Astronomica. Neque est quid superfluum in hac scientia id, quod in scientia
fuit propalatum de esse principiorum separatorum, vt dicit Auicen. immo est ne
cessarium, cum hæc scientia faciat hoc per modum radicis suppositæ, & est vna
ex partibus subiectorum eius. Ex dictis igitur patet quid sit intentio huius scien
tiæ, & eius subiectum. Partes vero ipsius inueniuntur disseminatæ in dictis attri
Diuisio huius sciẽtiæ. butis ipsi Aristo. tribus tamen continentur partibus. Prima pars speculatur de
rebus sensibilibus inquantum sunt entia, & de omnibus generibus earum, quę
sunt decem prædicamenta, & de omnibus consequentibus eas: & refert eas ad
prima illorum, quantum potest fieri in hac parte. Secunda autem contemplatur
de principijs substantiæ, quæ sunt res separatæ, & notificat quale habeant esse,
quæ etiam refert ad suum primum principium, quod est ipse Deus gloriosus, & F
notificabit attributa & operationes, quæ appropriantur ei, & declarabit etiam
proportionem aliorum entium ad ipsum, & ꝙ ipse est vltima perfectio et prima
forma atque primum agens, & de reliquis rebus, quæ appropriantur vnicuique
separatorum, & de communibus pluribus vno ipsorum. Tertia vero speculatur
de subiectis scientiarum particularium, & remouet eorum errores, in quos inci-
derunt Antiqui: & hoc scilicet in scientia Logicali, & in duabus scientijs parti-
cularibus, i. in Naturali, & in Mathema. Quod ita fuit, propterea quia non est
scientiæ particularis verificare sua principia, neque remouere errorem cadentẽ
in ipsis vt in libro Posteriorum fuit ostensum. Sed hoc est artis vniuersalis, sci-
licet vel huius artis, vel Topicæ. veruntamen ars Topica remouet illas opinio
nes per dicta famosa (seu apparentia:) quare non erimus tuti quin accidat in eis
falsum. ista vero per dicta vera: etsi accidat etiam ipsa esse apparentia (seu famo
sa). & ideo artes particulares sunt de necessitate huius scientiæ veræ. Patet er-
go ex hoc, ꝙ partes necessariæ huius scientiæ sunt illæ duæ primæ tantum. sed
tertia est melioris notæ gratia, cum esse plurium subiectorũ scientiarum partia-
lium, & modus ipsius esse eorum sit ex rebus per se notis. sed cecidit in eis error
apud Antiquos, & de perfectione scientię est soluere illos errores per viam, qua
solutio dubiorum cadentium in re sit ex perfectione scientiæ eius vna cum ac-
quisitione scientiæ per se. Nobis autem visum est diuidere hũc librum in quin-

A que tractatus. In primo tractatu faciemus prologos, in quorum via nos sumus,
& declarabimus in eo nomina, quæ fiunt in hac arte. In secundo tractatu memo
rabimur res, quæ se habent respectu primæ partis huius artis, veluti species. In
tertiò narrabimus consequentia communia ipsi. In quarto tractatur de eo, quod
continet secunda pars huius scientiæ. Quintus tractatus continet id, quod in ter-
tia parte huius scientiæ reperitur. Et dicamus quod vtilitas huius scientiæ est Vtilitas.
de genere vtilitatis scientiarum speculatiuarum, & hoc iam in libro de Anima
fuit declaratum, vbi fuit dictum quod earum intentum est perfectio animæ ratio
nalis, donec perueniat homo ad vltimam perfectionem suam. Veruntamen licet
vtilitas huius scientiæ sit de genere vtilitatis scientiarum speculatiuarum, nihi-
lominus adhuc est in nobiliori gradu in hoc. nam eius proportio ad illas est pro-
portio finis & perfectionis, cum per eius scientiam habeatur scientia entium per
finem suarum causarum, quod est intentum humanæ cognitionis. Scientiæ quo-
que particulares acquiruntur perfecte per hanc scientiam, cum ipsa verificet sua
principia & remoueat errorem cadentem in eis, vt diximus. Ordo vero do- Ordo.
ctrinæ eius est vt locetur post scientiam Naturalem. nam vt diximus ipsa vtitur
tanquam radice supposita eo, quod declaratum fuit ibi de esse virtutum, quę nõ
sunt in materia. Et verisimile videtur quod hæc scientia nominetur Metaphy- Nomen.
sica, propter ordinem eius in doctrina. est tamen prior in esse: & ideo appella-
B tur Philosophia prima. Ex dictis igitur apparet quid sit intentio huius scientiæ,
& partes eius, & vtilitas, & proportio ipsius, atque ordo, & quid significat no-
men eius. Viæ autem doctrinæ, quæ in ea fiunt, sunt illæ, quæ in alijs fiunt scien Via doctri-
tijs. Maior quoque pars generum demonstrationis, quæ in ea fiunt, sunt signa. næ.
nam semper accipimus signũ a rebus notioribus apud nos ad res notiores apud
naturam. sed vt diximus maior pars rerum, quæ sunt in hac scientia, sunt res per
se manifestæ, vel prope dixerim vt sint per se manifestæ, vel res, quæ fuerunt
declaratæ in scientia Naturali.

Postquam ergo iam declaratum fuit quicquid intendebamus a principio rei, De Nominũ
expedit modo tractare de vnaquaque re primæ partis huius scientię: post- significatio-
quam diuiserimus quot modis dicuntur nomina significantia subiecta huius nibus.
scientiæ, et partes subiectorum eius, vt sint prompta apud nos in scrutatione
vniuscuiusque rei in ea requisitæ. Et dicamus.

Ens dicitur multis modis. Vno modo de quolibet decem prędicamentorum: De Ente.
& est de nominibus, quæ dicuntur secundum ordinem & proportionem, nõ 5. Me. t.cõ.
quæ dicuntur secundum meram æquiuocationem, neque vniuocationem. 13. & 14.
Secundo dicitur de vero, quod s. ita se habet in intellectu, quemadmodum extra
intellectum: vt si diceremus si natura est, & si vacuum non est. Dicitur etiam de
C quiditate cuiuslibet rei habentis quiditatem, & essentiam extra animam, siue
apprehendatur huiusmodi essentia, siue non. In decem autẽ prædicamentis ag-
gregantur hæc, s. φ dicitur de eis nomen entis his duobus modis. Vno s. modo,
inquantum habent esse extra animam. Secundo, inquantum significant quidi-
tates illarum essentiarum. & ideo nomen entis reuertitur ad hæc duo tantum, s.
ad verum, & ad id, quod est extra intellectum. Et hoc etiam dupliciter, quia
vel ad species, vel ad formas. intelligo formas specierum, & earum quiditates.
Sed ens per accidens non potest imaginari in ente separato, quia essentia rei &
eius quiditas non potest esse per accidens. Bene tamen imaginatur, quando refe
runtur entia ad seinuicem. nam si nos facimus comparationem inter duo entia,
de qua comparatione iudicatur φ vnum eorum sit de quiditate alterius, vt cen-
trum ad circulum, vel æqualitas duorum angulorũ rectorum ad angulos triangu
li: aut φ vnum eorum sit in quiditate alterius, vt filius & pater, tunc dicitur de
eis φ sunt per se. Sed si non fuerit de quiditate vnius eorũ φ reperiatur in alio,
dicitur φ hoc est per accidens: vt cum dicimus ędificatorem percutere lignum,
& medicum esse album. Significatur etiam per nomen entis illa habitudo, quæ
copulat prædicatum cum subiecto in intellectu, & dictiones significantes talem
proportionem: siue fuerit talis copula affirmatio vel negatio, vel fuerit vera vel
falsa, per se vel per accidens. Istæ ergo sunt famosiores res, de quibus dicitur

nomen entis in Philosophia. & est de nominibus transumptiuis. quia id, quod a vulgo significatur per ipsum, est aliud quam id, quod significatur in hoc loco. nã plebs indicat aliquid inesse alicui rei, cum dicit inuenitur perditum, tandem apud eos significatur aliquid inesse subiecto, licet non declarauerint ipsum. Hinc est ꝙ aliqui existimauerunt ipsum significare accidens in aliqua re existens, non eius essentiam, quia illud apud plebem est de nominibus denominatiuis. sed nos non debemus respicere hoc, immo oportet vt intelligamus ex ipso hic, quando volumus ꝙ ipsum significet aliquam essentiam, ꝙ intelligatur per id, quod dicimus aliquid, & essentia, & tandem id, quod intelligitur ex nominibus abstractis. Hinc est ꝙ aliqui eorum existimant ꝙ nomen entis, quod est trãscendens ad verum, est ipsummet transcendens ad esse. & ideo illi etiam, qui putant ipsum esse accidens, dicunt si ista dictio ens significaret esse, tunc cum dicitur de substantia ꝙ est, esset contrariũ dicti, & ipsi nesciunt ꝙ ens dicitur in hoc loco de alia re. quã dicatur ibi. Si significaret etiam accidens in re, vt pluries repetit Auicen. sequeretur de necessitate vnum duorum, s. vel ꝙ illud accidens est de secundis intelligibilibus seu intentionibus, vel de primis. Si de primis, tunc de necessitate erit vnum ex nouem prædicamentis, neque transcendetur nomẽ entis ad substantiã, neque ad alia prædicamenta accidentis, nisi ex eo ꝙ accidit eis illud prædicamentum: vel dabitur hic vnum genus accidentium cõe ipsis decem prædicamentis. & hoc totum est falsum vituperabile. & ideo non est cõueniens ꝙ fiat responsio per ipsum in eo quod quid est de quolibet indiuiduo decẽ prædicamentorũ. & hoc totum est de se manifestũ. Si fuerit aũt ex secundis intelligibilibus, quorum esse est in intellectu tm̃, hoc nõ est impossibile. nam vna ex rebus, de quibus diximus, nomen entis transumi, est hæc, & est synonymum ad verum. sed hoc & illud, quod significatur esse separatum, est valde diuersum: quod totum est manifestũ modica speculatione, sed ista est via huius viri in pluribus rebus, quas de seipso adducit.

Contra Auicen.

D

E

De ipso qđ est 5. Meta. tex. cõ. 14.

Ipsum quod est, quod in arabico Alhauia appellatur dicitur synonyme de rebus, de quibus nomen entis dicitur, sed non est transcendens ad verum. Est etiam de dictionibus trãsumptiuis. nã apud vulgus est verbum, & hic est nomen. & ideo recipit instrumentũ proprium nominum, idest articulum, scilicet literam He, notificandum, a quo etiam deriuatur infinitiuum quod est agens, aut forma, a quo deriuatur actio. Et dicitur ab ipso est esse. i. ab hoc qđ dico, ipsum quod est, dicimus esse. quemadmodum denominatur humanitas ab homine, & indiuidualitas ab indiuiduo. quo quidem vsi sunt aliqui expositores, quia viderunt esse minoris erroris. quam sit nomẽ entis, quia videtur nomini denominatiuo assimilari.

F

De Substantia. 5. M. t. c. 15.

Substantia, quę Atabice Giauhar nominatur, dicitur primò de re per se existente. & qđ est de ipsa famosius est ipsum indiuiduũ, quod neq; est in subiecto, neque dicitur de subiecto vllo pacto. Dicitur secundo de omni prædicato vniuersali notificante quiditatem indiuidui vt genus, vel species, vel differentia. Tertio dr̃ de omni eo, quod significat ipsa definitio: siue notificet id, quod est quiditas substantiæ, siue notificet omne id, quod est quiditas alicuius rei, qualiscunque fuerit ex decem prædicamentis. Hinc dicitur ꝙ definitiones notificant quiditates rerũ. hoc autem dicitur substantia respectiue, nõ absolute. Et quia manifestius de ipsa substantia est ipsum indiuiduum, quod non est in subiecto, neq; dicitur de subiecto, quia illud indicant omnes Philosophi esse substantiam, ideo apud ipsos id, quod notificat quiditatem huius rei indiuiduæ, debet denominari magis substantia. Et qui putant vniuersalia huius indiuidui notificare quiditatẽ eius, dicũt ipsa magis debere denominari substantia. Sed qui existimant corporeitatẽ notificare huius indiuidui quiditatem, & ꝙ ipsa corporeitas constat longitudine, latitudine, & profunditate, appellant istas dimensiones substantias. Et similiter qui credit essentiam indiuidui constare ex partibus indiuisibilibus, appellat eas substãtias: vt audiuimus loquẽtes nostri æui appellare atomum substãtiã indiuisibilem. Et sic etiam qui imaginatur indiuiduũ componi ex materia & forma, credit materiã & formã cõuenientius debere appellari nomine substã-

A tiæ, quam ipsum indiuiduum. & hoc etiam iuxta id, quod opinatur de materia cuiuslibet rei, & eius forma. Conueniunt autem omnes hoc iudicio, scilicet quod id, quod notificat quiditatem indiuidui, potius debet appellari nomine substãtię, quam ipsum indiuiduum. quia videtur absurdum & falsum, quod principia substantiæ & eius elementa non sint substantia. quia propter quod vnumquodque tale & illud magis. exempli gratia, res, quę est de se causa rerum calidarum, potius debet appellari calida. & ideo nemo ipsorum posuit accidens, inquantum est accidens esse partem substantiæ, sed inquantum existimatur ipsum notificare essentiam substantiæ indiuidui: vt qui posuit dimensiones esse substantias. His ergo sic se habentibus, cum fuerit ostensum quod datur ens separatum, quod est causa, vt substantia indiuidui habeat esse, plus conuenit sibi nomen substantię. hinc est quod Aristo. nominat intelligentias separatas substantias. Et hoc nomen est Philosophorum, i. Giauhar in Arabo est transumptum a lapide præcioso, sic nominato apud vulgus, qui lapis est magni prætij & valoris. & modus similitudinis inter hęc duo est, quia isti lapides pretiosi, cum ita appellentur respectu aliorum bonorum substantiæ propter suam nobilitatem, & pretium apud eos. &, quia prædicamentum etiam substantiæ est nobilius cæteris prædicamentis, appellatur substantia Arabicà lingua Giauhar.

B Accidens dicitur de eo, quod non notificat de indiuiduo, quod quidem non est in subiecto, quiditatem suam. Et est duplex. Primum, quod non notificat de aliqua re essentiam suam, & est suum indiuiduum. Secundum est, quod notificat de indiuiduo essentiam suam, & est scilicet suũ vniuersale. Et nomen accidentis est transumptum ab eo, quod significatur per ipsum apud vulgus, & est, scilicet id, quod cito aufertur. Et vniuersaliter diuiditur in nouem prædicamenta, quæ sunt quantitas, qualitas, relatio, vbi, quando, situs, habere, agere, pati. De accidẽte 5. M. t. c. 39.

Etiam notificaui in libro prædicamentorum significatum harum dictionum, scilicet quod quantitas dicitur de omni eo, quod mensuratur sua parte. & dicitur primo secundum verum genus de numero, & postea de reliquis generibus, quæ ibi enumerauimus. Et ipsius quantitatis alia est per se, alia vero per accidens. & quæ per se, vt numerus, & reliquæ species ibi numeratæ. per accidens vero quantitas est, vt nigredo & albedo, quæ mensurantur ex eo quod sunt in magnitudine & paruitate. Sed per se est illud, quod inest primo illi rei. vt mensura & magnitudo inest numero. quandoque tamen inest secundo, & per aliquid, vt tempus, quod in quantitate collocatur ratione motus, et motus ratione magnitudinis. immo hoc remotius videtur, quod ingreditur ipsa leuitas & grauitas quantitatem, cum sint qualitates, quæ tamen patiuntur mensuram ratione, qua sunt in magnitudinibus, aliæ etiam qualitates quæ in magnitudinibus inueniuntur, vt magnum & paruum, strictum & latum, breue & profundum, appropinquant magis illi. hæ enim licet sint qualitates, connumerantur tamen in quantitate, quia insunt primo magnitudinibus. De Quantitate. 5. M. t. c. 18.

C

Qualitas vero dicitur de communiori re, quę dicatur in libro prędicamentorũ. & hoc, quia dicitur de quatuor generibus ibi iam enumeratis. Et quandoque etiã dicitur de formis specificis, vt de humanitate & animalitate. Et quędã eius inest substantię per se, vt habitus & dispositio. & alia inest per aliquod aliud prędicamentum vt figura, quę quidem inest substantię mediante quantitate. De Qualitate. 5. Met. t. com. 19.

Relatio aũt est communis omnibus decẽ prędicamentis. nã inuenitur in substantia, vt verbi gratia pater & filius: & in quantitate, vt duplum & dimidium & ęquale: & in qualitate vt simile & scientia scitum: & in vbi, vt qui in loco esse circũscribitur & locus: & in quãdo, vt prius & posterius: & in situ, vt dextrum & sinistrũ: in agere & pati, vt agens & passum. Extat tñ differentia inter hęc quinque prędicamenta, quę relatione cõsistunt, & inter relationem ipsam, cuius essentia est per proportionẽ. Nã habitudo seu ꝓportio accepta in ipsa relatione est ꝓportio inter duas res, quarum duarũ quiditas dicitur de qualibet ipsarum in respectu ad aliam, vt paternitas & filiatio. Sed in ꝓportione assumpta in vbi, & quando, & reliquis aliis dicitur quiditas vnius duorum tantum ad aliud. De Relatione. 5. Metate. com. 20.

verbi gratia, quia vbi, vt diximus, est proportio corporis ad locum, & in definitione loci assumitur de necessitate corpus, sed non est necessarium ꝙ in definitione corporis inueniatur locus, neque est relatiuum. sed, si definiamus corpus per hoc, ꝙ in loco circunscribatur, tunc relationem patitur. & sic aliquo modo hoc prædicamentum ingreditur sub prædicamento relationis, & sic de alijs prædicamentis relationis. Tandem prædicamentum relationis vel consequitur res relatas per se, non per aliud prædicamentum, vt pater & filius, dextrum & sinistrum: vel per aliud prædicamentum, vt agens & passum, quæ relatione afficiuntur per prædicamentum agere & pati: & quandoque relatio consequitur cætera concomitantia ipsorum prædicamentorum, vt contradictorium, & contrarium, & priuationem & habitum. Tandem ipsa relatio quandoque est de primis intelligibilibus, & de secundis, vt relatio, quæ est inter genus & speciem. D

De Essentia

Essentia, quæ Arabice Dath nominatur, dicitur absolute de indiuiduo, quod non est in subiecto, neque dicitur de subiecto, & est scilicet indiuiduum substantiæ. Dicitur etiam de indiuiduo, quod est in subiecto, & est indiuiduũ accidentis: & de quolibet notificante quiditatem: & sunt scilicet nouem prædicamenta, eorumque species. Et, quia hæc dictio dicitur primo de indiuiduo, quod non est in subiecto, ideo conuenientius erat transferre ipsum ad id, quod non est in subiecto, neque ipsum est subiectum alicuius rei omnino, si sciatur demonstratiue ꝙ inueniatur huiusmodi res sic se habens. Sed, si essentia rei ita capiatur, significat quiditatem eius, vel partem quiditatis. E

5. Met. tex. com. 23.

Illud vero, quod dicitur per essentiam suam, (seu secundum quod ipsum) dicitur multis modis. Primo de indiuiduo non existente in subiecto, & est indiuiduum substantiæ. Dicitur etiam de eo, quod notificat quiditatem alicuius quiditatis, & summatim de omni eo, quod dicitur substantia absolute. Et quandoque aliquid dicitur per se, cui contrariatur per accidens. & hoc iam in libro Posteriorum fuit declaratum, vbi fuit dictum, quod hoc fit in propositionibus prędicabilibus duobus modis. Primo scilicet, quando prędicatum est de substantia subiecti, vt rationalitas, quę est de essentia hominis. Secundo, quando subiectum est in definitione prędicati, vt sunt anguli ęquales duobus rectis in triangulo. Dicitur etiam quandoque per se de prędicatis, quę primo insunt suis subiectis, vt color superficiei, & vita in anima. color enim inest corpori mediante superficie, & vita corpori mediante anima. & hoc est vnum significatum, de quo dicitur nomen primi prędicati in propositionibus demonstratiuis. Et quandoque dicitur per se (vel secundum quod ipsum) de ente, quod non habet causam pręcedentem sibi, neque agentem, neque formalem, neque materialem, neque finalem: & est scilicet primus motor, vt in scientia Naturali fuit declaratũ, & in futuro adhuc declarabitur. F

De Re.

Haec dictio Res arabice alsciai dicitur de omni eo, qđ dicitur dictio entis. Et quandoque dicitur de communiori, scilicet de omni re concepta in anima, siue ita se habeat extra animam, siue non. vt hircoceruus, chimera. & ideo debemus dicere hęc res vel est, vel non est. & ideo nomen rei transsumitur ad falsas propositiones: quod tamen non facit nomen entis.

De Vno. 5. Met. a te. cõ. 7. vsq; ad 13.

Vnum dicitur secundum quendam modum nominum analogorum. Et ex eis est vnum numerale, quod primo dicitur. & famosius illo est, quod dicitur de continuo: vt cum dicimus vnam lineam, vnam superficiem, vnum corpus. Quod tamen conuenientius debet dici vnum inter hęc, est illud, quod est perfectum, in quo impossibile est quicquam addere, aut minuere, vt linea circularis, & corpus sphęricum. & continuum quandoque est per se continuum, vt linea & superficies: & quandoque per aliquid in eo existens, vt sunt corpora homogenea. & sic dicitur de indiuiduo aquę, quod est vna aqua. Nonnunquam etiam dicitur vnum de colligatis contiguis, quorum motus est vnus. & quod maxime debet dici vnum de his est id, quod est natura colligatum, & sunt res, quę sunt vnitę, & coniunctę, vt manus vna, & pes, & de hoc id, quod nõ habet nisi vnum tantum motum. & minus hoc dicitur de colligato per artẽ, vt domus vna & arca, Et quandoque dicitur vnum de ipso particulari, quod est vnũ forma, vt

A Socrates & Plato. Hæ inquã sunt famosiores res, de quibus dr̃ vnũ numero: quæ
tandẽ significãtur a vulgo, inquantũ sunt ab alijs rebus captę, etsunt per se separa
tæ. Ex his autem denudat intellectus ipsum vnum indiuisibile, qđ est principiũ
numeri. Intellectus.n.non intelligit aliquid esse indiuisibile p̃ aliquã rẽ eius, nisi
perceperit ipsum habere aliquid indiuisibile absolute. quẽadmodũ nõ intelligit
differentiã vnius rei ab alia, nisi postquã intellexerit differentiã absolutã. &, cũ
intellectus iterat ipsum vnũ absolutũ, generat quantitatẽ discretã absolute, & est
ipse numerus. & quicquid cõnumeratur, patitur numerũ, mediãte numero absolu
to, cum non concipiatur de ipsa vnitate & vno nisi hęc, quia non comprehendi
tur in prima cogitatione de ipsa vnitate præter hæc, quæ ab alijs rebus capiun-
tur, et de se sunt separatę. et ideo dicitur in definitione vnitatis numeralis ꝙ ipsa
est, qua dicitur de vnaquaq; re ꝙ est vna. Et de his rebus aliquę cõtinentur per
locum suum circundantem eas, et est famosior vnio: aliquę alię vniuntur per sua
extrema tantum, & sunt contigua ipsa: alię vero conceptu tantum, & hoc modo
continuum patitur numerum. Vnum igitur numero in his rebus significat res,
quę sunt extra essentiam suam, & vniuersaliter accidentia consequentia eas in
imaginatione inquantum sunt indiuisibiles, & per hunc modum generatur in cõ
ceptu ipsum vnum, quod est principium numeri. Nam, cum intellectus denudat
ab his particularibus istam rem indiuisibilem in duo particularia, vel plura, il-
B lud erit illud vnum, quod est principium numeri. &, quando iterat ipsum ipse co
gitans, generatur numerus. Et per hũc modum ingreditur numerus ex omnibus
decem prędicamentis genus quantitatis, & vnum erit eius principium. est enim Numeri definitio.
Numerus aggregatio vnitatum sic se habentium, & mensuratio. quoniam nume
rus mensuratur per vnum, propter quod etiam ipsa mensura consequitur res, in
quibus inuenitur primo & naturaliter, scilicet eius indiuisibile, vt est primum in
genere qualitatis, et genere quantitatum, sed vulgus non cognoscit de ipso vno,
plus quam istud. In hac tamen arte fit vnum synonymum ad ipsum ens. & ex
hoc etiam est ipsum vnum numero, per quod quandoque significatur indiuiduũ,
quod non potest diuidi inquantum est indiuiduum, vt cum dicimus vnum homi-
nem, & vnum equum. Et fere propinquum huic rei dicitur aliquod contempera
tum ex pluribus rebus esse vnum, vt oxymel compositum ex aceto & melle.
Neq; hoc est simile vnitati per quam dicitur continuum esse vnum, quia conti-
nuum non diuiditur in partes terminatas numero naturaliter, quemadmodũ oxy
mel. separatio quoque magnitudinum continuarũ est quid egrediens ex ipsimet.
quod tamen non ita euenit in separatione contemperati ex eo, a quo fuit cõtem-
peratum. Neque iste modus etiam intrat in rebus compositis ex pluribus vna
re. nam partes compositi reperiuntur actu in ipso composito, sed non est sic de
partibus oxymellis. & est manifestum ꝙ quando hic per vnũ, intelligimus vnũ
C indiuiduum, ꝙ significatur per seipsum separatio indiuidui in essentia sua & qui
ditate, non separatio alicuius rei extra essentiam suam. vt si dicimus ꝙ illa aqua
demonstrata est vna numero, quia separatio in hoc exemplo est per accidens in
aqua. & ideo remanet eadem aqua tam separata quam non separata, eo modo,
quo accidentia solent accidere vnum post aliud alicui subiecto prę ter hoc, ꝙ
transmutetur in se. Auicenę dictum,
Et hinc fuit imaginatus Auicen. ꝙ vnum numero significat accidens in sub-
stantia, & reliquis rebus separatis: & ꝙ ipsum non potest significare substantiã
alicuius rei, idest separationem, quę non sit addita ipsi substantię. & hoc, quia
ipse credit ꝙ, si concederet vnum numero significare separationem, quę est acci
dens in accidente, & substantia in substantia, tunc numerus esset compositus ex
accidentibus, & substantijs, et non intraret sub vno prædicamento, longe minus
ꝙ ingrediatur sub prædicamento quantitatis. & hoc est falsum. Dixit. Et adhuc,
si ponamus ipsum significare substantiã tantum, sequeretur ex hoc aliud falsum,
videlicet ꝙ substantię quiescerent super accidentibus. Sin autem, quomodo dice Impugnatio
mus ꝙ indiuiduum accidentis sit vnum numero? Errauit tamen in hoc, quia ipse
admiscuit accidentia insequentia rem secundum intellectum cum accidentibus
insequentibus ipsam secundum esse; et putauit vnum dici vniuoce de omnibus de

cem prædicamentis non secundum prius & posterius, & ꝙ est vnum numerale. Hoc autem melius declarabimus, quando de vno & multis faciemus sermonem Quandoque dicitur vnum numero in hac arte de substantijs separatis, & tandem plus conuenit eis dici vnum numero quam alijs: quia sunt indiuisibiles secundum qualitatem, quemadmodum diuiditur indiuiduum in materiam & formam: neque etiam secundum quantitatem, quemadmodum diuiditur continuum. Et iste modus vnitatis videbitur manifeste in fine ꝙ similatur partim ipsi vni indiuiduali, partim vni specifico. indiuiduali quidem, quia non prędicatur de multis, neque dicitur vllo pacto de subiecto. similatur autem specifico, quia est vna res per se intelligibilis. Isti ergo sunt omnes modi, de quibus dicitur vnum numero. D

Dicitur autem vnum de pluribus numero, quinque modis. Primo modo de vno specie, vt cum dicimus Socratem & Platonem esse vnum in humanitate. Secundo modo de vno genere, vt cum dicimus aliquod particulare hominis, & equi esse vnum in animalitate, Generis autem aliquod est propinquum, aliud vero remotum. & quotiescunque est vnum specie est vnum genere, sed non conuertitur: & ipsum vnum genere appellatur vnum materia. Tertio modo dicitur vnum subiecto, plura definitione, vt perfectum & imperfectum. Quarto modo dicitur vnum proportione, vt cum dicimus ꝙ proportio nautę ad nauem, & regis ad ciuitatem est vna proportio. Quinto modo dicitur vnum in accidenti, vt cum dicimus niuem & camphoram esse vnum albedine. Hęc igitur sunt omnia ea, de quibus dicitur vnum per se. Dicitur quoque vnum per accidens, cui opponitur per se dictum, vt cum dicimus ꝙ Medicus & Aedificator sunt vnum & idem, cum contingit vnum Aedificatorem esse Medicum. Sed hoc concipitur in rebus compositis, non autem in incompositis: quando illud, quod est essentiale indiuiduo, non peruenerit per accidens. Et postquam est ostensum quot modis dicitur vnum in hac arte, non ergo latet te vnum esse synonymum enti: & ꝙ non refertur in hac arte, vtrum quæratur primum ens in quolibet genere entium, & præsertim in genere substantię, siue quęratur vnum primum in aliquo genere: sed ꝙ percipiat principium, inquantum est vnum, pręter hoc, quod percipiat ipsum inquantum est ens. Et ideo istud nomen vnum dicitur analogice de ipso primo indiuisibili in quolibet genere. Conuenientius autem est ipsum esse primum, ex eo ꝙ est causa, ad vnum in substantia: & inquantum mensurat, vnum in quantitate numerali & vnum numero. & siue fuerit indiuisibile secundum formam & diuisibile secundum quantitatem, vt homo vnus & equus: siue fuerit indiuisibile quantitate & forma. & hoc est duplex, quia vel habet positionem, & est punctum: vel non habet positionem, & est ipsum vnum vniuersale, quod est principium numeri, prolatum naturaliter in omnibus numeratis. nam quodlibet aliud pręter ipsum profertur per similitudinem, sicut sunt ipsę mensurę, & lapides ponderum librarum, & cętera alia. Scire autem debes ꝙ istud nomen vnum quatuor complectitur generibus, scilicet vnum cõtinuitate, & vnum quod est totum & perfectum, & primum simplex in vnoquoque genere, & vnum vniuersale dictum secundum prius & posterius, vel analogice de omni eo, quod numeratur hic de hac re. E F

De Eodem 5. M. te. carente cõmẽ.

IDem dicitur tot modis, quot dicitur vnum. Nam aliquod est idem numero, vt in habentibus duo nomina. sicut cum dicimus Iacob est Israel, & tandem quando vna res per duo signa significatur. Aliquod aliud dr̃ idem proportione, & subiecto, & accidente, quorum omnium exempla iam prętererunt. & totum hoc est ex diuisione rei, quę dicitur per se: quod quidem intenditur in hac arte & in alijs. Aliud vero est per accidens, de quo fiet mentio. vbi determinabit de eo quod est idem per modũ conseruationis, vel determinationis. Est & aliud idem specie, vt cum dicimus tu es nos in humanitate. Datur & idem genere, vt cum dicimus, ꝙ iste equus est iste asinus in animalitate. Idem etiam est per accidens, vt cum dicimus ædificatorem esse medicum, quando accidit ipsum esse medicum. Idem autem specie, quando est in substantia dicitur, sicut & in qualitate dicitur simile, & in quantitate dicitur æquale.

De Simili. 5. Met. t. carente comẽ.

SImile vero dicitur multis modis. Vno modo de superficiebus, quarum quilibet anguli sunt æquales, & earum costæ sunt proportionatæ. Dicitur & de corporibus homogeneis habentibus figuras similes: & sunt quorum superficies sunt æquales numero, & similes in figuris. Dicitur quoq; de rebus, quarũ formę secundum passibilitatem earum sunt idem: vt duo rubea æqualia in rubedine. Dicitur etiam de illis rebus, quarum vna duarum est minoris passibilitatis, quam alia: vt duo rubea, quorum vnum sit minoris rubedinis. Nonnunquam etiam dicitur de rebus, quę communicant in multis affectibus: vt cum dicimus stagnum esse simile argento, & plumbo.

De Oppositis. 5. M. t. carente cõme.

PEr opposita significantur illæ quatuor species enumeratæ in libro prædicamentorum, quas iam sciuisti per suas descriptiones ibi, quæ scilicet sunt affirmatiuum & negatiuum, & contraria, & relatiua, & habitus & priuatio. Veruntamen nomen contrarij quandoque dicitur communius, quam fiat ibi. Nam iam fuit dictum ibi quod contraria in illo loco sunt vere sub eodem genere. Dicuntur tamen contraria per modum similitudinis ea, quę non coniunguntur in eodem subiecto simul, licet differant genere. Quandoque etiam dicuntur contraria largo modo de his, quorum vnum est causa alterius, quę habent inter se proportionem, vt ꝙ sint agentia eorum, vel patientia ab ipsis, tandem proportionata illis.

De priuatiõe 5. Met. tex. com. 27.

Priuationis quoque nomen dicitur pluribus modis, quam ibi numerentur. Nã tres tantum species eorum ibi connumerantur. Vna est ꝙ non inueniatur in ea re, in qua solet inueniri, in tempore, quo solet inueniri in ea, præter hoc ꝙ possit inueniri in futuro, vt caluities & cæcitas. Secunda, ꝙ cum hoc possit inueniri in futuro, vt nudus & pauper. Tertia, ꝙ non reperitur in subiecto, in quo solet reperiri eo modo, quo solet in eo reperiri, vt tortuositas oculi, & deprauatio mẽbrorum. Aliorum vero modorum, quos nomen priuationis significat prẹter istos, quidam est ꝙ non reperitur in re aliqua id, quod solet inueniri in ente absolute: vt cum dicimus de Deo ꝙ est immortalis, & incorruptibilis. Quidam alius est ꝙ non reperiatur in aliqua re id, quod solet inueniri in suo genere: vt cum dicimus ꝙ asinus non est rationalis. Aliquis alius est, ꝙ non inuenitur in re, in cuius specie solet inueniri: vt cum dicimus fœminam nõ esse marem. Est & aliud modus, scilicet ꝙ non reperiatur in ea re, in qua solet inueniri in alio tempore: vt cum dicimus puerum non esse doctum.

De Diuerso. 5. Met. t. carente cõme.

DIuersum dicitur modis oppositis illis modis, de quibus dicitur ipsum idem. nam aliquod est diuersum numero. Aliud est diuersum specie. Aliquod aliud est diuersum genere. Quoddam vero est diuersum proportione, & diuersum etiam subiecto.

De Differẽte. 5. Met. t. carente com.

DIfferens autem discrepat ab ipso diuerso. quoniam aliquid est diuersum per essentiam suam, sed est differens per aliquid in eo existens. et ideo oportet vt differens differat per aliquid, & transmutetur per aliquid.

De Potẽtia, & Actu, & Impotentia. 5. Met. tex. com. 17.

QVoniam ens diuiditur in potentiam & actum, consentaneum igitur est vt contemplemur quot modis dicitur potentia & actus. Et dicamus ꝙ potentia dicitur multis modis. Vno modo dicitur de potentijs rerum mouentium aliud, inquantum sunt mouentes aliud, siue fuerint huiusmodi potentiæ naturales, aut intellectuales. vt calor, qui calefacit & medicus sanat, & vniuersaliter omnes artes actiuæ. Alio modo dicitur de potentijs, quæ ab alijs solent moueri, quæ potentijs mouentibus opponuntur. Et dicitur de omni eo, quod habet in se principium motus. & in hoc distinguitur natura ab arte. Nonnunquam dicitur potentia de bona actione. & sic dicitur quod aliquis habet potentiam ad loquendum & ambulandum, & cętera alia, quibus aliquis homo denominatur potens ad aliquid. Quandoque etiam dicitur de omni eo, quod difficile patitur, agit tamen facile, vt in prædicamento qualitatis dictum fuit. Et nonnunquam vtentur Geometræ nomine potentiæ alijs modis præter istos. dicunt enim ipsi quod talis linea est potens super talem lineam, quando mensuratur eius quadratum super quadratum illius. De omnibus autem his dicitur nomen potentiæ modo similitudinis, Sed nomen potentiæ, quod plurimum fit

in scientijs, & manifestius apud Philosophos, est illud, quod est aptum inueniri post hoc in actu, & talis est potentia, quę dicitur de materia. &, vt diximus, conuenientius dicitur de ea nomen potentiæ. nam quicquid numerauimus de rebus, de quibus dicitur nomen potentię, si animaduertas, inuenies eas dici secundum huiusmodi similitudinem. Nam dicimus habitus & formas esse potentias, propterea quia quandoque agunt, quandoque vero non, ac si sint similes rei, quæ in potentia. Sic etiam cum dicimus aliquid habere potentiam ad aliquid, intelligimus dispositionem bonam. & sic vr̃ res se habere in oĩbus. Et quandoque dicitur ꝙ partes rei sunt in re in potentia. & hoc dupliciter, quia vel partes, quæ sunt ratione qualitatis, & sunt materia & forma: vel propter quantitatem, & istæ quandoꝗ sunt partes continuæ, sunt pura potentia, sed, quãdo sunt in actu in ipsa re, tamẽ sunt inuicem alligatæ vel coniunctæ, tunc nomen potentiæ dicitur de eis secundum posterius. Et propinquum huic est, quando partes indiuisibiles sunt in composito iuxta opinionem tenentem hoc. Et istius verę potentię. aliqua habet impediens extra prohibens ipsam: & hæc potest exire ad actum, & non exire, vt indumentum, quod comburetur. alia est quę non habebit prohibentiã extra: & hæc de necessitate exit ad actum, vt situs cœlestis, qui reperitur quandoque in potentia, quandoq; in actu. D

Ens actu. Ens autem in actu est illud, quod non est in potentia. & eius genera sunt tot, quot sunt rei, quę in potentia, & vtraq; sunt iuxta numerum generum prædicamentorum. Potentia quoque est aliquo modo priuatio: sed est de speciebus priuationis, quam id, quod priuatur ea, solet habere. E

Impotentia. Et postquam fuit declaratum quot modis dicuntur potentia & actus, Impotentia ergo dicitur tot modis. quot dicitur potentia. Impotentia quoque diuiditur, iuxta diuisionem specierum priuationis. Aliqua tamen est quoddam necessariũ, vt cum dicimus diametrum quadrati esse impotentem ad costam. Alia vero est quoddam possibile, vt cum dicimus puerum esse impotentem ad ambulandum.

De Perfecto. 5. Met. tex. cõ. 21. Perfectum dicitur multipliciter. Primo, extra quod impossibile est aliquid accipere, vt cum dicimus mundum esse perfectum. & prope hoc dicitur de circulo, ꝙ est perfectus: quia impossibile est quicquam addi, & minui in eo. Dicimus tamen lineam rectam esse imperfectam, quia potest ei addi & minui, ipsa existente adhuc linea. Et similiter etiam dicimus corpus esse perfectũ, quia nihil inuenitur diuisibile in plures dimensiones quam corpus. & dicimus lineam & superficiem esse imperfectas, quoniam linea diuiditur in vnam tantum dimensionem, & superficies in duas. Dicitur quoque ꝙ tria sunt numerus perfectus, quia habet principium & finem & medium. & hoc est propinquum primo. Et dicitur perfectum de omni eo, quod est nobile in suo genere. vt cum dicimus Medicum perfectum & Musicum perfectum. & hoc modo dicitur de entibus, quando nihil suę perfectionis deest, ꝙ ipsa sunt perfecta. Et quandoque transumitur hoc per modum metaphorę ad mala, & dicimus latronem perfectum, & mendacem perfectum. Dicitur quoque perfectum de rebus, quę cum hoc, ꝙ peruenerunt ad suam perfectionem, est etiam illud perfectum de se nobile. & hoc modo dicimus res separatas etiam perfectas, & omnia causata esse imperfecta. Et cui maxime conuenit hoc nomen perfecti secundum hunc modum est ipsum primum principium, quoniam ipsum est causa vniuersi, & non causatum ab aliquo. nam, cum ipsum habeat suam perfectionem de se, illa vero acquisierunt cõrum perfectionem ab ipso, ipsum ergo est magis in vltima perfectione. Et dicitur perfectio largo modo de aliquo habente proportionem ad vnamquamq; rẽ, cui attribuitur perfectio. F

De Toto. 5. Me. t. c. 31 Per totum significant id, quod continent omnes partes, extra quod nihil inuenitur. & vniuersaliter est synonymum ad id, quod significat nomen perfecti in primo modo suarũ significationum. & per hoc dicimus corpus diuidi in omnes dimensiones. Et nomen totius dicitur vniuersaliter duobus modis. vel de continuo, & est id, quod non habet partes in actu: vel de discreto. Et hoc etiam dupliciter, vno modo de eo, cuius partes habent positionem ad seinuicem, sicut sunt membra organica, Secundo de eo, cuius partes non habent ad seinui-

cem positionem, sicut numerus & literę. Nisi ꝙ ipsi appropriant primum modū, qui dicitur continuatio nomine totius, & secundum nomen aggregati, quod dicitur de discreto.

Partes dicuntur dupliciter. Vno modo ex parte quantitatis tantum, ex quibus aliquæ mensurant rem, alique vero non. quædam etiam sunt in re in actu, quædam vero non. nonnullę etiam sunt similes, aliquæ vero dissimiles. Secundo modo significat nomen partis id, in quod diuiditur res ratione qualitatis & formæ. & hoc modo dicimus corpora constare ex materia & forma, & definitionem ex genere & differentia. — De Parte. 5. M. t. c. 30.

Imperfectum autem dicitur ratione qualitatis multis modis. Scilicet de illo, quod non est perfectum, vt cum dicimus Musicum imperfectum. Et dicitur de eo, cuius perfectio in se non est nobilis, licet fuerit perfectus in suo genere. & hoc modo dicimus cætera entia esse imperfecta respectu primi principij. Sed imperfectum ratione quantitatis non dicitur quomodocunque acciderit. immo talis res debet esse de his, quæ habent partes alligatas inuicem, & ꝙ non sit ex similaribus partibus, & ꝙ cum hoc etiam habeat naturaliter id, quo caret, & ꝙ non auferatur substantia illius rei per defectum eius, nam per id, quo ablato aufertur substantia rei, non debet dici aliquid imperfectum. & secundum hunc modum dicitur metaphorice imperfectum de rebus artificialibus. Superfluum vero (seu additum) dicitur opposito modo ipsius imperfecti. — De Impfecto. 5. Me. t. cō. 32.

B

Prius & Posterius dicitur quinque modis. Primo prius tempore. Secundo prius ordine a principio determinato. & hoc siue in oratione, siue in loco. Tertio prius dignitate. Quarto prius natura. Quinto modo prius causa. & iam notificaui in libro prædicamentorum id, quod significat quælibet harum partium, & non est repetendum illud. Et quandoque dicitur prius Sexto modo, scilicet prius notitia: quia non quodcunque est prius cognitione, est prius secundum esse. — De Priori et Posteriori. 5. Met. tex. com. 16.

Haec sunt duo nomina synonyma, quæ dicūtur de quatuor causis, quę sunt, scilicet materia, & forma, agens, atque finis. Et quandoque dicuntur per modum similitudinis de rebus proportionatis his causis, vt alibi iam diximus. Sunt & ipsarum causarum aliquę propinquę, aliquę remotæ: aliquæ per se, quædam vero per accidens: & nonnullę particulares, alię vero vniuersales: quædam compositę, aliquę simplices. Et de vnaquaq; harum partium aliquę sunt actu, aliquę vero potentia. Causarum adhuc, quædam sunt in ipsa re, s. materia, & forma, quædam vero extra, vt efficiens, & finis. — Quid gratia cuius, qdue Cā, q̄ Hylla Arabice dr̄, & sunt synonyma. 5. Met. te. c. 2. & 3.

C

Materia autem dicitur diuersimode. Nam quędam est materia prima, quæ est imperceptibilis. Quædam vero habens formam, scilicet ipsa elementa quatuor, quæ sunt materia corporum compositorum. Et hoc genus materiæ est duplex. Vnum est hoc, quod diximus, de cuius proprietate est ꝙ non corrumpitur eius forma totali corruptione adueniente alia forma, immo inest ei forma materiæ mediocri quodammodo, vt fuit declaratum hoc in libro de Generatione & corruptione. Secundum est illud genus, in quo remanet forma materię, adueniente alia forma: vt est dispositio, quæ inuenitur in quibusdam corporibus similarium partium ad recipiendam animā. hoc tamen appropriatur nomine subiecti. Nonnunquam etiam dicitur ꝙ partes compositi ratione quantitatis sunt materia cōpositi. & secundum hunc modum ponentes partes indiuisibiles appellant eas nominę materię. Isti ergo sunt modi, quibus dicitur materia in Philosophia. — De Materia

Forma etiam dicitur multifarie. Vno modo de forma corporum simplicium non organicorum. Secundo modo de formis corporum organicorum, & sunt ipsę animę. Tertio modo de formis corporum cœlestium, quę quidem similantur partim simplicibus, eo ꝙ sunt non organica, & similantur organicis, ex eo ꝙ sunt mobilia ratione illarum, & hoc totum fuit declaratum in scientia Naturali. Quandoque etiam dicitur forma de qualitate, & quantitate aduenientibus ipsi mixto, inquantum est mixtum. et per hunc modum discrepant inter se formę corporum similarium partium, & acquirunt suas proprietates. vt est difficile corrumpi, quod quidem inest ipsi auro, & alię proprietates pręter illam. — De Forma.

De Pricipio 5. Me. t. c. 1.

PRincipium dicitur de omni eo, quod dicitur cauſa. Et quãdoque dicitur de eo, vnde incipit res moueri, vt aliqua via, quæ eſt principiũ ambulationi. Et nonnunquam dicitur principium id, ex quo ſequitur generatio rei: vt doctrina exempli gratia, in qua quandoque non incipitur a prioribus ſecundum naturam, ſed a facilioribus. Et quicquid dicitur principium præter dictos modos dicitur per viam ſimilitudinis alicuius horum modorum: vt cum dicimus præmiſſas eſſe principia concluſionis, quoniam hoc transfertur ad illud, vel ex eo ꝙ ſunt efficientes concluſionis vel materia.

De Elemẽto 5. Me. t. c. 4.

ELementum dicitur primo de eo, ad quod res reſoluitur ratione formæ, & per hunc modum quatuor corpora, ſcilicet Ignis, Aer, Aqua, & Terra, dicuntur eſſe elementa cæterorum corporum compoſitorum. Et quandoque dicitur elementum de eo, quod creditur eſſe minima pars rei, vt credunt ponentes atomos; Aliquando etiam dicitur ꝙ vniuerſalia ſunt elementa particularium, iuxta opinionem credentium ipſa eſſe principia rerum, & quod eſt vniuerſalius debet eſſe magis elementum.

De Neceſſario. 5. Me. t. c. 6.

NEceſſarium dicitur illud, ſine quo impoſſibile eſt vt res ſit. & hoc ratione materię, vt cum dicimus ꝙ animal ſanguineum neceſſario reſpirat. Quandoque etiam dicitur neceſſarium de violentia, quod quidem eſt contrarium electioni. & ideo poetę Græci referunt ipſum eſſe obnoxium, & contriſtans. Et aliquando dicitur neceſſarium de eo, quod impoſsibile eſt aliter ſe habere. & ſecundum hunc modum dicimus corpora cœleſtia neceſſario eſſe æterna.

De Natura. 5. Me. t. c. 5.

NAtura dicitur de quolibet genere quatuor tranſmutationum, ſ. generationis & corruptionis, & motus tranſlationis, et augumenti, & alterationis. Dicitur adhuc de formis, quę ſunt principia horum motuum, quę quidem verius nomen naturę aſſumunt, & pręcipue quę ex his eſt ſimplicior: nã organica potius debet appellari anima, ſicut eſt principiũ incremẽti. Et ſecundũ hunc modũ audies Medicos dicentes iam naturã feciſſe aliquid. intelligunt virtutẽ regitiuã corporũ, quę eſt nutritiua, quę quidẽ licet ſit organica, eſt tñ apud eos ſimplicior, ꝙ alię virtutes, et ideo non poſſunt transferre nomen naturę ad virtutem cordis. & iuxta hunc modum dicimus opus naturale opponi rationali. Et quandoque transfertur nomen naturę ad elementa, ex quibus conſtat aliquid, & ſic dicimus naturam corporum ſimilarium partium eſſe ex aqua, & igne, & cæteris ſimplicibus. Transfertur quoque natura ad omnia genera materię. Ipſa tandem dicitur de omnibus generibus formarum, & materierum, & tranſmutationum conſequentium eą. Poſtquam ergo peruenimus ad id, quod primo intendebamus, ſcilicet declarationem ſignificationum nominum, decet modo procedere ad vnum quodq; quęſitorum huius ſcientiæ.

*

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS
TRACTATVS SECVNDVS.

IAM ostendimus ꝙ ens dr̃ multipliciter: sed qđ intenditur de eo hic, est id, qđ significat decē p̄dicamenta, q̄ se hn̄t veluti species generis subiecti huius artis. Manifestū aūt est ꝙ ens nō significat ipsa scđm purā æquiuocationē. qa, si ita esset, nō esset genus subie ctū huius artis, q̄ est hęc: neq; darētur hic p̄dicata essentialia, in q̄ diuidatur diuisione prima, vt cū dicimus ens aliqđ est in actu, ali qđ vero in potētia, & reliqua p̄dicata essentialia, q̄ hēt. Et ꝓpositio, cuius subie ctū est nomē ęquiuocū, nō hēt subiectū essentiale. & hoc totū est manifestū apud illū, q in arte Logicali exercitatus est. Neq; ēt nomen entis significat ipsa signi ficatione vniuoca. qa, si ita eēt, tunc decē p̄dicamenta essent vnū genus, aut sub

Quo pacto Ens multipliciter dicatur 4. Met. te. 2.

B vno gn̄e, cū tn̄ sensus testetur ipsa eē diuersa & plura, licet nōnulli Antiquorū fuerint opinati ens eē unū: sed fuerūt ad hoc ducti, ꝓpterea qa dimiserūt eorū cō tēplationē sensui, & audiuerūt dicta sophistica, i. fallacia, cōtra quos iam obiecit Arist. in Primo lib. Physi. & nos reuertemur ad ipsos qn̄ de subiectis artiū parti culariū faciemus tractatū. Si ergo ita est totū hoc, vt diximus, & nomē entis nō sign̄at decē p̄dicamēta pura ęquiuocatione, neq; vniuoce: nō restat igitur ꝙ signi ficet ea, nisi aliquo modorū analogię, & sunt. s. significationes nominū significā tiū plures res, q̄ tn̄ referuntur ad vnā rē scđm prius et posterius, vt ex ipsis appa ret: vt cū dicimus aliqua, q̄ Medicinę attribuūtur, eē medicinalia, & bello belli ca. Et cū huius sciē (vt p̄diximus) sit referre gn̄a entiū inuicē, ex eo ꝙ aliqua ea rū est cā alterius, donec referātur oēs ad suas cās vltimas, contēplari igitur debe mus hoc in oībus p̄dicamētis, & videre qūo ad seinuicē referātur scđm eē, & qđ ipsorū p̄cedat aliud, & si detur aliqđ p̄dicamētū, quo reliqua extent p̄dicamēta, quale sit illud, et quo ēt sustētetur illud tale p̄dicamentū. Mox ꝓcedemus ad red dēdas cās cōsequētiū vl'ium ipsorū, ex eo ꝙ sunt entia, vt est potētia & actus & hmōi, & hoc totū vt possumus dare in ista prima parte huius sciē. Et id, qđ resta bit nobis de vltimis causis harū rerū differemus sermonē, donec declaretur hoc in scđa parte huius sciē. Et declarōnes, q̄ fiunt de his rebus, sunt vtplurimū Lo gicales. qa rēs, q̄ declarātur in arte Logicali, exercētur, vt diximus alibi dupl'r,

Res, quę declarātur i arte Logicali, exercentur dupliciter.

C vel. s. ex eo ꝙ sunt instr̃a, & methodi, & regulę dirigētes intellectū, & custodiē tes ipsum ab errore, & hoc est ꝓpriū officiū illorū: vel ex eo ꝙ accipiūtur illæ res, q̄ ibi fuerūt declaratę tanq̄ pars artis demōstratiuę, et vtūtur illis in alia arte tanq̄ p̄supposito, et radice supposita, eo mō, quo solēt artes demōstratiuę cōicari i hoc, ꝙ aliquę earū vtūtur eo, qđ in alia sciē p demōnem. sicut exēpli grā assumit Astronom' Mathematic' a Geometra ꝙ semidiameter sit ęqualis costę sexagōę.

POstq̄ ergo declarauimus intētionē huius partis hmōi speculacionis, et modū ꝓpositionū, q̄ fiunt in ea, incipiamus loqui de ea. Dicamus ꝙ iā in libro p̄ di camētorū fuit dictū ꝙ p̄dicamētorū vl'ium sunt duo gn̄a. Vnū est, qđ notifi cat de indiuiduo sustātię quiditatē, & essentiā eius, & ꝙ vl'e. qđ est cōius in hoc, est p̄dicamentū, qđ dr̃ substātia. Aliud vero est, ꝙ nō notificat de indiuiduo sub stātię quiditatē & essentiā eius: sed, si notificat aliquid, illud nō est substantia, & vl'iter quidem est in subiecto. & tō in eius definitione dr̃ ꝙ est illud, quod dr̃ in subiecto. de substantia vero dr̃, ꝙ ipsa est, q̄ dr̃ de subiecto. Et id qđ est cōius in hoc inter vniuersalia, sunt nouē genera accidentiū, q̄ ibi numerātur, s. quantitas, qualitas, relatio, vbi, qn̄, situs, habere, agere, pati. His igitur sic stantibus videtur vniuersaliter ꝙ prædicamentum substantiæ sit per se stans, & ꝙ non indiget, ad eius esse aliquo prædicamento accidentis, & ꝙ prædicamenta accidentis in-

Substātiam oīum entiū aut esse primam. 7. Met. te. 1. & inde.

Quo pacto cetera prędicamenta substātia pro sui esse idigeāt.

digent ad eorum esse ipsa substantia, & sunt causata ab ipsa. Consentaneum ergo est indagare quomodo res se habeat in quolibet prædicamento. Et dicamus, ꝙ apparebit paulopost ꝙ substantia assumitur in definitione trium prædicamentorum, quę sunt Vbi, Situs, & Habere, & hoc patet ex eorum definitionibus. nam in definitionibus omnium istorum apparet corpus, vt cum dicimus ꝙ ipsum vbi, est proportio corporis ad locum. & simili modo res se habet de situ, & de habere, Prædicamenti vero ipsius Agere & Pati, illud, quidem, quod est in substantia manifeste patet. illud vero, quod est in quantitate & qualitate, res se habet veluti de ipsismet prędicamentis quantitatis & qualitatis, & præcipue prędicamentum pati. quia pati in quantitate est semper substantia nutrimenti augentis, & corpus mouet aliud corpus in loco. in qualitate vero est accidens, sicut corpus calefieri. In definitionibus vero ipsorum quatuor prædicamentorum, videlicet Quantitatis, Qualitatis, Relationis, & Quando, licet non appareat prędicamentum substantię, nihilominus iam fuit ostensum ipsa indigere pro esse suo ipsa substantia. De prędicamento nanq; relationis res manifeste patet ꝙ non potest separari a substantia. Neq; est eius subiectum tantum, sed facit sibi subiectum reliqua prędicamenta. vt duplum & dimidium existens in quantitate, & sursum & deorsum, quod est in vbi. Similiter etiam de proximo apparebit, ꝙ est accidens, & ꝙ non potest separari a materia, pręsertim a substantia. Aliter E enim inueniretur passio absq; patiente, vel figura sine figurato, aut habitus sine habente habitum, vel dispositio sine disposito. & hęc quidem sunt quatuor genera famosa ipsius qualitatis. De prædicamento vero quantitatis non videtur dari ratio manifesta, ꝙ indigeat substantia, & præsertim discreta, itidem & continua quantitas, licet videamus ꝙ vna specierum eius est corpus, in cuius definitione fuit dictum ꝙ diuiditur in tres dimensiones. Et propterea fuerunt opinati aliqui ꝙ dimensiones essent substantię, & ꝙ notificant de indiuiduo substantię quid est. & iam induxit huiusmodi speculatio aliquos homines credere quantitatem separari, & sunt illi, qui dicunt subiectum Mathematicæ separari. Et nos dicimus ꝙ de se primo apparet ꝙ dimensiones non notificant de indiuiduo substātię quiditatem suam, & ꝙ quando per eas denominatur aliquod indiuiduum substantię denominatione essentiali, tunc species illius indiuidui, vel eius genus sumitur in eius definitione eo modo, quo capiuntur subiecta, scilicet accidentium, vel genera subiectorum eorum in suis definitionibus, & huiusmodi denominatio non erit accepta in definitione illius indiuidui eo modo, quo accipiuntur prędicata, quę sunt causæ subiectorum in suis definitionibus: vt si, exempli gratia, dicamus hominem, atq; multa alia animalia esse quantum aliquod, quia vnumquodq; istorum habet determinatam magnitudinem. & tandem est manifestum ꝙ dimensiones sunt posteriores in ipso animato & ꝙ anima & animatum pręcedunt eas: & similiter etiam videntur alia entia naturalia pręcedere demensiones, quas existimatur ea habere. Hæc autem sunt omnia indiuidua substantiæ, quia quodlibet indiuiduum substantię, vel est animatum, vel naturale. Sed sermo de genere communiori, ꝙ inuenatur in substantia quid sit, & vtrum illud sit ipsummet corpus, vel aliquid cui accidat corpus, et si aliquid sibi acciderit, quidnam sit illud, cui corporeitas accidit, ostenderetur quando declarabimus quęnam sint principia substantię sensibilis, & quale sit esse ipsarum specierum, & generum, & demum vniuersalium. Illi autem, qui dicunt ꝙ datur quantitas separata si intelligunt quantitatem existentem in sensibilibus, iam fuit ostensum in scientia Naturali ꝙ impossibile est materiam primam denudari ab ipsa, quemadmodum est impossibile ipsam denudari a forma. nā, si ita esset, tunc daretur aliquod indiuiduum substantię non habens quantitatem. quod est falsum. fuit quoq; ostensum in scientia Naturali, vbi de vacuo tractatur, ꝙ impossibile est dimensionem esse separatam. vbi etiam fuit declaratum ꝙ tempus est in subiecto, quod est, scilicet corpus cœleste. Hinc habetur ꝙ prædicamentum Vbi, consistit in substantiam. nam res attribuitur tempori ex eo, ꝙ est transmutabilis, vel quia existimatur esse transmutabilis, & ipsum transmutabile est de necessitate corpus, vt in scientia Naturali fuit declaratum. Numerus vero, qui est de quantitate discreta,

Cōtra opinātes dimensiones esse substantias.

cum

A cum nihil aliud sit quam aggregatio vnitatum, vt solet definiri, & diximus in
præteritis φ significat vnitates primo de re vniuersali, quam intellectus accipit
ex rebus prouenientibus a distinctione rerum, & loco earum, & extremitatibus
illarum, & demum ex rebus, quæ sunt extra essentiam rerum, & ideo est de ne
cessitate accidens. Nos autem ostendemus in futurum φ rectius debet dici quod
sit operatio animæ, quam quod sit aliquid ex istens. Ex his igitur patet quod
impossibile est aliquod nouem prædicamentorum posse separari a substantia.
Ipsa tamen substantia præcedit ipsa prioritate causæ ad causatum suum. Neque
habet istam prioritatem tantum super accidentia, immo & prioritatem tempo-
ris & notitiæ. substantia enim notior est accidente. Iam autem fuit dictum quot
modis dicitur prius & posterius. Sed vtrum detur præter hanc quantitatem sensi
bilem aliqua quantitas separata, quæ sit subiectum artis Mathematicæ, vt ima-
ginatus fuit Anaxagoras, de hoc inuestigabitur, quando de verificatione artium
particularium tractabitur. Sed quomodo se habeant hæc nouem prædicamenta
in ipsa substantia, vtrum ordinatim, ita φ aliqua eorũ sint veluti causæ, ob quas
alia insint substantiæ, aut eodem modo insint ipsi, ita quod aliqua eorum non
præcedant alia, hoc est manifestum, scilicet quod vnum præcedit aliud in sub-
stantia: vt quantitas, quæ quidem videtur esse prima inter cætera, quæ præcedit
in substantia, cum non reperiatur quantitas nisi in corpore. Neque etiam locus,
B nisi in aliquo corporeo, inquantum est corpus. Neque situs, nisi in locato. Neq;
actio vel passio, nisi mediante situ & vbi. & hoc totum apparet ex dictis in sciẽ
tia Naturali. Similiter etiam ipsum habere non inuenitur in aliqua re, nisi post-
quam fuerit corpus, & habens vbi, & situm. Non tamen est impossibile φ repe
riantur duo eorum obtinere eundem gradum, vt qualitas, & vbi, quia non vide-
tur vnum istorum præcedere aliud iuxta suum esse in substantia.

De prioritate substantię ad cętera p̃dicamẽta. 5. Me. t. 4.

De ordine p̃dicamẽtorũ respectu substantiæ.

CVm ergo ex modo dictis appareat φ nouem prædicamenta insunt substan
tiæ, & cum hoc etiam fuit declaratum quod aliqua ipsorum præcedunt ali-
qua alia in substantia, consentaneum est scrutari nunc de elementis sub-
stantiæ, & de eius principijs & tandem vtrũ dentur principia existentia in sub-
stantia sensibili, quæ præcedant ipsam. &, si dantur, quænam sint, quia in hoc
magna existit difficultas, & disceptatio inter Antiquos. Hoc quoque quæsitum
præcedit quæsitum illud, in quo quæritur vtrum detur substantia separata, quæ
sit principium huius substantiæ sensibilis vel ne. &, si datur, quodnam esse ha-
beat. Dicamus ergo, vt iam prædiximus, quod nomen substantiæ ad plura se
extendit, quod autem est manifestius, & ab omnibus concessum, est ipsum indi-
uiduum, quod non est in subiecto, neque dicitur de subiecto, vt sunt singularia
hominis, & animalium, & plantarum, & syderum, atque lapidum. & ideo con-
C uenit nos inuestigare de principijs huius substantiæ sensibilis. Opinio autem
Antiquorum, vt iam diximus, de eo quo constat hæc substantia sensibilis, & de
eius partibus quænam sint, est varia. Nam quidam existimant ipsam esse compo
sitam ex partibus indiuisibilibus, siue finitis, siue infinitis. Aliqui alij opinantur
quod constat corporeitate, &, cum ipsa corporeitas sit diuisibilis in dimensiones,
ideo putarunt dimensiones verius nominari substantiam. & quia cum dimensio-
nes imaginantur resoluentur in ipsasmet superficies, & hæ in lineas, quæ etiam
in puncta, ideo fuerunt opinati quod puncta essent substantia. Alij vero credide
runt quod eius vniuersalia, quæ de ipsa prædicantur, sunt eius principia, & quod
sunt res per se stantes. Omnes denique asserebant causam materialem. nonnul-
li tamen eorum dixerunt ipsam esse atomos. alij vero dicebant ipsam esse ignẽ,
aut aerem, aut aliquid aliud, quod visum fuerat alicui Antiquorum. Destructio
autem omnium harum opinionum corruptarum iam fuit declarata in scientia
Naturali, vbi fuit propalatum quod omnia entia sensibilia constant ex materia
& forma, ibidemque fuit ostensum quot sunt genera materiæ & formæ. Ibi ta-
men tractabatur de ipsis tanquam de substantia transmutabili, & tandem ex eo
quod sunt principia transmutationum. & propterea illæ opiniones corruptę ibi
adductæ secundum hunc modum ibi impugnantur, quando fit sermo de parti-
bus indiuisibilibus, & aliæ opiniones, quas Aristoteles conatur destruere in ea

De pręcipuo substantię significato. 7. Met. 5. & inde.

scientia, Sed in hoc loco speculatur de ipsis, ex eo ꝙ sunt principia substantię. D
inquantũ est substãtia. & similiter si quid habent de opinionibus corruptis secũ-
dũ hunc modũ refellitur hic, vt qui putat ꝙ vniuersalia substantiæ sunt sua prin
cipia, aut qui credidit substantiam substentari dimensionibus: licet de huiusmodi
opinione possimus tractare duobus modis, scilicet in hac scientia, et in Physica,
vt fecit Aristoteles in Tertio de Cœlo.

Auicennę error.

Auicenna vero errauit in hoc valde, cũ putet Physicum non posse ostendere
corpora constare ex materia & forma, & ꝙ Metaphysicus debet conari decla-
rare illud. Sed totius huius rei falsitas est per se manifesta apud illum, qui vtrã-
que scientiam didicit, scilicet Naturalem, & istam.

Tractãda de definitione. 7. Met. t. 19. & infra.

Vm ergo ita sit, & fuerit declaratũ qualis sit consideratio huius scientiæ de
C hoc quæsito, nostrum igitur est cõtemplari de hoc a notiori apud nos, ꝙ. s.
est definitio. nam vnum ex his, ad quæ se extendit nomẽ substãtiæ, est ipsa
definitio. Hinc est ꝙ audies quandoque aliquos dicere ꝙ definitio notificat sub-
stantiã rei. ꝓcedimus quoq; semper a notiori apud nos ad notius apud naturã, vt
in pluribus locis diximus. Et dicamus ꝙ definitio, vt dixit, est oratio notificans
quiditatem rei per essentialia, quibus cõsistit. Nam in arte Logicali fuit iam de-
claratum quod prædicata sunt duplicia, scilicet vel per se, vel per accidens. Et
quod illud, quod est per se, est etiam duplex. Vnum scilicet est illud, in quo ip- E
sa prædicata sunt partes substantiæ subiecti, & ex his tm̃ conficitur definitio.
Aliud vero est, vbi subiecta sunt de substantia prædicatorum. ex his tamen non
componitur definitio, cum sint res posteriores substantijs definiti. Et ideo, si con
sideremus hoc secundum hunc modum, apparebit ex minima consideratione ꝙ
indiuidua singularia habẽt partes priores seipsis, quibus extant. Quod quidem
non inuenitur nisi substantiæ tantum. nam in definitione indiuiduorum acciden-
tium inuenitur substantia, qua extant, & est præter ipsa. ideo non habent verã
definitionem, neque etiam aggregatum ex substantia & accidente habet defi-
nitionem, quemadmodum habet aggregatum ex materia & forma, vt in futurũ
apparebit. Et ex hoc apparet manifeste ꝙ in nullo prædicato ipsorum prædica-
mentorum substentatur aliquod indiuiduum substantię: quia non notificat quidi-
tatem indiuidui substantiæ, aut partem quiditatis, quæ sit quale, vel quãtum, aut
habens relationem, vel vbi, aut agere, vel pati, vel situm, aut habere. Hinç appa
ret differentia inter formas substantiales, & accidentia, licet vtraque sint in su-
biecto. Si ergo ita est, & fuerit propalatum ꝙ dantur partes substantię, quę sunt
priores ipsa, inuestigemus igitur qualiter sunt huiusmodi partes in ipsa substan-
tia, & vtrũ vniuersalia accidant ipsis, aut sint priora illis, vt putant qui ponunt
ideas. Tandẽ considerabimus de omnibus consequentibus illorum, inquantum
sunt indiuidua sensibilia aut partes rerum sensibilium, & ex eo ꝙ sunt intelligi F
bilia & vniuersalia. quia inter hæc duo esse magna inest differentia. Et cũ ipsa
definitio quoque habuerit plures partes, quale nam esse habeant huiusmodi par-
tes in ipso composito, vtrum in potentia vel in actu. Demum quonam pacto dici
mus definitũ esse vnum, cum habeat plures partes in definitione. & notificabi-
mus qualis sit proportio definitionũ ad ipsa definita, & partiũ definitionum. Et
huiusmodi consideratio est fere communis accidentibus & substantijs, si conce-
damus accidẽtia habere aliquas definitiones: licet tamẽ primũ intentũ huius ne-
gotij sit notitia substantiæ. Et ideo cõuenit nos primo tractare de definitioni-
bus. Et dicamus quod definitio videtur esse primo, & in specie, vel per se
prior in ipsa substantia, & quod, si inueniur in alijs prædicamentis, est secun-
dum posterius. Quia, si in reliquis prædicamentis reperiuntur prædicata essen
tialia, ex quibus conficiuntur definitiones eorum, quemadmodum fit in sub-
stantia, nihilominus oportet etiam quod in eorum definitione reperiatur de-
finitio substantiæ, quia non stant per se: & hoc siue in potentia propinqua, si-
ue in actu. Vt in potentia, in illis prædicamentis, in quorum definitione non
apparet eorum relatio ad substantiam, vt in præterito diximus, & præsertim
si accipiuntur abstracta per intellectum, & significentur per nomina in abstra-
cto, vt albedo exempli gratia, quando accipitur abstracta per intellectum, dici-

A mus ipsam esse colorem disgregatiuum visus: & hoc magis de ipsa magnitudi-
ne & figura. sed si accipiantur per eorum nomina concreta, quæ quidem ma-
gis significant super ipsis, apparebit equidem substantia in eorum definitio-
ne. Et substantia apparet re vera in definitione accidentium in actu, in illis
prædicamentis, in quorum definitione reperitur substantia, & tandem in acci-
dentibus essentialibus, in quorum definitionibus inueniuntur sua subiecta, aut
genera subiectorum suorum, vt simitas in naso, & risibilitas in homine. Hinc
est quod huiuscemodi nomina significant rem compositam ex accidente &
substantia, & abstracta horum compositorum, vt dicit Aristo. vel non habe-
bunt definitiones propter additionem assumptam in definitione eorum & itera-
tionem: nam qui definit simitatem nasi, accipit in eius definitione definitionem
nasi, & in definitione concauitatis assumptæ in ipso accipitur etiam nasus, er-
go nasus accipitur bis. vel siquidem habent hęc definitiones, illud erit modo po
steriori substantię compositę ex materia & forma, quoniam definitiones sunt
compositorum.

ET, postquam fuit declaratum quod omnia prædicamenta habent definitio- Quo pacto
nes significantes quiditates eorum, & quod substantia habet veram defini- dentur v'ia.
tionem & quiditatem, quę est substantia. scrutandum igitur est, vtrum qui-
B ditates rerum, & earum intelligibilia vniuersalia sint ipsemet res separatę eo
modo, quo dicimus exemplar rei esse ipsammet rem, & quod forma rei sensa-
tę est ipsum sensatum, aut aliquid aliud aliquo modo, scilicet quod habeant esse
extra animam, vt dicunt qui ponunt ideas. Et dicamus quod vniuersalia essen
tialia, quę notificant essentiam rei singularis sunt idem cum tali singulari eo mo-
do, quo diximus, scilicet ea notificare substantiam ipsius singularis. Prędicata
vero per accidens non sunt idem. Nam quando contingit medicum esse ędi-
ficatorem, tunc quiditas medicinę non est in ędificatore. neque homo est homo
albus, immo huiusmodi prędicatum est aliud a subiecto, contra quod fit in prę-
dicatis essentialibus. Et, si ipsa vniuersalia essentialia rerum non essent idem
cum ipso singulari, idest ipsa subiecta, tunc quiditas rei non esset ipsa res, neque
quiditas ipsius animalis, exempli gratia, esset ipsum animal indiuiduum. & sic
tolleretur scientia, adeo quod non daretur aliquod intelligibile. Sed qui ponunt
huiusmodi vniuersalia per se stare, & esse separata, oportet vt ponant ipsa esse
aliquid aliud a rebus singularibus aliquo modo. Quod si ita esset, tūc sequeretur
vnum duorum, scilicet vel ꝙ illa vniuersalia non erunt harum rerum singula-
rium intelligibilia, & sic non erit sufficiens apprehensio horum singularium,
quod est contra id, quod dicunt, quia ipsi ponunt vniuersalia separata, & di-
cunt quod sunt propter scientiam; vel quod concedatur eis quod huiusmodi vni
C uersalia notificant essentias horum singularium, & per ipsa intelliguntur qui-
ditates ipsorum. & si sic esset, tunç oporteret huiusmodi vniuersalia separata,
inquantum sunt extra animam, alio modo se habere quam quę transmutantur
ad seinuicem extra animam. & oportebit etiam intelligere alia vniuersa-
lia: quia si res, quę est extra animam, indigeret ad sui intellectionem alia re
extra animam, tunc sequeretur idem quod prius, & sic fieret processus in infini-
tum. Videtur tamen ꝙ nos non indigemus ad intelligendas quiditates rerum
ponere vniuersalia separata, siue sint, siuę non sint. sed si sunt, non valent ad in- An vniuersa
telligendas quiditates rerum, neque tandem ad esse sensibilium. Sed vtrum ta- lia sint ęter-
lia vniuersalia, ex quibus constat definitum, sint ęterna, & intransmutabilia, & na.
quod si ipsa existerent per se extra animam, vt dicunt, qui ponunt ideas, non
valerent ad esse sensibilium, declarabimus hoc modo. Cum omne, quod ge-
neratur, sit aliquid, idest creatura & forma, & ex aliquo, idest materia, & ab ali
quo, siue per aliquod, idest agens, & apparet etiam quod in omnibus genera-
tis, siue a natura, siue ab arte ipsum agens sit de necessitate aliud numero a pas-
so, & ꝙ ipsum & passum sint idem quiditate & definitione, vel ꝙ sint propor-
tionata. In pluribus autem rebus naturalibus & compositis res est manifesta: vt
in animali gignitiuo & stirpe fructifera. nam ipsum generans prolificū, vel ge-
nerat sibi simile in specie, vt homo generat hominem, & equus equum: vel erit

D

sibi simile, & proportionatum, vt asinus, qui generat mulum. similiter etiam apparet in simplicibus: nam ignis in actu generat ignem in actu.

Dubium.

Poterit tamen aliquis dubitare de animali generato sponte, atque stirpe sic ẽt orta. ignis quoque quando fit ex incensione ferri, aut ex collisione lapidum, et tandem ex motu. Sic etiam apparet ꝙ dantur quædam mouentia, quæ nõ sunt de genere mobilium. vt sperma, quod mouet sanguinem menstruum, donec cõuertatur in embryonem, & calor accubationis mouet ouum, donec conuertatur in auem. Et dicamus ꝙ in pluribus horum generatorum apparet ꝙ perficiuntur pluribus vno mouente, vt pater, qui mouet sperma, & hoc mouet sanguinẽ menstruum. Illud ergo mouens, quod oportet necessario esse ipsum & mobile idem quiditate, aut esse proportionatum, & simile, erit vltimum mouẽs, cum ipsum det propinquo mouenti virtutem, qua moueat. vltimum autem mouẽs spermatis est pater & ipsius oui auis: licet fuerit iam ostensum ꝙ non sufficiũt hæc sine principio extrinseco, scilicet quæ sunt corpora cœlestia, vt putat Aristo. & est ipsa veritas: aut intellectus agens, vt imaginati sunt plurimi Philosophorũ posteriorum, vt in scientia Naturali fuit declaratum. Animalis vero sponte orti & stirpis, licet eorum generatio fuerit a motu syderum, calor quidem non est mouens vltimum in generatione. sed iam fuit ostensum ꝙ datur mouens proportionatum sibi, quod præstat sibi suam formam essentialem. Veruntamẽ huiusmodi mouens & mobile non sunt idem quiditatiue, immo est immateriale, vt declarabitur. In animalibus vero & plantis sponte genitis vltimum mouẽs est ipsa corpora cœlestia per virtutes animatas influxas ab eis secundũ opinionẽ Arist. aut est intellectus agens secundũ opinionem posteriorum. Putat. n. Arist. ꝙ transmutans & generans non est nisi corpus, aut in corpore, i. virtus in corpore: & ꝙ actio, quæ est finis transmutationis, non prouenit nisi cum agente transmutationis: & ꝙ est impossibile, vt agens transmutationis sit aliquid aliud ab agente ipsius finis transmutationis. Motus vero, qui generat ignem, agens ipsius non est ipse motus. At agens vtriusque illorum est idem genere, scilicet calor diffusus in elementa a calore stellarum, & est ipsemet aer. Veruntamen ipse motus præstat prædispositionem, qua recipit subiectum formam ignis. Et tu potes experiri hoc cum bombyce, qui ignitur a Sole per radium conuersum a vitro. nam non videtur quod radius habeat talem operationem nisi remotam cũ motu. radius vero præparat aerem ad recipiendum calorem, quo bombyx ignitur. nam aer non est ignis, vt fuit declaratum. Motus quoque est quædam vita rebus naturalibus, & est veluti extrahens partes ignis existentis in aere in potentia propinqua ad actum perfectum. Hinc est ꝙ euentatio auget substantiam ignis. Et per hoc potest persuaderi ꝙ conseruans formam ignis existentis in actu in concauo orbis lunæ, sit quoquo modo ipse motus corporis cœlestis, vt in scientia Naturali fuit declaratum. Nam ibi fuit ostensum ꝙ elementa respectu corporis cœlestis se habent veluti materia: & ideo non possunt stare sine ipso, quemadmodum est impossibile materiam primam esse denudatam a forma. corpus quoque cœleste indiget aliquo modo ipsis, eo modo, quo indigent formę ipsis materiebus. Cum autem diximus rem generari a sibi simili specie & quiditate, videtur magis apparere in artificialibus quam in naturalibus. nam sanitas adepta ab arte medicinali in corporibus hominum fit a formis sanitatis, quę est in anima. Similiter etiam forma domus facta ab ædificatore in lapidibus & lateribus est forma habita a forma existente in anima. Sed, quia huiusmodi forma de necessitate perficitur a pluribus ꝙ̃ ab vno agente. nam si est sanitas, oportet ꝙ ibi sit euacuatio, ergo erit ibi potio medicinæ solutiuæ: sequitur ergo de necessitate ꝙ id, quod est prius istorum in anima artificis. sit posterius tempore in generatione. Hinc dicitur ꝙ principium cogitationis est finis operationis, & initium operationis est finis cogitationis. In rebus quoque naturalibus videtur res ita se habere, & ꝙ earũ principia vltima sit cõceptio per intellectũ. Aliter enim vnde eueniret eis ꝙ sint ex sui natura aptę vt intelligantur a nobis? nam hoc est sibi quid essentiale & inhærens naturæ earũ. id aũt, quod est essentiale alicui, peruenit quidem ipsi enti a causa efficienti de necessitate. Nihil autẽ da-

Solutio.

De varijs mouentibus in rerũ diuersarũ generationibus.

E

A tur,quo sensibile euadat intelligibile in potentia,i.quod de sui natura est vt in-
telligatur,nisi eius generatio fiat ex intellectuali apprehensione:licet suum esse
sensibile sit conceptum a suis principiis sensibilibus,quemadmodum in artificia
libus contingit.nam accidit rebus per artem confectis ꝙ intelligantur ab illo,
qui non operatur eas,propterea quia sunt ordinatæ ab intellectu, quæ est ipsa
forma existens in anima artificis:aliter enim essent intellectæ per accidens. &
similiter etiam res se habet in natura,& in rebus naturalibus. Hinc apparet ge-
neratim quod dantur formæ separatæ,quæ sunt causa ob quam ipsa substantia
sensibilis est intelligibilis. Præstant autem ipsi sensibili formam substantialẽ,
qua sit intelligibile potentia per ipsam naturam,& per corpora cœlestia, & ta-
les formæ sunt formæ corporum cœlestium,& hoc est, quod quærebant ponen-
tes ideas,& non attigerunt ipsum.

Reuertamur autem vnde digressi sumus, & dicamus ꝙ, cum appareat vt diximus,ꝙ id,quod generatur,generatur ab eo, quod est idem specie, & quiditate,manifestum igitur est quod quiditas vt quiditas est ingenerabilis et incorruptibilis. Similiter etiã & ipsa materia,nam nõ generatur ab agente. Generabile igitur & corruptibile est ipsum indiuiduum compositum ex illis duobus,& est illud,quod est numero aliud a generante, sed sunt idem for-
B ma. Patet igitur ꝙ formæ & materiæ,inquantum sunt formæ & materiæ,non sunt generabiles,neque corruptibiles nisi per accidens.sed,quia quiditates rerũ sensibilium nihil aliud sunt quam sua forma & sua materia,vt in futuro apparebit,manifestum ergo est ꝙ formæ & materiæ, vt sunt formæ & materiæ, non sunt generabiles neque corruptibiles nisi per accidens. Corrumpuntur autem & generantur formæ,& tandem transmutantur ex eo ꝙ sunt pars ipsius generabilis & corruptibilis per se:quod quidem est indiuiduum compositum ex materia & forma, inquantum est forma rei singularis. Et similiter res se habet de materia, quæ quidem patitur transmutationem,ex eo quod est pars rei transmutabilis,idest indiuidui,sed non inquantum est materia. & , cum materia sit causa transmutationis sic aduenientis ipsis formis,conuenientius ergo est dicere formas ita se habere. Quod autem materia sit intelligibilis, hoc non habet ex eo ꝙ est materia:nam res ideo est intelligibilis,quia est in actu. sed, si intelligimus ipsam,continuo illud fit per attributionem,& hoc de materia prima:vel accidit sibi habere actum,& hoc de materiis propriis vnicuique enti. Et quemadmodũ videtur ꝙ artifex non facit materiam simpliciter, sic etiam neque formam simpliciter , facit tamen aggregatum ex materia & forma. nam ipse facit formam transmutando materiam,donec præstet formam sibi.vt de arca,exempli gratia, nãm ipse non facit lignum,quemadmodum neque formam arcæ, sed facit quan-
C dam arcam ex aliquo ligno . Si vero formæ vt formæ, & materiæ etiam generarentur & corrumperentur,tunc generatio fieret ex nihilo absolute, & corruptio ad nihil absolute.verbi gratia, si ponamus corpus,vt corpus, generari, sequeretur de necessitate ꝙ fieret ex non corpore omnino. sed generatio & corruptio est ipsius compositi ex vtrisque. scilicet ex materia & forma. Hinc ostenditur ꝙ generans indiuiduum est indiuiduum:quia quod transmutat materiam, est indiuiduum. Apparet etiam ꝙ definitiones sunt ingenerabiles & incorruptibiles,licet res definitæ sint generabiles & corruptibiles.

Compositũ, non formã, nec materiã generari. 7. Met.tex.25 & infra.

Sed quo pacto accidat eis hoc,non est necessariũ propterea nos ponere ideas. nãm hoc est,quod fecit ponentes ideas affirmare eas , sed non est necessarium . Qui enim fuerunt ante Platonem, putabant ꝙ scientia erat de sensibilibus: sed quia viderunt ꝙ sensibilia sunt transmutabilia & instabilia,abstulerunt scientiã penitus:adeo ꝙ fuit aliquis Antiquorum,cum interrogabatur de aliqua re, indicabat digito suo.significabat enim esse instabilem & inquietam,& ꝙ res sunt in continua trãsmutatione,& ꝙ non datur hic vlla verificatio alicuius rei. & ex hoc peruenerũt vniuersaliter opiniones erroneę.Adueniente vero ętate Socratis viderunt ꝙ dantur hic intelligibilia æterna & vniuersalia,ideo dixerũt ipsa esse extra animã eo modo,quo sunt in anima.& cũ hoc ẽt viderunt ꝙ sunt principia substantię sensibilis,& ex hoc,quod diximus, patet ꝙ licet inuenirentur,

Ideę nõ sunt ponendę

vt ipsi putant, adhuc non iuuarent ad esse generabilium vllo pacto, quia generãs particulare est vnũ pticulare, vt ipsum in specie, aut sibi simile, vt diximus. D

Themistius vero reddit rationem pro Platone, ꝙ dantur formæ agentes ad esse animalium ortum habentium ex putredine. Et putari potest ꝙ huiusmodi principium concedatur apud Arist. & ꝙ non videtur necessarium intromittere ipsas in causam generationis huiusmodi generis tantum animalium, sed etiam animalium prolificantium, vt potest intelligi ex libro de Animalibus. Veruntamen principium propinquum istorum apud Arist. est virtus animata: & remotum sunt formæ corporum cœlestium. totum autem hoc secundum viam Aristo. indiget speculatione. Quod autem Aristo. credat has formas separatas habere operationem vniuersalem in omni generato absque medio, vt putat Auic. videtur esse remotum. In quibusdam tamen entibus naturalibus potest existimari ꝙ necessitas cogit ponere formas separatas in generatione indiuidui, vt in animali persuaderi potest, & præsertim in non gignitiuo. In quibusdam tamen nõ videtur hoc, neque videntur indigere ipso, inquantum sunt generabilia. Veruntamen, si considerentur formæ generatæ, inquantum accidit eis ꝙ sint intelligibiles, & tandem habentes ordinem, apparebit necessarium intromittere hãc formam cunctis rebus, vt prius diximus. Sed huiusmodi principium alio modo se habet, quam ponitur a ponentibus ideas. Dicebant enim ꝙ intelligibile ipsius equi & eius quiditas, vt est in materia, est idem extra animam, & sic sequitur de necessitate ꝙ detur equus hinnibilis sine materia, & ignis comburens. & si intelligunt hoc, omnino errant. Et si velint id, quod Arist. intendit de esse rerũ separatarum, vt existimauit eorum fautor, errauerunt tandem: quia transtulerunt dicta scientifica in dicta poetica, quæ non sunt vera, & fiunt ad docendum populum. hoc autem in futuro ostendemus. Ex dictis ergo patet ꝙ & si dantur vniuersalia per se stantia extra animam, non sufficiunt ad scientiam & generationem. nã generatio per se est rei particularis & indiuiduę, sed de rebus communibus, quę videntur generari per accidens, quasi dicas ex eo ꝙ sunt indiuiduũ, videtur ꝙ causa generationis earum sit ipsa natura. & causa, ob quam inuenitur natura faciens huiusmodi operationem, est ipse motus corporum cœlestium. & causa, ob quam motus corporum cœlestium pręstat huic naturę talem virtutem, sunt ipsę formę separatę intelligibiles. Aristote. autem opponit Platoni, quia posuit id, quod est principium & agens rei generatę per accidens, principium & agens rei generatę per se. quasi dicat ꝙ sic debemus intelligere differentiam inter istas duas vias: non ꝙ Aristo. neget hic, ꝙ formę separatę sint aliquo modo principia agentis, sed iuxta illum modum, quem diximus. & sic non est opus intromittere in rebus naturalibus formas separatas ad aliquam generationem pręter intellectum humanum. & hęc est veritas iuxta viam Aristo. & ideo incœpit declarare ꝙ formę vniuersales non sunt generabiles, neque corruptibiles, nisi per accidens. Nos autem iam declarauimus hoc in expositione nostra super libris eius huius scientię. E F

Vtrum vniuersalia possint p se stare extra animam.

Post hoc ergo cõuenit nos inuestigare de ipsis vniuersalibus, vtrum hoc sit possibile in eis aut non, videlicet vtrum possint per se stare extra animã, ita ꝙ verius appellentur nomine substantię, quam sua subiecta sensibilia. Et dicamus ꝙ, si ponantur hęc vniuersalia esse extra animam eo modo, quo sunt in anima, poterit hoc considerari vno duorum modorum, s. vel quod stent per se, & nullam habeant attributionem ad indiuidua sensibilia. & hoc est contra id, quod ponitur in eorum definitione. nam vniuersale, vt fuit dictum, est illud, quod solet pręḋicari de pluribus. sequetur ergo ex hac positione ꝙ intelligibile alicuius rei non erit illa res: quod totũ est impossibile, vel quod ipsum vniuersale est quid per se existens extra animam in indiuiduo. Sed, si res ita ponatur, facile apparebit ꝙ ex huiusmodi positione sequentur falsitates vituperosę. Nã, si ponamus ipsum esse in suis indiuiduis extra aĩam, nõ euadet quin talis cõmunicatio cũ indiuiduis sit vno duorũ modorũ, s. vel ꝙ pars eius sit in vnoquoque indiuiduo, ita ꝙ talis habeat de humanitate quandã partẽ, & Plato aliã partẽ: & sic humanitas nõ pręḋicabitur de quolibet istorũ duorũ pręḋicatione essen

A tiali in eo quod quid, quia illud, qd habet partē hominis, non est homo, quod est de se manifeste falsum. aut quod ipsum vniuersale in sua vniuersalitate erit in quolibet indiuiduo eius. Hæc tamen positio contradicit sibiipsi. quia oportet de necessitate vel quod vniuersale multiplicetur in se, ita ꝙ vniuersale, quod notifi cat quiditatē Socratis, sit aliud, q̄ quod notificat quiditatem Platonis, & sic non erit eorum intelligibile idem, & hoc est falsum: vel ꝙ vna & eadem res in sua vniuersalitate sit in pluribus, immo non in pluribus solū, verūetiam in infinitis, quorum aliqua generentur, aliqua corrumpantur, ita ꝙ vnū generabile & corru ptibile erit multa secundū eundē modum: quod est falsum. Sequetur ēt ex hoc ꝙ habebit simul cōtraria: quia multa vniuersalia diuiduntur per differētias op positas, & inuenientur in locis oppositis. Et, si ponamus ꝙ ipsum inueniatur in multis eo modo, quo potest considerari vnū inesse pluribus, videlicet ꝙ sit vnū numero indiuiduum existens in pluribus, vt forma totius in partibus, sequetur tunc ex hoc, ꝙ homo erit compositus ex asino & equo, & omnibus alijs specie bus diuidentibus ipsum, adeo ꝙ erunt inuicem alligatæ, siue sint continuæ, siue contiguæ. Et, si ponamus adhuc hæc vniuersalia esse extra animam, oportebit ipsa habere alia vniuersalia extra animam, quibus illud vniuersale primum sit intelligibile: & sic de secundo tertium, & sic in infinitum. Sed non accidet no bis hoc dubium, si ponamus ꝙ esse ipsum vniuersale est esse in intellectu. quia id, quo vniuersale est vniuersale, iam fuit declaratum in libro de Anima, ꝙ est

B vna & eadem substantia separata, i. intelligibile intelligibilium. Præterea, quo modo vniuersale est substantia per se stans iuxta opinionem eorum, cum sit de his, quæ dicuntur in subiecto non de subiecto. & hoc patet ex eius definitione. & id, quod ita se habet, est accidens de necessitate. Si concedamus quoque hoc, tunc non inuenietur hic substantia propria alicuius rei: sed substantiæ rerū erūt communes, & substantia propria erit subiectum substantiæ cōmunis, & omnes istæ falsitates sequentur, si ponamus hæc vniuersalia per se stare extra animā. Sed, etsi non ponimus ea ita se habere, potest adhuc aliquis dicere ꝙ non sunt veræ, sed falsæ, & chimericæ. nam verum, vt in libro Posteriorum fuit definitū, est illud, quod ita se habet in intellectu, quemadmodum extra. & tali modo po teris facere obmutescere plures loquentium nostri temporis. & hæc met dicta transferunt ad destruendum esse ipsorum vniuersalium. Neque ex hoc sequitur id, quod putant, s. tollere scientiam, quia ipsi nihil dicunt de syllogismis, qui con stant ex duabus præmissis, neque de prædicatis per se. sed de hoc fiet sermo cū cis, & cū alijs, vbi tractatur de verificatione principiorū artis Logicæ, & alia rum artiū particularium. Sed hoc dubium, quod accidit circa vniuersalia, pau lopost soluetur.

Et dicamus ꝙ, si falsum sit id, quod est ī intellectu alio modo q̄ est extra (vt

C intelligi pōt) ex opposito definitionis veri, hoc quidē pōt cōsiderari varijs modis (scilicet ꝙ res sit in intellectu, aliter q̄ extra intellectū.) Vno modo, ꝙ res ha beat esse inquātū est ī intellectu tm̄, preter hoc ꝙ habeat esse penitus extra ītel lectū. & hoc manifeste vr̄ subingredi definitionē falsi, & cōtineri sub eo. Secū do, ꝙ talis res habeat esse extra intellectū, sed accipiat in intellectu alio modo q̄ sit extra intellectū. Et hoc ēt pōt considerari dupliciter. Vno modo ꝙ id, qd ponitur esse in intellectu, sit scdm cōpositionē illorū subiectorū, quæ extra intel lectū & attributionē vnius ad aliud, sed non eo modo, quo se habēt in se. Huius aūt rei falsitas nulli dubia est, & qd cōtinet sub definitione falsi, vt hircoceruus, & cōceptus vacui, & reliqua, quæ intellectus intelligit, & cōponit ab eo, qd nō inuenitur extra animā, in tali modo cōpositionis. Secūdo modo, ꝙ extra aīam inueniātur res diuersarū essentiarū, quę sibiinuicē habēt esse, & sunt immixtæ simul, & intellectus separat illas essentias abinuicē, & aggregat illas, quę inter se sunt similes, & admiscet eas, & separat eas a rebus, quę inter se differūt, adeo ꝙ intelligit naturas rerū separatarū iuxta veritatē suam. Hoc aūt neq; est vllo pacto falsum, neq; cōtinetur sub definitione falsi. & iuxta hūc modū abstrahit pūctū a linea, et intelligit ipsum, licet nō inueniatur nisi in linea, & ipsam lineā quoq; a superficie, & superficiē a corpore. Et tandē iste est modus, quo nos pos

Rem esse in intellectu aliter q̄ extra intellectū varijs modis considerari posse.

sumus intelligere omnes res, existentes in alijs secundũ vnionem, siue fuerint D accidentia, siue formæ. Veruntamen, quando intellectus abstrahit plures harum substantiarum, & distinguit vnam ab alia, & accidat ꝙ sint res, quæ habent pri mum esse suum in alijs, tunc intelligit eas cum illis rebus, quæ sunt subiecta earum, vt in formis materialibus euenire solet, quas quidem intelligit, ex eo ꝙ sunt materiales. Sed, si huius essentiæ fuerint de his, quæ non insunt primo alijs, immo ex eo ꝙ sunt ex consequentibus earum, vt linea, quæ intelligitur abstra-cta de se, huiusmodi quidẽ actio est propria virtuti rationali, vt in libro de Ani-ma fuit declaratum. Nam sensus percipit formas, inquantum sunt singulares, & tandem ex eo ꝙ sunt in materia indiuiduali: licet non recipiat eas receptionẽ materiali, eo modo, quo sunt extra animam, sed spirituali ori modo, vt ibi osten-sum fuit. Ipsius nanque intellectus officium est abstrahere formam a materia indiuiduata, & apprehendere ipsam separatam secundum eius certitudinem. & hoc est manifestum ex re ipsius. & per hoc verificatur ꝙ intelligit quiditates re rum, aliter enim non darentur scientiæ pœnitus. Quando ergo accipitur in de-finitione falsi, ꝙ est id, cuius esse extra intellectum est aliud, quam quod in intel lectu, non comprehendit hoc. & sic definitio veri non prohibet vniuersalia ha-bere illud esse: quia illæ dictiones, quæ accipiuntur in illis definitionibus, sunt de nominibus æquiuocis, videlicet cum dicimus in definitione falsi, ꝙ est extra E intellectum, alio modo, q̃ in intellectu, & in definitione veri, ꝙ habet esse in intellectu, eo modo, quo extra.

Dubium. Sed de vniuersali iuxta hunc modum poterit aliquis dubitare, & dicere ꝙ, cum nos ponamus ista vniuersalia esse * abstrahibilia, ergo de necessitate sunt accidentia. &, si sunt accidentia, quomodo ergo poterunt notificare substantias rerum singularium per se stantium, cum iam sit dictum, quod id, quod notificat quiditates substantiæ, est substantia.

* a.l. rationalia.

Solutio. Sed hoc dubium facile soluitur, videlicet, quia, quando intellectus abstrahit illas formas a materia, & intelligit essentias earum secũdum suam veritatem, si-ue sint formæ substantiales, siue accidentales, tunc accidit eis in intellectu ipsa vniuersalitas: non ꝙ vniuersale sit essentia formę illarum substantiarum, et ideo vniuersalia sint de secundis intentionibus, sed quibus accidunt vniuersalia, sunt de primis. & iam fuit latissime tractatum in arte Logicali de differentia, quę est inter primas & secundas intentiones. & hoc de se patet apud exercitatum in ea arte.

Quid ꝓprie sit substãtia. Et de q̃one propter qd. 7. Met. 59. et infra.

ET postquã fuit ostẽsum ꝙ vniuersalia nõ sunt substãtię rerũ sensibiliũ, con-tẽplemur modo quidnã sit earũ substantia. Et dicamus manifestũ esse ꝙ res sensibiles, i. indiuidua substãtię sunt cõposita ex pluribus q̃ vna re, cũ facia F mus de ipsis interrogationẽ ꝑꝑ quid. quod quidẽ quęsitũ nõ fit de simplicibus. nã non dr̃ propter quid homo est homo, cũ idem sit subiectum & prędicatũ, sed bene cõuenit quęstio propter quid de cõpositis. vt si dicamus, ꝑpter quid homo est medicus, & dicatur quia est intelligẽs, & fit responsio per formã rei. & quã-doque per materiam eius, vt si dicamus, propter qd hoc est sensitiuũ, & dicitur, quia est cõpositũ ex carne & osse. & tandẽ ad quęstionem ꝑpter quid põt fieri respõsio per vnamquanq; quatuor causarũ. Manifeste igitur patet ꝙ indiuidua substantię sunt cõposita, & ꝙ, si sunt vnũ actu, inest tñ eis quędam pluralitas in potentia. nã non sunt vna per colligantiã, & contactũ, quemadmodũ accidit in pluribus rebus artificialibus. quia impossibile est ꝙ inueniantur elementa alicu-ius rei in eadem re in actu. aliter. n. ipsummet compositũ ex elementis esset essen tia elementorũ. vt, exẽpli gratia oxymel, qd quidẽ cõstat ex aceto & melle: & si essent in eo in actu, tũc nihil aliud esset oxymel, q̃ acetũ & mel. & similiter nõ reperiũ ipsamet aqua, & aer, & ignis, & terra in carne & osse. aliter. n. caro & os esset aqua, & ignis, & aer, & terra. Hinc põt haberi ꝙ ĩ generato est aliqd aliud ꝓter elementũ, quo est id, quod est. aliter. n. esset ipsamet res, ex qua cõpo-sitũ fuit. vel dicemus in igne & aere & aqua atq; terra esse carnẽ & os ĩ actu, et tandẽ res infinitas, & sic reuertetur ad sermonẽ de immixtione. Neq; adhuc eua det res, qua distinguitur compositũ ab ipsis elementis (cũ sit qd sibi additũ) quin

A sit, aut elementum, aut ex elemento. sed, si fuerit elementum, tunc sequeretur idē
quod in priori, videlicet q̄ differret a composito ex ipso, & ab elementis priori
bus illi per elementum, & sic in infinitum: adeo q̄ inuenientur in vna re in actu
elementa infinita. & si esset etiam ex elemento, tunc daretur quoq; aliquid, quo
differret, & distingueretur elementum, ex quo compositum fuit. & si iterum hoc
esset ex elemento, fieret in rebus processus in infinitum. Ex dictis igitur apparet
q̄ in composito est quædam substantia, præter elemēta, quę forma nuncupatur.
Et, quia vt in arte Logicali fuit declaratum definitiones constant ex genere &
differentia: & iam in præcedentibus fuit ostensum, q̄ inquantum sunt vniuersa-
lia, non habent esse extra intellectum, neq; sunt vllo pacto causę definitorū: pa
tet ergo q̄ genus nihil aliud est quam conceptus formarum vniuersalium ipsius
definiti, quæ se habent veluti materia, & forma vniuersalis. nam materiæ est cō
municari, & vniuersaliter est quid accidens formæ vniuersali rei eo modo, quo
accidit vniuersale ipsi intelligibili alicuius rei. & similiter apparet de ipsa dif-
ferentia, quæ est quoddam consequens, quod insequitur intelligibile formæ pro-
prię alicuius rei, ex eo q̄ est in intellectu: & tandem ipsa repræsentat formam,
quemadmodum genus materiam. Et hinc apparet proportio definitionum ad de
finita: & soluuntur multa dubia, quæ possunt fieri in eis, vt id, de quo dubitaue-
B runt Antiqui, qui dicebant quomodo animal, v.g. quod accipitur in definitione ho
minis est vniuersalius homine, cū sit pars ipsius. Similiter & dubitant quonā pa- * a.l. genus
cto potest prędicari * pars de specie, & in eo q̄ quid. Et totum hoc accidit eis,
quia non distinguunt inter esse intelligibile, et esse extra intellectum. & accidūt
eis hæc dubia. quemadmodum accidit in rebus, quæ accipiuntur simpliciter se-
cundū q̄ sunt aliquid vnum, & sunt plura. si ergo ita est, & cum hoc fuerit iam
propalatum, qualis sit proportio generis, & differentię ad partes definiti: manife
stum ergo est q̄ partes substantię indiuiduæ nihil aliud sunt quā materia sensibi
lis, & forma sensibilis. & hoc est, quod intendebamus declarare a principio rei.

Sermonemur modo de formis rerum sensibilium absolute, i. de differentijs mate-
riæ primę, & quid est earum materia. nam ostensum est omnia hæc habere
definitiones, & definitiones constare ex generibus & differentijs, quę reprę- Substātię di
sentant formas et materias, siue sint substantię, siue accidentia. Et dicamus q̄ ma uisio & Ma
teria ēst id, quod est in potentia ad rem, quę est futura esse in actu, & definitio- teriā eē sub-
ne, & forma. ipsa vero forma est actus & quiditas, indiuiduum aūt sensibile est stantiam. 8.
compositum ex his duobus. Et ipsam materiam concedunt omnes Antiqui: & Met. text. 3.
apparebit etiam paulopost ex his, quę in scientia Naturali fuit dictum; s. q̄ quę- & 4.
libet quatuor transmutationum, quę sunt. s. generatio & corruptio, incrementū
& decrementum, translatio, & alteratio, habent subiectū, super quod fit transmu
C tatio. Manifestum. n. est q̄ transmutatio ex eo q̄ est accidens, indiget subiecto;
& ideo non reperitur transmutatio sine transmutabili. Attamen res, quæ habēt
transmutationem in substantia, oportet de necessitate q̄ habeant reliquas trans-
mutationes. sed quę habent reliquas transmutationes, non est necessarium q̄ ha-
beant transmutationem, quę est in substātia, vt quę habent motum localem, quē
admodum in scientia Naturali fuit ostensum de corpore cœlesti. Sed, vt dixi-
mus, omnes afferunt materiam primam esse substantiam, quāuis discepēt in eius
quiditate, s. materię primæ. & iam fuit declaratum hoc in scientia Naturali. Post
hoc autem declarabimus eius differentias.

Conueniens quoq; est facere sermonem de forma, quę est differentia, & da- De Formā
re differentias vniuersales, quibus diuiditur, inquantum est forma. Et dica- 8. Met. tex.
mus, q̄ Arist. narrauit q̄ quidam Antiquorum, inter quos Democritus, di 5. & 6.
cebant differentias rerū contineri tribus generibus, videlicet figura, situ, ordine:
& huiusmodi dictum licet non complectatur formas rerum sensibilium, s. quę ac
cipiuntur in definitionibus earum, adhuc proiecerunt ab eo id, quod verius no-
mine differentiarum dici debet, videlicet differentias essentiales, quarum gradus
in scientia Naturali fuerunt declarati. immo apparet vniuersaliter q̄ differentię
rerum essentialium sint multę, ex quibus quædam sunt in substātia, quędam alię
in quantitate, & qualitate, & tandem in vnoquoque decem prædicamentorum,

Veruntamen, quia in multis accidit ꝙ latent differentię substantiarum, ponun- D tur accidentia propria earum vice differentiarũ, vt figura, & situs, atq; ordo, &c. accidentia. Et ideo, si Democritus intendebat hoc, quando ponebat differentias substantiæ esse istas tres, nequaquam poterit excusari a culpa, cum manifeste dentur multę substantię, quarum differentię sunt preter istas res: vt sunt substantię, quarum differentię fiunt per calidum & frigidum, & alia accidentia præter hęc. artificialium vero differentię sunt accidentia. Et, cum res constent ex materia, & forma, ideo quando definitiones aggregant hęc duo, sunt perfectissimę. Nam qui definit domum, ꝙ est ex lateribus & lignis, tunc dicit domum in potentia. & qui definit ipsam ꝙ continet, & protegit contentum in ea, & ꝙ est in tali figura, tunc affert formam tantum, sed non eo modo, quo vere est, cum non habeat esse, nisi in materia. tandem ipse definit per partem definitionis domus, non per omnes eius partes, quibus constat. sed qui amplectitur omnia hęc duo simul in hac definitione, dicit ꝙ domus est lateres & lapides, qui fuerunt compositi tali compositione, & est aptus ad talem & talem rem, ita ꝙ deueniat ad omnia illa, quibus contentum in ea conseruatur, & quomodo stet in ea. Accidit tamen circa hoc dubitare. quia dato ꝙ concedamus hoc de definitionibus rerum habẽtium materias sensibiles, quo pacto res se habebit in his, in quarum definitionibus non apparent materiæ sensibiles, vt est definitio trianguli, & circuli. Hoc E autem dubium soluitur per hoc, ꝙ licet huiusmodi res non habeant materias sensibiles, (& ideo dicitur ꝙ consyderatio de ipsis non est inquantum sunt in materia) nihilominus habent res, quarum proportio ad ipsas, est proportio materię sensibilis ad formam naturalem: vt cum dicimus ꝙ circulus est figura, quam cõtinet vna linea, intra quam est punctus, a quo omnes lineę egredientes ad lineã circundantem sunt æquales. nam, cum dicimus in hac definitione figuram, & dicimus in qua circundat vna linea, est veluti genus, & reliquum dicti veluti differentia. Et proportio existens inter istas materias fictas, & materias sensibiles est ꝙ istę fictæ reperiuntur in circulo in potentia, quemadmodum materię rerũ sensibilium in rebus sensibilibus. Hoc autem declarabimus post hoc, quando ostendemus quo pacto insunt partes definitionis ipsi definito, & qualiter definitum sit vnum, & definitio habeat plures partes.

Quid p̃ nomen substãtię sensibilis significetur. 8. Met. tex, 7, & inde.

CVm ergo hoc totum ita se habeat, vt narrauimus, & fuerit declaratum ꝙ substantię sensibiles sunt tres, s. materia, & forma, & aggregatum ex his duobus, tunc poterit aliquis quęrere, si substantię sensibiles constat ex materia & forma, quodnã ipsorum significatur p̃ nomen eius, vtrum. s. materia, vel forma, vel aggregatũ ex ambobus. Videtur aũt nomen famosius significare aggregatũ ex his duobus: licet dicatur qñq; de forma, & quandoq; de aggregato F ex illis duobus. Tamen dicitur hoc secundum prius & posterius, quia compositum habet esse ex eo, quod est compositum ex forma, & est id, cui verius applicatur nomen. Et ideo, si fiat comparatio inter has duas significationes, tunc significatio de cõposito erit prior tẽpore, & posterior scdm esse: & eius significatio de forma est posterior tempore, & prior secundum esse: quia non est moris plebis distinguere inter indiuidua substantię tali differentia. Neq; debemus tradere obliuioni id, quod sæpissime diximus, s. quod istę res habent duplex esse, s. sensibile, & intelligibile: & ꝙ esse intelligibile est sensibile, ex eo ꝙ notificat ipsum, & facit intelligere quiditatẽ eius. hinc dicitur ꝙ intelligibile ipsius rei est ipsa res. Sed ꝙ esse intelligibile sit sensibile, ita ꝙ sensibile sit compositum ex intelligibili, aut generatum ab eo per se, vt putant ponẽtes ideas, vel ꝙ sit ipsummet ex omni parte, est falsum. quia, cũ nos ponimus intelligibile rei esse ipsam rẽ oĩbus modis, tunc forma compositi in intellectu est ipsummet compositum, ita ꝙ homo erit anima. Similiter etiam, si ponamus substantiam sensibilem esse compositam ex substãtia intelligibili, sequeretur ꝙ res sensibiles nõ essent generabiles, neq; corruptibiles. nam iam fuit declaratum hoc in supradictis de forma absoluta, & de materia absoluta, i. ꝙ sunt ingenerabiles et incorruptibiles. et ideo sequitur de necessitate ꝙ elementa substantiarum trãsmutabilium sint necessario transmutabilia per accidens, & non per se. Nam formę naturales, v. g. sunt generabiles.

A & corruptibiles non per se, sed ex eo ꝙ sunt pars genetabilis corruptibilis per
se, i. ipsius indiuidui, vt prius fuit ostensum. Vtrum autem dentur formę natura-
les separatæ, iam in scientia Naturali fuit declaratum. De eo vero, quod de defi
nitione fuit dictum, s. ꝙ est enuntiatio habens partes, dicendum ꝙ definitiones
sunt ipsius compositi: & ꝙ forma & materia & tandem omnia simplicia non ha
bent definitiones nisi per modum similitudinis: & ꝙ qui dixerunt definitiones
formarum separatarum esse easdem definitiones, quę in materia errauerunt. Si-
militer etiam qui dicunt substantias rerum esse numeros. nam secundum istos se-
queretur ꝙ numeri non essent compositi ex vnitatibus, cum res habeant defini-
tiones, & definitio habeat partes plures * non sunt vna. aut dices res sensibi-
les esse puras vnitates, & non dabitur sic vlla definitio. Videtur tamen de ne-
cessitate ꝙ numerus est in materia, & ꝙ vnitas eius est a forma, pluralitas vero
propter materiam, hoc autē postea declarabimus. & summatim apparet de ipsis
indiuiduis sensibilibus ꝙ sunt composita, quia habent duas res inter se maximè
differentes, videlicet esse sensibile, et esse intelligibile. Impossibile enim est ipsæ
habere hęc duo ex eadem parte: immo forma est causa, vt ipsa res sit intelligibi-
lis, & materia est causa ꝙ sit sensibilis.

ET postquam fuit declaratum quod sunt modi formarum sensibilium prima- De differen-
rum consentaneum est nunc tractare de differentijs substantiæ materialis, tijs substātię
& de eius speciebus. Et dicamus ꝙ, cum genera transmutationum sint qua- materialis.
B tuor, videlicet transmutatio in substantia, in quātitate, & in qualitate, & vbi: & 8. Met. tex.
non sit necessarium id, quod habet transmutationem secūdum vbi habere trans- 11, & infra.
mutationem in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate: manifestum ergo
est ꝙ subiectum transmutationis in substantia quandoq; erit præter subiectum
aliarum transmutationum, & præcipue transmutationis localis. Patet ergo ꝙ, cū
dicitur materia de corporibus cœlestibus, et corporibus generabilibus & corru-
ptilibus, dicitur quodam æquiuocationis modo. Duo ergo sunt genera materie-
rum, vnum scilicet quod est subiectum transmutationis substantię, & proprie no
minatur materia. Aliud vero est subiectum aliarum transmutationum, & nomi-
natur proprie, vt plurimum, subiectum. Oportet autem corpora cœlestia habere
materias simplices non compositas ex materia & forma, cum non habeant nisi
transmutationem secundum vbi tantum. Sed transmutatio in substantia bene co
git rem esse compositam ex materia & forma. Transmutatio vero inquantum
transmutatio, vt fuit dictum in dictis vniuersalibus scientię Naturalis, est de ne-
cessitate in re diuisibili. Diuisio autem rei fit ex eo ꝙ est materialis, non ex eo
ꝙ habet formam: diuisio nanque inest formę per accidens. Rerum autem, quæ
transmutantur in substantijs, quædam habent vnam materiam communem, quē-
admodum communicant corpora simplicia in materia prima: & horum omnia
C habent hoc proprium, ꝙ vnumquodq; ipsorum potest transmutari ad suum con
trarium, eo modo, quo aliud contrarium habet potentiam, vt trāsmutetur in hoc:
vt aer, exempli gratia, qui habet potentiam, vt transmutetur in aquam, eo mo-
do, quo in aqua est potentia, vt transmutetur in aerem. Sunt & quædam alię res
transmutabiles, quarum materię sunt diuersæ: vt flegmatis materia est vnctuosi-
tas, & cholerę rubeę materia sunt res amaræ. Proprium autem huius generis est
ꝙ de nullo horum duorum dicitur ꝙ sit in potentia suum oppositum, quemadmo
dum dicitur de alio. vt pinguedo est in potentia flegma, sed flegma non est pin-
guedo in potentia, ita ꝙ transmutetur in materiam pinguedinis. similiter etiam
viuens est mortuum in potentia, sed mortuum non est viuum in potentia, ita ꝙ
transmutetur ad materiam vitę, & ideo non fit quodlibet ex quocunq; contige-
rit, sed ex contrario proprio existenti in materia conuenienti. Hinc fit ꝙ res nō
distinguuntur abinuicem per formas tantum, sed etiā per materias: neq; his duo-
bus tantum, sed per causas efficientes & finales. Hinc apparet manifeste ꝙ, cū
inuestigare intendimus vnamquamq; rerum naturalium, oportet nos perquirere
de ipsis quatuor causis, & ꝙ non simus in hoc diminuti, ita ꝙ contenteremur cau-
sis remotis, immo nos conuenit reddere causas propinquas. Iste ergo est sermo
de principio corporum sensibilium per suas differentias.

Quo pacto definitionis partes sint plures, et definitũ vnum. 8. Met.tex. 15.& 16.

QVo aũt pacto definitiones habeãt plures partes, & tñ definitum sit vnũ, hoc apparet ex eo, ꝙ indiuiduum non est compositum ex materia & forma, ita ꝙ vnumquodq; ipsorum inueniatur in actu, quemadmodum fit in rebus compositis arte: immo ipsa materia inuenitur in composito in potentia, & forma in actu: & dicere ꝙ inuenitur indiuiduo in potentia, est aliud quam dicere, ꝙ est potentiale ad aliquid tale. Sed, cum dicimus ipsam inesse indiuiduo in potentia, intelligimus ꝙ separabitur forma ab ea per corruptionem illius indiuidui: et sic inuenietur transmutari in actu, postquam fuit in potentia. Et, quia genera repręsentant materias, ideo sunt in potentia in ipso definito, & ideo non reperitur animalitas abstracta in actu, sed animalitas aliqua, ac si dicas habens differentiam. Et, quanto magis elongantur genera a formis sensibilibus, tanto conuenientius habebunt tale esse, videlicet esse in potentia, vt ꝙ indiuiduum hominis sit corpus. & ideo non est opus ponere in definitione nisi genus propinquũ tantum, quia omnia genera rei (si est ex habentibus plura genera) includuntur in eo in potentia. Sed, si ponatur in definitione genus remotum, & non propinquum, tunc non continebitur propinquum in ipso, quare huiusmodi definitiones erunt diminutę. Et huiusmodi esse, quod repręsentant genera, est medium inter formam, quę est in actu, & materiam primam, quę non habet formam: quę res, vt diximus, diuersimode se habet. quod quidem ita fuit, propterea quia genera nihil aliud sunt quã repręsentatio vel exemplar materierum compositarum, quæ sunt partim actus, partim potentia. & ideo genera habent definitiones, quemadmodum & species. vt homo, exempli gratia, constat rationalitate & animalitate, & animalitas ex sensu & nutritione, & sic donec perueniatur ad primum genus, quo nihil propinquius ipsi materię primę. Et propterea huiusmodi genus nõ habet definitionem, sicut neq; ipsa forma vltima, nisi per modum similitudinis. & manifestum est ꝙ vnumquodq; horum generum dicitur vniuoce: quia id, qđ repręsentatur per illud genus, inuenitur in habente illud genus, perfectius q̃ ea, quę repręsentantur per genera analoga, vt ens & res: & ideo impossibile est hęc genera esse, nisi æquiuoca. & harum materierum, quas repręsentant genera, quædam sunt sensibiles, sicut materię rerum naturalium, & hę verius nominantur materię: quędam vero sunt fictę intentionales, vt sunt materię rerum mathematicarum. Licet enim in harum definitionibus non appareant materię sensibiles, habent tamen quid simile materiebus: vt de circulo apparet, cuius genus est figura, in qua circundat vna linea. & sic est possibile res mathematicas habere definitiones. Et hinc apparet ꝙ mathematicalia non sunt separata. nam, si triangulus esset separatus, figura quoq; esset separata: & sic linea et esset separata. &, si linea esset separata, punctum esset separatum. hoc aũt declarabimus post hoc. Si ergo dantur aliquę res, quę non habeant materias sensibiles, neq; intelligibiles, non erunt equidem compositę, neq; habebunt definitionem, neq; esse in potentia, immo ipsę sunt actus purus. & causa vnitatis earum nihil aliud est q̃ suã essentia, & tandem quiditas in eis est ipsum esse. Hinc apparet error ponentium ideas cum dicant ipsas & sensibilia esse vnum quiditate & definitione. E F

Quę partes definitionis sint priores definito, & quę posteriores. 7. Meta. te.33. et ide.

SEd quæ partium definiti sint priores definitione, & quiditate, & quę posteriores ipso, i. cuius partium definiti definitiones ingrediantur definitionem definiti, dico ꝙ sunt partes, quę se tenent ex parte formę, s. formę vniuersalis, quę est genus, & proprium, quod est differentia. Nam necessarium est definitum substentari definitionibus harum rerum. vt definitio hominis, exempli gratia, est animal rationale, et sic definitio animalis rationalis, quę sunt partes hominis, præcedunt ipsum, videlicet si rationalitas habeat definitionem. & similiter figura, quę est pars circuli præcedit ipsum. Sed partes rei, quæ se tenent ex parte quantitatis existẽtis in indiuiduo ratione materię, sunt quidem posteriores in definitione ipso definito: vt definitio portionis circuli, quę est posterior definitione circuli. Similiter etiam definitio anguli acuti est posterior definitione anguli recti, & definitiones manus, & pedis hominis sunt posteriores definitione hominis. Hinc apparet error dicentium corpora sensibilia existere ex partibus indiuisibilibus, siue fuerint finitę, siue non, & videtur ꝙ definitionum materierũ ac-

A cidẽtalium proportio ad rem materialem sit proportio definitionũ partiũ, quę se
tenet ex parte quantitatis. exempli causa æs, & lignum, & lapis quandoq; sunt
materię trianguli, & circuli, & tandem eorum partes, & tamen horum definitio-
nes non pręcedunt triangulum, materierum vero substantialium definitiones ne
cessario præcedunt definitum. Diximus ergo quo pacto definitum sit vnum, &
definitio habeat plures partes, & quarum definitionum partes definitorum præ-
cedant definitum, & quæ non. Manifestum autem est ꝙ qui dicunt vniuersalia
hęc esse extra intellectum nõ possunt soluere hanc difficultatem. nam apud eos
oportet ꝙ homo sit compositus ex pluribus rebus, immo contrarijs inter se. Si-
militer & non possunt ipsi distinguere, & dicere, quare quędam partes definitio-
num pręcedant definita, & quędam alię sint posteriores. Illud quoq;, quod sum-
mopere perquisierunt Antiqui, s. causam colligationis animę & corporis, & tan
dem materię et formę ostendetur ex hoc, videlicet, quia nulla maior ratio est, ꝙ
conuenientia, quę est inter potentiam & actum. Causa aũt efficiens, ob quam po
tentia efficiatur actus, est mouens, & ideo quicquid non habet elementum, non
habet compositionem istam, neque vllum habet mouens.

Quod sit genus communius prædicamẽti substãtię, qđ corpus appellamus.

REstat modo inuestigare quęsitum, quod polliciti fuimus perquirere, videli-
cet contemplari quodnam genus sit communius in ipsa substantia, de quo
consuetum fuit dicere esse corpus, siue corporeum. Et dicamus ꝙ quidã di-
B xerunt ꝙ id, quod primo inest materię primę non informatę, sunt tres dimensio-
nes, & ꝙ ipsę sunt principiũ rei, qua informatur materia prima: & putant ꝙ no
men corporis primo cõpetit huic rei, quia substantię significantur in abstracto,
cũ non sint in subiecto. & hoc est dictum Porphyrij, qui putauit hanc fuisse An
tiquorum sententiam, vt Platonis, & aliorum. Dixit. Sed discrepauerunt inter
se: quia quidam eorum ponunt materiam primam non esse informatam per se: ali
qui vero alij dicunt esse informatam per dimensiones tres, & isti sunt habitantes
in tentorijs. Nonnulli tamen homines putant ipsas tres dimensiones insequi for
mam simplicem, repertam in materia prima, et ꝙ per hanc formam debet recipe
re corpus diuisionem & continuationem, & putant ipsam esse vnam, communẽ
oĩbus rebus sensibilibus, quemadmodum materia prima. & videtur ꝙ Auic. sit
huius opinionis. ponit tamen corporeum magis indicare hoc. cum sit denomina-
tiuum (siue concretum) & concretum plus significat accidentia. Et dicamus ꝙ se-
cundum illos, qui tenent primum dictum, & sunt illi, qui putant dimensiones es-
se principium rei, qua substentatur materia, sequetur de necessitate ꝙ dimensio-
nes erunt substantię cum sint primum, quo consistit materia prima, & notificent
de indiuiduo substantię quid est. Manifestum tñ est ꝙ dimensiones, inquantum
dimensiones, sunt remotę ab hoc, ꝙ notificent de indiuiduo substantię quid est.
C quia indiuidua substantię vt in scientia Naturali fuit ostensum, sunt duplicia, s.
vel habentia formas simplices, quę sunt formę quatuor elementorum, vel haben
tia formas compositas. & hęc iterum duplicia, quia vel talia composita erunt ex
genere simplicium, sicut formę corporum similarium partium, vel erunt anima-
ta. Videntur aũt dimensiones esse posteriores prędicatione quolibet horum ge-
nerum, immo ipsa accipiuntur in definitionibus dimensionum eo modo, quo ac-
cipiuntur subiecta in definitionibus accidentium. & hoc est manifestum illi, qui
exercitatus est in arte Logicali. Neq; põt imaginari ꝙ primum, quod poni ur
in materia prima, sint dimensiones, & cum hoc sint accidentia in actu, quia acci-
dentia in actu indigent subiecto, contra id, quo indiget forma. qñ accidentia indi
gent subiecto habenti formam in actu, sed forma indiget subiecto, non ex eo ꝙ
sit in actu. & propterea ind[illegible] existit p formam, & non per ipsum accidẽs.
Tandem differentia, quę est inter habitudinem formę ad subiectum, & habitu-
dinem accidentis, est de se manifesta apud prouectum in his rebus. Sed dimen-
siones, quę adueniunt primo materię, sunt eadem in potentia, communia omni-
bus corporibus. sunt tamen dimensiones in potentia, quia non sunt terminatæ
per terminos, quibus corpora terminantur ante aduentum formę ad ea: &, cum
peruenerint formę ad ipsa, tunc [illegible] terminantur in actu iuxta quantitatem
propriam illis formis: quia formę generabiles & corruptibiles habent quanti-

tatem terminatam ex materia prima, a quibus tamen dimensionibus non denu- D
datur materia prima; suscipiunt tamen excessum & defectum per generationem & corruptionem. & istę tres dimensiones, quæ sunt in materia prima secundum istum modum essendi, sunt illæ, de quibus Antiqui conueniunt, ꝙ sunt illę tres, quæ primo adueniunt materiæ primæ, & ipsa forma per istas tres dimensiones. Impossibile autem est ꝙ tales dimensiones, sint substantia. nam, si essent substātia, tunc quando exirent ad actum, recipiendo terminos suos, essent substantia non quantitas. quod est falsum. In scientia tandem Naturali fuit iam declarata falsitas ponentium materiam primam esse informatam per se, & ꝙ dimensiones sunt eius forma. nam, si res ita se haberet, vt imaginati sunt ipsi, tunc corporeitas esset vna & eadem in indiuiduo, permanens formis generatorum. Et causa erroris eorum fuit, quia viderunt corporeitatem permanere in genere, & imaginati sunt ipsam esse incorruptibilem, aut permanentem ex eo ꝙ est accidens, cū putent ipsam esse substantiam. Et iuxta hanc opinionem non oportebit materiā primam habere formam per dimensiones, immo per multa accidentia inseparabilia a materia prima, quę sunt communia corporibus simplicibus.

Secunda vero opinio, si intendit ꝙ datur forma simplex in actu, præter formam corporum simplicium, quę est leuitas & grauitas, & tandem ipsa inclinatio, vt ex verbis Auic. potest hoc colligi: & ꝙ coniunctio huius formę cum materia prima est illa substantia, cui accidit corporeitas, idest cui accidunt illæ tres dimensiones, quod significatur per nomen corporis (siue corporei) cum nomen concretum, vt dixit, prius significet illud, est equidem falsa. sequeretur nanq; ex hoc, ꝙ generatio elementorum esset alteratio. Sed, si intendit per hoc, ipsam naturam inclinationis, aduenientis materię primę, quę est veluti genus ipsis formis elementorum, tunc dictum est verum, ita me Dij ament. & secundum hoc dicetur ꝙ corpus, aut corporeū est communius genus, quod reperiatur in indiuiduis substantiæ: & sic inerit compositis, sicut insunt genera speciebus, idest quoddam esse medio inter actum & potentiam. Sed corporeitas, qua communicant corpora simplicia, non est forma inclinationis, ex eo ꝙ acciderunt sibi dimensiones. etenim dimensiones, quibus communicant corpora simplicia, sunt eędem numero eo modo, quo diximus ipsas primo inesse materię. Neq; sunt * corpus, neque accipiuntur in definitione vice formę vniuersalis. & ideo corpus positum vice elementi nominis habet aliud intellectum, quam corpus positum vice formę vniuersalis. fuit autem iam alibi dictum, quæ nam sit differentia inter corpus & elementum. Et, quia proprium materiæ cœlestium corporum est ꝙ non insunt ei dimensiones elementales, idest communes, quæ exeunt de potentia ad actum adueniente sibi forma, cum sint æterna, ideo manifeste apparet ꝙ, cum dicimus corpus, aut corporeum de substantia cœlesti, & de corporibus mobilibus motu recto, ꝙ illud dicitur æquiuoce. nam natura inclinationis est valde diuersa in eis cum inclinatione, quæ est in simplicibus. sit inuentio formarum contrariarum in materia prima per inuentionem dimensionum communium, ideo & formę eorum sunt diuisibiles ad diuisionem materię. Sed inclinatio in corpore cœlesti est inuentio formæ non contrarię in materia & indiuisibilis per dimensiones: neq; de eius natura est, scilicet corporis cœlestis denudari a sua forma, neque habet talem possibilitatem, neque ita existit in materia, vt diuidatur ad eius diuisionem, quemadmodum in scientia Naturali fuit declaratum. Omnibus ergo his sic stantibus, vt diximus, videtur ꝙ corpus, de quo contemplatur Mathematicus, est aliud a Naturali. quoniam Mathematicus consyderat dimēsiones abstractas a materia: Naturalis vero corpus compositum ex materia & forma, ex eo ꝙ accidunt sibi dimensiones. & de ipsis dimensionibus tractat, inquantum sunt in tali corpore, iuxta id, de quo solent speculari istę duę scientię in eo, quo communicant, vt in libro Posteriorum fuit declaratum. Et hic explentur quæsita huius libri, & continet ex libris attributis Aristoteli id, quod in Septimo, & Octauo ipsius habetur.

E (margin, beside "tio, vt ex verbis Auic.")

F (margin, beside "ħ ente sibi forma")

* s.l. genus,

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS
TRACTATVS TERTIVS.

ET postquam locuti sumus particulatim de speciebus entis sensibilis, & de principijs earum, quibus sunt sensibiles, & notificauimus qualis sit earum habitudo inter seinuicē quo ad esse, consentaneum est nunc sermonem habere de rebus, quæ se habent, veluti consequentia earum. Et licet non lateat nos ꝙ consyderatio de vno, & de suis speciebus (quamuis ponatur in hac parte a nobis) pertinet tamen ad
B primam partem, cum ipsum vnum accipiatur in hac arte, vt transcendens ad ens: quia tamen vni opponitur multitudo. & ipsam multitudinem insequuntur aliqua consequentia, ideo habet ingressum in hac parte quoquo modo. & ideo posuimus hic consyderationem de ipso cum inuestigatione de eius consequentibus. & iam fecit hoc Arist. in libro. 10. videlicet ꝙ singulatim inquisiuit de ipso, & de suis consequentibus.

INcipiamus ergo tractare de potentia & actu: & notificabimus quid est vera potentia. Et dicamus ꝙ nomen potentię multifariam dicitur, vt in præcedentibus distinximus. Id autem, de quo nomen potentiæ dicitur ęquiuoce, dignum est animaduerti: vt cū dicimus talē lineam esse in potentia ad talem lineam. Illa vero, quę non sunt mere æquiuoca, sed sunt analoga ad vnum principium, debent hic quoq; consyderari. Is enim modus, quo plures res sunt subiecta huius scientię, vt iam diximus in pręteritis, & vna ex rebus, de quibus significat ipsa potentia iuxta hunc modum, est duplex, scilicet ipsę potentię actiuæ, quę quidē agunt in aliud, inquantum sunt potentię agentes in aliud, & sic accidat huiuscemodi potentias agere in seipsas, illud est per accidens, vt accidit medico sanare seipsum. sed in natura & potentijs naturalibus res opposito modo se habet, s. ꝙ ipsorum operatio est in se. Secundo modo sunt potentię passiuę, & sunt illæ,
C quæ pati solent ab alio inquantum est aliud: non ꝙ res patiatur a seipsa sicut natura, sed ꝙ nullam potentiam passibilem a seipsa, sed ab alio inquātum est aliud, & extra substantiam suam: cum passum non possit pati a seipso, sed ab alio, inquantum est aliud & extra ipsum. Cum autem dicimus passum non habere potentiam ꝙ patiatur a seipso, significatur inter genera priuationis, s. naturalis priuatio, quę est ablatio rei ab eo, quod solet inueniri in alio, non illa priuatio necessaria, quę est ablatio rei ab eo, in quo solet inueniri. & nos iam diuisimus quot modis dicitur priuatio in his, quę dicta sunt.

De potentię significatis. 9. Metaphysice tex. 2.

Potest autem aliquis quærere, cur aliquę potentię, quæ sunt aptę natę pati ab alijs, quandoq; patiātur a seipsis, vt sanitas, quę prouenit a medicina, & a seipsa: in quibusdam vero hoc est impossibile, vt domus. quę non fit nisi ex arte ipsius ędificatoris. Huius aūt causa est, quia esse sanitatis perficitur per artē & naturā. hinc est ꝙ officium harum artium est tantum operari, & postea expectare aduētum finis a mouente, quod non mouet per electionem. in ædibus vero, & sibi similibus quicquid innouatur, est ab arte, & reuertitur ad electionem.

ET quia harum potentiarum agentium, quędam sunt in animatis, quædam uero in inaīatis, aliquę ergo earū agunt p naurā, et aliquę alię p desyderiū & electionē. & harū adhuc quędā habent intellectū, quædā vero non. & q̄ non habent intellectum, neq; desyderium, propriū est sibi operari per se vnum

De distinctione potentiarum per earū subiecta.

9. Met.tex, 3.& 4. contrariorum tantum, vt calori calefacere & frigori infrigidare. neq; habent po D tentiam nisi ad vnum ipsorum tantum. cum aūt dico non habere potētiam, intel ligo priuationem, quę est ablatio rei ab eo, quod est aptum natum, vt reperiatur in alio. Illud vero, quod operatur per appetitum et electionem, habet potentiam ad faciendum quodcunq; ipsorum voluerit. & ideo in artibus factiuis operatiuis cognitio contrariorum est vna & eadem notitia. vt ars medicinalis, exēpli gratia, quę habet notitiam de sanitate, & ęgritudine. Attamen scientia vnius contrariorum est eius intentum per se, alterius vero est per quendam modum accidētis: qm̄ non est intentum harum artium facere duo contraria. vt ars medicinæ, exempli gratia, quę quidem non discit ægritudinem, vt faciat ipsam: discit tm̄ sanitatem, vt eam agat & custodiat. Est quoq; proprium potentiarum naturalium, vt cum obuiant suis paßibilibus, de necessitate agant: vt cum ignis obuiat ligno, comburit ipsum proculdubio. Sed in rebus, quæ desyderio & electione operantur, nō oportet vt omnino operentur, qñ obuiant suis paßibilibus. nā, si ita esset, tunc agerent duo contraria simul, cum ex natura sua habeāt facere vtrunq; : vel prohibebuntur, & nihil facient omnino. Hinc apparet ꝙ id, quod inducit, siue cogit actum vnius contrariorum, est vna virtus, quę appellatur desyderium & voluntas vel electio, qñ coniungitur illi potentię * virtus copulatiua, vt in libro de Anima fuit declaratum. Cum ergo hęc fuerint genera potentiarum actiuarū E & paßiuarum, manifeste igitur patet ꝙ bonitas actionis & paßionis, & vtriusq; malitia insequuntur hæc duo. quoniam id, quod est bonæ actionis, & paßionis erit agens, & paßum, sed hoc non conuertitur, adeo ꝙ id, quod est agens & paßum sit bonę actionis & paßionis.

* 2.1. concordia.

De Actu. 9. Met. tc. 11. ET postq̄ est declaratum quid est illa potentia, quę dr̄ de mouentibus & mobilibus, loquamur nunc de eo, de quo dr̄ nomen potentię secundum prius, & est illud, quod significatur per hoc, quod dicimus poßibile. Hoc aūt non cognoscitur ab alijs rebus, de quibus dr̄ nomen potentię, nisi per definitionē actus. qm̄ actus & potētia, licet sint opposita, sunt tm̄ ex relatiuis. vnumquodq; aūt correlatiuorum concipitur per comparationem ad suum correlatiuum. Non.n. debemus oīum rerum quęrere definitionem secundum eundem modum, cum non oīa habeant genera & differentias: immo quędam definiuntur per sua opposita, quędam alia per sua passa, nonnulla vero per suam actionem & paßionem, & tandem per ea quę insequuntur ipsa. Circulatio vero, quam ponit Auicenna sequi

De definitione correlatiuorū, contra Auicēnam. definitionem harum rerum, nihil est: quia de natura correlatiuorum est vt de necessitate capiatur vnum in alterius formatione. Neq; qñ accipitur vnum correlatiuorum in formatione alterius, vr̄ unum eorum pręcedere aliud eo mō, quo videntur causę rei in sua formatione. quia nullum correlatiuorum est cā alterius. F vtraq;.n. sunt simul. & ideo in conceptu, siue formatione vnius eorum applicatur conceptus, siue apprehensio alterius. Sed bene sequeretur dictū Auicennę, si vnumquodq; ipsorum inueniretur in conceptu alterius, inquantum esset prius secundum esse, notiusq; scdm apprehensionem (siue formationem:) & sic oporteret rem ipsam inuenire in simplius conceptu. sed non est ita, immo vtraq; ipsorū sunt simul scdm esse, & notitiam. Cuius rei cā est, quia huiusmodi prędicamentum est quid fabricatū ab aīa in ipsis entibus. & si non esset anima, non esset relatio: sicut si non esset anima, non esset proportio (siue cōparatio.) & qñ in huiusmodi comparatione concipitur vnum subiectorum eius, oportet necessario illam rem concipi per conceptum alterius subiecti, cum habeat existentiam per illa duo subiecta. His sic verificatis, sequitur ꝙ actus est, qñ res existit non eo modo, quo dr̄ ꝙ est in potentia. Et ista priuatio intelligitur dupliciter. Vno modo, vt est ablatio rei ab eo quod est aptum natum reperiri in eo in alio tempore, & iam habuit illam rem. & hoc fit in rebus, quę qñq; sunt potentia, qñq; actus. Secundo modo est ablatio rei, ab eo quod est aptum natum reperiri in alio: & secundum talem priuationem comprehenduur actus in rebus æternis : & potentia est aptitudo, quę est in re, & poßibilitas existens in ea, vt inueniatur in actu. Et hoc, quod dicimus de potentia, non est sicut illud, quod dicimus infinitum esse in potentia: vt dr̄ de motu ꝙ est infinitus in potentia, & de tempore: quia infinitum

non exi-

non exit ad actum ex eo quod est infinitum, donec auferatur ab eo potentia. sed
res ita se habet, s. quod eius actus est coniunctus cum potentia semper. Et hoc iam
fuit declaratũ in libro Physicorũ. nam multa declarantur in illo libro, quæ in
hac scientia sunt propositiones. Et si ita est, et fuerit iam propalatũ quid potẽtia,
quidq; actus, vr̃ ergo quod vtrunq; ipsorum reperitur prius in substantia, & secun-
do in reliquis prædicamẽtis, quæ sunt quãtitas, qualitas, relatio, vbi, qñ, habere,
agere, pati: siue hmõi passio rei sit in seipsa, vt in rebus naturalibus, siue extra,
vt in potentijs prænominatis. Similiter ẽt intelligitur, qñ agit quodcunq; agẽs in
se, vel in aliud. Nã potẽtia, quę est in sanguine mẽstruo ad hoc, vt fiat ex eo ho-
mo, est prior potẽtia eius ad hoc vt sciat grammaticã. qñ aptitudo propinqua ad
recipiendum grammaticam est, postquam iam peruenerit forma hominis.

ET iam fuerũt aliqui hoĩes tẽporibus præteritis ante hanc nr̃am tempesta- Cõtra negã-
tẽ, qui negabãt possibilitatẽ præcedentẽ rẽ possibilẽ, & ponebãt possibile tes possibili-
cũ ipso actu. quare, cũ tollerent penitus naturã possibilis, sequitur scdm ip- tatẽ, nisi qñ
sos quod possibile sit necessarium, & necessarium possibile. Homines tñ huius nr̃æ res est ĩ actu
ætatis ponebãt possibilitatẽ pp actũ. Nos aũt narrabimus falsitates sequẽtes posi- 9. Me. te. 5.
tionẽ illorũ, qñ faciemus tractatũ de principijs artiũ particulariũ. Hoc. n. est vnũ
ex magnis principijs artiũ speculatiuarũ. & vnus error in eis est cã multorũ er-
rorũ, & tandẽ est potissima causa, quæ inducet nos ad errandũ. Et isti cõtẽpora-
B nei nostri negãt hoĩem habere volũtatẽ, & posse. Et secundũ hanc opinionẽ tol
letur scĩa practica, & tollẽtur ẽt volũtates & electiones, & oẽs artes factiuæ.
Sed isti hoĩes, vt sępissime diximus, si proferũt hæc, nõ id faciũt ꝓpterea quod cõ
tẽplatio duxerit eos ad illud: sed vt ꝑ ea verificẽtur res, quas intẽdunt primo ve-
rificare & decreuerãt in mẽte sua, & quęrũt falsificare, siue destruere id, qđ est
sibi oppositũ, & cõfirmare qđ sibi opitulatur. Et iã egressi sumus, vnde eramus.

REuertamur ergo, & dicamus quod, cũ iam propalatũ fuerit, quid sit potẽtia Quando ali
& actus, dicamus nũc, qñ est vnumquodq; particulariũ in potẽtia, & qñ quid dicẽdũ
non, cũ non quodcũq; acciderit, sit in potẽtia ad quodcũq;. Manifestum ẽ potẽtia eẽ,
aũt est quod potentiarũ, quædam sunt propinquæ, quædã vero remotæ. subiecta er- & qñ nõ 9.
go quædã erant propinqua, & quædam alia remota. Potẽtiæ vero remotæ non Me. te. 12.
exeunt ad actũ, nisi postquã peruenerint ꝓpinquæ, adueniente subiecto vltimo.
Cum dicimus ergo, quod aliquid est in aliquo in potẽtia, & illa potẽtia est remota,
tunc illud dr̃ largo modo: vt si dicamus hoĩem esse in frumẽto, immo remotius
in elemẽtis. sed homo profecto est in sanguine mẽstruo & spermate. & hæc est
potẽtia propinqua, qñ est in subiecto vltimo ꝓpinquo. Neq; huiuscemodi poten
tia aduenit huic subiecto, quõcunq; acciderit, sed eo modo, quo possit exire ad
actũ: vt si dicamus geniturã esse hominẽ in potentia, quæ scilicet est proiecta in
C vulua, quam non offendit aer extrinsecus, ita quod refrigeretur & alteretur. & simi
li modo de aptitudine artificiali. non. n. quilibet æger est sanus in potentia, nisi
fuerit in tali dispõne, quod eius sanitas sit possibilis. Necessario igitur potẽtia pro-
pinqua indiget qualibet harũ duarũ rerũ, & tunc inuenietur, videlicet esse ipsius
subiecti propinqui, & illa dispõne, qua est potẽtialis. in aduẽtu nanq; harũ dua-
rũ rerũ, & perfectione eãrum efficientiũ, & remotione impedientiũ, res de ne-
cessitate exit ad actũ. Propriũ aũt huius potẽtiæ propinquæ est, quod extrahẽs ip-
sam ad actũ, atque mouens, semper est eiusdẽ speciei, & idẽ mouẽs numero, &
præcipue in rebus naturalibus. vt potentia, quæ est in sanguine, exẽpli gratia, ad
hoc vt cõuertatur in carnẽ extrahitur ad actũ, ab vno tm̃ mouẽte, qđ est ipsa vir
tus nutritiua mẽbrorum. sed potẽtia existens in pane, vt fiat ex eo caro, indiget
prorsus pluribus mouẽtibus quã vno, vt ore, & stomacho, & hepate, & venis. &
remotior potentia hac est, quæ existit in elementis, ad hoc vt cõuertantur in car
nem, quia cum hoc indigent adhuc corporibus cœlestibus. multa nanque nutri-
mẽta indigent adhuc, cũ mouentibus naturalibus, mouentibus artificialibus plu-
ribus quã vno: vt panis, qui pluribus quã vna arte indiget. Et quandoque percipi-
tur subiectum propinquum alicuius rei, in quo est potentia ad illam rem, ita quod
appelletur generatum ex eo noĩe denominatiuo ab ipso, non per idẽmet nomẽ,
vt Græcorũ consuetudo aboleuit. ipsi nanque non dicũt arcam esse lignũ, sed li

gneam. est aūt lignum, arca in potentia propinqua. A subiecto vero remoto non D
denominant nomen rei, neq; dicūt arcam esse terream, aut aqueā: sed apprehen-
sio subiecti propinqui tali modo notificationis, & doctrinæ cadit hac nostra tē-
pestate. hmōi nanq; significationes non reperiuntur in lingua nr̄a, sed in accidē
tibus & differentijs bene apparet hoc in lingua Araba. nam non dicerent ipsi
aliqua animalia esse intellectū, sed intellectiua. hīc ostēditur ꝙ forma est aliud
a subiecto. silr ēt non dicerēt corpus esse albedinem, sed albū: prædicātur tn̄ ge-
nera de speciebus, quæ significāt ipsam per noīa in abstracto, & dicunt hō est
animalitas, & arca est lignū. Et si ita est, s. ꝙ particularia cōstēt ex aliquo in po
tentia, & aliquo in actu, & qđ potētiæ pluriū rerū sunt plures q̃ vna, sequitur
ergo ꝙ habent plura subiecta q̃ vnū. & quia subiecta habēt esse ex eo ꝙ sunt
in actu, in vna ergo re erunt plures actus q̃ vnus. Sed, quia impossibile est ꝙ
res ꝓcedat in vtroq; extremorū in infinitū, vt post hoc ostēdetur, & in scīa Na
turali fuit propalatū: manifeste igitur patet ꝙ vltimū subiectū est in pura poten-
tia, & est causa vt alia subiecta acquirant potentiā. ita nāque se habent ea, quæ
secundū prius & posterius dicūtur cū illa re, ad quā referūtur. Sic etiā vltimus
actus in vnoquoque ente est causa vt inueniātur in eo plures actus q̃ vnus. Et
ideo illud, quod est inter hæc duo extrema, nō dicimus esse purā potētiā, neque
purū actū. Materia nanq; prima, exēpli gratia, est vltima cā ad hoc, ꝙ alia su- E
biecta hoīs sint in potētia ad ipsum: vt potentia, quæ est in elementis ad ipsum,
mox in frumēto, deinde in sanguine, postea vero in carne, demū in vnaquaque
partiū aīæ: & pari modo actus vltimus cuiusq; entis est causa, vt reliqua, quę in
ipso reperiuntur, sint in actu. exēpli causa rationalitas, quæ est vna ex causis,
ob quā inuenitur animalitas. nā non reperitur aīalitas simpliciter, siue absolute,
sed quędā aīalitas. & sic ēt aīalitas est vna causarū ipsius nutribilis, cū non in-
ueniatur nutribile absolute, sed aliquod nutribile. tandē inuenietur inter oēs has
duas operationes quędā proportio formæ simplicis ad materiā primā, & quem-
admodum materia nō inuenitur, nisi cū forma. nam si sine forma reperiretur, tūc
id, quod non esset, esset: & sic se habebunt quælibet duæ actiones, inter quas re-
perietur talis proportio. Hinc apparet ꝙ potentia est quoddam cōsequēs ipsius
materiæ, eiusq; vmbra, licet dicatur secundū prius & posterius. itidem & actus
est cōsequēs formæ, & vmbra insequens ipsam, licet dicatur secūdum prius &
posterius. &, cū fuerit declaratū ꝙ datur forma existens in puro actu, absq; ad-
mixtione alicuius potentię in ipsa, manifestū igitur est, quod ipsa erit causa, ob
quam sint res in quarū operatione admiscetur potentia, qualiscunque fuerit illa,
videlicet siue sit potentia transmutationis in substantia, vel in alijs transmuta-
tionibus. Et huius rei causa est, quia actus in hmōi rebus reperitur secundū quā-
dam dispositionē, & nomen simpliciter. id nanque, quod in aliquo inuenitur ge- F
nere absoluto, est causa. vt in eo reperiatur aliquid secūdum dispōnem aliquam,
vt sæpissime diximus. nam ignis, exēpli causa, dr̄ simpliciter calidus, & est cau-
sa, vt caliditas inueniatur in quolibet ente. Huiuscemodi aūt propositio frequen-
tissime affertur in hac scientia, & est vnum magnū principium ex principijs
per se notis. De forma quidē par est ita etiā nos tractare, & exercere, vt habea-
Actū priorē tur de ea veritas. & ideo in ea elaborauit Arist. 1. ꝙ posuit ipsam tanq̃ suppo-
esse potētia. sitū in primo libro huius operis. Et postq̃ ostēsum fuit quid sit potētia, & actus,
9. Met. t. 13. & qn̄ est quodlibet singularium in potentia, & qn̄ nō: & fuit quoque declaratū
qualis sit proportio potentiarum ad se inuicem, & proportio actus: consentaneū
est inuestigare de ipsis, quodnam istorum præcedat aliud, videlicet vtrū potētia
præcedat actū, aut actus potentiā. Nos autē iam in præcedentibus diximus, ꝙ
ipsum prius dr̄ multis modis, primo, prius tempore, secundo vero prius causa. de
his igitur duobus, de quibus dicitur ipsum prius, est hic sermo principaliter, quā-
do de potentia & actu tractatur.

Et dicamus ꝙ plures Antiquorum ante Arist. immo ēs fuerunt opinati ꝙ po-
tentia præcedit actū tempore, & causa. & ideo aliqui posuerunt immixtionē il-
lam, siue chaos & atomos: aliqui alij motum inordinatum, & fuerunt ad id ducti
quia de principijs non perceperunt nisi primū principium materiale. & vr̄ ve-

A risimile ꝙ, cum ipsi viderint potentias rerũ particulariũ præcedere vtroq; mo-
do, s. tempore & causa, iudicauerint idem iudicio vniuersal i de partibus vniuer-
si. sed si recte res consideretur, & inquantũ talia sunt naturalia, apparebit mani-
feste ꝙ actus præcedit potentiam illis duobus modis. qm̃ in scientia Naturali
fuit iam ostensum ꝙ omne, quod trãsmutatur, ab aliquo transmutatur. & hoc in
quatuor speciebus transmutationũ. Nam ipsa potentia non vr̃ esse sufficiens exi
re ad actũ de se: quod quidẽ patet in tribus transmutationibus, videlicet quæ in
substantia, & in quantitate, & qualitate. nam in his mouẽs & agens est extra.
Sed de transmutatione locali extat ambiguitas. de hoc tamẽ iam satis innotuit
in Septimo & Octauo Physicorũ. & hoc est, qđ rectius videtur dici, s. ꝙ actus
præcedit potentiam causa & tempore. Ex ipsis quoq; potentijs particularibus
id ostendi videtur. nã licet ipsæ potentiæ præcedant actũ tempore, sunt tñ poste
riores causa, cum ipse actus sit perfectio potẽtiæ, gratia cuius talis potentia ha-
bet esse, & est causa finalis eius. Perfectiones autẽ non possunt procedere in in-
finitũ, vt post hoc ostendetur. Actus ergo est prior potentia, eo qđ est causa ef-
ficiens & finalis. Finis autem est causa cãrum, cõ aliæ reperiantur gratia ipsius.
hæc quidem præcessio est, quæ debet considerari. Nam prioritas temporalis, si-
ue fuerit in potentia, siue in actu, inest ipsi priori per accidens. i. ꝙ, si causæ rei
B præcedunt ipsam rem tẽpore, illud est quid accidens rebus particularibus gene-
rabilibus & corruptibilibus. nam si per se inesset ipsis causis efficientibus, tunc
nulla daretur penitus causa æterna. & si nõ daretur æternum, neq; ẽt generabile
& corruptibile inueniretur de necessitate, vt in scientia Naturali declaratũ fuit.
Itẽ est manifestum ꝙ causæ dant per se, & primo essentiam causati. Si. n. hoc es-
set sibi necessarium, videlicet præcedere tẽpore ipsum causatũ, hoc non apparet
in eis, vt putant plures loquentiũ: immo ex hmõi positione sequentur illæ falsi-
tates, quas narrauimus, s. ꝙ nihil generaretur, & præsertim ex ipso æterno. nã,
si concederemus hoc ita se habere, tunc causæ possent in infinitum procedere,
& non daretur aliqua prima causa. & si non daretur primũ, neq; vltimum dare-
tur. Posito igitur ꝙ causæ totius vniuersi præcedant ipsum vniuersum tempore,
quemadmodum præcedunt causæ partium vniuersi generabilium & corruptibi-
lium ipsa necessario, sequeretur ꝙ iste mundus esset vna partium alterius seculi,
& sic fieret processus in infinitum: vel ꝙ ponamus hunc mundũ esse corruptibi-
lem secundum partem, non secundum totum. & ideo sequentur istæ falsitates, &
multæ aliæ ipsos ponentes huiusmodi positionem. quod totum ideo sequitur ip-
sos, quia putant actum omnino præcedere tẽpore. Et ideo, qñ interrogantur qũo
fiat prioritas actus ad ipsum tempus, mouent caput. quia, si ipsi dicerent sine tem
pore, tunc iam concederent inueniri aliquod agens non præcedere suum passum
C tempore. si autem dicerent cum tempore, tunc reuerteretur quæstio aduersus
ipsos de hmõi tempore: vel dicerent ꝙ tempus est per se stans, & ꝙ nõ est cau-
satum & hoc non dicerent. Totum autem hoc plus conuenit tertiæ parti huius
scientiæ. Reuertamur ergo nũc ad id, vnde digressi fuimus, & dicamus ꝙ adhuc
apparet potentiam non præcedere tempore actum ratione ipsius potentiæ, vide
licet, quia ipsa potentia non potest denudari ab actu, vt de materia prima osten
sum fuit. Item quia in multis rebus inuenitur potentia ad aliquas alias res, ex eo
ꝙ habent aliquem actum illius rei, ad quã sunt in potentia: vt discipulus, exem-
pli gratia, qui est in potentia sciens. nã deueniet ad vltimum gradum, propterea
quia habet aliqua scientiã. aliter. n. sequeretur error Mennonis, narratus in pri-
mo libro Posteriorũ. Ad hæc, cum res æternę, in quibus nulla admiscetur poten
tia, pręcedãt corruptibiles, in quibus admiscetur potentia, sequitur manifeste ꝙ
actus est prior potentia. Quod autẽ in rebus æternis nõ admisceatur potẽtia sim
pliciter, i. quæ fit in substãtia, manifeste ostensum est in libro de Cœlo & mun-
do: & silr̃ potẽtia ad nutritionẽ & augmentum, & ad alterationẽ passibilẽ. De
potentia vero in loco & transmutatione situali non fuit ostensum esse impossibi
le, immo fuit declaratum esse necessarium illud. veruntamen fuit ibi declaratum
de ipsa potẽtia in loco ꝙ extat ibi actus pręcedens, nullam oĩno hñs potentiam.
Iste inquam est sermo de his rebus per declarationes proprias. multa enim

quæsita huius scientiæ, immo maior pars eorum declarata sunt, cum supponitur D per modum prooemij ad ipsa id, quod declaratum est ibi in scientia Naturali, & soluuntur dubia vniuersalia eorum ex hoc loco.

At possumus hic facere declarationem vniuersalem. & ideo dicamus ꝙ quicquid est in potentia ad aliquid, siue illud fuerit mouens, siue mobile, posibile est ipsum esse & non esse, cũ hoc sit de natura possibilis & potentiæ. & dicimus aliquid esse necessarium, cũ non cessat esse, neq; cessabit, & est impossibile omnino ꝙ nõ inueniatur, neq; habet potentiã ad hoc. nullus nãq; arbitrabitur triãgulũ hr̃e potẽtiam, vt eius anguli sint æquales quatuor angulis rectis. Naturæ igitur inter se maxime differũt. & qui dicit necessariũ esse possibile, dicit trãsmutationẽ diuersitatẽ veritatis, & infertur secundũ hanc suã opinionẽ ꝙ non est necessariũ. Si ergo ita est totũ hoc, vt diximus, sequitur ꝙ actus de necessitate præcedit potẽtiã secundũ oẽs modos prioritatis. Dubitare tñ contingit hic, s. qm̃ pacto res sempiternæ sunt principia rerũ corruptibiliũ, cũ ea, quę sunt in continuo actu, necessario eorũ actio debet esse cõtinua: aliter. n. haberet esse in potẽtia, et sic eorũ causata habebũt continuũ esse. Nã rerũ, quæ qñq; sunt, qñq; non sunt, oportet necessario ꝙ earum motor ita se habeat, videlicet ꝙ moueat & nõ moueat. Soluitur tñ hoc dubiũ per id, quod in sciẽtia Naturali fuit declaratũ de motu locali continuo, videlicet ꝙ huiusmodi esse, quod ipse motus habet, est veluti E medium inter purum actum, & res, quæ sunt partim actu, partim potẽtia. assimilatur nãq; rebus existentibus in actu, ꝑpter æternitatẽ, quã habet per se, & ꝙ nullã habet potentiã ad corruptionẽ: sed similatur rebus quæ partim in actu, partim in potentia reperiũtur, propter varietatẽ situũ, quę sibi accidit, & tandẽ ratio ne motus localis. Et animaduerte quo pacto cura diuina est ingeniata colligare illa duo esse, vnũ. s. cũ alio, & posuit inter purã potentiã & purũ actũ huiuscemodi potẽtiã, videlicet potẽtiam, quæ est in loco, adeo ꝙ per hoc perficitur colligantia inter esse æternũ & corruptibile. Quapropter non est timendũ hunc motũ corrũpi aliquo tp̃e, aut quiescere, vt aliqui sunt opinati: qm̃ eius motus vel motor nullã habet potentiã ad hoc. Et qui non posuerunt motum continuum, non poterunt reddere causam, quare Deus gloriosus, cũ sit sempiternus, semper agat, postq̃ nõ fuerit agens. sequitur nanq; de necessitate secundũ ipsos, ꝙ sit agens in potẽtia, anteq̃ operetur: & quicquid est in potẽtia, reducitur in actum per mouens, tandem per agens prius ipso, cũ exitus de potẽtia ad actum sit quædã trãsmutatio: quælibet autem transmutatio fit a transmutante. & hoc totum patefiet tibi, si eris memor radicum naturalium.

Dubiũ, quo pacto sempiterna sũt prĩcipia corruptibilium. 9. Me. tex. 17. & 18.

Actũ p̃cedere potẽtiam nobilitate, et bonitate. 9. Me. t. 19.

CVm ergo iã ostensum sit ꝙ actus p̃cedit potentiã, causa contemplari decet quodnã horũ duorũ præcedat aliud nobilitate & bonitate. Et dicamus ꝙ malũ de necessitate fit per priuationem, aut p vnũ contrariorũ, cui accide- F rit priuatio sui contrarij. vt ægritudo, quæ quidẽ licet sit quoddã esse, nihilominus est malũ, ex eo ꝙ est priuatio sanitatis: et quia potẽtia est ad cõtraria simul, ideo ex hoc ꝙ potẽtia, nõ põt esse bonũ simplex, sed mixtũ. Potẽtia quoq; dr̃ bona, vel mala in cõparatione ad actũ. Actus ergo est nobilior potẽtia de necessitate. & cũ potentia sit causa priuationis, quæ est ipsum malũ, sequitur ergo ꝙ res, quę nõ habent potentiã, nullũ habent malum, cũ non habeant priuationẽ, neq; cõtrariũ. & huiusmodi res sunt illæ, in quibus ipsum bonũ, qđ quidẽ est ipsa veritas, vndiq; perdurat, i. ꝙ verum in eis nõ variatur, ita ꝙ in aliquo tempore euadat falsum: quemadmodum sole. accidere rebus, quæ quãdoque potentia, quandoque actu inueniuntur.

Quo pacto inueniť veritas & falsitas in orõnibus. 9. Me. t. 21. & 22.

AMbigere tñ cõtingit circa hoc, nã si ipsum verũ perseuerat, inuenietur in rebus existẽtibus semper in actu. nulla ergo demõstratio fiet de rebus, quę qñq; potẽtia qñq; actu inueniũtur. & si de his non erit demõstratio, nequaquã poterimus habere viã ad sciendũ esse entiũ: & sic nulla erit demõstratio de rebus existentibus cõtinue actu, cũ scientia necessaria acquiratur per se ex rebus necessarijs, & nos ex his ascendimus ad scientiam earum.

Et dicamus ꝙ oratio vera necessario est, aut affirmatiua, aut negatiua. Affirmatio aũt nihil aliud est q̃ cõpositio alicuius cum aliquo; & negatio nihil aliud

A est q̃ eorundē diuisio. Et si dantur aliqua, quæ nō possunt componi, tunc nega-
tio est semper vera in eis. Sed, si dantur aliqua composita, quæ videlicet nō pos-
sunt inueniri absque tali cōpositione, tūc affirmatio est semper necessaria in eis.
Si vero dentur aliqua, in quibus sit possibile vtrūq; simul, s. ꝙ qñq; cōponuntur
& qñq; diuidūtur, tūc veritas in his non semper perdurat. manifestū autē est ꝙ
in hac re reperiuntur hi duo modi. Ea aūt, quæ qñq; componuntur, quandoque
diuidūtur, sunt res particulares. nā iste triangulus singularis qñq; componetur,
& habebit angulos æquales duobus rectis: & qñq; diuidetur, & verū in eis eua
det falsum per se. & ideo dicitur ꝙ oppositum veri in his dū verificatur, est fal-
sum possibile. Ea vero, quorū cōpositio est continua & diuisio cōtinua, sunt res
vniuersales, ex eo ꝙ ad seinuicē comparantur. Ex hac ergo parte inest necessi-
tas rebus transmutabilibus. exempli gratia, ꝙ anguli æquales duobus rectis in-
quantum sunt æquales duobus rectis, semper inueniūtur cōpositi cū triangulo, &
triangulus cū figura. & similiter rationalitas reperitur de necessitate cū anima-
litate, & animalitas cū nutritione. & nutritio cū corpore. sed anguli æquales tri-
bus rectis semper inueniuntur diuisi a triangulo. & codē pacto rationalitas sem-
per est diuisa ab asino & equo. In his ergo non accidit falsum, nisi ex errore,
videlicet vt opinetur id, quod est cōpositum, esse diuisum, aut diuisum cōpositū.
Inest aūt actus & perpetuitas his, ex eo ꝙ sunt intelligibilia, nō ex eo ꝙ sunt.
aliter. n. vniuersalia essent separata. & hoc non cognouerūt ponentes ideas. sed,
B si tribuitur eis istud esse extra intellectū, illud fit, ex eo ꝙ habent potentiam ad
hoc. nā, si non haberent aptitudinem ad hoc, tunc id, quod intelligeretur de eis,
esset inane. & propterea verū dicitur de rebus, quæ sunt extra intellectū in actu
continuo, & de his secundum prius & posterius. &, quia illa sunt vera, ideo hęc
sunt vera, vt est de proprietate rerū, quæ dicuntur secundum prius & posterius.
& secūdum hunc modum aufertur malum, quod est falsum, a rebus sensibilibus,
& acquisierunt ipsum bonum, quod est verum.

ET post q̃ locuti fuimus de potētia & actu, & de eorū cōsequētibus, Quotupliciter dicatur vnū. 10. Me. tex. 1.
nunc loquemur de vno & multis, & de eorū consequētibus. Et di-
camus ꝙ vnum dr̃ illis modis, quos narrauimus in prædictis: & in
summa reducuntur ad duo, s. ad vnū numero, & vnū p aliquid vl'e.
& hoc, vt iā dictū fuit, diuiditur in vnū specie, & vnū gñe. & reli-
qua, quę antea enumerauimus. Similiter ēt vnum numero dicitur primo de conti
nuo, & postea secundario & secundum similitudinem de coniuncto, postea ve-
ro de cōposito, deinde de colligato. Nonnunquā tñ dicitur vnum numero de indi
uiduo singulari: quod quidem nō diuiditur ex hoc, quod est indiuiduum alicuius
speciei, vt Socrates, & Plato. Quādoq; vero dr̃ de eo, quod est indiuisibile qi ā-
C titate, & istud est illud vnū, quod est principium numeri. Dicitur quoq; de indi-
uisibili qualitate & definitione, hoc est diuidi multitudine & cōpositione. & his
duobus maxime conuenit dicere vnum numero. Denique dr̃ vnum numero de
omni eo, quod est de se distinctū, et separatū ab alio, siue sensu, siue intellectu, si-
ue per se. Manifestior aūt distinctio est sensitiua, & harū est distinctio rerū per
sua loca, mox per cortices earū. Distinctiones vero rationales sunt manifestæ,
& per hoc mensurantur longitudines, & demū quantitas continua. At distinctio
nes rerū indiuidualium secundum earum essentias est quid remotum a fama. &
remotius adhuc est distinctio rerum per suas quiditates intelligibiles, & est id,
de quo dicitur vnū forma. Et qñq; dicitur vnum de aliquo vero simplici (vel cō
muni) & est ipsum primum indiuisibile in vnoquoque genere, vt color albus in-
ter colores, & mensura citharistica in melodijs. & litera vocalis & nō vocalis
in dictionibus, vt vnū in quantitate, quod non diuiditur per ipsum. Et quemad-
modum in omnibus his generibus est vnum primo, sic ēt est & numerus. Sed de
numero, qui est in quantitate, considerat mathematicus. Et hinc apparet ꝙ vnū
dr̃ de decem prędicamētis, et similiter numerus. Vnū vero, qđ est principiū quā-
titatis discrætę, nō est illud vnum, quod dicitur secundum prius & posterius de
omnibus generibus. Neque ēt ille numerus, qui est in quantitate, est numerus,

qui reperitur in vnoquoq; genere, vt post hoc videbitur. Et definitio ipsius vnius absoluti est ꝙ est mensura numeri, & ꝙ est indiuisibile aliquo modo diuisionũ. Et vnum numero est indiuiduũ in intellectu & indiuisibile in quantitatem, et ꝙ est synonymum ad nomen entis. Differunt tamen in modo tantum. nam cum capitur quiditas eius ex eo ꝙ est indiuisibilis, est vnum: sed si sumitur inquantum est quiditas tantum, tunc nuncupatur essentia & ens. D

Quid sit vnũ quod est pricipiũ numeri.

Et si ergo totum hoc est, vt diximus, nescio quid sit istud vnum, quod est principium numeri, & quod esse habeat. nam cognito quid est principium numeri cognoscitur quiditas numeri, cum numerus resultet ex eius iteratione. Et dicamus ꝙ vnum numerale est illud indiuiduale, qđ est in intellectu indiuisibile in quãtitatem, neq; qualitatem, neque positionem. Addidimus aũt in definitione neque positionẽ, quia punctũ est indiuisibile quantitate & qualitate, sed habet positionẽ: & hoc est principium numeri, & non est numerus. & propter mensurationẽ huius vnius existentis in quãtitate dr̃ quodcũque aliud vnum: quemadmodum ꝑpter multitudinẽ numeralẽ dr̃ multitudo de reliquis rebus. vel quia istud vnũ, quod est in quãtitate, mensurat numerum, ideo mensurat in vnoquoq; gñe aliorum numerũ illius gñis. Quod aũt illud vnũ, quod est principium numeri, sit de his, quę sunt in subiecto, est manifestũ. & ideo dicitur in definitione vnitatis, ꝙ est id, quo dr̃ de rebus ꝙ sunt vnum. & ꝙ Mathematicus abstrahat hoc a subiecto indiuiduali, consideret tñ ipsum, quẽadmodum abstrahit lineam & superficiem & corpus, est ẽt per se manifestum. & hæc est dr̃ia inter considerationem professoris huius sciẽ, & Mathematicum. Nam huius sciẽ professor cõsiderat de ipso, ex eo ꝙ est vnũ quantitate, aut vnũ substantia: Mathematicus vero contẽplatur de eo, secundum ꝙ est vnum tm̃ abstractum a subiecto. quemadmodum Physicus cõsiderat lineã & superficiem, ex eo ꝙ sunt extrema corporis physici: sed Mathematicus cõsiderat vtrunque, inquantũ sunt linea & superficies tm̃. Vtrunq; ergo, s. vnum & multa considerantur a professore huius scientiæ, & a Mathematico: nisi ꝙ cõsideratio vtriusq; ipsorum de hoc est secundũ duos modos diuersos, quemadmodum considerant variæ scientiæ idem subiectũ. &, quia vnum numero, si accipiatur inquantum est vnum, nõ videtur indigere subiecto, & ingreditur prædicamentum quantitatis hoc tm̃ modo, & hęc est vna ex rebus ipsius indiuidui denudati a diuisione in quantitate & qualitate & situ: ideo est principiũ multitudinis numeralis, & multitudo numeralis subingreditur etiã ꝑdicamentũ quãtitatis. sed, cum diuiditur ad res, de quibus dr̃ per ipsum, ꝙ sunt vna absolute, tũc cõprehendit oĩa decem prędicamenta. & sic pluralitas ẽt erit ex consequentiaus decem prędicamẽtorum. & hoc. s. si ponamus subiectũ ipsius vnius absoluti nihil aliud esse ꝙ̃ decem ꝑdicamenta, i. vnitates in decem prædicãmentis existentes, quas numerauimus: quemadmodũ linea, quã cõsiderat Mathematicus nihil aliud est ꝙ̃ linea, quæ est in corporibus. Si ergo ita est, nõ euadet quin subiectum ipsius vnius absoluti sit vel aliquid cõe oĩbus decem prædicamentis, vt dicit Auic. vel ꝙ sit synonymum ad nomen entis, i. ꝙ dicatur scdm prius & posterius: nõ ꝙ significetur per ipsum aliqđ accidens (vt opinat Auic.) vel ꝙ sit aliquid separatum, vt imaginati sunt de natura vnius quãplures Antiquorum, quod sit quędam res separata. Arist. tñ conabitur destruere hanc opinionem in futurum. Illud vero, qđ dicit Auic. subiectum ipsius vnitatis esse qđ additum prędicamentis, & qđ semper significat hoc, & oĩno accidens cõe prędicamentis oĩbus, est falsum. Nam si semper significaret illud, & oĩno res egredientes essentiam rerũ, de quibus dr̃, tunc nõ daretur vnũ per se, neq; in indiuiduo, neq; in vniuersali, i. scdm formã, & sic de oĩbus prędicamentis. & tunc vnum erit accidens ipsis decem ꝑdicamentis per hoc, qđ est quid aliud pręter ipsa, cõe tamẽ oĩbus ipsis. Iste equidem sermo est de se manifeste falsus. & hoc apparebit ex his, quę modo dicam, videlicet ꝙ, si vnum scdm vniuersalitatem dicatur significare accidẽs cõe decem prędicamentis, oportebit ergo ipsum significare illud accidens inherens vnicuiq; ipsorum, vel secundum significationem vniuocam, vel scdm cõicationem, i. quę dicitur scdm prius & posterius, vel secundũ puram equiuocationẽ. Quod autẽ ipsum vnum non significat res, de quibus dr̃ scdm si-

Quid sit subiectũ ipsius vnius absoluti.

E

F

A gnificationem equiuocam, est manifestū: cum equiuoca non habeant subiectum
essentiale, neque vnam definitionem. Neque etiam habebit significationē vni-
uocam. falsum. n. est inueniri in predicamento substantiæ, & prædicamentis ac-
cidentium aliquod genus, quod dicatur de eis vniuoce, cum sint in vltimo diffe-
rentię. & si ita esset, sequeretur ꝙ indiuiduum illius accidentis sensu percipere-
tur, sicut fit in alijs predicamentis accidentium habentium esse. Nihil ergo aliud
restat, nisi ꝙ significet secundum prius & posterius. quo fit, vt nihil aliud signi
ficet q̄̄ essentias predicamentorum, cum huiusmodi significatio sit comparatio
eorum inter seinuicem: vel oportebit inueniri in predicamentis alia predicamen
ta, & sic in infinitum: quod est falsum. Ergo nihil aliud restat esse subiectum ip-
sius vnius absoluti, q̄̄ vnum existens in quolibet predicamento.

Contra hoc tamen contingit dubitare, quonam pacto dicimus vnum, & nume Quo pacto vnum, & numerus sint in pdicamento qtitatis. & i quolibet prędicamento.
rum esse in predicamento quantitatis, & in quolibet predicamentorum, ita quod
sit de ipsismet predicamentis, & non quid additum eis. & hinc putauit Auic. ꝙ
oportet eius subiectum inesse omnibus predicamentis. Sed res non ita se habet,
vt imaginatus est. q̄m vnum numero non est idem natura cum alijs, cum vnum
numerale sit ipsa indiuidualitas abstracta a quantitate & qualitate, i. qua indiui-
duum est indiuiduum. nam est indiuiduum per aliquid indiuisibile. intellectus aūt
est qui abstrahit ipsum a materijs, & determinat ipsum, & accipit ipsum distin-
B ctum: quia vnum numero, & vnitas numeralis est quid fabricatum ab anima in
ipsis indiuiduis entium. & si non esset anima, neque etiam vnitas numeralis in-
ueniretur, neque numerus penitus: cuius tamen rei contrarium accidit in linea
& superficie, & demū in quantitate continua. & ideo numerus est immateria-
lior. Auicen. tamen admiscuit secum naturam ipsius vnius. quod est principium
numeri cum vno absoluto, quod est commune omnibus prędicamentis. sed quia
illud vnum, quod est principium numeri, est accidens, ideo putauit, ꝙ vnum ab-
solutum, quod est synonymū ipsi enti, sit accidens. & cum hoc conatur ponere
numerum, ita se habere, vt se habet linea et superficies, videlicet ꝙ habeat quā-
dam naturam, & si non reperiatur anima: adeo ꝙ fuit coactus ponere in prędi-
camentis quoddam esse additum eis.

Si ergo natura vnius numero, & ipsius numeri talis est, sequitur ꝙ primum Ex vnius mēsura alia mēsurari. x. Me. te. 2. & inde.
metrum natura inest ipsi numero: quod quidem est ipsum vnum. aliorum vero
generum metra sunt expositione: & ideo computus, & mensura inest eis mediā-
te numero. & secundū hunc modum accipiuntur alia metra, assimilādo ipsi vni
vtplurimum, i. ꝙ inueniatur in tali genere indiuisibilia, vel difficile diuisibilia. Motus diurnus mensura est oīum motuum apud oēs gentes. 10. Me. t. 4.
Hinc fit ꝙ oēs gentes mensurant oēs motus per motum diurnum, cum sit velo-
cior ceteris motibus. i. ꝙ ipsi mensurant alios motus, tempore huius motus. & si-
militer quies ceterorum mobilium per tempus huius motus mensuratur. & ob
C hoc etiam capiunt de ponderibus & mensuris id minimū, quod possunt. Sed si
alijs rebus preter predicamentū quantitatis adsit mensura, illud quidem fuit per
accidens & rōne huius prędicamenti, sicut est mensurare leuitatē & grauitatē:
immo qd plus est mēsurare nigredinem, et albedinem. Ex his igitur patet qd sit
vnum, qd est principiū numeri, & cuius sit naturę, & ꝙ numerus est cōgregatio
harū vnitatū, & multitudo cōstans ex ipsis. Obijcit tñ Auic. cōtra hmōi defini
tionem numeri, dicens quonā pacto multitudo potest esse genus ad numerū, cum
sit ipsemet numerus, cū ipsa multitudo, vt multitudo diuidatur in talem & talem
multitudinem, quemadmodum numerus in talia & talia numerata, i. in res sensi-
biles. Hoc tñ est erroneum, quia multitudo absoluta cōior est multitudine nume
rali: quemadmodum & ipsum vnum absolute est communius vno numerali, qd
est principium numeri. & dato ꝙ esset, vt ipse dicit, adhuc pōt imaginari nume
rus, ac si sit species ex speciebus rerum numeratarum: & tunc. pia multitudo
erit genus sibi, & alijs rebus multis. & hoc non est impossibile officium ipsius
animę. accidit nanque hoc ipsi numero, quia est operatio animę in numeratis. Si
militer etiam dubitauit de definitione vnius, & numeri, hoc modo. videlicet di-
cit ipse ꝙ cum vnum accipiatur in definitione multitudinis, quę est ipse nume-
rus: & ipsum vnū concipiatur per priuationem multitudinis in eo existētē: ergo

Immediatis. 10. Me. tex. 22.

sunt, a quibus vtrisq; subiectum, qñq; euadit, vt color, qui recipit albedinẽ & nigredinẽ: ideo contraria sunt duo spẽ, vnum. s. hñs mediũ, & aliud immediatũ. Et quia transmutatio est de contrario in contrarium, vt in scĩa Naturali fuit ostensum: ideo est medium inter duo contraria de necessitate. Nã mediũ est primum, ad quod transmutabile transit: vt transmutatio, exẽpli gratia, de nigredine ad albedinẽ, q̃ quidem fit, postq̃ fuerit trãsmutata in vnum mediorũ inter ipsa existẽtium. & ideo est necessarium ꝙ medium, & extrema hñtia illud medium, sint in vno gñe, quod sit idem. aliter. n. medium non esset illud primum, ad quod fit trãsmutatio: quia ea, quæ sunt distincta gñe, non transmutantur mutuo inuicem: etsi extrema & media sunt in vno gñe, quod sit idem, quo manifestum est ꝙ media sunt contemperata ex duobus extremis. Nã, si non essent contemperata, & tñ essent in composito, tunc essent ipsamet extrema sicut sunt. i. si extrema existerent in medio in actu eo mõ, quo existunt separata, & tñ iam fuit positũ ꝙ media sunt contraria inquantũ acquirunt de contrarietate extremorũ, & ꝙ ipsa tãdẽ non sunt extrema. hoc ergo indicat media non posse eẽ extrema in actu puro, vel ꝙ sint in eis extrema. Et ꝑpea fuit poſe ꝙ ipsa extrema, ex eo ꝙ insunt medijs, vt inueniãtur simul in vno subiecto: sed hoc est impoſe, inquãtũ sunt extrema & in actu vltimo suo. Et quia extrema sunt in medio, quodã esse medio inter actũ purũ & purã potentiam, ideo oportet non inueniri medium nisi in rebus contẽperatis. Et prepterea inter sanitatẽ & ægritudinẽ non datur mediũ, cũ de natura sanitatis non sit admisceri cum ægritudine: & est impossibile ꝙ subiectũ recipiens vtrunq; euadat ab vno illorũ duorũ, cum ægritudo sit læsio actionis mẽbri sensibilis, aut eius passio, & sanitas illæsio: inter læsionẽ aũt & illęsionẽ non datur medium sensibile: licet in lęsione inueniatur magis & minus, quod Gal. appellat largo modo neutrũ, qđ significat id, quod nõ est, neq; sanitas, neq; ægritudo. nã hoc necessario est, vel sanitas, vel ægritudo, sed non in vltimo. Et iõ oportet ꝙ quicquid appropriatur noĩe medij ꝑ abnegationẽ duorum extremorũ, ꝙ intelligatur ꝑ illud verum medium. nã cum dicimus, exẽpli gratia, colorem flauum non esse album, neq; nigrũ, sigñatur ꝙ est q̃dam essentia, a qua priuatur aliquid, qđ inest duobus extremis existentibus sub vno genere, & habet aliquid de duobus extremis per modũ mixtionis. Sed id, qđ sigñatur ꝑ abnegationẽ duorũ extremorum ab eo, quod non est ipsum, & extrema sub eodẽ genere, nõ est mediũ. vt si dicamus lapidẽ loquentẽ, aut mutum: & Deum non esse extra mundum, neq; intra. et hac proprietate differunt contraria ab alijs oppositis, cum nõ habeant verum medium. In affirmatione aũt & negatione res est manifesta. Priuatio vero, q̃ habet vim negationis, se habet vt negatio, & est illa priuatio, quæ opponitur enti: vt si dicamus ens generari ex non ente. Inter reliquos tñ modos priuationis poſe est imaginari medium, sed non verum. vt cum dicimus embryonem non videre, neq; esse cæcum: & lapidẽ non loqui, neq; esse mutum. & hoc iam fuit rememoratum. Relatiuorum vero natura, inquantum sunt relatiua, non est ꝙ habeant medium. nam non conditionatur in eis, vt sint in vno genere, sicut agens & passum, quod possunt esse vnum eorum in vno gñe, et aliud in alio. sed si in aliqua relatione inest contrarietas, habebit quidem medium: illud tamẽ euenit ratione contrarietatis, non ratione relationis, sicut medium, quod est inter magnum & paruum, & inter sursum & deorsum.

Inter sanitatẽ & egritudinẽ nõ dari medium.

D

E

F

Priuationẽ & habitũ eẽ cõtrariorum principia. 10. Me. t. 15.

EX his igitur patet ꝙ isti quatuor modis oppositorũ sunt diuersi, & ꝙ priuatio & habitus sunt tanq̃ principia contrariorum, & affirmationum, & negationum. quia, cum gñatio fiat vel a priuatione formę, vel a forma contraria: & ipsi formę contrariæ de necessitate inest priuatio contrarij rei gñabilis, q̃ est aliquod contrarium, & si priuatio de necessitate pręcedit generatum: ergo de necessitate priuatio inest contrarijs, & ꝓcedit ea, natura. Inest quoq; vni contrariorum, vt sit imperfectius alio, et imperfectio est priuatio perfectionis: vt caliditas, & frigiditas, & humidum & siccum. Manifestum quoq; est ꝙ inter negationem & hunc modum priuationis (scilicet absolute) non inest differentia.

An qcqd ẽ cõtrariũ, sit

ET quia, vt diximus, contraria sunt diuersa, forma, & idem gñe, conueniens est vt cõsyderemus, verum quicquid est contrariũ sit diuersum forma, aut nõ

A sit necessarium hoc. Et dicamus ꝙ contrariorum. quodcunq; sequitur formā rei, est de necessitate diuersum forma, nam impoſſe est inuenire gn̄abile & corruptibile, & perpetuum in eadē forma. aliter.n. esset poſſe inueniri hoīes perpetuos. Sed illa contraria, q̄ insunt alicui rei pp materiam, non inconuenit ꝙ sint in eadē forma, sicut mas et fœmina in eadē specie, et albedo et nigredo, q̄ sunt in vna specie. Ex hoc igitur patet quid cōsequatur vnum & multa, & ꝙ ipsa sunt principium generum oppositionis. & ideo decet nos consyderare quo pacto insit eis propria oppositio. nā, si non daretur vnum, non darentur plura etiam. & si non daretur multitudo, nulla daretur penitus oppositio. diuersum forma. 10. Me. tex, 25.

ET dicamus ꝙ impoſſe est, ꝙ vnum opponatur multo ꝑ modum contrarij, cū contrariū multitudinis sit paucū, & vnum non est paucū, quia paucū est de affectibus ipsius diuisibilis: & si contingat vnum esse paucum, illud fit, ex eo q̄d vnū est multitudo diuisibilis, non ex eo quod est vnum. Præterea, si vnū sit paucum, duo erunt multum: quia paucum & multum dicuntur relatiue, & propterea vnum erit q̄dam multitudo. & hoc totum est impoſſe. Adhuc ipsum contrariū, vt ostensum fuit, habet contrarium, q̄ vtrunq; sunt in eodē genere: sed vnum & multa non ita se hn̄t. At vtrum oppositio istorum sit oppositio priuationis & habitus, consyderatione indiget: quia vr̄, cum ipsum vnum sit quid indiuisibile, & multitudo sit diuisibilis, ꝙ insit ei priuatio diuisionis, q̄ꝑ quidē habet ipsa multitu- Quo pacto vnū & multitudo opponatur. 10. Met. tex, 20 & 21.

B do. Plures tn̄ Antiquorum fuerunt opinati huius oppositū, videlicet ꝙ ponebant multitudinē esse priuationē vnitatis. quod quidē ideo putarunt (vt arbitror) quia viderunt priuationē semper esse imperfectiorē habitu, & habitum nobiliorē eē. & ita se habet vnum ad ipsam multitudinē: est.n. cā vt illa sit. Sed vt ꝑdiximus magis euidens est, ꝙ ipsa vnitas sit priuatio multitudinis. nā quāplures priuationes sunt nobiliores aliquibus entibus imperfectis. & ideo nonnunq̄ꝑ cōtingit melius esse non videre, q̄ꝑ videre. Sed dato ēt ꝙ hęc esset oppositio existens inter vtrunq; eorum, sequeretur adhuc ex hoc falsitas vituperanda, videlicet ꝙ habitus substentaretur in priuatione, cum ita se habeant vnum & multa. Quapropter vr̄ magis consonum ipsa opponi inter se oppositione relatiua. quia contingit ipsum vnum mensurare, & multitudinē mensurari: mensurans aūt, vel mensura, et mensuratum sunt in capitulo relationis. sed hmōi relatio nō est de essentia ipsius vnius, immo quid sibi accidens. & ideo non dr̄ vnum in comparatione ad multa eo modo, quo dn̄r relatiua ad seinuicē. Est.n. res in hoc, vt in cā & causato. nam ignis est cā rerū ignearū, et tn̄ est ignis absq; hoc ꝙ sit cā. ex eo igitur, ꝙ ē ignis est in ꝑdicamento substantię: sed inquantū est cā, est in ꝑdicamento relationis. & hoc totum est per se notum. & siır vr̄ ꝙ nomen multitudinis significet illud, ex eo q̄d habet talē cōparationē, licet nō extet nisi cum eo. sed nomen multitu-

C dinis dr̄ in relatione ad paucū: & tō ista relatio, q̄ est inter multitudinē & vnū, inest ipsi multitudini, ex eo quod est quid mensuratum, & vni, ex eo ꝙ est mensurans. Vel dicamus ꝙ vnum opponitur multitudini vtroq; modo simul: sed duobus modis varijs substentabit multitudinē, non ex hoc ꝙ accidit ei, quod priuetur multitudine, sed inquantum est eius principium. & isto mō oppositio amborū est ad aliquid: & ex eo ꝙ accidit ei ista priuatio, q̄ inest multitudini, videlicet diuisio, adhuc opponitur multitudini per modum habitus & priuationis.

QVæret tn̄ aliquis & dicet, cum vni insit vnum contrariū, quo igitur modo æquale opponitur magno & paruo? Nā impossibile est vt æquale habeat hęc duo contraria, cum cōtrarium habeat vnum cōtrarium. Itē æquale existit inter magnū & paruū: contrarium aūt non est inter, sed id quod est inter, est inter contraria. Hoc tn̄ dubium soluitur per hoc, ꝙ æquale opponitur magno & paruo per inęquale, & talis est oppositio, quę inter priuationem: & habitum. Quo pacto æquale magno & paruo opponit. 10. Me. t. 17. & inde.

ET postq̄ꝑ tractatum est de vno, & de eius consequentibus, expedit modo tractare de fine quatuor causarum, quę sunt materia, efficiēs, forma, & finis. Hoc nanque confert ad id, quod quęrimus, videlicet inuestigare principium substantię, & ad magnā partem rerum prædictarum. & ideo Aristote. incœpit exordiri hoc in primo libro De cārum fi[nit]ate. vid[e] 2. Met. t[ex] & inde

immediatis. 10. Me, tex, 22.

sunt, a quibus vtrisq; subiectum, qñq; euadit, vt color, qui recipit albedinē & nigredinē: ideo contraria sunt duo spē, vnum .s. hñs mediū, & aliud immediatū. Et quia transmutatio est de contrario in contrarium, vt in scīa Naturali fuit ostensum: ideo est medium inter duo contraria de necessitate. Nā mediū est primum, ad quod transmutabile transit: vt transmutatio, exēpli gratia, de nigredine ad albedinē, q̄ quidem fit, postq̄ fuerit trāsmutata in vnum mediorū inter ipsa existētium. & ideo est necessarium ꝙ medium, & extrema hñtia illud medium, sint in vno gñe, quod sit idem. aliter .n. medium non esset illud primum, ad quod fit trāsmutatio: quia ea, quæ sunt distincta gñe, non transmutantur mutuo inuicem: etsi extrema & media sunt in vno gñe, quod sit idem, quo manifestum est ꝙ media sunt contemperata ex duobus extremis. Nā, si non essent contemperata, & tñ essent in composito, tunc essent ipsamet extrema sicut sunt .i. si extrema existerent in medio in actu eo mō, quo existunt separata, & tñ iam fuit positū ꝙ media sunt contraria inquantū acquirunt de contrarietate extremorū, & ꝙ ipsa tādē non sunt extrema. hoc ergo indicat media non posse eē extrema in actu puro, vel ꝙ sint in eis extrema. Et ppea fuit posē ꝙ ipsa extrema, ex eo ꝙ insunt medijs, vt inueniātur simul in vno subiecto: sed hoc est imposē, inquātū sunt extrema & in actu vltimo suo. Et quia extrema sunt in medio, quodā esse medio inter actū purū & purā potentiam, ideo oportet non inueniri medium nisi in rebus contēperatis. Et propterea inter sanitatē & ægritudinē non datur mediū, cū de natura sanitatis non sit admisceri cum ægritudine: & est impossibile ꝙ subiectū recipiens vtrunq; euadat ab vno illorū duorū, cum ægritudo sit læsio actionis mēbri sensibilis, aut eius passio, & sanitas illæsio: inter læsionē aūt & illęsionē non datur medium sensibile: licet in lęsione inueniatur magis & minus, quod Gal. appellat largo modo neutrū, qđ significat id, quod nō est, neq; sanitas, neq; ægritudo. nā hoc necessario est, vel sanitas, vel ægritudo, sed non in vltimo. Et iō oportet ꝙ quicquid appropriatur noīe medij p abnegationē duorum extremorū, ꝙ intelligatur p illud verum medium. nā cum dicimus, exēpli gratia, colorem flauum non esse album, neq; nigrū, sigñatur ꝙ est q̄dam essentia, a qua priuatur aliquid, qđ inest duobus extremis existentibus sub vno genere, & habet aliquid de duobus extremis per modū mixtionis. Sed id, qđ sigñatur p abnegationē duorū extremorum ab eo, quod non est ipsum, & extrema sub eodē genere, nō est mediū. vt si dicamus lapidē loquentē, aut mutum: & Deum non esse extra mundum, neq; intra. et hac proprietate differunt contraria ab alijs oppositis, cum nō habeant verum medium. In affirmatione aūt & negatione res est manifesta. Priuatio vero, q̄ habet vim negationis, se habet vt negatio, & est illa priuatio, quæ opponitur enti: vt si dicamus ens generari ex non ente. Inter reliquos tñ modos priuationis posē est imaginari medium, sed non verum. vt cum dicimus embryonem non videre, neq; esse cæcum: & lapidē non loqui, neq; esse mutum. & hoc iam fuit rememoratum. Relatiuorum vero natura, inquantum sunt relatiua, non est ꝙ habeant medium. nam non conditionatur in eis, vt sint in vno genere, sicut agens & passum, quod possunt esse vnum eorum in vno gñe, et aliud in alio. sed si in aliqua relatione inest contrarietas, habebit quidem medium: illud tamē euenit ratione contrarietatis, non ratione relationis, sicut medium, quod est inter magnum & paruum, & inter sursum & deorsum.

Inter sanitatē & ęgritudinē nō dari medium.

Priuationē & habitū eē cōtrariorum principia. 10. Me. t. 15.

EX his igitur patet ꝙ isti quatuor modis oppositorū sunt diuersi, & ꝙ priuatio & habitus sunt tanq̄ principia contrariorum, & affirmationum, & negationum. quia, cum gñatio fiat vel a priuatione formę, vel a forma contraria: & ipsi formę contrariæ de necessitate inest priuatio contrarij rei gñabilis, q̄ est aliquod contrarium, & si priuatio de necessitate pręcedit generatum: ergo de necessitate priuatio inest contrarijs, & p̄cedit ea, natura. Inest quoq; vni contrariorum, vt sit imperfectius alio, et imperfectio est priuatio perfectionis: vt caliditas, & frigiditas, & humidum & siccum. Manifestum quoq; est ꝙ inter negationem & hunc modum priuationis (scilicet absolute) non inest differentia.

An qcqđ ē cōtrariū, sit

ET quia, vt diximus, contraria sunt diuersa, forma, & idem gñe, conueniens est vt cōsyderemus, verum quicquid est contrariū sit diuersum forma, aut nō

A sit necessarium hoc. Et dicamus ꝙ contrariorum. quodcunq; sequitur formã rei, est de necessitate diuersum forma. nam impossibile est inueniri generabile & corruptibile, & perpetuum in eadẽ forma. aliter. n. esset possibile inueniri homines perpetuos. Sed illa contraria, quæ insunt alicui rei propter materiam, non inconuenit ꝙ sint in eadẽ forma, sicut mas et fœmina in eadẽ specie, et albedo et nigredo, quæ sunt in vna specie. Ex hoc igitur patet quid cõsequatur vnum & multa, & ꝙ ipsa sunt principium generum oppositionis. & ideo decet nos consyderare quo pacto insit eis propria oppositio. nã, si non daretur vnum, non darentur plura etiam. & si non daretur multitudo, nulla daretur penitus oppositio. diuersum forma. 10. Me. tex. 25.

ET dicamus ꝙ impossibile est, ꝙ vnum opponatur multo per modum contrarij, cõtrariũ multitudinis sit paucũ, & vnum non est paucũ, quia paucũ est de affectibus ipsius diuisibilis: & si contingat vnum esse paucum, illud fit, ex eo quod vnũ est multitudo diuisibilis, non ex eo quod est vnum. Præterea, si vnũ sit paucum, duo erunt multum: quia paucum & multum dicuntur relatiue, & propterea vnum erit quædam multitudo. & hoc totum est impossibile. Adhuc ipsum contrariũ, vt ostensum fuit, habet contrarium, quæ vtrunq; sunt in eodẽ genere tur sed vnum & multa non ita se hñt. At vtrum oppositio istorum sit oppositio priuationis & habitus, consyderatione indiget: quia videtur, cum ipsum vnum sit quid indiuisibile, & multitudo sit diuisibilis, ꝙ insit ei priuatio diuisionis, quam quidẽ habet ipsa multitu- Quo pacto vnũ & multitudo opponatur. 10. Met. tex, 20 & 21.

B do. Plures tñ Antiquorum fuerunt opinati huius oppositũ, videlicet ꝙ ponebant multitudinẽ esse priuationẽ vnitatis. quod quidẽ ideo putarunt (vt arbitror) quia viderunt priuationẽ semper esse imperfectiorẽ habitu, & habitum nobiliorẽ eẽ. & ita se habet vnum ad ipsam multitudinẽ: est. n. cã vt illa sit. Sed vt prediximus magis euidens est, ꝙ ipsa vnitas sit priuatio multitudinis. nã quãplures priuationes sunt nobiliores aliquibus entibus imperfectis. & ideo nonnunquam cõtingit melius esse non videre, quam videre. Sed dato ẽt ꝙ hęc esset oppositio existens inter vtrunq; eorum, sequeretur adhuc ex hoc falsitas vituperanda, videlicet ꝙ habitus substentaretur in priuatione, cum ita se habeant vnum & multa. Quapropter videtur magis consonum ipsa opponi inter se oppositione relatiua. quia contingit ipsum vnum mensurare, & multitudinẽ mensurari: mensurans aũt, vel mensura, et mensuratum sunt in capitulo relationis. sed huiusmodi relatio nõ est de essentia ipsius vnius, immo quid sibi accidens. & ideo non dr̃ vnum in comparatione ad multa eo modo, quo dñr relatiua ad seinuicẽ. Est. n. res in hoc, vt in cã & causato. nam ignis est cã rerũ ignearũ, et tñ est ignis absq; hoc ꝙ sit cã. ex eo igitur, ꝙ ẽ ignis est in predicamento substantię: sed inquantũ est cã, est in predicamento relationis. & hoc totum est per se notum. & similiter videtur ꝙ nomen multitudinis significet illud, ex eo quod habet talẽ cõparationẽ, licet nõ extet nisi cum eo. sed nomen multitu-

C dinis dr̃ in relatione ad paucũ: & ideo ista relatio, quæ est inter multitudinẽ & vnũ, inest ipsi multitudini, ex eo quod est quid mensuratum, & vni, ex eo ꝙ est mensurans. Vel dicamus ꝙ vnum opponitur multitudini vtroq; modo simul: sed duobus modis varijs substentabit multitudinẽ, non ex hoc ꝙ accidit ei, quod priuetur multitudine, sed inquantum est eius principium. & isto modo oppositio amborũ est ad aliquid: & ex eo ꝙ accidit ei ista priuatio, quæ inest multitudini, videlicet diuisio, adhuc opponitur multitudini per modum habitus & priuationis.

QVæret tñ aliquis & dicet, cum vni insit vnum contrariũ, quo igitur modo æquale opponitur magno & paruo? Nã impossibile est vt æquale habeat hęc duo contraria, cum cõtrarium habeat vnum cõtrarium. Itẽ æquale existit inter magnũ & paruũ: contrarium aũt non est inter, sed id quod est inter, est inter contraria. Hoc tñ dubium soluitur per hoc, ꝙ æquale opponitur magno & paruo per inæquale, & talis est oppositio, quę inter priuationem: & habitum. Quo pacto æquale magno & paruo opponit. 10. Me. t. 17. & inde.

ET postquam tractatum est de vno, & de eius consequentibus, expedit modo tractare de fine quatuor causarum, quę sunt materia, efficiẽs, forma, & finis. Hoc nanque confert ad id, quod quęrimus, videlicet inuestigare principium substantię, & ad magnã partem rerum prædictarum, & ideo Aristote. incœpit exordiri hoc in primo libro De cãrum finitate. vide 2. Met. te. 5. & inde.

huius sciç, et est liber designatus p A paruũ. quo facto pficietur prima pars huius D
sciæ cum auxilio Dei. Et dicamus q, si ponamus plura causata q̃ duo, siue sint
tria, siue plura, aut ponamus ipsa finita numero, apparebit in eis triplex genus, s.
principium, medium, & finis. Et vnumquodq; istorum habet quid sibi propriũ.
nã vltimi propriũ est non esse cã alicuius rei : medij vero esse cãtum a primo et
cã vltimi, siue ponas illud medium vnũ, aut multa finita vel infinita. Hęc nanq;
est dispositio medij inquantum est medium, non inquantum est tale medium, s. fi
nitum aut infinitum. proprium aũt primi est q sit cã, & non causatum ab aliquo
oĩno inquantum est cã, ita q esse eius vr̃ opponi vltimo, & medium est veluti
mixtum inter extrema. & totum hoc est de se manifestum Quod si ponamus ali
quas causas infinitas alicuius causati vltimi, poneremus media infinita. sed ipsa
media inquantũ sunt media, vt diximus, siue finita siue infinita, indigent prima
cã, inquãtũ sunt causata. aliter. n. posset dari cãtum sine cã. sed, si ponamus hmõi
media esse infinita, deueniemus in contradictionẽ: quia necessario media hñt pri
mam cãm. sed, si ponantur infinita, tunc non dabitur cã prima. Itẽ impoře est in-
uenir: mediũ sine duobus extremis. Nam hmõi positio est similis illis, q̃ sibijpsis
contradicunt, vt qui ponunt infinitum in actu. in libro aũt Elenchorum iam fuit
ostensum q talia dñr non petitiones, sed prologi ad destructionẽ positionis. Et
licet hmõi declaratio videatur magis propria ipsi agenti & mouenti, nihilomi- E
rus põt esse ẽt cõis ad declarationem finis causarum quatuor. Conuenientius ta
men est declarare hoc in vnaquaque reliquarum causarũ iuxta id, quod est sibi
proprium, & incipiamus a causa materiali.

Et dicamus q aliquid fieri ex aliquo dr̃ dupliciter. Vno modo, sicut dicimus
aquã generari ex aere, & aerem ex aqua: & album ex nigro, & nigrum ex al
bo. Et hæc dictio, ex, in hoc loco re vera significat post. nam id, ex quo fit vere
gñatũ est subiectũ aquę & aeris, & albi, atq; nigri: non forma aqua, neq; for-
ma aeris, neq; albedo ipsa, aut nigredo : immo forma ipsa aquę discedit a subie-
cto. & accedit vice ipsius forma aeris. & scdm hunc modum impossibile est q p̄
cedat id, a quo fit gñatio, ad id qđ gñatur. Neq; datur hic processus in infinitum
per se: quia forma aquæ non põt imaginari prior ad formã aeris, neq; forma ae-
ris ad formã aque: immo vtræq; simul sunt in eodem gradu, & sub ectũ amborũ
est idem, & vtriusq; istorum quodlibet est in potentia & aptitudine ad aliud in-
differenter, et ideo talis gñatio põt esse circularis. Alio modo dr̃ aliquid fieri ex
aliquo, qñ id, ex quo dr̃ aliquid fieri, habeat suum esse in actu, propterea quod
est aptum perfici ab alio, vel ab alia forma, ita q, si illa res subiecta habet esse,
ideo ipsum habeat, quia mouetur ad hoc vt perficiatur per illam vltimam rẽ, si
non impediatur. vt exẽpli gratia virtus nutritiua, q̃ est in fœtu, est apta ad reci- F
piendam vitam & vita est apta ad recipiendam rationalitatẽ: nam de quolibet
istorum dicimus vitã fieri ex virtute nutritiua, & ex animalitate (seu vita) fieri
rationalitatem. silr̃ ẽt dicimus ex puero fieri virum. In hac aũt diuisione potest
imaginari q gñatum habeat plusq̃ vnum subiectũ in actu. Iste tñ modus habet
quid sibi proprium, quod nõ habet primus, videlicet q illa res vltima in hoc nõ
est in potentia ad subiectum, neq; põt trãsmutari ad ipsum: quia priora sunt apta
recipere vltima, sed postremum nõ est aptũ recipere priora. Manifestum quoq;
est q huiusmodi subiecta non possunt procedere in infinitum. quia, si hoc posset
fieri, tunc inuenirentur res in actu infinitę in aliquo finito, et nihil differt. siue il-
la subiecta insint rei in actu puro, quemadmodum virtus nutritiua, quæ est subie
ctũ sensus: siue habeat esse medium inter potentiam & actum, vt elemẽta in mẽ-
bris similaribus. Itẽ iam ostensum fuit in sciã Naturali q datur subiectum non
formatum per se: quod quidẽ in huiusmodi re impossibile est quod habeat subie-
ctum. aliter. n. haberet formam. &, cum primum subiectũ et vltima forma vnius-
cuiusq; sensibilis sint duo extrema finita necessario: ergo media, quæ sunt inter
ipsa, erunt finita. falsum. n. est ponere res finitas secundum sua extrema & infi-
nitas secundum media earum. nam talis positio contradicit sibijpsi: quia id, quod
est infinitum, est ex omni parte infinitum, nõ ex vna parte pręter aliam. & hoc
est manifestum consideranti. De cã aũt, quę est finis, manifeste patet ipsam non

A procedere in infinitum.nam hm̃oi positio reuertitur per eius ablationem.Nã, si
motus,& aliquod q̃situm essent ad infinitum:infiniti autem via nõ desinit:ergo
nihil inuenitur,ad quod fiat motus, aut quęsitum erit igitur inane & vanum. &
hoc non solum est impossibile in rebus,quarum finis insequitur motum,sed etiã
in rebus habentibus finem inquantum sunt tantum entia,quę non solẽt transmu
tari,& sunt scilicet res immateriales.

De forma quoq; apparet impoẽe ipsam ,pcedere in infinitũ. De forma nanq;
materiali vniuscuiusq; partium mũdi res manifeste patet,eo modo,quo fuit ostẽ-
sum subiecta esse finita.nam impoẽe est vt in aliquo finito reperiantur formę in-
finitę,quẽadmodum est impoẽe inueniri in ipso subiecta infinita. Et similiter ap-
paret hoc in toto mundo. nam,cũ eius partes simplices se habeant, veluti formę
ad seinuicẽ vt in scĩa Naturali fuit declaratum, impoẽe erit ꝙ eius partes simpli
ces procedant in infinitum ex parte,qua aliquę sunt perfectiones(siue actus)ali
quarum,quẽadmodũ est impoẽe actus procedere in infinitũ:vt terra,exẽpli gra-
tia,quę est pp aquam,& aqua propter aerẽ, & aer pp ignem , & ignis propter
cœlum.in huiuscemodi.n.perfectione impossibilis est processus in infinitum.Sic
ẽt si ponamus formas immateriales, quarũ quędam sint perfectiones aliquarum
(vel actus) apparebit finis earum per hancmet declarationem,videlicet ex eo,
ꝙ fuit ostensum cãm finalem habere finem. Ex dictis igitur patet quatuor cau-
B sas habere finem,& ꝙ datur materia prima,& primũ agens,& prima forma,et
primus finis.Sed vtrum prima cã in quolibet istorum sit vna, vel plures,põt hic
ostendi.De materia aũt prima iam apparuit in scĩa Naturali, ꝙ est vna genera-
bilibus & corruptibilibus,& propterea simplicia possunt transmutari ad seinui-
cẽ. Vltimi vero agentis,si reperiretur plusq̃ vnum agentis, necessario oporte-
ret nomen agentis dici de eis vniuoce,aut per aliquam analogiam ad id, in quo
cõmunicant.et si nomen agẽtis dr̃ de eis vniuoce,ergo cõicabunt in nomine ge-
neris,& vltimum agens erit materiale, quod tñ iam in scĩa Naturali fuit osten-
sum hoc esse impossibile.& intelligo per agens,vltimum motorem.& si dicatur
de eis per aliq̃ analogiã ad aliq̃ vnam rem,siue talis proportio sit in eodẽ gra-
du,siue in varijs gradibus,illud tandẽ,ad quod comparantur , est ipsum primum
agens,quo vnumquodq; ipsorum est agens.erunt ergo, ipsi causata , & nullum
eorum erit vltimum agens,sequitur ergo ex hoc de necessitate,ꝙ vltimum agẽs
est vnum. Et similiter res apparet de causa finali,& formali per hancmet decla
rationem,videlicet ꝙ vltimum eorum oportet ꝙ sit vnum numero.

Et postq̃ fuit ostensum ꝙ dantur quatuor causę vltimę , considerandũ ergo
est si est possibile inuenire in qualibet earum reliquas causas,aut aliquas earũ.

Et dicamus ꝙ iam fuit declaratum in scĩa Naturali materiam primam nõ ha-
bere formam,siue non esse informatam:& ideo nõ habet agens,cum ipsum agẽs
C prestet formam passio.ꝙ aũt habeat finẽ,vel ꝙ sit finita,est necessariũ,& est.s.
ipsa forma.aliter.n.inueniretur id,quod non est aptum inueniri. Vltimum vero
agens,inquantum debet esse æternum,oportet quod sit immateriale.ꝙ autem nõ
habeat formam,est necessarium ẽt. Sed vtrum habeat causam finalem , indiget
speculatione.Nam,si ponamus ipsum habere causam finalem, erit de necessita-
te cantum ab ea,cum finis sit nobilior agente : sed quia non est in materia:ideo
finis tñ est cã , vt ipsum habeat esse . & quia iam posuimus ipsum esse efficiens
ipsius finis:est ergo cã finis , & sic erit cã sumplius. In rebus vero materialibus
non sequitur hoc:quia agẽs est causa ipsius finis,eo ꝙ finis generatur , aut est in
materia : sed finis est cã agentis ex hoc , ꝙ est finis. Cum ergo hoc sit impoẽe,
nihil restat nisi ꝙ eius finis sit eius essentia. quẽadmodum sapiens, cuius finis in
docendo est influere bonum tñ : & legum institutor mouere hoĩes ad virtutem,
absq; hoc ꝙ ipse acquirat de hoc virtutem. Ita ẽt de prima forma vr̃ res se hr̃e,
quę quidem non habet agens.quia si haberet,tunc non esset vltima forma. quia
ipsa ẽt precedet secundum esse ipsum agens: & ꝙ peius est,ꝙ esset materialis.&
si non habet agens,sequitur ꝙ ipsa & vltimum agens sint idem subiecto. nam,si
poneremus ipsam esse duo numero,sequeretur ꝙ esset canta ab agente,& agens
esset cantum ab ipsa inquantum habet formam : & sic non esset primum agens.

Vtrũ in oĩbus causis prima cã sit vna, vel plures.

Vtrũ in qualibet cã reliquę, aut aliquę earũ inueniantur.

Sequitur quoq; ꝙ non habet finem, quia finis habet formã, & sic reperiretur forma prior ipsa: et ipsa nõ esset vltima forma: eius igitur essentia est finis suiipsius. D
Sic quoq; impoſſe est ponere primum finẽ pter primum agens, & pter formã primã. quia prima forma (vt fuit in hoc tractatu iam ostensum) & vltimum agens sunt vnum & idẽ subiecto: & est impoſſe (vt diximus) ꝙ vltimum agens habeat alium finẽ pter seipsum. Ex his igitur dictis apparet ꝙ oĩa ascendunt ad vnam causam, quę est finis, & agens, & forma. Hoc tamen adhuc ostendetur in futurũ sermone magis proprio. Et magna laus Deo glorioso. Et hic finit Tertius tractatus, in quo desinit prima pars huius scientiæ.

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS

E

TRACTATVS QVARTVS.

IN superioribus iam dictum fuit ꝙ ens dicitur de omnibus decem prædicamentis, de substantia tamen secundum prius, & de reliquis prædicamentis secundum posterius: & ꝙ ipsa substãtia est cã, vt alia prædicamenta sint. Ibiq; fuit dictum ꝙ substantia sensibilis diuiditur in materiam & formam, quę vtraq; sunt substantię, cum ipsum vniuersum esse diuidatur in ipsa, illisq; duobus consistat. & ꝙ reliqua prædicamenta substentantur prędicamento substantię. & ꝙ horum vniuersalia ipsorumq; intelligibilia non hñt esse extra aĩam, neq; ipsa vniuersalia sunt cã partium eorũ sensibiliũ: immo forma particularis & materia particularis, vtraq; sunt duę causę tm̃ essendi substantię indiuidualis. & ꝙ ipsius indiuidui agens, est aliud indiuiduum sicut ipsum in spẽ, aut siſe sibi. & ꝙ forma vniuersalis, & materia vniuersalis non gñantur neq; corrumpuntur. Hoc inquam est, quod ex pcedentibus colligi põt de notitia principiorũ vniuersi. Et, quia consyderatio huius artis est appropriare ens ad suas causas vltimas, contẽplari igitur decet, vtrum illa principia ipsius substantiæ sensibilis, q̃ fuerunt declarata, i. materia et forma, sufficiant ad esse substantię sensibilis: aut detur substãtia separata, q̃ sit cã vt ipsa substantia sensibilis sit semper in actu: & si sit, quod esse habeat, & quot modis dicatur ipsam esse principium substantiæ sensibiles: &, sicut declaratum fuit in scĩa Naturali ꝙ materię desinunt ad primam materiã existentem in re, vtrum formę quoq; desinant in primam formam existentẽ in re, aut separatam: itidem & de fine primo, & de primo agente. F

VIa autem propria ad notitiam huius quęsiti est ponere hic per modũ procemij id, quod in scientia Naturali ostensum fuit de inuentione motorum immaterialium. de qua re conuenit nos facere mentionem hic (vt moris est) veluti rememoratio, non ꝙ huius scientię sit declarare hoc.

Rões probãtes substãtiã separatã sumptæ ex Naturali philosophia 12. Me. tex. 29. & infra.

Et dicamus ꝙ iam fuit declaratum in scientia Naturali ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo motore mouetur. & quod ipsum mobile mouetur, propterea ꝙ est in potentia: mouens vero mouet ex eo ꝙ est in actu. & ꝙ si mouens quandoq; moueat, quandoque non erit aliquo modo mobile, quoniam habebit potentiam ad mobilitatem, quando non mouet. Quapropter, si detur vltimum mouens vniuersi, quod quandoque moueat, quandoque non, sequetur necessario ꝙ dabitur aliud mouens, prius illo, & non erit illud primum mouens: & si ponatur iterum:

A illud secundum quandoque mouere quandoq; non, sequetur idem quod a primo. Necessario ergo vel procedetur in infinitum, vel est ponendum vnum mouens immobile omnino, cuius natura est vt non moueatur, neque per se, neque per accidens: quo fit vt tale mouens sit æternum de necessitate, & mobile quod mouetur ab eo, sit quoque æterni motus. Nam, si aliquo tempore esset mobile in potētia ab ipso motore æterno, tunc daretur de necessitate vnus motor prior motore æterno: quapropter illud mouens, cuius esse fuit probatum in Secundo libro de Generatione animalium, nō esset sufficiens ad mouendum præter motorem vniuersi. Et, cum fuerit ostensum ꝙ datur motus æternus: sed cum impossibile sit, ꝙ inueniatur aliquis motus æternus præter localem circularem, vt in scientia Naturali fuit declaratum: sequitur igitur manifeste ex hoc, ꝙ datur motus localis ęternus, sed nihil percipitur sensu ita se habere præter motum corporis cœlestis: motus igitur huius corporis cœlestis est æternus, & eius motor est motor æternus, cuius esse fuit probatum.

Adhuc ostenditur ꝙ inuenitur motus ęternus continuus ratione temporis. Nā tempus (vt fuit declaratum) est vnum ex consequentibus ipsius motus, & non potest generari ab aliquo, ēt si illud sit in vltimo roboris. quia si ponamus ipsum esse generatum: ergo est postquam non erat antequam esset: sed ante, et post sunt duo nomina partium temporis: ergo tempus est antequam sit. Item, si tempus esset generatum, inueniretur instans præsens, ante quod non erit tempus præteritum: sed impossibile est imaginari instans præsens, in actu stans, quod non præcesserit tempus præteritum: longe minus poterit hoc compręhendi, si tempus vere imaginetur. Bene tamen poterimus in hoc errare, si imaginemur tempus repręsentare lineam. Nam cum linea habeat positionem, & sit in actu, necesse est ipsam esse finitam, tanto magis poterit concipi finis eius. & si hoc modo quoque compręhendamus tempus, veluti lineam rectam, impossibile erit ipsum priuari fine. & is modus erroris est ex locis sophisticis per loca translationis, & permutationis, idest in quibus accipitur vnum pro alio. Et iam Alfarabius sermonem fecit longum de hoc in libro de entibus transmutabilibus. Quapropter, si tempus est continuum æternum, vt apparet, ergo de necessitate insequitur motum ęternum continuum & vnum: quoniam vnus motus re vera est, qui est continuus. Et si datur motus æternus, necessario quoque datur motor æternus vnus. nam, si essent multi, non esset vnus motus continuus. Quod autem iste motor sit immaterialis apparet ex hoc, ꝙ eius motio est in infinitum: & omne mouens existens in materia de necessitate habet quantitatē, ac si dicas ꝙ habet corpus: & quælibet potentia existens in quantitate, est diuisibilis ad diuisionem quantitatis, & insequitur ipsam, quo ad finitatē & infinitatem, vt in sciā Naturali fuit ostēsum:
C siue ponas talem uirtutem extensam in corpus, et innatam sibi, vt calor in igne, & frigiditas in aqua: siue habeat aliquam dependentiam, vt est dependentia accidentis in materia, videlicet dependentia necessaria ad esse ipsius, vt ipsa aīa. & quia forma materialis impossibile est, ꝙ habeat quantitatē infinitā, vt in sciā Naturali fuit ostensum: ergo non poterit dari virtus materialis infinitę mobilitatis. Et hoc totum iam fuit ostensum in scientia Naturali, & inde accipiatur.

Possumus tñ declarare hoc de isto motore per aliā declarationem in hoc loco. Et dicamus ꝙ, si primum motorē, propter quē mouetur corpus cœleste, ponamus esse materialē, oportebit ipsum esse in subiecto alio a subiecto qđ mouetur ab ipso, & ꝙ sit extra. & si ita est, ergo vel mouebit istud corpus cœleste ratione comprehensionis eius, & similitudinis ad ipsum, vt in animalibus: vel mouebit ipsum potentia naturali existenti in eo vt sit in vbi. sed hoc ēt est manifeste impossē. & ponamus ꝙ motus huius corporis cœlestis sit desyderiū inclinationis tm̄, pōt nanq; hoc in rationem afferri. Neq; sufficit ad huius responsionē id, quod dicit Auicen. videlicet ꝙ motus inclinationis fiat ex re nō naturali ad rem naturalē: quia hoc bene reperitur in inclinatione corporum, quorum motus est rectus. & propterea quies inest his corporibus naturalr, sed motus inest eis mō quodā accidentis. motus vero huius corporis iā fuit ostēsum ꝙ est similis vndiq; cū sit circa medium: & ideo dicimus impossibilem esse in eo quietem,

Rō idē probans ex hac sciā. 12. Me. t. 36. et ide.

Hoc ergo pōt esse vnum, quod fortasse pōt suspicari esse causam motus huius corporis. Sed, cum ponimus esse impośe hoc corpus fore inaĩatum, apparebit hoc ẽt esse impośe. Vñ aũt habeatur ꝙ sit aĩatum, nunc dico. videlicet ꝙ, cũ istud corpus videatur esse incontinuo motu, ideo oportet, vel ꝙ desyderet motum ipsum: vel ꝙ sit necessarij motus, quod est hr̃e curam de his inferioribus: vel ꝙ habeat vtrunq; simul. nã ex re ipsius apparet ꝙ non desyderet finem motus. sin aũt, iã quiesceret. sed quicquid desyderat ipsum motum, aut est necessarij motus, est quidem aĩatum, & desyderatiuũ per imaginationẽ, cum motus sit actio aĩę. & si nõ esset aĩa, non inueniretur, nisi mobile tm̃. & hoc iam fuit declaratum ex dictis Alexandri, nam impossibile est ꝙ aliquod nobilissimum aĩatorum sit inanimatum. Quod aũt sit nobilius quolibet alio animato patet, cum gubernet ipsũ, & sit prius ipso prioritate naturę. Item est æternum, & æternum est nobilius non æterno. Videtur tñ ipsum percipere q̃ sunt hic. aliter. n. non posset hr̃e talem curam de rebus, q̃ sunt hic, & propterea magnifaciunt ipsum Antiqui, & putarunt ipsum esse Deum. Et cum sit aĩatum, ergo mouetur sensu vel phantasia, aut conceptu, qui fit per intellectum. Impossibile tñ est ipsum hr̃e sensus, cum ipsi sensus sint impositi aĩalibus ad euasionem, sed declaratum fuit hoc corpus esse æternũ. Itidem & de imaginatione, seu phantasia, quia ipsa ẽt inest aĩalibus ad liberationem, impossibile quoq; est inueniri phantasiam sine sensu. Si ergo motus huius corporis fieret a sensibus, aut a phantasia, tunc non esset eius motus vnus continuus. Nihil igitur aliud restat nisi ꝙ eius motus fiat a desyderio proueniente ex conceptu intellectiuo. Sed, si ponamus istam rem conceptam esse corpus, ac si dicas istas res, q̃ sunt hic sub orbe Lunę, tunc sequeretur ꝙ nobilius perficeretur p ignobilius; quod est falsum. Neq; pōt ẽt dici ꝙ cã motus eius sit cõprehensio alterius corporis cœlestis nobilioris ipso; qm̃, qñ reddetur cã motus illius corporis, sequetur idem, quod sequebatur de hocmet corpore: & sic corpora cœlestia procederent in infinitum. & si res ita se habet, & est impossibile hoc corpus cœleste moueri ad aliud corpus, siue ponatur illud corpus esse nobilius, siue ignobilius: restat ergo vt non moueatur nisi a desyderato, quod desyderatur ab eo, qđ est nobilius ipso: et est id, cuius esse est ipsum bonum absolute: qm̃ desyderatũ est ipsum bonum, & oportet vt ipsum bonum, quod desyderatur, sit nobilius omnibus desyderatis, & perfectius oĩbus bonis. quem motum animatum adiuuat eius inclinatio naturalis, quia nulla est prohibitio inter inclinationem huius corporis & eius motum animatum, vt in scientia Naturali fuit ostensum. Hoc igitur est vnum, a quo assumitur demonstratio, ꝙ talis motor non est in materia. proprior tamen via, et fortior est illa, quam progressi fuimus a principio, & est via Arist. Conueniens ergo est, vt supponamus hic oĩa hęc, & recipiamus ipsa a Philosopho Naturali. Illud aũt, quod conuenit nos consyderare in hoc loco de huiuscemodi principijs, cum acceperimus esse eorum ita se hr̃e, videlicet inquantũ non sunt in materia, est dicere quodnam esse habeant, & quot sint numero, & quo pacto referantur ad substantiam sensibilem, i. quot modis sint principia ipsius. nã principia multifariam dicuntur. Contemplandum quoq; est qualis sit proportio eorum ad seinuicem secundum esse, i. vtrum q̃dam eorũ præcedant alia, aut sunt absoluta a seinuicem, i. ꝙ quædam eorum non sint causæ aliquorum ipsorum: & si aliqua sint causę aliquorum, quot modis sint causę, Notificabimus quoque illas res, quibus cõicant, & qualiter cõicant, et narrabimus dignitates eorum in illa re cõi, hoc scilicet si sunt ad seinuicem causæ, & qñ sunt causę, quot modis sunt causæ. Res aũt, quibus communicant, sunt sicut ꝙ vnumquodq; ipsorum cõprehendit essentiam suam, & essentiam alterius, & reliqua, quæ post hoc ostendentur. & summatim conuenit nos ita consyderare hic circa hanc partem, sicut consyderauimus partem præcedentem, videlicet sicut diximus de attributione entium sensibilium, inquantum sunt entia ad seinuicem, & rerum, quæ se habẽt, veluti consequentia ad ipsa: sic ẽt conuenit nos consyderare hic hunc modum essendi, postea tractare de comparatione huius esse sensibilis, & consequentium ipsius ad hoc esse intelligibile, quo facto erit comprehensa scĩa entium inquantũ sunt entia, & finis cãrum ipsorum, & ista pars contemplationis continetur in libro Duodecimo

Quid in hoc tractatu intẽdat,

D

E

F

A bro Duodecimo huius scientiae librorum Aristotelis. Et iam ex dictis patuit, ꝙ
scientia huius partis se habet vt perfectio & complementum primae partis hu-
ius scientiae.

De numero orbium. 12. Me. tex. 42. & inde.

ET cum iam declaratum sit ex dictis quaenam sit intentio hmõi partis istius
scientiae, & quae sint eius quaesita, nunc consentaneum est tractare de vno-
quoque ipsorum. Et dicamus ꝙ illa principia, quae ita se habent, sunt plura
ꝗ̃ vnum, vt in scientia Naturali fuit ostensum. qm̃ illud mouens, cuius esse affir
mauimus paulo ante, aliud quidem est ꝗ̃ illud, cuius esse fuit declaratum in Se-
cundo de Generatione aĩalium. illud nanque praecedit istud natura, quia istud
secundum indiget illo primo ad eius motionẽ. nam, si primũ non praepararet si-
bi subiecta, quibus operetur, nihil operaretur, vt in scientia Naturali fuit decla-
ratũ: sed istud primum non indiget illo ad eius motionem. Sensu quoq; perci-
piuntur plures motus corporis coelestis, qui sunt veluti motus partiales ipsius mo
bilis motu magno, quemadmodum orbes sunt partes, aut sicut partes magni or-
bis: & in scientia Naturali fuit iam ostensum ꝙ sunt eiusdem substantiae, & nul-
lum habent contrariũ: necessario igitur omnes sunt aeterni, partes quoq; aeternĩ
sunt aeternae. declaratum nanque fuit ꝙ iste motus vnus, i. diurnus est aeternus.
&, cũ isti orbes, qui sunt partes magni corporis, sint aeterni: ergo eorum motus
de necessitate erunt aeterni, & eorum motores quoquae aeterni, & sunt de gene-
B re motoris vniuersi. Sed quisnam sit numerus horum motuum & corporum mo-
bilium, recipitur hic ab arte Astronomica mathematica. De hoc autem accipie-
mus hic id, quod est famosius hac tempestatae nostra, in quo non discrepant pro-
fessores huius artis a tempore Ptolemaei vsque ad nostram ętatem: dimittemusq;
id, in quo discrepant professores illius artis. Magna quoq; pars horum motuum
non potest comprehendi, nisi fiant circa hoc propositiones famosae. nam cogni-
tio plurium motuum horum indiget tempore longo, quod pertransibit vitam hu
manam pluribus vicibus. Propositiones autem famosae alicuius artis sunt illę, in
quibus nulla adest inter eius professores disceptatio, & ideo decreuimus assume-
re huiusmodi propositiones.

Et dicamus ꝙ id, in quo conueniunt circa motum corporum coelestium, est ꝙ
sunt tringintaocto motus, quinque videlicet pro quolibet trium planetarum su-
periorum, s. Saturni, Iouis, & Martis: & quinque Lunae, & octo Mercurij, &
septem Veneris, & vnus Solis, ita quod percipiatur eius peragratio in orbe ecẽ-
trico tñ non in epicyclo, & vnus ipsius orbis circuentis vniuersum, qui est or-
bis stellarum fixarum. Sed vtrum reperiatur Nonus orbis dubium habet. Nam
Ptolemaeus putauit ꝙ datur quidam motus tardus orbi zodiaco praeter motum
diurnum, qui complet suum circuitum in ꝗ̃ millibus annorum. Et aliqui alij sunt
C imaginati, ꝙ est motus prioritatis & tarditatis, vt ille vir, qui nominatur Alzar-
cala, qui est ex hac nostra terra, scilicet Andaluzia, & qui sunt secuti ipsum, ꝓ-
pter quod posuerunt quandam Astrologiam, ex qua sequitur iste motus. Fuerũt
autem coacti ponere hunc motum, quia ipsi perspexerunt reuersiones Solis ad
quendam punctum notum in orbe signorum, quas inuenerũt varias. Et alij fue-
runt imaginati ꝙ ista varietas prouenit ex additione motus, aut motuum in or-
be Solis. Nonnulli vero existimauerunt ꝙ hoc prouenit ex instrumentorũ er-
rore, aut imbecillitate ipsorummet instrumentorum in cognoscendo ipsos iuxta
verum esse eorum. Tandem apud me est remotum, ꝙ inueniatur orbis nonus si-
ne stellis. nam orbis est stellarum gratia, quae sunt nobilior pars eius. & propte
rea quanto plus habet de stellis, tanto est nobilior. sed de his iam pertractauit
Arist. Orbis aũt, qui mouet motũ magnum, est nobilior caeteris orbibus. quapro-
pter nõ videtur nobis ꝙ sit sine stellis, immo apud me est impossibile. Hoc ergo
est vnũ ex his, quorũ debet fieri mẽtio in quaesito de causa huius motus.

Vtrũ detur Nonus orbis.

Sed iam digressi sumus vnde eramus. Reuertamur ergo ad illud. Et dicamus
ꝙ si ponamus hunc esse numerum horum motuum, sequetur de necessitate ꝙ il-
lemet erit numerus motorum: cum quilibet motus eorum fiat ex desiderio sibi
proprio. Ipsum autem desiderium proprium est ad desideratum proprium,
videlicet si ponamus ꝙ vnus sit motor omnium orbium in motu diurno. Sed, si

De numero motorum.

D imaginemur huiusmodi motum per hoc, ꝙ quilibet horum orbium habeat motorē propriū, tunc numerus motorum perueniet ad quadraginta quinque. Et potest arbitrari primo intuitu ꝙ hæc sit opinio Aristotelis. sed Alexander dicit oppositum in suo libro de principijs vniuersi: videlicet ꝙ ipse ponit motorem orbiū omnium hoc motu esse vnum. Sed quid horum duorum sit conuenientius & magis consonum, indiget quidem inquisitione. Nam, si ponamus ꝙ quilibet septem planetarū habeat proprium orbem, super quē moueatur isto motu, scilicet diurno, hoc inquam dico, vt Mathematici consueuerunt dicere, tunc conuenientius est ponere cuilibet ipsorū motorem proprium in huiusmodi motu diurno. sin autem, tunc natura ageret frustra. sed, si ponamus aliquem orbē non habere motū proprium, tunc eius esse foret inane. Veruntamen, si ponamus rem ita se habere, tunc iste motus diurnus non esset vere vnus, qm̃ non fieret ex vno motore, sed accidit ꝙ æquentur in tempore duntaxat. in se tamen sunt plures motus secundum varia loca ex varijsque motoribus. & sic esset secundū hanc positionē vnus quoquomodo per accidens, quoniam mobilia, quæ differunt velocitate & tarditate, quorum motus sunt vnus per se, & in vno tempore, habent quidē hoc propter partes sphære tantum. Quod autem est per accidens, impossibile est ꝙ sit semper, neque vt in pluribus, in his rebus inferioribus, longe minus in corporibus cœlestibus. & si totum hoc ita se habet, vt narrauimus, vnus igitur motus per se erit in vno mobili, & vnum mobile mouebitur a motore vno. Conuenientius ergo est, vt imaginemur cœlum in se totum esse vnum animal figuræ sphæricæ, cuius conuexum est gibbum orbis stellati, & concauum eius illud, quod cōtangit sphæram ignis, habens quidem vnum motum vniuersalem: & ꝙ illi motus, quos habet vnumquodq; sydus, sint partiales: & ꝙ eius motus magnus est similis motui locali animalium, & particulares motibus membrorum eius. & propterea indigent isti motus centris, super quæ reuoluantur, quemadmodū est terra ad motum magnum: quoniam in Mathematica fuit ostensum ꝙ centra plurium horum motuum sunt extra centrum mundi, et ꝙ non distant a terra eadem distantia. & sic non sumus coacti imaginari plures orbes, quorum centra sit centrum mundi, & eorum poli sint poli mundi distincti abinuicem, immo imaginabimur inter orbes proprios vnicuique planetarum inesse corpora quædam his, ac si non sint a seinuicem separata, & non habent motum per se, sed inquantum totius sunt partes, & ꝙ super hæc corpora mouentur planetæ motu diurno. Ex hac autem nostra positione nullum sequetur falsum. Nam id, quod coegit Mathematicos ponere in quolibet septem planetarum suum orbem, super quos moueantur motu diurno præter orbes proprios vnicuique motui, est quia apud ipsos est impossibile ꝙ vnum mobile moueatur duobus motibus diuersis, si sit vnum mobile super vnam magnitudinem. & hoc etiam potest adaptari secundū hanc positionem, quam imaginati sumus, videlicet ꝙ huiuscemodi orbes mouētur suis proprijs motibus super suos orbes proprios, & motus communis est ex hoc, ꝙ sunt partes maioris corporis, non ex eo ꝙ illę partes habent motum per se, sed ex eo, ꝙ sunt pars. Sed quo pacto istæ partes inter seinuicem se subsequantur ex vno motore, cum sint separatæ, & cur non impediant seinuicem, iam in libro de Cœlo & mundo locuti fuimus de hoc.

Situs & motus orbis, q.

E

Mathematicorum deceptio.

F

Quod motores non possint esse pauciores.

Vtrum autem sit possibile ponere pauciores motores numero, vt aliqui fuerūt opinati, videlicet ꝙ imponamus vnicuique orbi vnum tantum motorem, a quo primum quod moueatur sit planeta, mox influatur ab ipso planeta virtus, qua perficiantur alij motus proprij illi planetæ, & qui sunt gratia ipsius, hoc equidē est impossibile, vt ex prædictis colligi potest, & ex dicendis adhuc post hoc. Nam, si ponamus huiusmodi orbes moueri ex conceptu rerum immaterialium, alij ergo motus, qui insunt vnicuique planetæ, manifestum est ꝙ non fiant ex conceptione planetæ, neq; ex desiderio ad ipsum, vt ex nostris dictis apparuit. Neque sunt ibi etiam virtutes influxæ a syderibus ad cæteras partes sui orbis, cum non habeant de partibus animæ, nisi id, quod fit per conceptum intellectualem. Sed vtrum sit possibile ꝙ numerus harum substātiarum sit maior quam istorum motuum cœlestium, non equidem est impossibile. Si autem po-

A namus inueniri aliquod horum principium præter illa, quæ numerauimus, tunc
illud principium habebit aliquam actionem sibi propriam, siue fuerit principiū
ad vnum istorum principiorum, vt ad nobilius ipsorum, siue ad omnia ipsa, quē-
admodum res se habet de primo principio, vt post hoc declarabimus: siue fue-
rit principium ad aliquas res, quæ sunt sub orbe Lunæ, vt de intellectu agente
res se habet: quoniam impossibile est inueniri aliquod horum principiorum no-
bilium, quod non habeat aliquam actionem, nam impossibile est quin ex esse n-
tia ignis proueniat combustio. hæc autem principia sunt agentia naturaliter,
quemadmdum Sol illuminat naturaliter. Ad hæc, si inueniretur aliquod horum
principiorum, quod non haberet aliquam actionem, natura fecisset quid frustra.
quamuis enim esse eorum ex prima intentione non sit propter suam actionem,
sed ex secunda intentione, vt ostendemus, nihilominus idem est in hoc, videli-
cet ꝙ non inuenitur aliquod principium eorum frustratum. Quapropter conue-
nit hic nos determinare ꝙ numerus eorum est finitus, & ꝙ impossibile est inue
niri principia non agentia.

ET postq̃ fuit declaratum hoc de numero ipsorum principiorum, considerā-
dum est quodnam habeant esse, quoue pacto moueant, & quot modis sunt
principia horum corporum cœlestium diuinorum. Et via huius consideratio
B nis est, vt supponamus hic id, quod in scientia de Anima fuit declaratum: cum
plura principiorum, quibus vtuntur hic, sint assumpta ab illa scientia. & nulla
equidem est via ad notitiam huius generis essendi in eo, quod est sibi proprium,
nisi post notitiam illius scientiæ. Et propterea est dictum in legibus diuinis, co-
gnosce teipsum, & cognosces Creatorem tuum.

Et dicamus ꝙ iam in illa scientia fuit declaratum, ꝙ formæ habent duplex — Quod sit esse
esse, sensibile videlicet siue simile sensibili, & est illud esse, quod habent ex eo, — ipsorum mo-
ꝙ sunt in materia: & esse intelligibile, quod quidem habent ex eo, ꝙ sunt denu — torum.
datæ a materia. Si ergo dantur formæ, habebunt quidem esse ex eo, ꝙ non sunt
in materia: erunt igitur de necessitate intelligentiæ separatæ. nā formæ, inquan-
tum formæ, non habent tertium esse.

ET postq̃ declaratū fuit ꝙ huiuscemodi motores habent esse, inquantū sunt — Quo pacto
intelligentię, considerandum igitur est quonā pacto moueant corpora cœle- — motores mo-
stia. Sed nullus restat modus, nisi p modū imaginationis ꝑ intellectū: quam — ueant corpa
quidem sequitur desiderium, quemadmodum mouet forma desiderati ipsum desi- — cœlestia. 12.
derans Corpora igitur cœlestia hñt intellectum de necessitate, cum sint compre — Meta. 36. &
hensiua. & hæc est demonstratio propter quid & quia. Et qm̃ motus fit cū desi- — inde.
derio, ergo hñt de necessitate desiderium rationale, & nō habēt de partibus aīę,
nisi hanc partem tm̃. Nā impossibile est ipsa habere sensus, cū sensus sint impoli
C ti aīalibus propter salutē eorū, & perfectionē. hęc autem corpora sunt ęterna.
Neq; hñt etiam virtutes phātasticas, vt imaginatus est Auic. quia potentię phā-
tasticę non possunt reperiri sine sensibus, vt in scīa de Aīa fuit declaratum. nam
intentum ipsarum virtutum phantasticarum est, vt animal necessario moueatur
a sensibilibus post eorum priuationem. & hoc etiam vtplurimum fit propter sal
uationem & perfectionem. Adhuc, si res ita se haberet in corporibus cœlesti-
bus, vt est opinatus Auicen. videlicet ꝙ imaginentur situs, super quos permutan-
tur, tunc eorum motus non esset vnus, & continuus, vt veniant vnus post alium
contrarium, videlicet rerum phantasiatarum, & contra id, quod in eis est. Habēt
tamen situs quodam accidentis modo, & in relatione vnius ad alium. nam decli
natio, quam habet motus Solis, est quid ortum ex situ orbis eius ad magnū or-
bem. Si ergo est impossibile hęc corpora habere phantasiam, minime quoque ha
bebunt motus particulares: sed eorum motus est vnus continuus hoc modo, — Quo pacto
quem dicam. videlicet, quod cum ipsa comprehendant bonum, quorum perfe- — corporū cœ-
ctio consistit in eius conceptione, desiderant assimilari sibi secundum perfectio- — lestiū sit mo
nem sic, videlicet quod perueniant ex eorum esse ad nobiliorem rerum, quę — tus vnus cō-
sunt sibi possibiles. & quia melius est quod moueantur quam quod quiescant, — tinuus.
cum motus sit quędam vita rebus naturalibus, ideo sunt in continuo motu. et hoc
non est, propterea quia eorum conceptio sit gratia motus, nam, si ita esset, tunc

nobile esset propter minus nobile. sed quia motus prouenit ex illa perfectione, D & insequitur ipsam, quemadmodum insequitur combustio formam ignis: & sicut quando nos peruenimus ad vltimam perfectionem, est melius nobis ꝙ influamus de illa perfectione alijs iuxta posse, non quod perfectio nostra sit propter aliud: ita res se habet de corporibus cœlestibus cũ his, q̃ sunt iferiora illis. & hoc declarabimus post hoc. Ex his ergo dictis apparet quodnã esse habeant isti motores, & quomodo fit motio ipsorum. Ex quo etiam ostenditur ꝙ nõ sunt tantum motores corporũ cœlestium, immo dant eis formas suas, quibus sunt id, quod sunt. Nam, si ipsi tollantur, nequaquam reperietur forma corporum circularium: quemadmodum si tollatur intellectus, qui est in actu, tunc non inerit nobis vltima perfectio. & ideo sunt eorum agentia quoquomodo, cum ipsum agens præstet essentiam rei, siue fuerit talis actio continua, siue intersecta. Melius tñ est ꝙ sit continua, quemadmodum sunt aliquo modo formæ ipsorum. Nam formæ corporum cœlestium nihil aliud sunt, quam id, quod intelligunt ex ipsis. & quia mouentur ab eis, vt diximus per modum desiderij, ideo sunt fines eorum. Hæc igitur principia sunt huius sensibilis esse, veluti forma & agens & finis. & ideo hoc esse sensibile non prouenit ab eis, ita ꝙ sint propter ipsum, immo illud est gratia ipsorum, vt declaratum fuit ex hoc tractatu. Non restat ergo, nisi ꝙ ordo ille proueniat ab ipsis ex secunda intentione, & eo modo, quo dicitur ꝙ E dator legis confert nobilibus: non ꝙ ipse adipiscatur perfectionem. Apparet ergo ꝙ entia sunt duplicia, vnum videlicet, quod fuit aptum inseruire alij, quod est eius finis: aliud vero est, quod perficit aliquod aliud. quod quidem ideo perficit ipsum, quia est princeps, non propterea ꝙ sit gratia eius. & hæc duo genera inueniuntur in quæstubus, & artibus liberalibus voluntarijs.

Motores eẽ formas corporum cœlestium.

ET postquam fuit declaratum quot modis ista separata sunt principia inter seinuicem, & quomodo sunt principium substantiæ sensibilis, & qualiter cõparentur ad ipsum: considerandum ergo est quomodo comparantur ista principia inter seinuicem, & vtrum habeant eundem gradũ essendi in vniuerso, ita ꝙ mundus habeat plusquam vnum principium. Vtrum aliqua eorum sint causata ab aliquibus, & omnia tandem desinant ad vnum principium, quod est primũ in illo genere & præcedens omnia illa, et reliqua sint principia per id, quod acquirunt ex illo principio. Et si ita sit, quot modis sint aliqua eorum principium aliquorum, & ipsum primum sit principium omnibus.

Quæ proponanturdeclaranda.

Et dicamus ꝙ, si ista principia considerentur, inuenientur præcedere vnum aliud inter seinuicem nobilitate. Nam motor, qui mouet motu diurno, est omnibus nobilior, cum omnes moueantur ab ipso per accidens, & ipse non moueatur ab ipsis. Illud adhuc, cuius motus est velocior, & corpus maius, est nobilius de necessitate. & si considerabis hoc in reliquis, inuenies ea sic differre. Ea aũt, F quæ differunt dignitate, si vnum non excedit aliud in specie, videlicet, ꝙ sint species plures, quarum vna sit nobilior alia, tunc diuersitas, quæ inest eis, fit ex prioritate vnius ad aliud in eadem specie, in qua communicant. Et quæ ita se habent, vnum erit de necessitate causatum ab alio: & prius omnibus in hoc est ipsa vltima causa eorum, & causa, ob quam omnia ipsa habent esse. Manifestũ ergo est ꝙ nobilior horum motorum est ille, qui mouet motu diurno. Iste ergo motor est vltima causa ipsorum, & causa, ob quam omnes alij sunt. Declaratũ quoque fuit ex hoc, ꝙ reliqua mobilia communicant cum hoc mobili in motu suo, & mouentur cum eo: cõicant ergo in eius apprehensione. Vnũquodque igitur ipsorum habet conceptum vniuersalem, i. cõem & proprium sibi. Vniuersalis aũt comprehensio est, quam habent omnia ipsa ad istum motorem. Propria vero est illa, quam vnumquodque ipsorum habet ad vnumquodq; motorem. Et huius cõitatis proportio ad id, quod est proprium vnicuique, ipsorum non est cõparatio generica, cum ista comprehensa sint immaterialia: sed eius comparatio ad hæc est comparatio rerum comparatarum ad vnum aliquid, quod præcedit eas, & est causa vt sint. Vniuersale adhuc est prius particulari. nam, si auferatur vniuersale, tollitur & particulare. si impossibile ergo est ꝙ talis comprehensio præcedat prioritate generica, erit igitur de necessitate eius prioritas ad reliqua

Quo pacto prima principia inter se comparẽtur.

A comprehensa prioritas causæ. Ita etiam videtur res se habere in illis multis motibus, qui insunt vnicuique planetę. Nam, cum appareat ꝙ huiuscemodi motus sint propter motum planetæ, oportuit de necessitate ꝙ motores eius sint pp motũ planetæ. aliter. n. motus planetæ fieret ab eis per accidẽs. Si ergo totũ hoc ita se habet vt narrauimus, sequitur ꝙ qlibet planeta habebit plures q̃ vnũ motum, & eius motores necessario erunt causati a motore planetæ, & motores septem planetarum erunt causati a motore magni orbis. Hoc est quantum sermo dedit tractare de esse primi principij in hoc genere. & fortasse ipse Aristo. declarabit post hoc ꝙ non sufficit hunc motorem esse primum principium, si consideremus ea, quæ sunt propria vnicuique ipsorum. Videtur adhuc sermone vniuersaliori præcedenti ꝙ necessario ista separata finiunt ad primum principium, & ꝙ ipsa non sunt simpliciter vnum ab alio, ita ꝙ nulla sit dependentia causę, & causati inter ipsa: q̃m non euadit quin dicatur nomen principij de vtroque vniuoce aut pure æquiuoce, aut ordine & proportione, & est vnus ex modis, quibus dñr nomina analoga. Quod aũt dicantur vniuoce est falsum: q̃m vniuoca habent pluralitatem ratione materiæ, hęc autem sunt immaterialia. Est quoque falsum ꝙ nomen principij dicatur de eis pura æquiuocatione, cum fuerit iã ostensum ꝙ sunt eiusdem generis. Nihil igitur aliud restat, nisi ꝙ dicatur de eis nomen principij secundum prius & posterius. Ea aũt, quę dñr secundũ prius &

Quo pacto oĩa prĩcipia finiũt ad primum principium.

B posterius, necessario comparantur ad vnum aliquid, quod est causa, vt illa res insit alijs. vt exempli gratia, nomen caloris, quod quidem dicitur de rebus calidis per comparationem ad ignem, qui est causa vt calor insit alijs rebus calidis. Hinc apparet ꝙ oportet in his principijs ascendere ad vnum principium (sed nõ proprie, quemadmodum fuit ostensum in præcedenti sermone) siue fuerit eorum ordo in comparatione ad ipsum vnus ordo, videlicet ꝙ vnum excellat aliud. & hoc etiam non declaratur ex hoc sermone, quemadmodum ex præcedenti. Adhuc ostenditur hoc, quia nos videmus operationes horum corporum cœlestium, quæ fluunt ex motibus suis fauere ad esse vniuscuiusque entium existẽtiũ apud nos, & ad eorum conseruationem: ita ꝙ, si tolleretur vnus ex his motibus, corrũperetur esse rerum, & ordo earum. Hinc est ꝙ videmus Lunã & Stellas erraticas fere seruire ipsi Soli motu earum, eumque insequi. nam nos inuenimus eos semper progredi per distantias terminatas ab eo, i. per propinquitatem & remotionem itinerum determinatorum, videlicet in velocitate & tarditate, vt in scientia astrorum Mathematica ostensum fuit. huiusmodi autem operatio non potest inesse eis per accidens: necessario igitur intendunt motu suo vnum finẽ. sed quia esse eorum non est pp res, quę sunt hic, ideo ille finis, quo cõicant, est causa vt conueniant, & adiuuẽt ad esse entium, quę sunt hic. Nam q̃n aliquod passum ha-

C bet esse a pluribus q̃ vno motore, tunc perficitur eius esse per se cõitatem illorũ motorum in vnum finem. & hoc innuit Deus gloriosus, cũ dixit, si in eis essent Dij, præter Deum, corrumperemur. Demũ mundus est vnus per vnũ principiũ. aliter. n. esset vnus per accidens, aut oporteret ipsum non esse.

Comparatio mundi ad ciuitatem. 12. Me. 52.

VNiuersaliter igitur res se habet in mundo, quemadmodũ in ciuitate proborum virorũ, quę licet habeat plures principatus, ascendunt oẽs ad vnum principatũ, & intendunt vnũ finẽ: aliter. n. non esset vna. & quẽadmodum ex hac parte ciuitas perpetuatur, ita etiam res se habet in mundo. Hinc fit, ꝙ illę ciuitates, in quibus sunt plures principes, facile incurrunt corruptionem, cum habeant vnitatem quodam accidentis modo.

ET postq̃ fuit declaratũ, quod esse habeant hæc principia, & qualiter comparẽtur ad mundũ sensibilẽ, & inter seinuicẽ, considerandũ est de his, quæ sunt sibi ꝓpria. & ponemus cõsiderationẽ nrãm in hoc, vt diximus, ab eo, quod in scĩa de Aĩa fuit declaratũ. Et dicamus ꝙ quodlibet horũ principiorum intelligit seipsum. & hoc patet, ꝓpterea q2 intellectus noster ita se habet, s. ꝙ accidit ei ꝙ q̃n intelligit intelligibilia, conuertitur ad intelligendũ seipsum, cum eius essentia sit essentia intelligibiliũ. Si igitur iste intellectus est ipsummet intellectũ, multo magis ita se habebit res in intelligẽtijs separatis. Nã iste intellectus cum habeat istam proprietatem ex eo, ꝙ non est infixus materiæ, licet habeat

Quodlibet principiorũ seipsum intelligere.

dependentiam cum materia, tanto magis habebunt hoc intelligentiæ separatæ, quæ nullam habent dependentiam cum materia. & ideo intellectus, & intellectum in eis habebit magis de vnione quam sit in nobis. nam licet intellectus noster sit ipsummet intellectum, aliquam tamen habet transmutationem ex eo, quod attribuitur materiæ. D

Vtrũ itelligentię intelligãt aliquid extra se.

ET postquam est declaratum quod quælibet harũ intelligẽtiarũ intelligit seipsam, contẽplari decet vtrũ vnaquæq; ipsarũ intelligat aliquid extra se, aut non. Et dicamus quod iam fuit ostensum in libro de Aĩa quod intelligibile est perfectio intelligentis, & eius forma. & cũ dicimus vnum istorũ intelligere aliud, dicimus quod intelligit illud, ita quod perficitur per ipsum. illud ergo aliud præcedit ipsum, & est causa, ob quam sit illud. & itidem, si posuerimus vnum eorũ esse causatũ ab alio, necessario causatũ cõprehendet suam cãm: adeo quod hæ duæ res conuertũtur, videlicet quod quodcunque horũ principiorum comprehẽdit aliquũ aliud, illud quidẽ aliud erit eius causa: & quod quicquid est eius causa & cõcipitur a causato. imposs bile est quod causatũ concipiat essentiã suã, præter hoc, quod cõcipiat id, quo extat sua essentia. sed iã fuit declaratũ quod quodlibet ipsorum comprehendit essentiã suã: ergo necesse est quod causatũ ab ipsis concipiat suã cãm. Hinc apparet quod aliqua eorũ sunt principiũ quorundam aliorũ per modum formæ, & efficientis, & finis, sicut fuit ostẽsum de cõparatione eorũ ad formã corporũ cœlestiũ. E nã vtraq; cõparatio est eadẽ. Neq; est in eis etiã causa propter causatũ: quia impossibile est quod nobilius sit propter ignobilius. Sed si prouenit causatũ in eis a causa, illud quidẽ est quid sequẽs perfectionẽ causæ, quemadmodum vstio sequitur substantiam ignis. Et si totum hoc ita se habet, vt narrauimus, manifestum ergo est, quod impossibile est in his vt causa comprehendat causatũ suũ. nã aliter posset causa conuerti in suum causatũ. & perficeretur nobilius per minus nobile: quod est falsum. Hinc habetur manifeste, quod si habeant causam primam, quæ non sit causata ab aliquo, vt in præcedentibus fuit ostensum, quod non comprehendet nisi essentiã suã, & non comprehendet causatũ suum. & hoc non est proprium primo principio eorũ, sed est quid cõe omnibus & corporibus cœlestibus: quia nõ videmus ipsa concipere res, quæ sunt sub ipsis eo modo, quo habent esse: quia si ita foret, tũc perficeretur nobilius per ignobilius, & eorũ conceptus essent generabiles & corruptibiles, quemadmodũ fit in intelligibilibus humanis. Quodlibet ergo horũ principiorũ separatorũ, licet sit vnũ, ita quod intelligens & intellectum est idem in eis, nihilominus in hoc præexcellunt seinuicẽ. Cui tñ verius competit vnitas est ipsum primũ, deinde quod sibi associatur, mox et quod illi adheret. Tandem quodcunque eorum indiget ad cõprehensionem essentiæ suæ pluribus prĩcipijs, est minoris simplicitatis, & inest ei aliqua pluralitas: et ecõuerso, quodcũq; indiget ad cõceptũ suijpsius paucioribus principijs est simplicius, adeo quod primũ simplex, & verũ nullo indiget extrinseco ad suijpsius cõprehẽsionẽ. Hoc inquã est, quod protulit sermo de cõprehensione horum principiorum. F

Dubium cõtra ea, quę dicta sunt, quod itelligentiæ nõ intelligãt hęc iferiora.

VEruntamẽ multa insurgunt dubia contra hoc. quorũ vnum est, quod sequeretur quod hæc principia ignorarent illas res, quarũ sunt principia, & prouenirent ab eis sicut procedunt res naturales ex seinuicem: sicut vstio, quę prouenit ab igne, & congelatio a niue, & non influerent ratione cognitionis. Sed falsum est quod procedat aliquid a cognoscente, inquantum est cognoscens, & non cognoscat illud. & hoc indicauit illud dictum dicens, nonne cognouit qui creauit, cum sit ipse sapiens & cognoscens? Ignorantia quoque est defectus, & id, quod est perfectissimum, impossibile est quod habeat defectum. Contra hanc quidem positionem hoc est difficilimum omnium dubiorum. Nos autẽ soluemus ipsum, & dicemus quod, cum agens præstet passo quid sibi simile, & oporteat passum esse quid aliud, & secundum numero, sequitur de necessitate vnum de duobus, videlicet, vel quod sit diuersum ab ipso in materia: & hoc est necessarium, quando passum est eiusdem speciei cum agente absque hoc quod sit inter ipsa excessus dignitatis in forma: vel quod illa diuersitas, quæ est inter ipsa, sit in excessu dignitatis in eadem specie: & hoc scilicet quando agens in illa specie est nobilius passo, nam impossibile est quod passum sit nobilius agente de se, cum eius quiditas

Solutio.

Agens prestare passo qd sibi sile, duobus esse modis.

A prouenit ab agente. In his ergo principijs immaterialibus diuersificatur agens & passum, & causatum & causa, excessu nobilitatis in eadem specie non in diuersitate speciei. & quia intellectus noster in actu nihil aliud est quam comprehensio ordinis & rectitudinis existentis in hoc mundo, & in qualibet eius parte: & cognitio cuiuslibet rei in eo existentis, per suas causas propinquas & remotas ita ꝙ cognoscat totum vniuersum: sequitur ergo de necessitate ꝙ quiditas intellectus agentis hunc nostrum intellectum nihil aliud est ꝙ̄ comprehensio harum rerum, Hinc dicitur quod intellectus agens intelligit res, quæ sunt hic. Oportet tamen ꝙ intelligat istas res nobiliori modo, aliter enim nulla esset diuersitas inter ipsum & nos. Sed quomodo non, cum fuerit iam declaratum ꝙ intellectus noster in actu sit generabilis & corruptibilis, quia est immersus materiæ, eius tamen intelligibile est æternum immateriale? Et propter imbecillitatem intellectus nostri fuerunt necessarij sensus ad eius intellectionem. & propterea quādo priuamur vno sensu, deficit etiam nobis illius intelligibile: & similiter, quando sensatio alicuius rei est corrupta in nobis, amittimus eius intelligibile, neque possumus illud acquirere nisi per modum famosum. Et similiter est possibile ꝙ causæ alicuius rei sint ignotæ, quo ad nos: quæ tamen sunt in essentia intellectus agentis. Et secundum hunc modum possunt reddi causæ prophetiarū, & reliquæ pronosticationes futurorum. patimur tamen nos huiuscemodi

B imbecillitatem ratione materiæ. Et sic etiam sequitur quod intelligibile ipsius intellectus, qui agit ipsum intellectum agentem, nihil aliud sit quam intelligibile intellectus agentis: quia hoc & illud sunt idem specie, verūtamen est aliquo modo nobilius. Itidem in reliquis, donec primum principium intelligat vniuersum nobiliori modo omnium modorum, quibus possunt prę excellere seipsas inter se intelligentias denudatas a materia: quia forma sui intelligibilis nihil aliud est quam forma intelligibilium humanorum specie, multo magis cum reliquis intelligibilibus aliorum separatorum res ita se habebit, etsi sint separata valde in dignitate ab intellectu humano, & illud, quod est sibi propinquius est intellectus, qui separat ipsum, & sic secundum hunc ordinem vsque ad intellectum humanum. & sicut proprium subiectum comprehensionis nostræ sunt res materiales, & si quid intelligimus de his principijs, illud quidem intelligimus secūdum analogiā: licet intelligamus ea secundum ordinem, quia quod propinquius est nobis, est ipse intellectus agens. & propterea fuerunt nonnulli imaginati ꝙ possibile est comprehendere essentiam suam secundum veritatem, ita ꝙ nos efficiamur ipse, & causatū cōuertatur in essentiā cāę. Eodē quoq; modo cōprehēsionis intellectus agētis subiectū est essentia sua. & si qd intelligit de suis principijs id secundū cōparationē intelligit. & sic sequitur res de secundo, & de tertio, donec res declinat ad primū principiū, cuius quidē propriū est nihil intelligere cōparatiue. & ideo nō intelligit aliquod intelligibile, ī quo sit defectus: imo eius intellectus est præ cæteris nobilior, quia eius essentia est p̄stātior oībus essentijs. & ideo in eius essentia nulla est excellētia in gradu & nobilitate, imo ipse est ipsa nobilitas absolute sine cōparatione. Sed si id, qđ intelligit cātum de his principijs, esset idē cū eo, quod intelligit causa de seipsa, tūc nulla inesset ibi diuersitas inter cām & causatū: & nulla inesset quoq; pluralitas in his rebus separatis. Ex hoc ergo dicto apparet qūo pōt dici ꝙ intelligūt oīa, quia hoc eodē modo se habet in oībus ēt in intellectibus corporū cœlestium: & qūo dr̄ ꝙ ipsa non intelligunt ea, quę sunt sub ipsis. Et sic soluūtur dubia præcedētia. nā scdm hunc modum dicitur, ꝙ cognoscunt id, quod prouenit ab eis, cum id, quod ordinatur a sciente, inquantum est sciens, oporteat ꝙ sit scitum, vt diximus. aliter. n. procederet ab eo, sicut procedunt res naturales a seinuicem. Et per hoc dictū acquiescent illi, qui dicunt Deū scire res. Et per secundum dictū facies obmutescere eos, q dicūt ꝙ ipse nō scit id, quod est sub ipso. Nā ipsi non aduertunt æquiuocationem noīs sciētiæ, & accipiunt ipsum, ac si significaret vnā tm̄ rem. & sic sequētur ex hoc duo dicta cōtradictoria, eo modo, quo sequūtur in propositionibus, quæ accipiuntur simpliciter. Et sic per hoc soluentur illæ absurditates prędicte. Nā nō est defectus illi, qui cognoscit aliquid sciā pfectiori, si non sciat illud

C (marginal letter beside "gere cōparatiue")

Quo pacto primus intellectus intelligat.

D

scientia imperfectiori: immo imperfectio est quid oppositū huius. nā ille, qui nō pōt videre aliquid visione mala, sed videt ipsum visione perfecta, nequaq̄ habet imperfectionem in hoc. Et istud, quod diximus, est id quod ex via Aris. vel sociorū eius apparere pōt, vel quod sequitur ex eorū via. Nā ipsi ostēdunt intellectum agentē cognoscere ea quæ sunt hic, i. sub ipso, & sic de intellectibus corporū cœlestiū: Et nihil differt (vt declarauimus) siue admittamus hoc in intellectu agenti, siue in eo qđ est supra ipsum de principijs. impoře nanque est ipsa intelligere aliqd, cū quo nō identificentur, nisi eo modo, quo diximus. Ex his igitur dictis apparet qualiter intelligāt hæc principia essentias suas, et id qđ est extra essentias suas. Quod aūt hęc principia sint substātiæ, nullū habet dubiū, q̄m principia sunt substātiæ de necessitate. Itē, cū nomen substantiæ transferatur ad id, quod est materiale, multo magis ad hæc, quę nō sunt materialia. Nomē ergo substātię verius dr̄ de primo principio eorū, cū eius sub̄a sit cā substātię illorū.

Prima principia eē substantias.

De vita, & delectatione primorū prīcipiorū, 12. Met. 39.

Videtur etiā hæc principia viuere, & delectari sua essentia: & ꝙ primū eorū viuit vita, qua nulla est perfectior, & nulla est maior oblectatio sua: qa ipsummet est ipsa lętitia tm̄, & alijs aduenit lętitia & gaudiū per ipsum. Nā nomen vitæ, cū transferatur apud nos ad viliorem gradū apprehēsionū sensuū, multo magis transfertur nomē ad nobiliorem apprehensionem sensibiliū, & nobiliora genera conceptiuorū. Similiter etiā delectatio cū sit quid sequens apprehensionē, & est nobilior quāto est nobilior dignitas apprehensibiliū in seipsis, & in perseueratione apprehensionis eorum, tanto magis illa delectabuntur vere in sua apprehensione. Vnūquodque ergo præter primū delectatur esse suo, & primo ēt, & lętatur in substātia sua, & in primo quoq;. Primum aūt delectatur & lætatur essentia sua tm̄, & illud, quod lætatur ipso, idem lætatur essentia sua. & quia eius apprehēsio est prę cæteris nobilior, ideo eius delectatio est maior oībus delectationibus. & licet cōicet cū reliquis in hoc ꝙ delectantur continuo, nihilominus, si eorū delectatio habet perpetuitatē, illud fit per eius essentiā. similiter ēt alię res, quibus cōicant, insunt ei per suā essentiā, & illis per ipsum. Et, quia in pręteritis apparuit ꝙ debemus inquirere in substātijs vnū primū, quod est causa, ob quā insit eis pluralitas: nam quælibet pluralitas, vt ibi fuit declaratum, oportet de necessitate ꝙ habeat vnitatem: oportet quoque vt in his substantijs detur vnū primum, quod est causa, vt sint plura & numerata. & hoc est vnū ex illis, quibus pōt ostendi ꝙ est necessarium reperiri in his principijs vnum, quod præcedat illa secundum naturam, inquantum sunt plura: quia excedunt vnum aliud in specie, & quia vnum in quolibet genere est indiuisibile, neq; est plurale in genere illius entis. & cū pluralitas, quæ inest vnicuiq; horum separatorū, insit eis ex eo ꝙ intelligūt de se pluralitatē, vt in pręcedēti tractatu fuit declaratum: sequitur ergo de necessitate in hoc ꝙ ipsum vnum est indiuisibile, per id quod intelligit de seipso. & ideo non intelligit nisi vnam rem simplicem, scilicet eius essentiam, & non potest intelligere aliquam pluralitatē, neque in essentia sua, neque extra suam essentiam. Ipsum, n. est vnū simplex de se: alia vero sunt vnam per ipsum. Et quia vnitas in quolibet illorum separatorū fit quidem per hoc, ꝙ intelligibile in eis sit vnum, & hoc fit eleuando illa intelligibilia plura, quibus idētificatur vnumquodque ipsorum ad vnum intelligibile: sequitur ergo de necessitate ꝙ ipsa vnitas vere, & primo reperitur in ipso primo deinde in sequenti ipsum, postea in sequenti illud per ordinem: adeo ꝙ huic intellectui, qui est in nobis, insit maior pluralitas intelligibilium quam in omnibus intellectibus. Et hoc est illud vnum, de quo non cessauimus quærere in pręcedenti tractatu. & hoc est illud vnum per se, quo reliquæ substantiæ acquisierunt suam vnitatem.

E

F

Quo pacto entia oīa ordinētur a primo principio. 12. Met. 52.

De motorū dependētia.

Et postquā declaratum est id, quod attribuitur ipsi primo principio, & vnicuique entium horū separatorū, conueniens est considerare qūo ordinātur a primo principio, donec desinat ordo ad ignobilius ī gradu quo ad esse sensibile, q̄ quidē sunt ipsa elemēta simplicia, et materia prima. Et dicamus ꝙ iā ex p̄cedenti sermone ostēsum est ꝙ nobilior horū motorū est motor orbis stellarū, & quod ipse est illis prima causa, & hoc est totū illud, quod declaratū fuit iam

A ex hoc tractatu. Nos aūt, si comparationē faciamus inter illa attributa propria il
li primo, videlicet ex eo ꝙ est vnum simplex, quod nō intelligit de essentia sua
aliqua pluralitatē, & inter actionem huius motoris, inueniemus ꝙ non correspō-
debunt sibi illa attributa. Ab ipso.n. motore oportet de necessitate ꝙ procedat
plusq̄ vna forma: quia ipsemet est, qui dat formā cœlo stellato, & esse ipsi mo- Ab vno sim
tori orbis, qui est post ipsum in gradu, seu in ordine. Ab vno tñ simplici, inquātū plici inquā-
est simplex, ꝓuenit vnū, qūo ergo ꝓuenit ab eo multitudo, cū vnū præexcellat tū simplex
aliud inuicē? Nā motor est de necessitate nobilior, q̄ cœlum (vel forma cœli:) et ꝓuenit vnū.
illa essentia, a qua ꝓueniunt hæc duo esse, habet de necessitate partes, in quibus
vna est nobilior alia. &, si hęc essentia ita se habet, s. motor cœli stellarū, neces-
sario ergo erunt causata, & habebit cām, q̄ quidem est cā vt sit. sed in ipso prin-
cipio bene conueniunt illę attributiones p̄cedentes, & ęquantur in ipso, & illud
est ipse Deus gloriosus & excelsus. Nā ponere aliud principium prius isto, esset
de necessitate superfluum: & natura non habet superfluum.

Sed qūo ordinentur ista principia ab isto primo. Videtur ꝙ cōuenientius est,
vt illud, qđ est sibi ꝓpinquius, sit intelligibile simplicius & nobilius. Sed, quia
non apparet aliquis motor nobilior motore vniuersi, ideo oportuit ꝙ ipse sit il-
lud primū, a quo ꝓceditur. de ordine tñ illius qđ sequitur post ipsum est cōsyde-
randū. qm̄ consentaneū est (vt diximus) immo necessariū p̄ponere nobilius. No
B bilitas aūt in his vr̄ esse ex vna quatuor rerū, Videlicet ex velocitate motus:
Aut ex magnitudine corporis mobilis maioriq; ambitu: Aut magnitudine stel-
larum, siue multitudine earū: Quarta ex pluralitate motuū, quibus perficitur mo
tus stellę, et paucitate eorū. Nā quilibet motor, qui indiget ad motionē stellę plu
ribus motoribus, est ꝓculdubio sibi q̄dā imperfectio respectu illius, q minoribus
indiget. Est aūt manifestū ꝙ motor orbis stellarū habet dignitatē his modis, s. qa
eius motus est velocior oībus alijs motibus. eius quoq; corpus ē p̄ cęteris maius,
mouetq; plures stellas vno motu, cōtra id, qđ accidit in alijs syderibus. Sed qūo
ꝓcedat ordo post ipsum, vt diximus, non vr̄ hr̄e veras ꝓpositiones circa hoc,
nisi scđm prius & conuenientius, videlicet ponere hoc iuxta consuetudinē expo
sitorū, s. ꝙ qui sequitur postea gradatim, sit motor orbis Saturni, et iterū sic scđm
ordinē orbium, vt in Mathematicis fuit declaratū. Cā aūt, ob quā nos diximus
ꝙ non habemus circa hoc verā viam est, qm̄, si ponamus dignitatē horum moto
rum esse pp situm orbium eorū inter seinuicē, tunc res illę, q̄ afferunt dignitatem,
essent inter se oppositę, cū ambiens sit maius eo, qđ ambit, inquantū est sibi vt
forma. Tñ nō habebit illā dignitatē, q̄ prouenit ex velocitate motuū, & plurali
tate & paucitate, & magnitudine stellæ, & eius paruitate. qm̄ nos inuenimus
alios orbes inferiores hr̄e velociorē motum, vt orbis Solis, & Lunę. Nisi fortas
C se dicatur ꝙ ista velocitas sit in comparatione ad molē, non in seipsa, & sic ap-
paret res de Sole, qui est maior planetarū, & habet tñ pauciores motus cæteris.
Ex his igitur, vt diximus, non habuimus viā determinantem ordinem eorum.

Querēt tñ aliquis, & dicet si iuxta ordinē vestrū posuerimus ꝙ procedat, exē Dubium.
pli gratia ex motore Saturni aīa sui orbis, et motor orbis sequētis post ipsum, &
motus orbis eius perficitur pluribus motibus, q̄ vno, & quod procedit ab eo est
plusq̄ vnus motor, immo proueniunt, vt apparet sex, quorum vnus est motor or
bis sequentis ipsum, & quinq;, quibus perficitur motus Saturni. sed iuxta positio
nē vestram sequeretur ꝙ non ordinarentur ex isto motore, nisi tres res tm̄, cum
sit in tertio gradu: oportet ergo ꝙ pluralitas inuenta in eius operatione sequatur
de necessitate pluralitatem existentem in essentia sua, quemadmodum vnam es-
sentiam insequitur vna tantum actio.

Dicamus ꝙ bene sequeretur hoc, si poneremus illa res, quæ ordinantur ex Solutio.
hoc motore tertio, existere in eodem gradu (seu ordine) ad ipsum: sed dicimus ꝙ
ordinantur a motore, qui est in gradu tertio, & est. s. motor orbis Saturni (primo
ordine) tria, quorū vnus est motor orbis sequentis ipsum, & secundus est anima
planetę, & postea ordinantur ex hoc motore reliqui tres ipsius motoris Saturni
ordinatim ēt, scilicet secundus a primo, & tertius a secundo. Et si tu dices, sequi-
tur ergo secundum hoc, ꝙ motor Lunę & Solis exempli gratia, cum in essentia

horum principiorum extat pluralitas, ꝙ motores ordinati ex ipsis erunt iuxta pluralitatem existentem in essentia amborum. & sic Luna, exempli gratia, habebit nouem motus: & Sol si ponamus ipsum supra Lunam, & sub Venere, & Mercurio iuxta discrepantiam, quę existit in hoc inter Mathematicos. D

Et dicamus ꝙ, si pluralitas proueniens ex vnoquoq; ipsorum oporteat nihil aliud esse, q̄ quod diuidatur in ea ipsa essentia, est equidem verũ. et ideo ex vno prouenit vnum, & non possunt ordinari ex eo duo: neq; est posse ꝙ id, cuius essentia est diuisibilis in duo, ꝙ ordinentur ab eo tria: & sil'r id, cuius essentia est diuisibilis in tria, ꝙ ordinentur ab eo quatuor. Quod aũt sit necessarium ꝙ id, qđ ꝓcedit ex aliqua essentia, & qđ multiplicatur ex aliquo numero, ꝙ in id diuiditur ipsa essentia, non vr̄ oĩno: cum sit impoſe, per ea, quę dicta sunt in præteritis, ꝙ aliqua horum principiorum non habeant actionem. Sed ꝙ oĩno operationes cuiuslibet eorum sint scđm illum numerum, in quẽ diuiditur eius essentia, fortasse non erit necessarium, et reducetur hoc ad excessum dignitatis eorũ. & si aliquod istorum, cuius essentia est diuisibilis, fuerit nobilius, connumerabuntur eius operationes in seipso. & si fuerit ignobilius, tunc eius operationes deficient a pluralitate suę essentię, vel erunt minores. & non sequetur ex hoc illud falsum, qđ sequitur ex ꝓcessu pluralitatis operationũ ab vna essentia, aut qđ ordinetur ex aliqua essentia plurificata, aliqua pluralitas perfectior essentia pluralitatis existẽtis in essentia causę. Cõuenit ergo in ordine harũ substantiarũ obseruare modũ ordinis vnius ab alia: et non cõtinget illa falsitas, a qua fugimus, s. ꝙ ex vno nõ ordinetur vnũ: immo cã huius opinionis est oppositũ, videlicet ꝙ, cũ fuerit certificatũ ꝙ ex vno nõ ordinatur nisi vnũ tm̃, existimatur ꝙ hęc ꝓpositio conuertitur, s. ꝙ vna actio non ꝓueniat nisi ex vno tm̃, & dualitas ordinetur a duobus tm̃. Verũ est tñ, ꝙ ex vnitate non ordinatur nisi vnũ tm̃, & ex dualitate nõ ordinatur nisi dualitas, aut minus. qđ aũt dualitas ordinetur oĩno ex dualitate, hoc non est necessarium. Ista est via posteriorum Philosophorum Arabum, vt Alfarabij, & aliorum. & põt arbitrari ꝙ sit via Themistij ex prioribus, & Platonis sed illud, quod narraui, est fortior declaratio, q̄ attulerunt in hanc sententiam. E

Habet tñ dubiũ. nã, cũ dicimus qđ ex vno non ordinatur nisi vnum, est verũ de agente, inquantũ est agens tm̃, non inquantũ est forma & finis: quia forma et finis dicuntur agẽtia quodã mõ similitudinis. Sed q̄situm proprium huius rei est, vt dicamus vtrum sit possibile, ꝙ ex vno simplici ordinetur plusquam vnum, et perficiatur per ipsum plusquã vnum. & si hoc est impossibile, tunc petitio est vera. & si est possibile, tunc est inanis. de hoc tñ iam alibi fuimus locuti.

De ordine inter motores.

Ponamus aũt rem ordinatim sic. Ex primo principio ordinatur motor orbis stellarum. & ex motore orbis stellarum ordinatur forma orbis stellarum, & motor orbis Saturni. & ex motore orbis Saturni ordinatur aĩa planetę, et motor orbis Iouis, & vnus motor tm̃ ex motoribus, quibus perficitur motus planetę Saturni. & ex hoc motore ordinantur reliqua tria mobilia ipsius motus huius planetę ordinatim ẽt. mox ex motore orbis Iouis ordinantur quoq; tria, s. motor orbis Martis, & anima orbis eius, & tertius motor, a quo ordinantur reliqui motores, quibus perficiuntur motus eius scđm ordinẽ secundi a primo, & quarti a tertio. & sic potes imaginari rem in oĩbus. istę tñ ordo nõ habet iudicium decisiuũ, sed scđm prius et conuenientius. Possumus tñ opinari ꝙ motor Solis ordinatur a motore orbis stellarũ, & postea ordinatur ex motore Solis motor Saturni, dein de isto mõ scđm ordinẽ vsq; ad motorem orbis Lunę. & huius ordinis, quẽ diximus, affert testimonium id, quod apparet ex peragratione planetarum in cõparatione ad Solẽ, & quod seruant semper in velocitate & tarditate terminatas distãtias, & pćipue Venus et Mercurius. Nã motus horum duorum orbium ferẽtium ipsos sunt æquales motui Solis. & Luna quoq; vr̄ peragrari peragrationẽ ęqualem apud coniunctionẽ, & in oppositione apud quadratum. & hoc hercle inuenitur in illis tribus rebus. & iõ non est longinquum (vt diximus) ꝙ Sol sit nobilior oĩbus, & eius motor associetur in gradu orbis stellarum fixarum. tandẽ (vt diximus) non habemus propositiones, quibus possimus adipisci ordinem eorum per verã viam. Intellectus aũt agens ordinatur ex vltimo horum in ordine: & F

De ordine intellectus agentis.

A ponamus ipsum motorē orbis Lunę. Elemēta vero sunt de necessitate cāta a magno motu. & hoc iā in libro de Cœlo et mundo fuit declaratū. ibi. n. fuit dictū ꝙ de natura motus est gñare calorē, & ad eē caloris sequitur leuitas, q̄ est forma ignis, & ad priuationē motus sequitur oppositū, s. grauitas. & ppea desinit ignis in cōcauo corporis sphęrici: et firmatur terra in medio ob eius remotionē a motu ipsius ambiētis: et simplicia, q̄ sunt inter ignē, et terrā, s. aqua et aer, habēt vtrāq; dispōnem, videlicet grauitatē & leuitatē, s. grauitatē respectu superioris, et leuitatē respectu inferioris. Tādē cū corpora simplicia habeāt eē ex eo, ꝙ sunt cōtraria: & nihil aliud sit, qđ efficiat cōtrarietatē eorū, ꝙ̄ motus corporis sphęrici: necessario ergo corpus circulare est eorum agens, & conseruans. Neq; hēt tm̄ istas duas pportiones ad ipsa, immo se hēt ad ipsa, vt forma, et ipsa sunt vt materia ad ipsum. Inferius ergo ipsorū pficitur a superiori, donec sint oīa perfecta p vltimū corporis circularis. & hoc iā in libro de Cœlo et mūdo fuit declaratū. Itē corpus circulare, put est sphęricū, impole est quin habeat corpus, sup qđ reuoluatur, qđ est cētrū. & illud, qđ ita se hēt ad corpus cœleste, est ipsa terra, et inuēta terra inueniuntur reliqua elemēta. Necessario ergo sunt elemēta, quia & corpora cœlestia inuenta sunt, quēadmodū de necessitate sunt lateres, et parietes ex forma domus. Et postꝗ̄ hoc est ita, sequitur ꝙ corpus cœleste est cā vt elementa inueniātur p hoc, qđ est cōseruans, & agēs, atq; forma & finis. De similaribus aūt partibus iā fuit ostēsum in scīa Naturali ꝙ nō est opus reddere alias cās ppinquas ꝑter elementa, & motū corporū cœlestiū ēt. Et apud Arist. quoq; sunt aliqua corpora mixta aīata, pp corpora cœlestia. & iō dicit Aristo. ꝙ Sol & hō generant hoīem. & cā apud me est, qa indiuiduū gñatur ab indiuiduo, sicut ipsum. &, cū illa corpora sint viua, adhibēt vitā rebus istis inferioribus: quia nihil pōt mouere materiā ad pfectionē aīatam, nisi illud corpus, qđ est naturaliter aīatum. nā, si aliquid pstat vtilitatē alicui rei, id facit quia hēt ipsum in se. Aristo. aūt non ponit in scīa Naturali principium aliquod separatū, qđ sit intellectus, nisi in intellectu humano, et ī motu corporū cœlestiū. In humano qdē intellectu cū intellectus materialis nō sit mixtus, neq; est ibi materia, ita ꝙ oporteat ipsum trāsmutari ab aliquo corpore: in corporibus vero cœlestibus, propterea quia perdurant in infinitū.

B

De depēdētia, ac ordie elementorū.

Et ista ē, vt narrauimus, sermo ergo in scīa illa cogit nos ponere principiū extrinsecū ad esse plantarū & aīaliū. qm̄ nos videmus ipsa habere potētias, q̄ hūt operationes determinatas, quibus agunt ad aliquē finē, vt aīa nutritiua. & iō nō possunt attribui elemētis. Neq; possunt ēt attribui in esse suo ad indiuiduū generatiuū, cū indiuiduū pstat huiuscemodi res, videlicet vel materiā recipientē, vel organum, vt res se habet de spermate & sanguine mēstruo. & hoc totū iā in scīa Naturali fuit declaratū. Sed, si res consyderetur in hac scīa, vī ꝙ id, quo hę res sunt intellectę, impole est ꝙ generetur ex forma materiali indiuiduali, inquantū est indiuidualis. Nā, si de natura formę materialis esset generare formā in materia inquantū est materialis, ergo non posset illud attribui formę separatę: sed iā fuit ostēsum ꝙ formę separatę generant formas in materia: ergo necesse est qđ non generēt ipsas formę materiales. Itidē ēt est necessarium, eo quia res materialis indiuidualis generat rē indiuidualē sicut est ipsa: sed forma intelligibilis generata non vī esse res indiuidualis: quapropter oportet vt intellectus agens sit dator formarū corporum simpliciū, & aliorū. generās igitur per se ipsius indiuidui est indiuiduū sicut ipsum. & iō dicit Arist. ꝙ Sol & homo generant hoīem. Indiuiduū aūt generatur per se. sed forma generatur per accidens. & ideo apparet ꝙ eius generans est aliud ab indiuiduo. indiuiduum ergo hoīs, quod generatur ꝑ se, generatur a Sole indiuiduo, & ab homine indiuiduo. illud vero, quod generatur per accidens, & est ipsa humanitas, generatur ab ipsa humanitate expoliata a materia. Iste inquā est sermo inter viam Arist. & viā Platonis de hoc, i. ꝙ forma sit agens. & retine ipsum, quoniam hoc modo tollentur reliquę fallitates.

Quo pacto detur principiū extrinsecū ī generatione terū.

C

Si ergo ita est, vt narrauimus, & ostensum fuit ꝙ corpora cœlestia sunt causa, vt elementa habeant esse, & quot modis sint eorum causæ: sequitur ergo quod formę elementorum sunt causa propinqua vt sit materia prima, quę est cōmunis eis, et hoc per modum formę & finis tantum, nam impossibile est comprehende-

De necessitate materię primæ.

re de caussis materię primę nisi istas duas causas tm̃.qm̄ agēs ideo efficit aliquid, D quia pręstat essentiam suam, quę vr̃ esse eius forma. & materia prima non est essentia formę, ꝙ habeat agens. Neq; pōt comprehendi ēt in ea aiia materia,qa ipsa est prima. Pōt adhuc materia aliter comprehendi ꝙ sit cā, videlicet quia cū materia dicatur de ipsa & de materijs corporum cœlestium, scd̃m quendā modū analogię, s.secundum prius & posterius, & in his, quę ita se habent, illud prius est cā vt sit posterius: sic igitur materia corporum cœlestium erit cā vt ista materia sit, & formę corporum cœlestium tm̃ sunt cā, vt materię ipsorum sint. Et necessitas huius ordinis eorum intelligitur hoc mo.lo, s.ꝙ, cum illa sint abstracta, oportet oīno rōne sui esse perfecti vt procedant ab eis alia entia. & cum formæ aliquorum horū entium impoſe est quin habeant subiectum, ideo fuit necesse vt reperiatur subiectum. Istę aūt formæ hn̄t materiam pp necessitatē. sed esse earum in seipsis est nobilitatis gratia, i. ꝙ necessario est melius ꝙ aię corporū sphęricorū sint q̄ ꝙ non sint. Et per hoc soluitur illud, qd̄ solet dubitari de esse istarū formarum, q̄ sunt hic. Pōt nanq; aliquis dicere, cum habeant esse in rebus separatis scd̃m esse nobilius, cur igitur inueniūtur post hoc scd̃m ignobilius. Sed dicet aliquis ꝙ finis intentus fuit rōne materię, & sic erit nobilius pp ignobile. Nos aūt dicamus ꝙ huiuscemodi esse earum est ex necessitate ipsius esse secundi. esse nanq; nobilius est q̄ non esse. & ideo hn̄t esse imperfectius: & earū esse imperfectum est nobilioris rei gratia respectu priuationis earum. Sunt aūt imperfectę se- E cundum esse, & formę in materijs pp necessitatē: quia impoſe est ꝙ reperiantur perfectiori modo. & quēadmodum est nobis nobilius cum peruenerimus ad vltimam perfectionē, ꝙ inuenimus alios de illa perfectione quātum est possibile, sic se habent principia separata ad esse corporum cœlestium ab ipsis. Sed formę quatuor corporum, i. elementorū, sunt quidem propter necessitatem, scilicet propter esse formę corporum sphęricorum. sunt quoq; in materia necessitatis gratia, ac si coniungatur in eis necessitas duobus modis: vno modo, ex eo ꝙ sunt: secundo ex eo ꝙ sunt in materia. Et causa horum duorum necessariorum in eis est esse corporum sphęricorum. Nam necessitas, quę facit ipsas esse, est esse corporum sphęricorum: & ipsas esse in materijs est esse corporum sphæricorū in subiecto. Formꝫ vero aduenientes post mixtionē elementorum & eorum contemperaturam, sicut sunt formę vegetabilium: & forma hominis, habent suum esse in se pp aīam rationalē: & aīa rationalis pp nobilius, sicut res se habet in corporibus cœlestibus. Et ideo vr̃ ꝙ horū entiū, s. inferiorū, illud, qd̄ est ꝓpinquius in dignitate ad corpora cœlestia, est hō. nam est ueluti medium inter esse æternū, et gn̄abile corruptibile. Aīa quoq; rōnalis est in materia pp necessitatē. & ꝓportio aię rōnalis hic ad id, qd̄ est de formis sub ipsa, est ꝓportio ipsius rōnalis ad intellectū adeptū. & ꝓportio sensitiuę ad rōnalem est ꝓportio materiæ. & silr̄ F ꝓportio nutritiuę ad sensitiuā, & ꝓportio similariū partium ad nutritiuam est ꝓportio materię ēt ad nutritiuā, & est. s. eadēmet proportio formarū similariū partiū ad elementa hoīs. Hō ergo est id, quo coniungitur esse sensibile cū intelligibili. & ꝓpterea perfecit Deus gloriosus in ipso istud esse sensibile, cui euenit imperfectio ꝓpter eius distantiam ab ipso. Sed cur de aīa vegetatiua & vitali reperiantur plures species, q̄ꝫ de alijs, vr̃ ꝙ talis pluralitas sit propter nobilitatē. et in quibusdā earū vr̃ ꝙ sint ꝓpter hoīem, aut aliquę earum ꝓpter aliquas alias, in quibusdā tñ nō apparet hoc, vt in aīalibus hoīum hostibus & plantarū venenificarū. & ideo ostendetur postea ꝙ maior pars horū entiū, q̄ inter se vnū aliud corrūpit, fit quodāmodo per accidens, & pp necessitatē materię, vt Scorpiones, & cętera venefica. quod aūt apparet ex eis est ꝙ corrumpunt id, qd̄ si nō est nobilius ipsis, non est tñ ignobilius. & hoc fuit ex necessitate. Ex hoc ergo dicto iā declaratū est quo pacto res a seinuicē vna ab alia habeant esse, & proportio vnius ad aliam in perfectione: & ꝙ perfectiones oīum referuntur ad primā perfectionem: & ꝙ de necessitate suum esse est causatum ab esse primi.

Cur de aīa vegetatiua, et vitali sint plures spēs.

De cura superiorū circa hęc inferiora.

CONuenit ergo cōsyderare nunc de cura eorum, q̄ sunt hic, i. q̄ sub orbe Lunæ. & procedemus in hoc iuxta radices præsuppositas. Et dicamus ꝙ esse harū rerum inferiorum, vt earum perpetuitas cōseruetur in specie, hoc qui-

A dem est quid intenlū de necessitate, cuius rei efficiens non pōt esse casus, vt plures Antiquorum fuerunt opinati. & hoc apparet, si consyderetur conuenientia motuū cœlestium corporū cū esse cuiuslibet rei, qua hic generatur, & eius conseruatione. & hoc euidentius apparet in Sole, deinde in Luna. Nā de Sole apparet hoc, ꝙ si esset maior q̄ est, & eius locus ꝓpinquior, interficeret gñā plantarū & animalium ꝓpter vehementem calorem. & similiter, si eius corpus esset minus, aut remotius interimeret prę vehementi frigiditate. cuius rei veritas haberi pōt ex hoc, ꝙ id, quo Sol efficit calorem, est eius motus, aut reflexio radiorum eius. & ex locis inhabitabilibus prę nimia caliditate, et forti frigiditate apparet quoque cura, in eius circulo obliquo manifeste. Nam, si nō haberet circulū obliquum, tunc non fieret hic æstas, neq; ver, neque autūnus, atq; hiems. Est autem manifestum ꝙ hęc tēpora sunt necessaria ad esse specierum vegetabiliū, & ipsa cura in motu diurno est euidentissima. Nam, si non esset motus diurnus, non esset ēt dies neq; nox: & tunc medietas anni esset nox, & alia medietas dies: & sic res perirent eo tpe, siue in die ꝓpter fortē calorē, siue in nocte prę vehementi frigore. Lunę quoq; affectus cognoscitur, & ostenditur in generatione pluuiarum, & maturatione fructuum. Est quoq; manifestum ꝙ si esset maior, aut minor, aut ꝓpinquior, vel remotior, aut ꝙ eius lumen non influeretur a Sole, tunc non efficeret hmōi actionem. & si non haberet ēt circulū obliquum, nō faceret diuersas

De Sole.

De Luna.

B operationes in diuersis temporibus. & propterea calefiunt noctes tpe frigoris, & infrigidantur in tempore caloris. Cā aūt, ob q̄ꝫ calefiunt in tempore frigoris est, quia eius situs ad nos, tunc est sicut situs Solis in tpe caloris, cum sit propinquior ad zenit capitis nostri, quia eius circulus est magis obliquus. sed in tēpore caloris res opposito modo se habet, videlicet ꝙ eius occultatio, & eius apparitio erit ex latere meridiei, quia ipsa semper apparet in parte opposita Soli. & si Sol fuerit in meridie, ipsa apparebit in septentrione, & occultabitur in meridie. & cum Sol est in septentrione, res econuerso se habet, videlicet ꝙ apparebit ipsa in meridie, & occultabitur in septentrione. & ideo infrigidat tunc, cum ea hora recipiat radios solares in parte meridiei. Et similiter ēt id, quod apparet de suis peragrationibus ęqualibus in distantijs determinatis a Sole, nō debemus arbitrari ꝙ sit ꝓter curā de rebus, q̄ sunt hic. & quēadmodum diximus de Sole, & Luna ita dē debemus credere de reliquis planetis, & de eorum circulis, & de peragrationibus eorum ęqualibus in distantijs determinatis a Sole. Et ideo dicit Arist. ꝙ eorum peragratio est in peragrationem Solis. Quod quidem ideo dixit, quia apparet ꝙ sequuntur motum eius, & conantur similari sibi. Nos aūt, licet non percipiamus sensu multa prodigia ex motibus eorum exitu centri eorum, & rectitudine reuersioneq;, sententiamus tñ vera determinatione ꝙ hoc prouenit ex cura q̄ habetur de rebus, q̄ sunt hic. Nācisci tñ hoc est quid difficile, cū indigeat

C longo experimento, respectu cuius nostra vita humana est breuis. Et propterea oportet nos recipere hoc ab Astronomis, s. peregrinationes eorum & situm. & hoc iuxta id, quod pōt haberi ab ipsis de varietatibus horum astrorū, i. illud, de quo pōt haberi notitia per longum aspectū. Et possibile est ēt ꝙ sydera faciant hoc, sed ob nobilitatē horum corporum cœlestium, vt diximus sæpissime, nō vr̄ nobis ꝙ cura de inferioribus sibi sit ex prima intentione. Aliter. n. sequeretur ꝙ res ęternę essent corruptibilium gratia, & nobile propter ignobile. Veruntamē, quia curant de his hoc mō, ideo non possumus dicere ꝙ ignorent ea, q̄ sunt hic: cum operationes cognoscentis inquantum est cognoscens, sint cognitæ. tñ cor i scīa est eo mō, quo declarauimus. Et, quia rectitudinem vel iustitiam motuum ꝓsorum acquisierunt per id, quod intellexerunt de essentia suorum principiorum: eorum aūt principia acquisierunt illud a primo principio, quod est Deus gloriosus & excelsus: ergo prima cura de nobis est a Deo glorioso. & ipse est cā loci habitabilis super terrā. & quicquid inuenitur hic de eo, quod est bonum perfectum, prouenit quidē a voluntate & intentione sua: sed proueniunt mala propter necessitatem materię, sicut corruptio, & debilitas seu tabes, et cætera alia. Quod quidē ideo fuit, quia cum hoc esse non possit inueniri nisi vno duorum modorū, videlicet vel ꝙ non inueniantur istæ res, quę patiuntur malum, & sic hoc erit

Oē bonū a deo ꝓuenit: mala vero ex necessitate materiæ.

maius malum: vel ꝙ inueniantur isto modo, cum eorum esse sit impossibile aliter D se habere. vt exempli gratia ignis, cuius iuuamentum in mundo est satis notum, & tamen accidit ei per accidens ꝙ corrumpat multa vegetabilia & animalia.

De cura in aĩalibus habita.

Aspice autem in cura de animalibus, quo pacto imposuit eis sensum tactus: quia hoc est eis possibile, iuxta eorum naturam, adeo ꝙ per ipsum aufugiunt sensibilia corruptiua ipsorum. identidem tribuit vnicuiq; generi animatorum id, quo custodiatur eius esse a rebus insitientibus ipsum. & hoc est iuxta id, quod est de natura illius animalis recipere de ea re. & hoc etiam est vnum, ex quibus apparet ꝙ datur cura de his rebus. Et propterea si tu considerabis multas res horum animalium, videbis ꝙ est impossibile ꝙ inueniantur, nisi ponantur illæ res, quibus conseruatur suum esse. & id, in quo magis apparet hoc, est homo. si. n. non esset intellectus, non posset ipse reperiri aliquo tẽpore. Hinc apparet ꝙ illa principia sciunt mala, quæ sunt hic eo modo quo sunt: & ꝙ non peruenit eorum cura tantum ad hoc, ꝙ præstent nobis esse: sed res etiam, quibus conseruemus esse nostrũ ab eo, quod habet corrumpere nos.

An superiora curam habeãt ipsorũ singulariũ: & pręcipue Deus.

Et Alexander dicit ꝙ qui dicit ꝙ illa habent curam de omnibus singularibus, est dictum valde erroneum, vt quidam putabant. nam cura asi eis fiet ex eo ꝙ sciunt, vt prædictum fuit. quo pacto ergo poterunt habere nouas notitias particulares, maxime ꝙ erunt infinitę? & qui ita dicit, attribuit Deo impietatem etiam de necessitate. nã si ipse procedet via regitiua vniuscuiusq; indiuidui, qualiter ergo patitur indiuiduum mala, dum Deus regit ipsum? Intelligo autem per genera malorũ hic id, quod est possibile non ruī in ipsum. mala. n. necessaria, si accidant in aliquo indiuiduo, non debet aliquis dicere ꝙ hoc non sit a Deo. Sed maior pars illorum, qui credunt hanc opinionem de cura, putant tribuere sibi possibilitatem: quoniam omnia sunt possibilia apud Deum. & ideo oportet secundum ipsos de necessitate attribuere ei impietatem vel iniustitiam. E

Impossibile est oĩa esse possibilia.

Quod autem sit impossibile omnia esse possibilia est manifestissimum. Nam impossibile est corruptibile esse perpetuum, & ipsum æternum esse corruptibile. quemadmodum est impossibile triangulum habere angulos æquales quatuor rectis, neque ꝙ colores euadant soni. Tractare autem de hoc nocet in scientia humana valde. Qui autem dicit in huius rei ratione ꝙ eius operationibus non potest attribui iniustitia, sed boni & mali attributio est eadem, est dictum extraneum valde a natura hominis, & remotum a natura entis, quod est in vltimo bonitatis. Nam non non dabitur aliquod bonum per se, sed ex suppositione: neque aliquod malum de se, immo malum poterit esse vel euadere bonũ, & bonum, & bonum malum. & nulla dabitur veritas, adeo ꝙ magnificare primum, & inseruire ei erit bonum ex positione. & sic erit possibile ꝙ sit bonum dimittere inseruire sibi, & declinare a credulitate magnificandi ipsum. Et omnes istę opiniones videntur esse similes opinionibus Pythagoræ. nos autem explebimus declarare quid enorme contineat, quem redarguemus in tractatu illo post F istum cum auxilio Dei gloriosi.

Epitomes Auerrois in Librum Metaphysicæ finis.

SEQVENTIS THEOPHRASTI
LIBRI RECOGNITIO.

Libellum hunc Andronicus, & Hermippus non agnoscunt. nec enim prorsus de eo mentionem fecere, in librorum Theophrasti descriptione. At Nicolaus (is enim ex Suda creditur è Damascenorum vrbe Philosophus Peripateticus: Herodi Iudæorũ Regi, Augustoq; Cæsari familiaris) in speculatione τῶν μετὰ τὰ φυσικά *Aristotelis, eius meminit, Theophrastiq; esse asserit. Sũt aũt paucæ quædã in eo ꝓuiæ tractatus vniuersi dubitationes.*

THEOPHRASTI METAPHYSICORUM LIBER.

Caput Primum. Dubitationes, quo pacto se habeant intelligibilia cum naturalibus, & quæ sint ipsa intelligibilia.

A Vo pacto, ac quibus eam, quæ de primis est, specu-
lationem determinare oportet? Etenim ea, quæ na
turæ est, plurifida, vel (quemadmodum quidam
aiunt) ordinata minus existit, mutationes subiẽs
omnimodas. At quæ circa prima versatur finita
est, & circa eadem semper. Quamobrem in intelli-
gibilibus quoq;, que sensui peruia non sunt, ipsam
ponũt, vtpote motu, mutationeq; priuatis: atq; in
summa honorabiliorẽ, maiorẽq; eã esse existimant. Sit igitur initiũ,
vtrum consensum quendam, ac mutuã veluti societatem cum natura
libus intelligibilia habeant: an nullã, sed tanquã seiuncta vtraque ad
oẽm quidẽ substantiã quodam modo sese adiuuẽt. Rõni profecto ma
gis consentaneum existit, propinquitatem quandam inesse, & nõ pe-
regrina fateri oĩa, sed verbi gratia, aliqua quidem esse priora, aliqua
vero posteriora, nonnulla autem principia, quædam sub principiis
B collocata, quemadmodum & æterna ad ea, quæ corruptioni obnoxia
sunt, se habere videntur. Si igitur res ita habeat, quænam ipsorum, &
in quibus erit natura? Quippe si solis sint mathematicis intelligibi-
lia, vt nonnulli aiunt, neq; admodũ insignis cum sensibilibus, neque
prorsus idonea esse videbitur cognatio cuiusq;: vtpote quæ profecto
excogitata sunt. Esse autem videntur, nobis figuras, formasq;, ac ra-
tiones accommodantibus. At hæc per illa nullam nacta sunt naturã.
Si vero non, fieri nequit, vt sic cum iis, quæ natura constant, conspi-
rent, vt illis tanquam vitam, ac mouendi facultatem suggerant. Sed
ne numerus quidẽ ipse hoc præstare posset: quẽ ẽt primũ atq; maxi-
me principẽ quidam faciunt. Est aũt alia quædam, quæ prior, ac præ-
stantior est, substantia, de qua disserere tentandũ est, sit ne vna aut nu
mero, aut specie, aut genere. Erit igitur oppido quã rationabile, eam,
quæ principii naturam sortita est, in paucis esse, si abundãtibus insit,
nisi & in primis, & eo, quod primum est, collocata sit. Quænam ergo

fit hæc, quiq; plures ipsi quoquo modo demonstrare conandum est, D siue proportione, siue similitudine alia. Forsitan aũt potestate quadã atq; aliorum excessu, perinde atq; Deus, accipi debet. diuinum siquidé oium principium existit, per quod & sunt, & permanent vniuersa. Hoc itaq; modo asignare forte erit perfacile. at vel clarius, vel ad suadendũ aptius, difficile. Cũ aũt principiũ sit hmõi, quod cum sensibilibus affinitaté habeat: natura vero (vt simpliciter dicã) in motu ꝑsistat, quod & illi proprium existit: manifestũ est ipsum constitui debere motus causam. At cum per se immobile habeatur, cõstat ipsum nõ esse causam, vt quæ a natura sunt, moueantur: sed hoc alii cuidam meliori, ac priori relinquendum est potestati: qualis est illius ipsius, qđ expetitur, natura, a qua circularis, continua, & irrequieta latio prouenit. Quapropter scđm hoc haudquaquã motus esse principium resoluamus oportet: aut si sit, cũ mouetur, mouebit. Sed hactenus quidé veluti perfecta ratio, q̃ oium vnum facit principium, actum asignãs, E & substantia, atq; ẽt quãtitaté aliquã dicens, verum ad melioré quãdam, diuinioremq; attollens particulã: sic.n. asignare potius oportet, q̃ id, quod sectionem, partiumq; distractionem recipit, auferre. Nam eminentiore simul, atq; vera magis fulcitur ratione ita loquentium sententia.

Caput Secundum. Dubitationes, de desyderio superiorum ac inferiorum rerum. & an inferiora sint cœli partes, & quo pacto. & an circularis latio sit de cœli substantia.

QVòd aũt consequens est de desyderio, quale nam sit, & quorũ, iam fuliore indiget sermone: quippe cum multa sint ea, quæ in gyrum feruntur, & lationes quodam modo contrariorũ, & vanum, & cuius gratia incertum est. Etenim siue vnũ est, quod mouet, non omnia idé prin- F cipium mouere, erit absurdum. Siue secundum vnumquodq; aliud, atq; diuersum, & principia quoq; plura. Quãobrem ipsorum concordia ad optimam tendentium expetitionem, nequaquam esse constabit. Quo aũt ad sphærarum pluralitaté, de cã maioré requirit sermoné. Nec.n. iste Astrologorũ est. Dubiũ etiam est, quo pacto cum naturali habitu prædita sint, non quieté, sed modum sectentur. Cur igitur simul per imitationem illud pari mõ dicunt, & qui vnũ, & qui numeros aiunt. Ipsi.n. numeros, id vnũ esse inquiunt. Iã desyderium, præsertim indeterminatæ rei, cũ aĩa existit. nisi quis similitudine, ac differétia, q̃ mouentur, animata dicat. simul aũt anima, & motus esse vr̃. Siqdé vita inest habétibus: a qua appetitus quoq;, qui circa vnũquodq; est, tanq̃ per alia patiantur, aĩam tamen obtinent. Quòd si igitur motus circularis cã prima sit, non erit vtiq; optimi. quippe cũ is, q aĩæ est, ꝑstantior sit. Primus aũt est vel maxime, qui cogitationis est, a qua

appetentia

A appetētia quoq; existit. At hoc forte quispiā interrogabit, quam ob cām solū quæ circulo mouentur desiderio afficiātur, eorū vero, quæ circa mediū, nullū: quāquā & ipsa mobilia sunt. An ꝙ impotens sit, aut pertrāsire nequeat id, quod primū est. At si ꝓpter imbecillitatem, hoc sane erit absurdū. Robustius nāq; ipsum quispiam existimauerit Ioue Homerico, qui ait.

Ipse equidem a terra traherē, & pōto quoq; ab ipso. Quare reliquū ,, est, vt tanquā incōprehēsibile quippiā, atq; minime cōpositū sit. Forsitā aūt rogabit prius aliquis, quo mō se habeāt. Vtrū cœli ne partes hæc sint, an nō. Et si partes, quo pacto partes. Nā nūc nō sc̄dm regiones modo, verūetiā sc̄dm actionē a nobilissimis quasi abiecta vidētur: siquidē circularis latio hmōi est. Cōtingit.n. veluti per accidens ex ea, q̄ in gyrū fit, latione, tū ad locū, tū inuicē fieri mutationes. Quòd si & optimo melius esset aliquid, circulari motu a primo (nisi recipiēdi vetaret impotētia) indigeret. quādoqdē qđ primū est, ac diuinissimū, q̄ optima sunt, vult oīa. id aūt forte excedēs aliquid, & inuestigabile existit. Arbitrāt sane qui hoc dicit, similia esse oīa, & in optimis tenuē aliquā esse, aut nullā habere differentiā. Sed forte quispiā hoc addubitauerit ad ipsum primū cœlū referēs, vtrū circularis latio de ipsius substātia sit: & si a quiete habita, statim in corruptionē laberet, an cupidine quędā, atq; appetētia per accidēs. nisi illa vtiq; appetēdi facultas ei cōgenita sit, nihilq; prohibeat talia quędā esse entia. Sed forsitā eū, qui talē appetitū detraxit, de ipsa latione ambigere cōtinget, si sublata cœlum corrumperet. Atq; hoc quidem, quasi ad alios sermones pertinere videtur. Verū hoc ipsum de hac, aut de his principiis quispiam existimabit.

Vtrū inferiora sint cœli pres: & qūo.

B

An latio sit de cœli substantia.

Caput Tertium. Narrantur opiniones multæ circa rerum principia.

C Fortassis aūt post, alia protinus assignare, q̄ ordine sequūtur principia, atque in eo, qđ antecessit, subsistere nō oportere quispiā affirmabit. Hoc.n. est ꝑfecti, sapiētisq; viri. quo pacto Eurytū calculos quosdā disponētē aliquādo Archytas prodidit facere, dicereq; hūc esse hoīs, illū vero cuiusuis alius numerū. Nunc vero multi, aliquatenus progressi, quiescunt, quemadmodū qui & vnū, & indefinitā dualitatē ponunt. Numeros.n. planaq;, & corpora cū creauerint, reliqua pene omittūt, pauxillū attingentes: & hoc tantū declarātes, ꝙ alia quidē ab indeterminata dualitate ꝓficiscuntur, vt locus, inane, infinitū: alia vero a numeris, & vno, vt aīa, & alia quædā. tēpus aūt simul, & cœlū, & alia quoq; cōplura negligūt: nec vllā postea de cœlo, ac reliquis faciūt mētionē. Pari modo Speusippi discipuli, nō aūt aliorum vllus præterquam Xenocrates. quippe qui oīa quodā modo mundo similiter accōmodat, sensibilia, intelligibilia, mathematica, item & diuina. Conatur quoque Estiæus vsque aliquid (non quemadmodū

D dictũ est) de primis solũ differere. Plato aũt, dũ ad principia redigit alia quoq; tãgere vr̃, ad ideas ea referẽs: istas vero ad numeros: ex his aũt ad principia: deinde per generationẽ, vsq; ad ea q̃ dicta sunt. Alii aũt ad principia solũ. Nonnulli vero & veritatẽ in his esse. entia enim circa principia tantũ esse. At secus hic atq; in aliis accidit disciplinis. In illis. n. quæ post principia sunt, robur maius obtinent: atq; interea, quæ in illis sunt scientiis, veluti perfectiora solent haberi. Forte autem & hoc rationabiliter. nam ibi principiorum, in reliquis vero a principiis quæstio est.

Caput Quartum. Dubitatio, an principia informia sint, uel formam adepta.

SEd forte ambiget aliquis, quonã pacto, & qualia supponi principia oporteat, vtrũ ne informia & veluti potẽtia solũ existentia, vt qui ignẽ & terrã principia faciebant, an formã adepta, quasi maxime foret opus, vt finita essent, E quemadmodũ in Timæo inquit. Etenim ordo, atq; finitio, rebus per quã excellentibus maxime familiaria sunt. Videt̃ aũt hoc in reliquis quoq;, vt Grãmatica, Musica, Mathematicisq;, ad hunc fere modũ se habere. Cõsequũtur ẽt quæ post principia sunt. itẽ & q̃ scd̃m artes, quę quidẽ naturã similiter imitant̃, & instr̃a, & alia scd̃m principia. Alii igitur oĩa admodũ formalia putant principia. alii vero materialia tm̃. nonnulli vtrũq;, & formalia admodũ, & materialia, tanquã in ambobus perfectio cõtineat̃: quippe qui ex cõtrariis substantiã oẽm fieri dicãt. Absonũ aũt & illis quoq; videatur, si totũ cœlũ, & singulę eius partes, atq; vniuersæ, ordine, rõne, formis, viribus, circuitionibus prçditæ forẽt, ipsis vero principiis tale inesset nihil: sed vt caro eorũ, q̃ temere cõfusa sunt (optimus inquit Heraclitus) sese mundus haberet. Atq; secũdũ minima (vt ita dixerim) accipiũt perinde atq; inanimis. Definita nãq; singulorũ natura est, vt ita dicã, quamuis te F mere facta sint: principia vero indeterminata. Rursum, id quoq; haud facile in oĩbus, & in animalibus, & plãtis, atq; in ipsa bulla, ad id, cuius gr̃a sunt, pariter reducere, singulasq; rõnes adhibere, nisi aliorũ ordine, mutationeq; omnigenas, ac varias eorũ, q̃ tum in aere, tũ in terra gignuntur, formas fieri cõtingat. quorũ maximũ quoddã exemplum nonnulli faciunt ea, q̃ circa anni tp̃a fiunt, in quibus animaliũ, plantarũ, & fructuum, veluti producente ea Sole, generationes apparent. Atque hæc quidem hoc in loco contemplando, inuestigãt exiguam libationem, quæ ordinis constitutionem ad quantitatem vsq; repetit. Cur item magis fieri nequeat in deterius transitus.

Caput Quintum. Dubitatio circa principiorum motum & quietem.

IN principiis autem, vnde prima quoq; cepit orõ, de quiete merito aliquis dubitauerit. Nã si ea, vt præstantius aliquid sit, in princi

A piis collocabit,sin vero vti quædã segnities,atq; motus priuatio, minime. verum si actioné esse fateaẽ,contra,tanquã prior, ac honorabilior est existimãda: motus vero in sensibilibus. Cum aũt hoc pp illud quiescat,fieri nequit, vt id qđ mouens est,semp moueat. Non.n.fuerit periculũ,qđ primũ est,neq; rationis speciem habere,neq; alioqui fide dignũ esse, sed maiorẽ quandã cãm quęrit. At qđ mouet, ab eo, qđ mouet,diuersum nõ esse pp actionẽ, & passionem quodãmodo sensus acclamare videẽ ceu possibile. Sed est,qui ad ipsam mentem, Deumq; referat. Absonũ aũt est aliud quoq; dictũ,illa non moueri, quæ eius,qđ quiescit,appetitu ducunẽ,siquidẽ ipsa alia sequerentur entia. Verũenimuero forsitã non sic accipi debet,vt ad id, qđ impers est reducamus,sed vt quã maxime sibi cõsonũ, perfectũq; sit, veluti ciuitas,aut aĩal,aut quiduis aliud eorũ,quę in partes secari possunt, aut etiã oĩno cœlum,quod sane aiunt esse perfectissimum.

B

Caput Sextum. Dubitatio,quo pacto entium diuisio in materiam & formam fiat.

CAeterũ aliquem & talia quoq; sermonem postulãt,quo pacto in materiã,atque formã entiũ partitio fiat. sit ne alterũ qdem ens,alterũ vero nõ ens,potẽtia aũt vnũ, & ad actũ reductũ:aut vnũ quidem, sed indeterminatũ ens,eo,quo in artibus modo. Gñatio aũt,quæ ipsorum quidem essentia,est scđm rationes formari. sed ita quidem ad id, qđ præstantius est,forte fieret transitio. Ipsum aũt esse,per eam esse nihilominus verũ fuerit.non.n.esset, ipsa non existente. At illud, neque hoc,neq; quale,neque quantum.quippe quod formis indeterminatũ est:potestate autem quadam eas habet.sed hoc proportione ad artes omnino sumi debet,& si qua sit alia similitudo.

C

Caput Septimũ. Dubitatio, quo pacto uniuersi natura in cõtrariis existat.

PRæterea illud quoq; dubitationem (nisi curiosa quærendi diligentia sit) habere vr̃, cur nã ipsa natura, totaq; vniuersi substantia in cõtrariis cõsistat:idq; qđ deterius est, ęqua les ferme cũ optimo partes habeat, immo vero etiã longe numerosius sit. Quapropter in vniuersum dicere vr̃ Euripides, q̃ nequeũt bona esse separata. Talis aũt sermo parũ abest quin dicat,neq; bona neque similia esse omnia:atque qđ de omnibus ipsum esse dicimus.porrò nulla inuicem esse similia, vt quæ alba, & nigra sunt in seipsis. Est etiam qđ præter opinionem magis esse vr̃, fieri non posse,vt quod est,absque contrariis existat. Nonnulli vero adhuc magis inopinabili vtentes, id,quod neque est,neque fuit, neque futurũ est, in vniuersi naturam adnumerant. sed hæc quidem est, veluti excedens quædam sapientia.

Caput Octauum. De uariis sciendi modis: quibusq; unumquodque perſequi deceat. Quo item pacto circa principia ſpeculari debeamus. D

AT ens ꝙ multis dicatur modis, manifeſtũ. etenim differentias ſenſus ſpeculatur, cauſaſq; inquirit. Sed forſitã verius fuerit dicere, ꝙ eorũ, quæ cogitatione excellentia ſunt, quædã quidem ſimpliciter quærit, quædã vero dubitationem faciendo: quã tametſi tranſcendere non valet, lucem tamen aliquam in tenebris plus aliquid indagare volentium oſtendit. Itaque ipſum ſcire non ſine differentia quadam erit. Etenim, ſi inter ſe diuerſa ſint, differentia quędam inerit. Atq; ãn vniuerſalibus, cũ ſub eis plurima ſint, diſcrimen inueniri eſt neceſſe, ſiue hæc vniuerſalia genera ſint, ſiue ſpecies. Omnis aũt ſcientia fere propriorũ eſt. ſubſtantia nanque & quiditas ſecundũ vnũquodque E
propriũ exiſtit. Et quæ in ſpeculationem veniunt ſecundũ ſe, nõ per accidens, aliquid vtiq; de aliquo ſunt. Omnino aũt in pluribus idem conſpicere, aut vniuerſaliter, communiterq;, aut ſecundũ quodque, modo quodam proprie eſſe ſcientiæ dicimus: vt numero, lineis, animalibus, plantis. Finis aũt ex ambobus. Sunt etiam nonnulla vniuerſalium finis. in eo. n. cauſa. At horum id, qđ in parte eſt, quatenus ſectio in indiuidua fit, quemadmodum & in factibilibus. nam ad hunc modum ſe habet ipſorum actio. Prætere a idem ſubſtantia, numero, ſpecie, genere, proportioneq; ſcimus: & ſi quę, præter hęc, diuiſiones habeãtur. at vtplurimũ per analogiam, tanquã plurimũ eam recipiẽtes, atq; aliqua quidem p noſmetipſos, aliqua vero p rem ſubiectam, nonnulla autem per vtrunq;. Sed, cum multipliciter ſcire ſit, quo pacto vnumquodq; perſequi decet? Nempe ſuus cuiuſque modus, principium eſt, ac maximum. vt prima, & intelligibilia, & mobilia, & q̃ ſub natura ſunt, atque ex his ipſis, quæ in principio, quæq; ſequuntur F
vſque ad animalia, plantas, & vltima animæ expertia. Nam in vnoquoq; genere proprium eſt aliquid, quemadmodum & in mathematicis. Ipſa nanque mathematica, quãuis vnius quodã modo ſint generis, ſortita ſunt differentiam. Sunt autem diuiſa ſufficienter. At ſi quædam nota, eo ꝙ ignota ſint (quemadmodum inquiunt nõnulli) proprius ſane inerit modus. Indiget autem quadã diuiſione. Sed fortaſsis in quibus fieri poteſt, proportione aliquid ſciri magis propriũ fuerit dicere, quam per id, quod ignotum eſt. quemadmodum ſiquis per inuiſibile inuiſibile. Tentandum eſt igitur diuidere quot modi ſint, & quoties ipſum cognoſcere dicatur. ad hæc autem ipſa principium. Atq; primum ipſum ſcire definire difficilius videbitur. nam fieri nequit, vt vniuerſale, communeq; quippiam in his capiamus, q̃ multis dicuntur modis. Atque tum quatenus, tum de quibus cauſas inueſtigare pari in ſenſibilibus, & intelligibilibus ratione deceat, aut

Quo pacto vnũquodq; vt ſciatur pſeq decear.

A dubium hoc;aut dictu non facile existit. Quippe cum via in infinitū in vtrisq; aliena sit,perimatq; sapientiam. vtraq; autem quodāmodo principium. Sed forte hoc nostrum, hoc vero simpliciter. aut hoc quidem finis, hoc vero nostrum quoddam principium. Aliquatenus igitur per causam speculari possumus principia, a sensibus incipientes. Sed cum ad ipsa summa, primaq; transimus (siue quod causam non habemus, siue ob nostram imbecillitatem) sicuti desyderatissima intueri non amplius valemus. Forte aūt veritati magis consonum illud existit, palpante ac veluti attingente mente fieri speculationem. Quamobrem circa ipsa nulla contingit hallucinatio. At difficilis est circa idipsum intellectus, atq; fides. Cum autem & alioqui magnum quippiam sit, & ad singulares tractationes necessarium, & potissimū maximas, facere conuenit definitionem, tum de natura ipsa, tunc circa ea, quæ adhuc priora sunt. Siquidem qui de oībus rationem quæ-

B ritant, simul cum ratione scientiam tollunt, immo verius erit dicere eos rationem petere eorum, quorum neq; est, neq; fuit, quicunq; cœlum ipsum æternum existimant. lationes aūt, magnitudines, figuras, distantiasq;, & alia, quorum Astrologia demonstrationem facit, & ipsa, quæ prima mouent, & cuius gratia dicere omittunt: quænam ita cuiusq; natura, quis inuicem situs, quæ ipsius vniuersi substantia, ad alias quoq; singulares species, ad cicures vsq; aīantes, plantasq; descendendo. Itaq; siquid coadiuuat Astrologus, in his, quæ prima sunt in natura, non erit. Alia enim maxime propria sunt, ac priora. quippe cum modus (vt quidam putant) naturalis non sit, aut saltem non omnis. Atqui moueri simpliciter naturæ, cœloq; maxime peculiare existit. quare & substātiæ cuiusq; rei actio, & quod scdm vnūquodq;, dum in opere est, atq; motu, vt in aīalibus, & plātis. Sin vero minus, æquiuoca sunt. quāuis videlicet in reuolutione cœlum sit substantiā, separatum tamen & quietem agens, æquiuocum esset. Nam velut

C quædam vita est circulatio vniuersi.

Caput Nonum. De causa cuius gratia in inferioribus a superioribus dependentibus: vbi & nonnullæ Antiquorum opiniones adducuntur.

QVerēdum est igitur, si in animalibus, aut cui competit, vita non existente in cœlo quoq; atq; cœlestibus, neq; latio, neq; determinatus quidā modus inesset. Præsens aūt dubitatio ad eum, qui ab immobili est, motum modo quodam pertinet. Quod vero oīa alicuius sint gratia, & temere nihil, sed perinde ac definitio, haud facile existit, vt sæpe dr. Vnde.n. incipere, & in q̄ desinere oportebat? Cæterū nonnulla sunt eorū, q̄ ita habere non videntur, sed alia quidē casu, alia vero necessitate quadā, vt in cœlestibus, & plerisq; eorū, q̄ circa terram sunt. Cuius.n. gratia sunt fluxus maris, ac refluxus? aut cuius exporrectio-

Quo pacto circa principia speculari debeamus

nes, aut exiccationes, humectationesq;, & omnino alius in aliud mutationes, corruptiones, generationes, aut q̃ in ipsa terra fiunt alterationes, & eorũ, q̃ in aliud ex alio transmutantur, mutationes, & id genus alia pleraq;? In ipsis aũt animalibus aliqua veluti vana existunt, ceu mãmę maribus, & fœminis emissio (siquidẽ nihil confert) & nõnullis barbæ, aut omnino pilorũ quibusdã in locis productio. Tũ ẽt cornuum magnitudines, vt ceruorũ. Nonnullis quoq; læsis ꝙ mobilia, ꝙ in terram directa, ꝙ ante oculos posita gestarent. Quodq; aliqua vi fiant, aut præter naturã, quemadmodũ ardeola coit, vitamq; viuit mansuetiorẽ. Et alia non pauca quispiã deprehendat istiusmodi. Quod aũt maximum est, maximeq; apparet, circa educationes, generationesq; animalium est. nullius n. gratia hæc sunt, sed casus, atq; ꝑ necessitates alias. Oportebat n. si alicuius quidẽ gratia sint, semper scd̃m idẽ, similiq; modo fieri. Atq; ẽt in plantis, & pręsertim inanimatis ꝑfinitã quandã (vt formis, specie, ac potestatibus apparent) obtinent naturã. Hæc aũt cuiusnam gratia sint, q̃reret aliquis. Nam rationem non habere, idipsum dubium est: idq; in aliis prius, ac honorabilioribus non ponentibus. quatenus & ratio quicquã, quod fide dignũ sit, habere vr: quoniam hæc ideas quasdam aut inter se differentias a casu, & vniuersi latione, quæ in circulũ fit accipiunt. Quòd si neque hoc ꝑꝑ aliquid, & ad id, quod optimum est, definitiones quasdam sumere, non in omnibus simpliciter ponere decet. Quandoquidem, q̃ huiusmodi existunt, quandam continent dubitationem. Atq; simpliciter dicimus, q̃ & de vnoquoq;. Simpliciter quidem, quando in omnibus naturam, quod optimum est expetere, & in quibus fieri põt, ordinem largiri, atq; æternitatẽ videmus. Pari aũt modo in animalibus quoq; similiter. Nam vbi qđ melius est, fieri põt, ibi haudquaquã prętermittit: veluti, q, ante gulam guttur sit. Optimam nanq; temperiẽ in medio cordis ventriculo inueniri præstantius est: quippe cum medium honorabilissimum sit. Simili modo & quæ ad mundum pertinent: siquidẽ & appetitus haud secus. Quin illud quidem, q̃ neq; obediunt, neq; quod bonum est, admittunt, cur multa sint, immo vero multo plura, declarat. Paucũ nanq; aliquid animatum est. at inanimũ infinitum. Et ipsorum esse animatorũ breue, ac melius existit. In vniuersum aũt, tum rarum, tum in paucis bonum est. multum vero numero quod malum existit. Nunquid si indeterminatio solum, & veluti materiæ species, vt quæ ipsius naturæ sunt, esse dicatur, stultissimum erit? Si etenim qui de tota disserunt substantia, dicant (quemadmodum Speusippus, quod pretiosum est, rarum quippiam esse facit) hoc circa medii locũ esse, illa vero summa, & vtrinq;, entia profecto pulchre erunt. existentia. Plato autem, & Pythagoræi lõgo imitari interuallo volunt omnia: quãuis quandam indeterminatæ dualitatis, & vnius, perinde quasi oppositionem faciant, in qua infinitum inordinatumq;, & omnis (vt ita dicam) formę carentia ꝑ se existit. In sum-

A ma aũt, vt absq; hac vniuersi natura sit, fieri nequit, sed veluti ęquã sortiri portionem, aut aliud antecellere, aut contraria esse principia oportet. Quamobrem, nec Deum fatentur esse qui adscribunt indeterminatum agere posse omnia. Quinetiam, si aliquatenus fieri potest, neque hoc fortassis prælegerit: quippe cum totam substantiam ex cõtrariis quidem, ac in contrariis existentem, perire contingeret. Videntur autem & in primis consyderata pleraque, & vt accidit, sicuti quæ circa terræ mutationes dicta sunt. Neque enim quod melius est, neque cuius gratia, sed si consequi aliquid est necesse. Multa nãq; tum in aere, tum in aliis talia contingunt. Ex sensibilibus autem cęlestia potissimum ordinem habere videntur, cæteris priora loco, nisi mathematica sint. Nam & si nõ totum, at maior pars in his ordinem adseruat. nisi quis formas tales accipiat, quales Democritus indiuiduis supponit corpusculis. Sed de his quidem consyderandum. Quòd autem initio dictum est, & in ipsa natura, in vniuersi substan-
B tia finitionem quandam eius, quod alicuius gratia existit, atq; illius, qui ad melius est impetus, capere tentandum est. Nam in quibus entia sint, & quonam inter se modo sese habeant, hoc eius, quæ de vniuerso speculationis, exordium fuit.

Metaphysicorum Theophrasti finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz

AAa BBb CCc DDd EEe.

Omnes sunt quaterniones: præter A sexternionem
& EEe duernionem.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino Montisferrati.

M D LX.


28
Octavus
12


R 7


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm